

RESOLUTIONVM

QVOTIDIANARVM

Iuris Pontificij, Cæsarei, & Regni Neapolis

LIBER SECVNDVS.


IN QVO VARIÆ, ET MVLTIPLES MATERIAE
tam Ecclesiasticæ, quàm profanæ, in vtroquè foro frequentius
occurrentes, vtilitèr, ac singulari methodo resoluuntur.

QVAMPLVRIMIS SVPREMORVM SENATVVM
*Decisionibus, præsertim Sacrae Rotæ Romanæ, & Regni Neapolitani,
etiam non impressis, quæ sub hoc  signo notantur, illustratus.*

AVTHORE DONATO ANTONIO DE MARINIS
NEAPOLITANO CAVSARVM PATRONO.

Nunc primum in lucem prodit.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO REGIO.



NEAPOLI; Typis Honuphrij Saviij. **M D C L.**

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE

EMINENTISSIMO

AC REVERENDISS. PRINCIPI

FRANCISCO

PERETTO

S.R.E. CARDINALI MONTALTO

Domino Colendissimo.



EXPERTA semel humanitas patrocini-
nij tui, PRINCEPS EMINENT^{ME}
animos iterum fecit audaciæ, vt alte-
rum hoc Opus diuturnis expolitur
curis, ad coronidem litteratæ felicitatis, tuo nomi-
ni cōsecrarem. Pontificium, ac Cæsareum Ius ex-
plicat, & Regni huius: meritò igitur tuum suffra-
gium nuncupat, qui Regum amor es, & Vaticani
Sydus Imperij. Maiores summis è montibus Um-
bras cadere rusticus ille ouium custos apud maxi-
mum Poëtarum extimescebat: ego tamen à Mon-
talto vel astrorum Hesperuginem, vel purpuræ
Auroram intueor ad illuminandas istas elucubra-

tiones

tiones existere. Gentilitius Tibi Cometes vibrat
cincinnatus, qui auspiciatissimum lucis omni est
meæ Palladi: acuiturque in mucronem ad pom-
pam præsidij, non timoris. Magnificè benignum
Te mihi Meccœnatem prætulisti, cum nulla habe-
rem merita seruitutis; & primitijs agelli mei fa-
mam, & decus impertitus es: beneuolentio-
rem nunc spero ob contestata meæ voluntatis officia,
iuratamq; **EMINENTIAE TVAE** tum amo-
ris, tum obseruantiaæ fidem. Non enim is es, qui,
Principum more, ab hominum commercio cre-
scendo recedas. Pari gradu felicitas, ac morum
suauitas in altum euehitur. Faciles Tibi aures, trā-
slatitius in singulos vultus, supercilium nō è pyxi-
de eductum, non Stoicæ seueritatis vmbra spectā-
dum, sed Gratijs eruditum ad illecebras animorū
Fastum vnum in Fortunæ fastigio premis; & cla-
rissimum nobilitatis genus arbitraris, Priuatum
esse sub Purpura. Adiri Te pateris, appellari om-
nium linguis, omnium votis. Nimirum heredita-
riam hausisti Indolem à **SIXTO**, qui Pontificum
propè Pontifex fuit, & Quirinalis miraculum
gloriæ: qui, inquam, restituta Romæ Roma, ex-
citatissq; tot Capitolijs, quot Obeliscis, in omnem

memoriã posteritatis voluit ire, ac futuris sæculis
beneficia conferre non fluxa, ac peritura, quippè
quæ hærent in saxis. Utinam virtutem tuam ti-
meat inuidiæ æmulantis insania, vt parem Te
SIXTO videat Romana maiestas. Interim gra-
tulari Tibi Purpuram licet, quam olim tuis me-
ritis non adulatoriè, sed verè diuinaueram. In il-
lam magnus Hispaniarum **REX PHILIPPVS**
calculũ contulit, vt Amplitudinis tuæ magis ex-
cresceret Fama, quæ ipsos Regũ animos vestiga-
les haberet. Cum occasus rubet, futuræ serenitatis
præfagium est: magnum quid igitur Tibi polli-
cetur Murex purpuræ, qui ex occiduis Hispaniæ
plagis visus est explendescere. Equidẽm trium-
phali gaudio affectus sum, cum **CAESARIS** fi-
liam **PHILIPPO IV.** nuptam Tibi obuénisse
per nuncios accepi, vt itineris comes, & lætitiæ
publicæ vindex Coronati faces. Hymenæi illu-
strius, ac felicius excitares. Iniquissimè iam pri-
dem Paris Veneri pomum adiudicauit, formæ,
non causæ patronus: iure tamen Tesserarium Tuę
Familiaę Pyrum pubescenti auro vestitum Au-
striacæ Augustæ destinatum est: quæ Iunonis ob
generis claritatem; Palladis, ob animi prudentiam

exaggeratam, & Regijs excultam moribus; Veneris, ob pulchritudinis excellētiam ad pietatem, non ad luxum compositæ, compendium fecit. Austriacæ Aquilæ quid ni ad securitatis decus in Montalto considerent? Age nunc, **PRINCEPS EMINENTISSIME**, ad maiora natus, labores istos tua dignare benevolentia, vt diù viuant. Prodigium hoc mei nominis erit, quod sub **PERETTI** auspicijs perire desierit. Vale ad Romanæ incrementum gloriæ, ad Hispanæ Faustitatis authoramentum, ad Orbis delicias. Neapoli Kal. Decembris M. DC. XLIX.

EMIN. TIAE TVAE REV. MAE

Addictissimus seruus

Donatus Antonius de Marinis



A V T H O R
A D
L E C T O R E M :



To promissis, Amice Lector, & fidem libero. En alterum habes Resolutionum mearum Librum, quid ni audeam secundo in lucem prodire, quando tuæ humanitatis luminibus recreari me potius, quàm obstringi, vel ipsa docuit experientia. Fruere igitur isto qualicunquè labore meo, cuius fructum amplissimum, vel tunc percepero, quando tibi nouerim non ingratum. Vale.





ARGUMENTORVM ELENCHVS.



A



BBAS nullius Diocesis nũm in eius iurisdictione facultatem habeat examinandi Notarios Regios, proũt possũt Episcopi, iuxta præsriptum *Sacri*

Tridentini Concilij sess. 22. cap. 10. de resor. & quid in Regno nostro Neapolitano. Cap. I.

folio 2

Abbatissa cũm non nisi per triennium possit iniuncto muneri incumbere, dubitatur, an tempus istud à loci Ordinario ex causa prorogari possit. Superior regularis nũm tempus nouitijs à *Sacro Tridentino Concilio* ad profitendum constitutum, differre valeat. Item an quatrimestre patronis laicis ad præsentiandum concessum, possit per Episcopum dilatari, & de alijs, ad ornatum *Constitutionis Gregorij XIII.* quæ incipit, *Exponit debitum,* & infr. Cap. II.

3

Abortus crimen committens nũm à Iudice Ecclesiastico, attenta *Constitutione Sixti V.* extra statum Ecclesiæ cognosci possit. Index Ecclesiasticus an, & quandò sit competens ad cognoscendum laicum falsum coràm

ipso deponentem. Magistratus secularis in Regno Neapolis nũm priuatiuè in criminibus mixti fori subditos cognoscat. Cap. III.

4

Accusandi ius nũm naturalibus, & illegitimis competat pro morte alicuius consanguinei similiter naturalis, vel spurij. Ius accusandi, & remittendi quibus propriè competat, ad ornatũ *prag. 8. sub tit. de Composit.* Cap. IV.

5

Accusatus de hæresi, & demũm ad perpetuum carcerem damnatus nũm possit per procuratorem in iudicio comparere, suosquẽ debitores ad sibi soluendum cogere. Abiuratio, quæ facit pœnam mortis euitare, an insimul faciat euitare pœnam amissionis bonorum, in quam à die commissi facinoris in hæresim lapsus incidit. Pœna perpetui carceris à iure Ciuili prohibita, & à iure Canonico permessa an sit cognita à iure Regni, & de alijs. Cap. V.

7

Actor, vel reus quis nam dicatur in iudicio iactantiæ, ad effectum cognoscendi, coràm quo Iudice sit procedendum. Diffamator, cui in iudicio iactantiæ est ordinatum, vt iura sua proponeret, an decreto satisfaciat, si intèraret spoliũ, vel præcisè teneatur iura sua proponere in iudicio petitorio. Remedium aliquod an de

a

tur,

Argumentorum Elenchus.

- cur, ut impediatur lis super iudicio iactantiae. Refertur singularis observatio manuscripta Domini Ioannis Angeli Pisanelli ad materiam satis pertinens cum decisionibus S. Conl. Cap. VI. 11
- A**dorum Magistri Supremorum Tribunalium Regni Neapolis nùm pro fideiussionibus, quas suscipiunt, illam possint tuta conscientia exigere mercedem, quæ ipsis pro arbitrio videbitur. Fideiussor nùm pro fideiussione præstanda possit ratione periculi certam mercedem cum debitore pacisci. Cap. VII. 13
- A**duocatus si à Principe in Senatorem eligeretur, nùm annum legatum eius vita durante à Cliente ei relictum, ad hoc, ut hæredis causas defendat, petere possit, dùm aduocationis munus exercere prohibetur. Legatum relictum tutori an debeat, si se à tutela excusauerit. Legatum an debeat, si onus legatario impositum adimpleri non potest. Cap. VIII. 15
- A**duocatus, vel Procurator, qui in causa pro Cliente testis esse non potest nùm ab aduersario requisitus cogi possit ad deponendum contra Clientem, & quid in Sollicitatore, & quid in Arbitro. Tutor an idoneus sit testis pro pupillo in causa, quæ agitur ad instantiam alterius contutoris. Domesticus an legitimus sit testis, ubi veritas aliter haberi non potest. *Pragm. 23. de offic. Sacr. Consil.* qua disponitur, non posse quem uti Iudicem interuenire in illa causa, quam eius coniunctus uti Aduocatus patrocinatur, an procedat, ubi coniunctus, non uti Aduocatus, sed tanquam amicus causam protegit, siue sollicitat. Cap. IX. 20
- A**duocatus pauperum, qui ex Domini Regis munificentia pro reorum defensione eligitur, nùm valeat interuenire tempore, quo causas, quas defendit, Iudices decidunt, & exemplo Fiscii Patroni processus, quos informatiuos appellamus, videre, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. X. 23
- A**duocatus alicuius creditoris nùm tuta conscientia possit pro illo patrocinari contra debitoris hæredem, ut teneatur ultra vires hæreditarias, ex quo inuentarium non confecit, si constat, hæredem illum bona hæreditaria non subtraxisse, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XI. 25
- A**duocatus an peccet mortaliter, si agnoscens, Clientem malam fouere causam, illumque admonens, ut licet cederet, causæ tutelam prosequatur, ex quo à Cliente sic rogatus extitit, cum sciret, Iudicem pro se pronunciatum, prout cum effectu euenit. Cap. XII. 26
- A**duocatus, qui mercedem accepit pro futuro patrocinio nùm teneatur in foro conscientia illam restituere, si Clientis amplius patrocinium non exquisiuit, & quid si in progressu litis agnoscens, Clientem malam fouere causam, tutelam deseruerit, & de alijs. Cap. XIII. 27
- A**duocatus, qui à pluribus quotannis recipit salarium, si contingerit, inter hos Clientes litem aliquam oriri, nùm possit vnum defendere Clientem contra alium, & de alijs. Cap. XIV. 28
- A**duocatus, cui à Cliente fuit constitutum certum annuum salarium an possit tuta conscientia transacto anno illud exigere, si in illo anno Clientis nullas habuit lites, & de alijs. Cap. XV. 29
- A**lienari in subsidium cum possint bona fideicommissa subiecta pro dote constituenda, vel restituenda, dubitatur, an actio hæc mulieri cõpetens subsidiaria sit cõfenda, vel potius directæ super bonis illis agi possit, ex quo si deicommittens fideicommissum ordinando disposuit expressè, ut pro

dote

Argumentorum Elenchus.

dote bona vinculata alienari, vel obligari possint. Creditor anterior, qui habet obligata bona feudalia, & burgenfatica; siue fideicommissio subiecta, & libera, num possit in perniciem creditorum posteriorum, qui non nisi bona libera habent hypothecata omittere feudalia, seu fideicommissio obnoxia, & ad burgenfatica, seu libera pro eius credito consequendo recurrere. Cap. XVI. 29

Alienari cum possint bona fideicommissio subiecta pro dote constituenda, vel restituenda, dubitatur, an iuris hæc conclusio procedat etiam, ut alienari possint pro impensis, quæ ut perficiatur matrimonium necessariae sunt, Cap. XVII. 33

Alienatio bonorum pupillorum, quando illam fieri exoptulat necessitas, ut validè facta dici possit, quæ præcisè concurrere debent. Bona fideicommissio subiecta, possessore delinquente num confiscari possint. Tutoris autoritas, quæ non fuit adhibita in venditione prædij minoris, an ut illa valida iudicetur, sat sit, si tutor ipse venditionis contractum ex intervallo ratificet. Gesta cum tutore ante inventarij confessionem an de iure subsistant. Creditorum vrgentia pro venditione bonorum pupillorum quomodo consideretur. Venditio bonorum pupillorum facta de ordine Principis an sit annullanda, si demùm detegatur, venditionis causas fuisse falsas, & de alijs ad intellectum, & declarationem *tex. in l. fin. C. si maior fact. alien. fact. sine decret. rat. habuer.* & in *l. bene à Zenone, C. de quadrienn. prescript.* Cap. XVIII. 36

Alienatio, quæ iure permittente sit bonorum fideicommissio subiectorum, ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ num possit pariter permitti, instante eius hærede, siue persona, cui mulier iura sua dotis recuperan-

dæ in forma valida cessit. Priuilegium prælationis mulieri indultum, ex dispositione *text. in l. affiduis, C. qui potior. in pignor. hab.* an transeat in eius cessionarium, siue hæredem. Cõcurrentibus super bonis viri cessionario mulieris pro dote recuperanda, & cessionario eiusdem pro cõsequutione antephati lucrati, vter præferendus, si bona illa ad vtrique satisfaciendum sat non sint, & de alijs ad materiam, Cap. XIX. 54

Alienatione rei stabilis facta cum pacto, quòd pendente solutione pretij conuenti teneatur emptor loco interusurii certam annuam præstationem venditori soluere, si interusurium conuentum excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an eo casu possit emptor instare, ut interusurium illud moderetur, nè excedat fructus, qui ex re vendita colliguntur. Cap. XX. 59

Annuo censu super feudo legitimè cõstituto, & demùm à successore in feudo illo acquisito, defuncto feudatario acquirente, duobus supersubstitibus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, an uti allodialis annuus ille redditus spectet ad hæredem in allodio, vel potius dicendum sit, per acquisitionem à defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuisse illum extinctum, & sic feudum à tali onere remansisse liberum. Reuocabile, & temporale, vel potius irrenocabile, & perpetuum, dicatur dominium, quod habet feudatarius in feudo hæreditario. Augmentum feudi an dici possit, quando feudatarius feudum ab aliquo onere liberat, & si tale censendum, an idem de illo iudicandum sit, sicut iudicatur de manufacto, ad ornatum. *tex. in cap. 1. §. si vasallus, in tit. hic finitur lex, & de alijs ad materiam.* Cap. XXI. 61

Antephatum, quod mulier ob viri mor-

Argumentorum Elenchus.

tem quodad vsumfructum lucrata fuit, cui nam sit restituendum, filijs, vel socero constituenti, vel potius Fisco, qui propriis filiis exclusis in bonis premortui viri successit propter crimen lese Maiestatis ab illo patratum. Filia rebellis an super lucro antephati, quod mortua matre ad Fiscum spectat, possit legitimam consequi. Exornatur *text. in l. quisquis, S. uxores, C. ad leg. Jul. Maieft.* vbi plura de eius materia. Donatio propter nuptias an differat ab antephatu, refertur singulare *responsum D. Ioannis Angeli Pisanell.* adhuc non impressum cum decisionibus S. C. Cap. XXII. 71

Antephatum, quod secunda coniux ob viri mortem lucrata est, num solui debeat a filiis huius secundi matrimonii. Pater in Civitate Neap. secundas contrahens nuptias an possit in perniciem filiorum primi matrimonii cum futura coniuge pacisci, vt in constituto antephatu succedat tantum filii ex hoc secundo matrimonio nascituri, in quo aliam ex lege municipali succederent omnes, & sic tam ex secunda, quam ex prima uxore suscepti, dummodò patris sint heredes. Item cum hoc pactum aliud non importet, nisi donationem in filios nascituros collatam, an talis censenda sit donatio, vt collationis, & imputationis regulis subiaceat. Cap. XXIII. 75

Antephatum vt debeatur mulieri per mortem viri, quæ concurrere debeant. Mulier, quæ dotem non soluit, num soluto matrimonio a viri heredibus antephatum petere possit, dum constitutum illud apparet, habito respectu ad dotes, & ex aliis causis viri mentem mouentibus. Antephatum num possit constitui in minus, quam extitit a Statuto taxatu. Donatium, quod ex consuetudine transmititur a sponso sponsæ antè

contractum matrimonium per verba de presenti, si illud in capitulis matrimonialibus constitutum non apparet, an soluto matrimonio sit mulieri debitum, & de aliis, ad ornatum *prag. 1. sub tit. de donat. propter nupt.* Cap. XXIV. 79

Antephatum quado dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quodad vsumfructum tantum, & quid attento nouissimo iure Regni. Mulier matrimonio per viri mortem soluto num possit a viri heredibus constitutum antephatum in pecunia numerata petere, offerens de ea summa cautionem post eius mortem restituenda, vel potius dicendum erit, in heredis electione remanere, vel antephatum soluere, vel pro eo, mulieris vita durante tot annos correspondere, ad ornatum *prag. 1. sub tit. de donat. propter nupt.* vbi decisio S. C. Cap. XXV. 81

Apocam Banco si quis scripserit, vt soluat Titio mille, quæ debentur a Caio, pecunia in Banco non reperta num obligatus remaneat, vel potius censendum sit, vt i Caii debitoris procuratorem se obligasse. Obligans se vt alterius procurator, si de mandato non constat, an vt principalis obligatus remaneat. Exceptio discussionis an in quacunque iudicii parte opponi possit, & de aliis. Cap. XXVI. 82

Assensus Apostolicus num requiratur, quando Ecclesia pretio mediante vult in alium transferre hypothecam, quam super alieno prædio habet constitutam. Bona Ecclesie num subhastari possint pro eius debito sub generali obligatione contracto pro exoluendo pretio honorum, absque Assensu Apostolico emptorum, vbi nouissima *decisio Sacrae Rotæ Romanæ*, & de alijs ad materiam. Cap. XXVII. 84

Assensus Regius generaliter concessus

obli.

Argumentorum Elenchus.

obligationibus bonorum feudalium pro restitutione dotium mulierum Neapolitanarum, nùm extendatur ad beneficium hæredis mulieris super bonis feudalibus soluto matrimonio per virum quæsitis. Assensus iste an sit subsidiarius. An extendatur ad feuda plana, & de tabula. An comprehendat bona feudalia viri mulieri tacitè obligata. Insuper an præstitus intelligatur donationibus contemplatione matrimonij à parètib; factis filijs in capitulis matrimonialibus, & de alijs ad materiam, & ornatum gratiarum per Regem Catholicum concessarum in anno 1505. de quibus in *cap. 20. & 21. inter Priuileg. Ciuitat. & Regno concessa*, fol. 42. à ter. Cap. XXVIII. 88.

Assensus Regius an sit concedendus in donatione, quæ de feudo hæreditario à patre sit secundogenito, primo se opponente. Secundogenitus feudi refutatione sequuta an possit à fratre, patre adhuc viuente vitam, & militiam petere. Prorex attenda *Prag. nouem capitum, in 4. cap. quæ in volum. pragm. est 4. in ordine, sub tit. de feudis*, an possit assentire, vt pater in testamento valeat feudum secundogenito relinquere. Item cum ex nouissima gratia possit in Regno feudatarius foeminam in immediatum, successorem habens, illam à feudi successione excludere, & masculum in gradu tamen successibili hæredem instituere, si plures habuerit masculos in eodem gradu, an possit ex illis minorem natu, attenda gratia prædicta hæredem instituere. Pater in feudo, in quo viuitur iure Longobardo an possit filium primogenitum tantum hæredem instituere, vbi singulare responsû *D. Ioan. Angeli Pisanelli*, adhuc nõ impressum, Cap. XXIX. 94.

Assensus Regis nùm in Regno requiratur in alicuius seruitutis impositione, quæ à feudatario ad alicuius

fauorem fieret super feudo, quod possidet, ita vt si impetratus non fuerit, fiet locus reuocationi factæ concessionis vigore *Constit. Regni Constitutionem Diua memoria*. Assensus Regis, vel Baronis requiritur in Regno, quando duæ Vniuersitates vel lent inter se communionem facere iuris pascendi, & declaratur *Cap. Regni Pondus æquum*, vbi singulare responsum *D. Ioannis Angeli Pisanelli*, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XXX. 100.

Assensus Regius an requiratur in locatione, quæ sit de feudo cum iurisdictione, & vasallis, ad eò vt si obtentus non fuerit, fiat locus dispositioni *Constitutionis Regni Constitutionem diua memoria*, & de alijs, ad ornatum *Constitutionis præfatae*, & alterius, quæ incipit, *Scire volumus*. Cap. XXXI. fol. 105.

Assensus præstitus à Proregibus Regni antè annum 1561. super obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulatis, an profit etiam quodam feuda titulata, stante gratia à Rege concessa, de qua in *pragm. 17. sub tit. de feudis*, Cap. XXXII. 107.

Assensus Regius, qui super bonorum feudalium obligatione impetrari nõ potest post feudatarij obligatis mortem, nùm obtineri possit post illius decoctionem. Cap. XXXIII. 109.

Assensus Regius à feudatario legitimo in feudo carente successore impetratus, vt possit de feudo testari in aliquem confanguineum, siuè alium prorsus extraneum, nùm impartitus intelligatur, non solum, vt reddatur validum primum testamentum, sed etiam secundum, si primum fuit reuocatum. Cap. XXXIV. 110.

Argumentorum Elenchus.

B

B Arones in Regno nùm possint ab eorum subditis cogi ad Communitatibus soluendum collectas pro animalibus, quæ in territorijs feudilibus ad impinguandum tenent. Animalia possidens in alio loco, quàm in illo, in quo domicilium habet, an pro illis collectam soluere teneatur, Cap. XXXV. 110

Barones, ad quos in Regno spectat ius confirmandi Syndicos, ceterosque Vniuersitatum Officiales, nùm teneantur confirmare electos illos, qui aliàs ad Regias triremes propter maleficium commissum damnati fuerunt. Cap. XXXVI. 111

Baro an possit vasallos cogere, vt soluta eis mercede alteri præstent seruitia. Baro exercens mercantiam an possit cogere vasallos ad ei in illa mercantia inseruiendum. Salarium, quod nam à Barone solui debet in illa die, in qua Operarijs diuersimodè à ceteris Conciuibus soluta est, & de alijs, vbi singularis *observatio D. Io. Angeli Pisanelli*. Cap. XXXVII. 112

Baro nùm censendus sit ille, ad effectum vt priuilegijs, & prerogatiuis Baronibus concessis potiri possit, qui sub alterius nomine feudum emit, si autè, vel post emptionis contractum persona, quæ emptoris vicem gessit, declarauerit, quòd feudum emit, vel emprurus est pecunia, & contemplatione alterius, quem constituit procuratorem irrevocabilem ad fructus omnes ex feudo percipiendum, & ad iurisdictionem administrandam, & cum promissione de uedendo, cedendo, in solutum dando, vel obligando feudum illud ad omnem instantiam, & requisitionem illius, cuius pecunia, & contemplatione fuit facta emptio. Dominium feudi empti ex aliena pecunia nùm domino pecuniæ aliquo modo quæri possit.

Titulus C. plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur an procedat in contractatione bonorum feudaliū. Tenuta feudi an quæri possit hæredi extraneo, vel feudorum successionis penitus incapaci, & de alijs, vbi decisio nouissima Sacra Rotæ Romana. Cap. XXXVIII. 114

Barone possidente Portulaniam nùm à decretis Portulani, quem eligit, possit appellari ad Iudicem secundarum causarum; sicut appellatur à Iudice primarum, & quid à decretis Baiulorum an possit ad Baronem, siue eius Capitaneum recursus haberi. Cap. XXXIX. 123

Beneficio ea lege fundato, vt singulo quoquè die in eius altare à Beneficiato pro tempore Missæ sacrificium celebraretur; nùm illo demùm vacante in præsentatione respectu præsentandi Sacerdotij qualitas requiratur, vel sat sit, si præsentetur quilibet Clericus adhuc in minoribus constitutus, vbi nouissima *decisio Sacra. Rot. Rom. Cap. XXXX. 123*

Bona mobilia debitoris exequuta, vt legitimè creditori adiudicentur, nùm necesse sit, vt præcedat illorum appretium, sicut prædicatur in adiudicatione bonorum immobilium. Bona immobilia exequuta cum venerint creditori adiudicanda, si longè excedunt importantiã crediti, quòd proinde est adiudicanda tanta pars, ad quam ascendit summa debiti. Nùm tota res sit prius æstimanda, vel potius pars illa, quæ summam debitam importat, vbi singularis *observatio Domini Ioannis Angeli Pisanelli. Cap. XXXXI. 127*

C

C apitulum Sede vacante nùm possit beneficia conferre, & dato, quòd non valeat, si de facto reperiretur aliquod collatum, nùm cle-

Argumentorum Elenchus.

Laico proffit, ad effectum vt possit fori priuilegio gaudere. Illegitimè natus si obtinuerit beneficium, asserendo se legitimum, & naturalem, nùm talis impetratio ei proffit pro eodem effectu gaudendi priuilegio fori, & de alijs. Cap. XLII. 129

Citatio prima nũ possit incipere à Procuratore. Feudatarij priuari Regnicolæ, & huius Regni Alienigenæ; si ab hoc Regno fuerint absentes, eosq; in ius vocari contingerit, in quo loco, & quomodò citandi sint. Iudice mandante, vt quis procedat ad stipulationem alicuius contractus, eo parere recusante, quid praxis obseruat. Citatio colligantis ad videndum iuramenta testiũ an aliquandò omitti possit, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XLIII. 130

Clericus cùm à laico iure retractus cõuenitur, nùm possit conueniri coràm Magistratũ seculari. Detestatur sententia *Thomæ Triuisani dec. 34. par. 1. & Marij Giurb. dec. 25. num. 10. & obseruat. 2 à num. 15. part. 1.* Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ an pro obtinenda in integrum restitutione aduersus contractum initum cum laico, possint coràm Iudice Ecclesiastico comparere, & plura de intellectu *c. constitutus, extra de in integrum restitut.* & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XLIV. 135

Clerico diuiti, tam ex redbibus Ecclesiasticis, quàm ex Patrimonio nùm vita, & militia debeatur. Et quid si si esset ille primogenitus, qui propter Clericatum à feudi successione fuit exclusus. Item cùm certum sit, in feudo nouo competere secundogenito partem pretij, quo feudum illud emptũ fuit, si cõtingerit, feudatariũ mori, cui duo ab intestato succederent, alter in feudo, alter verò in allodio, nùm bonorum allodialiũ hæres possit integrum feudi pretium, vti allodiale ab hærede in feudalibus pete-

re, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XLV. 144

Clericus feudorum successionis incapax nùm possit à Principe rura conscientia habilitari, sed in integrum restitui, vt in feudis, per partem relicta succedere valeat, non obstante, quòd tempore mortis feudatarij ob eiusdem filij incapacitatem sequenti in gradu successio delata fuerit, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. XLVI. 159

Clericus lethalitèr offensus à minore decem, & octo annis, sed maiore quatuordecim, nùm valeat vindictam, prosequens Curiam Principis in forum eligere, illamquè inferiorem loci delicti declinare. Clericus incedens sine habitu, & tonsura, ac in diuinis non inseruiens, propter quod amittit priuilegium fori ex dispositione *Sacri Tridentini Concilij, sess. 23. cap. 6. de reformat.* nùm paritèr amittat priuilegium Canonis. Item exemptionis à solutione gabellarum, *Cap. Odoardus, electionis, & variationis fori, aliaq; priuilegia clericis cõcessa.* Clericus Neapolitanus, qui liberè potest disponere de bonis antiquis, & non seruata dispositione *Consuetudinis Et si testator* nùm similiter valeat liberè disponere, si fori priuilegium amisit. Concurrentibus in forum eligendo duobus priuilegiatis, sed vno maiori priuilegio suffulto, an priuilegia sint confundenda, & de alijs, ad ornatum *text. in l. unica, C. quando Imperator inter pupill. & vid. & Constitut. Regni Statuimus.* Cap. XLVII. 164

Clericus cùm bona, ad quorum titulum sacris insignitus est, alienare non possit ex dispositione *Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat.* nùm paritèr prohibeatur super bonis illis censum constituere, & quatenus sic, si de facto reperiretur census cõstitutio facta, an clerico defuncto il-

lius

Argumentorum Elenchus.

- lius hæres actione hypothecaria cõ-
uentus possit de contractus nullita-
te opponere. Item nũm quandò lex
aliquẽ actum ipso iure declarat nul-
lum, hominis sententia requiratur, &
de alijs. Cap. XLVIII. 169
- Clericus assecutus priuilegium, siue
beneficium, de quo in *cap. Odoardus*,
extrà de solut. nũm possit illo gaude-
re, si clericatu dimisso, laicus efficeretur,
itã vt si à suis creditoribus corã
Iudice seculari conueniretur, valeat
de obtẽto beneficio opponere. Cap.
XLIX. 171
- Clericus, qui non ligatur *Consuetudine*
Neapolitana, quã incipit *Et si testa-*
tor, nũm possit in morte liberẽ de
bonis antiquis disponere, dum exi-
stens beneficiatus clericatui, & be-
neficio renunciauit, non seruata for-
ma *text. in cap. admonet, de renunciat.*
Clericus beneficiatus an beneficio
renunciare videatur petendo inue-
stituram feudi, in quo propter con-
sanguinei mortem successit. Disposi-
tio *text. in d. cap. admonet, de renunc.*
an de consuetudine seruetur, & de
alijs. Cap. L. 172
- Clericus vti alicuius fideiussor conuẽ-
tus nũm ordinis beneficio succurra-
tur. Exceptio excussionis nũm de iu-
re Canonico opponi possit, & de alijs.
Cap. LI. 173
- Clericus, qui vti actor corã Iudice
laico litem habuit nũm possit ab eius
Aduocato, vel Procuratore pro cõsti-
tuto salario corã eodã Iudice con-
ueniri. Cap. LII. 174
- Clericus veniens in causa post senten-
tiam aduersus aliquem in actione
reali prolatam, nũm sit audiendus, si
allegauerit, super ipsius bonis fuisse
prolatam, & quid si de mota lite ha-
buerit notitiam. Cap. LIII. 175
- Collectari an possint bona exterorum
in territorio alicuius Ciuitatis sita,
si bona possidens per longum, siue
longissimum tempus pro bonis illis
collectam soluit in loco originis, siue
domicilij. Declaratur *text. in cap. Re-*
gni Pondus æquum, & de alijs ad ma-
teriam pertinentibus. Cap. LIV. 176
- Conductor completo locationis tem-
pore nũm possit locatori domini
quæstionem referre, ex causa super-
ueniente post conductionis contra-
ctum. *Text. in l. si quis conductionis, C.*
locat. an locum habeat in contractu
emphyteutico, & feudali, vbi *decisio-*
nes Sacra Rota Romana, & de alijs
ad materiam pertinentibus. Cap.
LV. 178
- Consuetudines Neapolitanæ, quæ re-
spectu dispositionis bonorum anti-
quorum non ligant ciues, quandò in
proximos successores habent cleri-
cos, idq; ad æqualitatem seruandam
an procedant, quandò remota perso-
na clerici proximioris, superesset lai-
cus sequens in gradu. Consuetudo
Capuanæ, & Nidi, quæ patrem à filij
successione excludit in bonis intrã
districtum, an sic paritèr in bonis ex-
trã. Mulier extra Neapolitano nu-
pta adstricta ex pacto seruare Con-
suetudines Neapolitanas, an in præ-
iudicium filiorum possit liberẽ di-
sponere de bonis sibi ab agnato ob-
uentis, extrã territorium litis. Con-
suetudo Neapolitana prohibens, nè
ciuis de bonis sibi obuentis ab agna-
tis, & cognatis possit disponere vl-
trã medietatem, an cesset, quandò
agnatus testando, vel donando dedit
potestatem liberẽ disponendi, & de
alijs. Cap. LVI. 186
- Consuetudine Neapolitana attente,
qua proximiores defuncto agnato in
medietate bonorum antiquorũ suc-
cedunt, nũm proximiores illi super
illo bonorum genere possint petere
immissionem virtute *legis finalis, C.*
de edict. Diu. Hadr. tollend. extraneo
existente hærede in testamento scri-
pto, immissionem similitèr petente
super omnibus bonis vigore testa-

Argumentorum Elenchus.

menti. Remediū *l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll.* nūm exerceri possit per heredes ab intestato venientes. Cap. LVII.

190

Creditor anterior postquam obtinuerit in iudicio reali super bonis debitoris à tertio possessis, nūm possit sententiæ executionem deserere, & pro sui crediti consequutione in præiudicium creditorum posteriorū ad alia debitoris bona recurrere.

Casus omnes enumerantur, in quibus creditoris arbitrium est refrinandum, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi decisiones S. C. Cap. LVIII.

191

Creditor, qui pecuniam suam particularibus ciuibus alicuius Ciuitatis mutuo, vel sub vsuris dedit, nūm possit ciues illos iuxta eorum obligationem ad conuentas vsuras sibi soluendum cogere, dūm constat, pecuniam illam non ad ipsorum particularium obligatorum, sed communis beneficiū fuisse conuersam. Casus omnes ponuntur, qui in hac materia contingere possunt, ad ornatum *Prag. 11. sub tit. de administr. vniuers.* Cap. LIX.

195

Creditor anterior in bonis communis debitoris vt quis dici possit, quod nam tempus sit inspiciendum, celebrati nimirum contractus, vel numeratæ pecuniæ, si post contractus stipulationem, antè tamen pecuniæ numerationem alij debitor bona sua obligauerit. Cap. LX.

197

Creditor posterior, qui super liberatione pecuniæ ex feudo cum assensu obligato redactæ præfertur anteriori assensu carenti, nūm sit pariter præferendus, quando creditor anterior assensum haberet, verū ipse non ageret, sed eius cessionarius, qui tamen in cessione assensum, prout tenebatur non procurauit, & de alijs. Cap. LXI.

199

Creditor, qui habet bona debitoris sui

obligata cum constituto, & præcario nūm possit principali debitore mortuo, agere aduersus tertium possessorem bonorum sibi obligatorum, non facta prius discussione cum hæredibus debitoris, ad ornatum *text. in l. fin. C. de acquir. possess. & prag. 1. sub tit. de assist. in antiquis.* Creditor pendente iudicio discussionis inuentarii an possit hypothecaria agere aduersus tertium possessorem bonorū sibi obligatorum. Cap. LXII.

201

Creditor mulieris in actione personali nūm possit super bonis in dotem viro assignatis agere, illaq. exequi facere. Tutore in actione personali ad computa reddendum condemnato, facta demum liquidatione, an liceat pupillo exequi facere, contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam tutor bona sua alienauit, vbi elegans *annotatio D. Io. Angel. Pisanelli.* Cap. LXIII.

202

Creditor anterior an, & in quibus casibus possit auocare pecuniam posteriori creditori à communi debitore solutam, Hæres debitoris condemnatus ad soluendum omnibus creditoribus hæreditarijs, si soluerit vni creditum suum totum, & in hæreditate nihil remansit, vt ceteris creditoribus satisfieri possit, an de suo soluere teneatur, ex quo dolosè gratificare voluit, vel potius teneantur creditores agere contra concreditorum, cui fuit solutum. Cap. LXV.

D

Debitor sub clauibus constitutus, si pro se à vinculis liberando fideiusionem præstiterit de soluendo debitum infra certum tempus, vel de redeundo ad carceres, nūm tempore elapso, & debito non soluto, possit creditor fideiussorem cogere, quàmuis fideiussor ipse sit paratus

b

debi-

Argumentorum Elenchus.

debitorem exhibere, & inuis carceres presentare. Et quid si eiusdem debitoris presentatio esset impossibilis, quis ante, vel post tempus in soluendo, vel presentando prescriptum mortuus est. In alternatiua, cuius est electio, debitoris, vel creditoris. Promittens alternatiue certa die duo prestare, an vna re precepta, remaneat obligatio in alia. Exceptio discussionis, vel diuisionis, quae fideiussoribus, & correis coepit an opponi possit in obligationibus cameralibus. Nouatio an inducatur ad finem, vt fideiussor sit liberatus, quando creditor prorogat debitori suo tempus ad soluendum, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. LXV. 205

Debitor, qui ad euitandam instrumenti guaranteegari exequutionem potest creditorem suum praenire, dummodo fideiussionem praestet de soluendo debitum, & penam in casu succumbentiae, num teneatur fideiussionem hanc praestare; non solum quando praenitio ordinatur ad satisfactionem debiti probandam, de qua loquitur *Prag. vnic. de praenit. moderand.* sed etiam quoties allegatur alia causa, qua mediante non esse eum ad soluendum adstrictum praetenderet, vbi singulare responsum Dom. Ioann. Angeli Pisanelli inter sua notabilia manuscript. Cap. LXVI. fol. 208

Doctores legum in Regno num ab eorū Baronibus cogi possint ad Aeriarius munus suscipiendum, vbi decisio Regiæ Camere. Cap. LXVII. 211

Donatione matrimonij contemplatione facta à patre filio, & filijs ex illo nascituris, natis demum masculis, & feminis, num omnes vtriusque sexus succedere possint, vel tantum masculi. Item in donatione praedicta, filij an succedant vt filij, vel vt heredes. Resoluitur insuper, an filiae foe-

minae concurrant cum masculis in antepato lucrato per eorum matrem, attendo statuto feminarum exclusiuo, & an vt in illa succedi possint requiratur, vt filij sint patris heredes, & de alijs ad materiam. Cap. LXVIII. fol. 212

Donatio an, & quando simulata praesumatur. Pater an sit legitimus administrator bonorum filij, in quibus usufructum non habet, singulariter explicatur. Pater an aliquod ius habeat super bonis feudalibus filij, & an pro filio feudatario infante possit comparere vti pater, vel potius vti curator, & de alijs notabilibus, vbi singularis observatio Domini Io. Angeli Pisanelli. Cap. LXIX. 216

Donatio facta à patre filio an, & quando nulla sit censenda. Pater post donationem factam filio absentis, sed Notario pro ipso acceptante, & stipulante, cum retentione usufructus, ac iurata promissione de non reuocando, constituto, & precario, num possit rem donatam in alium transferre, antequam filij donatarij sequatur acceptatio. Stipulatio Notarii pro absente an illi ius acquirat ante ratificationem. Retentio usufructus in donatione an importet translationem dominij proprietatis in donatarium. Clausula constituti, & precarii apposta in contractu donationis absentis factae an impediat dominij translationem, cum donator rem vni donatam in alium transferre vellet. Cap. LXX. 220

Donatina gemmarum, quae sunt à sponso sponsae ante contractum matrimonium per verba de presenti num donata censeantur, & quid de gemmis donatis à consanguineis sponsi. Anulus sponsalitiij in die nuptiarum à sponso sponsae traditus an donatus praesumatur, & de alijs notabilibus, vbi nouissima decisio Sacri. Rot. Rom. Cap. LXXI. 222

Etc.

Argumentorum Elenchus.

E

Electio Superiorum in Monasterio an irrita sit censenda, attentata dispositione Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 6. de regular.* vbi Scrutatores illam omnium consensu fuisse factam publicarent. Cap. LXXII. 227

Emphyteuta nùm incidat in commissum, si rem sibi in emphyteusim concessam alienauerit, saluo tamen assensu Domini, & cum clausula *nec aliter, nec alio modo.* Emphyteuta alienans, & possessionem tradens, saluo assensu Domini, an ad caducitatem euitandam possit dominum præuenire, & consensum petere, & infra quantum tempus. Casus enumerantur, in quibus emphyteuta potest rem emphyteuticam alienare sine directi domini consensu, & de alijs, vbi nouissima *decisso Sacra Rota Romana.* Cap. LXXIII. 228

Exceptio hostica, de qua in *Constitutione Regni exordiente Hostici exceptionem,* sub *tit. de exceptione hostica ponenda* nùm possit opponi contra Ecclesiam, & Ecclesiasticam personam, pro sui iuris consequutione agerem, & de alijs ad materiam pertinētibus. Cap. LXXIV. 232

Excommunicationis sententia contenta in *Bulla Cene Domini,* qua sancitū extitit, nè personæ Ecclesiasticæ directè, vel indirectè ad forum sæculare trahantur, nùm comprehendat casum, vbi existente clerico alicuius debitore ex causa census, iudex laicus mandat inquilinis, siuè colonis, qui fundam censui obnoxium à clerico conductum tenent, vt de quantitatibus ex causa affectus per illos debitis, siuè debendis penès ipsum iudicem laicum depositum faciant, & de alijs. Cap. LXXV. 234

Excommunicationis sententia, de qua in *Can. si quis suadente Diabolo 17 q. 4.* an procedat in percutiente, & mole-

stante consanguineum clerici, vel illius bona propter odium, quod gerit in ipsum clericum. Cap. LXXVI. 237
Excommunicationis sententiam, de qua in *Can. si quis suadente Diabolo 17 q. 4.* nùm contrahant percutientes mulieres, commorantes in Conseruatorijs Ciuitatis Neapol. in quibus Deo inferuiunt, quotidie Diuinum officium in Choro canendo, aliaque peragendo Diuina ministeria. Cap. LXXVII. fol. 239

F

Fallos testes, & scripturas producēs nùm instante Parte aduersa, vt declaret, si illis vti velit, possit sub aliqua clausula, vel cum aliqua protestatione declarare. *Prag. 1. sub tit. de falsis,* qua cautum est, vt producentes falsos testes, & scripturas vltra causæ amissionem, falsi pena pleantur, an locum sibi vendicet in causa feudali, & de alijs notabilibus, vbi singulare *responsum Dom. Ioann. Angeli Pisanelli* ad huius *pragmatica* ornatum. Cap. LXXVIII. 240

Fatalia an currant in Sac. Consil. Impedimenta quæ esse debeant in prosecutione appellationis, ad hoc vt elapso primo fatale concedatur secundum, & de pluribus notabilibus, ad ornatum *Pragm. 1. sub tit. de appellat. c. 53. de offic. Sac. Reg. Consil.* vbi singularis *obseruatio D. Io. Angeli Pisanelli.* Cap. LXXIX. 243

Feudatario defuncto, si infra tempus à lege feudali præscriptum legitimus successor inuestituræ renouationem non petierit, ex eo, quia non ipse, sed alius feudum possedit, nùm locus sit poenæ commissæ, dum negligenter in feudo recuperando se gessit. Feudum possidēs, quod nos dicimus planum, & de tabula an incidat in commissum, & infra annum, & diem Baroni, à quo feudum tenetur defuncti feudatarij

Argumentorum Elenchus.

- mortem non denunclauerit, vel potius teneatur ad duplicatum releuiū, affertur singularis *annotatio* manuscripta *Dom. Io. Angeli Pisanelli*. Cap. LXXX. 245
- Feudatarius in hoc Regno testamentum condens, hæredemquē in feudo grauans ad certam pecuniæ quantitatem alicui præstandam, nūm possit absquē Domini nostri Regis assensu disponere, & ordinare, vt donec legata quantitas ab hærede grauato soluatur, valeat legatarius feudi possessionem propria auctoritate ingredi, fructus percipere, & iurisdictionem exercere, vbi decisiones *Sacr. Consil.* & de alijs. Cap. LXXXI. 247
- Feudatarius cūm possit successorem pro concurrenti feudi valore grauare, dubitatur, si successor iste vltra feudi valorem grauatus, legatarijs paratus est satisfacere pro summa, quæ importat veram feudi estimationem, nūm cogi possit ad feudum vendendum, ex eo, quod inuenitur emptor, qui in feudo impenderet plusquam illud valet, ob quod legatarijs omnibus integrè satisfieri possit. Valor rei quomodò probetur, & de alijs. Cap. LXXXII. fol. 251
- Feudi alienatione reuocata, sicquē contractū resolutum ex dispositione *Constitutionis Constitutionem Diua memoria* nūm pacta in contractū illo reuocato apposita corrumpant, vel potius dicendum est, illa subsistere, & in suo robore permanere. Emptore reuocante an pretium cum vsuris sit restituendum, vel potius sit locus compensationi, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. LXXXIII. fol. 254
- Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij assensus nūm in restitutione fructuum faciendā venditori veniant prouentus, siuē pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iurisdictione consequutus est, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi singularis *annotatio* manuscripta *Dom. Ioannis Angeli Pisanelli*. Cap. LXXXIV. fol. 259
- Feudi noui pretium, quod in Regno ex consuetudine iudicandi venit conferendum inter omnes defuncti feudatarij filios, & hæredes vniuersales, nūm sit pariter conferendum, quando pater, qui feudum emit, filium primogenitum in suo hæredem instituit, secundogenitos verò in alodio, facta bonorum diuisione, & assignata vnicuique sua portione, prout sibi visum fuit. Cap. LXXXV. 261
- Feudum quod nām dicatur, ex pacto nimirum, vel hæreditarium facta cōcessione pro se, & hæredibus ex corpore legitime descendentibus, illa adiecta clausula, *ita quod maior natus minori, & masculus femina præferatur*. Examinatur, & demum rejicitur *Afflic. theorica in Constitut. Vt de successoribus, num. 69.* & in *cap. an agnatus, nu. ...* Cap. LXXXVI. 265
- Feudo vendito sine assensu pro mille, eoque demum ab emptore similiter sine assensu vendito pro mille, & quingentum, primo venditore reuocante, & aduersus hunc nouum emptorem agente, quod nām pretium erit possessori restituendum, illud, ipse exburfauit, vel quod venditor receperat, & de alijs. Cap. LXXXVII. fol. 267
- Fideicommissarius an, & quando possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum fideicommissio subiectorum, & legitimus sit contradictor aduersus hæredem agentem ex remedio *l. final. C. de edict. Diu. Hadrian. tollend.* Detractiones vbi per hæredem grauatum faciendæ non sunt, an possit fideicommissarius, siuē legatarius rei fideicommissariæ possessionem propria auctoritate capere, & de alijs. Cap. LXXXVIII. 268

Argumentorum Elenchus.

Fideicommissum reciprocum an cen-
seatur inductum, quando filijs insti-
tutis sine substituti eorum descendē-
tes. Instituta à patre filijs, illisq; eo-
rum liberis, & descendentes ma-
sculis in infinitum substitutis, nūm
reciprocum inter descendentes istos
dici possit, inductum esse fideicom-
missum, ita ut per deficientiam lineæ
masculinæ alterius ex institutis, su-
perstites masculi alterius lineæ ve-
niant admittendi, vbi decisio S.C.
Cap. LXXXIX. 272

**Fideicommissarius vocatus in casu mor-
tis, vel sub aliqua conditione** an pos-
sit bona fideicommissa supposita, per
grauatum alienata eo viuente reuē-
dicare. Prohibitio facta à feudatario
sine assensu, nè successor feudum
alienet an præbeat iustam causam.
Domino nostro Regi in casu aliena-
tionis assensum denegandi, & de
alijs ad materiam pertinentibus, vbi
nouissima decisio Sac. Rot. Rom. Cap.
XC. 275

**Fideicommissum imposito super re, quam
testator fideicommittens habebat
communem cum hærede, quem in-
stituit, nūm censeatur illud impositum
super tota re, vel potius super parte
tantum, quæ ad fideicommittentem
spectabat.** Cap. XCI. 279

Fideiussio an præstanda sit à conueto
petitione hæreditatis de restituendis
fructibus perceptis, & lire pendente
percipiendis in casu succumbentis,
actore illam petente, & præstari in-
stante, & quatenus sit præstanda, an
procedat in bonæ fidei possessore,
qui iustam haberet litigandi causam,
& quæ sit iusta litigandi causa. Obti-
nens in possessorio, si in petitorio suc-
cumbat, an ad restitutionem fructuum
perceptorum, & post litis contesta-
tionem percipiendorum condemna-
ri possit, & de alijs ad materiam per-
tinentibus. Cap. XCII. 281

Filius in Religione capaci professus,

qui nihilo accepto renunciauit patri,
eiusquæ hæredibus, & successoribus,
nūm in taxanda legitima masculorū,
siuè paragio foeminarum sit inter fi-
lios connumerandus. Renunciatio
facta patri, eiusquæ hæredibus, &
successoribus in ampla forma, an re-
spectu successionis super bonis pa-
ternis, sit translatiua, vel potius ex-
tinguitiua, & de alijs. Cap. XCIII. 284

**Filia naturalis minus congruè à patre
dotata, patre mortuo nullo relicto le-
gitimo descendente, nec coniuge,**
an possit ab hærede testamentario
congruæ dotis petere supplementum,
maximè si in dotatione enormissima
côcurrat læsio. Portio filiabus natu-
ralibus in bonis patris debita quanta
sit, & an illis aliqua supersit actio ad
paternum testamētum infringēdum,
& de alijs ad materiam pertinētib.
Cap. XCIV. 289

**Filij reorum criminis læsæ Maieſtatis
diuinæ, vel humanæ antè delictum
nati, nūm parentum, ceterorumquæ
successione sine priuandi, sicut pri-
uantur, qui post delictum à patre
commissum procreati sunt, & de alijs
ad materiam.** Cap. XCV. 292

**Filius, qui mortuo patre ab illius here-
ditate se abstinuit nūm possit se pœ-
nitere, & in illa se immiscere, si infrà
tempus ad pœnitendum sibi præscri-
ptum bona hæreditaria à substituto,
vel venientibus ab intestato præoc-
cupata fuere, & de vero intellectu
l. final. C. de repud. vel abstinend. hæ-
reditat. Filius immiscens se hæredi-
tati paternæ an possit se abstinere,
ex quo detegit magno ære alieno ef-
se illam grauatum, & de alijs ad ma-
teriam pertinentibus, vbi nouissima
decisio Sac. Rot. Roman. Cap. XCVI.
fol. 294**

**Filius familias Regni Neapol. qui absq;
patris consensu in Alma Vrbe con-
traxit, conuentus in Regno super
contractus obseruantia, nūm possit**

Argumentorum Elenchus.

inuari beneficio *Pragmatica Sanctionis*, sub *tit. de Senatusc. Macedon.* Statutum inhabilitans personas ad contrahendum, siuè dans formam contractibus, an forenses liget, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. **XCVII.** 298

Filius familias clericus nùm possit cogere patrem ad restitutionem fructuum, quos ille percepit ex beneficio Ecclesiastico ipsius filij, & an eo casu possit pater opponere, esse compensandos cum alimentis, quæ eidem filio clerico beneficiato præstitit, vbi singularis *obseruatio* *manuscripta. D. Io. Angeli Pisanelii.* Cap. **XCVIII.** fol. 299

Filius naturalis legitimatus nùm possit super bonis paternis integram petere legitimam, si in legitimatione fuerit dictum, vt possit succedere in eo tantum, quod ei relinquitur. Legitimationo si fuerit facta in amplissima forma, adiecta tamen clausula *sine præiudicio venientium ab intestato*, an si condito per patrem testamêto fuerit filius sic legitimatus præteritus, possit allegare testamentum nullum, vel si esset institutus in minus legitima, agere ad illius supplementum, & de alijs, vbi nouissima *decisio Sacrae Rotæ Rom.* Cap. **XCIX.** 300

Filius naturalis in certis bonis à patre hæres institutus, eo expresso, quòd si Religionem aliquam profiteretur, non nisi certam annuam quantitatem vitalitiam consequi possit, si hic ingrederetur Congregationem aliquam Sacerdotum secularium, qui ex permissu Sanctæ Sedis Apostol. vti Religiosi in communitate viuunt, an fiet locus dispositioni testatoris quòd annuam præstationem vitalitiam ordinatam, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. **C.** 304

Filius naturalis legitimatus per rescriptum Principis nùm sit immittendus in possessionem bonorum paterno-

rum, in quibus institutus est, si agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, simulquè, ac filiationem denegans. Cap. **CI.** fol. 306

Frater, qui vigore nouarum gratiarum succedit fratri in feudo nouo pecunia quæsito, non obstante inuestitura *pro se, & hæredibus ex corpore*, an possit etiam eisdem attentis gratijs succedere in feudo nouo fratris, non pecunia, sed in seruitiorum remunerationem concessio. Cap. **CII.** fol. 307

Frater vterinus secundogenitus in successione feudi paterni fratris vterini, cuius inuestitura canit *pro se, & hæredibus simpliciter*, nùm præferendus sit nepoti ex fratre vterino primogenito præmortuo, & de alijs, ad ornatum *Const. Regn. Vt de successio-nibus.* Cap. **CIII.** 309

Fructus percepti per hæredem grauatum post purificatum fideicommissum an, & quòd sint fideicommissario restituendi. Possessor bonorum fideicommissio suppositorum, à quo tempore teneatur restituere fructus, quos bona fide percepit, à tempore forsan purificati fideicommissi, vel à die litis motæ. Valor fundi quomòdò probetur. Fructus ex prædio rustico, vel urbano percepti cum sint vero Domino restituendi, ad quam nam rationem liquidantur, vbi *decisio Sacrae Rotæ Romanæ.* Cap. **CIV.** fol. 312

H

Hæres soluens creditori anteriori præuia iurium cessione nùm possit à posteriore hypothecaria, siuè iure assistendi conueniri super re, quam possidet. Exceptio discussionis inuentarij nùm post sententiam ad illius executionem impediendam opponi possit. Hæres soluens credi-

tori

Argumentorum Elenchus.

toti prius veniens, sciens alium ex-
tare anteriorem, an legitime eum
soluisse dicendum sit, & de alijs ad
materiam. Cap. CV. 315

Hæres scriptus petens hæreditatem vi-
gore testamenti, quod fuit postea
detectum nullum an, & quando pos-
sit variare, & petere iure obliquo ex
eadem scriptura, vt ex codicillis.
Text. in l. finali. C. de iur. codic. (quo
fancitum est, quem non posse ex ea-
dem scriptura petere hæreditatem
ex testamento, & ex codicillis; sed
vna via intentata alteram tolli) an
sicut limitatur inter descendentes,
& ascendentes, ita pariter fauore
piæ causæ, vbi singularis *decisio Sacr.*
Rot. Rom. Cap. CVI. 319

I

Instrumento in iudicio producto an
sicut tenetur producens ex disposi-
tione *text. in l. finali. C. de fide inst.*
illud iteratò producere, sic instante
Parte ex aduerso de falsitate redar-
guere volente, ita pariter teneatur
præsentare testes, quos pro se testi-
monium ferre curauit, dum illos
aduersarius falsò deposuisse proba-
re se offert, & de alijs notabilibus,
vbi singularis *observatio D. Io. Angel.*
Pisanelli. Cap. CVII. 321

Instrumentum num creditore instante
possit in eius foro inculari contra
debitorem alterius fori, stante pa-
cto, quod vbi debitor fuerit in mo-
ra soluendi, possit conueniri in foro
creditoris, in quo extitit destinata
solutio, & certa domus pro citatio-
ne assignata. Iurisdictio quibus mo-
dis prorogari possit, & de alijs. Cap.
CVIII. 324

Interesse ratione mortis num debeat
illius sortis, ad quam debitor diffi-
nitiva sententia fuit condemnatus,
si iusta concurrat litigandi causa,
& quæ sit ista hæc iusta litigandi cau-

sa, & de alijs ad materiam pertinen-
tibus. Cap. CIX. 325

Interesse quantitatis infra summam
ducatorum centum an peti possit.
Administrator alicuius bonorum,
qui in rationibus reddendis moro-
sus extitit, num teneatur soluere
interesse illius quantitatis, in qua
rationibus calculatis debitor appa-
ruit, quæ tamen quantitas nunquam
fuit liquida. Item an interesse, quod
Iudicis officio debetur, possit du-
plam quantitatis debite excedere,
vbi decisiones Sacri Consilij. Cap.
CX. 327

Inuentarium ab hærede confectum
an nullum censendum sit, vbi ali-
quis ex creditoribus defuncti ci-
tatus non fuerit. Hæres an vt in-
uentarium ei non prosit, conuinci
debeat, habuisse scientiam credito-
ris in confectioe non citati. Re-
gula res inter alios acta Tertio non
nocere an procedat, quando in-
uentarium cum vno ex creditori-
bus est validum à Iudice declara-
tum, alijs non auditis. Inuentarij
discussio facta cum vno ex credi-
toribus an prosit, vel noceat ceteris,
& de alijs. Cap. CXI. 329

Iudex secularis requisitus pro imple-
ratione brachij super executione
sententia per Iudicem Ecclesiasti-
cum in causa matrimoniali lata,
matrimonij separationem, & dotium
restitutionem concernentis, num
possit respectu restitutionis dotis
de viribus sententia cognoscere,
& de alijs ad materiam. Cap. CXII.
fol. 331

Iudex alicuius Tribunalis intra numerum
ordinarium nonissime receptus
num precedere debeat Iudicem su-
pernumerarium in illo munere anti-
quorem. Iudices supernumerarij an
potiantur eisdem beneficijs, & immu-
nitatibus, quibus Ordinarij gaudent,
& de alijs, ad ornatum *text. in l. 1. §.*

quod

Argumentorum Elenchus.

quod autem, C. de collegiat. lib. 1. in fin. l. unicuique, C. de proxim. sacr. serin. lib. 12. & in l. fin. C. de apparitor. Magistror. Milit. eodem lib. Cap. CXIII. fol.

332

Iudex an possit reculari, nè in iudicando interueniat in causis alicuius pupilli, ex quo tutoris est ille inimicus. Iudex, qui est consanguineus, vel inimicus alicuius Prælati an possit interuenire in causis illius Ecclesie. Cap. CXIV.

334

Iurisdicchio an sit à territorio separata, vel potius coherens territorio. In Regno nùm præscriptione aliqua quæri possit, vt Baro vnius Ciuitatis, vel Castri contentiosam iurisdictionem exercere valeat in alieno territorio inter subditos illos, qui illuc traxerunt domicilium. Iurisdicchio an sit præscriptibilis, & per quantum tempus. Et denique an in possessorio summarissimo turbatus, suæ possessionis cogatur ostendere titulum, præsertim cum versemur in materia iurisdictionali, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CXV.

335

Ius retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit, agnato vigore tenet in cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. in cap. 1. §. porro, quib. olim poter. feud. alien. & in cap. 1. §. Titius, si de feud. defunct. controu. sit int. Dom. & Agnat. an locum habeat in feudo hæreditario. Et quatenus in hoc feudi genere procedat, an iure illo uti possit agnatus, qui tempore minoris ætatis alienationi assentit, pretiique partem factus maior recipit. Item an minor, læsione non probata, restitui possit aduersus lapsum temporis ad retrahendum à iure præscripti. Ius retractus an competat vltiori agnato, quando feudatarius cum proximioris consensu feudum alienauit, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CXVI.

339

Ius retractus an competat Baroni iurisdic-

tionis ciuili, quando venditur iurisdicchio criminalis ab illius Domino. Prælatio quibus ex causis competere potest. Ius retractus cuius nature sit. Emptor rei cum pacto de retrovendendo an præferendus sit in cessione iuris luendi à venditore, pretio mediante alteri facta. Ecclesia si in feudi venditione præferri non posset ex eo, quod dicitur manus mortua, an petere possit, vt feudum illud ponatur in manus personæ secularis. Titulus C. plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur an procedat in feudis. Persona priuilegiata læsione non probata nùm restitui possit aduersus lapsum temporis ad retrahendum à iure præscripti. Cap. CXVII.

351

Ius prohibendi, quod Barones in eorum dominijs habent, nè vasalli ad alia Molendina, Furnos, & Tapeta accedant, quam ipsorum Baronum, an procedat, si vasalli accederent ad Molendina, Furnos, & Tapeta extra territorium existentia, & de alijs notabilibus ad materiam pertinentibus Cap. CXVIII.

355

L

Laudum ab Arbitris prolatum nùm allegari possit nullum, si in cõpromisso facto fuerit, speciali pacto inter Partes conuentum, vt de nullitate dici non possit, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CXIX. fol.

357

Legato facto Ecclesie pro misis quotidie celebrandis, & quod pro elemosyna teneatur hæres assignare sortem, cuius fructus Sacerdoti celebranti persolui debeant, facta hac assignatione, ad quem nam Sacerdotis electio spectare debeat, ad ipsum hæredem, vel potius ad Rectorem Ecclesie pro tempore, & de alijs, vbi decisio Sacre Rote Rom. Cap. CXX. 360

Legat-

Argumentorum Elenchus.

Legatum relictum filiis Petri, qui in eodem testamento relictus fuit tutor filiorum legatis, nūm possit de iure peti, si Petrus ipse tutelæ onus subire recusauit. Insuper an vsuræ quantitatis legatæ à testatore taxatæ, vt ab hærede præstentur, quousquæ legatū fuerit solutum, debeantur à die mortis testatoris, vel potius à die petitionis. Cap. CXXI. 362

Legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, an comprehendat augmentum super eisdem rebus post testamentum à testatore factum, & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus. Cap. CXXII. 365

Legato certæ pecuniæ quætitatis à Cardinale Familiæ suæ relicto, nūm de illo particeps esse possit persona, quam Cardinalis per literas familiaritatis familiarem suam declarauit, nulla tamen ei victus portione assignata, sed eo expresso, vt quamuis ab actuali seruitio esset absens, haberetur pro præsentem, & actu inseruiente, sicquæ omnibus gaudere prærogatiuis, ac si actuali seruitio vacaret. Cap. CXXIII. 368

Legato facto alicui de mille, quæ per hæredem solui mandauit testator ex simili, vel maiori summa, quam cõsequi dicebat à Caio, nūm censeatur illud ademptum, si demum testator ipse tale debitoris nomen ekegerit. Item annua præstatione relicta ex certo fundo percipienda, si contingit postea, tot non percipi fructus, vt annum illud legatum satisfieri possit, nūm hæres de alijs bonis hereditarijs supplere teneatur, & quid si semel est legatum præstandum. Cap. CXXIV. 369

Libri rationum private personæ si peteretur exhibitio, nūm possit is, à quo petitur, offerens se paratum exhibere, insimul excipere, quod adueffarius exhibitionem petens, ca-

ueat de stando dicto libro, non solum in his, quæ pro se faciunt, sed etiam in his, quæ faciunt contra, & de alijs, vbi singularis obseruatio D. Io. Angeli Pisanelli. Cap. CXXV. 371

M

MAioratus in successione concurrentibus masculo remotiore ex femina orto, & femina proximiore ex masculino nata, si tractatur de succedendo vltimo possessori transfuersali, nūm potior sit masculus ex femina remotior, quam femina ex masculino proximior. In contractibus maxime lucratiuis an filiorum appellatione veniant feminae. Masculinitatis qualitas adiecta in vna parte testamenti respectu filiorum Petri, an in alia respectu filiorum Antonij simpliciter vocatorum repetita intolligatur. Feminae an censeantur exclusæ à Maioratu ob grauamen ab Instituto adiectum, vt successores teneantur ferre illius nomen, & arma. Exclusio proprietarum filiarum an masculinitatis qualitatem inducat, vt neptis succedere non possit. Vocatis filiis masculis nascituris ex Petro, nūm vocatio hæc sit apta ad inducendum fideicommissum in fauorem descenditurum ab illis. Masculus ex femina an capax sit successionis Maioratus constituti pro masculis cum perpetua exclusione foeminarum, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CXXVI. 374

Mandatum à Iudice puellæ factum, ne sub certa pena ipso Iudice inconsulto matrimonio contrahat, nūm spreto dici possit, & successiue penæ exactio subintret, si ad stipulationem capitulorum matrimonialium post mandatum iniunctum processum fuerit. Cap. CXXVII. 385

Mulier Neapolitana, quæ filios habens non potest, nisi de decima suorum.

Argumentorum Elenchus.

- bonorum parte disponere, nùm possit testamento suo prohibere, nè marito filiorum patri in reliquis nouè partibus quæraturs vsufructus, qui aliàs ex iuris dispositione ad illum spectaret, & de alijs. Cap. CXXVIII. fol. 386
- Mater,** quæ iuxtà receptissimam Scribentium sententiam per pupillarem substitutionem à patre filio ordinatam excluditur à legitima, quæ de iure ad filiũ super bonis prædefuncti patris spectabat, sit paritèr excludenda, attento iure municipalihuius Ciuitatis Neapolis, ad ornatum *Consuetudin. Si aliquis morians.* Cap. CXXIX. 388
- Matrimonio separato** quodad Thorum culpa mariti an possit mulier gèdum repetere dotem, & donationem propter nuptias, sed etiam fructus dotis, quos maritus lite pendente super diuortio percepit, Sententia quæ dicatur declaratoria, & quæ priuatiua, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi *decisanes Sacra Rota Rom.* Cap. CXXX. 392
- Matrimonium** attento iure cõmuni, nùm legitimè per verba de præsenticontractum dici possit, si scriptura aliqua mediante vir, & mulier declarauerint, quod inuicem matrimonium contrahunt, nec se fore separandos, quousquè Deus, & mors separet, sic declarationem hanc propria manu subscribentes, vbi *decisio Sacra Rote Romanæ.* Cap. CXXXI. 395
- Matrimonium** si quis furtim, & malis artibus contraxerit, nullo præcedente patris, vel matris puellæ consensu, nùm Principis secularis arbitrio penna aliqua puniri possit. Cap. CXXXII. fol. 398
- Meliorationes** inseparabiles in feudo factæ, quæ per hæredem in feudilibus hæredi in allodio soluendæ sunt, cùm venerint estimandæ, quod nam tempus inspiciendum sit, restitutio-
- nis forsan, an verò illud, quo impèse factæ sunt, cuius occasione latè tractatur hæc meliorationum estimatio, pro ornatu, & declaratione *text. in l. in fundo 39. ff. de rei vindic. & in l. domos 61. ff. de leg. 1.* Item exceptio meliorationum an sententiæ executionem impediat. Cap. CXXXIII. 400
- Meliorationes** quo tempore inspecto estimantur. Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij assensus, nùm cogatur venditor, qui feudum reacquisiuit soluere emptori victo pretium meliorationum ibi per eum factarum, vel possit dicere, dùm sunt meliorationes, quæ per se subsistunt, quod remaneant ad commodum ipsius emptoris melioratis. Feudo reuerso ad Dominum ob lineam finitam, si meliorationes ibi factæ reperiuntur, nùm hæredi in allodio soluendæ sint, & de alijs pro intellectu, & ornatu *cap. 1. S. si vasallus, hic finitur lex, vbi decisio Regentis Moles.* Cap. CXXXIV. 404
- Miles veteranus,** qui honestam, vel causariam obtinuit missionem, nùm priuilegijs gaudere possit militibus actu inseruientibus concessis, signanter circa fori declinatoriã, & vt ad munera personalia, & onera realia non teneatur, & de alijs. Cap. CXXXV. 408
- Minor maior effectus** nùm possit ad Iudicem recurrere pro rescissione donationis à se factæ iuramento roboratæ tempore, quo quartumdecimũ adhuc non expleuerat annum. Absolutio à iuramento nùm necessaria sit, vbi in cõtractu enormissima cõcurrit læsio, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi *decisio S. G.* Cap. CXXXVI. 409
- Minor curatorẽ** habens si absquẽ eius autoritate contraxerit, sed cum decreto Iudicis, nùm contractus ille iuramento roboratus de iure subsistat. Iudicis decretum an suppleat tutoris, vel curatoris defectum. Pu-

Argumentorum Elenchus.

pillus minor septennio nūm possit absquē tutoris auctoritate præsentrare clericum in beneficio, quod est de eius iure patronatus, & si duplex concurreret presentatio, nimirum pupilli, & tutoris, quæ nam præualebit. Cap. CXXXVII. 412

Monasterium ex persona Monachi tēpore gravissimæ infirmitatis professi, & in ea defuncti, nūm possit agere super bonis paternis, & maternis pro consequutione legitimæ portionis, quæ huic Monacho super eisdem bonis competeat, vbi decisio S. C. Cap. CXXXVIII. 413

Mulier soluto matrimonio nūm possit absquē heredum viri cessione agere pro recuperatione dotis viro promissæ, & non solutæ. Instrumentū, quod in iudicio in carta pergamena non est productum, an fidem faciat, vbi geminatæ S. C. decisiones. & refutariū bonorum feudalium non dato heredē vniuersali, an loco hæredis habeatur. *Tex. in cap. 1. S. in generali, si de feud. defuncti. controuer. sit*, an procedat, quando feudatarius vniuersaliter bona sua obligauit, & quid si non habebat, nisi bona feudalialia. Item an limiteetur fauore dotis, & vbi hominis, sinē legis assensus præcederet, & de alijs. Cap. CXXXIX. 415

Mulier soluto matrimonio an possit agere contra hæredes viri pro recuperatione dotis, quam vir confessus fuit recepisse, sed verè non recepit, ex quo dotantes post instrumentum confessionis dotis, alio mediante cōfessi fuerunt, mutuo à viro recepisse pecuniam, illam eadem ex causa dotis obuentam, quam intrā certum tempus soluere promiserunt, vel quandocunquē, & interim correspondere, vbi singularis *observatio. D. Io. Angeli Pisanelli*. Cap. CXXXX. 421

Mulier soluto matrimonio, si per longū tempus in viduitate permanens, do-

tis interesse nusquàm petierit, nūm ea defuncta possint eius hæredes illud petere, & de alijs ad materiam. Cap. CXXXI. 425

Mulier viro suo defuncto nūm pro dotis recuperatione possit absquē Iudicis permisso, sed propria auctoritate pro concurrenti quantitate ingredi in possessionem bonorum mariti, sibi obligatorū. Cap. CXXXII. fol. 426

Mulier, quæ viro ad inopiam vergente, ex iuris dispositione potest sibi pro dotibus assecurari, an valeat in præiudicium aliorum creditorum assecurationem petere super corpore magni valoris, illo minoris estimationis, super quo potest esse sibi consultum, omisso. Cap. CXXXIII. 427

N

N Neophyti an, & quando ad ordinū susceptionem admitti possint. Impedimentum, quod consideratur in Neophytis circa ordinum susceptionem vsquē ad quod tempus duret. Ordinari nūm possint Religiosi probationis anno durante. Cap. CXXXIV. 429

Neptis ex filio, attento statuto, quod stantibus masculus femine non succedant, nūm de iure amitam excludat, idquē tam in bonis burgenfaticis, quàm feudalibus, & quid de iure Regni, & Consuetudinario Ciuitatis Neapolis, & quid in linea transversali. Item neptis ex filio primogenito an à feudorum successione patrum secundogenitū excludat, & an in bonis allodialibus equaliter concurrant, & de alijs. Cap. CXXXV. fol. 430

Nobilitatem allegans pro assequenda, aliqua prærogativa, quæ non nisi nobilibus conceditur, nūm audiendus sit, si illam probare intendit in loco suæ originis, in quo nulla adest di-

Argumentorum Elenchus.

- stinatio Nobilitati à Popularibus, vbi decisio Sacr. Rot. Rom. Cap. CXXXVI. fol. 433**
- Nominari, & proponi pro Regimine Vniuersitatis nùm possint homines illi, qui nominantium consanguinei, & affines sunt. Cap. CXXXVII. 435**
- Nominatio, quam semel peregit pater de officio, quod tenet à Rege post ipsius mortem in personam filij, vigore ampliationis obtentæ, nùm reuocari possit, eamq; in alterius filij personam facere. Mandatum nùm possit reuocari, quando mandans cum iuramento promisit illud non reuocare, & de alijs. Cap. CXXXVIII. 436**
- Notarius vasallus, qui prohibetur publicos contractus conficere, tam pro, quàm contra Baronem nùm prohibeatur similiter recipere obligationes penes acta, quibus mediantebus subditi ad beneficium Baronis, siue Aerarij Baronalis Curie certæ die aliquid soluere, vel præstare se obligant, & de alijs, ad ornatum Cap. Regni, quod incipit, *Non sine prudentis*. Cap. CIL. 439**
- Nouitius alicuius Religionis Neapolitanus si mori contingerit, & de suo disponere velit, nùm teneatur disponere sicut & ceteri Ciues Neapolitani, seruata forma statuti. Dispositio facta à Nouitio antè professionem per viam contractus inter viuos nùm potius diudicanda sit vltimæ voluntatis. Testamentum conditum à Nouitio Neapolitano, qui demùm sollemniter professus fuit, nùm illius morte sequuta infringi possit, tanquàm factum nõ seruata forma statuti. Cap. CL. 441**
- O
- Occisor, cum regulariter occisi successione priuetur, dubitatur, nùm filius occidens nouercam, patris successione priuetur, & quid in**
- fratre, an fratris successione reputetur indignus, ex eo, quod illius filium iuste occidit, & de alijs, ad ornatum *ter. in l. bis consequenter, S. 1. ff. famil. ercisc.* Cap. CLI. 443**
- Officium Regis munificentia, vel pecunia à Titio acquisitum, quod demùm eiusdem Regis metu proprio amissit, verùm in excambium certo quid annuo assignato, aliàs dabitari contigit, si in temporis progressu officium illud eidem Titio denuò concessum fuerit, nùm cesset concessio illa annuæ præstationis, ita vt per hanc nouam officij concessionem, sublata censeatur illa secunda annuæ pensionis. Cap. CLII. 444**
- Ordinari cum quis possit non modò ab Episcopo originis, & domicilij, verùm etiam & beneficij, dubitarunt DD. an hæc conclusio procedat, vbi quis in aliena Diocesi beneficium haberet; sed exigui redditus, ita vt ab illius loci Ordinario ad ceteros ordines promoueri possit. Cap. CLIII. fol. 445**
- Ordinari cum quis non possit ad Sacros ordines absque titulo, ex dispositione Sacri Tridentini Concilij *sess. 23. cap. 2. de reformat.* dubitatur, an satisfactum dici possit Tridentinæ Sanctioni, mandanti, quem non posse absque titulo ad Sacros Ordines promoueri, vbi quis professionis titulum haberet, vt quia esset Iuris peritus, vel Magister grammaticæ, ex cuius exercitio commodè viuere potest. Cap. CLIV. 446**
- Ordinatus si quis fuerit à non suo Episcopo, nùm fori privilegio gaudeat. A quo sit absoluedus Clericus loci exempti, qui in suspensionem incurrit, ex eo, quia ordines suscepit ab alio Episcopo, quàm illius Diocesis, intrà cuius fines locus ille exemptus situs est. Clericus suspensus, interdictus, vel excommunicatus an fori privilegio gaudeat, & de alijs, ad or-**

Argumentorum Elenchus.

natum reor in cap. cum nullus, de temp. ordinat. in 6. & Concilij Trident. Sess. 23. cap. 10. de reform. Cap. CLV. fol. 447

P

Pactum inter spolum, & futurum socerum secreto celebratum, ut quamvis mille pro dote in capitulis matrimonialibus promittantur, cum non nisi obnoxium effectiue sine soluenda, an validum, firmumque sit censendum in praedictum mulieris, de hoc tractatu penitus ignora. Cap. CLVI. fol. 448

Pactum adiectum in venditione praedij, ut si in futurum vendentis consanguineus vellet pro se illud emere, quod teneatur emptor relaxare, an perpetuum, vel potius temporale sit censendum. Pactum de retrouendendo per quantum tempus praescribitur, & de alijs. Cap. CLVII. 450

Pactum inter coniuges in capitulis matrimonialibus celebratum de perpetuo incolatu in certo loco habendo, an de iure subsistat, ubi *deciso Sacrae Rotae Romanae*. Cap. CLVIII. 451

Pactum illud, quod in diuisione duarum domorum communium vna tantum frater fratri suo facienda non possit in posterum domum, quae sibi contigit alijs vendere, nisi in scriptis fratre prius requisito, num reale, vel potius personale censendum sit. Cap. CLIX. 453

Pactum de retrouendendo in contractu censuali ad certum tempus collatum, an de iure subsistat, ita ut elapso illo tempore per venditorem annui census exerceri non possit. Et quid si contra fuerit dictum, ut perpetuo exerceri possit elapso tali tempore, & non ante, & quid si appositum esset in venditione aliarum rerum. Facultas redimendi annum censum, quae semper debet esse libera in personam venditoris, num per eius fideiussorem pacto restringi possit, ut re-

ditur infra certum tempus, & de alijs. Cap. CLX. 455

Pactum de retrouendendo, quod iuxta magis comunem exerceri prohibetur contra tertium rei possessorem, num exerceri possit, ubi pro contractu obseruantia adesset generalis obligatio omnium bonorum emptoris praesentium, & futurorum. Dominus directus an praeseratur extraneo in emptione fructuum rei emphyteuticæ, & an emphyteuta in venditione directi domini, & an vasalli in venditione iurium Baronialium. Pactum de retrouendendo si fuerit alteri cessum, an emptor, & possessor in illius emptione praeseratur, & de alijs notabilibus. Cap. CLXI. 458

Pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali se filiam equis portionibus instituire cum filio, an sit de iure validum, & admissa negatiua sententia, quid dicendum, si pater, qui sic promissit intestatus decesserit, filio masculino, & filia, cui fuit facta promissio supersticibus, num in hoc casu possit femina in vim pacti cum masculino concurrere, ex quo pater volens testamentum condere, & instituire quem voluisset, intestatus mori voluit, & de alijs notabilibus, ubi *deciso Sacrae Rotae Romanae*. Cap. CLXII. fol. 461

Pactum rescissorium, quod communiter in instrumentis constitutionis annui redditus apponitur, si ex Notarij incuria fuerit omissum, an pro appposito habeatur. Sententia an sit nulla, si iudex condemnauit reum conuentum in mille, cum non nisi quingentum deberentur, & de alijs, ad ornatu *pragm. 4. §. 20. & 25. in tit. de dilation.* Cap. CLXIII. 466

Parochialis Ecclesia si fuerit a clerico in minoribus obtenta, quod proinde tenetur ille infra annum ad Sacerdotium ascendere, num audiendus sit a suo Episcopo, si in fine anni ad-

huc

Argumentorum Elenchus.

huc non ordinatus vellet permutare Parochiam cum simplici beneficio, quod ab alio sacris insignito ordinibus tenetur, ad ornatum *tex. in c. licet canon, de elect. in 6. Cap. CLXIV. 468*

Pater in ultimis constitutus num possit testamento suo super re, quam filio contemplatione matrimonij donauit, fideicommissum imponere. Declaratur *tex. in l. fin. §. filia, ff. de leg. 2. & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CLXV. 470*

Patre defuncto, cui masculus successit cum onere dotandi sororem de paragio, si eam dotauerit, & demum corpus in dotem datum fuerit euictum, an pro dote amissa iterum a dotante obtinenda, competat illamet actio, quæ antè dotationem ad paragium consequendum competeat. Frater, qui euicta dote sorori datæ, tenetur ad iterum dotem, siue legitimam illi assignandam, an insimul teneatur ad soluendum eiusdem legitimæ portio- nis fructus, quos a corpore pro dote in solutum dato a die passæ euictionis soror ipsa percipere desijt. Dos si fuerit promissa solui in certa die, qua adueniente dotantes tot annuos viro in solutum dederant, num ex hoc cõtrahendi modo super bonis dotantiũ haberet mulier anterioritatem a die promissæ dotis, non solũ pro sorte, de qua non dubitatur, sed pro illius inter- usurario ex hoc secundo cõtractu decurrendo. Creditor anterior pro sorte an dicatur paritèr anterior pro vsuris, quando istæ non ex conuentione, sed ex mora debentur. Clausula, *pro quibus omnibus obseruandis, & c.* an importet promissionem interesse, & de alijs notabilibus, vbi nouissima decisio S. C. Cap. CLXVI. 472

Pater, qui de omni iure legitimus est successor in bonis filij prædefuncti, nõ sit excludendus a successione dotiũ maternas, si dotis restitutionem dotanti promiserit, seruata forma Cõ-

suetudinis Ciuitatis Bari, quæ incipit Dos a patre. Insupèr an validum sit pactum, quod sepe sepius in capitulis matrimonialibus apponi curant fratres, vt decedente sorore dotata sine filiis, vel cum filiis, sed illis in pupillari etate decedentibus, dos ad dotantem reuertatur, & de alijs, ad ornatũ Consuetudinis prædictæ, & l. si infanti, C. de iure delib. Cap. CLXVII. 480

Pecunia ad prædiorũ emptionem destinata num inter immobilia connumeretur, ita vt in terminis statuti deferentis mobilia in beneficium viri, vxore in matrimonio præmortua, talis pecunia minimè veniat. Cap. CLXVIII. fol. 485

Pena ordinaria, dubitatur, an puniri possit minor, qui in duodecimo suæ etatis anno constitutus atrocissimum commisit delictum, vbi decisiones S. C. & M. C. Cap. CLXIX. 485

Penæ pecuniariæ, quæ a Principe imponuntur aduersus illos, qui eiusdem Supremi Domini decreta contem- nunt, cui nam sint applicandæ, Fisco nimirum Regni, vel Baronibus inuestitis in eorum Terris, & Castris demero, & mixto imperio, & de alijs. Cap. CLXX. 487

Pensio imposita a Supremo Principe super beneficio, quod est de ipsius iure patronatus, num a præsentato in illo beneficio soluenda sit, si pensionarius literas Apostolicas super imposita pensione impetrare non curauit. Papa num possit imponere pensionem super beneficiis ad alicuius Supremi Principis præsentationem spectantibus. Et de alijs. Cap. CLXXI. fol. 488

Pignus cum non in creditoris utilitatè, sed securitatem detur, dubitatur, an pacto conueniri possit, vt creditor pro vsu pecuniæ, quam debitori dedit, valeat ex fundo in pignus sibi tradito fructus percipere, sicquè vt

ditor

Argumentorum Elenchus.

ditor lucretur fructus, & supposita, validitate pacti, quid dicendum, si valor fructuum commensurato interesse datae pecuniae excederet decem pro centenario, & de alijs notabilibus, ad ornatum *tex. in l. 1. C. 2. de pignorat. action. in l. ea lege, C. de usur. in c. illa vos, extra de pignorat. in cap. 2. C. in cap. conquestus, extra de usur. Cap. GLXXII.* 490

Privilegium concessum à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonso II. & Federico de Aragonia, num sit à Regibus nostris Austriacis servandum. Privilegium per non usum an amittatur. Reges nostri Austriaci an teneantur servare gesta per Reginam Ioannam II. & de alijs notabilibus ad materiam pertinentibus. *Cap. CLXXIII.* 493

Procurator, qui lite contestata, eo invito à principali constituente absque causa reuocari prohibetur, num possit eo consentiente reuocari, in prauiudicium colligantis, alio non constituto, ubi singularis *observatio D. Ioannis Angeli Pisanelli, cum decisionibus S. C. Cap. CLXXIV.* 495

Proximos de familia, ubi vocati sunt, casu, quo filius, qui à patre heres instituitur sine filijs mori contingeret, num conditione purificata, ad succedendum admitti possint, tam nati tempore mortis fideicommissaria, quam postea qui in eodem gradu reperiuntur, ad ornatum, & veram intelligantiam *tex. in l. cum ita, S. in fideicommiss. ff. de leg. 2. Cap. CLXXV.* 497

Quare in officio donationis intra quantum tempus à filio proponi debet. Elapsa tempore, quod datur filio post mortem patris pro consecutione eius legitima super bonis per patrem alteri filio, vel prorsus extraneo in vita donatis, num censendus sit filius ipse omni alio iuris remedio destitutus, ad rem ut am-

plius legitimam sibi de iure debitam pretendere non possit. *Cap. CLXXVI. fol.* 499

R

Ratiocinijs obnoxij ob Reipublicae rerum administrationem, num ab ordinum susceptione, & Religionis ingressu repellantur, quousque à rationibus reddendis eximantur. Et quid in clerico, qui postquam ad quatuor minores ordines promotus fuit, uxorem duxit, & mercari cepit, & contrahens alienum, an vxore mortua ad maiores ordines promoveri possit, creditoribus prius non satisfactis. Clericus, qui publicam administrationem coram Iudice seculari sponte susceperit, an pro computorum redditione coram eodem Iudice conveniri possit. *Cap. CLXXVII.* 501

Reclamatio à sententijs Praefecti Praetorio infra quantum tempus proponi potest. Reclamatum ubi fuerit à sententia S. C. per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, num ut procedi possit in causa reclamationis expectanda sit prius liquidatio, vel poterit ad ulteriora procedi, liquidationis cursu non impedito, & de pluribus, ad ornatum *Authent. qua supplicatio, C. de precib. Imperat. offer. C. Prag. 5. de offic. S. C. C. 38. de offic. Procur. Caesar. Cap. CLXXVIII.* fol. 503

Reconventio an praticari possit contra clericum coram Iudice seculari, quoties reconveniretur super re, quae nullam haberet connexionem cum petitione facta. Clericus num possit reconveniri coram Iudice laico, coram quo comparuit, instando, tolli sequestrum in bonis proprijs factum ad instantiam alicuius falso asserentis, esse bona illa in dominio laici. Reconventio an praticari possit contra Ecclesiam intentantem remedium, Capitulum Regni, ubi singularis *observatio*

uatio

Argumentorum Elenchus.

uatio D. Ioan. Angeli Pisanelli. Cap. CLXXIX. 504

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris infra quantum tempus, & apud quem Iudicem petenda sit. Appellatio quando permittitur à sententia Arbitri, an admittenda sit, pena in compromisso adiecta prius non satisfacta. Cap. CLXXX. 507

Regulares in quibus subsunt Episcopis. Locorum Ordinarij nùm facultatem habeant Regularibus in eorum Diocesis existentibus prohibendi, nè in ipsorum Ecclesijs Sacerdotes seculares exteros celebrare permittat, ubi *deciso Sacra Congregationis.* Cap. CLXXXI. 509

Releuium nùm sit Fisco soluendum ob mortem illius, qui feudum sine assensu emerat, accedente pariter hæredis declaratione, nolle contractum ratum habere, sed potius illum reuocare, prout reuocauit ex beneficio *Constitutionis Constitutionem Diua memoriz.* Feudo empto, nullo super emptionis contractu Regis impetrato assensu, si contingerit, emptorem mori absque legitimo hæresore in bonis feudaliibus, nùm fiat locus reuersioni ad directum Dominum; & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CLXXXII. 509

Releuium, quod per mortem feudatarii ab illius hærede Domino Regi in hoc Regno soluitur, dum liquidatur, nùm sit habenda ratio tantum ad fructus naturales, qui ex feudo in anno mortis percipiuntur, vel etiam ad illos, qui ex feudatarii defuncti industria collecti sunt. Cap. CLXXXIII. 513

Releuium in liquidatione nùm deducatur pena pecuniaria, siue prouentus iurisdictionis criminalis, in anno mortis feudatarii percepti, si eo anno feudum eum iurisdictione, & vasallis locatum reperiretur, prout deduceretur, si in defuncti Baronis dominium extitisset. Fundo feudali meliorato,

nùm in liquidatione releuii sit facienda deductio ab introitibus illius fundi pro rata meliorationum factarum. Cap. CLXXXIV. 514

Religiosus in Religione incapaci professus, & ad aliam capacem translatus, vel ad Episcopalem dignitatem assumptus, nùm recuperet bona, quæ antè ingressum in seculo possidebat, vel quæ post professionem ei delata fuerunt; sed proximioribus quæ sita. Neapolitanus in Collegio Doctorum doctoratus, si Religiosus efficiatur, & demùm senectute confectus ad Episcopalem dignitatem sit promotus, nùm recuperet in Collegio illum locum ab alio occupatum, qui tempore, quo in Religione vivebat, vacauit. Cap. CLXXXV. 515

Remissio mercedis, ut ob sterilitatem à locatore conductori facienda sit, ad ad quam summam damnum à conductoribus passum ascendere debet. Pensionis augmentum nùm à conductore locatori faciendum sit propter maximam fertilitatem, quæ in fundo conducto accidit. Renunciatio casuum fortuitorum an comprehendat insolitos, & inopinatos, & de alijs. Cap. CLXXXVI. 517

Remissio mercedis nùm conductoribus gabellatum à locatore impeditis facienda sit quoad quantitatem non exactam, vel potius datur actio ad interesse ratione lucri cessantis, & quid si impedimentum non culpa locatoris, sed factio tertij contigit. Cap. CLXXXVII. 519

Remissioni mercedis nùm sit locus, quando facta locatione Baroniz, sub qua plura consistunt corpora feudalia verbo signanter in locationis contractu descripta, in vno ex corporibus descriptis sterilitas contingeret, & de alijs ad materiam. Cap. CLXXXVIII. 519

Renunciatio in amplissima forma facta à filio patri, & fratri, eorumquæ hære-

dibus,

Argumentorum Elenchus.

dibus, & successoribus quibuscunq; eo expresso, vt intelligatur realis, quoddam sortiatum effectum, vt nusquam prætendi possit, quod per mortem patris, vel fratris absq; descendens, sit illa expirata, vel facta contemplatione familiaris; si demùm contingerit, patrem absque descendens, & ab intestato mori, dubitari solet, an pro non facta habeatur, ita vt ea non obstante filia ipsa, quæ renunciauit, intestato patri succedere possit, vel potius per collaterales sit à successione repellenda. Renunciatio successione secularis quando dicitur realis, & quando personalis, & de pluribus, ad ornatum *sex. in c. 1. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. patern.* Renunciatio matris an obstat filijs, quin ex propria persona venire possint ad successionem, cui, qui ab intestato decessit, superstitite ipsa filia renunciante, & de alijs. **Cap. CLXXXIX.** 522

Renunciatio, quæ fit à filia moniali ad beneficium patris, & fratris nùm sit aliquando personalis, ita vt per mortem ipsorum sine descendens evanescat. *Dispositio sex. in l. femina, C. de secund. nupt.* an locum habeat, quando ex filijs primi matrimonij vnus tantùm superest, qui tamen est in aliqua Religione professus. Et an procedat quoad successionem bonorum, quæ defuncto filio ex alterius successione obtinerunt. Renunciatio facta ex causa ingressus in Religione an statuta sollempnitates requirat, & de alijs, vbi notabilis *decisio Sacrae Rose Rom.* **Cap. CXC.** 549

Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum cum omnibus clausulis, quæ illam realem constituunt, nùm tantã vim habeat, vt mortuis omnibus fratribus absque descendens proficit agnato remotiori, ad finem, vt valeat ille de bonis suis antiquis liberè disponere, non

relicta medietate agnatæ mulieri proximiori superexistenti. Renunciatio promissa à sponso nomine sponsæ absentis in capitulis matrimonialibus de omnibus successione in forma, ad beneficium dotantium, nùm ex subsequuto matrimonio, & dote recepta censeatur à sponsa ratificata. **Cap. CXCI.** 557

Renunciatio matris an, & quando nocet filijs, ex propria persona venientibus. *Contracto matrimonio in Civitate Neapolis secundum usum, qui vulgò dicitur, di Capuana, e Nido,* quisnam potior sit in alicuius intestati defuncti successione, pater, vel nepos, siue neptis ex sorore, quæ dum nupsit, renunciauerat successione omnibus pro præterito deuolutis, & de cetero ab intestato deuoluentis, & quod filij nascituri ex propria persona venire nõ possint. **Cap. CXCH.** fol. 562

Renunciatio à filia, vel sorore in ampla forma facta patri, vel fratri de omnibus successione delatis, & deferendis, si demùm contingerit, vt post ipsius renunciantis nuptias pater, vel frater ab intestato decederet, alia filia, vel sorore in capillo superstitite, an sola ista non nupta ad patris, vel fratris successionem admittenda sit, vel pariter cum ea soror illa nupta, quæ renunciauit, & de alijs notabilibus, vbi singulare. *responsu D. Io. Angeli Pisanelli.* **Cap. CXCH.** 565

Renunciatio facta à filia patri ad fauorem fratrum, illis presentibus, & acceptantibus de omni successione in amplissima forma, tam ab intestato, quam ex testamento obuenta, & in futurum obuenienda, si pater demùm testamentum condens, filia, quæ renunciauit, aliquod fecerit legatum, an eo casu renunciatio pro non facta habeatur, vel potius illud relictum remanebit penes fratres, vti sororis renunciatarios, & de alijs

Argumentorum Elenchus.

notabilibus, Cap. CXCIV. 570
 Renunciatio facta à Patribus Societatis Iesu post emissionem erium simplicium votorum, nùm resoluatur, si renuncians antè, quàm sollemniter profiteretur à Religione exiret. Religiosi Societatis Iesu donec sollemniter profiterentur nùm retineant dominium suorum bonorum, nec non beneficia, si quæ habent Ecclesiastica, & pensiones, cuius occasione declaratur *Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 16. de regul. & de pluribus ad materiam pertinentibus.* Cap. CXCIV. 570
 CXCIV. 570

Renunciatio, quæ à Novitijs fieri solet intrà annum probationis, quas requirit sollemnitates. *Dispositio Sac. Trid. Conc. sess. 25. cap. 16. de regul.* an procedat, quando renunciatio est facta intrà duos menses professioni proximos, sed professio ad maius tẽpus duorum mensum dilatata fuit. Item an eadem dispositio procedat, quando renunciatio est facta antè Religionis ingressum, & an locum habeat in testamentis, ceterisque ultimis voluntatibus. Testamentum an rumpatur per Religionis ingressum, siue per subsequutam professionem, & de alijs notabilibus, vbi nouissimæ *decisiones Sac. Rot. Roman.* Cap. CXCVI. 577

Repositioni ad Ecclesiam an sit locus, si delinquoens timens capi à Curia seculari ab Ecclesia aufugit, & extrà illam captus fuit, vbi determinatio Collateralis Consilij. Cap. CXCVII. fol. 586

Restitutio in integrum an detur privilegiato aduersus exceptionem declinatoriam fori omiffam. Primum, & secundum beneficium, quod in Regno ad pinguius probandum conceditur Pupillo, Viduæ, Ecclesiæ, & Fisco an concedendum sit Fisco, vbi ageret de Inero aliquo consequendo, ex delicto descendente, vbi decisio

Regiæ Camere. Cap. CXCVIII. 587
 Restitutio in integrum petita aduersus sententiam nùm à Indice tacite denegata censetur, si ad vltiora in causa processit, nulla provisione facta super restitutione petita. Cap. CXC. 588

Restitutio in integrum petita aduersus sententias Præfeti Prætorio, vt illarum executio impediatur, quæ concurrere debeant. Læsio si in sententia detegitur an sit locus huic restitutionis remedio, si restitutionem petens aliud non querat, nisi sententiam renocari, non autem vt euitet executionis damnum. Restitutio in integrum an possit peti aduersus equè privilegiatum. Executio sententiæ S. C. an impediatur, si victus scripturas presentauerit priuatas, quibus constaret de satisfatione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat. Cap. CC. 589

S

Sacerdotes seculares deprivati ad Sacra ministrandum in Ecclesia, cuius bona, & redditus per laicos administrantur, qui Aconomi, seu Magistri nuncupari solent, nùm ab iniuncto seruitio per eisdem Aconomos, seu Magistros ad nutum remoueri possint. Cap. CCI. 592

Sententia transacta in rem iudicatam, & in quibus casibus sub prætextu instrumentorum de nouo reperiendi reuideri possit. *T. vlt. à Imperatoribus, in 2. respons. & in l. vnica, C. de senten. aduers. Fisc. lat. retract. lib. 10.* (quibus cauetur, fauore Fisci, & Reipublice peti posse, vt sententia in rem iudicatam transacta reuideatur prætextu instrumenti de nouo reperi) an procedant, vbi adessent duæ sententiæ conformes, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CCII. fol. 592

Argumentorum Elenchus.

Sententia lata à Iudice Ecclesiastico in actione hypothecaria cōtra Laicum, & Clericum, rem obligatam pro indiviso possidentes, nūm possit exequi contra laicum, qui ad suum Iudicem se remitti instat, ad ornatum *text. in l. fin. C. de except. & prescript.* Cap. CCIII. 595

Seruiturē si quis allegaverit habere iuris pacendi, aquandi, siuè lignandi in alieno territorio, Domino illius territorij se opponente, nūm abstinere debeat, vel potius lite pendente sit in sua quasi possessione conservandus. Instituto iudicio ordinario interdicti vti possideris an intentari possit extraordinarium, siuè summarijsimum, quod ab Hispanis *interim* nuncupatur, & de alijs, vbi singularis *observatio D. Io. Angeli Pisanelli* cum decisionibus S. C. Cap. CCIV. 596

Seruitus causam habens continuam, vel quasi nūm prescribi possit, & quāto tempore, & quæ dicatur seruitus causam habere continuam, & quæ quasi continuam. Domum habens cum fenestris supra, vel iuxta Domū, siuè Hortum vicinā, an sicut attentā Consuetudine Neapolitana volens novum facere solarium, possit novas facere fenestras per directum fenestraz inferioris, ita pariter valeat in membro inferiori, in quo nulla unquam fuit apertura, novam facere fenestram per directum membri superioris, vbi notabilis *observatio Domini Io. Angeli Pisanelli.* Cap. CCV. 599

Simoniacus nūm censendus sit vir ille, qui familiari Pontificis pecuniam dederit, ad hoc, ut operam suam præstet, siuè intercedat, ut Pontifex beneficium aliquod Ecclesiasticum ei conferat. Cap. CCVI. 601

Societas quibus modis solvatur, & tacite ea dissoluta, renouata dicatur. Societatis dissolutio an, & quando noceat creditoribus illis, qui postea cum altero ex socijs sociali nomine bona

fide contraxerunt, & de alijs notabilibus, vbi *decisio Sac. Rot. Rom.* Cap. CCVII. 603

Soror de iure Consuetudinario Neapolitano an, & in quibus casibus fratri suo ab intestato defuncto ob existentiam alterius fratris, vel ex fratre nepotum non succedat, & in quibus admittatur, ad ornatum *Consuet. Sed si morienti.* Soror vterina attentā *Consuet. Regn. In aliquibus*, nūm in successione matris æquis portionibus cum fratre vterino admittatur, vel potius propter masculi existentiam excludatur, dote recepta. Cap. CCVIII. 606

Soror fratris appellatione an, & quando contineatur. *Consuetudo Neapolit. incipiens Sed si morienti*, quæ in collateralium successione masculus feminā excludit, an procedat in successione feminæ, & de alijs ad materiam pertinentibus. Cap. CCIX. 611

Soror nūm ad defuncti fratris successionem admittatur, vnā cum alijs fratribus superstitibus, si dotata reperitur de bonis eiusdem fratris defuncti, vel potius sit repellenda. Cap. CCX. 612

Spoliatus an sit de iure restituendus, si spoliatus in promptu de iure suo doceret. Princeps Superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Iudex, coram quo de illato spolio agitur, simul, & semel, tam in possessorio, quàm in petitorio procedat, & de alijs notabilibus, vbi *singulare responsum D. Ioann. Angeli Pisanelli.* Cap. CCXI. 613

Statutum foeminam, etiam in linea collateraliali per masculum excludēs, nūm locum habeat, cum decesserit frater superstitibus sorore, & fratris præmortui filia, vbi *decisio nouissima Sacri Consilij, pro ornatu Consuet. Neapolit. Sed si morienti.* Insupèr an idem statutum locum habeat in successione foeminæ, vbi *decisio Sacra Rota Romana.* Cap. CCXII. 616

Statutum laicorum an Clericos liget.

Argumentorum Elenchus.

Conuentio inter Baronem, & Vniuersitatem conuocato consilio inita, vt tempore recollectionis frumenti, ad fraudem episcopatam exigatur à Ciuibus in territorijs Baroni redditibus seminantibus, medietas quantitatis frumenti semidati, & non amplius quantitas vnus modij ex singulis decem, quæ colliguntur iuxta antiquum solitum, nùm liget Clericos, qui vt laicorum successores territoria à Baronibus concessa tenent, & de alijs ad materiã pertinētibus. Cap. CCXIII. fol. 620

Statutum, quo cauetur, vt nemo ex Ciuibus possit in solo suo edificare, nisi certa pecuniarum quantitate, iuxta edificij qualitatem Cõmunitati prius soluta, an locum habeat, quando Ciuis veller domum suam ruinam minantem reficere. Barones an valeant in eorum iurisdictione noua Castra edificare, & antiqua reficere, ad ornatum *Constitution. Regni Castra*, Cap. CCXIV. 622

Stipendia, quæ ex Principis largitione singulis annis Magnates pro militum præfectura, siue alicuius Castri custodia consequuntur, nùm eisdem debeantur pro eo tempore, quo in vinculis ex causa alicuius patrati facinoris detruduntur. Clericus beneficiatus si sententia mediante fuerit in perpetuum carcerem damnatus, absque quòd de beneficio aliquid in sententia exprimat, nùm beneficio illo priuatus censetur, & de alijs ad materiã pertinētibus. Cap. CCXV. 623

Subingressio in successione tam in linea ascendenti, quàm transuersali quomodò hodiè procedat, tam attentio iure communi, quàm municipali Neapolitano explicatur, & ad quem gradum se extendat, & quid in feudis. Duplici vinculo munitus an in successione, & fideicommissis vincat ex vno latere coniunctum, & de alijs notabilibus, vbi *deciso nouissima Sacra*

Rota Romana. Cap. CCXVI. 625
Subingressioni an sit locus in terminis *Consuet. Neapol. Sed si morienti*, quando moritur soror superstitibus sorore, & abnepte ex altera sorore prædefuncta, ita vt ista abneptis matris, & auis personam subingrediens possit ad succedendum concurrere cum matertera magna. Renunciatio matris præmortuæ an obstat filiis eius hæredibus ex propria persona venientibus, & de alijs notabilibus ad materiã pertinētibus. Cap. CCXVII. 630

Substitutio facta à feudatario an sustineri possit, dum filium hæredem instituens, eiquè sine filiis masculis decedenti fratrem substituens, istoque pariter sine filiis masculis decedente, feminis prorsus exclusis, alium de familia vocans, ordinauit, quòd si contingeret, feminam contra ipsius testatoris voluntatem in feudis succedere, teneatur illa pretium feudorum illi de familia substituto soluere, vel ad ipsius foeminae electionem feuda relaxare; an, inquam, si casus euenerit, quòd fieret locus successioni ad beneficium foeminae, teneatur illa ad præfatæ dispositionis obseruantiam. Cap. CCXVIII. 634

Substitutioni an sit locus, caducata institutione per mortem instituti antè testatorem, cum eodem testamento demum defunctum, idquè tam si ageretur de substitutione compendiosa, quàm pupillari, vbi *deciso Rot. Rom. & de alijs ad materiã*. Cap. CCXIX. fol. 638

Substitutio facta in casu, quo hæredes instituti absque liberis decederent, nùm verificetur statim cum contingerit, alterum ex institutis sine liberis mori, an verò vt locum habeat mors omnium institutorum absque filiis expectanda sit. Donatio facta à viro, & vxore bonorum eorum omnium, post tamè eorum mortem alicui Ecclesie, altero ex coniugibus defuncto, an

Argumentorum Elenchus.

Ecclesia possit petere bona illius, qui defunctus est, vel amborum mors erit attendenda. Cap. CCXX. 642

Substitutio in alicuius tertii arbitrium collata an de iure subsistat. Captatoria voluntas an, & quando fauore animæ sustineatur, distinguuntur plures casus, ex quibus materia enucleatur. Cap. CCXXI. 646

Substituto proximior de familia factio substitutionis casu an foemina de familia proximior masculinum remotiorem excludat. Item agnatione vocatum cognatus proximior foeminam agnatam remotiorem repellat, ubi decisio S. C. Cap. CCXXII. 647

Substitutione facta à patre filiis, ut altero absque liberis decedente ad defuncti successionem superstites admittantur, num altero cum filiis mortuo, superstites sine liberis decedentes in praedictum nepotum, qui ex fratre premortuo nati sunt, possint de portionibus, quæ eis contingerunt, liberè disponere, ubi nouissima decisio S. C. Cap. CCXXIII. 649

T

Tempus à lege municipalis ad retrahendum praescriptum cum venditur fundus aliquis fundo alterius collateralis, num possit instante emptore à Iudice restringi. Tempus anni à Pragmatica Sanctione statutum, ut quando venditur Terra, possit Vniuersitas ad domanium proclamare, num emptore instante possit à Iudice abbreviari, ubi decisio D. Regent. Moles. Cap. CCXXIV. 650

Testamentum an nullum sit de iure censendum, stante depositione plurimum testium, ad instantiam venientium ab intestato examinatorum, qui cum iuramento deposuerunt, testatorem tempore, quo ille vivebat non fuisse sanæ mentis, sed prorsus à recto intellectu alienum. Testamentum condi-

tum ab eo, de cuius sana mente dubitatur, an validum sit diiudicandum, si ex illius lectura constat, testatorem omnia prudenter disposuisse. Testamentum conditum ab illo, cui ad lites datus erat curator an de iure subsistat, & de alijs. Cap. CCXXV. 651

Testamentum primum sollemne, ut censetur reuocatum per secundum minus sollemne cum decemniij cursu, à quo nam die tempus illud decemniij decursum esse debeat, à die. scilicet conditi primi sollemnis testamenti, vel à die secundi minus sollemnis. Testamentum primum sollemne an per secundum minus sollemne possit dici reuocatum. quoad legata, licet nullatenus quoad hæredis institutionem, & de alijs. Cap. CCXXVI. 654

Testamentum, quod testator non sigillauit, & in quo Religiosi pro testibus subscripserunt, num sit de iure validum. Testamentum in scriptis si in publicam formam redactum fuit, ac sollemni Notarij stipulatione munitum, an cum aperiatur, necesse est, ut testes, qui interfuerunt, eorum subscriptiones, & sigilla recognoscant, & de alijs, ad ornatum *tex. in l. xij. ab initio, ff. quædam testam. apr. & in l. hac cõsultissima, C. de testam.* Cap. CCXXVII. fol. 656

Testamentum conditum à Clerico manu Notarij Apostolici, num in hoc Regno de iure subsistat. Instrumentum stipulatum manu Notarij Apostolici, num in Regno via *Rivus Magnæ Curie* presentari possit. Clerici an subsint Principi laico, quando tractatur de dispositione bonorum patrimonialium, quæ secundum legem humanam habentur, & de alijs, ad ornatum *Pragn. 2. sub tit. de contractib.* Cap. CCXXVIII. 659

Testamentum ad pias causas num sollemniter conditum dici possit, si loco Parochi adhiberetur testanus Confessarius, & quid si constaret de volun-

Argumentorum Elenchus.

tate: disponentis ad pias causas per schedulam illius manu scriptam, & an ad illam verificandam sat sit, si testes deponant, habere manum notam. Cap. CCXXIX. 661

Testamentum scriptum per Notarium, valalium, in quo illius Baro est hæres institutus, nùm de iure subsistat, ad declarationem *tex. in cap. Regni Non sine prudentis Regis Ladislai*. Cap. CCXXX. 662

Terminus in iudicio renocationis contractus rei feudalis virtute *Constitutionis Regni Constitutionem Diua memoria: cum: teo instante* necessariò à Iudice impartendus sit, vel potius denegandus, actore denegati petente. Cap. CCXXXI. 663

Titulus criminis, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis nùm sat sit ad tribuendum iurisdictionem Iudici, qui alias si non veniret imponenda pœna mortis, esset incompetens. Cap. CCXXXII. 664

Transactio læsionis prætextu an, & quando rescindatur, & quomodo dignosci possit, læsionem in transactionis contractu interuenisse. Transactio inbita inter hæredem, & legatarium nùm læsionis prætextu rescindi possit, si allegetur, & probetur, soluto ære alieno nil in hæreditate remanere, vt legatariis satisfieri possit. Filius familiaris an per assequutionem dignitatis Principatus, Ducatus, &c. à patria potestate liberetur, & de aliis notabilibus ad materiã pertinentibus. Cap. CCXXXIII. 666

Transactio cum ab altero ex transigentibus aliqua de causa rescindi petitur, nùm si persona, quæ pro rescissione instat, aliquid transactionis nomine receperit, antè omnia acceptum restituere cogatur, vbi geminatae decisiones. S. C. ad intelligentiam *text. in l. si diuersa, C. de transact.* Cap. CCXXXIV. 670

Tutor ligans nomine sui pupilli nùm

reo instante teneatur deponere vti principalis super positionibus in actis præsentatis, & an hæc depositio possit peti vsquè, & post conclusum in causa, vbi singularis *obseruatio D. Ioan. Angeli Pisanelli*. Cap. CCXXXV. 671

V

Velleiani Senatus Consulti beneficio nùm locus sit in Regno, si mulier præuia Regis dispensatione illi renunciauerit. Mulier an exceptione Senatus Consulti succurratur, si ex interuallo eius obligationem ratam, habuit Exceptio hæc, quæ ex dispositione *tex. in l. tametsi, ff. ad Senat. Consul. Maced.* potest adhuc post sententiam opponi, an validè opponi possit post sententiam, quæ fecit transitum in rem iudicatam, & de alijs notabilibus. Cap. CCXXXVI. 673

Velleiani Senatus Consulti beneficio cù locus nō sit, quoties pro aliqua dote mulier se obligauit, nùm adhuc validè obligata censetur, si absquè eius viri consensu se obligauit, ità vt die solutionis cedente, ipsaquè ad dotem soluendam obligata soluere recusante, possit ille, cui fuit dos promissa super bonis dotalibus, & extrã dotem obligatae mulieris exequi facere. Mulier coniugata, quæ bona vtrã dotem habere dicatur, & an in illis vir habeat administrationem, & de alijs ad materiã pertinentibus. Cap. CCXXXVII. 677

Velleiani Senatus Consulti beneficio nùm locus sit, vbi mulier per scripturã priuatam hæreditatẽ sibi delatam, alteri cesserit, vel dicendum est, esse illam omninò cogendam ad cessione factæ persistendum. Obligatio mulieris an subsistat, quando facta non apparet per publicũ documẽtũ, & de alijs, ad intelligentiã *tex. in l. antiqua, S. fin. C. ad Sen. Consul. Vell. et iul. sed fego, ff. eod.* Cap. CCXXXVIII. 679

Argumentorum Elenchus.

Venditione facta rei cum pacto de re-
trouendendo, infra certum tempus
exercendo, si demum emptor eandem
rem pro eodem pretio liberè alteri
vendere promiserit, dummodò infra
tempus ad redimendum præscriptum
primus venditor non recemerit, casu
contingente, quòd non fuerit sequu-
ta reemptio, & hoc tempore pendere
res deteriorata, cuiusnam periculo
cedat deterioratio, venditoris nimi-
rum, vel emptoris. Vendita re in die
pro pretio soluendo, die illa adueni-
ente, si hoc medio tempore res illa aug-
mentum receperit, cuiusnam illud sit,
venditoris, vel emptoris, & de aliis
notabilibus. Cap. CCXXXIX. 682

Vendita re duobus in solidum diuersis
temporibus an sicut de iure ille in em-
ptione præferatur, cui prius fuit res tra-
dita, sic pariter dicendum sit in contra-
ctu locationis, & conductionis, ut ille
in conductione præferatur, cui prius
fuit res locata tradita, quamuis tunc
habeat posteriorem, ad ornatum *tex.*
in l. quoties, C. de reuendicat. Cap.
CCXXX. 684

Venditione facta de certa frumenti, vi-
ni, vel olei quantitate pro pretio con-
uento, soluendo tamen ab emptore,
in die præscripta rei venditæ confi-
gnationis, si in statuto tempore ven-
ditor frumentum, vinum, vel oleum
emptori non consignauerit, an sicut
tenetur ad omnia damna, & interesse
damni emergentis, ita pariter & luci
cessantis, ad ornatum *tex.* *in l. si steri-*
lis, §. cum per venditorem, ff. de action.
empt. & in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo
loco. Cap. CCXXXI. 685

Vestes uxori pretiosæ constante matri-
monio à viro illi factæ, num possint
ad instantiam creditorum viri exequi,
& demum vendi, ad hoc, ut pretium
eisdem creditoribus liberari possit,
vbi decisio R. Cam. Cap. CCXXXII.
fol. 687

Virgo patre orbata, cui secundum recep-

tiorem sententiam competit benefi-
cium electionis fori, num si facta ele-
ctione in causa ciuili, virum duxerit,
possit reus conuentus ad suum iudi-
cem causæ remissionem petere, &
quid seruetur in M. C. in causis crimi-
nalibus. Cap. CCXXXIII. 688

Visitatores generales, qui ad Regios
Magistratus inquirendos à Domino
nostro Rege destinari solent, num
possint Dominorum Proregum Se-
cretarios visitare. Officiale defuncto
an contra eum inquiri possit, ut hæres
teneatur in id, quod defunctus tene-
retur, si viveret. Accusatio in crimini-
bus peculatus, & repetundarum in-
tra quantum tempus est proponenda,
& de alijs notabilibus, ad ornatum
tex. *in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. in*
l. defuncto, & in l. 3. ff. de public. iud. in
l. 2. ff. & C. ad l. Iul. repet. & in l. unica,
C. ex delicto defuncti. vbi singularis
decisio Dom. Regentis Moles. Cap.
CCXXXIV. 689

Vita, & militia super feudo à fratre pri-
mogenito secundogenitis debita,
quomodo taxetur. Filia monialis, quæ
dote à patre recepta amplissimè re-
nunciauit an in taxanda vita, & mili-
tia super feudo, vel legitima super al-
lodio, sit inter filios connumeranda.
Vita, & militia an in locum legitimæ
succeserit, & de alijs notabilibus
ad materiam pertinentibus. Cap.
CCXXXV. 693

Vita, & militia super feudo à fratre pri-
mogenito secundogenitis debita, si
non fuerit petita in die mortis com-
munis patris, an cum primum peti-
tatur, peti possit cum interesse, vbi
decisio S. C. & de alijs ad materiam
pertinentibus. Cap. CCXXXVI. 696

Vniuersitatibus Regni huius non solu-
do existentibus num creditore instan-
te exequi possit contra quemlibet
ex ciuibus in solidum, vel tantum pro
rata. Syndicus, & Electi alicuius Vni-
uersitatis si in persoluendis fun-
tionibus

nibus

Argumentorum Elenchus.

nibus fiscalibus in mora extiterint, an
carcerari possint, & de aliis, ubi singu-
laris *decisio Dom. Regentis Moles.* Cap.
CCXXXVII. 697

V usufruarius, qui tenetur cautum red-
dere proprietariū de utendo, & fruē-
do re arbitrio boni viri, nūm teneatur
simul cauere, quando ipse donauit rē,
usufructu retento; & quid in dona-
tione contemplatione matrimonij, an
si quis hanc fecerit donationem suo-
rum bonorum, vel partis illorum, re-
tento usufructu, donatario instans,
cogi possit ad sibi præstandam fide-
iurionem de utendo, & fruendo re-
bus donatis, & de aliis, ubi *celebris
observatio D. Io. Angeli Pisanelli.* Cap.
CCXXXVIII. 699

Vxor inlequens virum Principi suo in-
seruientem, nūm iustam habeat cau-

sam in integrum restitutionem petē-
di ex clausula generali aduersus sen-
tentiam contra se latam, procuratore
tamen audito, quæ quidem restitutio
aliās si fuisset. præsens, peti non pos-
set, & de aliis, Cap. CCIL. 702

Vxor militis, siuē alterius personę à mu-
neribus patrimonialibus immunis, si
vidua euaserit, an in collectis, aliisque
vniuersalibus oneribus defuncti viri
priuilegio gaudere possit. Statutum
contra exteros emanatum an com-
prehendat mulieres exteras, ciuibus
nuptas, in viduitate permanentes.
Nobilis, qui ad tributa soluenda non
teneatur, si cum plebeia matrimonium
contraxerit, bona collectis obnoxia
in dotem accipiens, nūm pro bonis
illis ad tributa persoluenda cogi pos-
sit, & de aliis, Cap. CCL. 703

Finis Argumentorum.



DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quæ impressæ habentur in hoc Secundo Libro
Resolutionum Quotidianarum Iuris
Pontificij, Cæsarei, & Regni
Neapolis.



MERINA
honorum 2. Iu-
nij 1645. cor-
am Illustriss:
Dom. Royas.
cap. 27.

Auenionensis hereditatis 5.
Martij 1646. coram Illu-
striss. Dom. Royas. cap. 162.

Auximana fideicommissi 26.
Maij 1642. coram Illustris-
simo Domino Dunozet. cap.
104.

*Bononiensis supplementi legiti-
ma* 5. Maij 1638. coram Il-
lustrissimo Domino Ghislerio.
cap. 99.

Calliensis hereditatis 15. Apri-
lis 1639. coram Eminentis-
simo Domino Cardinale Ve-
rospio. cap. 107.

Coloniensis matrimonij 22. Ia-
nuarij 1640. coram Eminen-
tissimo D. Cardinale Panzi-
rolo. cap. 131.

Firmana fideicommissi 28. No-
uembris 1646. coram Illu-
strissimo Domino Otthobono.
cap. 216.

Interamnensis habitus 20. Fe-
bruarij 1641. coram Illu-
strissimo Domino Royas. cap.
147.

Lucana legati 6. Iunij 1644. co-
ram Illustrissimo Dom. Pin-
zingero. cap. 120.

Maceratensis beneficij 1. Apri-
lis 1639. coram Illustrissimo
Domino Merlino. cap. 40.

*Mechliniensis nullitatis matri-
monij* 16. Aprilis 1646. co-
ra Illustr. D. Corrado. cap. 43.

*Portuensis flagiti 27. Aprilis
1640. coràm Eminentissimo
Domino Panzirolo. cap. 55.*

*Et in eadem coràm eodem 26.
Decembris 1641. cap. eodem.*

*Romana successionis 14. Iunij
1630. coràm Illustris. Do-
mino Merlino. cap. 212.*

*Romana laudi 30. Ianuarij
1640. coràm Illustrisimo
Domino Dunozeo. cap. 220.*

*Romana donationis 1. Februar.
1640. coràm Illustrisimo
Domino Royas, cap. 196.*

*Et in eadem coràm eodem 17.
Decembris 1640. cap. eodem.*

*Et in eadem coràm eodem 15.
Martij 1641. cap. eodem.*

*Romana, seu Florentina resti-
tutionis in integrum 10. Maij
1641. coràm Eminentissimo
Domino Cardinale Panziro-
lo. cap. 96.*

*Romana deuolutionis domus 13.
Iunij 1641. coràm Illustris-
simo Domino Merlino cap.
73.*

*Et in eadem coràm eodem 20.
Nouembris 1641. cap. co-
dem.*

*Romana iocaliam 11. Decēbris
1641. coràm Illustrisimo
Domino Merlino, cap. 71.*

*Romana successionis de Comiti-
bus 15. Ianuarij 1642. co-
ràm Illustrisimo Domino
Dunozeo. cap. 190.*

*Romana successionis de Roti-
gnis 19. Iunij 1645. coràm
Illustrisimo Domino Ghif-
lerio. cap. 207.*

*Rossanensis decimarum 18. Iu-
nij 1642. coràm Illustrisimo
Domino Bichio. cap. 28.*

*Tridentina matrimonij 27. Iu-
nij 1646. coràm Illustrisimo
Domino Gelfo. cap. 158.*



SECRET aliqua Sacri Neapolitani Senatus à D. Ioanne Angelo Pisanello annotata fol. 705.



Annotationes aliqua ad Gloss. Napodani super Consuetudinibus Neapolitanis ex originali libro Consuetudinum D. Malzerda Afflicto

Regij Consiliarij, qui conseruabatur pœnes D. Io. Angelum Pisanelum fol. 710.

Responſa duo D. Alexandri de Tartagnis adhuc non impreſſa, manu D. Ioannis Angeli Pisanelle exemplata, fol. 724.

Reſponſum D. Chriſtophori de Benedicis Siculi contra Alexandrum, fol. 739.



APPROBATIONES

Al Signor Canonico Corrado.
Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

EGOPYRrus Corradus Canonicus Neapolitanus V. I. D. ex commissione Perillustri, & Reuerendissimi Domini Gregorij Peccerilli Vicarij Generalis Neapolitani Tomum Secundum Resolutionum quotidianarum Authore Donato Antonio de Marinis celeberrimo Iureconsulto Neapolitano sedulo evolui, accuratissimiq; perlegi, in quo præter solidam, & à Doctioribus receptam doctrinam, styloq; graui, & concinno explicatam, eandem ingenij cum pari pietate coniunctam, agnouit, quam in primo Authoris tomo annis retrò elapsis conſpexi. Cùmquè nihil in eo ab utriusq; iuris decretis, aut bonis moribus, vel Religioni diſſonam reperiatur, opus tanto ingenio, & industria elaboratum ad totius Reipublice Chriſtiana ſingulari commodum imprimi poſſe cenſeo. In quorum fidem hæc mea manu ſubſcripſi. Neap. die 14. Iulij 1648.

Pyrrhus Corradus Canonicus Neap. Deput.

IMPRIMATUR

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

F. Ioseph de Rubeis Eminentiss. Cardinal. Philamartini Theolog.

Registr. fol. 49.

ILL. MO. ET ECC. MO. SIGNORE.

GIO: Domenico Boue supplicando fa intendere à V.E. come desidera ottenere il Regio Imprimatur del Secondo Tomo delle Resolutioni Quotidiane del Dottor Donato Antonio de Marinis. Per tanto la supplica di commettere la reuisione di quello, & lo riceuera à gratia, & Deus, &c.

Magnificus Regius Conſiliarius Io. Franciscus Marcianus videat, & in scriptis referat Suae Excellentiae.

Capycius Latro Regens.

Prouisum per S.E. Neap. die 30. Iulij, 1649.

De Amico.

Locus signi.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Perlegi libentissime, & accurate secundum Librum Resolutionum quotidianarum V. I. D. Donati Antonij de Marinis, cum enim multum de Iurisprudencia meritus ex primo Resolutionum libro iam denud impresso satis omnibus innotesceret; non iniucundum, nec inutilem euasurum omnibus huius disciplinae Professoribus hunc alterum mihi suadebam, non me mea sefellit opinio, cum in illo varias, nouas, & subtiles quaestiones ex veris Iuris principijs, & Supremorum Tribunalium Decisionum munimine, docte, & luculenter disputatas, & digestas repererim. Vnde cum nihil Catholicae doctrinae, Regiae Iurisdictioni, bonisq; moribus contrarium in eo legatur, quamprimum, si tamen Excellentiae tuae, cuius prudentissimo iudicio me submitto, ita conuenire videbitur, publicandum existimo. Die 11. Augusti 1649.

Excellentiae Tuae

Additissimus seruus

Io. Franciscus Marcianus.

Visa retrospectiva relatione IMPRIMATUR.

Zufia Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg. Garcia Reg.

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 18. Augusti. 1649.

De Amico.

Locus signi.



DONATI ANTONII
DE MARINIS
 I. C. NEAPOLITANI
RESOLUTIONVM
QUOTIDIANARVM
 IVRIS PONTIFICII, CÆSAREI,
 ET REGNI NEAPOLIS.
LIBER SECVNDVS.



S Y M M A R I V M.

- 1 Abbas nullius Diœcesis an possit in loco suæ iurisdictionis examinare Notarios Regios, prout possunt Episcopi, & quid in Regno, n. 4.
- 2 Prælati exempti, quorum numero sunt Abbates nullius, &c. ea omnia facere possunt, quæ & Episcopi in suis Diœcesibus.
- 3 Abbas exemptus sub Episcopi nomine comprehenditur.
- 5 Notariorum sufficientia in eorum officio satis dicitur in Regno probata ex approbatione Magni Viceprothonotarij.
- 6 Dom. Præses Marchesij commemoratur.
- 7 Dom. Reg. Don Franciscus Merlinus commemoratur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Abbas nullius Diœcesis in eius iurisdictione facultatem habeat examinandi Notarios Regios, prout possunt Episcopi, iuxta præscriptum *Sac. Trid. Conc. sess. 22. cap. 10. de reformat.* & quid in Regno nostro Neapolit.

C A P V T P R I M V M.



- 1 Abbas exemptus nullius Diœcesis, de cuius potestate, & dignitate plura scripsimus *lib. I. cap. I.* alias dubitari contigit, an in eius iurisdictione facultatem habeat examinandi Notarios Regios, sicquæ eorum sufficientiam in officio exercendo scrutari, prout possunt Episcopi in eorum Diœcesibus, ex decreto *Sacri Conc. Trid. sess. 22. cap. 10. de reform.*
- 2 Respondi de hoc consultus, id Abbati licere, cum mille sit repetitum, Prælatos omnes exemptos, quorum numero sunt Abbates nullius Diœcesis, qui iurisdictione quasi Episcopalem habent, ea omnia regulariter facere posse, quæ & Episcopi in eorum Diœcesibus possunt, in his tamen, quæ iurisdictionis sunt, est enim sine controversia, ut Abbas exemptus nullius Diœcesis sub

Episcopi nomine comprehendatur, ita *Fagund. in quinq; præcep. Eccles. lib. 7. cap. 2. num. 55. Suarez de penit. tom. 4. disp. 28. sect. 5. num. 3. Episc. Campanil. in diuers. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 76. Episc. Riccius dec. 22. num. 4. par. 4. & alii, & ita in puncto dubii propositi, nè indiuiduali autoritate careamus responderunt *Sellus select. can. cap. 25. num. 15. & insignis Barbof. in collect. ad præcit. decretum, num. 2.* monui tamen interrogantem, ut defineret hoc tentare in Regno, in quo à seculo non est auditum, ut locorum Ordinarii hac potestate in Notarios laicos vsi sint; satis enim apud nos est eorum sufficientia probata ex approbatione Dom. Vice Magni Prothonotarij, S. C. Præsidis, cuius supremum officium ob mortem præstatis simi, ac nunquam satis laudati viri *Domini Andrea Marchesij*, qui illud paucis ab hinc annis mirificè regit, audiuius in præsentiarum à potentissimo Domino nostro Rege collatum in personam celeberrimi I. C. *Domini D. Francisci Merlini* Ordinis Sancti Iacobi apud Suam Catholicam Maiestatem in supremo Italico Senatu Regentis, viri omnibus numeris absolutissimi, quæ Deus Optimus Maximus nobis, Regnoquæ diu seruet incolumem.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Abbatissa in Italia triennio tantum muneri suo incumbit, & non ultra.
- 2 Tempus triennij Abbatissa præfixum pro munere suo explendo num possit per loci Ordinarium prorogari.
- 3 Tempus à iure statutum ad aliquid peragendum an possit per Iudicem ex causa prorogari.
- 4 Nouitij completo probationis tempore ad profitendum admitti debent; vel à Monasterio eijci; sed an ex aliqua causa possit ad aliud tempus differri professio, ibidem.
- 5 Tempus quatuor mensium præfixum patronis laicis ad præsentandum num possit per Episcopum, ad quem spectat institutio præsentati ex causa prorogari.
- 6 Mens Pontificis quæ fuerit in statuendo, ut Abbatissa non nisi per triennium possit iniuncto muneri incumbere.
- 7 Constitutio Gregorii XIII. circa tempus, quo Abbatissa imulto muneri vacare debet, procedit in omnibus monialium Monasterijs, quarumuis militiarum; secus autem in illis, quæ Regulam à Sæcta Sede Apostolica approbatam professæ non sunt.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an loci Ordinarius, at-
tenta *Constitutione Gregorij*
XIII. possit tempus Abba-
tissæ præfixum, quo eius mu-
neri vacare debet, ex causa
prorogare. Superior regula-
ris nùm tempus nouitijs à *S.*
Trident. Concil. ad profiten-
dam constitutum differre va-
leat. Item an quatrimestre
patronis laicis ad præsentan-
dum concessum possit per
Episcopum dilatari, & de
alijs, ad ornatum *Constitutio-
nis* præfata.

C A P. II.



Abbatissa, certum est ho-
die, quòd nò nisi per tri-
emnium potest iniuncto
muneri incumbere, quo
elapso tēpore, vt præesse
definat, statuit Pontifex
Sanctissimus Gregorius
XIII. quarta die Ianuarij 1583. in *Constitu-
tione*, quæ incipit, *Exponit debitum*, & infra,
de qua per *Steph. Quarant.* in *Sum. Bullar.* in
verb. Abbatissa.

- 2 Sed fuit hodie à quodam Religioso mihi
propositum dubium, quod hucusquæ à *DD.*
tactum non vidi, an illud triemnij tempus
ex causa possit loci Ordinarius ad paucos
dies prorogare, & demùm ad alterius Ab-
batissæ electionem iuris forma seruata pro-
cedi facere? cuius resolutionem pendere
dixi ab altera; nimirum an tempus à iure
statutum possit per Iudicem prorogari,
qua de re latè per *Doctores* in *l. 2. ff. de re
iudic.* & in *cap. cum sit Romana 5. de appella-
tio.* & per *Pereir. decis. Lusit. 61.* Et quòd ex
causa id Iudici permittatur, siue terminus
sit à iure, cum Iudicis ministerio statutus,
sue citrà illud, tenuit *Bar. in d. l. 2. post num.
4. ibi, ego teneo, quòd imò indistinctè Index po-*

- test causa cognita, &c.* & ibidem communiter
omnes, & in *d. cap. cum sit Romana*; eoquæ
magis procedere dic, cum de tertij præiudicio
non tractetur, prout in hoc casu;
quodquæ hoc verum esset, ad casus infe-
rebarum similes; nam cum per *Sacrum Tri-
dent. Concil.* expressè statutum habeamus
sess. 25. cap. 16. de Regul. vt completo noui-
tius tempore, quod est annus, vt in *cap.
præcedenti, Superiores*, ad quos spectat noui-
tios habiles inuentos ad profitemdum
admittant, aut è Monasterio eijcere ha-
beant, essetquæ dubitatum, nùm annus ille
iàm completus aliqua iusta de causa, *Tri-
dentina sanctione* non obstante, prorogari
posset, extitit affirmatiuè resolutum, vt
còstat ex ponderatis per *Nauar. conf. 29. de
Regular. in antiquis*, per *Sayrum decis. 12. de
officio Ordinar.* & per alios relatos à *Sancto
Faust. in Thesaur. Religios. lib. 5. quest. 168. &
Barbos. in remissio. ad Conc. Trident. d. cap. 16.*
Idemquæ etiam determinatum in terminis
*cap. vnici, §. 1. de iurepatr. in 6. quo statutum
est, vt vacante beneficio*, quod est de iure-
patronatus, si est laicorum, intra quatrime-
stre teneantur illi beneficiatum Episcopo
præsentare; cum, inquam, dubitatum esset,
an Ordinarius posset tempus illud qua-
tuor mensium prorogare, affirmatiuè cen-
suit *Rot. decis. 11. de dilatio. penes Crescent.
idemquæ dixerunt Lambert. de iurepatr. lib.
2. par. 2. quest. 1. art. 27. & 28. Paris. de resi-
gnat. benef. lib. 7. quest. 29. in fine, D. Ludouij.
decis. 177. num. 5. & ibi Beltram. in additio.
Barbos. de officio, & potest. Episc. par. 3. alleg.
72. num. 143. Riccius par. 1. prax. Eccles. resol.
195. in magnis, fol. mibi 116. & alij relati per
Viuan. in prax. iurispatr. lib. 7. cap. 2. num. 10.*
ratio in vtroquæ casu ea principalior af-
signatur, cum in hac prorogatione de alte-
rius præiudicio non tractetur, prout in ca-
su proposito; cui enim infert præiudicium
Ordinarius nouam Abbatissæ electionem
per aliquos dies differre, & prorogare, dum
causa se offert, quæ id fieri expostularet?
certè nemini; ergo.
- 6 Secundò, quòd hæc prorogatio per Or-
dinarium fieri possit consideravi, Pontificis
mentem in illa *Constitutione* aliam non ex-
titisse, nisi vt de cætero Abbatissæ, aliæquæ
Monasteriorum præfectæ perpetuæ esse nò
possint, prout in pluribus Italiæ locis; præ-
sertim in hoc citerioris Siciliæ Regno erāt,
sed tantùm, vt triemnio præessent, & sic
præcipuus finis fuit, vt perpetuitas tollere-
tur, non autem vt ità strictè circà trium-
annorum tempus agatur, vt postrema cò-

pleta die in alia immediatè sequenti, ad alterius electionem procedatur, satisfit enim menti Pontificis, illiusquè *Constitutionis* verbis, si ex causa noua differtur electio, vsque ad quindecim, viginti, & triginta dies, dum id Superiori, ad quem spectat expediens, & necessarium videtur.

- 7 Hæc autem omnia, quæ de Abbatisa electione diximus triennio duratura, ex citata *Constit. Greg. XIII.* admonet *Aldan. in compend. cano. resol. lib. 2. tit. 2. num. 12.* vt procedant non solum in Monialibus illorū ordinum, de quibus loquitur sanctio illa, sed vt obseruentur in omnibus Monialium Monasterijs quarumuis militiarum, etiam Hierosolymitanorum, sicquè per Sacrà Cōgregationem Episcoporum de anno 1604. 22. Maij, decisum testatur, meminitquè *August. Barbof. in collect. Doctorm ad Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. num. 10. de regul.* At non procedere in electione illarum Monialium, quæ Regulam à Sancta Sede Apostolica approbatam professæ non sunt, aduertit *Nauar. cons. 82. num. 5. de regular. in antiquis, & 7. de statu Monach. in nouis, Sayrus dec. 88. eod. cit. tit. de regular. & Quarar. loc. cit. circa finem.*

S V M M A R I V M.

- 1 Index Ecclesiasticus an sit competens ad cognoscendum laicum abortus crimen committentem, & quid in crimine hæresis, num. 2. & 4.
- 3 Præuentio datur in criminibus mixti fori, & quid in Regno Neap.
- 5 Index Ecclesiasticus an, & quando sit competens ad cognoscendum laicum falsum coram ipso deponentem.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Iudex Ecclesiasticus in Regno Neap. sit competens ad cognoscendum laicū abortus crimen committentem, siue consulentem, atenta *Constitutione Sixti V. Pontificis Maximi*, & quid in criminibus mixti fori, & de aliis ad materiā pertinetibus.

C A P. III.



- 1 Abortus crimen committens, dubitatum andari, num à Iudice Ecclesiastico, atenta *Constit. Sixti V.* extra Statum Ecclesiæ cognosci possit? Respondi de hoc consultus negatiuè, *Constitutio* enim immortalis memorie *Sixti Quinti* sub datum Romæ 16. Nouembris 1588. quoad pœnas corporales, pro hoc detestabile crimine infligendas nõ potest habere locum quantum pertinet ad personas seculares puniendas, nisi in subditos, & vasallos Ecclesiæ; etenim nullo vnquam tempore in hoc Regno seruari visū fuit, *Constitutionem* aliquam Pontificiam, per quam Summi Pontifices, qui pro tempore fuerunt, eximere decreuerint à iurisdictione Iudicis laici personas seculares pro aliquo patrato facinore, iure ciuili punibile, illasquè à Iudice Ecclesiastico cognosci facere, nisi in crimine hæresis, id, quod adeò verum esse comperimus,
- 3 vt quamuis plura sint crimina à Doctõribus mixti fori nuncupata, vbi de iure datur præuentio, de quibus per *Fr. Michaelem Agiam* in suo eleganti opusculo de *exhiben. auxil. fundamen.* 17. per totum, & per alios passim, & tamèn in hoc Regno Magistratus secularis priuatiuè eius subditos illorum criminū reos cognoscit, & punit, & in hac quasi possessione viuunt Regij, vigore *Capitulorū Papa Honorij*, sicq; apud Summum Pontificem *Gregorium XIII.* literis mediantibus testatus fuit olim Dominus Cardinalis Granuelanus, qui eo tempore pro Domino Rege nostro Regnū hoc moderabatur, sicquè etiam testantur duo Ecclesiastici, nempe *Abbas Alphonsus Villagut* decis. 36. & *Abb. Iacob. de Graff.* in suis *decisionibus casuum conscient. par. 1. lib. 4.* super *Bul. Cæn. cap. 15. in vers. quominus*, & propriè num. 14. & post eos *Reg. de Pont. in tract. de iurisd. in tit. de fortilegys.*
- 4 Sic respondi cuidam Episcopo Regni huius, qui contrà quædam laicum de abortus crimine reum procedebat, vigore præcitatæ *Sixti Constitutionis*, illumquè etiam punire intendebat de falso, ex quo iudicialitèr interrogatus super patrato facinore, de quo erat conuictus, negauit commississe, & sic dicebatur, falsum deposuisse; dixi,
- 5 quòd quamuis Iudex Ecclesiasticus sit cõpetens ad puniendum laicum in Curia

Ecclesiastica falsum deponentem, vt per *Aff. decis. 219. vbi Addentes, Genuens. in prax. Curie Archiep. Neap. cap. 9. n. 3. & alios passim, hoc tamen intelligendum est, quando deponit vti testis ad probandam rem, cuius cognitio ad ipsum Iudicem Ecclesiasticum spectat, secus autem quando deponit laicus vti principalis, prout in casu, de quo agebatur; tunc enim quia interrogatur à Iudice profus incompetente, non tenetur dicere veritatem, tùm secundò, quia nemo tenetur deponere contrà se ipsum.*

S V M M A R I V M.

1. Ius vindictæ, & pacis faciendæ an competat fratri naturali pro morte alterius fratris naturalis, & num. 3. 4. 10. & 12.
2. Spurij an habeant ius agnationis, & cognationis.
5. Pragm. 8. de composit. quid disponat, declaratur, & num. 6. & 9.
7. Ius remittendi regulatur secundum ordinem successionis, & num. 8.
11. Fratres spurij vterini an ad reciprocam successionem admitti possint.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an accusandi ius naturalibus, & illegitimis competat pro morte alicuius consanguinei similiter naturalis, vel spurij. Ius accusandi, & remittendi quibus propriè competat, ad ornatum *pragm. 8. sub tit. de compositione.*

C A P. IV.

I



Accusandi, & remittendi ius quibus propriè competat, & quibus prohibeatur, fuit latè *lib. 1. cap. 2. demonstratū, post quorum scripta, & impressa, de alio ad mate-*

riam in occurrenti casu interrogatus extitit; nimirum, an hoc ius vindictæ, & pacis faciendæ fratri competat naturali, seu spu-

rio, pro morte alterius fratris similiter naturalis, vel spurij? Et absque quòd libros aperirem, negatiuè respondi, quando fratres spurii, siue naturales essent consanguinei tantum, secus verò si vterini, & motus fui, quia spurii agnationis ius non habent; sed tantum cognationis, ac proinde dùm ex eadem matre nascuntur, sibi inuicè succedunt, & per consequens competit eis ius vindictæ, & pacis faciendæ; secus autem si ab vno patre, & duabus meretricibus, *l. 4. & 5. ff. vnde cognati, s. vulgò quæsitos, Instit. de success. cognat. Affl. qui sic Regia sententia de anno 1494. & aliàs per S. C. decisum refert decis. 96. vbi Addent. Ant. Fab. diff. 2. in allegatio. C. de natural. liber. & ità demùm in puncto reperi hac vsum fuisse distinctione Nunc. Tartagl. in prag. 8. cap. 2. num. 28. Subtit. de compositio. per hæc verba, Sed an requiratur remissio à fratribus spurij, nepharijs, & incestuosis? Respondeo, quòd aut fratres spurij nati sunt ex eadem matre, & tunc, quia sibi ipsis ad inuicem succedunt, requiritur remissio, aut nati sunt ex eodem patre, & duabus meretricibus, & tunc, quia non succedunt, ab eis remissio nõ requiritur, vt in S. vulgò quæsitos, etc.*

3. At sententia hæc redditur valde dubia ex decisione relata per *D. Scipionem Rouit. dec. 25. dùm de anno 1624. per S. C. decisum fuisse testatur, Amitæ naturali pro morte nepotis similiter naturalis ius vindictæ competere, talitèr reuocando decretum M. C. quæ contrarium iudicauerat: fundatur decisio hæc, nam dùm de occisi nece vindicanda agimus, non ad ius ciuile, quòd induxit succedendi ius à consanguinitatis proximitate, & graduum computatione dependens, sed ad ius dumtaxat naturale, solamquè naturalitatè recurrere debemus, cùm certum sit, mortis vindicationem ex personarum solummodò affectione oriri, & sic naturalis affectio sola est consideranda, & attendenda, explosa penitèntis (dicit *Rouit.*) iuris ciuilis subtilitate; quodquè hoc verum sit, inquit à *num. 4. vsque ad 13. sic firmasse Bart. in l. 1. nu. 3. & seqq. de accusatio. vbi spurios omnes, & nepharios ad accusandum admittit, similiter & Bald. in l. lege Julia 44. ff. de rit. nuptiar. & cons. 441. nu. 1. vol. 3. Ang. cons. 366. vers. post hæc, & in l. 1. ff. de accusat. Imol. & Alex. in l. ex factis, S. si quis rogatus, ff. ad S. C. Trebel. Guliel. de Benedic. in cap. Raynuntius, in verbo Raynuntius de Clera, nu. 43. vers. & sic bastardi, & spurij, Petr. à Plaz. in epit. delict. cap. 41. num. 28. vers. cui obiectioni, & Ant. Gomez. var. resol. lib. 3. tit. 3. post num. 66. vers. item quero, an filius.**

4 Sed quicquid sit de prefata iuris naturalis ratione per *Rou.* ponderata, & *Doctorum* supra relatorum autoritate, noli tu Regnicola à priori recedere sententia; quandoquidem si mihi dicere fas erit, dicam libenter, decisionē per *Rouit.* adductam, pace Dominorum tunc Iudicantium, esse prorsus contra citatam *pragm.* 8. sub *tit. de compositione.* attendamus, quæso, disponitur enim in dicta *pragm.* de anno 1559. edita, nullatenus de delictorum compositionibus tractari posse, nisi prius remissione habita ab omnibus illis, quibus de iure competit accusandi facultas, id, quod non semel illius Regiæ sanctionis Cōditor repetit, cumquē demum, post legem illam promulgatā dubitatum esset, in quo nam gradu occiso esse deberent consanguinei illi, à quibus erat exquirenda remissio, subsequitur declaratio in anno 1567. proposito dubio satisfaciens, nimirum, ab illis occisi consanguineis esse remissionem procurandā, ad quos mortui successio de iure spectabat, ergo, dico ego, hi solum modò sunt, quibus competit ius accusandi, nam quamvis hoc in declaratione prædicta non exprimitur, cum verbum nullum in ea proferatur de querulando, sed tantum de remittendo, quod sat erat, fuit tamen pluriès expressum in prima, dum, ut diximus, dispositum extiterat, non posse delinquentes componi, nisi remissione ab illis obtenta, quibus competit ius accusandi, cumq; postea in dubium reuocatum esset, à quibus consanguineis esset habenda remissio, responsum fuit, ab illis, quibus de iure competit defuncti successio, cum hi certè esse debebant, quibus competebar ius accusandi, nam si aliàs diceremus, frustratòria esset talis dispositio, quoniam si obtenta à legitimis hæredibus remissione, posset alius consanguineus, quem ad succedendum ius non vocat, accusare, nunquam delictorum compositioni locus esse posset; quòd; hoc verum sit, videmus, sic Sac. Consilium aliàs *pragmaticam* prædictam, omni semoto dubio intellexisse penès *D. Vincentium de Franck. decis.* 611. dum determinando, iuxta illam, quòd

5

6

7

8 ad finem, ut rei ad compositionem admitti possint, omnium requiratur proximorum consensus, quibus de iure mortui defertur successio, subdit *D. ille Præses,* ita ad præsens intelligēdos esse *Rit. nostræ M. C. 191. 192. & 195.* quibus dispositum erat, ut nemo ad accusandum esset admittendus, nisi, qui suam, suorumquē iniuriam prosequeretur, & sic voluit dicere, ut pro occisi morte vin-

dicanda illis agere permittatur, quibus defuncti successio fuit à iure delata, id, quod expressius firmat *D. Io. Franc. de Pont. trac. de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 17. fol. mihi 19.*

9 dum in terminis dictæ *prag.* ad hoc ut quis ad accusandum admitti possit, duo copulatiuè concurrentia esse dicit, alterum, ut agens mortuo sit in gradu proximior, & ut nemo eum præcedat, alterum verò, ut ex iuris dispositione occisi successio eidem deferatur, quia si succedere non posset, dicit *D. de Pont.* quòd nec etiam ius accusandi haberet, hoc idem prosequitur *P. Molfes. cons. 10. num. 18. & alij nostri* communiter.

10 His sic stantibus, deueniendo ad casum decisionis per *Rouit.* relatæ, dico ego, si at tēta dispositione dictæ *pragm.* nullus occiso coniunctus potest illius mortem vindicare, nisi eiusdē occisi legitimus erit successor, vellē scire ab illis Dominis, qui uti Iudices in decisione prædicta interuenerūt, in casu, de quo agebatur, amita naturalis, quæ ad nepotis naturalis mortem prosequendam fuit admisa, poterat nè ex iuris dispositione occiso nepoti succedere? certè nō, quia,

11 ut in principio fuit dictum, ius ciuile naturales, siuē spurios vterinos tantum ad recipiendam successione vocat, & non alios, si ergo succedere prohibetur, quo pacto ad occisi nepotis mortem vindicandam admitti poterat, dum, attenda, ut diximus citatæ *pragm.* dispositione, qui non potest succedere, à iure accusandi, & remittendi prorsus repellitur, & sic parcat mihi *Dom. Rouit.* quòd non benè dixit in Regno, in occisi morte vindicanda ius dumtaxat naturale, solamquē naturalitatem, ex qua oritur affectio, esse attendendam, non autem ius ciuile, quod ius induxit succedendi, cum attenda dispositione citatæ *legis nostræ*, qui vult consanguinei mortem vindicare, de necessitate defuncti legitimus successor esse debet, & qui talis non erit, à iure repellitur accusandi.

12 Quarè rectius in alia facti contingentia, tam per Magnam Curiam, quam in gradu

☞ appellationis per Sacrum Consilium de cetero fuisse affirmo, in causa Nobilis, & aliorum de Laudisio Capudatii, qui cum essent inquisiti, & carcerati pro prætenso homicidio commisso in personam cuiusdā Michaelis Cannicchi eiusdem loci filii naturalis qu. Caroli, comparuit Ferdinandus Cannicchius eius frater similiter naturalis instando uti querulans in iudicio audiri, & quamvis verè essent inter se vtrinque coniuncti, quia ex scripturis præsentatis appa-

rebat,

rebat, esse illos tantum ex eodem patre natos, non fuit auditus; debebat enim intra terminum sibi concessum ad docendum de per ipsum allegatis probare, ambos in eodem utroque genitos fuisse, decisio S. C. fuit de mense Nouembris 1632.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatus de hæresi, & demum ad perpetuum carcerem damnatus num possit per procuratorem debitores suos in ius vocare, & num. 4. 6. 10. 11. & 15.
- 2 Hæresis crimine notatus an ipso iure bonorum suorum faciat iacturam.
- 3 Legitima an possit à filiis peti confiscatis bonis paternis propter hæresim.
- 5 Debitor an sit liberatus per incursum creditoris in hæresim.
- 7 Abiuratio quid sit, & quos pariat effectus.
- 8 Inquisitionis Tribunal is tantum bona condonare solet, quibus perpetui carceris pœna remittitur.
- 9 Ius patronatus an amittatur per lapsum patroni in hæresim.
- 12 Damnatus ad perpetuum carcerem maximam patitur capitis diminutionem.
- 13 Pœna perpetui carceris dicitur capitalis, & an sit loco pœna deportationis.
- 14 Damnatus ad perpetuum carcerem an sit instabilis.
- 16 Seruus pœna an quis effici possit.
- 17 Pœna perpetui carceris an hodiè sit interdicta, & quid de iure Regni, num. 20.
- 18 Index Ecclesiasticus in crimine hæresis iurisdictionem habet in laicos priuatim.
- 19 Alimèta an possint relinqui damnato ad perpetuos carceres.
- 21 Detrusio ad perpetuum carcerem an sit ad pœnam ordinata, vel ad penitentiam, & n. 22.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an accusatus de hæresi, & demum ad perpetuum carcerem damnatus possit per procuratorem in iudicio comparere, suosque debitores ad sibi soluendum cogere. Abiuratio, quæ facit pœnam mor-

tis euitare an insimul faciat euitare pœnam amissionis bonorum, in quam à die commissi facinoris in hæresim lapsus incidit. Pœna perpetui carceris à iure ciuili prohibita, & à iure canonico permessa an sit cognita à iure Regni, & de alijs.

C. A P. V.

I



Accusatus de nefando hæresis crimine si abiurauerit, sicquæ errasse factus fuerit, quocirca ad pœnam tantum perpetui carceris damnatus extitit, dubitatur eleganter, num possit per procuratorem in iudicio comparere, eiusque debitores ad sibi soluendum, quod debent cogere?

Contigit aliàs in Supremo Regni huius Senatu de his dubitari in causa Iosephi N. qui in anno 1615. vnà cum alijs socijs in hæresis crimen lapsus à Tribunali Sanctæ, ac illibate Inquisitionis, post sequentem abiurationem, vt perpetuo in carceribus detrunderetur diffinitiuâ sententia damnatus extitit; Is mediante persona procuratoris substituti à Lucretia N. eius vxore, quam eodem anno 1615. ad nonnulla peragenda procuratricem constituerat, in anno 1638. Doctorem Paulum, & Ianuarium N. fratres, vti filios, & hæredes qu. Mutii in ius vocauit, illosque ad certas pecuniarum quantitates sibi soluendum conuenit; cõtradicebant conuenti excipientes, actorem, ex quo reus fuit ille tanti criminis, ab instituto iudicio omninò repellendû, eique audientiam denegandam, vndè an bene exciperent, dubitabat.

2

Respondi de his consultus, conuentorû exceptionem satis de iure fundari, si duo potissimum perpendantur, & Primò, quòd cum Ioseph in detestabile hæresis scelus incidit, ipso iure bonorum suorum omnium fecit iacturam, talitèr quòd à die commissi facinoris illorum administratione priuatus extitit, sunt iura nimis vulgata in cap. vergentis 10. in cap. excommunicamus 15. §. damnati, extrà de heret. & in cap. cum specu-

dum leges, eodem tit. in 6. cum aliis concordantibus, relatis per *Surd. decis. 247. Lambert. de inrepatro. lib. 3. in 8. quæst. principali, art. 2. num. 5. fol. mihi 32. à ter. Bellemer. decis. 689. Oterus quæst. iuris, lib. 3. quæst. 13. num. 9. Gasp. Thes. qq. forens. lib. 2. quæst. 40. bene Don Ioannes Vela in suo opusculo de penis delictorum, cap. 14. vers. tertio hæretici, ubi addit, adeò conclusionem hanc veram esse, quòd si lapsus in hæresim bona aliqua alienauerit, illa ab Inquisitoribus vendicabuntur, etiam nullo possessori oblato pretio, allegat *Ioan. Andr. Gemina. & Probi. in d. cap. cum secundum leges, Tiraquel. in l. si unquam, in verb. reuertatur, num. 267. de reuocan. donatio. & alios, ut ibi, subdens, quòd licet regularitèr in bonorum paternorum confiscatione liberorum legitima non comprehendatur, Authen. bona damnatorum, C. de bonis proserip. in hoc tamen crimine absque vlla liberorum miseratione bona omnia amittuntur, id, quòd paritèr ex pluribus probauit *Ignat. del Villar in Sylua Respons. iur. lib. 1. resp. 12. & Iul. Clar. ceteris omisis in S. hæresis, num. 14.***

4 Supposita conclusione hac circa iacturam, quam passus fuit Ioseph bonorù suorum, sequitur certè dicendum, nullam eidè superfluisse actionem aduersus debitores, quos antè incursum hæresis habebat, bene *Peregr. aræ. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 54. ubi allegat rex. in l. si debitori deportatio, ff. de fideiussor. & in l. 2. C. ad l. Iul. de vi, immò in hoc casu debitores post incursum creditoris ipso iure ab omni obligatione absolutos fuisse, probatur in cap. fin. vbi glos. Abb. & Canonista communitèr, de hæret. Cardinal. Alban. ad Bart. in rubr. C. de hæret. num. 9. Eimeric. in Director. Inquisit. par. 3. q. 119. & ibi *Pegna comment. 169. Alvarez in specul. iur. sub tit. de hæret. in fine, Bursat. conf. 14. num. 2. Menoch. conf. 185. num. 24. Oterus loco cit. num. 10.**

5 Nec dices, hæc omnia bene procedere in hæretico pertinaci, & sic in eo, qui in errore persistit, secus verò in illo, qui abiurauit, prout in casu nostro; Ioseph enim cum patratu criminis pœnituerit, nullam aliam assequutus fuit pœnam, nisi perpetui carceris, sicquè ab alijs, & signanter amissionis bonorum liberatus censetur; etenim respondetur, obiectionem hanc falsam esse. omnino, iurisquè fundamento pœnitens carere; & ut pateat de veritate sciendum est, quòd abiuratio cum sit commissi erroris lacrimosa confessio cum iuramento de non redeundo ad similia narranda, nullum alium

producit effectum, nisi dumtaxat, quòd facit ex misericordia mortis pœnam euitare, quam certè aliàs reus ille subiret, iuxta disposita in cap. ad abolendam, de hæret. sed quia ab errore recessit, condonatur pœna mortis naturalis, & imponitur ciuilis, quæ est perpetui carceris, cap. excommunicamus, il. 2. §. fin. eod. tit. Boss. in praxi, in tit. de hæret. num. 17. Reg. de Pont. conf. 73. num. 5. lib. 1. pœna autem priuationis bonorum à Sacris Canonibus inflicta remanet in suo robore, ad illamquè euitandam abiuratio non prodest, nisi expressè ex misericordia in sententia exprimat, quòd bona restituantur, ut habetur in d. cap. vergensis, vbi *Feln. docens num. 2. opus esse, ut expressè dicatur à Iudice, ut bona restituantur, Cagnol. in l. id, quòd nostrum, num. 5. de regul. iur. Carrer. in prax. tit. de hæret. num. 161. Boss. loc. cit. antè num. 19. sub illis verbis, nec etiam recuperat bona per dictâ abiurationem, &c. Dominus Ricciullus olim Casertanus Antistes, nunc Archiepiscopus Cosentinus in suo elegantissimo tract. de iure personarum, lib. 5. cap. 42. num. 10. & 17. ubi etiam testatur, quòd*

8 Sacrum Tribunal Inquisitionis iis tantùm bona cõdonare solet, quibus perpetui carceris pœna remittitur; & in puncto, quòd obligatio illa debitorum, quæ per incursum creditoris in hæresim fuit extincta, per abiurationem deindè sequutam non reuiviscat, longa manu probauit *Menoch. cit. conf. 185. à num. 25 ad finem, & Pegna post alios, quos citat in Director. Inquisit. comment. 169. in fine, quibus ad stipulatur singulare dictum Casaris Lambertini loco cit. num. 6. ubi dicit,*

9 quòd cum lapsus in hæresim ipso iure bonis suis priuatus extiterit, & successiuè iure patronatus, quòd habebat Ecclesiasticum, illud per abiurationem non recuperat, assignat rationem, quia per incursum ipso iure libertatis ius Ecclesiæ fuit acquisitum. Et certè de hoc dubitari non potest, nam si verum est, quòd per incursum in hæresim tanto scelere notatus, inter alias, quibus subiicitur pœnas, bonorum suorum patitur iacturam, quo pacto ad illa dici potest restitutus, si talis restitutio ab habente potestatem non ordinatur; quo enim canone, quauè Pontificia constitutione cauetur, ut per abiurationem, quis ad bona, quæ per incursum amisit, restitatur? Si legimus verba sententiæ, de hac restitutione verbum nullum; si ad solitam, & consuetam formulam, qua Inquisitores post abiurationem sequuntur in absoluendo deprehensum vtuntur, recurrimus, aliud in ea nõ exprimitur,

nisi absolutio ab excommunicatione, qua reus illé in hæresim lapsus innodatus extitit cum restitutione ad Sacramenta Ecclesie, vt videre est in *Director. Inquisit. par. 3. in tit. quomodo, & qualiter process. in causa fidei*, &c. à nu. 190. vsque ad 194. vbi ponitur formula sententiæ, ibiq; potissimum hæc verba leguntur, *taliter damnamus, & penitentiamus, solum tibi vitam de misericordia relinquētes, & demum iniunctis nonnullis penitentiis additur, item se sententialiter condemnamus carceri tali ad perpetuum, vt ibi semper pane doloris, & aqua angustia crucieris*. His igitur sic stantibus firma remanet conclusio in principio firmata, nimirum vt Ioseph propter hæresis crimen boqis suis priuatus remāserit, illorumq; administratione à die patrati facinoris exutus, quod trahit secum necessarium consequens, nullam eidem superfuisse actionem de iuribus, quæ amissæ experiri.

Secundò, & tollitur omnis dubietas; quòd is, qui nunc agit, sit ab instituto iudicio repellendus (circumscripcta conclusione modò firmata) dico satis monstruosum esse in iudicio audire mortuū; constat enim, Iosephum per damnationem ad perpetuū carcerem maximam capitis diminutionē passum fuisse, quia libertatem, & Ciuitatem amisit, sicq; pro mortuo ciuilitèr habēdum esse, probatur in l. i. vbi DD. communiter, C. qui non possunt ad libert. peruenire, & in §. 1. Instit. de capitis diminut. vbi ex Imperatoris responso, omnis, qui Ciuitatem, & libertatem amittit sententiæ atrocitate, seruus pænæ efficitur; propter quam rationem doctet communis schola Scribētium, pœnam perpetui carceris capitalem esse, istaq; pœna damnatum perpetuū seruitute alligari, & damnato ad metallum comparari, videantur *Innocens. in cap. qualiter, & quando 24. in trā. num. 6. vers. secunda autem pena damnationis, extra de accusat. Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de his, qui pro non script. & in l. 2. ff. de publ. iudic. Bald. in l. reos, nu. 3. C. de accusation. Gugliel. de Benedic. in cap. Raynantius, in verb. mortuo itaq; il primo, num. 130. sub illis verbis, & sic tales efficiuntur serui pœnæ, considerato maxime, quòd perpetuus carcer dicitur quedam seruitus, D. Reg. de Pont. cons. 90. num. 87. Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. resol. in tit. de mort. natur. num. 5. Ludouic. Bolognin. in addition. ad cons. 1. Io. de Ananiaynum. 18. in fine, quem allegat Dom. Card. Tusch. pract. concl. lib. P. concl. 223. num. 13. vbi dicit, quòd pœna perpetui carceris est loco pœnæ deportationis, ac proindè ad perpetuum carcerē*

damnatum actiue, & passiuè intestabilem esse, scripserunt *Bar. in d. l. 2. num. 3. de his, qui pro non script. habent. & in l. Imperium, ff. de iurisd. omniam iudic. vbi Zas. num. 19. Ias. num. 24. Soc. num. 20. Dec. num. 34. Alcia. num. 13. Decia. num. 42. Bald. in l. 1. cit. tit. C. qui non possunt ad libert. perue. Abb. in rubr. de testam. num. 4. vers. dubitatur, Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 4. nu. 5. Reg. de Pont. cons. 73. qui loquitur in propria materia nostra, pluribusq; mediis fundat, contractum donationis, siue testamentum conditum à damnato ad perpetuum carcerem propter hæresim, ex inhabilitate disponentis nullum esse, idemq; defendit *Petr. Gilken. in l. 2. num. 11. C. qui testam. facere possunt*; si igitur Ioseph per damnationem ad perpetuum carcerem Ciuitatem, & libertatem amisit, id, quod etiam benè probat *tex. in l. 2. ff. de liber. homine exhiben. consequens est dicere, vt in iudiciis nec actiue, nec passiuè esse possit, prout est textus ad literam in l. 2. vbi glos. in verb. conueniri, ff. de capitis diminut. Specul. in tit. de actor. §. 1. num. 14. vers. idem est in quolibet, quo loci hoc idem affirmat in seruo, religioso, bannito, deportato, & excommunicato, vt hi penitus nec agere, nec conueniri possunt, prosequitur *Vans in tract. de nullitatibus, in tit. de nullis. ex defectu inhabilit. seu mand. à num. 46. ad 58. Sebastia. Medic. in tract. mors omnia soluit, par. 1. à num. 41. & alii.***

Quibus sic stantibus, nullius momenti esset oppositio, si quæ aduersus prædicta fieret, nimirum vt conclusio modò firmata rite, rectèq; procedat de iure *Digestorum, & Codicis*, quo attento potest quis effici seruus pœnæ, & cum talis fuerit effectus, reddatur incapax omnibus, quæ iuris ciuilibus sunt; at secus de iure nouissimo *Auth. quo attento nemo benè natus pœnæ seruus effici potest, ad tex. & ibi dicta per DD. in Authen. sed hodie, C. de donation. inter vir. & vxor. & in corpore vadè sumitur, eoquè magis in casu nostro, cum etiā attento iure *Digestorum, et Codicis* pœna perpetui carceris interdicta sit, prout sunt iura nimis clara in l. aut damnū 8. vers. solent Praefides, & in l. mandatis 35. ff. de panis, & in l. incredibile 6. C. eodem.*

Etenim huic oppositioni, pro eo, quod ad casum nostrum pertinet, satisfacit satis benè, prout de more insignis *Reg. de Pont. citato cons. 73. à num. 10. ad 28. vbi dicit, verum esse de iure ciuili perpetui carceris pœnam prohibitam esse, adeò quòd si Iudex illam inferret, malè indicaret, indèq; sequeretur, vt nullum iuris ministeriū oriri posset, secus verò de iure canonico, ad tex.*

in cap. *quamuis, de penis, in 6.* quod quidem ius in hac materia adhuc inter personas seculares est attendendum; Iudex enim Ecclesiasticus in crimine hæresis iurisdictionem in laicos habet priuatiuam, ex regula *tex. in cap. ut inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6.* vnde ipse Iudex est ille, qui in criminibus Ecclesiasticis punit, condemnat, & suas pœnas infligit, allegat *Oldrad. cons. 87.* indèq; sequitur (subdit *Dom. Regens num. 19.*) vt ex pœna iuste imposita sequi debeant omnes iuris effectus, de quibus nos supra discerimus, citat *Hippol. de Marsil. sing. 565.* vbi docet, quod cum iure canonico attento pœna perpetui carceris sit introducta in locum pœnæ metalli, sequitur, vt omnem huiusmet pœnæ effectum sortiarur, & signanter, vt actiue, & passiuè damnatus ad perpetuos carceres instabilis reputetur, vnum addens mirabile ex *Io. de Imol. & Barbat. nimirum, vt hæc actiua, &*

19 passiuâ incapacitas extendatur etiam ad alimenta, vt scilicet iure canonico attento damnato ad perpetuos carceres nec alimenta relinquij possint.

20 Respondet secundo loco *Dom. Regens de Ponte*, quod licet ius civile condemnatione ad perpetuum carcerem non permittat, secus verò de iure Regni huius, quod se conformat dispositioni iuris canonici, sicq; dicit, per ius Regni condemnationem hanc cognitam esse, atq; permissam, reuideatur, quæso, *Confluentio*, quæ incipit, *Hi, qui per inquisitionem*, vbi *Marinus de Caramanso* notat, quod carcer perpetuus est de iure canonico, & de iure Regni, non autem de iure civili, & quod per *Constitutionem* illam correctâ est dispositio *tex. in citata l. incredibile, C. de penis*, id, quod etiam *ibidem* aduertit *Aff. in quest. notab. & D. Reg. Tap. num. 15.* idemq; in Ciuitate Venetiarum visu receptum esse testatur *Mantua*, relatas à *Iulio Claro* in *§. fin. quest. 70. num. 4.* & *Peregr. de iure Fisci, lib. 3. tit. 4. num. 5. in fine, vers. verum cum apud nos*, quod sit, vt dicamus cessare prorsus oppositionem factam, in suoq; robore remanere conclusionem firmatam, vt *Ioseph* vtî damnatus in perpetuum carcerem seruus pœnæ sit effectus, sicq; maximâ capitis diminutionem passus, ac proindè ex dispositione *cit. l. 2. ff. de capit. diminius*, nec conuenire, nec conueniri eum posse.

21 Cessat & alia vana oppositio, si quæ fieret, vt de iure canonico detrusio in perpetuum carcerem non sit ad pœnam ordinata; sed ad pœnitentiam, sicq; cessare prorsus iuris effectus, qui sequerentur, si esset

pœna; nam responderetur, hoc verum non esse, & contrarium aperte probari in *c. quamuis, de penis, in 6.* vbi *Bonifacius Pontifex* dicit, quod quamuis carcer ad reorum custodiam, & non ad pœnam sit inuentus, tamen permittit, vt delinquentes, & criminosi in perpetuum carcerem detrudi possint, ergo supponit, esse pœnam, & non aliter dari ad custodiam, quia tunc carcer datur ad custodiam, quando de reorum criminibus est cognoscendam, vt ad propositum est notabilis *glos. in citata l. aut damnatum, vers. solent Præsides, in verbo ad continentos, ff. de penis*; cæterum cum quis pro delicto dantetur in perpetuum carcerem, quia nil remanet agendum, necessariò dicendum est, quod pro pœna delicti sequita est cõdemnatio; & quamuis *tex. in fine* addat, *ad pœnitentiam peragendam*, hoc dixit Pontifex, vt reus in perpetuis vinculis inclusus suæ culpæ luat pœnam, cum pœnitere idem sit, quod pœnam tenere, *con. pœnitentia, de pœnitent. dist. 3.* id, quod clarius sonant verba *textus in cap. nouimus, §. fin. de verb. signif. ibi, ad agendum pœnitentiam ipsum includas pane doloris, & aqua angustia sustentandum*, expressius autem, quod ius canonicum detrusionem in perpetuum carcerem pœnam vocet, probatur in *cap. accusatus, §. fin. ibi, religiosi etiam sunt immurationis pœna, vel alia grauius puniendi, de hæret. in 6.* idemq; in *cap. ut vniuersi, vers. & illorum, qui vestris mandatis, ibi, propter hæresim in carcere, vel maro reclusi pœnam, &c. eod. tit. & in extranag. 1. de penis circa finem*, sub illis verbis, *Pontificali eum, & Sacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes.*

22 Individualitèr autem, quod de iure canonico detrusio in perpetuum carcerem sit pœna, & quod hæc sit verior opinio, dixerunt *Abb. in rubr. de testam. ante m. 5.* sub illis verbis, *sed alia videtur verior, quia negari non potest, quin ibi sit quasi mortuus, &c.* *Addit. nouissima ad l. 1. C. de custodia reorum*, vbi habentur hæc verba, *ratio est, quia hæc in re carcer non est ad pœnam, l. aut damnatum, §. solent, ff. de penis, secus de iure canonico, cap. quamuis, de penis, in 6.* &c. *Gugliel. de Bened. omninò videndus in cap. Raynuncius, in verb. mortuo itaq; il primo, num. 129.* sub illis verbis, *nam tales clerici sic perpetuò carceri mancipati sunt quasi mortui, quia licet talis carcer eis imponatur pro pœnitentia, tamen illa pœnitentia est loco pœnæ, &c.* & paulò post *m. seq. dicit hæc verba, & sic tales efficiuntur sequi pœna considerato maxime, quod perpetuus car-*

cer dicitur quadam seruitus, &c. Hippolyt. de Marsil. sing. 565. ibi, sed alia videtur resior, quia negari non potest, quin ibi sit quasi mortuus, &c. Affl. in cit. Constit. Hi, qui per inquisitionem, num. 11. ibi, & sic carcer de iure canonico est ad pœnã, &c. Reg. de Pont. aliis omiffis cit. conf. 73. num. 21. vbi ad probandum, quod de iure canonico carcer perpetuus datur ad pœnam, allegabitur. in dicto cap. quamuis, de pœnis, in 6.

Hæc occurrunt ad demonstrandũ, quã in iudica, iuriq; consentanea fuerit à conuentis opposita exceptio.

S V M M A R I V M.

- 1 Actor quis nam dicatur, vel reus in iudicio iactantia, & num. 3. 4. & 5.
- 2 Iudex secularis an possit per edictum generale clericum monere, ut coram ipso compareat, dum se iactat habere iura contra laicum.
- 3 Iudicium iactantia an inducat litis pœdentia.
- 7 Spolium an possit intentari pro implemento remedij l. diffamari, C. de ingen. manum.
- 8 Remedium aliquod an detur ad impediendam litem super iudicio iactantia.

A R G V M E N T V M.

Agitur, quis nam actor, & quis reus dicatur in iudicio iactantia, ad effectum cognoscendi, coram quo Iudice sit procedendum. Diffamator, cui in iudicio iactantia est ordinatum, vt iura sua proponeret, an decreto satisfaciat, si intaret spolium, vel præcisè teneatur iura sua proponere in iudicio petitorio. Remediũ aliquod an detur, vt impediatur lis super iudicio iactantia. Refertur singularis obseruatio manuscripta Dom. Ioannis Angeli Pisanelli, ad materiam satis pertinens, cum decisionibus S. C.

C A P. VI.

I



Actor, vel reus quis dicatur in iudicio iactantia, de quo in vulgata l. diffamari, C. de ingen. manum. non parũ inter DD. fuit controuersum; quãdoquidẽ Affl. noster

in decis. 268. post disputatum articulum testatur, per omnes Dominos de S. C. fuisse votatum, illum censeri actorem, qui agit vigore dictæ legis, sicq; debere suum diffamatorem vocare, & conuenire coram Iudice ipsius conuenti diffamatis, & vbi fortè diffamatus coram Iudice suo iactantia iudicium institueret, posset diffamator sic vocatus ad suum forum causæ remissionẽ petere. Contrariam verò sententiam amplexi sunt Ant. Capyc. decis. 18. Octavianus Cacheranus decis. 151. & Casar Vrsill. in addit. ad Affl. loco citato, post infinitos, quos referũ; hi enim contra Affl. magis communiter putarunt, in hoc iudicio iactantia intentatẽ remedium dictæ l. diffamari, naturaliter, & verè dici reum, sicq; ad Iudicem ipsius diffamati posse diffamatorem trahere. Ratio assignatur, quia circumscripto hoc iudicio, si diffamator veller iura, quæ habet contra diffamatum proponere, teneretur utiq; coram illius Iudice comparere, prout aliàs ipse dicebam lib. 1. cap. 52. num. 12. nimirũ, posse Iudicem secularem per edictum generale clericum, qui iactat habere iura contra laicum monere, vt compareat, quatenus sua putaret interesse, nec in aliquo tunc Ecclesiasticam eludi libertatem, ex quo dum clericus aliquam habet actionem contra laicum, cum illam exercere voluerit, necessariò corã (seculari Magistratu comparere tenetur.

- 3 Sed quicquid sit de hac controuersia, in vna facti contingentia dicebam, quod in casu, de quo agebatur, cessabat omnis dubitatio, duo in hac materia considerando iudicia, prout aliàs scripsi cit. lib. 1. cap. 257. alterum diffamationis, quod est fundatum in dicta l. diffamari, & in hoc subintrat altercatio, de qua per DD. modò citatos, & de hoc non agebamus, quia diffamatus, qui erat clericus ad hanc cõtrouersiam vitandam, iactantia iudicium, non coram Iudice suo, sed diffamatoris, & sic in S. C. instituerat. Alterum verò est iudicium principale, & de hoc agebatur, quod oritur postquam diffamator iura sua proposuit,

quo quidem casu, quia iudicium diffamationis penitus expirauit, sequitur necessarium dicendum, ut procedendum sit coram Iudice diffamati competente, ita satis bene *Andr. Gayl. pract. obseru. lib. 1. obser. 11. nu. 5. cum seq.* & clarius, ac melius noster *Præs. de Franch. decis. 385.* ubi hæc notanda esse admonet, cum sæpe in praxi eueniant, ponens exemplum, quod multoties iudicium diffamationis extitit in M.C. intentatum, & postea per diffamatorem fuerunt iura proposita in S.C. & cum per diffamatorem, causam ad M.C. remitti pereretur, non fuit aliter remissa, per rationem supra allegatam, nisi, ut ipse subdit, cum remedio *L. diffamari* esset etiam intentatum remedium *L. si contendat, ff. de fideius.* quod quidem remedium est, ut per definitiuam sententiam declaratur, aduersario iactanti nullum ius competere, in hoc enim casu Iudex diffamationis erit semper pariter Iudex causæ principalis, qua de re latè *Conar. variar. lib. 1. cap. 18.*

4 Hæc breuiter considerabam pro remissione causæ D. Florentii de Clauer Sacerdotis, qui simplex iactantiae iudicium contra Lelium de Clauer in S. C. instituerat, quo instituto, & coram D. tunc Consiliario Merlino, nunc apud D. Regem nostrum in supremo Italico Senatu Regente meritissimo, cui fuerat iactantiae causa commissa, comparuit Lelius de iactantia conuictus, & iura proposuit contra D. Florentium, & hæc causa fuit nouiter commissa D. Consiliario Theodoro, eo habito pro iudicato, iactantiae iudicium à D. Florentio intentatum, fuisse iam extinctum; cumq; compilato processu dubitaretur, an Sacrum Consiliū ad causæ expeditionem procedere potuisset, consideratis prædictis à Dominis Senatoribus in hac die Sabbathi 16. Februarii 1646. Sacrum Consiliū decreuit, causam esse ad Iudicem Ecclesiasticum competentem remittendam. Acta sunt in Banca Fabritii Solatii Sac. Confactorum Magist. pro Curia.

Post hæc scripta in articulo, de quo per *Afflict. & Cappo. loc.* citatis ad manus meas peruenit adnotatio quædam propria manu D. Io. Angeli Pisanelli, sua reuerentate Advocatorum Principis, (sic attestante in signe Iureconsulto D. Io. Vincètio de Annar. sing. 6.) in qua quidem adnotatione præclarissimas, ac magnus iste Doctor contra *Afflict.* geminatas nostri supremi Senatus refert decisiones, & per hæc verba, quæ habentur in quodam eius libello manuscripto, quem dono accepi à Domino Regente Ferdinando

Branzia Iureconsulto doctissimo, Oratio Calatrauz, & Duce Beluederii.

Iesus, Maria.

5 *Mazzeus in decis. 268.* dicit, fuisse decusum, quod iudicium intentatum per remedium *L. diffamari, C. de ingenuis manus* debet remitti ad Iudicem diffamantis: dum hic casus euenisset in S.C. in anno 1518. inter Magnificam Carmolinam de Duce, illud remedium intentantem contra Presbyterum Antonium de Anna de Suetisa, relata causa in Rota per Magnificum Nicolaum Maioratum causa Committarium, & Regium Consiliarium, pro parte D. Antonii allegabatur illa decisio: per me ut Advocatū Dominæ Carmolinæ dicebatur, quod *Alex. in cons. 104. in 5. vol.* quod similiter *Mazzeus* allegat, dicit contrarium, eius, quod hinc *Mazzeus*, quando de dicto remedio loquitur, & hanc partem, quod intetans remediū legis diffamari possit ad Iudicem suum, tenet *Socin. in cons. 94. col. 2. vers. quinto mouetur, vol. 3.* allegabam modicum *Gomez.* qui relatis alijs hanc partem tenet in *§. præiudiciales, col. 5. vers. quis autem erit Iudex, Inst. de act.* quia in effectu, & naturaliter dicitur reus, & in sortitoribus terminis considerat *Decius cons. 3. col. final. Socin. in l. libertus, la prima, ff. de in ius vocatio.* & allegatis per me multis, quæ non refero, ex quo pro maiori parte habentur in *decis. Cappo. 18.* fuit in dicta causa de mense Decēbris decretum, quod causa remaneret in S.C. Iudice Magnificæ Carmolinæ futura reæ; & tunc Dominus Antonius Iannarius Præsides S. C. vir doctissimus, & veteranus Officialis dixit mihi, quod aliàs dum esset lis inter D. Cardinalem de Aragonia, & D. Alfonso Coppulam, Sacrum Consiliū inclinavit in istam opinionem, tunc hæc notavi in dicta decisione *Mazzei,* & demum impressis decisionibus *Cappo. in decis. 13.* narratur ille casus, & sic in hoc Regno non oportet de hoc dubio disceptari.

6 Et tunc incidit aliud dubium, quod si proposito remedio dicta legis diffamari, ipse Don Antonius nolisset proponere iura sua in S.C. sed in M.C. V. quæ erat similiter Iudex competens Magnificæ Carmolinæ, an liceret, & utilis erat, quia à sententia M. C. dabatur appellatio ad S. C. & executio suspendebatur, secus tamen in sententijs S.C. quæ habet executionem paratam, cum cautione fideiussoria in casu retractationis, iuxta *tex. in Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer. Marianus in cap. perult.*

vers. undecimò quæro, de foro competenti tener electionem esse diffamantis, & sic actoris, cuius opinionem sequitur Lancellottus Decius in l. si quis postea in fine, ff. de iudicijs, & licet Felin. in cap. cum sit generale, col. 4. vers. item facit, de foro competenti, referendo Caccialupum in repetitione legis omnes populi, col. 6. de iust. & iure, videatur dicere, quod substantialius est tenere contrarium, scilicet quod sit idem Iudex, tamen primam opinionem tenet Socin. in d. cons. 94. vol. 3. referens, ita tenere Caccialupum in l. nulli, C. de iudicijs, & sic videtur ista opinio magis communis, tamen in illa causa fuit processum in S. C. quia ille Presbyter voluit iura sua in S. C. proponere, non expectato decreto super illo incidenti.

7 Subortum fuit aliud dubium, an si Presbyter ille opponens exceptionem spoliationis, & sic petens restitutionem possessionis, à qua dicebatur spoliatus, si hoc sufficeret pro implemento remedij l. diffamari, et videbatur, quod non, quia debebat iura proponere, & sic petitorium, prout fuerat in remedio intentato propositum, & dum disputaretur hoc incidens in Rota, dixi Dominis de Rota, quod aliàs tempore primi anni meo Actoratus, existente dicto dubio inter nobilem Paulum de Lamberto de Aversa, cum Clerico Ioanne de Lamberto, ego prius allegavi ad hoc *Abbatem* in c. ex coquestione, col. 4. vers. 2. extra de restit. spoliat. vbi tenet, posse intentari spoliū, ad intellectū d. l. diffamari, & quod tunc ita fuerat decisum per S. C. & demonstrari decretum, & sic in causa ipsa fuit determinatū.

Fuit etiam tunc ortenus propositum, si esset dare aliquod remediū, vt impediatur lis super iactantia: occurrebat mihi, & ita sepius opposui, fractus doctrina *Luce de Penn.* in l. si apparitor, col. 6. vers. & nota, C. de cohortal. lib. 12. vbi ad materiam dicitur l. diffamari dat cautelam, quod qui vocatus est, adeat Iudicem, & dicat, se non posse tunc, fortè, vt supra dixerat, quia non habebat probationes, & secundū varia impedimenta potest ista cautela praticari; tamen quando diffamatio esset de certa re, vel certa summa, ita quod aliquis iactaret se non teneri ad certam quantitatē, vel quod talis res spectabat ad eum, possem petere declarari, me non teneri ad illam quantitatem, vel rem, & quod diffamatori imponatur perpetuum silentium, ita relatis alijs tenet *Marian.* in d. cap. penul. vers. duodecimò quæro, in fine, de foro competenti.

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Magistri actorum in Regno Neapolis eorum periculo, & fortuna iudicarias suscipiunt fideiussiones; sed an per hoc à litigantibus mercedem pro arbitrio exigere possint, ibidem, & num. 7.
- 2 Actorum Magister in suscipiendis fideiussionibus loco fideiussoris habetur, ex quo facta principalium discussione, subsidiaria actione tenetur, & num. 7.
- 3 Magistratus de iure Digestorum, & Codicis pro iudicarijs fideiussionibus subsidiaria actione tenebatur, nunc in Regno Neap. actorum Magistri.
- 4 Fideiussor an possit cum debitore, pro quo fideiussit certam mercedem pacisci.
- 5 Fideiussor, qui pro prestata fideiussione mercedem exegit, num. illam sibi excomputabit, si contigerit summam voluerit in fideiussione contentam.
- 6 Fideiussor num. possit mercedem exigere, pro fideiussione prestata, si nullum imminet periculum decoctionis principalis debitoris.
- 8 Actorum Magister num. possit à Priuice cogi ad suscipiendas iudicarias fideiussiones, & non nisi quid minimum exigere.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Actorū Magistri supremorum Tribunalium Regni Neapolis pro fideiussionibus, quas suscipiunt, illam possint tuta conscientia exigere mercedē, quæ ipsis pro arbitrio videbitur. Fideiussor num. pro fideiussione præstanda possit ratione periculi certam mercedem cum debitore pacisci, & de alijs.



C A P. VII.



- 1 Actorum Magistri, qui in hoc Regno eorum periculo, & fortuna iudicialias suscipiunt fideiussiones, audio dubitari, num̄ tuta conscientia possint pro recipiendis fideiussionibus illam petere, & exigere mercedem, quæ eis pro arbitrio videbitur.
- 2 Respondeo indubitanter quod sic, moderate tamen, secundum proprietarum conscientiarum dictamen; constat namque, Actorum Magistros in his actibus splendidis loco fideiussorū haberi; hi enim si facta obligatorum discussione, illos decetos esse apparuerit, subsidiaria actione ad soluendum conueniuntur, vt in *prag. 15. sub tit. de Aduarijs; Rouit. decis. 83. & diximus lib. 1. cap. 3. nu. 4.* qua quidem subsidiaria actione de iure communi conueniebatur Magistratus, l. 1. & toto tit. ff. & C. de Magistrat. conuen. & in S. sciendum, Instit. de satisf. tutor. & curas.
- 4 Hoc posito videamus breuiter, quid dixerint *Doctores* in terminis simplicis fideiussoris, num̄ possit ille pro fideiussione prestanda mercedem recipere; & communiter omnes, tam *Theologi*, quam *Juriste* in affirmatiuam deueniunt sententiam, per *tex. in l. si remunerandi gratia 6. §. Marius, vbi Bar. ff. mand. & in l. hoc iure, §. 1. ff. de donatio.* idque non alia ratione, nisi ob periculum, cui se submittit quis fideiubendo; id, quod adeo verum putauit *Hald.* infra allegandus, vt si calus contingeret, in quo fideiussor summam, pro qua fideiussit, solueret, dum illam a principali debitore repeteret, non aliter mercedem, quam pro fideiussione prestata recepit, sibi excomputabit, ea quidem ratione, quia mercedem habuit ratione periculi fideiussionis; non autem propter satisfactionem obligationis, videatur, quæso, infra scripti, qui hæc omnia bene probant, ex *Theologis D. Anton. in summ. tit. de vsur. cap. 7. §. 45. Caieta. in 2. 2. D. Tbo. quest. 78. art. 2. Io. Medin. in summ. tit. de vsur. restit. col. 8. Conrad. de contractib. quest. 40. concl. 4. Syluest. in summ. in verb. fideiuss. nu. 14. Ang. in summ. eodem verb. circa finem, & Naua. in summ. cap. 17. num. 285. & conf. 23. num. 4. lib. 5. tit. de vsur. ex Iuristis Bal. in l. antiqua. nu. 1. C. ad S. C. Velleia. Dec. conf. 7. num. 10. Io. Lup. in cap. per vestras, notab. 6. §. 9. num. 9. et seq. de donatio. inter vir. & vxor. vbi dicit, licitum esse fideiussori tot*

- pro centenario pacisci, Anto. Padit. in l. 2. num. 26. & seq. C. de rescind. vend. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 2. num. 6. quo loci conclusionem supra firmatam limitat, prout & Io. Lup. in cap. nauiganti, sub num. 20. de vsur.
- 6 quoties debitoris qualitate, & conditione, attenda nullum immineret periculum, vt quia esset ille admodum soluendo, vt nulla possit periculi cadere suspitio, Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. 20. vers. secundo animaduerto, Stracch. de assicurac. in prefatio. nu. 25. Aluar. Valasc. decis. 18. Surd. conf. 306. nu. 10. & seq. lib. 3. Vincent. Caroc. tract. de loca. et conduc. in tit. de fideiussore, fol. mihi 128. Dom. Ludouif. decis. 161. Cancer. var. resol. par. 2. tit. de fideiussor. num. 118. & 119. in nouissimis, & D. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuen. tom. 1. lib. 6. tit. 6. num. 6.
- 7 Si igitur, vt propositum absoluamus dubium, Actorum Magister fideiussoris loco habetur, consequens est dicere, vt quemadmodum ex communi omnium sententia, potest fideiussor pro fideiussione prestanda ratione periculi certam mercedem cum debitore pacisci, ita etiam & Actorum Magister, qui similiter quando principales obligati ad soluendum sunt impotentes, de proprio summam in fideiussione contentam satisfacere tenetur, sicque concludendum, nullo pacto praticari posse ordinationem nouissimè inuictissimi Regis nostri iussu emanatam, ne valeant Actorum Magistri supremorum Tribunalium Regni huius, pro qualibet fideiussione recipienda ultra granos decem pro mercede exigere; nemo enim, vt experiētia docuit, inueniri vnquam poterit, qui has recipiat satisfactions, quo fit, vt publicum commercium in maximo verteretur detrimento; vnde puto, suspensa ordinatione prædicta, de his omnibus Regem nostrum certiorari, sicque illi rescribendum.
- Die . . . mensis Septembris 1637. Sacrum Consilium iunctis Dominis omnium Aularum, prout de more in rebus grauib. decreuit, faciendam esse consultationem Excellentissimo Proregi pro hac opinione, cui pariter adhæsit Regia Camera præuia alia consultatione pro Actorum Magistris M. C. quæ fuit per Regium Collaterale Consilium approbata, nec amplius fuit de negotio tractatum; minimè enim sunt mutanda (dicebat Paulus Iuriconsultus in l. minimè, ff. de legibus, quæ interpretationem certam semper habuerunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum annum Aduocato relictum, ad hoc vt heredis causas defendat, an debeat, si contingerit, Aduocatum illum in Senatorem eligi, & nu. 3. 5. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 26. 29. 31. 32. & 33.
- 2 Dicitio, ad hoc, conditionem, vel modum importet?
- 4 Legatum an debeat, si legatarius ex aliqua causa superuenienti non adimplet modum ab initio possibilem, & nu. 23. 24. 27. & 28.
- 6 Legatum relictum tutori an debeat, si à tutela se excusauerit, & n. 7. 8. & 25.
- 12 Legatum potest peti via exequutua.
- 16 Gerundium an conditionem importet.
- 18 Legatum causale quod nam dicatur.
- 20 Legatum relictum Titio sub conditione, vt hoc, vel aliud faciat, an sit conditionale, vel potius modale.
- 22 Modus potius, quam conditio in dubio præsumitur.
- 30 Aduocatus an possit cogi ad suscipiendum officium Consiliarij.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an legatū annum Aduocato donec vixerit relictū, ad hoc, vt heredis causas defendat, debeat, si contingerit, Aduocatum illum à Principe in Senatorem eligi. Legatum relictum tutori an debeat, si se à tutela excusauerit. Legatum an debeat, si onus legatario impositum adimpleri non potest.

C A P. VIII.



Aduocatus si à Principe in Senatorem eligeretur, utilis est inuestigatio, nūm annum legatum eius vita durante à Titio illi relictum, ad hoc, vt heredis causas defendat, petere possit, dum Aduocationis munus per Magistratū superuenientem exercere prohibetur, prout lege Regia in hoc Regno cautum est.

2 Et citrà omne dubium affirmatiuè respondeo, quod duplici modo probatur. Primò, cum certum sit, dispositionem sic, vt supra factam modalem esse; dixit enim testator, ad hoc, vt vulgari sermone, accioche, quæ dicitio modum sine dubio importat, Bart. in l. quibus diebus, §. fin. num. 2. & 4. ff. de condit. & demonstr. ibiq; Scribentes communiter, Bald. in cap. dudum, col. 6. vers. & hæc faciunt, de elect. Dec. cons. 327. & alii relati per Galgan. tract. de condit. & demonstr. par. 1. cap. 95. num. 1. 2. & 4. quibus addo Crauet. cons. 59. num. 1. vbi dicit, modum etiam censerit, si dictum esset, cum hoc tamen pacto, & conditione, & alios, quos congerit Parlad. quotid. diff. iur. differ. 147.

3 Hoc posito, & pro indubitato, dico in casu nostro, idèd non posse legatarium heredis causas defendere, & sic modum adimplere, ex quo ius ei resistit, prohibetur enim Iudices pro aliis patrocinari, vt supra asseuerabamus, & sic per hunc casum modus ille per testatorem appositus defecit, qui ab initio adimplibilis considerabatur, & verè per certum tempus fuit adimpletus; sed sic est, quòd quando legatarius modum ab initio possibilem non adimplet, ex causa, quia non potest, debetur tamèn legatū, illudq; retinere potest, prout est *tex. in l. si Titio pecunia 95. ff. de leg. 1.* ergò, per quem hoc in specie voluit Bart. in d. l. quibus diebus, §. Terminus, num. 17. ff. de condit. & demonstr. dum dixit, posse legatarium legatum retinere, estò quòd modum ab initio possibilem non adimplet, quia tamen non potest, id, quod etiam probarunt Socin. ibidem n. 11. Barz. decis. Bonou. 81. num. 9. et 10. Galgan. cit. tract. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 3. quest. 7. num. 8. & Cras. in §. legatum, quest. 58. nu. 4.

5 Nec dices, in casu d. l. si Titio modi in adimplementū considerari per casum non contingentem in personam legatarii, ibi enim per legatarium non stat, quominus modus adimpleatur, secus autem in casu nostro, vbi inadimplementum considerari videtur per casum contingentem in personam legatarii, qui Aduocationis munus reliquit, Senatoriam adipiscendo dignitatem; respondetur enim, idem esse, siue consideremus inhabilitatem ex parte tertii, siue ex persona legatarii, prout satis notantèr obseruauit Dyn. omninò videndus in regula impulari 41. num. 4. ff. de reg. iur. vbi de his agens tam respectu modi, quam conditionis non implet, tandem quòd ad modum ab initio possibilem, qui demum adimpleri non potest, dicit, dispositionem pro ad-

impleta haberi, siue legatarius impediatur per casum contingentem in personam alterius, siue propriam, & allegat *text. in l. si Tizio pecunia, & in l. Lutus la 2. §. quisquis, ff. de leg. 2.* hoc idem *D. Ricc. decis. 80. nu. 5. p. 3.* post alios, quos citat; ex hac igitur ratione remanet fundatum, legatum, de quo agimus, donec legatarius viuet, singulo quoq; anno esse præstandum.

6 Secundò probatur à simili in tutore, cui à defuncto aliquid legatum est, nam cum ius præsumat (nisi aliud constet) quòd in futuri laboris præmium relictum censeatur, si ab administranda tutela se excusauerit, legatum non debetur, sunt iura satis vulgata in *l. Nefennius cum seq. & in l. Tutor, §. qua tutoribus, ff. de excusat. tutor. l. qui tutelam, ff. de testam. tut. & l. post legatum, §. amittere, ff. de his, quib. ut indign. quod tamèn intellectù nouimus, quando in tutela suscipienda iuris resistentiam non inueniet tutor, quia si aliquo iure id ei prohiberetur, adhuc excusatione nõ obstat, legatũ debetur, est *text. satis clarus in l. ab administratione tutela, C. de lega. ibi enim cum Miles extitisset à testatore tutor relictus, eiquè certum quid legatum, quia ius resistebat, militem alterius tutelã subire, quod proinde administrare recusauit, à legati tamèn petitione non esse illum excludendum, statuit Imperator Antoninus, idquè in puncto notarunt glos. in dist. l. qui tutelam, in verbo excusationis, ubi idem dicit in ea excusatione, quæ propter minorem ætatem fieret, &**

7 *Bald. conf. 356. in principia lib. 4.* quo loci inuestigando, an legatum tutori factum, dum administrare recusat, debeatur, inter plures, quos distinguit casus, dicit primò, quòd quando tutori testamentario relinquatur iniuncti officij contemplatione, quamuis se excuset, debetur, si iuris ratio impedit, quin administrare possit, ad quod probandum allegat *text. in d. l. ab administratione, C. de lega. hoc idem quando tutor esset miles, vel alijs tutelam exercere prohibitus, obseruauerunt Ang. conf. 166. Rom. conf. 235. ibiq. Mandos. in adit. & l. de Montefer. inter conf. Grat. conf. 84. lib. 2. ubi inter plures, quas considerauit rationes, ut deberetur legatum relictum à viro uxori filiorum tutrici in testamento designatæ, quæ tutelam subire, nolebat; sed ad secunda vota transire, illam num. 9. subnectit principaliorem, quia nimirum coniux ipsa onus tutelæ, etiam si voluisset, assumere non potuisset, ex quo minor 25. annis, quòd proinde illam recusando legatum non amittebat, ad quod pro-*

bandum allegat *text. in d. l. ab administratio-*

9 *ne.* hoc idem dicendum in casu proposito, vt omninò singulis annis legatum debeatur vitalitium, quamuis legatarius à patrociniij munere se excuset, cum id contingat, quia id fieri lex prohibet, non quòd voluntariè se abstineat; vetat enim ius, vt superius diximus, Iudices pro alijs postulare.

10 Insuper si verè excusationis casum consideremus, inuenimus, contigisse illum, non factò legatarij; sed potius Tertij, nimirum Principis, cui erat omninò parèdum, quòd eidem legatario nocumentum infetri asserendum non est, argum. *text. in l. paterfamilias 44 ff. de hered. insti.*

Hæc dum scriberem ad manus meas peruenit quodam singulare responsum Domini Io. Francisci Mariani Aduocati primarij, nunc Regij Consiliarij præstantissimi, qui in articulo proposito Domini Genitoris sui iuratus hanc eundem amplexus fuit sententiam, illudq; tanto Viro dignum, vt hic imprimeretur, curari, & est tenoris sequentis.

Jesus, Maria, Ioseph.

11 Reliquit Ioannes Albritius quondam Princeps Auetranæ Marcello Marciano tunc eius Aduocato, nunc Regio Consiliario legatum annuum duc. tercentum vitæ eius durante tantum, per hæc verba.

Euseio al Signor Marcello Marciano mio Aduocato ducati trecento l'anno, durante sua vita solamente, da pagarnofeli di terza in terza: pregandolo, che debbia bauer pensiero delle mie liti, e particolarmente della lite, che tengo cõ il Regio Fisco, vt legitur in processu fol. 4.

Mortuo Principe testatore in mense Maij 1614. ac transacta lite cum Regio Fisco in anno 1615. vt ex fide fol. 6. Princeps Ioannes Antonius hæres vsq; ad annum 1619. legatum quotannis soluit, vt ex partitis f. 5.

Cum autem à solutione defecisset, petiit idem Regius Consiliarius Marcianus, in Sacro Consilio prouideri via executiua, quòd prædictus Princeps hæres solueret quantitates maturatas, & sic in futurum continuaret, seruata forma legati, alijs contra eum exqueretur, vt legitur fol. 1. 2. & 7.

12 Quòd autem pro legato via executiua agi possit, communis est omnium opinio, vt post Glos. in Sallud. in authent. de hered. & falcid. in verb. decreto, & ibidem Angel. dixit Ias. in l. fin. num. 16. C. de editto Diui Hadriani tollend. Ioseph Ludou. in decis. Perus. 13. communem, & receptam dixit Crass. in S. legatum. q. 77. latè Simon de Prætis in conf. 117.

num. 55. lib. 1. & in eius tractat. de interp. vlt. vol. fol. mihi 533. à nu. 138. & 144. cū sequentibus, *Parlador. lib. 2. rerum quoridian. cap. fin. par. 1. §. 9. nu. 2. & 4.* & latissime post *Canall. cōm. contra communi. q. 103. nu. 39. cum sequentibus, Gratian. discept. forens. cap. 62. num. 16. & 22. cum sequentibus. & cap. 254. num. 44. & 45.* Quod eò magis procedere debet in casu nostro, vbi pars terminum non petiit, nisi ad allegandum in iure; cū iuris tantum articulum disputandum esse aduertat, vt legitur fol. 7. à terg. & 8. & alia probatio non videtur necessaria, cū testamentum conditum fuerit clausum, & sigillatum, ita quòd interpretatio sumenda est ex verbis legati.

13 Opponit igitur Pars, legatum hoc nullo modo deberi; quasi fuerit conditionale, scilicet si causas eius patrocineretur, ideoque defecta conditione propter munus Cōsiliarij assumptum, quo prohibetur pro alijs particularibus causas agere, defectum etiam contendit esse legatum, ex dispositione *text. in l. Seio, in princip. & l. Meuia, & ibi Glos. in verbo nolis, ff. de ann. legat. vbi defecta conditione ex casu fortuito, licet per legatarium non steterit, quominus conditionem negotia gerendi adimpleat, defectum etiam deciditur esse legatum.*

14 Quibus addit, negari non posse, quin saltem censeatur relictum contemplatione, & causa patrocini, & consequenter cessante causa legati, cessare etiam debere legatum ipsum, *ad text. in l. filio, §. matri, & l. alteri, ff. de adm. legat. cum concordantibus præcipue quando causa est finalis, prout videtur in casu nostro, cū respiciat utilitatem alterius, quam legatarij, secundum doctrinam Bart. in l. 2. §. Titio, num. 2. vers. quandoque causa, ff. de donat. per text. in l. Titio, in principio, ff. de condit. & demonstr.*

Ex quibus nullo modo deberi legatum huiusmodi existimat, quinimò solum post Cōsiliarij munus assumptum ex errore Ministrorum processisse fatetur.

15 Verū tamen hanc Partis oppositionem parum obstare, infrascripta facile suadebunt, quoniam legatum huiusmodi nullo modo conditionale fuisse apertissime cernitur, nullū enim verbum, nulla loquutio, nulla oratio in eo conditionem designat. Quippe qui nō dixit testator, relinquo ducatos tercentum, si mearum litium curam habebit, vel gerendo curā mearum litium, quibus verbis, seu locutionibus, vel similibus conditio induci solet, vt docet late *Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonstr.* Sed tan-

tum rogauit eum, vt suarum litium curam haberet; Quæ verba conditionem minimè denotant, sed modum.

16 Et licet fuerit vsus gerundio. s. (*Pregaudolo*) quod regularitèr conditionem importat, vt per *Bart. & Doct. in d. l. 1. ff. de cond. & demonstr.* vel saltèr causam finalem, vt per *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 2. §. Titio, littera B. ff. de donat.* Nihilominus doctrina *Bart. & Alex.* non potest ad calum, de quo agimus rectè applicari. Quoniam tunc gerundium regularitèr conditionem, vel causam finalem importat, quando dirigitur, siue rectius regulatur à persona legatarij, non autem à persona loquentis, & potest resolui in dictionem, *Si, aliàs si non resoluitur in dictionem, Si, conditionem, & causam finalem nequaquam significare poterit.* Puta si dixisset, relinquo centum vxori seruando lectum viduale, vel gerendo negotia mea; tunc enim gerundium illud seruando, vel gerendo, respicit personam legatarij, & ab ipso regulatur, qui illam conditionem, seu causam adimplere debet, & resoluitur in dictionem, *Si, v. g. si seruauerit lectum viduale, vel si negotia mea gesserit Bald. in cons. 267. num. 4. circa med. vers. sed potest responderi, lib. 5. & Decius in consil. 433. num. 6. qui alios allegat.* Quod nullo modo dici poterit de hoc gerundio, quo vsus est testator, dum dixit, rogando eum, vt negotia mea gerat: non enim regulatur à persona legatarij, sed loquentis, qui rogat: nec potest resolui in dictionem, *Si, idest, si rogero eum; esset. n. inepta loquutio, & ideo conditionale legatum non reddit, neque causam finalem denotat; quia hoc efficit tantummodò gerundium in accusatiuo, vel in genitiuo, cū adiectione, animo, vel causa: puta si diceret Legislator, vel testator, facere legem, vel dispositionem ad reprimendum, vel animo, vel causa reprimendi, vt tradit *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in versic. nec ex eorum absentia, nu. 13. & 14. ver. & hoc apparet. Quinimò gerundium quando continet onus explicandum ab eo, ad quem refertur, modum, non conditionem significat, vt tradit idem *Bart. vbi supra, num. 14. vers. sed certè, & in l. quibus diebus, §. 1. ff. de condit. & demonstr.***

17 Igitur cū legatum conditionale minimè iudicandum veniat, sequitur, non posse applicari decisionem *d. l. Seio, & l. Meuia, ff. de annis legatis, quæ in legatis conditionalibus tantum loquuntur, & locum habent.*

18 Neque etiam dici poterit proprie causale: quia causa, proprie loquendo, non po-

est esse de futuro, sed semper est de præterito, vel de præsentis, vt tradit *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, sub num. 2. versic. præterea ista verba, ff. de condition. & demonstr. & in l. demonstratio, §. quod autem, num. 2. versic. diffinitas ergo, ff. eodem titulo, per textum in l. si Titia, in fine, ff. eodem, vbi idè differre à modo asserit, quia modus est de futuro, & idè quando causa respicit futurum, accipitur pro modo, vt dixit *Bart. in d. l. 2. §. Titio, sub num. 2. vers. quandoquæ causa, ff. de donat. & eadem decisio procedit in vno, quã in altero, vt inferiùs dicemus.**

19 Erit igitur legatum hoc, vel modale, prout sonare videntur illa verba, vt *meorum litium curam gerere debeat*, Tùm ex illa dictione, *Vt*, quæ modum, non conditionem denotat, *l. demonstratio, §. ultimo, ff. de condition. & demonstration. cum concordatibus, Menoch. lib. 4. præsumpt. quæst. 146. num. 5.* qui alios allegat. Quod adèd verum

20 est, quòd etiam si testator adiecerit conditionem in modo, putà si dixerit, *lego Titio centum sub conditione*, vt hoc, vel illud faciat: non tamen erit legatum conditionale, sed modale, non obstante prædicta clausula, *ea conditione, vel sub conditione*; illa enim verba imaginem, non autem substantiam conditionis habere videntur, vt post *Barolum in l. quibus diebus, §. Terminus, num. 5. de condition. & demonstration. & Barbosa in rubrica soluto matrimonio, parte prima, num. 29.* tradit *Crass. in §. legatum, quæst. 79. & quæst. 58. num. 2.* per textum in *l. Mevia, ff. de manumiss. testamento.* Tùm etiã quia onus erat implendum post legati acquisitione, vt colligitur ex traditis per *Molinam lib. 2. de primogen. Hispan. cap. 12. num. 5. & 6. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 10. tit. 5. nu. 16. Gratian. disceptation. forens. cap. 400. nu. 15. Barbosa dicta parte 1. nu. 29. & Peregrin. art. 11. num. 113.* Tùm de-

21 niq; quia in dubio potius modus, quàm conditio præsumitur, *Mantica vbi supra nu. 12. Menoch. lib. 4. præsumpt. quæst. 175. nu. 15. & Peregrin. d. art. 11. nu. 114.*

22 Vel etiam dici poterit legatum purum, cum adiectione tamen oneris, quod Doctores vocant per fideicommissum: putà quando testator reliquit aliquod legatario, & eius fidei commisit, vt aliquod faceret, prout innuere videtur verbum illud (*Pregandolo*) quod fideicommissum importat, *§. fin. Institut. de singul. reb. per fideicommiss. reliq. l. 2. C. comm. de legat. & tradit Fusarius de fideicom. q. 243. nu. 2.* Quod quidè legatum æquiparatur legato modali, vt habe-

tur in *l. filio, §. matri, ff. de adim. legat. & l. si cui legatum 91. ff. de condit. & demonstr. & idè iuris est in vno, quod in altero, vt tradit *Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 12. tit. 2. num. 28. versic. consequenter*, & tangit *Peregrin. d. art. 16. nu. 158. versic. & idem est*, & antè eos dixit *Bartolus in l. alumna, §. seia, ff. de adim. legat.* vbi parificat onus relictum in vim modi, & in vim fideicommissi per *d. l. filio, §. matri.**

23 In legato autem modali, siuè per fideicommissum DD. communiter sequuntur *Glossæ, & Bartoli* distinctionem in pluribus locis, videlicet. Quòd & si modus sit causa finalis relicti, quia concernit fauorem alterius, quàm legatarij. Tunc si modus deficit ex facto eiusdem testatoris, qui illud adimat, censetur eo casu etiam legatum ademptum, & procedit *textus in d. l. alumna, §. seia, & d. l. filio, §. matri, ff. de adim. legat.* in quibus onus relictum, siuè in vim modi, siuè fideicommissi à testatore ademptum, facit etiam censerè ademptum legatum, cum cesset onus, quod fuit causa finalis legati, & tradit optimè *Bartolus* vtrobiq;: Si verò modus deficit per casum, & tunc legatum non deficit, sed legatario, nihilominus debetur, per *textum* clarum in *l. si fundum per fideicommissum, §. Iulianus, alias l. si Titio pecunia 95. ff. de legat. 1.* vbi legata pecunia Titio, & eius fideicommissum, vt alienum seruum manmitteret, nec Dominus vendere velit: capit nihilominus legatū, quia per eū non stat; quominus fideicommissum prætet, sic optimè distinguit *Bartolus in dicta l. 2. §. Titio, ff. de donation. sub num. 2. versic. quandoquæ causa*, & propriè in *versic. vbiunque dixi*, quo loci asserit, quòd etiam deficiente causa finali ex casu fortuito; non tamèn cessat effectus, nam debetur legatum; Et idè illa regula, quòd cessante causa finali, cessat etiam legatum, cuius contemplatione fuit factum, debet intelligi secundum prædictam *Bartoli* distinctionem, scilicet vt procedat, quando deficit, & cessat causa finalis facto testatoris, vt in *dicto §. matri*, secus si ex casu fortuito, vt clariùs dixit idem *Bartolus in d. §. matri, & in d. l. alumna, §. seia, de adim. legat.*

24 Hoc etiam clariùs, & lucidiùs explanauit idè *Bartolus in l. codicillis 91. ff. de legat. 2.* vbi ponit longam distinctionem, quando onus impositum legatario non potest impleri, quia nullum, an etiam annulletur legatum, cum cesset onus, cuius causa, & contemplatione videtur factum? & distinguit, quòd aut onus non potest impleri à prin-

- capio, aut ex post facto. Si ab initio, tunc si onus adimpleri debet, non de ipso legato, sed aliunde, & extrinsecus, asserit *Bart. de* deberi legatum, licet onus sit impossibile adimpleri, vel de natura, vel de iure, & in hoc casu procedit *textus in l. administrat. C. de legatis, & l. cum filius, §. non iure, ff. de legat.* vbi licet legatum relictum tutore, intelligatur
- 25 factum causa, & contemplatione tutelæ, adeo ut si tutelam non administraverit, cessare debeat etiam legatum, cessante illa causa finali administrationis, ut habetur in *L. Nesevius, ff. de excusat. tutorum* cum concordantibus. Nihilominus si iure prohibeatur legatarius tutelam gerere, putat quia miles, vel minor, retinebit nihilominus legatum, quia per eum non stat, ut habetur in dictis *legibus*, tradit *Baldus in cons. 356. lib. 4. in princ. & sequitur Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 6. tit. 16. nu. 2.*
- 26 Et hic non videtur casus noster, quia onus non fuit impossibile ab initio; sed ex post facto ex officio Regii Consiliarii, ad quod fuit assumptus; licet deseruiat ad demonstrandum, quod etiam cessante causa finali, non tamen cessat legatum, quando per casum fortuitum, & de iure cessat illa causa, ita ut per legatarium non steterit.
- 27 Si verò onus adimpleri nequit ex post facto, ut in casu nostro: tunc *Bartolus* subdistinguit, quod aut hoc evenit ex facto testatoris, qui illud onus, quod fuit causa relictæ, ademit, & eo casu annullatur, & ademptum dicitur etiam legatum, & procedit *textus in d. l. filio, §. matri, ff. de adm. legat. cū* concordantibus. Aut verò oneris implementum impeditur ex alio accidenti, vel aliquo casu, Et tunc licet onus adimpleri non possit; debetur nihilominus legatum, quia per legatarium non stetit, & procedit *textus in d. l. si fundum per fideicommissum, §. 1. aliàs est lex si Titio pecunia 95. ff. de legat. 1. & melior textus in l. pater 36. §. Tusculanus, ff. de legat. 3.* vbi legatum duo millia solidorum relictum Petronio, ut illa redderet Collegio cuiusdam Templi; cum id Collegium ex post facto fuerit dissolutum, legatum ad Petronium nihilominus pertinebit, cum per eum non steterit parere defuncti voluntati: & ex his videtur decidi casus noster, quia licet onus patrocini ex post facto per casum fortuitum, & facto Principis adimpleri non potuit: cum tamen per legatarium non stat, debetur nihilominus legatum.
- 28 Hanc etiam doctrinam tradidit idem *Bart. in d. l. in testamento 31. versic. oppono, ff. de conditionib. & demonstrat. vbi Alexand. in*

- addit. & eius distinctionem sequuntur communiter Doctores, ut per Peregrin. d. artic. 16. num. 160. vbi alios allegat, Mantie. d. lib. 11. tit. 22. nu. 9. & lib. 12. tit. 2. num. 30. & seq. Membr. in cons. 262. nu. 13. & seq. latè Crass. in d. §. legatum, q. 58. nu. 4. vbi ita etiam sentire asserit Glossam in l. 1. C. de institut. & substitut. quam communem, & tenendam dicunt ibidem Alexand. & Corn. & optimè Ferdinand. Vsq. controuers. illustr. lib. 3. cap. 93. nu. 25. vbi addit consimilem tex. in l. Lucius, §. quisquis, si primo, de leg. 2. & alium textum, quem optimè pro hac opinione inducit in l. si quis Titio, ff. de leg. 2.*
- 29 Cùm igitur in casu nostro legatum hoc modale sit relictum, & onus impositum adimpleri non possit ex facto Principis, quod dicitur casus fortuitus, cuius imperio resisti non potest, licet si verberatum, §. ite si forte, de reind. l.
- 30 apud *Iulianum, §. constat, de legat. 1.* Præcipue in hoc casu nostro, ex quo Aduocatus potest cogi ad suscipiendum officium Consiliarii, ut in puncto tradit videndus *Ioannes de Platea in l. in filiis, nu. 2. C. de decur. lib. 10.* quem refert, & sequitur *Bouadill. in sua polit. lib. 5. cap. 15. nu. 8.* stante etiam utilitate publica, quæ præfertur privata: *§. munerum, §. item, ff. de munerib. & honorib. cū* concordantibus, sequitur, quod non obstante modi deficientia, & cessante causa relictæ, debeatur nihilominus legatum, cum per eum non stet parere voluntati Testatoris, ex prædictis legibus, & doctrinis.
- 31 Præterea posset etiam in casu nostro, non extra propositum dici, legatarium huic non fuisse grauatum per viam modalis dispositionis; sed per viam dispositiouis distinctæ: dixit enim prius, *relinquo tertentum eius vita durante tantum*, & sic legatum hoc purè fuit relictum, ac perfecta oratio, deinde addidit separatim onus, *Pregandolo, etc.* quo casu facilius omnes admittunt, legatum deberi, licet onus adimpleri non possit ex aliquo casu, excepta ademptione eiusdem testatoris, ut tradidit idem *Peregrin. d. artic. 16. num. 110. in fin.* vbi addit *tex in l. si sui legatum 91. ff. de condi. et demonstrat.*
- 32 Nec dici poterit, legatum fuisse relictum corresponsiue ad patrocinium præstandum in litibus, quoniam ultra supradicta illa alia verba, videlicet, *vita durante*, fuissent superflua, & nihil operarentur; cum satis fuisset legare; donec patrociniatus fuisset, ideoque legatum purum est; quamuis testator deinde rogasset, ut litium curam haberet, & ob id impedimentum superue-

niens non impedit legati præstationem.

33. Vltimò legatum huiusmodi neq; etiam simpliciter dici poterit relictum contemplatione, & causa patrociniij futuri; quia multis antè annis patrociniū ipsemet legatarius testatori præstiterat, cuius recognitionem iure debito sperabat: & sic fuit legatum potius in recognitione præteriti, cuius erat debitor, quam futuri, Et quatenus dicere velimus, habuisse considerationem, etiam ad patrociniū futurum, illam principaliter habuit in causa Regij Fisci, vt legitur, ibi. *Particolarmense della lite, che tengo con il Regio Fisco.* Et propterea contemplatio relictii illam causam respexit, in qua causa iam viuente testatore ipsemet legatarius patrociniū præstiterat, multos labores impenderat, & allegationes composuerat, quas nouissimè Eru- dicitissimus Dominus *Regens Tapia* in eius elaborato volum. 5. de *Iure Regni* nupèr edito inferere voluit sub tit. 44. de *bonis fornicatorum*, à num. 6. cum sequentibus, fol. 323. Adèò ut statim post testatoris mortem; prætendente tunc Regio Fisco ad minùs ducatos centum mille, transactione satis minimæ portionis fuerit causa sopita, vt ex fide colligitur, folio sexto. Idèòq; dicere etiam audacter possem, fuisse satisfactum uoluntati testatoris respectu causæ prædictæ, cuius finem adèò optauerat, ut si eo uiuente determinata fuisset, ampliorem recognitionem, prout ipsius, & causæ qualitas requirebat; certissimè tribuisset. Quinimò ultra legati prædictum, mercedem illius causæ iure licito eundem Regium Consiliarium efflagitare posse, ac debere; quilibet illius laboris conscius facillè iudicabit, cum legatum nõ fuerit relictum pro patrociniò, & palmario omnium litium. Hæc occurrunt, &c.

Io. Franciscus Mercurianus.

S Y M M A R I U M.

- 1 *Aduocatus an possit esse testis pro cliente, & quid si fuerit requisitus ab aduersarijs ad deponendum contra clientem, nu. 2. & quid in sollicitatore, nu. 4. & 5.*
- 3 *Tutor an idoneus sit testis pro pupillo in causa, quæ agitur ad instantiam alterius contutoris.*
- 6 *Prag. 23. de offic. Sacri Conf. an procedat, ubi coniunctus Iudicis uti Amicus causam*

protegit, vbi deciso.

- 7 *Arbiter expirato compromisso an possit in testem adhiberi in causa alijs sibi compromissa.*
- 8 *Domesticus an possit pro teste adhiberi, si aliter veritas haberi non potest.*
- 9 *Proxenetæ, siue mediatores an possint esse testes super contractibus coram illis gestis.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aduocatus, vel Procurator, qui in causa pro cliente testis esse non potest, ab Aduersario requisitus cogi possit ad deponendum contra clientem; Et quid in sollicitatore; Et quid in Arbitro. Tutor an idoneus sit testis pro pupillo in causa, quæ agitur ad instantiam alterius Contutoris. Domesticus an legitimus sit testis, vbi veritas aliter haberi nõ potest. *Prag. 23. de offic. S. Conf.* qua disponitur, non posse quem vti Iudicem interuenire in illa causa, quam eius coniunctus vti Aduocatus patrocinatur, an procedat, vbi coniunctus non vti Aduocatus, sed tanquam Amicus causam protegit, siue sollicitat.



CAPVT IX.



- A**duocatus, vel Procurator, quod in causa vbi patrocinatur idoneus non reputetur testis ad deponendum pro eius cliente, est apud omnes citra controuersiam, idque non modò in prima instantia; sed nec etiam in causa appellationis, estò quod in illa demùm nò interueniat, *l. fin. ff. de testib. cap. fin. vbi gl. & DD. còmuniter de testib. in 6. Guid. Pap. decis. 45. vbi Add. Felin. in cap. cum à nobis, nu. 13. & 14. de testib. De Franch. dec. 222 in princip. Ant. Fab. diff. 19. C. de testib. idemq; in Procuratore post litem contestatam reuocato dixit Rot. decis. 11. aliàs 126. de testib. in nouis, Surdus decis. 219. vbi hoc procedere ait, etiam lite finita.*
- 2 Sed fuit aliàs dubitatum, an Aduocatus, vel Procurator ab Aduersario requisitus possit cogi ad deponendum in causa contrà suū clientē? Et in hoc casu affirmatiuè est respondendum, ea quidè ratione, cum timor, & affectionis causa cesset, propter quam Aduocatus, vel Procurator ad deponendum pro suo cliente repellitur, ità dixerunt *gl. Fulgo. & Odofr. in l. fin. ff. de testib. gl. Pauh. de Cast. & Salyc. in l. etiam, C. eod. tit. gl. Io. Andr. Io. Monac. & Archidiacon. in d. cap. fin. de testib. in 6. Bar. in l. de ferre, § idem decreuerunt, ff. de iur. fisc. vers. hoc est verum. Henric. Boich. & Innac. in c. insuper, de testib. Felin. in d. cap. cum à nobis, col. fin. vers. idem si produceretur, eod. tit. Guid. Pap. loco cit. vbi in fine ex *Specul. in tit. de testib. §. 1. idè dicit in domestico, qui licet de iure in testè adhiberi nò possit, l. 2. C. eod. tñ ab Aduersario requisitus cogitur deponere, Paris. cons. 70. lib. 4. vbi infinita capulat, istamq; veram esse opinionem affirmat idem Guid. Papa sing. 982. Aduocatus, Annas Rober. rer. iudicat. lib. 3. cap. fin. vbi sic per Senatum decisam testatur, De Franchis cit. decis. 222. vbi dicit hoc verum in his, quæ Aduocatus scit vt merus testis, secus verò in his, super quibus vt Aduocatus fuerat consultus, idemquè *Mastril. decis. 151. num. 40. Castil. decis. 92. Girth. decis. 95. num. 10. Fontanell. decis. 189. per totam, Capel. Tolos. de tutore loquèdo decis. 205. vbi in pũcto singularitèr conclusū fuisse testatur, quòd si duo sint vnus pupilla tutores, & vnus tantum in iudicio ageret, quod fieri posse dixit *tex. in l. decreto 25. §. si duobus, vbi gl. in verb.****

*permissum, Bart. & omnes, ff. de administrat. tutor. posse Contutorem in causa illa in testem pro pupillo produci, & etià eundem, qui agit ad partis aduersæ requisitionem, suntq; decisionis verba hæc. Item fuit questum. Duo sunt tutores eiusdem pupilli; vnus tutor agit, vel defendit ipsum, nunquid alter poterit produci in testem. Conclusum fuit, quòd sic, & etiam per notata ab Innocent. in cap. insuper, de testib. cum ibi notatis, & etiam ille, qui agit, vel defendit ad requisitionem partis aduersæ non pupilli, vt notat *gl. in l. fin. ff. de testib. in fine, & c.* hanc eandem opinionem inueni amplexum fuisse *Bart. in l. qui testamento, ff. de administrat. tutor. quem citat, & sequitur Ludouic. Rom. cons. 420. nu. 6. ibi quarto videmus præcipuum, tutorum officium esse illud, vt ità sollicitè agat, quòd pupillus indefensus, damnificatusue non remaneat, ff. de administrat. tutor. l. tutoris præcipuum, & tamen clara est doctrina Dom. Bar. quòd etiam si causa pupillaris per alium, quàm per tutorem agitur, tutore in eadem, vt testi pro pupilli parte productò fides legitima dabitur, ità ipse determinat in l. qui testamento, in princip. ff. de administrat. tutor. per illum *tex. & c.***

- 4 Sed quid dicemus in materia conclusio- nis in principio firmatæ de causæ sollicitatore, an in eo eadem conclusio militet, vt nimirum ad sollicitandum per principalem missus in illa causa testis adhiberi non possit? *Domini de Rot. decis. 12. aliàs 154. citat. tit. de testib. in nouis* affirmatiuè respondet in sollicitatore salariato, excepto tamen si esset familiaris Procuratoris, qui illam ad sollicitandum causas sibi commissas deputasset; is enim testis esse posset, assignat *Rot. rationem, quia socius socii mei, meus socius non est, l. nam socius, ff. pro socio, can. legitur 81. dist. istamquè sententiam amplectitur Aufser. in additò ad Capel. Tolos. loco proximè citato, Geminus in d. cap. fin. nu. 7. de test. in 6. Ludouic. Rom. vbi sup. & ceteri communiter.*

In sollicitatore autem non salariato per principalem constituto inuenio nò parum controuersum; quãdoquidè nonnulli æstimarunt, benè posse illum in testem adhiberi ità *Aufser. & Ludou. Rom. locis citatis, Io. Baptista Ferret. cons. 29. nu. 9.*

- 5 Contrariam verò sententiam videntur firmare *Alexan. in l. de ferre, ff. de iuro fisci, & alibi in Consilijs, Felin. in d. cap. cum à nobis, num. 15. & ibi Addent. Maria. Soc. consil. 88. num. 23. versic. nec obstare, quòd Aloysius, & num. 24. lib. 2. ubi expressissimè tenet, sollicitatorem non salariatum omninò à testi*

- monio repelli, reddit rationē, nām si ideo sollicitator idoneus non habetur testis, quia præsimitur habere affectionem ad causam, & personam, pro qua sollicitat, certè maiorem ostendit habere, qui sine præmio sollicitat, & hanc partem amplectitur etiam *Rot. Genue decis. 3. num. 16. & decis. 12. nu. 10. & Horat. Mandos. in additio. ad Rom. relato cōf. 420.* quæ mihi uetior uidetur; quod proinde à simili satis iuridicā
6. *puto nostri Sacri Consilii decisionem anno præterito 1631. emanatam in causa Excellentissimi Ducis Bracciani cum Excellentissima Domina Principissa Venafri, & Albani, ambobus Romanis Clarissimis; etiam cum lege Regia apud nos cautum sit, ut nemo uti Iudex interuenire possit in causis, in quibus aliquis sit Aduocatus, qui cum eodem Iudice quarto consanguinitatis, uel affinitatis gradu (de iure civili loquendo) coniungitur, ut in Pragm. 23. ubi *Ron. de offic. Sacri Consilij*, fuit in causa illa excitatum, an interuenire potuisset *Consiliarius Camillus Petius*, quem recusabat Dominus Dux, prætextu, quòd Illustris Marchio Ciuitæ eiusdem D. Camilli fratris filius fauebat causæ pro D. Principissa, illius Aduocatos ad Iudices informandos ducendo, aliaq; peragendo necessaria, Et fuit optimè per Sacrum Consilium determinatum, quòd à iudicando abstineret, quia eadem ratio *pragm.* quæ militat in Iudice Aduocati consanguineo, forsan militabat in hoc casu, quamuis Dominus Marchio nulla mercede, sed tantum beneuolentiæ ductus omne totum peragebat.*
7. Sed, quæso, uideamus, an hæc, quæ de Aduocato, Procuratore, & Sollicitatore diximus, in Arbitro procedant officio finito, nullo tamèn prolato laudo, ut quia priusquam proferretur, expirauit compromissum, & causa ad Iudicem Ordinarium transitu fecit, an, inquam, dum causa illa demum coram Iudice prosequitur, possit in illa Arbitrator in testem adhiberi? Et affirmatinè respōdet *Aufrer. ad Capel. Tholosan. dec. 142. nu. 3. vers. aut aliter, quæ per sententiã*, ubi tantum id negat, si esset laudum prolatum, ea ratione, quia tunc præsumeretur, quòd eius sententiam per proprium testimonium defendere uellet, allegat *text. in l. eos, S. fin. C. de appellat. & in can. statuendum 3. q. 6.*
8. Ultimò hic libet aduertere ad id, quod supra annuebam, nimirum ius non habere domesticum pro legitimo teste, *d. l. 2. C. eod.* sed quid si per alios, quàm per ipsos ueritas

haberi non possit, uel de his ageretur, quæ domi facta sunt? & quòd in his casibus legitimus sit testis, dixerunt *Afflic. decis. 304. nu. 10. Antonius Gabr. com. concl. tit. de testib. concl. 10. nu. 34. Mant. de tacit. & ambig. 10. 1. lib. 8. tit. 14. nu. 11. Gram. decis. 34. num. 37. in fine, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. cas. 503. num. 5. Masc. de probatio. concl. 721. num. 1. & Ant. Faber decis. 7. in allegatio. C. de testib. ubi principaliter decisum fuisse testatur, testē instrumentarium, etsi tempore testimonij domesticus ille sit, posse tamèn audiri super his, quæ non nisi per testes instrumentarios probari possunt, &c.*

9. Quid autè dicendum in Proxenetis, seu Mediatoribus, an possint esse testes super contractibus coram illis gestis sine partiū consensu? uideendi sunt Canonistæ in *cap. dilectorum 10. de testib. Gaballin. Millcloq. 253. Lancellott. de offic. prator. in causis civilib. sub rubr. personas test. aggrediendo, nu. 62. Matih. Coler. decis. 197. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1. *Aduocatus pauperum an possit interuenire tempore, quo causas, quas defendit, Iudices decidunt, & d. nu. 3. & 4. 14. & 15.*
2. *D. D. Ferdinandus Quadra cōmemoratur.*
3. *Prorex potest sua uicaria potestate uquas creare dignitates, & dicitur alter ego.*
6. *Aduocatus fiscalis M. C. antiquitus non interueniebat tempore, quo causa fiscales decidebantur.*
7. *Fiscus in his, in quibus non est expresse priuilegiatus utitur iure priuati.*
8. *Æqualitas in iudicijs est seruanda.*
9. *Pauperum causa pia est, & quoad fauores Ecclesia, & Fisco equiparatur.*
10. *Delictum non est, in dubijs quæstionibus contra Fiscum respondere.*
11. *Fiscus dicitur saccus Cesaris.*
12. *Delicta puniri, Reipublica interest.*
13. *Appellatio admittitur à comminata tortura.*



ARGUMENTVM.

Agitur, an Aduocatus pauperum, qui ex Domini Regis munificentia pro Reorum defensione eligitur, valeat interuenire tempore, quo causas, quas defendit, Iudices decidunt, & exemplo Fisci Patroni processus, quos informatiuos appellamus videre, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. X.



Aduocatus pauperum, qui ex Domini nostri Regis munificentia in Tribunali M. C. pro reorum defensione eligitur, contigit alijs dubitari, an valeat interuenire tempore, quo causas, quas defendit, Iudices decidunt, ac similiter exemplo Fisci Patroni processus, quos vulgò informatiuos appellamus, videre.

De hoc articulo à maioribus audiui fuisse satis dubitatum, tempore, quo Regis vices in hoc Regno implebat Excellentissimus Lemensium Comes; hic piissimus Prorex cum in pauperum Patronum elegisset Dominum D. Ferdinandum Quadra Virum nobilissimum, ac omnibus numeris absolutissimum, qui per prius in eodem Tribunali M. C. Iudicatus officio mirifice functus erat, mandauit, vt cum prædictis prærogatiuis hoc officium exerceret, id, quod cum illius tēporis Fisci Patronus egrè ferret, idem electus (qui demùm intrà breuissimum tēpus propter eius insignia merita, quasi hæreditario iure ad Consiliarij munus fuit euectus) hæc, quæ sequuntur pro electione iustificanda elegatissimo respōso, quod ad pennā mihi tradidit doctissimus, ac magnæ expectationis Iureconsultus D. D. Aluarus Quadra iunior eius dignissimus pronepos, exarauit, quæ cum sint curiosa, & sciru digna, vt hic imprimerentur curauit.

Fecundus est ager pauperum, citò reddit donantibus fructum, Augustin. psal. 76.

3 Coram Piissimo, ac Iustissimo Principe pro pia, ac iusta causa plura fundere verba, tempusque publicæ vtilitati subtrahere inane, ac penè sacrilegum ratus; pauca vel digito tantum pertingam, quibus, quæ iure pro pauperibus sanxit, iniuria impugnari ostendam. Illud in primis professurus, non pro nefariis, nō pro sceleratis pauperibus causam acturum, nam iuste ab iustis iustus sum orator datus, vt dicebat *Plantus in amphyt.* sed pro iis tantum, qui, vt plerunquē euenit, potentū calumniis in tenebris, & umbra mortis sedent uincti in mendicitate, & ferro, *Psal. 106.* de quibus dicam. *Humi iacentem scelera non intrant casam. Sen. in Thyest. trag. 2.*

4 Horum casus miseratus Excellentissimus, ac omni virtute, sanctitateq; ornatus Princeps noster cum ipsorum Patrono, quo causas exactius defendat, nonnulla in dulxerit, id præcipuē in dubium reuocat Fisci Aduocatus, ut relationibus, deliberationibusq; secretorum processuum, quos informatiuos uocamus, pauperum defensor abstineat, fucatis tamen, nec ullo pacto subsistentibus rationibus infra exarādis, ac prosternendis. Si enim statuētis potestatem consideremus; quis de ea dubitet sanus mente? cum possit & nouas dignitates sua uicaria facultate creare, & ueteres tollere, mutare, & addere, itā *Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux, Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. nu. 27.* & ut dicit *Reg. de Pont. est Prorex alter ego, in tract. de potest. Proreg. tit. 1. num 1.* An uerò immemorem se finget eius, quod nostrorum Genitorum tēporibus suo muneri, nō priuilegio, sed Proregum tantum conuientia concessum est? cum ad ea usquē tempora non minus, quā alii, Fisci Aduocatus deliberationibus remoueretur. Octavianus hoc Curtius, tūc pro Fisco acerrimè agens primus usurpauit, Parente meo Regio Cōsiliario, & M. C. Iudice, vel mordicis oppugnante. Quid mirum si hodiè religiosus Princeps, quod hucusq; incuria prætermisum est, ad iustam, consonamq; æqualitatem deducat, quodq; sibi Fiscus potentia arrogauit, ipse iuste pauperibus concedat?

7 Hoc Iustitiæ distributiæ ratio exposcebat, nam nullo pacto inficiari potest, Fiscū in quibus non est expressè priuilegiatus, nil ultra priuatos sibi assumere posse, *Glof. ordinaria in l. item veniunt, §. in priuatorum,*

ff. de petit. heredit. plura Peregr. de Iure fisci lib. 6. tit. 1. nu. 1. 2. & 29. adeò vt quo Fiscus iure vititur, eodem & priuatos lex frui permittat, d. l. item veniunt, s. ait Senatus, & s. in priuatorum, Peregr. loc. cit. nu. 2. in re autem, de qua agimus Fiscum pro se vllam dispositionem, vel iuris priuilegium habere, tantum abest, vt contrarium potius decisum expressissimo text. in l. proxime, ff. de ijs, que in testamento delentur, reperiatur ab Antonino Augusto, qui in illa caducitatis questione inter Fiscum, & partes, cum Fisci Aduocatum, non secretò, vt hodiè (& vtiàm non in insontium perniciem, qui occultis rationibus veras scèpè responsiones obicere nequeunt) sed palàm, ac alios audisset, remoris omnibus deliberauit, liquidò demonstrando, Fisci Aduocatum ea in re, aut alitè, quàm priuatorum tractandum esse, & meritò cum in iudicijs æqualitas seruanda sit, glos. in l. si cum die, s. sed si in aliquem, verbo absurdum, ff. de receptis arbitris, paribusq; deceat cõtendere telis, ac actor, & reus non debeant ad imparia iudicati, l. vlt. C. de fruct. & litium expens. cumq; Iudex veritatem scrutari debeat, eam ex partium assertionibus elicere oportet, ad tex. in l. vlt. C. si per vim, vel alio modo, ac qui statuit aliquid parte inaudita altera, æquum licèt statuerit, haud æquus est, Senec. in Medea, & aliquisquam Iudex est, qui possit noscere tua iusta, vbi tutè verbum non respondes? Theuent. in Phormio, cur reus infelix absès angor, & mea cum sit, optima nõnullo causa tuente perit? Ouid. epist. 19. heroid. Hæc in iure nulla possunt tergiuersatione refragari, sed fortius dicam, & si hoc Fiscus ex priuilegio haberet, vt non habet, tale priuilegium esse pauperibus communicandum; eo primū iacto fundamento, pauperum causam piam esse, Tiraquel. de priuileg. p. e. causa, in prefatione, vers. item relicta pauperibus, vbi concordantes allegat, & quodam fauores Ecclesiæ æquiparari, ibidem priuileg. 140. quæ cum omnibus gaudeat Fisci priuilegijs, eodem loco priuileg. 143. quis dubitet, etiam pauperes pari passu procedere debere? maximè in re presenti, vbi altera fauoris causa concurrat, nempe libertatis, res etiam valdè pia, ibidè in prefatione, vers. item legatum libertatis.

10 Sed & si hæc, vt sunt, adeò clara non essent, at dubia, nonnè in dubijs questionibus eum non delinquere lex ait, qui contra Fiscum facilè responderit? l. non puto, ff. de iure fisci, nonnè & in dubijs reo, quamuis non priuilegiato fauendum est? l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. nonnè & non in dubijs tantum

causis, sed semper pia causa fauorabilior est? l. sunt personæ, ff. de relig. Anchar. cons. 46. plures apud Tiraquel. priuileg. 148. Cur ergo nunc magis Fiscus, qui nil aliud est, nisi sacculus Cæsaris, glos. in l. & in prouincijs, C. de numeratoribus, lib. 12. quàm Christo, cuius thesaurus pauperes sunt, Tiraquell. d. vers. item relicta pauperibus, fauendum est?

11 Quibus sic positis, non obstat, quod Fiscus dicit, scilicèt Reipublicæ interesse delicta puniri, eoq; se iure fauorabilem fouere causam, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. licitatio, s. quod illicitè, ff. de publican. nam eo magis & fauorabilius Reipublicæ interesse respõdeo, innocentes absolui, quàm nocètes damnari, vt iusti sanxerint legum latores, potius facinus nocentis impunitum relinqui, quàm innocètem damnari, l. absentem, ff. de pænis; sed si qui contradicunt, hæc non curent, considerent, quæso, verba Isidori dicentis in can. pauper 11. quest. 3. Pauper dum non habeat, quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, & c. sit huius sententiæ argumentum effectus; quantò enim maiora potentum delicta; quantò plura, & tamèn quantò mitiores pænæ, quantò ex ipsis pauciores corripuntur? dicere cum eodem Authore liceat in dicto can. pauper, citò violatur auro iustitia, nullamq; reus pertimescit culpã, quã redimere nummis existimat; at absit hoc dicã respectu ius dicètium, quos omnes optimos scio, & obtestor; sed tamen pro membris dicam, quorum ministerio illa capita in his vtantur, oportet, & exclamare cogor, O bone Deus, ergo quæ scribis non occulantur arcana, ea noxium est viro, qualè bonus Princeps summo consilio eligere studet referare, rectè quidèm, nam illi boni, nos mali, illi secreti, illi insontes, nos facinorosi, nos periuri, illi incorrupti, nos corruptibiles. O pauperum per rarè à diuitibus non oppressorum calamitatem; iunior fui, & in foro consenui, nec vnquàm vidi causam diuitis agi, cuius nè arcana tantum, sed dicam arcanissima ab Aduocatis scita, discussa, præuentaq; sint: & hæc tantum non aduertuntur, Curia pauperibus clausa est, dat census honores, indè grauis Iudex, indè seuerus Eques, Ouid. de amore, lib. 3. eleg. 7. pauperi subleuando oppugnamus, in pauperum tantum causis aduersa iacula Fiscus pertimescit.

12 Illud non prætermittam omnium, quæ præiudicium in criminalibus afferunt, torturam esse, vel maximè inreparabilem, & damnosam, vt propterea etiam ab eius cõ-

minatione admittatur appellatio, parit enim frequenter confessiones, iuxta illud; *verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui, quodcunque calas, adiget in vitam dolor, Senec. in troad. Confessioq; aliud non expectat, quam penas.* Hæc tortura si insufficientibus inferatur iudicii, quam interponet defensor prouocatione? & si prouocauerit; quo pacto decreti iniquitatem redarguet, nisi sciat, quæ pœnæ causa, & qui sint in crimine manes? *Silius It. l. lib. 13. de bell. puni. Semper ergo cedit, oportebit, ne semper iniustus appareat appellator.* Sed hoc malum pauperum tantum causas insequetur; Diues enim corrupto pecunia Scriba, omnium arcanorum conscio cuncta comperta habet, & forsitan multoties etiam Iudici cœlat. An non fortasse pluries vidimus pauperes illegitimè, immoderatèq; tortos, confessos, ac morte damnatos?

14 Non est resolvable, quod Fiscus pertimescere clamat periculū, ut scilicet eius occurratur diligentius, & quasi stratagemate aliquo diluantur, nam Aduocatus, qui semper spero, probus, ut par est, ac ceu alter Iudex eligitur, non ad eum impudens erit, ut hæc audeat, nec credibile, ut homo metis compos pro inope, a quo nullam expectat mercedem, hæc facinora expleat, nec ea clientis vis, ut talia meditetur: neq; pariter respectu criminis rei forsitan absentis timenda est secretorum detectio; tum ex religione, Aduocati, qui ad secretum iureiurando adstringendus erit, quod nescio, qua maiori facilitate ipse, quam octo Iudices, & Fiscus patronus violabit, cum etiam, quia aut contra pauperem non apparebunt indicia, & tunc non panis causæ secretis liberabitur, aut apparebunt, & tunc si contra eum procedatur, & comperta detegentur, seu vulgari voce defensiones, & copia repertorum tradentur, tunc oportebit, vel Fisco inuito, ac pauperem Aduocato remoto omnia referari.

15 Cum ergo (ut multa paucis colligam) ex supra relatis appareat, Fiscum hoc casu nulla iuris speciali prouidentia priuilegiatum esse, eodem, quo ipse iure quemlibet priuilegiatum uti posse, & si esset, ut non est priuilegiatus, pauperum, & libertatis favore Ecclesiæ pari, idem statuendum fore, præsertim cum cessent inania figmenta, ac inconuenientia, quæ Fiscus obiecit; aut omnes abstinemus, aut interueniamus omnes; deniq; cum *Demosthene* contra *Eubolium* clamabo, absit, Iudices pauperes despiciatis, sufficiens. n. fatiq; graue supplicium est ipsa paupertas.

Don. Ferdinandus Quadra.

S V M M A R I V M.

1. Aduocatus an possit tuta conscientia patrocinari contra debitoris heredem, ex quo inuentarium non confecit, si constat, heredem illum bona hereditaria non subtraxisse, & num. 4.
2. Hæres an teneatur de proprio ex quo inuentarium non confecit, si constat, alia bona in hereditate, non remansisse, nisi ea, quæ ipse asserit.
3. Mulier Neapolitana filios habens non potest nisi de decima suarum dotium disponere.
4. Lex civilis, quæ super aliqua fundatur præsumptione in foro conscientie non attenditur, quando veritas præsumptioni repugnat.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aduocatus alicuius creditoris tuta conscientia possit pro illo patrocinari contra debitoris heredem, ut teneatur ultra vires hereditatis, ex quo inuentarium non confecit, si constat, heredem illum bona hereditaria non subtraxisse, & de aliis ad materiam pertinentibus.

C A P V T X I.



I. Duocatus alicuius creditoris, dubitatur, an tuta conscientia possit pro illo patrocinari contra debitoris heredem, ut teneatur ultra vires hereditatis, ex quo inuentarium non confecit, si constat, heredem illum bona hereditaria non subtraxisse.

2. Doctores tractant hanc questionem in hærede, nimirum an ex eo, quod inuentarium non confecit, teneatur de proprio, si constat, alia bona in hereditate non remansisse, nisi ea, quæ ipse asserit, quia forsitan patrimonium in immobilibus tantum consistit; in qua mihi videtur, illam frequentius obtinuisse sententiam, quæ hæredi fauet, ratio assignatur, quia ideo hæres non confecto inuentario, ultra vires patrimonii tenetur, quia lex præsumit, ipsum subtraxisse, & occultasse.

res hæreditarias, & fingit, hæreditatem esse locupletem, ad *text. in §. Sancimus, auth. de hered. & falcid.* vnde si constat de cōtrario, cessat legis præsupptio, videantur Doctores, quos refert *Dom. Præs. de Franch. decis. 536. Cancer. var. resol. par. 3. tit. de inuentario, num. 113. & seqq. Gizzarel, decis. 56. vbi Addentes, Ful. Lanar. in addit. ad Reg. Eanar. in tit. de success. feud. num. 37. & ita ego sub die 13. mēsis Iunii 1634. obtinui pro Don Francisco de Tuso coram Regente Rouito vti Iudice secundarū causarū Reu. Fabricæ; nā cū præfatus D. Franciscus condemnatus extitisset per Iudicem primarū causarū ad soluendum omnia legata pia relicta per Corneliam Cosso eius matrem, dicebam ego in gradu appellationis, testatricem non potuisse, nisi de decima suarum dotium disponere, quæ ascendebat ad ducatos mille, ex quo in reliquis nouē ex lege municipali si qua moriens habebat os clausum, & quamuis ab Æconomō Tribunalis replicaretur, D. Franciscum bonorū maternorū non confecisse inuentarium, ac proindē teneri de proprio, respondi ego, opus non fuisse inuentarium conficere, ex quo constabat, testatricem non aliud, nisi dotem ad decem mille ascendentem in bonis reliquisse, sicquē fraudis præsumptionem prorsus cessare, ad quod indiuidualem decisionem Senatūs Cathaloniz allegaui, quam refert Doctissimus *Fontanell. so. 1. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 5. nu. 47.* vnde per dict. D. Regentem fuit prouisum, benè fuisse, & esse appellatum, ac proindē D. Franciscū esse absoluentem, saluis iuribus Reuerendæ Fabricæ agendi cōtrā collegatarios, quibus fuerunt integra legata soluta.*

4 His sic stantibus in quæstione proposita nullo pacto in iudicio animæ poterit Aduocatus defendere creditorem, qui vellet vltra vires hæreditarias sibi satisfieri, ex quo lex ciuiliſ, quæ super aliqua fundatur præsupptione, in foro conscientie non attenditur, quādo veritas præsupptioni repugnat, & ita in puncto concludunt *Bal. & Angel. in l. fin. C. de iur. delib. Abb. in c. 1. nu. 4. de solut. Ias. in rubr. de acq. hered. circa finē, Gomez in l. 3. Tauri, nu. 121. Graff. decis. lib. 2. cap. 10. nu. 30. par. 1. Menoch. cons. 37. num. 56. lib. 1. & alij, quos citat, & sequitur Io. Petr. Ala de Aduocat. Christian. q. 60. vbi in fine Aduocatos admonens, dicit hæc verba, & idē caueat Aduocatus ab his peccatis mortalibus, vt facillē poterit, si in omni controuersia sibi proposita exquiret prius rationem diuina legis, quā iuris scripti.*

S V M M A R I V M.

- 1 Aduocatus an peccet mortalitèr defendens causam iniustam, ex quo cliens ei dixit, pro certo scire Iudicem pro ipso pronunciatum, & nu. 2. 3. 4. & 6.
- 5 Iudicij euentus incertus est.
- 7 Peccatum mortale committit, qui aliquid facit, credens esse mortale, quamuis non sit tale.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aduocatus peccet mortalitèr, si agnoscēs clientem malam fouere causam, illumq; admonens vt liti cederet, causæ tutelam prosequatur, ex quo à cliente sic rogatus extitit, cū sciret Iudicem pro se pronunciatum, prout cum effectu euenit, & de alijs.

C A P. X I I.



- 1 Aduocatus agnoscēs clientem malam fouere causam, illumquē admonēs, vt liti cederet, dubitatur, an peccet mortalitèr, si causæ tutelā prosequatur, ex quo à cliente sic rogatus extitit, cū speraret, Iudicē pro se pronunciatum, prout cum effectu euenit?

Afflic. noster dubitat de hoc in Const. Aduocatos, num. 12. vers. sed hic quero, quo loci pro Aduocato respondet, assignat rationem, quia postquā sentētia pro cliente fuit lata, præsumendum est, Iudicē meliori conscientia fuisse motum, ad tradita per Bald. in l. rem non nouam, vers. item nota, C. de iudic. potuit enim Aduocati conscientia erronea esse, illaquē Iudicis veridica, prout iuris est præsupptio, ad text. in l. Herennius, §. Caio, ff. de emelion. & in l. seruo inuito, ff. ad S. C. Trebell. id, quod verum putauit Afflic. excepto, si Aduocatus ex sui clientis confessione, vel alitèr scientiam habuisset, Iudicem aduersarii odio, vel cla-

more,

more, siue prece, aut pretio fuisse corruptum, quo casu existimauit *Afflic.* Aduocatum à peccati labe excusari non posse.

- 3 At *Io. Petr. Ala* in suo eleganti Opusculo de *Aduocato, & Causidico Christian.* q. 78. *Afflic.* theoreticam examinans duos in hac re distinguit casus, quorum primus est, quando Aduocatus agnoscens clientem malam fouere causam, illum què admonens, ut liti cedat, precibus ductus causam defendit, simpliciter tamen Iudici, iura, quibus cliens potitur, subministrans; Alter casus est, quando agnoscens Aduocatus clietem nullò bono iure fulciri, precibus submotus causam obstinatè, ac studiosè tanto animi ardore tuetur; ac si causa omninò esset iusta, ut in primo casu *Afflic.* sententia omninò procedat, ratio assignatur, quia tunc Aduocatus non dat operam rei illicitæ, nec aliquid facit, quod suæ conscientiæ repugnaret, quod tamen procedere ait, quādo non fuit consultus à principio causæ; sed tantum in calculo ferendæ sententiæ,
- 4 secus verò in secundo, in quo omnes Theologi conueniunt, læthale peccatum subintrare, quoties Aduocatus sciens, & prudens causam tuetur iniustam, nec suffragari illam vnicam *Afflic.* rationem, nimirum quòd sit præsumendum pro sententia demum subsequuta, & quòd in conscientia Aduocati potuit considerari error, nam huic rationi dupliciter respondetur, & primo, non aliter potuisse Aduocatum certò scire, sententiam pro cliente fore ferendā,
- 5 cùm incertus sit iudiciorum euentus, l. *quod debetur, ff. de peculio*, immò potiùs sperare, fore Iudicem illam amplexurum sententiam, quam multò antè cognouit Aduocatus contra suum clientem veriolem esse, quo fit, ut dum sciret causam iniustam, eam què à cliente rogatus defendere voluerit, dicendum est, temerè, atq; inconsultè peccandi periculo se exposuisse, & consequèter à peccato excusari eum nò posse, ad tradita per *Navar. in can. inter verba* 11. q. 3. *concl. 1. num. 19.* & in *can. Si quis autem, n. 4. de penit. distiuct.* 7. & *Azor. Instit. moral. lib. 1. cap. 14. in fine.* Secundo respondetur, Aduocatum, qui causam defendit iniustam contra suam conscientiam mortalitèr peccare, adhuc si conscientia erraret, & causa esset iusta, *Azor. loc. cit. lib. 2. cap. 8.* vbi dicit, eum peccare mortalitèr, qui aliquid facit, credens esse mortale, quāuis non sit tale, vide illum, quia in hac materia conscientie errantis habes multa scitu digna, & necessaria.


S V M M A R I V M.

- 1 *Aduocatus an in foro conscientie teneatur restituere clienti mercedem pro futuro patrocinio acceptam, si cliens patrocinium demum non exquisiuit.*
- 2 *Retentio fauorabilior est, quàm actio.*
- 3 *Aduocatus si in progressu litis agnoscens clientem malam fouere causam, tutelam deseruerit, an tuta conscientia salariam acceptam retinere possit, & quid si in morbum inciderit, num. 4.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aduocatus, qui mercedem accepit pro futuro patrocinio teneatur in foro conscientie illam restituere, si cliens amplius patrocinium non exquisiuit; & quid si in progressu litis agnoscens clientem malam fouere causam, tutelam deseruerit, & de alijs ad materiam pertinentibus.

• C A P. XIII.

- I  Duocatus, qui mercedem à cliente accepit pro futuro patrocinio in aliqua lite præstando, dubitatur, an in foro conscientie teneatur pecuniam acceptam restituere, si cliens amplius patrocinium non exquisiuit.

Excitat dubium hoc *Io. Petr. Ala* in suo eleganti opusculo de *Aduocato, & Causidico Christian. quest. 21.* quo loci in ea residet sententia, ut nullatenus sit locus restitutioni, si tamen nulla ex parte Aduocati dolus, aut negligentia considerari possit, cur causæ non vacauerit, ratio est, quia in omni materia fauorabilior est retentio, quàm petitio, ad *tex. in l. per retentionem, C. de vsur. Dec. cons. 299. n. 4.* & in *l. diem functo, ff. de off. assessor.* vbi etiam *Curt. Iun.* qui in specie lo-

quitur de salario Aduocati, id, quod procedit, adhuc si cliens pecuniã datam repetere vellet, quia fat est, quod non stet per Aduocatum, quin patrocinium præstet.

3 Idemq; asseuerandum, si Aduocatus in progressu litis agnoscens clientem malam fouere causam, illius tutelam deseruerit, vt adhuc tuta cõscientia salariũ acceptum retinere possit, dummodò alicuius culpã, aut negligentia reprehendi non possit, quare initio causam non cognouerit iniustam, ita *Cyn. in l. rem non nouam, C. de iudic. Bellemer. in cap. fin. in penul. quest. extra de postul. Angel. in sum. in verb. Aduocatus, nu. 14. Syluest. num. 15. Tabie. circa finem; Rosel. num. 9. & alij penes eundem de Ala loco cit. q. 28.*

4 Põterit etiam tuta cõscientia salariũ acceptum Aduocatus retinere, si demum in inorbũ incidere, adeò vt patrocinium præstare nequeat, adhuc si cliens alium susceperit patronum, ita *Afflic. in Constit. Hac editali, num. 6. Horat. Viscon. in suis conclus. in verbo Aduocatus, & alij penes Ad-dentes ad Intriglio. singul. 42. nu. 26. lib. 2.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Aduocatus, qui à multis quotannis recipit salariũ, si contingerit inter hos clientes litem oriri, an possit vnum contra alium defendere, & num. 4.*
- 2 *Clericus beneficiatus in pluribus Ecclesijs an possit vni contra aliam patrocinium præstare.*
- 3 *Promissio secunda operarum intelligi debet sine præiudicio iuris quesiti alteri ex prima promissione.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aduocatus, qui à pluribus quotannis recipit salariũ, si contingerit inter hos clientes litem aliquam oriri, possit nè vnum defendere clientem contra alium, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. X I V.



Aduocatus, qui à multis quotannis recipit salariũ, si contingerit inter hos clientes litẽ aliquã oriri, dubitatur, an possit vnum defendere clientem contra alium. In

- hoc dubio si esset attendenda opinio *glos. in cap. fin. in verb. contra Ecclesiam, extra de postul. fas esset respondere, neutri fore patrocinium præstandum, etonim glos. hæc existimauit, clericum beneficiatum in pluribus Ecclesijs non posse vni contra aliam patrocinium præstare: At receptior est sententia illorum, qui existimarunt, teneri in casu proposito Aduocatũ ad patrocinium suscipiendum pro clientẽ antiquiore, & sic pro illo, cui primò dedit fidem, dummodò iustam foueat causam, ita *Paul. de Castr. in l. in operis, ff. locat. vbi rationẽ reddit, nimirũ, quia secunda promissio operarum per Aduocatũ facta intelligi debet sine præiudicio primæ, siue iuris quesiti alteri ex prima promissione, Rip. in l. fin. nu. 56. ff. de primicg. credit. Roman. cons. 47. num. 2. Alexan. in l. si filiosam. S. si vir in quinquennium, nu. 16. ff. solut. matr. At vbi secundus cliens iustam foueret causam, primus verò iniustam, tunc nulla ratione habita prioritatis temporis, pro secundo erit patrocinium præstandum; verum si vtriusq; clientis causa adeò dubia esset, vt nullatenus, quæ sit iustior perspici possit, partes primi clientis sunt defendendæ, ita *Bartholo. Brixien. in quest. 69. Alber. in l. quisquis, nu. 7. C. de postul. Specul. in tit. de Aduocat. S. I. num. 24. Io. Andr. in cap. contractus, quest. 1. de regul. iur. in 6. Rom. d. cons. 47. nu. 2. Rola. à Val. cons. 44. nu. 24. lib. 2. Card. Alex. in can. Episcopum 7. q. 1. Cancer. variar. resol. p. 2. in tit. de procurat. d. num. 71. & per totum 75. & alij penes Ioan. Petr. Ala in tract. de Aduocat. Christian. q. 23.***

S V M M A R I V M.

- 1 *Aduocatus, cui à cliente fuit constitutum certum annuum salariũ, an tuta conscientia illud exigere possit, si cliens nullas habuit lites.*
- 2 *Aduocatus an possit maius petere salariũ, quàm illud conuentum, si cliens plures lites habuit, quarũ respectũ salariũ constitutum dicitur exiguum.*

A R G V M E N T V M;

Agitur, an Aduocatus, cui à cliente fuit constitutum certum annuum salarium, possit tuta conscientia transacto anno illud exigere, si in illo anno cliens nullas habuit lites, & de alijs.

C A P. X V.

I



Duocatus, cui à cliente fuit constitutum certum annuum salarium, an tuta conscientia transacto anno possit illud exigere, si in illo anno cliens nullas habuit lites.

Hæc quæstio non est sine controuersia; ac receptor est sententia illorum, qui pro Aduocato responderunt, Primò, quia per ipsum non stetit, quominus patrocinium præstaret, sicq; ei nihil imputari potest; Secundò, quia stante dicta conuentione, si cliens plures lites habuisset, quarum respectu salarium constitutum diceretur exiguum, tamen Aduocatus non potuisset maius petere, ergo eodem modo ubi cliens nullas illo anno habuit causas, tenetur totum soluere salarium, ita *Afflic. in Constit. Hac edictali, num. 5. Gutierrez pract. qq. lib. 1. quæst. 32. num. 1. & 2. P. Diana resolut. moral. tract. 15. resol. 42. per totam, Horat. Viscon. in suis conclus. in verb. Aduocatus, in princ. & Addentes ad Intrigl. alijs omittis singul. 42. num. 14. & seqq. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

- I Bona fideicommissio subiecta possunt pro dote, & donatione, propter nuptias in subsidium alienari, sed an principaliter, ubi testator fideicommittens disposuit, ut pro dote alienari possint, num. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 12. & 13.
- 7 Bona fideicommissio subiecta possunt in subsidium alienari pro dote constituenda, vel restituenda, etiam si in contrarium adesset testatoris dispositio.
- 8 Hæres grauatæ de restituendo hereditatem post mortem num. possit in vita bona restitu-

tionem obnoxia alienare.

- 9 Dos, quæ in bonis consistit mobilibus soluto matrimonio non possunt repeti, nisi post annum, nisi testator contrarium disposuerit.
- 14 Tex. in l. creditoris arbitrio 8. ff. de distract. pign. pluribus modis limitatur.
- 15 Creditor, qui debitoris sibi habet obligata bona feudalia, & allodialia non potest sibi satisfieri super bonis allodialibus in præiudicium creditoris posterioris, qui allodialia tantum hypothecata tenet, idemque in creditore, qui habet obligata bona libera, & fideicommissio obnoxia, num. 16. & 18.
- 17 Creditor, qui habet obligata bona feudalia, & allodialia tenetur prius discutere allodialia, & demùm ad feudalia recurrere.
- 19 Statutum, vel dispositio hominis agnationis respiciens fauorem, feminas, in quibus fitur agnatio non comprehendit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an subsidiaria sit censenda actio ad dotem super bonis fideicommissio subiectis consequendam, vel potius super illis directò, & principaliter agi possit, ex quo fideicommittens fideicommissum ordinando disposuit expressè, ut pro dote bona vinculata alienari, vel obligari possint. Creditor anterior, qui habet obligata bona feudalia, & burgenatica, siue fideicommissio subiecta, & libera, num. possit in perniciem creditorum posteriorum, qui nõ nisi bona libera habet hypothecata omittere feudalia, seu fideicommissio obnoxia, & ad burgenatica, seu libera pro eius credito consequendo recurrere, & de alijs.

CAPVT XVI.



1 Alienari posse bona fideicommissa subiecta pro constituenda, vel restituenda dote, sine donatione propter nuptias, in subsidium tamen, bonis liberis non existentibus, vulgatum est iuris axioma, desumptum ex *tex. in auth. res. qua. C. commun. de legat. & in corpore vnde sumitur.*

2 Sed contigit in supremo huius Regni Senatu dubitari, an subsidiaria sit censenda actio pro dote ex bonis fideicommissatis consequenda, cum testator fideicommissum ordinando, vt bona sua vltimo vnquam tempore alienari, vel obligari possent, exceperit expressè causam dotis, vt scilicet pro dote alienari, vel obligari possent.

Supponebatur enim in facto, quendam Hectorem de Sorbis Capitanum, Alfonsū, ceterosq; filios hæredes instituendo, his, quæ sequuntur verbis, fideicommissum super bonis suis ordinasse.

Item voglio, che detti miei figli, & heredi vniuersali instituiti non possano disporre di tutta la quantità da me lasciatali, più che di ducati 500. acciò la robba mia resti nella famiglia, verum disponendo frà di loro fratelli, possa ogn' uno di essi disporre di ducati mille, e non più, e questo, acciò la robba si conserui nella famiglia: ma pigliando moglie, ciascheduno di essi possa cautiare le doti, e ragioni dotali sopra la portione loro, non ostante detto fideicommisso; perche in tali casu tantum ddo à ciascheduno di essi libera potestà.

3 Defuncto Hectore sic disponente, Alfonsus vnus ex filiis, & hæredibus institutis vxorem duxit, certa dote accepta, ac demū non mediocri ære alieno cōtracto, in simul cum vxore deceffit, duabus filiabus sibi superstitibus, à quibus cum adita esset patris hæreditas, sub qua includebantur bona ab Hectore auo relicta, insurrexerunt paterni creditores, petentes, super bonis ab Alfonso debitore questitis sibi ipsis satisfieri: contradicebant filiæ, instantes, anteriorem earum esse causam pro dotibus maternis, sicquæ prætendebant, bona Alfonsi patris pro maternarū dotiū restitutione retinere, bonaq; Hectoris aui virtute fideicommissi præcipua habere; At creditores opponebant, contendentes, dotis causam non nisi super bonis auitis esse discutiendam; quæ quidē bona licet essent fideicommissa obnoxia, fuit tamen à fideicommittente expressis verbis

à fideicommissi vinculo dos excepta, vnde non in subsidium, prout ius mandat; sed principaliter, prout testator disposuit, teneri dicebatur in hoc casu filios super bonis auitis recurrere, & hoc, vt creditoribus ipsis, qui erāt tempore posteriores, potuisset de eorū iuribus super bonis liberis esse consultū; quare dubitatum fuit, quid iuris.

4 Ego creditorum iura tuens dicebam, ex supradicta Hectoris dispositione colligi apertè, illius mentem fuisse non aliter bona sua fideicommissa subiicere pro rata dotium per quemlibet ex filiis recipiendarum, dum vxorem duceret; sed vt illa prorsus remaneret libera, sitq; dicendum, portionem, quæ Alfonso contigit, pro concurrenti quantitate dotium per vxorem sibi solutarum remansisse liberam, quod trahebat secum necessarium consequens, vt super portione illa tenerentur filiæ, & hæredes de dotibus maternis satisfactionem procurare: nec ex aduerso opponi posse dicebam, prout aliqui nullo iuris fundamento fulciti dixerunt, hanc testatoris dispositionem intelligi subsidiariam, vt nimirum possint bona fideicommissa subiecta pro dotis constitutione, vel restitutione obligari, vel aliter alienari, non existentibus bonis liberis, iuxta disposita in dicta *auth. res. qua.* vnde cū in casu, de quo agebatur aderant bona libera, nimirum ab Alfonso debitore quaesita, ergo super illis tenebantur filiæ dotes consequi maternas.

5 Etenim respondi, dispositionē *auth. res. qua.* non aliter casui nostro applicari; ibi enim supponitur fideicommissum, & vt ex illo in subsidium dos soluat, hic autē negabatur, ex quo expressam habemus testatoris dispositionem nolentis intelligi bona sua fideicommissata pro concurrenti quantitate dotium, per quemlibet ex filiis recipiendarū, & sic dum Alfonso, vt supponebatur, vxorē duxerat eum dote duc. 1800. tanta summa sine dubio censebatur libera super bonis per testatorem relicta, quod fit, vt tractari non posset de remedio subsidiario, de quo loquitur *tex. in auth. res. qua.*

6 Secundò, quādo omnia bona diceremus fideicommissata, nemo sani capitis (vt vtar verbis *Consiliary Paschalis* infra citandi) cōsiderare vnquam poterit, testatorem cogitasse, vt in subsidiū bona, quæ fideicommissa submisit, pro dote obligari, vel alienari possint, dum expressè disposuit, vt eo casu nulla de iniuncto fideicommissa possit haberi ratio.

7 Tertiò, si diceremus, in hoc casu testatoris dispositionem subsidiariam esse intelligen-

dam, seruiret illa de vento, nam vt in subsidium possint bona fideicommissa subiecta obligari, vel alienari, claram habemus legē hoc disponentem in dicta *aub. res, quæ*, cuius quidem ordinatio adeo vigorosa semper existit, vt communiter dixerint ibi *Doctores*, procedere illam, etiam si in contrarium adesset testatoris dispositio, mādātis, vt bona fideicommissa subiecta nec etiam pro dote constituenda, vel restituenda distrahi modo aliquo possint, id, quod pro indubitato in omnibus Christiani Orbis Tribunalibus tentum fuit, vt uidere est penēs *Fontanell.* nouissimē de his agentem in *tract. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 1. p. 2. num. 70. cum pluribus seqq.*

- 8 Quartò, uidemus aliquos in iure esse casus, in quibus dispositio legis de per se non operatur illud idem, quod operatur, quando est iūcta cum dispositione hominis; fac enim, ut quis instituat hères, cum hoc, ut post eius mortem alteri hæreditatem restituat, non nē in hoc casu adest tacita legis prohibitio, vt per hæredem bona, in quibus fuit institutus alienari non possint? certē sic, & tamēn dūm uiuit potest hères alienare, quamuis post mortem ipso iure resoluitur venditio, & dominium in fideicommissarium absquē vlla traditione transferatur; verūm si cum hac legis prohibitionē concurreret etiam testatoris prohibitio, certē tunc nullatenus posset hères alienare, *glos. in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Castrens. in l. filiusfam. §. Diui, post num. 7. vers. sed contra primam, ff. de lega. 1. Crassus in §. fideicommissum, quest. 56. per totam, & alii.* Insuper legem habemus, vt dos, quæ consistit in bonis mobilibus, soluto matrimonio nō possit repeti, nisi post annum, *l. unica, §. ex actio, C. de rei vxor. actio.* at si vir in testamento dotem vxori restituere mandauerit, vt huiusmodi hominis dispositio aliquid operetur, vltra dispositionem legis statutum est, vt statim peti possit, *l. 1. §. verum, ff. de dot. praleg. & §. si vxori, Instit. de lega.* sic in casu proposito dicendum, nam quamuis sit à iure dispositum, vt non nisi in subsidium possint bona fideicommissa subiecta pro dote alienari, vel obligari, attamēn cōcurrente hominis prouisione mandantis, vt fideicommissa non obstante bona illi obnoxia pro dote obligari, vel aliter distrahi possint, vt dispositio illa hominis non sit elusoria; sed vt aliquid operetur, cogimur affirmare, vt nullatenus subsidiaria ea censenda sit; sed quod pro ea adimplenda possint absolute pro dote bona fideicommissa

subiecta hypothecari, vel aliter alienari.

- 11 Quintò, hæc omnia grauissimorū I. CC. autoritate confirmabam, nam vt bona fideicommissa subiecta non in subsidium; sed principaliter possint pro dote obligari, vel alienari, quando testator fideicommissum declarauit, vt ex bonis, quæ fideicommissum submisit, possit dos constitui, vel restitui, tenuerunt *Paul de Castr. conf. 102. nu. 2. vol. 2. Io. de Montesperel. conf. 212. dub. 2. num. 5. Philipp. Corn. conf. 197. nu. 20. & seq. lib. 1. Cephal. conf. 253. num. 43. & seq. lib. 2. et 482. num. 48. & 60. lib. 4. Bursa. conf. 179. sub num. 21. lib. 2. Petr. Cabal. conf. 143. num. 35. cum seq. Decia. conf. 10. num. 8. & seq. & num. 25. lib. 2. & conf. 9. nu. 15. & seq. lib. 3. Pedroc. conf. 31. Honded. conf. 90. num. 21. lib. 1. Chrystop. Torniol. conf. 22. num. 30. Iacob. Menoch. conf. 88. num. 50. conf. 151. dub. 1. conf. 183. 242. num. 3. & 4. conf. 327. num. 127. & conf. 296. nu. 13. Rot. Rom. decis. 477. vers. vltimò, par. 4. diuersorum, Borgnin. Causalca. decis. 5. num. 9. & decis. 81. num. 92. & seq. par. 3. & Philippus Paschal. omninò videndus *tract. de viribus patr. potest. par. 2. cap. 7. à num. 15. vsq; ad 31.* quo loci adeo doctē hanc defendit sententiā, magis cōmunem appellans; omnibusq; quæ in contrarium adduci possunt respondēdo, vt aliud pro occurrētis articuli resolutione desiderari nō possit.*
- 12 Et quamuis non desint *Doctores*, qui aduersus hanc, quam tuemur opinionem, insurrexerint, vt videre est penēs *Io. Petr. Fontanel. cit. tract. de pactis nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 1. par. 2. num. 11. & seq. fol. mihi 30.* nulla tamēn de illorum dictis potest haberi ratio, quia, vltra quod contradicunt magis communi, & receptæ omnium sententiæ, ac penitus sine ratione, & fundamento, vt ex eorum discursu facile perpendi potest; ad casum, de quo nos agebamus, allegari non merebantur, loquuntur enim in casu, vbi nullum consideratur tertii præiudiciū, & sic quando mulier dotem petit ab hærede debitoris, qui bona libera, & vinculata possidet, nam ut prius dotem consequatur super bonis liberis, & in illorum defectum super fideicommissa subiectis, nullum subintrat ipsius, vel alterius interesse, quamuis testator dotem ex bonis vinculatis percipi
- 13 posse, permiserit; At quando mulier ipsa gerit vices duorum, quia ipsa est hères debitoris, cui fuit fideicommissum iniunctū, possidens iam bona fideicommissata, & libera, ac insimul est creditrix pro dotibus, sicq; vult bona libera à debitore quæsitā pro dotis causa retinere, & vinculata præ-

cupia consequi, non inueni *Doflorem*, qui in perniciem creditorum posteriorū hoc fieri posse existimauerit, dūm testator nō solūm dotem ex bonis fideicommissatis percipi posse non prohibuit; sed expressis verbis liberè consequi posse mādauit, id, quod modò patebit clariùs.

Sextò, quando hæc omnia in medium nō se obtulissent, adhuc dicebam, creditorum iura in tuto esse, nām etsi hæ mulieres pro dotibus maternis essent omnibus anteriores, & uti tales poterant pro arbitrio super illis bonis hereditariis recurrere, quæ ipsi commodiora videbantur, ad *tex.* in vulgata *l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pigno.* attamen aliquando vidimus, hoc creditoris arbitrium fuisse à *Dofloribus* refrēnatum, & signantèr quando creditor anterior agens super certis corporibus, nō potest demūm super aliis bonis communis debitoris creditoribus posterioribus esse consultū (pro ut in casu, de quo agebamus) id, quod in
 14 dies practicamus in concursu creditorum, qui bona feudalia, & allodialia obligata habent, & illorum, qui non nisi allodialia tantūm hypothecata tenent, vt creditor, qui potest ad bona feudalia recursum habere, quamuis sit anterior non possit omitendo bona feudalia, super allodialibus in preiudicium creditorum posteriorum satisfactionem obtinere, videantur quæso *Minad. decis. 13. Anna pater alleg. 141. Anna filius cons. 63. num. 4. & cons. 76. num. 1. de Pont. trac. de potest. Proreg. rubr. de assens. Reg. super dot. in princ. nu. 38. Addentes ad Capyc. decis. 33. num. 3. vers. hæc conclusio limitatur, Tassonus alleg. 27. num. 42. vers. quintò, & tandem, intus tract. de antefat. & præ ceteris singularitèr Anel. Amat. cons. 95. per totum, vbi in calce refert decisionē Collateralis Consilii emanatam in causa Creditorum Marchionis Montisnigri, in qua concurrētibz creditoribus anterioribus, qui habebant in forma valida obligata omnia bona feudalia Marchionis, etiam titulata, & aliis posterioribus, qui similiter habebant obligata bona feudalia, sed non titulata, fuit decisum, vt creditoribus anterioribus satisfieret ex pretio peruento ex Terra Montisnigri titulo decorata, sic eorum arbitrium refrēnando; posterioribus autem esse satisfaciendum super feudis non titulatis: Et in bonis fideicommissatis, vt existente creditore anteriore, qui habebat bona omnia debitoris sui obligata, etiam illa, quæ essēt fideicommissō subiecta, non possit ille in
 16 perniciem creditorum posteriorum recur-*

sum habere super bonis liberis, dicit decisum *Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. à num. 17.* quem citat, & sequitur *Amat. citato cons. 95. num. 12. & seq.* quorum dictis non aduersatur decisio *Præs. de Franchis § 19.* vbi concurrentibus creditoribus ex causa dotis, sibi què satisfieri petentibus super omnibus bonis vinculis, & liberis, cōcurrentibus etiam aliis non priuilegiatis, & instantibus, vt creditoribus ex causa dotis satisfieri deberet ex pretio bonorum fideicommissō subiectorum, fuit decisum pro fideicommissario, qui opponebat, actionem agendi pro dote super bonis vinculis esse subsidiariam, ad *tex.* in *d. authen. res, qua,* ac proindè super illis recursum haberi non posse, nisi prius discussis bonis liberis; In casu autem à *Molin.* proposito habebat creditor bona maioratui obnoxia, cum Regia dispōsatione obligata, ac etiam bona libera, vnde nō erat, cur ibi de subsidiaria actione tractari potuisset, cum omnia bona principalitèr obligata essent, & sic tam libera, quàm maioratui subiecta; & licet
 17 apud nos ex inueterata iudicandi consuetudine (quam credo fuisse desumptam ex *Scuola* responso in *l. pater filium, in fine 36. ff. de leg. 3.*) quando creditor, qui habet obligata bona feudalia, & allodialia vult creditum suum consequi, teneatur prius discutere bona allodialia, & demūm ad feudalia recurrere, vt per *Minad. Reg. de Pont. & vtrunq; Annam* suprā relatos, hoc practicauimus ex quadam æquitate, nè feuda, quæ solent esse magni momenti, sic de facili à feudatariorum posse eripiantur, eoquè magis, cum in hoc creditor nullum patitur interesse; At quando adest concursus
 18 creditorum, practicamus inuolabilitèr conclusionem suprā positam, vt creditor, qui habet assensum, quamuis anterior, teneatur prius recurrere ad bona feudalia, ibiquè satisfactionem procurare, ad hoc vt super bonis liberis ceteris creditoribus posterioribus possit esse consultum; quæ omnia in casu, de quo agebamus eò magis de plano procedere dicebam, ex quo nō aderat persona, cui propriè potuisset competere exceptio hæc, vt discuterētur prius bona libera; etenim oppositio hæc non potest fieri, nisi à possessore bonorum fideicommissō subiectorum, cum à muliere pro dote, constituenda, vel restituenda conueniatur; possessores autè in casu, de quo agebamus, bonorum fideicommissō subiectorum erāt ipsæmet mulieres, quibus volentibus super bonis vinculis sibi ipsis satisfieri, non ex-

tabat, qui opponere potuisset, ut discuteretur prius bona libera.

19 Ultimo, hæc sententia eo magis in casu, de quo agebamus indubitata reddebatur, considerantes causam, ob quam Hector Alphonsi pater suorum bonorum prohibuerat alienationem; ea enim fuit, ad hoc ut bona in ipsius testatoris familia conseruarentur, sub illis geminatis verbis, *e questo acciò le robbe se conseruino nella fameglia*; cumq; Alphonsus, nullo relicto filio masculino decesserit; sed tantum filiabus foeminis, per quas dispositio familiae fauore facta, certum est, quod conseruari non potest, consequens erat dicere, ut hæc foeminae nullatenus ab Hectore auo vocatae cenferi potuissent, sicque ex alio cessare prorsus prætensum fideicommissum, ipse contendebat, sonat enim in auribus omnium conclusio illa, nimirum, quod ubicunq; hominis dispositio, vel statutum agnationis respicit fauorem, foeminas, in quibus finitur agnatio, non comprehendit, ita satis disertè affirmarunt *Io. de Anania, conf. 4. col. 2. vers. circa verò secundum dubium, Ruin. conf. 146. num. 4. lib. 2. Crauet. conf. 180. n. 1. conf. 250. & conf. 306. Riminal. sen. conf. 121. lib. 1. Paris. conf. 63. n. 10. & seq. lib. 2. & conf. 22. n. 41. & 43. lib. 3. Alciat. cõs. 69. visis his, col. 1. Croc. cõs. 48. n. 36. & seq. Cacher. bene dec. 127. n. 4. & 5. Thes. dec. 37. n. 7. Viuius omninò videndus decis. 10. ubi alios citat.*

S V M M A R I V M.

- 1 Bona fideicommissio subiecta possunt alienari pro dote constituenda, vel restituenda; sed an pro expensis, quæ ut perficiatur matrimonium, necessariae sunt, & nu. 2. 3. 5. 6. 7. & 8.
- 4 Ratio quæ sit, ut bona fideicommissio subiecta alienari possint pro dote constituenda, vel restituenda.
- 9 Textus in auth. res, quæ, C. communia, de legatis an procedat in linea transversali.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an *tex. in auth. res, quæ, C. com. de legat.* quæ bona fideicommissio subiecta pro dote constituenda, vel restituenda alienari permittit, procedat etiã, ut alienari possint pro impensis, quæ ut perficiatur matrimonium necessariae sunt.

C A P V T X V I I.



Lienari posse bona fideicommissio subiecta ex causa dotis, & donationis propter nuptias, diximus *cap. precedenti* ex iuribus vulgatis in *auth. res, quæ, C. commun. de legat. & fideicommissio.* & in corpore, vnde sumitur, ubi *Doctores* communitè, latè ex recentioribus *D. Reg. Rouit. conf. 54. & seq. lib. 1.* ubi omnes refert, idque non modò in dote constituenda, de qua propriè iura prædicta loquuntur, sed etiam in restituenda, tam antè fideicommissi impositionè accepta, quam post, ut ex *Soc. Dec. Bolog. Couar. & aliis* probat *Mich. Craes. in S. fideicommissum, quest. 57. num. 4.* & hoc etiam si mulier tempore contractu matrimonii bona fideicommissio subiecta esse sciebat, ut adhuc pro dotium acceptarum restitutione possint talia bona alienari, prout ex *Couarr.* contra communè dicit *decisum Thes. decis. 151.*

1 Sed non semel insurrexit cõtrouersia, an hæc omnia, quæ de dote, & antephato diximus, procedant in impensis, quæ ad matrimonium perficiendum necessariae sunt, prout sunt illæ, quæ erogantur in vestibus, tam ipsius sponsi, eiusque familiae, quam sponsæ, in donatiuis, in apparatu, & ornamentis domus, & aliis secundum personarum qualitatem fieri solitis.

2 Et citrà omne dubium affirmatiuè respondeo, quod ratione, & autoritate probatur.

3 Ratione, & primò, quia impensæ hæc ad matrimonium præambulæ sût, dotisque appendices censentur, quod proindè idem debet esse vtriusque iudicium, argumento *l. oratio, ff. de sponsal. l. ad legatum, ff. de procurat. l. quæ religiosis, ff. de reuend.* cum similibus, si enim rationem inuestigamus, quare bona fideicommissio subiecta, ut propter dotem constituendam alienari possint, sit dispositum, illam esse dùm taxat inuenimus, nimirum ob publicam vtilitatem ad sobolem procreandum, ad *tex. in l. 1. ff. solut. matrim.* hæc ratio, ut vides, comprehendit etiam omnes expensas, quæ tam antè, quam in ipso actu matrimonii de iure, vel consuetudine fieri debent; sunt enim hæc, ut matrimonium perficiatur, ita necessarie, ut ipsa dos, & donatio propter nuptias; non enim in illarum erogatione sponsi liberalitas consideratur, sed mera necessitas, cum esset illi

4

maximè verecundum id non peragere; violaret enim consuetudines, & apud bonos, & graues redargui posset, vt vtat *Sacra Romana Rotæ* verbis *decis. 113. num. 5.* in relectis per *Farinac. tom. 1. & probat ex nostris Affl. decis. 315. num. 8.*

5 Si igitur eadem est ratio in dote, quæ in his, de quibus agimus impensis, consideratur, consequens est dicere, vt dispositio *auth. res, quæ* has etiam comprehendat impensas; est enim illius *authen.* dispositio fauorabilis, vt ex verbis patet, & probat *Eugen. conf. 54. num. 23.* ac proinde ex rationis identitate ad casum, de quo agimus, potest extendi; immò nec extensio diceretur, sed potiùs cõprehensio, *l. nominis, et rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signif. l. bis solis, C. de reuocan. donat.*

6 Autoritate etiam annuimus hanc probari sententiam; sic enim in *Commentarijs* tenuerunt

Bald. & Salycet. in d. auth. res, quæ, vterque num. 5. vbi dicunt, quòd sine istis expensis nuptialis festiuitas expediri non potest, & quamuis *ibidem Curt. iunior num. 37.* cõtrarium sentiat, procedit tamen eius opinio, vt benè aduertit *Menoch.* infra citandus, quando hæ impensæ secundùm patriæ morem non essent necessariæ.

In Consiliis.

Roland. à Val. conf. 19. num. 8. lib. 4.
Hieron. Gabr. conf. 153. n. 16. & 17. lib. 2.
Bero. conf. 116. num. 23. & 134. n. 10. lib. 2.
Camil. Laratha conf. 112. n. 18.

In Tractatibus.

Marc. Ant. Peregr. de fideicom. art. 42. n. 80.
Iacob. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 189. num. 140.

Hercul. Marefc. var. resol. lib. 2. cap. 69. n. 14.
Io. Petr. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. p. 2. num. 80. & seq.

Vincent. Fusar. tract. de iust. q. 531. nu. 46.

In Decisionibus.

Rot. decis. 556. par. 1. diuers. & 131. in relectis per *Farinac.* & in alia relata per *Marefcot. corã Aldobrandino, demùm Clemēte VIII. loco citat.*

Thef. dec. 192. circa finem, vers. & ulterius in necessarium consequens.

7 Sic etiam, nè nostri sacri supraci Senatus autoritas deficiat, dico fuisse annis superioribus bis decisum, & practicatum ad fauorem Ill. Ducis Balneoli, testè *D. Regen. Sanfelice. decis. 199.* etenim cum Dux ille priore loco nuptias contraxisset cum *D. Donna Sancia de Médocia, à Domino Rege nostro in supremo Italico Senatu dispē-*

sationem obtinuit, vt pro impensis ad matrimonium perficiendum necessariis posset Dux æs contrahere alienū pro summa ducatorū duodecim mille cum Monte Regni Castellæ, quos partim in mobilium emptionem pro domo, eiusq; & vxoris personæ decoranda, partim verò in donis ad vxorē iuxtà morem transmisissis, conuertit; & iterū hac Domicella defuncta cum idem Dux desponsatus esset *D. Donnæ Annæ Sfortiæ Romanæ, à Collaterale Cõsilio ad relationem Sacri Cõsiliij Castri Capuanæ eandem obtinuit dispensationem, nulla ratione habita de oppositis pro parte Dominæ Donnæ Beatricis Mayorga eius amitæ super bonis fideicommissis subiectis in casu deficientiæ masculorum eiusdem Ducis nepotis vocatæ.*

8 Scribebam hæc pro Magnifico Ioanne Baptista Massa, qui similem dispēsationem petebat; sed Sacrum Consiliū Regni huius illā ei denegauit sub die 19. Octobris 1633. referente Domino Consiliario Caraita, nō quia hæc omnia pro verissimis habita non essent; sed quia repertum fuit, supplicentem non esse de descendētibus fideicommittentis; sed ex linea transuersali, in qua ex receptissima *Scribentium* sententia non procedit *tex. in d. auth. res, quæ, ad tradita per Io. Francisc. de Pont. conf. 45. num. 1. & 4. de Franch. decis. 241.* & per alios relatos à *Costa de remed. subsid. remed. 6. num. 3.* quibus est addendus *Fran. de Clapper. in cent. caus. fiscal. caus. 2. q. 4.*

S V M M A R I V M.

- 1 Bona empta cum pecunia redacta ex venditione rei fideicommissis subiecta, censentur subrogata loco fideicommissi.
- 2 Bonis delinquentis confiscatis, quæ fideicommissis subiecta sunt, fideicommissarijs restituntur, vbi decisiones num. 3.
- 4 Patris delictum non nocet filijs, quin ex propria persona in fideicommissis à maioribus ordinato succedere possint, vbi decisio *Rotæ Romanæ, eoquē magis si nati sunt ante patratum delictum, num. 6.*
- 5 Statuto existente, vt filius occidens patrem nō possit illi succedere, benè possunt succedere nepotes.
- 7 Oppositio de iure tertij quando permittatur.
- 8 Bona pupillorum non possunt vendi, nisi seruatis de iure seruandis.
- 9 Tutoris auctoritas debet interuenire in alic-

natione

- natione bonorum pupilli, aliàs nulla dicitur alienatio.
- 10 Tutoris auctoritas in ipso contractu pro pupillo celebrando interuenire debet, post autem ex intervallo adhibita nullius momenti est.
- 11 Ratificatio contractus ut prosit illi, ad cuius beneficium fit, debet esse presens, vel Notario pro eo stipulante.
- 12 Ratificatio dum fit alicuius contractus, debent interuenire omnes sollempnitates, quæ in contractu principali concurrere debent.
- 13 Tutoris interuentus in contractu pupilli, ut sit proficiuus, est prius causæ cognitio adhibenda super delata tutela.
- 14 Tutor nullitèr administrat antè inuentarij confectioem.
- 15 Mater tutrix suorum filiorum non est immunis à confectioe inuentarij.
- 16 Contractus gesti cum tutore, qui inuentarium non confecit, sunt ipso iure nulli.
- 17 Processus compilatus cum tutore, qui inuentarium non confecit, est nullus, idemquè si omisit satisfacere, rem pupilli saluam fore, nu. 18.
- 19 Debitor pupilli soluens tutori, qui inuentarium non confecit, malè soluit.
- 20 Pupillus habet electionem, vel agere contra tutorem, vel contra possessorem rei malè alienatæ, & num. 21. & 22.
- 23 Textus in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. non procedit in falso tutore.
- 24 Gestæ per tutorem antè confectioem inuentarij, valens, quatenus pupilli utilitatem respiciunt.
- 25 Bona pupilli non possunt vendi, nisi causa cognitione præcedente, ubi enarratur, in quibus hac causæ cognitio consistat, & num. 26. & 27.
- 28 Bona minorum antequàm vendantur, debent per viginti dies sub hasta poni, nec huic sollempnitati renuncitari potest, num. 29.
- 30 Bona minorum non possunt vendi pro satisfaciendis creditoribus, nisi illis urgentibus, nec alia causa inueniri potest ad iustificandam venditionem prædiorum pupillorum, adhuc si pupilli utilitas adesset, num. 31.
- 32 Alienatio prædij pupillaris maioris valoris, quàm sit æs alienum, nulla est.
- 33 Creditorum urgentia qua dicatur, ad finem ut bona pupilli debitoris vendi possint.
- 34 Bona fideicommissio subiecta ut vendi possint que requirantur.
- 35 Citationis omissio vitiat processum, illiusquè defectum Princeps, vel statutum supplere non potest, num. 36. & 37.
- 38 Debitor est citandus super decreto interposito ad instantiam creditorum, quòd res vendatur, & antequàm ponatur ad publicum incantum citatur debitor pro reuisione vel vendi ordinatæ, num. 39.
- 40 Princeps superiorem non recognoscens, ius posituum obseruare non cogitur.
- 41 Pontificia auctoritas supplet defectum iuris sollempnitatum.
- 42 Causæ enarrantur, quæ mouerunt Pontificem Clementem ad decernendam venditionem Casalis Turris nouæ dominorum de Cincijs, & falsè demonstrantur, num. 43.
- 44 Venditio prædij pupillaris facta de ordine Principis, nulla est, si demùm detegatur, venditionis causas fuisse falsas.
- 45 Princeps decretum super venditione prædij pupillaris non operatur plus quàm operatur decretum Iudicis inferioris.
- 46 Fisci bona ut vendi possint quæ concurrere debeant, remissiuè.
- 47 Maior factus si infra quinquennium alienationem rei suæ non impugnaverit, de caterò non auditur, idemquè si in maiori etate pretium rei alienatæ receperit, num. 48. & 58.
- 49 Ratificatio, quæ fit facto equiparatur ratificationi, quæ fit verbis.
- 50 Textus in l. fin. C. si maior factus, alienat. fact. sine decreto ratâ habuerit procedit, quando alienatio rei pupillaris facta est à minore, vel à tutore, & limitatur, quando in alienatione dolus intercessit, num. 51. & 52. idemquè si præter decretum concurrant aliæ nullitates, num. 53. vel l. fin. num. 54.
- 55 Tempus quinquennij, de quo in l. fin. C. si maior factus, &c. non currit, nisi à die scientiæ, quæ debet esse plena, nec generita sufficit, num. 56.
- 57 Minor factus maior si vult impugnare alienationem rei suæ nullitèr factam an sat sit extrajudicialis querela.
- 59 Tex. in auth. sacramenta puberum non procedit, quando minor vendit rem à testatore alienari prohibitam.
- 60 Alienans bonâ alienari prohibita potest alienationem reuocare, & contra factum proprium venire.
- 61 Textus in l. benè à Zenone, C. de quadrienni præscriptione declaratur, & limitatur num. 62.
- 63 Præscriptio non currit contra pupillos.
- 64 Præscribi non possunt bona fideicommissio subiecta, quando fideicommissarius est impeditus agere.
- 65 Emptor sciens, rem, quam emit fideicommissio subiectam esse, dicitur esse in mala fide, ac proindè non præscribit.
- 66 Mala fides authoris nocet heredi in materia præscriptionis.

- 67 *Res alienari prohibita est imprescriptibilis.*
 68 *Bona minorum ubi nulliter alienata iudican-
 tur, debent restitui una cum fructibus, & n. 70.
 & 71. idemq; in bonis Ecclesiasticis, nu. 72.*
 69 *Contractu resoluta, res cum fructibus, et pre-
 tium cum interesse est restituendum de iure
 civili.*
 73 *Emens scienter rem fideicommissa subiectam,
 tenetur illam restituere una cum fructibus.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an bona fideicommissa subiecta, possessore delinquente confiscari possint. Bona pupillorum, & minorum, siue fideicommissi vinculo obnoxia ut vendi possint quæ concurrere debeant, plenissime declaratur. Tutoris auctoritas, quæ non fuit adhibita in venditione prædij minoris, an ut illa valida iudicetur, sat sit, si tutor ipse venditionis contractum ex intervallo ratificet. Gesta cum tutore antè inventarii confectioem an de iure subsistat. Creditorum urgentia pro venditione bonorum pupillorum quomodo consideretur. Venditio bonorum pupillorum facta de ordine Principis an sit annullanda, si demum detegatur, venditionis causas fuisse falsas; & de aliis ad intellectum, & declarationem *tex. in l. fm. C. si maior factus alienat. fact. sine decreto rat. hab. & in l. bene à Zenone, C. de quadrienni prescript. &c.*

C A P V T XVIII.



Lienatio bonorum pupillorum, quando illam fieri expostulat necessitas, ut validè facta dici possit, sæpè sæpius controuertitur, quæ præcisè concurrere debeant, & an facta de ordine Principis non seruat de iure seruandis, ex quo iuris solemnitatibus derogauit, sit annullanda, si demum detegatur, causas, quæ Principem illum ad venditionem decernendam induerunt, falsas extitisse; & quid si maior factus pupillus alienationem nulliter factam non impugnauerit, an per temporis lapsum tacita ratificatio contractus iniri inducta censeatur, eoque magis si ex pretio rei male alienatæ tempore maioris ætatis usuras exegerit.

Scripti super hac materia latè, & laboriosè in causa superioribus annis vertentibus in Tribunali Camere Apostolicæ inter DD. Felicem, & Chrystophorum de Cinciis germanos fratres nobiles Romanos ex vna Dominam Principissam Rossani ex altera, in qua etiam dubitari contigit, an iure licito propter aliquod privilegiatum delictum procedi possit ad confiscationem bonorum fideicommissa subiectorum, à delinquente possessorum; & an ubi confiscatione sequuta bona illa fuerint à Fisco vendita, sit emptor securus, tuerique se possit quatriennio elapso beneficio *l. bene à Zenone, C. de quadrienn. prescript.* super quibus omnibus, ut de iure responderè, requisitus ego, quæ sequuntur pro rei veritate consideravi.

Iesus, Maria, Ianuarius.

Casale Turris nouæ in partibus Latii, rubrorum noningentorum, quod remansit in hæreditate quæ Francisci de Cinciis Romani, quatragesimo annorum circulo usque adhuc per Excellentissimos Aldobrandinos minus iuste detentum; nunc sedente Urbano iustitiæ, veritatisque cultore incomparabili, oppressorumque indefesso subleuatore, omni iure restituendum esse Dominis Felici, & Chrystophoro, eiusdem Francisci ex Iacobo filio nepotibus, illiusque hæreditatis possessoribus, in nihilo Excellentissimæ Principissæ conuentæ suffragantibus titulo, quo mediante ab eius Excellentissimo a quo fuit illud acquisitum, & quatragesimo possessione, qua detinetur, ab Illustrissimis, ac disertissimis Dominis Iudicantibus spero indubitanter, his rationibus, & causis.

I Primò,

1 Primò, quia satis constat de inualiditate tituli acquisitionis; emit enim Excellentissimus Ioannes Franciscus bona hæc à Fisco Camerae Apostolicæ, apud quem huius Casalis dominium, nec momento quidem vllò unquam tempore existit, ex quo sæper à die mortis dictorū Francisci, & Iacobi extitit, prout ad præsens extat radicatum ossibus dictorū Dominorum Chrystophori, & Felicis nepotū, ac filiorum respectiue, cum in facto tergiversari nõ possit, tenuram, de qua agimus, subiaccere vinculo perpetui fideicommissi, ordinati per Chrystophorum seniore, dictumque Franciscum eius filium, qui quidem Franciscus cum ex permutatione certorū bonorum, super quibus à d. Chrystophoro patre, & Roccho patruo fideicommissum ordinatum extiterat, partem Casalis prædicti acquisiisset, illammet aggregans, demum cæteris partibus per eundem Chrystophorum patrem acquisitis, & fideicommissio suppositis, eodem vinculo alligavit; & sic tam ex subrogatione subsequuta, quæ fideicommissi existentiam operatur, ad tradita per *D. Card. Mant.* post alios, quos citat *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 26.* quam ex dispositione dicti Chrystophori, eiusdemque Francisci constat enixè, totum Casale, de quo agimus, fideicommissi vinculo subiaccere, sicque hodiè Dominis Felici, & Chrystophoro iuniori hereditatis Francisci aui possessoribus, omninò restituendum.

Nec ex aduerso prætendi potest, propter prætensum Iacobi delictum, fideicommissum præfatum evanuisse, sicque iustificari venditionem Fisci nomine factam de hoc Casale, tamquam ad Cameram fiscalem spectante; etenim satis à iuris tramitibus diuerteret, qui ad hoc affirmandum accederet, cum exploratissimi iuris sit, vt publicatis, siue confiscatis bonis cuiusvis delinquentis, & propter quoduis privilegium delictum, quæ fideicommissio subiecta sunt sequentibus in gradu iuxta proximitatem fideicommittentis, secundum opinionem, *Bart.* vel grauati, iuxta *Soc.* sententiam restituenda veniunt, itaut statim competat illis vindictio, ac si extrà familiam per contractum, vel vltimam voluntatem facta esset alienatio; sunt iura nimis vulgata in *l. ex facto 17. §. ex facto. ff. ad S. C. Trebell. in l. Imperator 12. ff. de fideicommissar. libert. in l. 3. ff. de interd. & releg. & in l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci*, per quæ quidem iura hoc indiuidualitèr firmavit *Bart. in dicta l. Imperator*, & in *l. si finita, §. si de reuigalibus. ff. de damno infecto*, cuius sententiam

per totum Orbem receptissimam, ab illaq; contra Fiscum retedendum non esse, vno ore fatentur *Ang. Alex.* & reliqui in dicto *§. si de reuigalibus*, idem *Alex. conf. 22. lib. 1. Ias. in l. filiusfam. §. Diui, ff. de leg. 2. & in l. fin. §. sed quia nostra, C. commun. de leg. Hippol. de Marsil. sing. 314. Socin. iun. conf. 34. num. 7. & 8. & conf. 49. lib. 3. Hieron. Gabr. conf. 184. lib. 1. Dec. conf. 442. num. 27. 28. & 32. aliiq; plures, quos refert, & sequitur *Peregr. tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 98.* quibus addo *Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. fin. num. 5. & 6. Giga. tract. de crim. læsa Maiest. tit. de pæn. committ. crim. læsa Maiest. q. 3. Camil. de Curt. in suo diuers. iur. feudalis, fol. 59. num. 46. & seq. Camil. de Medic. conf. 3. num. 19. & 20. post Couar. quem allegat in cap. possessor 3. par. §. 1. nu. 6. Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 91. Pater Sanchez in sum. lib. 2. cap. 18. nu. 36. Farinac. in pra. x. par. 1. tom. 1. tit. de delictis, & pænis, quest. 25. num. 22. Boer. decif. 278. num. 6. Gramm. decif. 6. num. 14. & decif. 105. num. 29. & 31. Gama decif. Lusit. 352. nu. 4. & aliis omisis *Fusar. de substitut. quest. 529.* sicque decifum in supremo Regni huius Prætorio, facta relatione per Regiam Cameram, testatur *D. Reg. Salernit. decif. 50.* vbi loquitur de reo criminis læsa Maiestatis diuinæ, cui caput amputatum, corpus cõbustum, omniaque bona publicata, ac Regio Fisco applicata extiterant, sed comparentibus demum fideicommissariis, fuit Regius Fiscus ad bona illa sic confiscata, vnà cum fructibus medio tempore perceptis restituenda cõdemnatus, idemque hoc anno seruatum in restitutione bonorū fideicommissio subiectorum, quæ possidebantur per olim infelicissimum Principem Santia, qui cum de inuadendo Regnum hoc tractatum habuisset, in carcerem detrusus, conuictus, & spontè confessus, decapitatus extitit, omniaque eius bona, diffinitiuâ sententia mediante, confiscata fuere, sed cum demum defuncti miserabilis filius pupillus comparuisset, instans pro restitutione certorum corporum fideicommissi vinculo submissorum, decreto Regiæ Camerae, nemine ex Dominis Iudicantibus, vt audiimus, contradicente, prouisum fuit, esse illi bona omnia fideicommissaria restituenda.**

4 Quæ conclusio eò fortius in casu nostro procedit sine controuersia, cum successio bonorum Francisci nusquam Iacobo filio delata fuerit, ex quo in portione legitimæ dumtaxat à patre institutus ille fuerat, non autem in vniuersa hereditate, sicque Iacobi filii ex propria persona ad Francisci aui,

& Chry.

& Chrystophori proavi successione veniunt, & consequenter patris pretensum delictum, nullo quidem pacto filiis ipsis obesse potest, quin ex iure proprio in bonis omnibus fideicommissis suppositis, succedant, ut ex Bald. in l. hereditas, num. 6. & 7. C. de his, quibus ut indig. Soc. sen. cons. 124. nu. 3. lib. 3. Corne. cons. 222. num. 4. lib. 4. Honde-deo cons. 72. num. 40. & seq. lib. 1. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 9. nu. 27. & 29. Vsq. de succ. res. tit. de his, quib. ut indig. tom. 2. §. 20. num. 12. Barbof. in l. si ab hostibus, §. final. num. 23. vers. ampliat. tertio, & num. 24. ff. sol. matr. Peregr. de fideicommiss. ars. 18. num. 29. & seq. Paschal. de virib. patr. potest. par. 4. cap. 8. num. 13. & seq. Scip. Rom. cons. 1. num. 45. & seq. lib. 1. & in pragmat. I. n. 100. de bonis prodit. & aliis in puncto pro existentia fideicommissi, de quo agimus semel, atque iterum censuit Rota sub diebus 27. Maij 1627. coram Eminentiss. Card. Virili, & 15. Novembris 1638. coram Reuerendiss. Patre Buecabella.

In quibus quidem decisionibus nulla fuit habita ratio de oppositione facta ab aliis de familia, in hoc fideicommissis succedere pretertentibus, quod Domini Felix, & Chrystophorus nati erant ex Iacobo, quem in patrem fideicommittentem peccasse presupponebatur; fuit enim bene, & doctè responsum, hoc pretensum patris delictum non potuisse filiis nocere, quin ex propria eorum persona suo succedere potuissent, ad quod in terminis statuti disponentis, ut filius patrem occidens, non possit illi succedere, quod statuto non obstante, valeant succedere nepotes, tanti sceleris innocentes, fuerunt allegati Bald. in l. si quis incesti, num. 6. & 7. C. de his quibus ut indig. Barbof. in l. si ab hostibus, §. final. num. 24. ff. solut. matr. Capra cons. 42. num. 11. & 12. & Barbat. cons. 8. lib. 3. eoq; magis fuit consideratum, quod hi nepotes, patris delinquentis intuitu, ab eorum avo vocati non extiterant, sed uti ab ipso fideicommittente descendentes, ad familiam, & agnationem effectivam conferendam omnino habiles veniebant, quod proinde succedere non prohibebantur, ad quod fuerunt adducti Vsq. nostriq; Reg. Rout. & Consil. Paschal. in locis per Rot. allegati, fuit etiam considerata istorum Dominorum natiuitas, quæ patris pretensum delictum præcedebat, sicquæ dici non potuisse ex radice infecta ortos, vnde in hoc conveniunt omnes, filios inquisiti cuiusvis atrocissimi criminis, natos tamen, siuè conceptos antè patratum delictum patris, nullo pacto, nulloquæ iure posse pati pœnas ob

delictum parentum filiis impositas; & signanter illam successione ascendentiam, & collateralium, de qua in l. qui quis, C. ad l. Jul. Maest. ad quod, vltra Doctores per Rot. semel, atquæ iterum in decisionibus predictis relatos, allego Iul. Clar. in Sacrimen. base Maest. num. 12. & in §. heresis, num. 17. Simanc. de catholic. instit. tit. 29. num. 23. Greg. Lopez in l. 2. in verb. susijos, tit. 2. de las trayciones, par. 7. quo loci conclusionem hanc favorabiliorè, & æquiorè dicit. Hieron. Cenall. commun. contra commun. quest. 653. qui latè, & doctè questionem disputans, hanc defendit sententiam, innumeros referens Doctores, illam insequentos, eamquæ veriorè, æquiorè, ac magis communem fatetur, sicquæ, ut nullo modo, nequæ in iudicando, nequæ consulendo ab ea recedatur attestans, & tandem sub num. 30. & 39. sic aliàs in supremo Regis Hispaniarum Consilio indicatum, vnde ex his dubitari non potest, satis, superquæ constare de iniustitia confiscationis, sicquæ si dicemus in casu, de quo nos agimus, Excellentissimos Aldobrandinos habere causam à Fisco, ipsosquæ, Casale prædictum uti ad Cameram fiscalem spectans, emisse, responsio se offert satis clara, à non domino causam habere.

7 Nec huic conclusioni audeat quis respondere, ut possit Excellentissima Principissa convenuta obiicere, hanc actionem ad bona hæc, vigore fideicommissi Francisci recuperanda, non aliter competere Dominis Felici, & Chrystophoro, sed aliis trium familiarum de Cinciis, etenim oppositio hæc nullo iuris fundamento nititur, esset enim oppositio, siuè exceptio de iure tertii, quæ in iudiciis facta regularitèr non subsistit, ad tex. in vulgata l. loci corpus, §. cõpetis, ubi DD. omnes ff. si sermitus vendic. & quamvis communi omnium sententia receptum sit, id possessori licere, quando ius tertii esset exclusivum iuris agentis ipso iure, ad tex. & ibi dicta per DD. in l. cum seruum, C. de ser. fugit. cum concord. hoc tamen dictum intelligunt Doctores, quando constat, quod agens caret actione, & quod ius ad rem vindicandam competat tertio, de cuius iure opponitur; sic enim materiam declarant Doctores, casum ponentes, ut si ego agam rei vindicatione contra Titium, qui excipit, me non esse dominum, sed Petrum, si hoc probat, quamvis constet, esse ipsum iniustum possessorem, ego ab instituta actione sum repellendus, quia probatum est, me non esse dominum, in hunc enim modum loquuntur DD. & præ cæteris Cyn. in d. l. cum

seruum, in addit. quem, rogo, reuideri, *Thef. decis. 4. num. 4. Cancer. var. resol. tit. de except. num. 17. & de tertijs opposit. nu. 120. in nouis.* post alios, quos citant: modò videamus, si casus iste sic per *Doctores* exemplificatus ad nostrum sit applicabilis, quis enim veritatis amator, æternitatisque non inmemor, posset vllò vnquam tempore tueri fideicommissum per Franciscum ordinatum, non aliter ad nepotum fauorem fuisse purificatum, sed aliorum de tribus familiis? etenim in suo testamento nimis clarè locutus fuit Franciscus, cū trēs illę familię, in casu dūtaxat defectus lineę effectiuę ipsius testatoris vocatę sint, cūmq̃ adhuc extent descendentes masculi, qui sunt Domini actores, non est, cur hodiè tractari possit de vocatione familię contentiuę, vt docē, & elegantèr semel, atq̃ iterum resoluit *Rot. in decisionibus* desupèr emanatis, quibus sigillatim omnibus oppositionibus fuit satisfactum, quo fit, vt dicamus, satis ineptā esse oppositionem, si quę fieret, in casu de quo agimus, de iure tertii, cū excipiens nullo pacto intentionem suam in probando, fuisse fideicommissum purificatum ad fauorem trium familiarum, fundare posset, id, quod in casu nostro, consideratis personis Dominorum actorum, & Excellentissimę Principissę conuentę procedit sine cōtrouersia, cū hæreditas Francisci non ab alio, nisi à Dominis Felice, & Chrystoporo possideatur, istiquē semper fuerunt, prout sunt, & nominantur hæredes Francisci eorum aui, nec alia indigent declaratione, aut Iudicis sententia, ad se tales demonstrandum, sufficit enim ostendere testamentum Francisci, illosquē ab ipso fideicommittente descendere, & quod hodiè petunt hæredes isti non est aliud, nisi vt Casale ab hæreditate Francisci contrā omne ius separatum, eidemmet hæreditati restituatur, ad quod vide, si conferūt dicta per *Peregrin. de fideicom. art. 48. n. 46.* post alios, quos citat.

Secundò, ad maiora deuenientes, venditionē Casalis Turris nouę ex alio corrue-re, & nullitatis vitio laborare fiet palām, si dicamus, veritatem fatētes, distractionem secutam fuisse, non vt de re ad Fiscum spectante, sed ad hæreditatem Francisci, sicq; vt consuleretur principalitèr indemnitati creditorū, & hæreditatis prædictę (sic enim *fel. mem. Pontifex Clemens*, tam in primo, quam in secundo motu proprio pluribus vicibus exarauit) etenim cūm hæreditas omni iure spectaret ad Iacobi filios, tunc

temporis infantes (id, quod ex transactione cū Fisco habita, eò magis clarescit, præcedente motu proprio tunc Sanctissimi mandantis, bona omnia integrè trāfectione secuta pupillis fore restituēda) apparet, fuisse processum ad distractionem huius, de qua agimus, tenutę, non aliter seruatis his, quę iura seruari mandant, dūm pupillorum bona distrahi iudicatur expediens, de quibus satis benè per *Aff. dec. 249.* quę passim ab omnibus allegatur, sicquē ex inobseruantia eorum, quę de iure seruanda erant, pupilli summopere læsi fuerunt, ac proindè in præsentiarum omninò restituēdi, si enim iuris ordine seruato ad talem distractionem peragēdam processum fuisset, vtiquē Casale prædictum alienatum non fuisset, nām vt alienaretur, resisterēt *leges*, contradicebant *Doctores*, & vt mea hæc asseueratio luce meridiana clarior fiat, rogo, Dominos meos aduertere; Primò, quomodo ad venditiouem Casalis deuentum fuerit, nulla tutoris assistente autoritate, sine qua, vt notissimi iuris est, quis pupillorum bona emere prohibetur, *l. nequē, & l. eum,* qui, *C. de auctor. præstan.* hinc dicebat *Caius Iurisconsultus in l. quæcūq; 15. §. 1. ff. de public. in rem act.* quod qui pupilli bona emit, probare debet, tutore auctore, & lege non prohibente se emisse, quę quidē tutoris autoritas eò magis in venditione, de qua agimus, interuenire debebat, cū nemo interfuerit, qui pupillorum beneficium procurasset, contrā mentem *Pontificis*, qui hæreditati, & successiuè pupillis prospicere velle in suis chirographis benè se declarauit, nam si consideramus personam, quę de mandato tunc Sanctissimi nomine hæreditatis, & Camerę tenutam vendidit, & quę tutoris officio fungī debebat, inueniemus illam non modò hæreditati, immò nec Camerę prospexisse, sed prorsus in contractu celebrato emptoris partes sustinuisse; constat enim in facto, *Clementem Pontificem*, post mandatum iniunctum de vendendo agnouisse bona omnia confiscata ad Iacobi filios vigore fideicommissorū, de quibus agitur, spectare, quod proindè eidemmet Urbis Gubernatori injunxit, vt cū prædictis Iacobi filiis ad aliquam rationabilem concordiam deueniret, quā realitèr secuta, vt bona omnia sic confiscata eisdem pleno iure restituere deberet, vt legitur in amplissimo chirographo sub data Iulii 1600. quo sic dictante crederem, neminem dubitare posse, *Pontificem* illum tacitè reuocasse, mandatum per prius datum ad vendendū;

nām si cupiebat, vt trāfactione sequuta, ad bonorum omnium confiscatorum liberam, & expeditam possessionem Iacobi filii essent omninō restituēdi, quo pacto ad illam restitui poterant, si corpus tantę importātię distractum reperiebatur, vndē dico ego, quōd constat enixē de mente Pontificis volentis, bona omnia confiscata, transactione secuta, pupillis fore restituenda, & pleno iure absquē diminutione aliqua; verū quia voluntatis dicti Clementis executor, siue maioris partes emptoris sustinens, venditionem perficere cupiebat, sic satisfacere falsō putans cupiditati emere volentis, à quo eo tempore multa sperare poterat, non alitèr huic Pontificis mandato de transigendo tunc parere curauit, sed chirographum ad partes posuit, ac insimul moram interponens, falsō iterum, atquē iterum Francisci creditorum molestias, illiusquē hereditatis extenuationem Pontifici significans, aliud pro pupillorum, & creditorum utilitate, vt annuitur, extorsit mandatum de vendendo, quo mediante venditionem perfecit, eaquē omni iure resistente perfecta, trāfactioni finem dedit, sic chirographum super compositione faciēda per menses antea concessum executioni mandans; quero modō his concurrentibus, quis timorata conscientię Index de simili alienatione, tāto dolo, & fraude in esse deducta, rationem aliquam habere poterit?

Nec dicant aduersarii, hęc omnia nullius momenti esse, considerātes ea, quę demum secuta fuere, cum in facto sit verum, venditionis contractum sic Executoris dolo, & fraude, & absquē tutoris interuentu, & auctoritate celebratum fuisse, demum per D. Ludouicam matrem, & pręsentam tutricē semel, atquē iterum ratificatum, approbatum, & emologatum, itā vt facta oppositio circa tutoris defectum prorsus cessare videatur, etenim multiplici quidē modo demonstrabimus, obiectum hoc omni prorsus iuris fundamento carere, sicquē ratificationem à pręsentia tutrice peractam in nihilō pupillis pręiudicasse: & Primò, possem vnico verbo me expedire, cum notissimi iuris sit, tutoris auctoritatem in ipso contractu principali, vel statim, & incontinenti adhibendam esse, post autem ex interuallo adhibitam nullius momenti esse, dixerunt *Iurisconsultus* in vulgata *l. obligari, S. tutor, ff. de auctor. tutor. & Imper. in S. tutor. Instit. eod. m.*, & vtrōbiquē *glo. & DD. omnes, Bar. in l. si quis mihi bona, S. iussum, ff. de acquir. hered. Tit. de retract. conuent. S. 1. glof. 5. nu.*

7. & de *ll. conub. glof. 6. in verb. consentem ent Monta. de tute. cap. 30. num. 28. & 50. Manę. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 2. bene Paul. Bellon. lib. 1. de potest. eorum, qua in contin. fiunt, cap. 104. num. 4. 5. & 6. vbi dicit, ratihabitiohem tutoris ex interuallo secutam, nullius momenti esse, quamuis aliās ratihabitio retrotrahi soleat, vndē cum in casu nostro pręsentia tutricis auctoritas in ipso alienationis contractu non interuenit, nec statim, & incontinenti, sed post plures menses, remanet sine controuersia, de secutis ratihabitioibus nullā haberi possessionem. Secundò, quādo sic à iure dispositum non esset, ex aliō de pręfata tutricis auctoritate ratio aliqua haberi nō potest; nam quōdā primum ratificationis actum, de quo in transactione, certē frustratorium extitisse controuerti non potest (nisi dicamus, de seruire illum ad magis patefaciendum Executoris dolum, & fraudem) ex quo emptor, ad cuius beneficiū fiebat celebrati contractus approbatio, pręsens non fuit, prout requirebatur, ex dictis per *Aret. conf. 127. & alibi 128. Eximie Doctor, num. 1.* nec Notarius pro eo stipulatus est, & sic fit locus vulgatę dispositioni *tex. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. & in §. si quis alij, Instit. de inutil. stipul.* nam quōd requiratur Notarii stipulatio, quando alicuius contractus sit ratihabitio parte absente, dixit Dominus *Regens de Ponte conf. 17. nu. 44. lib. 2.* nec in hoc casu prętendi potest, transactionem non alitèr sequi potuisse, nisi pręsentia tutrix venditionis cōtractum approbasset; cum transactio nihil commune habere poterat cum ratihabitio cōtractus iam celebrati, fiebat enim transactio de ordine tunc Sanctissimi, nec aliud Urbis Gubernatori iniunctum extiterat, nisi, ut pecunię quantitatem, quę à pupillis transactionis nomine persoluenda erat, arbitraretur: opportuna enim esset oppositio, quando Pontifex Clemens cum hac lege transactionem ordi vallet, vt venditio facta, siue faciēda Casalis Turris nouę contē eius mandata esset à pupillis approbanda, sed quia in chirographo verbum nullū de hoc, immō in eo conitat enixē de mente Pontificis volentis, bona omnia pupillis restituenda fore, ergo fas est mihi dicere, ratificationem pręsentia tutricis in contractu transactionis sequutam dolo, fraude, ac versutiis Executoris extortam esse, non quōd ad perficiendam transactionem necessaria illa esset, id, quod eò magis erit affirmandū, cum nullum Fisci interesse in hac ratificatione*

extorquenda considerabatur; & si enim idem Executor Fiscum in vèdione Calalis prædicti, ad multa pro contractus firmitate obligasset, id peractum fuisse cum dolo, manifestè appareat, nempe ad prætexendam extorsionem ratificationis, cum promissio de euictione per Fiscum facienda, in vim mandati Pontificis sit omninò intelligenda, quando declaratum fuisset, bona confiscata ad Cameram fiscalem spectare; deficiente igitur Fisci interesse, non inuenio, ad quem finem dictus Executor prætesæ tutricis ratificationem procurasset, nisi solùm, vt, miserimos infantes cum interesse Fisci illaqueando, emptori prodesset, quod an pronis auribus sit audiendum, videat religio Illustrissimorum Iudicantium.

Respectu autem ratificationis celebratæ in separato instrumento, Notario pro emptore absente stipulante, vbi paritèr accessit propinquorum præsentia, & consensus, ac ipsius D. Ludouicæ prætesæ tutricis declaratio, quòd actus ille in euidentè pupillorum vtilitatem tendebat, vltra in-
 12 sanabilem defectum, quòd fuit actus celebratus ex interuallo: dicimus primò, quòd cum in omni ratificatione cuiusuis contractus, concurrere debeant omnes sollempnitates, quas requirit contractus, qui ratificatur, & in casu nostro, non modò non inreruenerunt in hac ratificatione, sed nec etiam in contractu principali factæ distractionis, vt in discursu patebit, sequitur certè dicendum, vt de hoc actu ratificationis nullæ sit ratio habenda, ità per *tex. in l. si vt proponis, la. 2. C. de nupt. et in l. nuptia, ff. de rit. nupt. dixerunt Aret. conf. 128. num. 1. Geminian. conf. 128. num. 5. vbi loquitur de ratificatione alienationis rei Ecclesiasticæ, Corn. conf. 124. num. 18. lib. 4. Roma. conf. 22. num. 6. vbi agit de ratificatione contractus à minore gesti, Dec. conf. 536. num. 6. Tiraqu. in tract. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 90. Rebuff. in prax. benef. in rubr. de rescrip. & perinde valere, par. 2. num. 51. & alii penès Mandos. in addit. ad Rom. in cit. conf. 22. Secundò,
 13 & tollitur omnis difficultas; nam vt interuentus tutoris sit proficiuus in contractu, qui celebratur pupillorum nomine, debet priùs adhiberi causæ cognitio, alioquin auctoritas dicitur perperam interposita, Bal. in l. si tutor tuus, num. 3. C. in quib. caus. restit. in integr. non est neces. Soc. iun. conf. 48. nam. 13. lib. 1. Pras. de Francb. decis. 206. nu. 4. nullum enim consideratur discrimen, quando tutoris auctoritas non interuenit, & quando*

adhibita illa est, & perperam, l. nulla, ff. de author. tutor. ideò antè omnia debet de tu-
 14 tela constare, quòdquè tutor ipse solemnè adimpleuerit, & præ cæteris, quòd bonorū pupillorum sollempne inuentarium fecerit, ad *tex. in l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tut. & in l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. ità Bald. loco proximè cit. Affl. cit. decis. 249. num. 1. vers. sextò, vt interueniat, Bertaz. de claus. instrum. claus. 10. glos. 2. num. 10. Card. Mans. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. nu. 5. Montan. de tutel. cap. 33. à num. 30, ad 33. à cuius inuen-
 15 tarii confectioe mater nullatenus immunis redditur, Bald. & alij in d. l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. Paul. de Castr. cons. 445. num. 3. lib. 2. Capyc. decis. 50. Sebast. Montic. de inuent. quest. 232. num. 250. vndè cum in casu nostro sit certissimum, D. Ludouicam inuentarium bonorum suorum filiorum nullo vnquam tempore confecisse, sequitur certè dicendum, vt ratificatio, quam peregit alienationis Calalis prædicti, pupillis nullius præiudicij esse possit; hæc est enim magis communis omnium sententia, nimirum, vt non confectio per tutorem inuentario, contractus cum eo gesti, sint ipso iure nulli, ac si absquè tutoris interuentu celebrati essent, videantur, quæso, infra scripti hoc firmantes, & omnium primus Specul. attentè legè-
 16 dus in tit. de tutore, particula 3. §. generalitèr, num. 6. & seq. Soc. iun. cons. 22. num. 3. lib. 2. vbi consuluit, nullam extitisse alienationem cuiusdam Molendini factam à matre, & tutrice pupillorum, quæ etiam Ludouicæ appellabatur, ex quo nullum confecerat inuentarium bonorum suorum pupillorum, Capell. Tbolos. decis. 289. Prosp. Farinac. in suis qq. crim. tom. 1. tit. de accus. quest. 15. num. 59. Guier. de tutel. par. 2. cap. 1. num. 57. & 58. Rot. decis. 387. lib. 2. & 324. lib. 3. penès V. gal. & 530. penès D. Ludouif. quæ etiam habetur in posthuma, Farinac. & est 96. tom. 2. in quibus fuit tentum, processum factum cum tutore, qui inuentarium non confecerat,
 17 rat, fuisse nullum, Ant. Piag. de tutor. & curat. quest. 7. num. 7. K ant. de nullis. ex defectu modi, num. 148. Montan. de tut. cap. 32. regul. 5. num. 4. sicquè passim, & semper in Sacro Cons. Regni huius iudicatum esse testatur Gizzarel. decis. 12. num. 1. quorum sententiz assentij paritèr & ego lib. 1. mear. resolut. cap. 193. num. 8. in nouiss. impressione, quæ quidem conclusio benè probari potest ex dispositis in l. si tutor tuus, C. in quibus causis in integr. restit. non est necess. in l. dubium, & in l. fin. C. de 18 tutor. vel curat. qui satis non dedit, quæ iuralicèt loquantur in tutore omittente satisf-*

dationem, adhuc locum sibi vendicant in tutore non cōficiēte inuentarium, vt *Bart. Bal. Paul. Caff. & Iacob.* auctoritate probat *Præf. de Franch. alleg. decis. 206. n. 8. 9. & 10.* vbi expresse dicit, quod quemadmodum gesta antè satisfationem sunt nulla, ita & antè inuentarium confectum, adhuc si à partibus non fuerit oppositum, & in puncto principali decisum testatur, debitorem pupilli, tutore, qui inuentarium non confecerat, malè soluisse.

20 Nec huic firmatæ conclusioni obstat aliquorum sententia, inter quos *Ros. decis. 89. num. 8. par. 2. diuers. & 104. num. 5.* penès *Seraph. dñm* putarunt, gesta per tutorem antè inuentarii cōfectionem, valere, licet possit ille vti suspectus remoueri, sicquè secundum alios non posse, nisi contra tutorem actionem competere iurandi in litem, quæ actus nullitatem excludit, nam respōdetur, quod hoc nullo iure probatur, immò puto ego, omnes, qui hoc asseuerarunt, locutos fuisse contra casum *tex. in l. fin. C. si tut. vel curat. interuen.* vbi expressis verbis generalitèr determinatur, quod quando consideratur, non fuisse expediens pupillo bona sua alienari, in ipsius pupilli electione est, vel agere contra tutore, qui alienauit, vel contra eum, in quem facta est alienatio, nec per vnus electionem sibi præiudicat, sicq; satis benè scripserunt *Plotus in l. si quando, num. 203. C. vnde vi, Causalc. de tutore, n. 171. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 12. Gratia. decis. 130. num. 15. vers. & regulare est, & nu. 18.* vbi notabiliter dicit, quod quando minor læditur in re, cum sit venditum, quod alienari non expediebat, tunc præcisè agitur, vt restituatur ad rem, conferunt scripta per *Rotam Lucens. decis. 68. num. 27.*

21 Minus etiam conclusioni nostræ, circa defectum interuentus tutoris, obstat, si ex aduerso opponeretur, D. Ludouicam palam, & publicè pupillorum bona administrasse, & pro tutrice se gessisse, sicquè illam, quamuis inuentarium non confecerit, prout tenebatur, pro tutrice habendam esse, ad *tex. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.* nè alioquin contrahentes decepti remaneant, prout in puncto videtur firmasse *Rotã cit. decis. 89. num. 9. parte 2. diuers.* cuius meminit *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 360. num. 36.* Etenim, pace tãti Auditori, cuius auctoritas dicere solitus sum, quod me deterret, prout de nostro Neapolitano Senatu loquebatur *Dec. conf. 379. fas sit mihi dicere,* assertionem hanc directò aduersari dispositioni *tex. in l. 2. ff. de eo, qui pro tutore, prouè*

curat. negot. gessit, vbi *Cellus I. C.* generalitèr 22 expressis verbis decreuit, posse pupillum rem suam alienatam ab illo, qui pro tutore se gerebat, cum talis non esset, recuperare è manibus illius, qui eam emit, quamuis cautum ei esset aduersus tutorem, qui vendidit, agere: qua dispositione sic stante, non video, quo pacto affirmare possumus, gesta 23 cum eo, qui palam pro tutore se gessit, valere; Regula enim *textus*, vt deueniamus ad punctualitates in dicta *l. Barbarius* in tutore non legitimo communitèr pro legitimo reputato, locum non habet, ita *Specul. in citato §. generalitèr, num. 7. vers. item non obstat, Azened. in l. 8. sub num. 13. tit. 9. lib. 3. & in l. 2. tit. 3. nu. 85. & 86. noua collect. Al. Reg. Marant. in suis singular. post prax. in verba error,* sub illis verbis, vnde si tutor, qui administrauit bona pupilli, & ab omnibus vt tutor reputatus est, si postea appareat, eum non fecisse inuentarium, omnia per eum gesta irritantur, &c. illud 24 autem, quod libentèr hac in re admittere possumus, est, vt gesta per tutorem antè cōfectum inuentarium, valeant, quatenus pupilli commodum concernant, celeritatemquè desiderant, ita *Alex. conf. 163. alias consultus, num. 5. lib. 4. & Gratian. loco proxime citato num. 35.* Hæc satis ad demonstrandū defectum interuentus, suè auctoritatis tutoris, quæ in contractu alienationis, de cuius nullitate agimus, adhibenda erat.

25 Nunc alios inuestigantes inueniamus, ad distractionem fuisse paritèr processum, nulla causæ cognitione præcedente; nam vt *Iudex pupillorum bona vendi permittere* possit, dixit *Paul. de Castro conf. 38. super eo, lib. 2.* ab omnibus canonizato, quod cogitur antè decreti interpositionem, præiudicium informatione capiendâ perquirere, & inuestigare per scripturam separatam, & sic penitus ab instrumento venditionis faciendâ diuersam, an venditio illa pupillo sit utilis, sicquè agnoscere, an singula concurrant requisita, à Legislatoribus ordinata ad validam reddendam alienationem prædiorum pupillorum, de quibus in vulgatis *l. 1. §. quod si forte, in l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum, in l. minorum, & in l. ob es, C. de præd. minor.* & cùm distractio prohibeatur, nisi pro satisfaciendo are alieno, debet satis de illo constare, & demùm excuti diligenter, an pecunia ad res alienum extennadum possit aliunde haberi, absque quod ad prædiorum venditionem deueniat, quæ adimpletum dicitur, perquirenda, si pupillus pecuniam habeat, vel in huncmodum

vel in debitorum nominibus, vel in fructibus, vel etiam in reddituum spe; item an adsint bona mobilia, quæ ad satisfaciendū æri alieno sat essent, quibus benè cognitis apud acta, constitutoque, quòd nō adsit alius modus pro satisfaciendo pupillorum creditoribus, nisi prædijā distraherentur, tunc Iudex sic parens proximè citatis *sanctionibus*, præuia subhastatione, super venditione faciendâ suam interponet decretum, dummodò, addit *Paulus I. C. in d. §. non passim*, creditores urgeant, & quòd sit magis expediens vendere, quàm obligare; ac insuper, quòd pro paruo debito non vendatur res magni valoris; hæc enim omnia ad vnguem erunt adimplenda, quia aliàs nulla redderetur alienatio, nulliusquè momenti esset decretum, quòd Iudex prædictis non adimpletis interponeret, vt optinè antiquis, & recentioribus relatis, dixerunt *Bertaz. de claus. instrum. claus. 10. glos. 2. num. 9. & Aca-cius Ant. de Ripoll. variar. resolut. cap. 11. num. 379. & seq.* vbi secundùm hanc conclusionè per illum Senatam decisum refert.

26 Discutiamus modò nos, an cum Casale Turris nouæ venale extiterit expositiuè, prædictis omnibus fuerit adimpletum: vidi copiam processus factæ venditionis ad me transmissam; sed nullum ex prædictis requisitis interuenisse comperi; nullibi enim in processu legitur, constituisse de ære alieno pupillorum, minusquè apparet, quando verè æs alienum in medium extitisset, fuisse inuestigatum, an creditoribus satisfieri potuisset cum pecunia numerata pupillorum, si quam habuissent, vel mediantibus debitorum nominibus, vel cum fructibus, siue redditibus hæreditatis, aut bonis mobilibus, minusquè ruminatum fuisse constat, an aliud prædium pupillorum minoris importantis vendi potuisset, aut obligari, absquè quòd ad alienationem huius, de qua agimus, tenetur, procedi necesse esset, quam quidè inuestigationem putauit *Paul. Paris.* adeò necessariam esse, vt priùs quàm deueniatur ad venditionem bonorum stabilium, teneatur Iudex, decreto mediante, hoc declarare, nimiràm non extare bona mobilia, quibus possit æri alieno satisfieri in *cons. 100. num. 4. vol. 1.* vbi dicit hæc verba, *necessarium est, vt præcedat interlocutoria Iudicis, per quam declaretur, non extare bona mobilia ipsorum minorum, & quòd illa, quæ alienantur sint minus damnosa, &c.* nec paritèr pleno iure satisfactum fuisse legimus subhastationi, quam requirit *textus*, à nemine ex *Doctoribus*, quos vidi circa alienationem

prædiorum pupillorum obseruatus in *l. fin. ibi, nec seruata sollempnitate hastarum, C. si aduersus Fiscum restitutio postuletur*; nam & si 28 per dies decem durauerit, nullitèr tamen id actum, cum incòtrouersum sit, quòd res minorum, & Fiscus vendendæ, ad minus viginti dierum spatium sub hasta stare debent, ita *glos. in l. 1. in verb. omni ordine, C. de fid. instrum. & iur. hasta fiscalis, lib. 10. Capyc. decis. 36. num. 4. Rolan. cons. 33. nu. 14. lib. 1. Fabian. de Mont. tract. de empt. & vedit. 5. par. princip. num. 83. & 89. Escob. de ratiocin. cap. 16. num. 13. & 14. Menoch. de arbitr. Iud. casu 129. in fin. & 171. num. 28. Gratian. discept. foren. tom. 2. cap. 375. num. 16.* vbi expressè dicit, quòd terminus huiusmodi à lege præscriptus tolli non potest, *Montan. de tutel. cap. 33. nu. 60. & 61. Rot. decis. 485. nu. 9.* penès *D. Eudouif. & decis. 3. num. 7. & 8. decis. 24. num. 3. & dec. 106. num. 7.* inter impressas post tract. de subhastat. 10. *Anton. Mangil.* qui idem affirmat *quæst. fin. num. 16.* cui quidè subhastationis 29 sollempnitati, cum sit inducta ad fauorem eius, cuius bona alienantur, Iudex, aut emptor renunciare non potest, *Bart. in l. 1. num. 4. ad medium, C. de fide instrum. & iur. hasta fiscalis, lib. 10.* & quamuis sit Iudici arbitrium, tempus dictorum viginti dierum vltimè ad annum prorogare, vt per *Escobar*, citato *cap. 16. num. 13. & 14.* non tamen potest illud minuere, *Bart. in l. si tempora, num. 1. in fine, & num. 8. cit. tit. C. de fid. instrum. lib. 10. Azueo. in l. 2. num. 10. tit. 11. lib. 9. legum Hispan. Dodoc. Dambouderius de subhastat. cap. 5. num. 2. Ferron. super Consuet. Burdegales. tit. 13. in fine, de subhastat. col. 1. post princ. vers. idè autem.*

30 Quid pluris? quam nam huius alienationis causam Iudex habuit? aliam in processu non inueni, nisi dumtaxat illam, nimiràm, vt Casale Turris nouæ ad manus Dominorum de Aldobrandinis deueniret; illa enim vnica, quæ à iure requiritur, vt scilicèt creditorum existat præcisa vrgentia, nec in processu legitur, nec extrâ colligi potèst; nusquam enim creditores hæreditatis Fræcis coràm Pontifice Clemente, nec coràm Urbis Gubernatore comparuisse constat, pro huius tenetur venditione instantes; etenim æs alienum huius hæreditatis, prout in factis fiet clarum, pro maiori parte non nisi in censibus perpetuis consistebat, pro quorum sortis consecutione nec creditores urgebant, nec urgere poterant; nam cæsus annui decursi, qui debebatur, summam feutorum quindecim millium circitèr non excedebant, soluique poterant commodissi-

me, vel ex redditibus hereditatis, vel ex tot censuum impositione, siue ex alterius corporis hereditarii æqualis æstimationis alienatione, plura enim aderant in hereditate sufficientissima, immò tunc temporis, quod est plus, nec pro prædictis scutis, quindecim mille creditores super Casale Turris nouæ recurrere poterant, ex causis in facti nota demonstratis: vbi ergo in hac, de
 31 qua agimus alienatione, extitit creditorum urgentia? quæ ad eò à Doctoribus pro præcisa, & necessaria considerata fuit, vt ea cessante, dixerint, aliam non inueniri sufficientem, ad alienationem prædiorum pupillarium iustificandam; nam quòd ex alienatione alicuius prædij magna pupilli utilitas redundet, dum æs alienum non vrget, alienatio non permittitur; nõ enim minor potest alienare pro habenda pecunia, ex qua multum iucrari posset, quia utilitas minoris, siue pupilli non consideratur in augendo patrimonium, sed in non diminuendo: insuper dixerunt, non sat esse, quòd existat æs alienum, sed necesse est, quòd creditores instent, & tutores cogant: probant hæc omnia, post Classicos, *Ant. Capyc. decis. 113. Rotan. conf. 33. in prime. lib. 1. & cons. 60. lib. 4. Riminal. iun. conf. 247. num. 33. & 255. num. 27. & seq. lib. 3. Neuz. conf. 16. Nat. conf. 162.*
 32 vbi nullam dicit alienationem prædij maioris valoris, quàm sit æs alienum, pro quo exsoluendo vrget necessitas, & *conf. 631. nu. 35. & 36. Decian. conf. 20. nu. 51. & 83. lib. 5. Honded. conf. 23. nu. 26. & 33. lib. 2. Raudens. de analog. cap. 30. num. 118. & decis. 30. num. 227. Menoch. conf. 822. num. 81. & 82. lib. 9. & de arbitr. Iud. casu 171. Foller. de censibus, §. huiusmodi census, num. 40. Casar Vrsil. in addit. ad Affl. decis. 87. vbi Sacrum Consilium Regni huius, alienationem prædij minoris cum omnibus iuris sollempnitatibus secutã, nullam declarauit, ex eo, quòd creditorum urgentia non concurrat, nulla de pupilli utilitate, quæ allegabatur, ratione habita, *Pisanel. & Carauit. in addit. ad Affl. citata dec. 249. Surd. conf. 115. num. 25. lib. 1. & dec. 278. num. 20. & 23. Masul. & Petr. ad Capyc. allegata decis. 113. Mastrill. decis. 121. Gutier. de tutelis, 2. par. cap. 5. num. 75. Castill. decis. 18. à num. 22. vsque ad 37. lib. 1. Acac. Ant. de Ripoll. var. resol. cit. cap. 11. n. 357. & seq. Franc. Ant. Costa Siculus, tempore decisionis huius causæ omninò videndus *conf. 70. num. 9. & 11. quo loci declarando, quando æs alienum vrgeret dicitur, inquit, quando creditor ad soluendum cogit, & alstringit, sicquæ vt sit creditor de presenti, & quòd verè instet assidue,***

*quia vrgeret non est aliud, nisi comprimere, atque impellere, allegat Menoch. Bald. Cauale. & alios, vt ibi, & demum nu. 11. addit hæc verba, non est dicere, quòd erat debitum sub vsuris, idèò dicendum erat imminere æs alienum, ex l. magis puto, §. non passim, quoniam respondetur, textum prædictum, & DD. loqui in debito, quòd parit vsuras, & potest peti simul cum vsuris, vt videri possunt; at hic non sumus in debito, sed in capitale, quòd est demortuum, & nullo iure peti potest. hæc ille; quæ omnia eo magis erant benè obseruanda in alienatione, de qua agimus, cum paritè tractabatur de distractione bonorum, non solum pupillarium, sed etiam fideicommissorum, quorum alienatio, quando fieri necesse est ex causa soluendi debita fideicommittentis, est etiam prius benè inuestigandum, an in hereditate adsint bona libera, siue mobilia, vel nomina debitorum, quòdquæ nè pro modico debito alienetur res magni valoris, prout contigit in casu nostro, vt satis notantè post *Gabr. conf. 118. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 40. num. 23. & 25. Gratian & alios obseruat Olier. Beltram. in addit. ad D. Ludouic. dec. 299. vbi sic de anno 1618. 18. Iunij in vna Romana fideicommissi, coram tunc Reu. P. Remboldo per Rotam tẽtum fuisse testatur.**

35 Quibus quidè iuris, & facti nullitatis accedit & altera, nõ minus quàm alie, insanabilis, cum ad alienationem prædictã deuentum fuerit, nõ aliter citatis pupillis, de quorum principali interesse agebatur; nusquam enim vidi, nec audiui procedi ad alienationem bonorum alicuius, qui supponitur debitor pro dimittendis illius creditoribus, non audito, siue citato ipso debitore, ad hoc vt iura, si quæ habet aduersus suos creditores, proponere posset; etenim si in hac venditione vocati essent pupilli comparentes, benè, ac facili quidè modo alienationem euitare, ac impedire potuissent. Primò, ex vi transactionis à Clemente fieri ordinata, quæ certè operabatur, nè de venditione tractari posset illorum bonorum, quæ pupillis omnimodò restituenda erant. Secundò, demonstrando, quòd nõ aderant creditores pro venditione urgentes. Tertiò, quando benè extitissent, quòd petere non potuissent sortem penitus demortuam, & respectu censuum decursum, quòd alio modo illis satisfieri potuisset, quàm ad venditionem loci tantæ æstimationis, & qualitatis deuenire; deficiente ergo hac citatione, consequens est dicere,

male, nè aliud dicam, ad alienatione Casalis prædicti fuisse processum; est enim satis vulgatum, citationem esse de iure diuino, & naturali, sicquè omnem actum iudicarium absque partis citatione factum, ipso iure nullum esse, allegatur cõmuniter *tex. in clem. pastoralis, S. ceterum, de re iudic. in cap. 1. de caus. possess. & propriet. in cap. 2. de testib. & in cap. constitutionem, de sent. excom. in 6. in l. de vnoquoquè, ff. de re iudic. in l. nam ita Diuis, ff. de adoption. in l. fin. C. de legib. & in l. ea, que, C. quomodo, & quando Iudex, & quòd citatio cum sit de iure diuino, & naturali, omitti non possit, nè defensio tollatur, tenet *Bal. in l. cum fratre, C. de his, quib. 36 ut indig & in l. 1. col. 2. vers. sed hic queritur, C. quomodo, & quando Iudex, vbi plus dicit, quòd non potest per statutum induci, vt omittatur citatio; idemquè dixerunt *Felin. in cap. ex parte, col. 2. extra de offic. deleg. Marant. in spec. par. 6. in verb. validum, & inuaidum, num. 10. & 11. & in verbo rectè concipiatur citatio, nu. 3. Minyng, sing. obser. cent. 6. obser. 5. num. 4. Vant. de nullis. process. in tit. de nullis. ex defect. citation. num. 7. vbi dicit hac sollemnitate Deum Omnipotentem prius quam Adam, & mala Sodomæ iudicaret, vti voluisse, non quòd aliquid sibi esset absconditum, sed vt Iudicibus huius seculi exemplum daret, & quòd nec etiam à Principe tolli possit citatio, ex iuribus in dicta *clem. pastoralis, S. ceterum, de re iudic. & in cap. 1. de caus. poss. et propriet. tenent cõmuniter DD. in l. fin. C. de legib. Alex. in d. l. de vnoquoquè, num. 12. Dec. cons. 603. viso puncto, num. 11. & 12. & cons. 410. num. 17. vbi expressè dicit, Principem contra subditum citationis defectum supplere non posse, *Affl. decis. 307. in fine, & 391. num. 2. 3. & 4. Boer. decis. 247. num. 5. 6. & 7. Couar. pract. quest. cap. 23. num. 6. Bixet. in rubr. de rescind. vend. par. 1. num. 21. Menoch. de arbitr. Iud. quest. 17. num. 5. lib. 1. Batar. ad Iul. Clar. quest. 31. num. 8. Orlan. Glor. resp. 7. num. 5. 1. Rot. satis bene decis. 179. num. 2. & 3. par. 1. in recollet. per *Rerinac. vbi dicit, nullitatem ex defectu citationis esse insanabilem, quia tollit naturalem defensionem, de iure naturali, & diuino competentem, idemquè noster Consiliarius *Fab. de Anna obser. decad. 1. obser. 4. vbi in hoc denegat Principi potestatis plenitudinem, & quòd nec Papa ad actum iudicarium maxime in profanis, absque partis citatione procedere possit, dixerunt *Roman. sing. 671. in suis, Soc. sen. cons. 164. nu. 16. vers. & hanc opinionem, lib. 2. Foller. ad Mart. loc. cit. num. 12. Vant. d. tit. de nullis. ex********

defect. citat. num. 9. & Barbof. alijs omittis in collect. ad d. cap. 1. de caus. possess. & propriet.
 38 Etenim in materia, de qua agimus, iuris est indubitati, & in omnibus Christiani Orbis Tribunalibus seruatur, quòd quando ad creditoris instantiam res debitoris venalis exponitur, est citandus debitor super decreto interposito, quòd res vendatur, quam citationem esse de substantia actus venditionis faciendæ, dixit *tex. in l. creditor, C. de distract. pignor. Affl. decis. 358. vbi Vrsill. plene addens, Rot. decis. 416. penes D. Ludouic. Mangil. cit. tract. de subbasat. quest. 7. num. 1. & his addo Iodochum Dambouderiũ eod. cit. tract. de subbasat. cap. 3. num. 20. vbi hæc verba profert, in qua quidem venditione necessario desideratur presens debitor, de cuius praiudicio agitur, quod intellige verè, vel interpretatiue, nempe quòd fuerit citatus cum intimatione ad personam, vel domicilium, aliàs sibi nunquam fieret praiudicium, &c. Item antequam res 39 vendenda ad publicum incatum ponatur, relaxatur alia citatio, quam Neapoli mandatum ad relucendum appellamus, ibi enim certus terminus debitori præscribitur, intra quem bona vendi ordinata pro satisfaciendis creditoribus valeat reluere, quo termino elapso, & debitore pro reuisione nõ comparente, venditioni datur finis, istamquæ aliam citationem esse pariter necessariam, dixit *Rot. decis. 406. num. 5. par. 4. recent. & decis. 35. num. 6. & dec. 51. n. 5. penes Mangil. in cit. tract. de subbasation.**

Tertiò, vt ad alia deueniamus, hæc omnia supra iam dicta, luce meridiana clario-
 ra, nullo pacto controuerti posse affirmamus, si quis ex aduerso opponeret, benè, ac de plano illa procederet, quando Executor, vt Iudex forsàn ordinarius, suam exercès iurisdictionem, sic, vt supra præcipitanter, & nulla causæ cognitione præcedente ad alienatione, de cuius nullitate egimus, processisset, sed in hac re, non nisi supremi Principis mandati merus Executor existit; Pontifex enim fuit ille, qui iurisdictionem in his, & similibus casibus aliàs inferioribus Iudicibus demanatham reassumens, tanquã supremus Iudex de Apostolica potestatis plenitudine aduocando ad se prius omnes, & singulas lites, & causas, coram quibuscunque Iudicibus super dicta tenuta, siue aliqua eius parte inter quascunque personas forsàn existentes diffinitiuo decreto mediante semel, atquè iterum venditionem ordinauit, sicquè Iudici commisit, simulquæ mandauit, vt tenetè integræ, quam ipse ex

bonis hæreditariis elegit, & deputavit, sine de Cinciis, sine creditorum instantia, & citatione, venditionem explere, & perficere deberet, nulla alia iuris, aut statutorum, consuetudinis, aut filii Curia, vel Tribunalium quorumcumque solemnitate seruata, ac præuio pro subhastatione vnico edicto, cum termino dierum decem currentium pro 40 ultimo, & preceptorio termino, vnde his stantibus potest dici, quod cum hæc solemnitates sint iuris positivæ, Princeps superiorem non recognoscens, illud obseruare non cogitur, & successiue venditio modo, quo supra à supremo Principe facta, pro firma, & valida erit habenda, ad tradita per *Petr. Bellug. in specul. Princip. rubr. I. in §. his igitur, num. I. fol. mihi 38. post Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo videbitur, & in*

41 puncto, quod Pontificia authoritas defectum iuris solemnitatum supplere possit, post *Abb. & alios dixit Rot. decis. 508. nu. 2. penes Seraphin.* Etenim (circumscripta solemnitate citationis, cuius defectum probauimus supra, Papam supplere non potuisse, quinimmo certum est, reuocare noluisse, nisi quoad electionem Casalis, si bene attendantur verba motus proprii, & hoc, quia veris existentibus suppositis, citatio erat omnino superflua) facili quidem modo huic motiui responderetur, si inuestigemus causas, quæ Pontificem illum mouerunt ad venditionem Casalis prædicti ordinandam, quas si veras, prout credebat *Clemens* non inuenimus, utique ex intentionis defectu illius decretum corruit, & successiue omnia per Executores gesta, et à *fel. mem. Paulo V.* demum post *Clementis* obitum confirmata, nulla, ac prorsus inualida redduntur, ex iuribus indiuidualibus inferius allegandis.

42 Cause enim, et finales, ex quibus *Clemens* ad venditionem Casalis prædicti ordinandam motus fuit, ex chirographorum lectura sunt satis patentes; supposuit enim primo, Francisci hereditatem, quæ ad pupillos ex filio nepotes spectabat, maximo ære alieno grauatum esse, illudque propter usurarum, seu interesse cursum in dies magis excrecere. Supposuit secundo, creditores pro eorum satisfactione maxima cum instantia egisse. Supposuit tertio, creditores, et hereditatem in angustiis reperiri. Supposuit quarto; nulla alia bona in hereditate adesse, ex quibus potuisset commodius creditoribus satisfieri, nisi Casale Turris nouæ, quod vendi iudicatum fuit expediens. Supposuit quinto, cum hac venditione creditoribus, hereditatem, et Fisco prodesse.

43 Modò harum causarum veritatem nos inuestigantes, illas prorsus falsas, nullamque veram comperimus; non primam, quia, vt superius annuimus, & in facti nota demonstratur, æs alienum hereditatis summam, circiter scutorum duodecim millium censuum decurforum non excedebat: fors enim istorum annuorum introituum non debebatur, quia iuxta *Pij*, aliorumque summorum Pontificum *Constitutiones*, demortua dicebatur, & quædo illam creditoribus debita materemur, summam scutorum sexaginta millium non excessisse inuenimus, quæ quidem summa, viribus hereditatis attentis, scuta tercentum mille excedentibus, exigua potius, quàm magna dicebatur, & quæ dicendum, falsò, & malè informatè supposuisse, simulque credidisse, Pontificem illum, Franciscum maximum æs alienum contraxisse; falsò etiam præsupposuit creditorum vrgentiam, ex quo illi verè non vgebant, nec vrgere poterant, ex causis in facto deductis: nec similiter verum, creditores in angustiis reperiri, ex quo singuli diuites erant, benè verum, quod hereditas reperiebatur in angustiis, & maximis, quia contra omne ius in Fiscum posse existerat, & insuper debitores hereditatis non premebantur à Fisco, & tamèn aderant ad summam scut. 26000. & vltra, quartum *Clementis* suppositum falsissimum extitisse, non est qui dubitet, ex quo alia in hereditate aderant corpora minoris æstimationis, ex quorum, sine illorum cuiuslibet venditione commodissime creditoribus satisfieri poterat: falsum pariter fuit aliud præsuppositum, hæc venditione vtile hereditati, & Fisco fore obueniendum, cum Fiscus nullum affectus fuerit commodum, & hereditas, vt notum est Deo, & hominibus, maximum reportauit detrimentum.

44 Falsis igitur existentibus causis, super quibus venditionis fundamentum iactum est, oritur clara iuris dispositio, vt de venditione prædicta nulla sit habenda ratio, & nè vagemur per mendicata suffragia, allego *tex. indiuidualem in l. et si Præses 5. C. de prædijs, et alijs reb. minor. vbi expressis verbis Imperatores determinarunt, nullam fore iudicandam alienationem prædij alicuius pupilli, si demum detegitur, quod ex falsis causis Præses Prouinciæ venditionem illam decreto mediante ordinauerit, ad quod allegat alia iura concordantia. Acac. Ant. de Ripoll. cit. cap. I. I. num. 381, & conferunt scripta per Franciscum Becc. cons. 12. num. 34. lib. I. & per Francisc. Nigrum controuers. iur.*

cap. 219. num. 88. & seq. nec dices, tex. in d. l. *et si Præses* cum concordantibus loqui de decreto interposito à Præside Prouinciar, qui Iudex dicitur inferior; in casu autè nostro à Summo Pontifice, qui Princeps dicitur supremus; nam respondemus, rescriptum Principis mandantis, siuè permittentis, bona pupillarum, siuè minorum vendi, non operari plus quàm Iudicis inferioris decretum operatur, hic est tex. in l. 2. vbi hoc notant omnes Doctores, C. quādo decreto opus non est, Montan. de tutelis, cap. 33. num. 574. & alii.

Et cum hoc præsupposito, quòd causæ, quæ Pontificem *Clementem* ad venditionem ordinandam mouerunt, falsè detectæ sunt: addo vnum, quamuis non necessarium, illudquè est, quòd si secuta non esset transactio cum Fisco, sicquè, vt hereditas Francisci cum effectu esset Fisco incorporata, certè posset idem Fisco pro venditionis nullitate hodiè instare, & obtinere, cum perperam, & non seruatis de iure seruandis, processum fuerit ad venditionem rei ad Fiscum spectantis; venditio enim rerum fiscalium vt valida sit, multa concurrere debet, vt videre est penès *Peregr. de iure Fisci, lib. 6. tit. 4. à princip. & Alfar. de offic. fiscal. glos. 34. num. 32. 33. 34. & 44.* in quibus locis decem, & plura connumerant requisita pro rei fiscalis venditione valida reddenda, quæ in venditione huius Casalis, quatenus iudicatum fuisset, ad Fiscum spectare, nullatenus adhibita fuisse constat, immò in multis illi præiudicium illatum, vt ex tenore motus proprii, & ex venditionis progressu nimis clarè patet, quòd sit, vt negari non possit, quòd propter defectum sollemnitatum de iure adhibendarum competeat Fisco ius dicendi de nullitate, cui quidè iuri obstare non poterat sollemnitatum adhibendarum derogatio, de qua in secundo motu proprio, ex quo derogatio illa, vt supra diximas, processit, credens Pontifex causas, quæ ipsum ad venditionem decernendam mouebant, veras esse, non autè falsas, prout nunc detegitur, vnde ex intentionis defectu corruiat prorsus præfata derogatio; quo enim pacto credi potest, Pontificem illum, qui suo tempore, vt cõmuniter fertur, magnus extitit Iuriconsultus, voluisse sub falso prætextu venditionem rei fiscalis decernere, totquè iuris sollemnitatibus derogare nonnè compertum erat illi, quòd rei veritate detecta, derogatio ex intentionis defectu corruebat? Hoc sic stante, sequitur certè dicendum, quòd cum ex motu pro-

prio tunc Sanctissimi, ex quo orta fuit transactio Domini actores tunc pupilli plenariè, & in omnibus subrogati fuerint in locum, & iuribus Fisci, atquè Cameræ Apostolicæ, illisque cessa fuerint omnia, & singula iura Fisco, & Cameræ, contra quascunq; personas horum occasione competentia, etiam si necesse esset, de illis specialem, & indiuiduam fieri mentionem, dubitari nõ potest, fuisse paritèr eisdem pupillis cessum ius illud Fisco competens pro annullanda venditione, ad quam iuris forma non seruata fuerat deuētum, ita ut quemadmodum potuisset Fisco ante cessionem de nullitate dicere, possint hodiè eius cessionarij, quorū iustitia, si ex alio non esset tam clara, et enixa, prout fuit demonstratum, ex hac cessione dumtaxat ius bonum fouerent, et indubitatum.

Sed hìc dicent aduersarij, cessionem hanc tam amplam ad pupillarum beneficium in chirographo Apostolico ordinatam, fuisse demum in transactionis instrumento restrictam, & in specie cum præfata tutrice conuentum, vt subhastatio tenetæ Turris nouæ venditionis instrumentum, omniaq; in eo contenta approbare, & ratificare deberet, prout approbavit, et ratificauit, vnde ex hoc dicendum videtur, non alitèr fuisse, in pupillos ius illud de nullitate dicendi Fisco competens trāslatum, et cessum, immò ratificationem illam secutè transactionis partem esse; etenim huic obiecto satis, superq; credo fuisse superius responsum, dum multifariam de iure fundauimus, ratificationem hanc nullius momenti esse, nunc addo, ibi dicta magis corroborando satis à veritate, iurisq; regulis aberrare illum, qui affirmare auderet, assertam promissionem à præfata tutrice factam contra venditionem Casalis non venire (quam in instrumento transactionis adhuc inuenire nequiu) compositionis partem esse, quādoquidè certo certius est, in omnem casum promissionem hanc prorsus inutilem esse, tanquā ad transactionem non pertinentem, & probatur, cum extorta illa sit à Iudice, cui nulla erat tributa potestas ad similem promissionem contra non venire, siuè contractus ratificationem recipiendam, ex quo in perficiendo transactionis actu, non nisi merus Executor rescripti Pontificis existit, & mixtus dumtaxat in arbitrandam pecuniarum summa à pupillis exsoluenda, qua arbitrata, & soluta mandauit *Clemens*, vt plenariè bona omnia pupillis restitueret. Vellem modò ego scire à spiritu huius Executoris,

quis

quæ ei imposuit, ut peracto pecuniæ exsoluendæ arbitramento, ratificationem secutæ venditionis à pupillarum matre, & prætenfa tutrice extorquere deberet; in chirographo, cuius merus Executor erat, verbū nullum de hoc; posset quis dicere, fuisse hoc procuratum à Fisci procuratore pro Fisci cautela, stante eius obligatione in venditione, sed (omisso quòd dicta obligatio purè facta contra formam, & naturam mandati fuit dolosè inhita ad habendum colorem extorquendi ratificationem, ut dixi) responsio est patens, nullum commodum ex hac ratificatione Fiscum reportasse, nec illius intererat, talem assequi ratificationē, nam dato, quòd emptori lis à pupillis moueretur, Fiscus vigore pactorū, quæ apponi non erāt solita, de iure non tenebatur, *Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. tit. 4. n. 7. et n. 37.* vnde remansisset tātum obligatus de euictione, & sic ad pretium propter eius priuilegia idē *Peregr. loc. cit. n. 36.* ad quòd nec propter promissam euictionem molestari poterat, existebat enim pretium integrum, prout modò extat, partim inuestitum in locis montium, & partim penès creditores, qui fideiussores ad emptoris fauorem dederunt. Dicit alius, ratificationem partem esse compositionis, quia forsā Executor, nisi prætenfa tutrix ratificasset, maiorem pecuniarum summam arbitratus esset, sed ego respondeo, hoc credi posse, quando venditio Casalæ utilitatem aliquam Fisco attulisset, sicquē ut per illius ratificationem allatæ utilitas confirmaretur; at quia Fiscus nullū ex ea distractione reportauit commodum, ex quo pretium in illius beneficium cōuersum non fuit, non est, cur dici possit, quòd nisi prætenfa tutrix ratificasset, Executor maiorem pecuniarum summam à pupillis exsoluendam arbitratus esset; vnde cū huius extorsionis ratio aliqua assignari nō possit pro Fisco, consequens est dicere, ratificationem non ad alium finem ab Executorē procuratam, nisi falsò credens ipse sic emptori prodesse; verū cū ipse idem emptor cognouisset, quòd hæc ratificatio quoad sui beneficium nullius momēti erat, sed prorsus inefficax, vel quia dubitari poterat, procuratam fuisse pro Fisci interesse, et ipsi emptori prodesse non poterat, vel pro eius utilitate, et videbatur satis indignum, ut Iudex, qui vendidit, et qui in venditione Fisci, et hereditatis partes sustinuit (vel, ut verius dicam, vigilantissimè sustinere debebat, correspondendo pietati, qua Pontifex ad venditionem deueniebat) de-

tegeretur, demū emptoris procurator indicauit expediens procurare, ut Domina Ludouicā pupillarum mater post tres mēses à die initæ transactionis, alio Instrumento sub data 10. Septembris 1601. Notariò pro emptore stipulante factam venditionē ratificaret, vtique enim si prima ratificatio, de qua in transactione facta ei fuisset, eademque proficisset, aliam non procurasset, cōfirmatur, nam defuncto demū emptore, considerātes idem hæredes eius procurarunt, ut Pontifex *Paulus* nō minus, quàm *Clemens* in hoc negotio deceptus ratificationem prædictā, de qua in instrumento stipulato sub dicta die 10. Septembris confirmaret, nulla facta mentione de ratificatione in transactionis instrumento contenta, tanquā inutili, et emptori non proficua, & quæ nullum poterat bonum producere effectum, quòd cū Sole clarius sit, amplius hac in re non insisto; scio enim, Illustrissimos Dominos Iudicantes, religione, ac doctrina præclarissimos, hæc omnia benè perpenfuros.

47 Quartò, nec de huius venditionis nullitate dubitari posse addo, si quis imprudenter, et articulo non degustato opponeret, deliberationis contractum, quamuis *legibus*, ac *Doctoribus* resistentibus celebratum, fuisse demū per pupillos maiores effectos tacitè ratificatum, sicquē hodiè Excellentissimam Principissam posseditricē, ex suorum prædecessorum persona iuuari dispositione *textus* in uulgata *l. fin. C. si maior factus alienat. fact. sine decreto rat. habuer.* quæ sancitum extitit, ut si minor factus maior infra quinquennium alienationem rei suæ non seruat de iure seruandis factam non impugauerit, de cætero non audiatur; hoc enim uoluit ibi *Imperator*, ut quinquennalis taciturnitas operetur, nimirum, ut censeatur alienatio infra illud tempus à Domino tacitè ratificata; vnde in casu nostro cū Domini Felix, & Chrystoporus maiores effecti infra hoc quinquennium à lege præscriptum, alienationem prædictam nō impugauerint, uidetur, quòd tacitè illam approbauerint, immò non solum tacitè, sed factò etiam illos ratificasse dici potest; cō-

48 stat enim, Dominos actores maiores effectos exegisse annuos fructus obuentos ex pretio Casalæ inuestito in emptionem tot locorum montium, sicquē per hanc exactiōnem uidetur, quòd sit inducta ratificatio venditionis re ipsa, et factò, quòd ratificantis animum ostendit; voluntas enim non-

tantum

49 tantum uerbo, sed etiam facto aperte, si sine declaratur; & ratificatio, quæ facta sit, equipollet ratificationi, quæ sit uerbis, ut est *tex. in l. Paulus respondit*, ff. *rem rat. habet.* quod in terminis *d. l. fin.* obseruat *Azo. in sum. C. si maior factus ratum habueris*, qui est *titulus lib. 2.*

50 Sed certè fallax satis erit obiectio hæc, considerantes primò, dispositionem præcitate *l. fin.* in casu nostro, facti qualitate attempta non subintrare; etenim sanctio illa loquitur, quando alienatio ab ipso pupillo, aut minore facta esset, ibi in *tex. is, qui eum fecit, vel hæres eius, &c.* vel à tutore, siue curatore, iuxta intelligentiam *glos. in verb. minorum, in princ. & Azon. ibidem*, sub illis uerbis. *Ceterum (quantum ad ratihabitionem tacitam pertinet) non habet locum iste titulus, nisi cum res, ut pupilli est uendita, hoc est ab ipso pupillo tantum, vel à curatore tantum, vel ab utroque, &c.* quod placuit *Ludonico Morot, resp. 42. num. 7. & 8. Ant. Fabr. diffinit. 2. C. eod. tit. & Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 10.* quos omninò uide; in casu autem nostro, nec à pupillis, nec à tutore, ergò. Secundò, quando citata *l. fin.* extendi posset, adhuc si alienatio nequè à minore, nequè à tutore, vel curatore facta esset, sit locus in casu nostro omnibus limitationibus à *DD. ad l. prædicta* sparsim accommodatis: & primò, ut tacita quinquenalis ratihabitione nõ procedat, quando in contractu alienationis aduersarii dolus intercesserit, quæ in contractu, de cuius nullitate agimus, intercessisse, ex his, quæ superius exarauimus, & inferius dicemus, dubitandũ non est, ita *Socin. in l. cum filiusfam. num. 1. ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 170. num. 29. lib. 1. Rot. decis. 1. par. 3. penès Verall. Menoch. de recuper. possess. romed. 15. num. 177. & seqq. bene Paul. Mont. de tutel. cap. 33. num. 564. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 3. & 32. Acac. Ant. de Ripoll. omninò uidentur cit. cap. 11. à nu. 367. usque, & per totum 371. ubi pluribus relatis Doctoribus hanc firmantibus conclusionem, testatur, & tandem sic per illum Senatũ decisum, annullando alienationem quarundam proprietatum dolo factam, non obstante, quòd plura quinquenaria post maiorem ætatem minoris alienantis decursa essent; sicquè iudicatum, in uenditionibus dolo factis rerum pupillorum, & minorum dispositionem citata *l. fin.* locum non habere; addit demum *num. 372.* ut idem sit in dolo præsumpto, ad quòd probandum allegat *Bal. cons. 45. lib. 2. Ruin. cit. cons. 170. nu. 29. lib. 2. Rom. cons. 54. num. 3. uers. contrarium, Curt. Iun. cons. 50. num.**

6. & seq. lib. 1. Riminal. Iun. cons. 248. num. 18. lib. 1. Osa. decis. 179. num. 13. Menoch. cons. 564. num. 18. & cons. 589. num. 16. lib. 6. & Rot. penès Verall. cit. decis. 1. in fine, ubi sic iudicatum refertur; quo dolo, & fraude sic stantibus sit locus alteri limitationi, ut *d. lex fin. C. si maior fact.* locum non habeat, de iure Canonico, ut post *Ruin. Nat. Riminald. Iun. Sord. & alios*, quos citat, tradit idem de *Ripoll.* ubi supra *num. 374.* quo loci dicit, quòd cum in Cathalonia, quando illius Comitatus constitutiones deficiunt, ex particulari lege sit cautum, ut sit prius seruandũ ius canonicum, nunquam uenditio rerum minoris sine iuris sollempnitate facta, per quinquennii cursum ratificata censetur, si in uenditione malam fidem interuenisse, constaret, ad *tex. in cap. fin. de præscript.*

53 Item non desunt Doctores, & grauissimi, (licet non sine controuersia) qui tenuerunt, citatam *l. fin.* non procedere, nisi in casu, de quo loquitur, nimirum quando uenditio decreto tantum careret, ut tunc ratificatio ex quinquennii cursu inducatur; ceterum si alia, præter decretum, concurrerent nullitates, prout in casu nostro latè supra demonstrauimus, cessare prorsus dispositione legis prædictæ, dixerunt *Paul. Paris. cons. 49. num. 10. 11. & 12. lib. 1. Morot. loc. cit. nu. 12. & alij penès Ripoll. loc. cit. num. 365. et seq. Rot. Rom. penès Greg. XV. decis. 260. num. 13. et decis. 273. num. 19.*

54 Insupèr non desunt & alij, qui dixerint, *d. l. fin.* non procedere, quando duplici uitio laboraret contractus, nullitatis nimirum, & læsionis, ut uidere est penès *Menoch. d. remed. 15. num. 184. et Mont. cit. cap. 33. nu. 570.* quam quidè læsionem, si dicemus, in uenditione, de cuius nullitate agimus, concurrisse, nõ esset ponere os in Cælum; constat enim, omnia Casalia, & bona Casali Turris nouæ contigua, & adiacentia, paulò antè, & post subhastationem multo maiori pretio uendita fuisse, eosdemquè Excellentissimos Aldobrandinos, & demum Excellentissimos Burghesios emptores extitisse; & hinc elucet summa prouidentia, uoluit Deus, qui cuncta bene disponit, ut damna, quæ ab Excellentissimis Aldobrandinis, & Burghesiiis, licet certè contra eorum optimam intentionem infantes senserunt, gesta per eosdem essent instrumenta illa emendata.

55 Illud autem à nemine controuersum reperio, nimirum hoc quinquenarii tempus, tacitam producens ratificationem, tunc demum à die completæ minoris ætatis currere, si minor ipse maior effectus, perfe-

& de uenditionis nullitate notitiam ha-
 buerit, quia si uitorum, siue defectuum ha-
 beret ignorantiam, immò etiam si esset in
 dubio, cessare prorsus dispositionem *d. l.*
fin. quæ in maioris scientiâ fundata est, di-
 xerunt *ibi DD.* communitè, et ex recentio-
 ribus *Corne. conf. 207. num. 7. lib. 3. Nat. conf.*
162. num. 31. et 32. lib. 1. Grammat. conf. 47.
num. 2. ubi dicit, nec præsumptam, nec taci-
 tam scientiam sufficere, idemquè *Ruin. cõs.*
63. num. 22. et 23. lib. 1. Vrill. ad Afflic. decis.
249. num. 13. et seq. Crauet. conf. 853. num. 4.
et 5. ubi dicit, quòd plena requiritur scien-
 tia, cù omnibus qualitatibus suis, ità quòd
 generica non sufficiat, *Ant. Fab. diff. 2. C. eod.*
tit. si maior factus, ubi dicit, idèò à die scien-
 tiæ quinquennium illud computari, quia
 56 uideri non potest, ut quis tacitè ratificet,
 quod ignorat *Paul. Montan. de tutel. cit. cap.*
33. num. 571. Menoch. de recuper. possess. remed.
15. num. 185. Diaz de Mena in addit. ad Ant.
Gammam decis. 76. in fine, Morot. loc. cit. nu. 9.
 quo loci adèò se rigorosè gessit, ut dixerit,
 simplicem uenditionis scientiam non suf-
 ficere, sed opus esse, ut in cunctis partibus
 contractus tenor, minori, maiori effecto, in-
 notuerit, *Castil. cit. decis. 18. num. 54.* et alii:
 undè cùm in casu nostro Domini Actores
 de iniustitia uenditionis, non nisi in anno
 1626. notitiam habuerint, et sub nube, quo
 tempore uenditionem illam expressè impu-
 gnarunt, non est, cur hodiè dici possit, ta-
 citè illos ratificasse, ex eo, quia intrà quin-
 quennium à die, quo maior eorù ætas ad-
 uenit, alienationem nõ impugnarunt, non
 enim, quod ignorabant impugnare pote-
 57 rant, ad *tex. in l. cum sex 55. ff. de adilit. edicto*,
 pro qua quidè impugnatione ad tacitam
 ratificationem tollendam, sat esse dixerunt
Doctores, extrajudicialè querelam, ità *glos.*
Salycet. & omnes in l. 1. C. si maior factus, &c.
Corn. conf. 36. num. 19. lib. 2. Nat. in addit. ad
 58 *Alex. conf. 117. lib. 5.* & alij; quibus sic stan-
 tibus, dico indubitanter, nullam faciendam
 esse vim, quòd Domini Actores maiores ef-
 fecti, exegerint annuos fructus obuentos
 ex pretio Catalis venditi, in emptionem
 tot locorum Montium inuestito, etenim
 alicuius momenti esset, quando Actores
 ipsi de uenditionis nullitate non ignari,
 fructus, siue redditus illos annuos, aut mē-
 struos exigissent è manibus emptoris, qui
 soluendo declarasset soluere pro totidem
 debitis ex causa emptionis factæ Catalis
 Turris nouæ; cùmquè in casu nostro ex-
 actiones uti de sorte patrimoniali factæ fue-
 rint, nec aliter per illas potuerint pupilli

maiores effecti, de uenditionis nullitatibus,
 & defectibus notitiam habere, ergo; quod-
 què mea hæc asseueratio vera ostendatur,
 videantur, quæso, omnes *Doctores*, qui in
 terminis *d. l. fin.* dixerunt, ratificationem nõ
 tantùm tacitè; sed etiam factò induci pos-
 se, sic exigendo, quia inuenimus, locutus
 fuisse, quando minor factus maior, intra
 quinquennium, vel post, pretium rei malè
 alienatæ, vel eiusdem pretij annuos reddi-
 tus solui conuentos, è manibus emptoris
 exegerit, sicquè, ut emptor, vel eius hæres,
 aut alter, eorum nomine soluerint, causam
 solutionis declarantes; in his enim termi-
 nis locutus fuit *Bald.* qui originalitè hoc
 dixit, & quem omnes post eum, huius dicti
 in authorem allegant *conf. suo 184. ad intel-*
ligentiam, vol. 2. ubi cùm prædij cuiusdam
 minoris in emphyteusim perpetuam, iuris
 sollemnitatibus non seruatis, facta esset
 concessio, minor factus maior, annum ca-
 nonem ab emphyteuta exegit, & demùm
 contractum impugnare intendebat, consul-
 tus *Bal.* respondit, non licere, quia recipien-
 do constitutum censum, concessionem ap-
 probauit, sic etiam locutus fuit *Alex. conf.*
117. visa processu, vol. 5. ubi contractum uē-
 ditionis, siue locationis perpetuæ rei mi-
 noris à tutrice sine decreto factæ, pro vali-
 do habendum esse consuluit, ex eo, quòd
 minor maior factus, egit ad pensiones ex
 illo contractu, & sic dicitur ratificasse, sic
 paritèr locutus fuit *Aret. conf. 127. eximie*
Doct. col. 2. vers. sed quando lex ipsa, ubi mi-
 nor factus maior, pretium rei suæ nullitèr
 alienatæ ab emptore receperat, sic etiam
Dec. conf. 231. dura admodum, antè nu. 4. vers.
quia non solum uerbis, sic Natta conf. 341. nu.
4. lib. 2. Montan. cit. cap. 33. num. 540. & in ter-
 minis nostris benè *Castil. cit. decis. 18. num. 3.*
55. & 58. ubi cùm ex pretio prædij mino-
 ris, iuris forma non seruata alienati, empti
 essent quidam annui redditus, quos minor
 ille maior effectus exegerat, agens demùm
 pro reuocatione factæ alienationis, nulla
 de exactione facta fuit habita ratio: primò,
 quia non erat probata scientiâ nullitatum
 alienationis, & cum suis qualitatibus: secū-
 dò, quia exegerat minor maior effectus, dū
 re sua priuatus extiterat, quo casu, ne care-
 ret ille re, & pretio, dictum fuit, etiam data
 scientiâ, ratificationem inductam censeri
 non posse, allegat *Rebuff.* ut ibi sic in casu
 simili iudicatum testantem.

59 Et ut omnis tollatur dubietas, circà
 obiectum prætenstæ tacitæ ratificationis est
 aduertendum, hìc non agi solummodò de

reuocatione alienationis rei pupilli, vel minoris, vti factæ non seruatis de iure seruandis; sed insimul de vindicanda re, cuius alienatio ab acquirentibus satis rigorose prohibita erat; vnde si diceremus, veditum fuisse Casale, de quo agimus, ab ipsis Dominis Actoribus, non in pupillari, sed in minori ætate constitutis, venditionemque sollemni iuramento firmassent, quo casu ex vulgari dispositione *tex. in Authen. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. contractus validus redderetur, in casu nostro, quia cū prohibitione legis minorum bona distrahi vetantis, concurrat insimul prohibitio hominis, permittitur reuocatio omni tempore, ita ex Authore damnatæ memoriæ in addit. ad Alex. conf. 93. nu. 8. lib. 7. et conf. suo 7. num. 15. Tiraquell. ad finem tract. de retract. conuent. num. 15. Benincas. de paupertate, in 4. speciali contractuum, Imol. in l. filiusfamilias 117. §. Diui, num. 12. vers. nam ex intellectu Bar. ff. de leg. 1. & alijs notat Montan. de tutel. cit. cap. 33. num. 604. quo loci num. seq. addit, vt nec Imperator possit minorem habilitare*

60 ad vendendum bona, quorum alienatio à testatore prohibita est. Dico plus, vt idem sit, si ratificatio in casu nostro verbis expressis à pupillis maioribus effectis facta esset; nam cum actum peregerint contra præceptum testatoris, qui, vt diximus, rigorose se gessit in prohibitione alienationis suorum bonorum, ipsimet possent venire contra, factamque ratificationem reuocare; hæc est enim magis communis sententia, & quæ frequentius in iudicijs obtinuit, vt alienans bona à testatore alienari prohibita, quia propter prohibitionem illam dominium in emptorem translatum non fuit, possit ipsemet alienationem contra ius factam, reuocare, sicque contra factum proprium, quamuis iuratum, venire, eoque casu limitari regulam *l. vindicantem, ff. de cuius. et l. post mortem, ff. de adopt. ita Bal. in l. quoties, la prima, num. 10. C. de fideicom. Paul. de Cast. in d. l. filiusfam. §. Diui, num. 3. in fine, ff. de leg. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glos. 2. num. 6. Afflic. decis. 240. num. 8. Gram. decis. 93. num. 3. Magon. decis. Florent. 92. num. 29. cum pluribus seqq. Ant. Gam. det. Lusit. 1. 1. 1. Vin. decis. 185. nu. 8. Mangil. de enit. quæst. 62. num. 10. & alii.*

61 Quinto, vt omnis tollatur obiectio, quæ aduersum nostram, quam tuemur sententiam, fieri potest, dico, quod ad satis miserabile refugium recurrerent aduersarij, si in hac causa præscriptionis terminos sub-

ingrederentur, siuè quadriennis, ex dispositione *l. bene à Zenone, C. de quatrien. præscript.* siuè longi, aut longissimi temporis, etenim quod attinet ad præscriptionem, de qua in *d. l. bene à Zenone* (qua sancitum extitit, vt habens causam à Fisco super re acquisita post quadriennij lapsum, à nemine molestari possit, qua quidem dispositione attentata videatur, quod Excellentissima conuenta sit tuta, cum à Fisco causam habeat, immò sic expressè in contractu venditionis conuentum, vt translatum diceretur in emptorem omne ius, & priuilegium competens habentibus causam à Fisco, & Principe) dicimus, huius *leg.* exceptionem, tot habere limitationes, vt ausus sit affirmare *D. Reg. Ioannes Franciscus de Ponte*, qui in his supremis Tribunalibus vti Advocatus, & Iudex inferior, et supremus diu mirificè præfuit, *legem* hanc nunquam vidisse in iudicijs locum habere, adque in *conf. 59. num. 49. et seq. lib. 1. et conf. 131. num. 140. et seq. lib. 2.* vbi addit, adeò strictè intelligendam, vt quilibet modicus sufficiat error ad faciendum, vt *lex* illa locum non habeat, allegat *Bald. in proam. decretal. Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 39. de constit. & Roder Suar. alleg. 10.* qui benè loquitur, & his addimus hoc idem firmantes *Socin. iun. conf. 69. nu. 60. & 61. vol. 1.* vbi plus voluit, quod dispositio huius *leg.* sapit iniquitatem, & quod, vt plurimum, est cōtrā regulas iuris, quo fit, vt de iure Canonico, etiam inter merè laicos locum non habeat, idemque post *glos. in cap. 2. de reb. Eccles. non alien. & in Authen. quas actiones, C. de sacros. Eccles.* scripserunt alij relati per *Ant. Gabr. com. conclus. lib. 5. in tit. de acquiren. possess. conclus. 2. num. 22. & 35. Duen. regul. 238. in 3. limit. & per Fabium de Anna omninò videndum*

62 *conf. 113. à num. 24. vsque ad num. 34.* Inter alias autem limitationes, quæ afferuntur, ad casum nostrum applicantur sequentes, & primò considero, an Urbis Gubernator de ordine Principis tenentem, de qua agimus, vendiderit, vti rem ad hæreditatem Francisci spectantem, prout ex chirographis, & instrumento celebrato nimis clarè constat, & certè *lex* prædicta locum non habet, cum ab omnibus sine contradictore intellecta sit, vt procedat, quando Princeps bona fide vendit rem vti suam, & ad se spectantem, ita dixerunt *Doctores* nupèr citati, quibus addendi sunt & alij, quos refert, & sequitur *Peregr. de iur. Fiscis, lib. 6. tit. 4. nu. 18.* vbi dicit, semper in hoc casu verum dominum posse agere, & ab emptore rem suam

vindicare, eoquē magis si Fiscus vendiderit, sed minus sol'emniter, prout in casu nostro; aut verò asserere velimus, Urbis Gubernatorem vendidisse vti rem ad Cameram spectantem, & hoc casu, quia in chirographis expressa fuit à Pontifice causa, vnde Casale prædictum in Fisci posse peruenerat, nimirum confiscationis, quæ quidem confiscatio vti executi in bonis fideicommissis subiectis, nullo pacto subsistebat, ex his, quæ in principio huius nostri responsi probauimus, & in hoc etiam casu communiter lex prædicta limitatur, ita in puncto originaliter dixit Cyn. in l. 1. C. de hered. vel act. vend. Soc. sen. cons. 121. nu. 25. lib. 4. Suar. alleg. 11. in fine, Ant. Gabr. loc. cit. num. 26. Gramat. decis. 65. num. 79. vers. item lex illa, Peregr. loco cit. vers. quomodo declara, Fachin. cons. 80. nu. 4. lib. 3. D. Reg. de Ponte cit. cons. 131. num. 143. lib. 2. fuit pariter lex prædicta limitata à Gram. relata decis. 65. num. 80. vers. vltimo, quando venditionis tempore rei vendita verus Dominus esset minor, prout in casu nostro, in quo eò fortius hæc limitatio procedit, cum ob amplissimas clausulas in chirographis contentas impediri fuerint Domini agere, atq; in iudicio iura sua experiri, sicquē sine dubio cessat prorsus dictæ legis beneficium, prout in terminis terminantibus dixerunt Alciat. cons. 9. n. 31. & seq. lib. 3. & Fachin. cit. cons. 80. nu. 6. lib. 3.

63 Respectu autem præscriptionis longi, siue longissimi temporis, quod Dominis Actoribus non obstat, est pariter indubitatum; Primo, quia tempore alienationis erant illi infantes, quorum fauore omnis præscriptio excepta est, vulgata J. siue, C. de præscript. 30. vel 40. annorum: Secundo, quia cum tractetur de bonis fideicommissis subiectis,

64 quando fideicommissarius agere non potuit, vel quia pupillus, prout in casu nostro, vel quia fideicommissi conditio adhuc non euenerat, nec hæres, nec quilibet tertius possessor, etiam cum titulo contra fideicommissarium taliter impeditum præscribere, potest, adhuc si tempus 30. 40. 60. & centum annorum elapsus esset, vt pluribus ad nauseam relatis ex recentioribus probant Peregr. de fideicommiss. artic. 41. num. 16. & Fusar. de substitut. quæst. 528. num. 4. vbi sic obtentum refert: Tertio, præscriptionis termini in casu nostro non subintrant, stante scientia emptoris fideicommissi, quæ ex venditionis instrumento satis clarè probatur, & sic cum emptor ille sciebat, Casale prædictum vendi non posse, quia fideicommissi vinculo suppositum, mala fides ei assistit,

quæ rem emptam facit impræscribibilem, cap. fin. de præscript. ita in puncto Cephal. cons. 624. num. 46. quem citat, & sequitur 66 Fusar. loco iam dicto, num. 20. quæ quidem mala fides non solum nocuit primo rei acquiritori; sed etiam eius heredibus, ex propria persona præscriptionem inchoasse prætendentibus, L. cum hæres, ff. de diuers. & tempor. præscript. Abb. Ant. de Butr. & omnes in cap. si diligenti, de præscript. Ataxand. cons. 99. lib. 4. Capyc. decis. 4. Reg. Ianuens. dec. 203. 67 Escob. de ratiocin. cap. 3. num. 27. & alij. Quarto, ex alio Casale prædictum redditur impræscribibile, cum ne alienaretur extente expressæ prohibitiones, & eum rationabilibus causis, sicquē sit locus dispositioni notabilis lex. in l. 2. C. de vsucapio. pro emptore, & ibi glos. et DD. omnino, Bar. in l. vbi lex 24. num. 1. vers. idem si contra voluntatem defuncti, de vsucap. Abb. in cap. cum non liceat, num. 9. vers. quando quæ res est prohibita alienari, de præscript. Crassus in S. fideicommissum, quæst. 56. num. 7. & alij.

68 Sexto, & vltimo, pro complemento remanet, vt videamus, an restitutio hæc, quam Dominis Actoribus omni iure deberi, demonstrauimus, sit pariter facienda vna cum fructibus per possessores collectis, facta tamen illis restitutione, vel compensatione pretij soluti, vna cum annuo intersturio percepto; & citra omne dubium affirmatiue respondeo, id, quod ratione, & autoritate probatur, ratione & primo, nam quoties sit locus nullitati contractus emptio- nis, & venditionis, qui rem erit, tenetur illam cum fructibus ab initio perceptis, vtro Dominus restitueret, & qui pretium recepit, illud vna cum interesse emptori exbur- sare cogitur: hoc enim operatur nullitas contractus, vt resoluitur prout ex tunc, & ideo hinc inde fit restitutio pretij cum inter- esse, & rei cum fructibus, ac si nunquam contractus ille, qui annullatur, celebratus esset, probant Doctores conclusionem hanc ex iuribus in l. filio, §. 1. ff. de inoffic. testam. in l. item quod dictum est, vbi glos. in verb. venditori, & in l. Imperator, ff. de in diem adiect. in l. illud, §. condemnato, & in l. facta, ff. de adilit. edict. optime Arius Pinell. post alios, quos citat in l. 2. par. 2. cap. 4. num. 2. & 13. C. de rescind. vendit. & Marcell. Marcian. omnino videndus cons. 49. num. 3. lib. 2. & melius Rota Romana in Interamneu. pecuniarum 29. Iunij 1635. coram R. P. D. Pirouano. vbi dicit, nihil referre, an bona, vel mala fides in possessione adfuerit.

70. Autoritate etiam, & legis scriptæ in terminis terminantibus probatur conclusio nostra, nam quod facta venditione prædij pupillaris, non seruatis de iure seruandis, sit prædium, illud sic distractum pupillo domino, vnâ cum fructibus per emptorem collectis, restituendum, soluto tamen illi pretio, quod pupilli creditoribus exbursauit, vnâ cum vsuris, dixit *Paul. I. C. in l. penult. §. fin. ff. de rebus eorum.*

71. Secundò, quod in casu nostro fructus sint omninò restituendi ab emptore, dubitandù non est, sciens enim ille, Casale Turris nouæ ad pupillos spectare, illudq; fideicommissi vinculo suppositum esse, nulla iuris solemnitate seruata emere voluit, sic in legem committens; scientia quòad vtrumquè probatur nimis clarè ex instrumenti deliberationis lectura, & ex illius ratificatione, quæ à præsentia tutrice per eius Ministros extorta fuit, atquè ex alijs pluribus modis, qui in facti nota demonstrantur; vnde hoc stante fit locus communi cõclusioni desumptæ ex *tex. in l. si prædium 16. C. de præd. minor. & in l. 2. C. si quis ignorans, rem minoris esse, &c.* quibus iuribus expressè cautum esse comperimus, data mala fide emptoris in emendo rem minoris, non seruatis de iure seruandis, rem illam sic distractam vnâ cum fructibus restituendam esse, sicquè indiuidualitèr scripserunt *Couarr. lib. 1. var. cap. 3. num. 6. in fine, vers. ex his apparet, Caldas in l. si curatorem habens, in verbo contractum fecisti, nu. 1. vers. si denique, de integ. restitut. Riminald. iun. conf. 255. nu. 27. & seq. lib. 3. Decian. conf. 20. num. 83. 84. et 85. Montan. de tutel. cap. 33. num. 89. 10. Gutier. eodem tract. cap. 5. num. 9. 10. & 11. vbi post alios dicit, tunc emptorem rei minoris fructus suos facere, quando bonæ fidei possessor extitit, & talis erit censendus, vbi rem, quam emit, minoris, siuè pupilli esse ignorat, *Casij. decis. 18. num. 25. lib. 1. Franc. Niger controu. iur. cap. 2. §. 19. num. 38. & alij hoc**

72. idem firmantes in emptore bonorum Ecclesie, non seruatis solemnitatibus à sacris canonicis requisitis, vt adhuc fructus à die alienationis percepti, sint, vnâ cum re alienatâ Ecclesie restituendi, id, quod satis notantèr per *Rotam* decisum fuit in vna *Placentina Decimarum sub die 13. Maij 1630. coram Reuerendissimo P. Durano*, quam vide,

73. Tertiò, redditur indubitata in casu nostro fructuum restitutio, cum tractetur de restituendo prædio, quod Excellentissimus Dominus Ioannes Franciscus emit, & detinuit, sciens, illud fideicommissi vinculo

subiectum esse, sicquè ad fructuum restitutionem teneretur hodiè Excellentissima Principissa neptis, prout est *tex.* nimis clarus in *l. domum, C. de rei vindicat. benè Peregr. de fideicom. art. 49. num. 108. vbi dicit, quòd quando res alienari prohibita alienatur, quia nulla, & inualida est alienatio, & per consequens illius rei dominium statim vocato acquiritur, suat eidem restituendi fructus, quos possessor percepit, allegat Zanch. in reposit. l. heredes mei, §. cum ita, n. 408. ff. ad Senat. Consult. Trebell. Petr. de fideicom. quest. 3. num. 3. & Capr. conf. 163. col. fin.*

Hæc satis pro tenui mea facultate ad demonstrandam iustitiam Dominorum germanorum Fratrum de Ciincijs.

Donatus Antonius de Martinis.

Audiq; secundum hic allegata fuisse per Illustrissimos, ac Reuerendissimos Dominos de Camera Apostolica iudicatum coram Eminentissimo Domino Cardinali Rapacciolo, tunc eiusdem Camere Clerico.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Bona fideicommissio subiecta possunt ex causa dotis constituenda, vel restituenda alienari, sed an hoc dotis privilegium transeat in mulieris cessionarium, & num. 23. 4. 5. & 6.
7. Heres mulieris an inuenitur beneficio introducto ex dispositione tæx. in authen. res, quæ, C. commun. de legat. & num. 8. & 10.
9. Limitata causa limitatum producit effectum.
11. Cessionarij mulieris pro dote recuperanda an habeant privilegium prelationis, quo mulier ipsa potitur, & hu. 12. 13. 14. & 16. & quid in hæ. ede mulieris, num. 15.
17. Mulier si cesserit iura sua pro dote recuperanda, & alteri pro cõsequutione antephati, inter ex his cessionarijs super bonis viri sit præferendus, si illa ad vtriquè satisfaciendum sat non fiat, & num. 19. 21. & 22.
18. Dos causam continet onerosam, antephatu vero lucratiuam.
20. Mulier cum hypotheca tacita posteriori vt preferatur tacita n. habenti anteriorem procedit in dote, secus in antephato.
23. Præferri semper debet ille, qui agit de damno vitando illi, qui agit de lucro captando.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an alienatio, quæ iure permittente fit bonorum fideicommissorum subiectorum ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ, possit pariter permitti, instante eius hærede, siuè persona, cui mulier iura sua dotis recuperandæ in forma valida cessit. Priuilegium prælationis mulieri indultum ex dispositione *tex. in l. assiduis, C. qui possiores in pign. habeant.* an transeat in eius cessionarium, siuè hæredem. Concurrentibus super bonis viri cessionario mulieris pro dote recuperanda, & cessionario eiusdem pro cõsequutione antephati lucrati, vter præferendus, si bona illa ad vtriquè satisfaciendû sat non sint, & de aliis ad materiam.

C A P. XIX.



I Alienationem bonorum fideicommissorum ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ iure permittente fieri posse, est vulgatum axioma, desumptum ex *tex.*

In *auth. res. quæ, C. commun. de legat.*

2 Sed videamus breuiter, an hoc priuilegium mulieri indultum transeat in eius cessionarium?

Paul. de Castro conf. 15. circa finem, vers. tertium principaliter in puris terminis dictæ *auth. res. quæ* affirmauit, prouisionem huius *tex.* quæ pro mulieribus, nè indotatæ remanerent, fuit introducta, extendi posse, vt

3 profit fideiussori pro dotis restitutione dato, cui mulier ob assequutam ab illo satisfactionem iura sua cessit, tres assignat rationes, quarum prima est, quia cessione facta ex necessitate; secunda, quia ius competens ex dispositione *d. auth. fuit* in effectum antè cessionem; tertia ratio, quia illa, quæ sunt transmissibilia ad hæredes, sunt pariter cessibilia, vulgatis iuribus, istamque *Paul. Castren. sententiam simpliciter pro cessionario insequuntur Crauet. conf. 191. nu. 2. vers. idem in priuilegio, Boer. decis. 130. nu. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 141. & 152. & Nicol. Noalis in tract. de transmiss. casu 22. num. 6.*

4 *Iaf. in d. auth. res. quæ, num. 32. in 14. notab.* recitat opinionem *Paul. de Castro*, & dicit, quæstionem hanc à nemine, nisi ab illo factam vidisse; sed ab eodem cauendum esse, mōnet, ex rationibus, quas *ibidem* ponderat, verum in cõclusionem cogitandum reliquit.

5 *Io. Maria Nouar.* postremò loco de his agens *quest. forens. lib. 1. quest. 48.* intrepidè affirmat, cessionarium hoc priuilegio mulieri cõcesso in terminis *d. auth. res. quæ* nullatenus gaudere posse, ex rationibus, vt *ibi* per eum.

6 Ego nouissimus super hoc articulo aliàs cõsultus, cum distinctione respondi, cessionem considerando, vel titulo oneroso peractam, aut lucratiuam, an prima transeat in cessionarium iura eo modo, prout extant penès mulierem cedentem; etenim dispositio hæc, vt propter dotem constituendam, vel restituendam bona fideicommissorum subiecta distrahi possint, aliud non respicit, nisi mulieris beneficium, vt dotem habeat, cum qua nubere, & viuere possit; modò, quòd volens ipsa agere ad dotem consequendam, inueniat personam, quæ cessionis iuribus præteritam dotis quantitatem eidem exoluat, quæ bona suadet ratio, vt cessionarius agere non possit super bonis, super quibus poterat mulier agere; certum est enim, quòd omnimodò mulier erat actura ad iura sua consequenda, ergò dum alius rem gratam fecit, de proprio exbursando, id, quòd maximò incommodo, & sumptu mulier consequutura erat, non est, cur dubitari possit, posse cessionarium iuribus cessionis vti, eo modo, prout poterat cedens; non sic quando cessio causam haberet lucratiuam, vt quia mulier iura sua pro dote assequenda in alium donationis titulo transtulit; eo enim casu cessat finis dispositionis *tex. in dicta auth. res. quæ*, ac proinde cessare de-

bet ipsa dispositio, & hoc est, quod in eff. -
 tu voluerunt DD. citati per Nicola. Noal. re-
 lato casu 22. num. 6. & 7.

7 Qua distinctione sic stante, videtur valde
 dubia opinio illorum, qui putarunt, priui-
 legium, de quo in dicta *authen. res, qua* ad
 mulieris hæredes transire, ex eo, quod hæ-
 res institutus, vel ab intestato veniens, non
 nisi lucratiuo titulo acquirat; quare in hac
 re duos casus constituendos esse arbitror,
 primum, si tractatur de dote restituenda, &
 teneo indubitanter, hæredes mulieris dis-
 positione *d. authen. res, qua* omnino iuari,
 vt ad bona mariti fideicommissio subiecta
 pro dotis recuperatione agere possint,
 prout poterat mulier, estque ratio manife-
 stissima, quia cum priuilegium hoc sit doti
 tributum, prout ex *Bar. Curt. &* aliis probat
Noal. citato casu 22. nu. 1. & 2. & dos adhuc
 dicitur soluto matrimonio antè tempus re-
 stitutionis, toto tit. ff. *solu. matrim. quemad. dos*
pet. ibique in *Rubr. Bar. Castrens. Alex. Ias.*
aliquè recetiores relati per nostrum *Molfes.*
in comment. ad Consuet. Neap. par. 6. tit. de iu-
re dot. quest. 3. num. 17. consequens est dice-
 re, priuilegia omnia doti concessa ad mu-
 lieris heredes transire, siue sint sui, siue ex-
 tranei, immò etiam si esset Diabolus, vt ra-
 tiocinatur *Bar. in l. post dotem, num. 34. ff. cita-*
tit. solu. matr.

8 Alter casus est, si tractatur de dote con-
 stituenda, vt quia cum posset mulier pete-
 re, vt ex bonis fideicommissio subiectis dos
 ei constitueretur, adhuc, vt condigno viro
 nubere posset, decessit aliquo hærede in-
 stituto; modò si quæras, an ius illud petendi
 dotem super bonis fideicommissatis mu-
 lieri competens transmissum sit ad illius
 hæredem, affirmatiuè respondent *Bal. in d.*
authen. res, qua, num. 1. & Paul. de Castr. num.
8. sed contrarium, & melius defendit *Curt.*
in. ibidem, num. 22. vbi *Bal. & Castrens.* senten-
 tiam non admittens, dicit, & benè, quòd in
 hoc casu cessant omnes rationes, quæ à *Do-*
ctoribus considerantur pro dispositione di-
 ctæ *authen. cessat* prima, nimirum, quòd si
 fideicommissus viueret, dotare cogeretur,
 nam dum filia defuncta est, frustra de dotan-
 di obligatione tractari posset; cessat etiam
 & alia in publica vtilitate fundata, quæ pri-
 uatæ præfertur, vt *textus* annuit, nam dum
 matrimonium ob mortem, quæ superuenit,
 contrahi non potest, non est, cur de publica
 vtilitate tractari possit, cessat & tandem al-
 tera, de qua in *l. mulier 22. §. cum proponere-*
tur, ff. ad S. C. Trebel. vbi pariter mulieri per-
 mittitur de bonis restitutioni obnoxii se-

dotare, quia sic eius pudicitia, & fideicom-
 mittentis voto congruum est; mors enim
 hæc omnia cessare facit, ac proinde subdit
Curt. quòd cessare quoque debet præfata
 dispositio, vulgata *l. adigere, §. quamuis, ff. de*
iurepar. nam cum alienatio pro dote dum-
 taxat fieri possit, de qua dote ob superuen-
 nientem dotandæ mortem amplius tra-
 ctari non potest, consequens est, vt succe-
 9 dat vulgata regula, quòd limitata causa
 limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de*
acq. rer. domin. istamque *Curt. iunior.* senten-
 tiam ex recentioribus amplexus est *Pere-*
grin. tract. de fideicom. art. 42. à num. 42. vsque
 et per totum *num. 44.* vbi dicit, secus dicen-
 10 dum esse, si mulier nupta esset, et filijs su-
 perstitibus decessisset, nam eo casu possent
 filii pro dote, quæ ad eorum matrem spe-
 ctabat super bonis fideicommissio subie-
 ctis recurrere; contrarium autem, si mulie-
 ris nuptæ hæredes essent extranei, pro illis
 enim in practica obtinere satis difficile
 existimat *Peregr. loco cit.* quia adhuc cessat
 rationes *d. auth. per Curt. ponderata.* Vnde,
 &c.

11 Hæc credo benè procedere respectu pri-
 uilegii, quod desumitur ex *d. auth. res, qua,*
 sed an idem dicendum, videamus respectu
 alterius, nimirum prælationis, quod mulie-
 ri soluto matrimonio pro dote recuperan-
 da in concursu aliorum creditorum com-
 petit super bonis viri, vt cedens iura sua
 alteri, valeat cessionarius eodem prælatio-
 nis iure potiri? hæc est difficilis quæstio,
 eamque plenè tractarunt DD. in *l. 1. C. de pri-*
uileg. dotis, in §. fuerat, Inst. de action. & in §. 1.
auth. vt ex actione instante dotis, Bart. Angel.
Imol. Alex. Roman. & cæteri in l. post dotem,
41. ff. soluto matrimonio, Ripa in l. 2. §. fin. num.
18. ff. de priuileg. creditor. Ias. in d. §. fuerat, nu.
94 Gomez. num. 36. Negusant. de pignor. memb.
4. secundæ partis, num. 107. quo loci aduertit,
 quæstionem esse valde dubiam, in eaque var-
 rio modo DD. loquutos fuisse, ita vt, quæ sit
 communis opinio rectè perpendi non pos-
 sit, *Bald. Nouell. tract. de dote, par. 12. antè nu.*
18. vers. ego autem in tanta varietate, fol. mihi
250. Assi. decis. 306. num. 7. vbi Vrsil. num. 6.
Gregor. Lopez in l. 33. tit. 13. partita 5. in glos.
sus hujos, Barbof. in l. 1. par. 6. num. 13. & in di-
cta l. post dotem, num. 56. & seq. ff. solut. matr.
Meyrer. in tract. de priuil. creditor. lib. 2. tit. 5.
num. 17. et 18. Minsyng. singular. obseru. cent. 3.
obser. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
189. num. 153. Gasp. Thes. quæstionum forens.
lib. 1. quæst. 5. Valenz. conf. 15. lib. 1. Amat Ro-
driquez de concursu credit. par. 1. art. 1. à num.

16. *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 8. à num. 20. noster Gaitus in suo vtilissimo tract. de credito, cap. 4. quesit. 11. à num. 1669. vsque ad 1714. Gallup. in prax. S. C. par. 4. in tit. de concursu creditor. cap. 3. num. 12. & nouissimè, ceteris omisissis Cõsiliarius Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. c. 21. à n. 12. etenim ex his DD. alii simpliciter asseruerunt, actionem de dote cum iure prælationis, vti personalissimo nullo pacto in mulieris cessionarium, siue heredem extraneum transfere, sed tantum ad filios: Alii verò insequuti fuere distinctionem *Bart. in loco cit. num. 35.* vt hoc prælationis iure cessionarius potiri valeat, si cessio ex vtraque parte, mulieris nimirum, & ipsius cessionarii esset necessaria, prout in exemplis positis per *Gaitum loco cit. num. 1713. post Georg. alleg. 39. n. 13.* secus verò, quando cessio ex contrahentium voluntate processit, quo casu dicunt, cessionarium mulieris iura cum prælatione nullatenus per cessionem acquirere: Alii, & tandem reiecta funditus hac *Bart. distinctione*, quæ verè omni prorsus iuris fundamento caret, & vt infra dicemus, cui directò obstat dispositio *tex. in l. ex pluribus 43. ff. de administ. tut. & in d. S. 1. auth. vt exactioe instate dotis* magis communiter affirmarunt, vt cessionarius eodem prælationis iure succurratur, si cessio mulieris cedentis commodum, & vtilitatem respiceret, prout in casibus per *Bald. Nouell. & Menach. consideratis*, nimirum, vt quia mulier soluto matrimonio iterum nubens iura, quæ aduersus viri hæredes habet ex causa dotis, huic alteri nouissimo viro cederet, vel etiam si alius ipsius mulieris nomine dotem promitteret, & solueret; animo tamen repetendi, propter quod ipsa mulier huic promissori heredis viri debitoris nomen cum amplissima iurium cessione insolutum dedit, vel pariter cõsidero ego, si matrimonio, per viri mortem soluto, vt mulier virum alterum inuenire possit, pater suus, frater, vel aliquis consanguineus, siue affinis dotem illam, quæ ab hæredibus viri venit recuperanda, eidem mulieri solueret, eo tamen inserto pacto, vt si mediante iurium cessione, quæ aduersus hæredes viri fit, hic, qui nunc soluit in exigendo dotem, quæ ceditur eodem prælationis iure, quo ipsa mulier soluitur, nõ suffragaretur, teneatur eo casu mulier, quod per cessionem, ab ipsa factam consequuta est, cessionario soluenti restituere, & exbursare, in his enim, & similibus casibus, quia verè hæc omnia ad mulieris prouidentiam processerunt, & vt ipsi esset consultum, nõ est,*

cur dubitari possit, cessionarium eodem prælationis iure succurri, quia secus ille, qui soluit, contra ipsam mulierem regressum haberet.

14 At si cessio non mulieris, sed cessionarii commodum, & vtilitatem respiceret, quod contingeret, si mulier actionem pro dote recuperanda, donationis titulo in alium transferret, vel si creditor posterior offerret ei creditum, quod habet dotis, cassis sibi iuribus; vel si Tertius accommodaret pecuniam hæredibus viri vinculatam pro illa soluenda mulieri dotis creditrici, cassis iuribus ad beneficium ipsius Tertii soluetis. Aut & tandem, si existente muliere alicuius debitrice, fuisset illa ad soluendum cõdemnata, & vt creditori suo satisfaceret, cederet ei, siue insolutum daret actionem illam, quam aduersus hæredes quondam viri sui habet dotem exigendi, & recuperandi, in his casibus affirmat *Bald. Nouel. quem magis communiter sequuntur*, nullo pacto in talè cessionarium prælationis priuilegium transire, sed fieri locum nimis clarè dispositioni *tex. in d. S. fuerat, Inst. de action. & in d. S. 1. auth. vt exactioe instate dotis*, quibus quidem iuribus expressè cautum esse competitimus, vt hoc prælationis priuilegium non nisi ipsi mulieri, cum de dote sua experitur, eiusque filiis tribuatur, nullatenus autem eius extraneis hæredibus, aut creditoribus, sique illud actionem non respicit, quo casu per cessionem transferret mulier in cessionarium omnia priuilegia actioni coherentia, sed meram executionem, postquam ad iudicii conflictum fuerit deuentum, vt optimè ratiocinatur *Barbos. in d. l. post dotem, num. 56. & 57. vbi num. sequenti*, his pro verissimis suppositis, benè subdit, *Bart. distinctionem funditus corruere*, nam si controuerti non potest, hoc prælationis ius executioni fuisse tributum, non autem actioni, consequens est dicere, vt indistinctè prohibeatur transitus in cessionarium, siue voluntarium, siue necessarium, id, quod probatur in *tex. cit. l. ex pluribus 43. vbi ff. de administ. tutor. vbi agitur de priuilegio* quod habent pupilli, vt ceteris tutorum creditoribus personalem actionem habentibus præferantur, item de cessione necessaria ex vtraque parte, quia tutor ex necessitate solidum soluit, & pupillus ex necessitate pariter tenetur ei cedere actiones sibi aduersus alios contutores, pro quibus soluit, competentes, & nihilominus hoc prælationis priuilegium in tutorem cessionarium non transit; insuper aduertit *Barbos. Bart. distinctionem*

actionem

tionem aduersari dispositioni *tex. in d. S. 1. auth. vt exactione instam. dotis*, ubi si dotis actio per mulierem creditoribus cedatur, & sic ex necessitate, ad *tex. in l. fin. ff. de separat. pralationis priuilegium ad illos non transit*; vnde merito cum *Barbof.* concludimus, *Bart.* distinctionem omni iure improbasse *Imolam* in eadem *l. post dotem*, circa finem, *Roman. num. 49. Alex. num. 34. Bolognetum num. 253. Campeg. de dote, par. 1. quest. 82. Ripam in l. 1. num. 33. ff. sol. matr. & Negusan. de pignor. cit. 4. memb. 2. par. num. 107.* fuisse
16 pariter improbatam addimus, ne rerum iudicatarum deficiat auctoritas a Sacro, & supremo huius Regni Senatu sub die 18. mensis Iunii proximi præteriti currentis anni 1647. referente præstantissimo Domino Regio Consiliario Francisco Antonio Muscettula in causa Ioannis Antonii Ciraci, qui vti cessionarius crediti dotalis Laure de Angiullo, & Francisci de Massarijs coniugum Terræ Griptaliarum super bonis, & iuribus Octauie Vacca matris dictæ Laure, ac dotium eiusdem debitoris, prætendebat præferri Catharinæ de Angiullo, quæ licet dicebatur, quod esset creditrix anterior pro redditione copatorum tutelæ administratæ per dictam Octauiam communem matrem, tamen quia non nisi tacitam hypothecam habebat anteriorem, ad *tex. in l. pro officio 20. C. de administr. tutor.* non poterat concurrere cum credito dotali dictæ Laure, quamuis posteriore cesso, vt diximus; dicto Ioanni Antonio, cuius quidem crediti priuilegium est, vt cuilibet creditori tacitam hypothecam habenti anteriorem præferatur, *d. l. assiduis*, sed è contrà replicabat Catharina, cuius partes pro viribus tuebatæ doctissimus Dominus Bartholomæus Paschalis inter primarios S. C. causarum Patronus, illius præstantissimi Regii Consiliarii Philippi dignissimus filius, quod licet hoc verum sit, non tamen priuilegium hoc dotis cessionario prodesse poterat, sed tantum mulieri, ad cuius commodum, & vtilitatem Ioannes Antonius cessionarius non agebat, quod proinde ex superius dictis hoc dotis priuilegio, non actioni, sed mulieris personæ tributo non poterat ille, vti sicq; decisum extitit pœnès Cioffum S. C. actorum Magistrum, demùm decisione hanc super allegationibus datis per Dominos Advocatos reperi, fuisse notatam propria manu præstantissimi Regii Consiliarii Domini Io. Francisci Marciani, illius magni Consiliarii Marcelli filii, qui vti Iudex in causa illa interuenit, & per hæc verba.

Die 18. Iunii 1647. fuit decisum pro opinione *Barbofæ*, & aliorum contrà *Bart.* & *Assi* etiam quod esset vna *Laura Angiullo*, ex quo cessionarius egit nomine proprio, & ad sui vtilitatem, & sic fuit decisum, quod procedatur ad expeditionem causæ contentorum in decretis S. C. oppositis pro parte *Ciraci* in comparitione præsentata fol. . . ubi hoc erat oppositum, non obstantibus, demùm subnectuntur hæc verba, in comparitione non erat oppositum specificè, sed in allegationibus fuit productum, & allegatum.

17 His sic visis; dum hæc scriberem, audiui in hac materia in dubium reuocari, si existente muliere creditrice hæreditatis viri ex causa dotis solutæ, & antefati lucrati, accesserint *Petrus* soluens ei dotem, & *Antonius* soluens antefatum, quibus mulier ipsa iura sua in forma valida cessit; in concursu super bonis viri, quæ ad soluendum dotem, & antefatum haud sufficientia reperta fuere, an cessionarius dotis sit præferendus cessionario antefati, vel vterque in eodem gradu pro rata quantitatis solutæ concurrant; ratio dubitandi contrà cessionarium antefati, quod ei præferri debet cessionarius dotis, ea est, quia dos causam
18 continet onerosam, antefatum verò lucratiuam, & de iure ex duobus pariter priuilegiatis ille, qui agit de damno vitando semper præferitur ei, qui agit de lucro captando, ad *tex. in l. uerum, S. item queritur, ff. de minorib. idq; in terminis, de quibus agimus videtur firmasse Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 1. par. 2. num. 18. 19. & 20. fol. mihi 529.*

19 Sed hac dubitandi ratione non obstante, contraria sententia, citrà omne dubium tenenda est, nimirum, vt omnes in eodem gradu concurrant; etenim quamuis conclusio modò indicata verisissima sit, procedit tamen in eo dumtaxat casu, nimirum quando cum muliere concurreret alius creditor anterior, qui super bonis defuncti viri tacitam haberet hypothecam, hic enim si concurreret cum muliere dotis, et antefati creditrice, certò mulier nullatenus præferri posset, nisi pro summa, et quantitate, &
20 quæ dotem importaret, nam vt mulier tacitam, vel expressam habens hypothecam posteriorem tacitam habenti anteriorem præferatur, procedit in dote tantum, ex vulgata *l. assiduis*, secus verò in antefato, pro quo licet habeat pariter tacitam hypothecam, non tamen habet illam priuilegiatam respectu anterioris temporis, vt dixerunt *DD.* communiter, signanter *Innocent. & Io.*

Andr. in cap. ex literis, de pignoriibus, Cyn. per illum tex. in d. l. affiduis, num. 5. & in l. ubi ad huc, C. de iure dot. Bald. Nonel. de dote, par. 1. 2. num. 60. fol. 267. Negusant. tract. de pignor. 4. membr. 2. par. n. 64. Ant. Gomez in l. 51. Tarr. num. 41. Barbof. in l. 1. par. 6. num. 16. ff. solut. matrim. ubi alios citat, Rodriguez in tract. de concurs. cred. par. 1. art. 1. num. 21. Vrsikh. ad Affl. decis. 291, num. 3. ubi sic per S. C. decisum refert, Regens de Ponte conf. 80. num. 8. lib. 1. & alij, quos refert Gaius de credito, cap. 4. quest. 11. num. 1667. unde si bona viri non essent sufficientia ad solvendum creditum, anterioris creditoris, dotem, & antefatum mulieris, hæc præferretur pro dote, postponeretur verò pro antefato.

21 At si concursus esset tantum inter hos cessionarios, non video, quo iure, quæ ratione possit cessionarius dotis præferri cessionario antefati, cum uterque mulieris iura ex eodem fonte uno, eodemque instanti orta representent, mediante cessione eis facta, quæ quidem iura respectu ipsius mulieris, & successivè eius cessionariorum, dum alius creditor anterior non concurrat, non aliter possunt considerari, quòd respectu dotis, quia causam continet onerosam, sint maioris importantiæ, quam respectu antefati, quòd causam continet lucrativam; & quòd hoc sit verum, fac, ut valor bonorum viri non nisi ad summam ducatorum mille ascendat, & mulier pro dote sit creditrix pro summa ducatorum bis millium, & pro antefato in alia mille, non nè frustratoria, nè dicam ridicula esset contentio, si investigandum, siuè querendum esset, an quantitas illa ducatorum mille, ad quam bonorum viri valor ascendit, sit adiudicanda vxori in partem dotis, potius quam pro antefato, quòd enim emolumentum mulieris unquam esse poterit, quòd illa mille solvantur ei potius pro dote, quam pro antefato, vel potius pro antefato, quam pro dote, etenim si in partem dotis ei solveretur, remanebit pro antefato exclusa, & si pro antefato, remanebit exclusa pro dote; supposita igitur hac veritate, nimirum, quòd in persona mulieris, dum alius creditor cum ea non concurrat, iura eius considerari non possint, quòd sint maioris importantiæ respectu dotis, quam respectu antefati, sequitur certe dicendum, ut idem sit iudicandum in cessionariis dotis, & antefati respectivè mulieris iura representantibus; nec his omnibus in aliquo obstat decisio relata per Io. Petr. Fontanell. d. claus. 7. glos. 1. p. 2. num. 18. & 19. ubi enim persona, quæ agebat pro consequu-

tionem antefati non aliter agebat representans iura mulieris, sed filiorum, qui in illius lucri proprietate successerant; casus erit, in quo super bonis viri concurrebant heredes mulieris pro recuperatione dotis adhuc non restitute, & heredes filiorum pro consequitione proprietatis antefati, in qua necessario supponendum est, filios vs filios successisse, ad tex. in vulgata aurb. h. res. C. de secund. nupt. cumque bona mariti, qui pro restitutione dotis, & constitutione antefati eodem tempore obligauerat, ad utrumque debitum solvendum sufficientia non essent, dicebat heredes mulieris, dotis debitum primo solvi debere, & integrè satisfieri, nã licet uno, eodemque instanti orta esset obligatio restituendi dotem, & solvendi antefatum, at tamen quia heredes vxoris agebat de damno vitando, heredes verò filiorum de lucro captando, Reg. de Ponte conf. 80. num. 9. consequens erat, ut in pari causa ille, qui de damno vitando agit, semper veniat præferendus ei, qui de lucro captando contendit, d. l. verum, s. item quaritur. ff. de minoribus; & si non defuerunt DD. qui dixerint, licet non bene, ut creditor posterior ex causa onerosa sit præferendus creditori anteriori ex causa lucrativa, quæ de re latè per Ronis. decis. 48. quanto magis, quòd eorum creditum eodem tempore ortum habuit; hæc enim fuit ratio, nec alia esse poterat decisionis per Fontanell. relata, quæ quidem ratio casui nostro non convenit, in quo tam cessionarius dotis, quam cessionarius antefati mulieris iura representant. Unde, &c.

S U M M A R I U M.

- 1 Bona stabilia venduntur in Regno Neapolitano pro certo precio, quòd quomodo solvantur, explicatur.
- 2 Interfusarium conventum pendente solutione pretij rei vendita an possit peti, ut moderetur, si excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, & num. 3. 4. 5. 6. & 7.
- 3 Interesse pretij conventi an, & quando debeat esse rerum compensativum fructibus rei vendita.
- 4 Pecunie numeratio requiritur, ut census constitutio substineri possit, sed quid in Regno Neapolitano, num. 11.
- 5 Bulla S. M. Pij V. super constitutione census in Regno Neapolitano recepta non est.

22 23 24

A R G V M E N T V M.

Agitur de alienatione rei stabilis facta cum pacto, quod pendente solutione pretii conuenti teneatur emptor loco interusurii certam annuam praestationem venditori soluere, si interusurium conuentum excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an eo casu possit emptor instare, ut interusurium illud moderetur, ne excedat fructus, qui ex re vendita colliguntur, & de aliis.

C A P. X X.



Lienationes bonorū stabilium, quae ubique locorum frequentissimae sunt, in hoc Regno, vel sunt praesenti pecunia, vel promittit emptor infra certum tempus premium soluere, vel & frequentius quando cūque ipsi placuerit in perpetuum, & interim, ne videatur re, & pretio frui, se obligat loco interusurii certam annuam praestationem venditori soluere, pactis omnibus adiectis, quae in venditionibus annuorum introituum apponi solent; sic enim se habet communis obseruantia, de qua per Reg. Rom. decis. 9. num. 3. & 4.

Sed his diebus in quadam Ciuitate Regni huius audio, fuisse dubitatum, quid dicendum, si interusurium conuentum, & sic annua illa praestatio venditori solui promissa excederet fructus, qui ex re vendita percipiuntur, an eo casu possit emptor instare, ut interusurium illud a principio taxatum moderetur, ut non excedat fructus, qui ex re illa empta colliguntur.

Pro ratione dubitandi videbatur affirmatiue respondendum, quandoquidem non nulli non inferioris nominis Doctores in terminis textus vulgati *l. curabit, C. de actio*

nib. empt. voluerunt, posse a principio taxari interesse certum, & uniforme, illudque tuta conscientia exigi, dummodo taxatio fructibus, qui ex re vendita percipiuntur, correspondeat, ita post alios Cagnol. in d. l. curabit, num. 57. cum seq. Rot. decis. 187. & seq. poenēs Casarem de Grassis, Roderic. de annuis reddit. lib. 3. quaest. 7. Caldas de emptio. & vendit. cap. 23. num. 34. Petr. 10. Anchar. quaest. 23. lib. 2. Fachin. contr. iur. lib. 2. cap. 32. vers. verum istis non obstantibus, & Costa, aliis omissis, de facti scient. & ignor. quaest. 84. nu. 10. supposita hac conclusione, quando dicamus, interusurium taxatum pendente solutione pretii conuenti excedere fructus, qui ex re vendita percipiuntur, consequens est dicere, ut possit emptor instare pro illius moderatione, nimirum ut fructibus correspondeat.

Sed hac dubitandi ratione non obstante, dixi de his consultus, quod quicquid sit de veritate conclusionis modo firmatae, in Regno contrario iure utimur, nimirum interusurium a principio taxatum, fuisse apud nos omni tempore, absque diminutione seruatum, siue illud corresponderet fructibus, siue eorundem annuam perceptionem excesserit, nec unquam apud Nostrates bonos, & graues fuisse de hoc dubitatum, signanter in venditionibus vrbanoꝝ praediorum, quae in Ciuitatibus, & Ferris paruis, aut parum, aut nihil reddunt, sicque tuta conscientia affirmare possumus, super huius contractus validitate in hoc Regno consuetudinem introductam esse, prout in Ciuitate Bononiae testatur Carol. Ruin. lib. 1. conf. 73. num. 4. vers. & in terminis nostris, & num. 6. vers. & tãtò magis, in quibus locis huius contractus iustitiam tuetur, quamuis interusurium in fructuum recompensationem fuerit expressè promissum, & nu. 7. propositam difficultatem absoluens, haec suggerit verba. *Unde ex his sequitur, quod etiam si quantitas promissa excedat valorem fructuum, quod omnino contractus erit licitus, quia licet contrahentibus, etc.*

Hanc eandem tuetur sententiam Card. Paris. lib. 1. conf. 60. num. 28. sub illis verbis, *nec attenditur, an ex fructibus perceperit plus, vel minus, eò, quod promissit annuatim soluere, &c. & intra num. 29. sic loquitur, & Paul. de Cast. & c. tenet in terminis d. l. curabit, cum similibus, taxationem loco vsurarum possesseri ad rationem decem, vel octo pro centenario, secundum quod frequentatur in Regione, licet fructus, vel vsus minus valeant, &c. & num. 37. hoc eo magis procedere affirmat, ubi emptor interusurium a principio conuentum per longum tempus venditori soluerit, per haec verba.*

Prout etiam idem dicendum attenda observantia, & executione ipsius annui redditus, cum ipse D. Baldassar venditor toto tempore, quo vixit, & postmodum eius heredes per aliquos annos soluerint dictum annuum redditum secundum taxationem predictam, quæ observantia, & executio tãtò magis dictã taxationẽ cõfirmat, &c.

6 Et ex Nostratibus Reg. de Ponte, qui in tract. de potest. Proreg. in tit. de regalibus imposit. §. 5. num. 64. & seq. contendit, & merito, terminos d. l. curabit ab hac quæstione extraneos esse, audi præceptorem sic loquentem. Et quid de venditione rei pro certa pretio soluendo infra certum tempus, vel quancumq; quòdq; interim donec illud non solvatur, præstetur certa quantitas pro interesse, an, inquam, valeat conventio, vel rejiciatur tanquã usuraria; quæ quæstio licet in Curia Romana habuerit difficultatem, & diversa sint factæ decisiones, tamen in Regno nullam habet dubietatem secundum communem decisionem Scribentium, etiam Theologorum, à qua quæstione extranei sunt termini tex. in l. curabit, C. de actionibus empti, qui procedunt in mora irregulari, quæ contrahitur absquẽ interpellatione, & temporis præfinitione re ipsa secundum Bart. Bald. Salycet. & ceteros post. Cynum in eadem l. curabit, & sic quicquid dicitur, quòd interesse non potest excedere fructus rei venditæ, bene procedit, dum nulla præcedit conventio, nulla est commissa mora; sed consideratur tantum ea, quæ re ipsa contrahitur propter perceptionem fructuum ex æquitate legis, & propterea interesse ad fructus commensuratur, sed quando sumus in conventionem aliis est articulus, &c. Hæc D. Reg. de Ponte.

7 Et individualitèr de consuetudine, & more Regionis nostræ attestans, verbaquẽ faciens de interusurio taxato pendente solutione pretii prædij vrbani venditi, quod moderari instabat emptor, iuxta redditus domus venditæ, Reg. Capyc. Galeot. contr. lib. 1. contr. 61. num. 27. vbi multorum auctoritate probat, licet ab initio contractus venditionis usuras pretii rei venditæ pacisci posse, & ad certam quantitatem, etiam quòd excedat fructus rei distra&æ, modò quantitatem interesse communis, iuxta morem Regionis non excedat, inuehens contra Incertum Authorem contractum sentientem in conf. 153. lib. 2. inter cons. Reg. de Ponte, etenim Dom. Galeota per suos tramites articulum pertractans principali obiectioni: quæ fit, vt interesse pretii conuenti debeat esse recompensatiuum fructibus rei venditæ respondet num. 49. hoc procedere, quando versaremur in mora irregulari, & pro seruanda æqualitate contractus interesse

pretii non soluti pecceretur, de quo quidẽ interesse proprie loquitur tex. in d. l. curabit; secus verò quando mora est regularis, vt cum statim emptor ex conventionem in mora soluendi pretium constituitur, quo casu si cessaret mora ex parte emptoris, sicquẽ vèditor pretium conuentum haberet, cum alio contraheret, annumquẽ censum redimibilem acquireret ad rationem octo, nouem, vel decem pro centenario, sed quia pretium non numeratur, ille cõtractus, qui fieret cum tertio, si pecunia numeraretur, fit cum eodem emptore, transeundo de contractu simplicis emptionis, & venditionis ad contractum census, mutato prorsus primo contractu venditionis, ita vt per cõtractum censualem emptor euadit vèditor, & venditor emptor, nec remanet amplius locus petitioni pretii, cum illud pro demortuo habeatur, & vt dicit Guier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 172. num. 4. ab eodem Dom. Galeota citatus num. 53. ex hac nouatione, seu translatione contractus simplicis venditionis in contractum census fingitur pecunia numerata pro pretio rei venditæ, & postmodum à venditore emptori pro censu constituẽdo retrodata, ad tex. in vulgata l. singularia, ff. si cert. pet. quibus sic stantibus conclusio in principio à Doctoribus citatis firmata, etiam iure communi attentò, redditur valdè dubia.

9 Nec his obstat, addit Dom. Galeota, quòd vt census cõstitutio substineri possit, requiritur pecuniæ numeratio, quẽ in contractu de quo nos agimus, deficit omninò, nam respondetur, quòd hoc requisitum pecuniæ numerationis habetur, ex Bulla sanctæ memoriæ Pij V. sub datum Romæ 14. Kalen. 10 Febr. 1569. quæ in Regno nostro nunquam recepta fuit, prout testantur Domini Reg. de Ponte, & Constantius, ille in conf. 42. num. 37. lib. 2. isto in l. 1. num. 42. C. de fiscalibus usur. lib. 19. vbi num. 44. hoc in specie aduertit, 11 nimirum in Regno, vbi seruatur Bulla Nicolai ad valdè constituendam censum, pecuniæ numerationem non esse necessariam, eam sat sit confessio de recepto, vel quòd, qui censum constituit ex alia causa sit debitor in ea summa, pro qua constituitur census, ad quod citat P. Salas trac. de contract. in tit. de cens. dub. 8. n. 13. et Reg. Rom. in prag. 1. n. 8. vbi alios allegat de censib.

Per hæc verba respõdi Religiosissimo Patr. Fr. Zenobio Catacèsi Eremitæ Camaldolens. vitæ probitate, doctriñe præstantia, omniq; virtutum genere ornatissimo, propositi dubii resolutionem à me exposcenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Annuus census super feudo constitutus, & a feudatario acquisitus, ad quem spectat, de functo feudatario cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero uero in allodio, & num. 2. 5. 6. 7. 10. 13. 14. 15. 23.
- 3 Creditor si cesserit debitori suo hypothecam, quam in aliquo fundo habeat, fundus ille per cessionem efficitur liber.
- 4 Dominium, & hypotheca sunt incompatibilia, sed declaratur nu. 7. 8. 9. 19.
- 10 Dominium, quod habet feudatarius super feudo, an sit perpetuum, uel potius temporale, et nu. 16. & 18.
- 11 Possessor bonorum maioratus, cuius bona sunt censui obnoxia, si succedat creditori illius annui census, an per hoc censatur extincta hypotheca, & n. 12.
- 13 Census super feudo constitutus, & demum per uasallum acquisitus, an spectet ad heredem uasalli, qui sine legitimo successore in feudo illo decessit.
- 14 Succedens in feudo hereditario dicitur hæres ultimi morientis, non autem primi acquirentis, secus in feudo ex pacto, & providentia.
- 17 Feudatarius decedens potest grauare legitimum successorem pro concurrenti feudi ualore.
- 20 Consuetudine Neapolitana cautum est, ut aliquo ab intestato decedente, in illius bonis omnibus succedat proximior ex parte patris, exceptis maternis, in quibus succedunt proximiores ex parte matris, & omnes tanquam hæredes ultimi morientis.
- 21 Hypotheca, quam habet mater super bonis uiri sui, in quibus successit filius pro restitutione dotum, an censatur extincta, quia demum filius successit matri suæ, & nu. seq.
- 24 Feudum dicitur recipere incrementum, quando feudatarius illud liberat ab onere annui census.
- 25 Argumentum, quod in feudo factum reperitur spectat ad heredem in allodio, tam si aperitur Domino, quam si in illo succedit agnatus, & de ratione, num. 26. sed an idem dicendum sit de illo augmento, quod fecit uasallus feudum ab aliquo onere liberando, nu. 27. 30. 31. 34. 35. & 38.
- 28 Tex. in cap. 1. §. si uasallus, hic finitur lex de quo augmenti genere loquitur.
- 29 Seruitus super feudo constituta, si a uasallo fuerit onerosa, uel lucratiua titula acquisita, illius aestimatio spectat ad heredem in allodio.
- 32 Possessor feudi si ad illud relaxandum fuerit condemnatus, potest uari retentione, donec ei soluatur melioratio.

- 33 Retentio competiti hæredi uasalli pro meliorationibus, quando feudum aperitur Domino, donec ei illarum aestimatio soluat.
- 36 Seruitus remissio an sit noua, & discreta acquisitio, quæ fit super feudo.
- 37 Melioratio an dicatur esse in re, quando feudum ab aliquo onere liberatur.
- 39 Cedere uerbum quid importat.
- 40 Clausula, quibuscumque; & quibus dederit, quid importet.
- 41 Assensus non requiritur, quando creditor super feudo, uult illud ab onere census liberare.
- 42 Clausula, ad maiorem cautelam, quatenus opus sit, & non aliàs, quid importent.
- 43 Clausula appositæ in executiuis contractibus nã mutant principalem dispositionem.

A R G V M E N T V M.

Agitur de annuo censu super feudo legitime constituto, & demum a successore in feudo illo acquisito, defuncto feudatario acquirente, duobus superstitibus hæredibus, altero in feudo, altero uero in allodio, an uti allodialis annuus ille redditus spectet ad hæredem in allodio, uel potius dicendum sit, per acquisitionem a defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuisse illum extinctum, & sic feudum a tali onere remansisse liberum. Reuocabile, & temporale, uel potius irreuocabile, & perpetuum dicitur dominium, quod habet feudatarius in feudo hæreditario. Augmentum feudi an dici possit, quando feudatarius feudum ab aliquo onere liberat, & si tale cen

sendum, an idem de illo iudicandum sit, sicut indicatur de manufacto, ad ornatum *tex. in cap. 1. §. si vasallus, in tit. hic finitur lex*, & de alijs ad materiam pertinentibus, &c.

C A P. XXI.



Annuus census super fructibus feudi, Regio accedente assensu à feudatario pro certo pretio recepto constitutus, si à successore in feudo huic oneri obnoxio fuerit vniuersali, siuè particulari titulo acquisitus, quæstio insurgit elegantissima, mortuo demùm successore isto, qui annum censum oneroso, siuè lucratiuo titulo acquisiuit, duobus superstitis hæredibus, altero in feudo, vti à lege inuestituræ vocato, altero verò in allodio, nùm annus ille census vti allodialis spectet ad hæredem in allodio, vel potius per acquisitionem à prædecessore feudatario, quocumque titulo factam, extinctus censeatur, ita vt ob hanc subsequutam acquisitionem feudum liberum remansisse dicendum sit.

2 Et quòd per cessionem à domino cæsus, et sic à creditore in feudatarium debitore factam, feudum liberum remanserit, ita vt hæres in allodio à successore in feudo annum illum censum, qui antè cessionem allodialis dicebatur, prætere non possit, 3 suadet ratio manifestissima: quotiès enim creditor debitori suo hypothecam, quam in aliquo fundo habet, cedit, siuè renunciat, fundus ille per hanc cessionem penitus liber remanet, non enim quis potest esse dominus alicuius rei; simulque in ea hypothecam habere, cum res propria nemini deservire possit, & vt aiunt *Doctores*, sunt dominium, et hypotheca incompatibilia, confunduntur namque actiones, cum debitor in creditoris ius succedit, et è contrà; sunt iura satis vulgata hæc omnia disponentia in *l. neque pignus 46. ff. de reg. iur. in l. Stichum, aut Pamphilam 95. §. aditia, ff. de solutio. in l. 1. ff. quemad. seruit. amitt. in l. debitori 7. C. de pact. et similib. Reg. de Pont. cons. 8. num. 2. lib. 1. & cons. 169. num. 5. lib. 2. Anna cons. 35. nu. 1. Cens. de censib. par. 3. cap. 1. quest. 5. per tot.*

5 his igitur stantibus, in quæstione proposita,

non est cur dici possit, hæredem in allodio successisse feudatario in hypotheca, seu in annuo illo censu super feudo constituto, ex quo affirmando, in allodiali patrimonio defuncti remansisse talem hypothecam, repugnât prorsus iura supra proximè citata.

6 Sed his, & similibus, quæ afferri possent, non obstantibus, contrariæ sententiæ adherendum esse, affirmo indubitanter: nimirum, vt annuus census, de quo in quæstione proposita, per mortem feudatarii cum duobus hæredibus spectet ad hæredem in allodio, nec aliter iure, aut ratione probari possit, per illius acquisitionem à defuncto factam, siuè emptionis, siuè donationis, aut quocumque alio titulo, feudum illud huic oneri obnoxium liberum remansisse; quod vt fiat manifestissimum, sciendum est, quòd quamuis conclusio supra pro contraria parte firmata in se verissima sit, omnique porus careat dubio, illam tamèn tunc demùm procedendam est asserendum, quotiès possessor fundi, super quo constituta fuit specialis hypotheca annui cæsus, dominus sit perpetuus, & irrevocabilis, & sic vt fundum hypothecatum possideat irrevocabiler, quod propriè consideratur in illis bonis, de quibus potest eorundem Dominus in vita, & in morte ad sui libitum disponere; secus autem omnino dicendum, quando quis rei suæ perpetuus dominus censeari non potest, quia rem, super qua fuit constituta hypotheca, possidet revocabiler, ex eo, quòd in morte necessario illam certæ, ac determinatæ personæ restituere tenetur, hoc enim casu nullatenus affirmari potest, dominium, & hypothecam esse incompatibilia; sed benè posse quem censeari dominum alicuius fundi, & in eo hypothecam habere, quod trahit secum necessarium consequens, vt mortuo censu fundi Domino, hypotheca antè mortem illi à creditore cessa, & renunciata, iure quidem exerceri possit per eius hæredem contra personam, quæ in re illa ex legis, vel hominis dispositione successit; probant conclusionem hanc *Bart. & DD. communiter*, per illum *tex. in l. ex sextante 30. §. latinus, ff. de except. rei iudic. idem Bart. in l. si finita, §. Iulianus, num. 48. ff. de damn. infec. Dec. in d. l. ne que pignus, num. 2. ff. de reg. iur. Bald. cons. 167. num. 2. lib. 1. sub illis verbis: Nec obstat, quòd hypothecaria non possit cedi domino rei super eadem re, quia illud est verum, quando res non subiaceret restitutioni, nam si subiaceret, etiam super eadem re competere potest, vt ff. de capt. & possib. d. ner. in bello, §. si quis servum, & ff. de except. rei iudic. l. ex sextante, §. latinus, Ant. Negusaz*

8 *tract. de pignor. 4. membr. 5. par. nu. 2. vers. non obstat*, quo loci hæc dicit verba: *Et non obstat, quod hoc modo res sua videatur obligata ipsi venditori, contra l. neque pignus, ff. de reg. iur. quia respondet ibi Bart. quod d. l. neque pignus procedit in re, quæ absolute, & simpliciter esset illius, qui præterdit pignus, quia tunc in ea obligatio cadere non potest, secus autem est in re, quæ subiaceret restitutioni, & alteri est tradenda, nam tunc in ea potest cadere pignus, vel quasi, l. ex sextante, & c. hæc ille. Afflict. decis. 8. num. 1. & decis. 16. num. 4. vers. nec obstat, quod, & melius decis. 237. vbi & vtiliter antè num. 3. dicens, quod in hoc casu actiones, siue hypothecæ non confundantur, nullum Doctorem dissentire, Crauet. conf. 298. num. 2. Anna. cit. conf. 39. num. 4. Seraph. decis. 872. num. 3. quem citat Cenc. loco sup. cit. n. 13. Steph. Gratian. discept. foren. lib. 2. cap. 204. num. 25. Camil. de Medic. conf. 86. & alij sine contradicatore.*

10 Modò applicando hæc omnia ad casum nostrum, cum certissimum sit, vtile feudi dominium in feudatarij persona haud considerari posse perpetuum, & irrevocabile; sed, vt aiunt *Feudistæ*, reuocabile, & temporale, seu commutatum, ex quo in morte necessario cogitur feudatarius feudum, quod possedit, siue ex pacto illud sit, siue mixtum, quod in Regno dicimus hereditarium, restituere personæ à lege inuestituræ vocatæ, hoc facit (dicunt *Doctores*) vt creditor cedendo feudatario hypothecam, quam in feudo habet, cessione, siue remissione sequuta, benè possit in suo robore super feudo obligato cessa hypotheca remanere, eiusdemq; feudi utilis esse dominus cessionarius, in cuius vita, quamuis actiones confusa videbantur, post tamen eius mortem reuiuiscerunt, fueruntq; resolute, ac restauratæ, in illis succedendo hæres in allodio, sicq; ne in proprijs terminis nostris autoritate careamus, tradiderunt *Henrich. de Rosental. tom. 1. de feud. cap. 7. conclus. 37. à num. 9. vsq; ad 13. & Gasp. Roder. omnino videndus tract. de annuis reddit. lib. 2. quest. 19. num. 43.* vbi dubium in hunc modum proponit, fingamus nimirum, quod Titius annum habens redditum super maioratu Sempronij, Regia facultate constitutum, testamento suo Sempronium debitorem hæredem instituat, qui quidem Sempronius adita Titij creditoris sui hæreditate absque inuentario, decedat similiter, Ioannem in bonis liberis hæredem instituendo, Agnatum autem in bonis maioratus; dubitat modò *Roder.* quid fiet de annuo illo reddito, num ex eo, quia Sempronius annui redditus debitor successit in ius

Titij creditoris, illa hypotheca, quam Titius pro annui redditus consequutione in maioratu habebat, remanserit extincta, & per consequens bona maioratus libera, adeo vt sit Ioanni heredi Sempronij in bonis liberis prorsus præclusa via agendi, seu petendi dictum annuum redditum à successore in maioratu? Et quod annuus ille redditus spectet ad Ioannem hæredem Sempronij in bonis liberis, non obstante, quod Sempronius debitor in ius Titij creditoris successerit, concludit *Roder.* ea quidem ratione, nam quæ admodum quando annui redditus creditor hypothecarum acquirat dominium commutabile, restituuntur hypothecæ finito dominio, idem è conuerso in debitore redditus dicendum est, si is dominium hypothecarum, non perpetuum; sed temporale habens acquirat perpetuum ius redditus, nam finito hypothecarum dominio, debet redditus restaurari, & restitui, quia contrariorum eadè debet esse disciplina.

Hanc eandem sententiam antè *Roder.* firmauerat elegantissimè *Ludovic. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 26. nu. 10.* loquens in terminis, quando dominus maioratus annum censum in illo constitutum, particulari, emptionis nimirum, vel donationis titulo acquisiisset, vt defuncto demùm domino, & possessore maioratus, qui annum illum redditum acquisiuit, teneatur successor in maioratu eundem annum censum acquirentis hæredi in bonis liberis soluere, excepto, si in acquisitione per prædecessorem facta actum esset expressè, census redemptionem ideò fieri, vt maioratus remaneret liber, sicquæ etiam *Molinam* sequendo concludit *Io. Garz. tract. de expens. & meliorat. cap. 22. num. 15. fol. mihi 203.* vbi similiter loquitur de annuo reddito constituto super maioratu, feudo, emphyteusi, & re dotali, idemquæ *Henric. Rosental.* tam in loco supra cit. quam expressius *tom. 2. cap. 10. quest. 44. num. 10.* vbi loquitur in terminis, quando feudum annuo censui obnoxium, ob lineam finitam, deuolueretur ad dominum, vt si annuus ille redditus fuisset per defunctum vasallum particulari titulo quæsitus, teneatur dominus heredi vasalli eundè annum soluere censum.

14 Hæc omnia suprâ iam dicta, aduersus quæ non inueni *Doctorem*, qui contrarium asserere ausus fuerit, nullum possunt recipere obstaculum, si quæstio ageretur in hoc citerioris Siciliae Regno, vbi feuda omnia sunt hereditaria, velletquæ quis opponere, *Doctores* omnes suprâ citatos alloquutos

esse in terminis feudi ex pacto, & maioratus, in quibus succedit agnatus uti à primo acquirente vocatus, non sic, qui succedit in feudo hæreditario; is enim uti hæres vitimi morientis, non autem primi acquirentis in feudo succedere dicitur, ergò *Doctores* prædicti apud Nos in quæstione proposita allegari non mereantur.

Respondeas, oppositionem omni prorsus carere fundamento; etenim si feudum
 15 ex pacto, & hæreditarium, quod verè apud nos dicitur mixtum, inter se, in mille different, pro eo, quod ad casum nostrum pertinet, discrimen aliquod inuenies nunquam; sed quòd inter se prorsus còueniant; quemadmodum enim feudatarius è viuis discedens feudum, quod possidet ex pacto agnato à primo acquirente vocato relinquere tenetur, sic paritèr feudum hæreditarium proximo successuro à lege inuestituræ vocato, secundùm Regni huius iura, & *Constitutiones*, ut benè obseruauit *Regens Villan. in Responso post Camer. n. 27. & Camer. in cap. Imperialem, §. prætereà Ducatus, fol. 102. lit. F.* sub illis verbis: *Si verò sunt hæreditaria, filio primogenito debentur ex restitutione necessaria, &c. Georg alleg. 19. num. 17.* ex quo necessariù oritur consequens, illudquè est, quòd quemadmodum dominium commutatum, seu
 16 temporale, & reuocabile in ea consideratur persona, quæ feudum possidet ex pacto, sic paritèr in illo, qui possidet hæreditarium, idquè adèò uerum esse, nam quamuis in Regno, ex eo, quia feuda omnia sunt hæreditaria, valeat feudatarius decedens
 17 eius grauare successorem pro concurrenti feudi valore, ad tradita per *D. de Franch. decis. 1. & 704* & apud Nostrates passim; quãdo tamen esset tractandum de ipsius feudi dispositione, necessariò illud proximo successuro restituere cogitur, ergò necessariò
 18 etiam est asserendum, feudatarium in feudo hæreditariò dominium non habere perpetuum, & irreuocabile, sed temporale prorsus, reuocabile, & commutatum; quibus sic uerissimis stantibus, benè *Doctores* supra relati apud nos allegari merentur, omniquè iure concludendum, subintrare
 19 còclusionem supra firmatam, nimiràm dominium, & hypothecam nullatenus esse incompatibilia; sed posse omninò simul stare, quando qui dominium habet rei, in qua annexa est hypotheca, dominus perpetuus considerari non potest; sed prorsus tēporalis, sicut in casu, super quo noster est sermo.
 Quodquè omni prorsus careat ambiguitate, ex alio corroboratur; nam cum ex

20 lege municipali huius Ciuitatis, decedente aliquo sine filijs ab intestato, in bonis illius omnibus, maternis exceptis, succedant proximiores ex parte patris, in maternis autem proximiores ex parte matris, non quidè uti hæreses, & successores primi bona acquirentis; sed uti hæreses, & successores ultimi decedentis, ut dixerunt *Napod. in Consuet. Et si testator, in verb. disponere, num. 13. vers. non obstat pactum, fol. mihi 179. & in verb. perueniat, ubi Scip. Bucin. in addit. incip. An talem medietatem, vers. tamen durum est, Capyc. ad Napod. in Còsuet. Si moriatur, §. ea autem, in addit. incip. Ad Napod. fol. mihi 91. Minad. in Const. In aliquibus, in 4. notab. num. 15. D. de Franch. decis. 89. num. 1. & seq. 92. num. 4. 518. antè num. 12. 525. nu. 8. 536. num. 1. & alibi, D. Reg. de Pont. conf. 13. nu. 21. & 22. & conf. 52. num. 21. 22. & 23. omninò uidendus lib. 1. *Bammacar. in cap. Titius, num. 28. in si de feud. def. cont. fol. 189.* cum dubitatum esset, an per successionem filij in dotibus maternis in pecunia consistentibus, ad quarum restitutionem filius ipse uti patris hæres matri tenebatur, extincta esset hypotheca, quam mater ipsa habebat super bonis uiri sui præmortui, in quibus filius successerat, itaut decedente demùm filio ipso sine liberis, & ab intestato, eiquè agnatis succedētibus, proximiores ex parte matris dotes maternas petere non possent; resolutum fuisse inuenimus, non alitèr confusas fuisse actiones, nec hypothecam extinctã, quia filius existens hæres patris, & sic debitor matris, eidè matri successerat, & per còsequens proximiores ex parte matris tanquã eiusdem filij ultimo loco defuncti in bonis maternis hæreses, actione reali benè posse super bonis pro dotium restitutione obligatis, de eorù iuribus experiri aduersus proximiores ex parte patris, qui in bonis illis filio defuncto successerunt, idquè non alia ratione, nisi ex eo, quia dominium rerù paternarum, in quibus filius successerat, nõ alitèr censerì poterat in eiusdem filij persona irreuocabilitèr quæsitum; sed prorsus reuocabilitèr, ex quo virtute legis municipalis, bona illa paterna, dum de illis in vita nõ disposuerat filius, erant restitutioni obnoxia ad fauorem agnatorum, & sic quamuis filius successerat hypothecæ matris creditricis suæ, quia tamen dominium bonorù paternarum, in quibus erat annexa hypotheca illa, non poterat in persona filij perpetuum, & irreuocabile considerari; sed temporale, & commutatum, remansit sine dubio super eisdem bonis paternis per filium*

vti patris heredem possedis firma, & illega hypotheca in instrumento dotali contenta, ad effectum, vt post ipsius filii mortem proximiores ex parte matris, ad quos dicta hypothecam exercere tunc spectat, dotes illas recuperare possent, idq; vt diximus, non obstante successione filii debitoris in iuribus matris creditoris subsequuta; sic sanè per Sac. Cons. & Regiam Cameram pluries decisum fuisse attestantur *Affl. dec. 237. ibiq; Casar Vrsil.* omninò videndi, *Reg. de Pont. conf. 8. num. 10. & seq. lib. 1. & latius, ac doctissime in conf. 143. lib. 2. Camil. de Medic. conf. 162. num. 29.* & sic vides, dari casu, in quo succedat quis in aliquo honorum genere non vti hæres primi acquirentis; sed vltimi morientis; qui illorum bonorum dominium non habebat perpetuum, & irrevocabile, sed temporale, & reuocabile, ex quo necessariò in morte veniebant bona illa alteri restituenda, quàmuis in vita potuisset liberè disponere, & tandem non fuisset extinctam hypothecam, nec in aliquo confusas actiones, ex eo, quia hic vltimus decedens vti hæres patris existens matris debitor successerat in hypotheca, quã mater ipsa super bonis per filium tãquam dominum possessis tenebat: quibus sic stantibus cessat prorsus obiectio supra facta, eoque magis fundata, ac penitus indubitata redditur huius controuersie determinatio.

Sed ulterius progrediendo, si annuũ censum, de quo agimus, extinctum esse dicemus, (quia cum particulari titulo feudatarius illum acquireret, expressè conuenit, vt remaneret extinctus, cum aliis talis nunquam dici possit, per ea, quæ supra dicta sunt) ex alio dicimus in questione proposita, hæredis in allodio iura in tuto esse; posset enim ille eo casu heredem in feudalibus cogere ad sibi soluendum, & exburgandum id, quod per defunctum feudatarium pro extinctione illius annui redditus erogatum est, vel si nil impensum esset, quia lucratio titulo successit extinctio, ad estimationem eius, quod impendi potuisset; constat enim, per hanc extinctionem feudum recepisse incrementum, illudquè augmento intrinseco melioratum fuisse, ex quo ab obligatione, & onere soluendi censum, cui erat obnoxium, extitit à suo feudatario liberatum, vt dixerunt *Affl. decif. 232. num. 6. vers. creditor ergo, & ibi Prosp. Carau. in addis. in princ. Camer. in cap. Imperialem fol. 15. col. 3. lit. O. Marcel. de Maur. alleg. 42. nu. 10. Reg. de Pont. conf. 17. num. 60. vers. nam, quando, lib. 2. & cæteri*

nostri communiter; Modò cum certum, & indubitatum sit, augmentum omne, quod in feudo factum reperitur, siue titulo oneroso, siue lucratio spectare ad heredem in allodio, siue separabile illud sit, siue inseparabile, & sic siue extrinsecum, siue intrinsecum, idq; siue feudum aperiaturo domino: siue in eo succedat legitimus ab intestato successor, ex lege inuestituræ vocatus, vt dixerunt *Capyc. in inuestit. feudal. in verb. feudorum augmenta, in princip. D. Reg. de Pont. conf. 11. nu. 8. vers. secunda erit conclusio, & latius, ac melius conf. 52. à num. 31. ad finem, lib. 1. & conf. 58. num. 2. lib. 2. & decif. 4. nu. 33. Fab. de Anna in addit. ad alleg. 6. sui Genitoris, Henric. de Rosent. de feud. tom. 2. cap. 10. q. 44. nu. 4. Scradet. de feud. par. 2. vndecima princip. sect. 2. quest. 5. num. 20. 21. 38. 39. & 47. concl. 7. 10. Andr. de Georg. alleg. 1. num. 12. Pistor. quest. iur. lib. 2. quest. 42. num. 22. Borrell. in summa decif. par. 1. tit. de feud. num. 563. 564. & 566. D. Reg. Constant. in tit. C. pen. fiscal. credit. præfer. num. 152. lib. 10. Anst. Monach. de rect. feud. interpr. cap. 65. num. 24. Nicol. Naal. de transmis. casu 37. & alii sine contradictore, consequens est dicere, augmentum hoc, quod recepit feudum, dum mediante persona sui feudatarii liberatũ extitit ab onere soluendi censum, cui per prius erat obnoxium, siue illius estimationem spectare etiam, & pertuere in casu, de quo agimus ad heredem in allodio: assignat rationem*

26 *D. Reg. de Pont. cit. conf. 52. cur augmentum omne, quod in feudo reperitur, ita spectet ad heredem in allodio, quando feudum aperitur domino, per iura expressa hoc disponentia, & quando in eo succedit agnatus, & ea est, nam si meliorationes per se subsistunt, reputantur burgenatica, sin autem illa per se subsistere non possunt, datur actio pro illis consequendis, quæ quidem actio feudalibus non est, sed burgenatica, & si datur contra dominum, ita quod teneatur ille ad iustæ estimationis solutionem, ergò est potens feudatarium, consequenter illi in ea succedunt, qui in cæteris bonis, & iuribus burgenaticis sunt successores, & sic nil refert, quòd feudum vadat ad dominum, vel ad agnatum, & vt dicit Io. Andr. de Georg. loc. cit. ratio illa, quæ in hoc etiam affertur, nè quis locupletetur cum aliena iactura, sicut ligat dominũ, sic pari modo ligat agnatum, qui multoties contra defuncti voluntatem in feudo succedit.*

Conclusio hæc, de qua nemo hucusq; dubitauit, nullam potest recipere obiectionem, si quis opponendo contendere vellet, *Doctores*

omnes supra citatos, qui meliorationes in feudo factas, defuncto demum feudatario, ad eius heredem in allodio pertinere dixerunt, alloquutos esse de augmento manufacto, siue separabile illud sit, uti predium, quod feudo non accretit, siue inseparabile, quia feudo annexum, pro quo ad estimationem datur actio; nemo autem loquutus fuit de hoc augmenti genere, scilicet cum feudatarius feudum ab aliquo onere liberet, ergo; Respondetur enim, idem esse, nec discrimen aliquod inter utrumque; augmenti genus considerari posse; id, quod iuris, rationibus, *Doctorum*, retumque; indicatum auctoritate probamus; etenim negati non potest, augmentum feudi esse ab onere aliquo illud liberare, & quamvis non manufactum, & sic apparens, bene tamen intrinsicum, sic enim dixisse annuimus *Afflic. Camer. Reg. de Ponte*; Aliosque plures supra relatos; modo ut idem sit indicandum de augmento mere intrinsicum, quale est illud, de quo agimus, sicut indicatur de illo, quod manuit, probatur ex punctuali decisione *tex. in cap. 1. §. si vasallus, in tit. hic finitur* 28 *lex*, quem *Doctores* omnes supra citati allegant ad probandum, meliorationes in feudo factas ad vasalli heredem in allodio spectare; de utroque enim augmenti genere loquitur *tex. illic*, & sic tam de manufacto, prout est artificium, & quid simile, & de mere intrinsicum, prout est seruitus, quam preuo feudatarius feudo acquisiuit, cuius quidem seruitutis inter alias species esse, cum super re aliqua annuus census constitutus reperiretur, est apud omnes indubitatum, ut dixerunt *glos. in cap. 1. de censib. Anchar. cons. 30 num. 8. Caroc. decis. 103. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 63. Anand. tract. de censib. cap. 74. num. 3. Rot. decis. 1. num. 4. & 71. num. 11. in reob. per Cenc. Costa cons. 9. num. 2. & aliosque; attenda dispositione *tex. predicti*; *Doctores* concorditer dixerunt, seruitutis pecunia acquisita estimationem ad heredem in allodio pertinere, ut per *Andr. ibi num. 17. vers. idem si acquisiuit seruitutem, Bald. Aluar. & Communiter Scribentes, Martenz. in l. 6. tit. 7. lib. 3. reob. pil. glos. 3. num. 7. Ant. Gomez in l. 45. Tit. intra num. 3. vers. similiter & in reb. feud. lib. Barbof. in l. diortio. par. 1. §. fin. num. 112. vers. ultimo notabis, in fin. Pistor. cit. quest. 42. num. . . Malin. de Hispan. primogen. cit. cap. 26. num. 12. ubi tamen num. preced. supponit liberare feudum, siue maioratum ab annuo censu, cui est obnoxium, augmentum esse per se subsistens, ac proinde ad heredem redimentis specta-**

re, subdit demum, idem esse de augmento, quod per se subsistens non potest, prout est seruitus, quae licet maiorati cedat, venit tamen illius estimatione possessoris heredi solvenda, idemque *afflic. num. 12. si donatio concessa fuisset seruitus, dummodo possessoris contemplatione, & ut ipsi sac hereditas eius acquiratur, quia secus si contemplatione maioratus, & familiae.* 30 Quodque in terminis proposita quæstionis, feuda in liberare ab annuo reditu, cui reperitur obnoxium sit vere augmentum, aut per se subsistens, ut aliqui præsupponunt, aut mere intrinsicum, ita ut quoad effectum rei discrimen aliquod considerari non possit, quando feudatarius addit feudo, & quando illud ab aliquo onere liberat, illa palpabili ratione probatur; fac enim, ut possidete Titio feudum, quod erat in redditu centum, illud augmento manufacto meliorem reddat, vineam nimirum, vel oliuetum plantando, ita ut postmodum ex hoc melioramento sit feudum in fructu biscentum; certe augmentum hoc, siue illius estimationem, mortuo demum feudatario, ad eius heredem in allodio spectare, nemo dubitavit, siue feudum deuoluatur ad dominum, siue ad agnatum; finge autem modo, ut quis possideat feudum, quod sit in fructu biscentum; at feudatarius non exigit, nisi centum, quia aliter centum exigit Caus, qui super feudo illo tantæ summæ annum tenet censum; demum hic feudi possessor censum hunc annum, povero, siue hereditario titulo acquirat, non ad posterum biscentum exigit feudatarius, qui per prius non nisi centum exigebat, certe sic ergo dicendum est, feudum hoc ob subsequendam a tanto onere liberationem recepisse incrementum, illudque ad feudatarii beneficium melioratum fuisse in centum, ac proinde illo demum defuncto, duobus superstitibus heredibus, altero in feudo, altero vero in allodio, vel ex testamento, vel ab intestato, huius augmenti estimatione similiter ad heredem in allodio spectare debet, prout spectat estimatio manufacti, cum quoad effectum rei, ut diximus, congrua diversitatis ratio constitui non possit, quando feudatarius addit feudo, & quando illud ab aliquo onere liberat; utroque enim casu, partim modo feudatarii consideratur utilitas; sicque in puncto firmasse iurari, quamvis in alia facti specie, docet illud *Jacobum Gallii cons. 120. num. 5. & 6. ubi fundat elegantissime, prout* 31 *de more, augmentum feudi esse, illud liberare ab onere vitæ, & militari; cui annuo*

præstationi erat obnoxii, nec referre, quod non videatur in re facta melioratio, nam inquit, quod satis in re esse censetur, cum quis ab onere aliquo, & seruitute rem liberet, idque apertè probari ait in d. *S. si vasallus*, in quo determinari dicit, satis esse, ut feudum melioratum censeatur, si sit utilitas aliqua feudo, ut putà redimendo illud à seruitute, ac proinde in casu suo subdit *Gallus*,
 32 licere possessori sic melioranti ad feudum relaxandum condemnato uti illius retentio-
 ne, donec augmentum hoc, & melioratio sibi solvatur, prout licitum esset pro alijs meliorationibus manufactis, ex quo lex feudalis non abhorret, quòd is, qui bona fide meliorationes fecit, non valeat super feudo illas recuperare, ut habetur in eodem *S. si vasallus*, cuius quidem *sex.* dispositione attentata, dixerunt *ibi Doctores* communiter, quos citat, & sequitur *Molina. de retentio.*
 33 *quest. 104.* deuoluto feudo ad dominam, ob feudatarii mortem sine legitimo successore, illius heredi in allodio licere feudum retinere, donec, & quousque meliorationes à defuncto in feudo facte sibi, ab ipso domino solvantur, vel ab agnato, si in illo successit agnatus, & ita patum apud nos iudicari testatur *Reg. de Ponte dec. 4. m. 33.* & quod dubitatum aliàs fuerit, illud tantum sit, nimirum, quid debeat dominus solvere, an quod fuit impensum, vel id tantum, quod fuit melioratum, qua de re latè proseguitur *decis. 12.* & per *Reg. Constant. loco sup. cit.* ubi decisionem refert.

34 Probatur etiam conclusio ista, nimirum idem esse, quòd feudatarius addat feudo, & quòd illud ab aliquo onere liberet, auctoritate rerum iudicatarum: sic enim de anno 1591. determinasse iuveni Regiam Camera Regni huius in causa tunc vertente inter Marchionem Terræ Ipsiro, cum Regio Fisco, pro cuius decisionis intelligentia sciendum est, quòd inter alia corpora feudalia, quæ in dicta Terra possidebat Marchio Ferdinandus Spinellas, & ad præsens possidet successor eius Princeps Tarsis, sūt quædam defensa, vulgò dicta, *la Piana, Capelliere, e Santa Venere*, quæ vno anno seruntur, altero verò fructum reddunt ad vsum pascuis in quo quidem anno cum Vniuersitas per menses quatuor ius haberet pascendi, cupiens Marchio prædictus defensas illas ab hac seruitute liberare, procurauit, ut Vniuersitas remitteret illam, prout remisit, pretio recepto ducatorum quinque milliū, & sic remanserunt defensa à dicta seruitute liberata. Contigit demum post aliquos

annos, ut idem Marchio redimens in illo anno è viuis decederet, in quo in dictis defensis pascuum sumebatur; cumq; ob hanc subsequutam mortem soluendum erat Regiæ Curia relemium, quod est medietas fructuum, qui in illo anno, quo feudatarius moritur, à feudo percipiuntur, dicebat Fiscus, successorem in dicta Terra pro medietate fructuum perceptorum in dictis defensis soluere teneri ducatos tercentum septuagintaquinque cum omnes ducatos septincentum quinquaginta importarent, & cum ita exequutum esset, sentiens successor feudatarius se grauatam, institit, à quantitate prædicta deducendam fore quartam partem pro rata iuris pascendi olim Vniuersitati competentis, & ab ipsa pecunia redempti, & sic titulo particulari à prædecessore vasallo acquisiti, nam si ab Vniuersitate non extitisset seruitus illa remissa, dubio procul Civium animalia pascua sumpsissent, sicq; in illo anno, quo mori contigit Marchio, nullatenus à defensis prædictis summa, & quantitas ducatorum septincentum quinquaginta percepta esset, cui quidem iustitiam non esse locum Fiscus dicebat, ex eo, quia illud, quod obtinuerat Marchio Ferdinandus aliud non importabat, nisi simplicem remissionem seruitutis iuris pascendi Vniuersitati competentis, quæ remissio non aliter dici poterat noua, & discreta acquisitio sed potius quædam consolidatio, & sic perperam à successore prætendi poterat, locum fore deductioni petiti; His tamen non obstantibus, existente Comissario Domino Regente de Ponte tunc Regii patrimonii vno ex Præfectibus, Regia Camera pro successore in feudo prædicto proposiuit, deducendo à summa dictorum ducatorum septincentum quinquaginta ratam illam, quæ quartam partem dictæ quantitatis importabat, & sic extitit Regius Fiscus condemnatus ad restituendam ratam prædictam, idem exactam, suntque decisionis verba, quæ sequuntur.

35 *Super deductione petita ducatorum nonaginta trium, arenorum trium, & granorum quindecim per Ill. Ioseph. Spinellum Marchionem Ipsiro à significataria expedita contra eundem pro releuo debito ob mortem Ill. q. Ferdinandi eius fratris pro rata iuris pascendi in defensis nuncupatis, la piana, Capelliere, e santa Venere, empti per dictum Marchionem ab Vniuersitate Terræ prædicta pro pretio ducatorum quinque mille, stante declaratione facta, esse burgensaticum, & fuisse denumeratum feudale in petitione præsentata in anno 1578. in liqui-*

datiōne facta releuū ob mortem Magnifici Ioānis Vincentij Spinelli domini Terrarum Verzini, Calapizati, et Terræ prædictæ Ipsirò; stante etiam deductiōne facta quantitatis prædictæ, pro eadem causa, in liquidatione vltimo loco facta releuū ob mortem dicti Ill. Ferdinandi.

Die quinta Nouembris 1591. facta relatione per subscriptum Mag. Rationalem, visis scripturis præsentatis, ac liquidatione facta in anno 1579. releuū prædicti, ob mortem dicti Magnifici Ioannis Vincentij Spinelli, in qua liquidatione non fuit deducta rata iuris pascendi defensorum prædictarum, ac deductiōne facta ducatorum nonaginta trium, tarenorum trium, et granorum quindecim. Pro causa prædicta à significatoria vltimi releuū, ob mortem dicti Marchionis Ferdinandi, ac etiam solutiōne facta significatoriæ releuū prædicti anni 1579. fuit prouisum, condemnari, prout præsentis decreto condemnatur Regius Fiscus ad restituendum dicto Ill. Ioseph. Spinello Marchioni moderno dictos ducatos nonaginta tres, tarenos tres, et granos quindecim, et expediantur literæ certificatoriales Regiæ Generali Thesaurariæ pro restitutione ipsorum, qui breui manu soluantur Regiæ Generali Thesaurariæ prædictæ in extinctionem significatoriæ ducatorum 1510.2.7. in quibus vltimo loco fuit liquidatum releuū prædictum, hoc suum, etc.

Ioannes Franciscus de Ponte.

Fabritius Cardinus Rationalis.

Die 20 Octobris 1592. facta relatione, fuit prouisum, quod deducantur ipsi ducati 93. 3. 15. à significatoria prædicta ducatorum 1510.2.7. vltimo loco expedita sub die 15. Iunij 1591. et iam fuerunt deducti.

- 36 Vides igitur ex hac decisione, simplicem seruitutis remissionem habuisse Regiam Cameram pro noua, ac discreta acquisitione à defuncto feudatario in feudo facta, ac si verè in fundo alterius, ad feudi augmentum nouam iuris pascendi acquisisset seruitutem, iuxta literam §. *si vasallus*, ac proinde ius illud remissum vti quid burgenaticum pro rata tangente fuisse deductum in liquidatione releuū, quod certè deduci non poterat, si remissio illa seruitutis consolidatiōnem tantum importasset; idem ergò & maiori cum ratione dicendum est in casu, de quo agimus, vt sit vera, & discreta acquisitio, quæ fit à feudatario, dum feudum liberat ab annuo censu, cui reperitur obnoxium; sicquè concludendum doctè satis dixisse *Gallum loco cit.* nil referre melioratiōnem in re factam non esse, ex quo satis in re esse dicitur, cum res illa ab aliquo onere, vel seruitute eximatur, ad id expenden-

do *tex. in d. §. si vasallus*; cuius quidè dispositione attentata, in casu decisione prædictæ, si Marchio Ferdinandus, qui seruitutis remissionem procurauit, sine legitimo successore è viuis decessisset, quod proinde feudum extitisset ad Dominum Regem nostrum deuolutum, certè summa illa ducatorum quinque millium à defuncto vasallo exbursata veniebat omninò à Fisco soluenda hæredi vniuersali bonorum allodialium; & pari cum ratione, attento themate, super 38 quo noster est sermo, si casus contigisset, vt feudum, quod erat annuo. censi obnoxium, apertum esset domino, debitor utique extitisset Fiscus, obligatusquè remansisset ad soluendum hæredi in allodio censum illum, siuè illius æstimationem, prout in terminis terminantibus resoluit *Rosental. citato cap. 10. quasi. 44. nu. 10.* Et dum Doctores nullum constituunt discrimen, quādo feudum aperitur domino, & quando in illo succedit agnatus ex lege inuestituræ vocatus: sed eandem militare rationem asserunt, sicquè per Sac. Conf. decisum penès *D. de Franch. decis. 19. §. 572.* consequens est dicere, vt agnatus hæres in feudo teneatur hæredi in allodio annum illum soluere censum à defuncto feudatario quæsitum, siuè illius æstimationem.

Scribendam hæc pro Illustrissimo Domino meo Don Francisco Peretto Abbate Claravallens. nunc S. R. E. Cardinali dignissimo Excellentissimi patris sui in bonis allodialibus hærede vniuersali, in casu tamèn, in quo ad fundandam illius intentionem tanta dote non indigebam; nam vt census super feudo constitutus, & demum à successore in feudo illo acquisitus non potuisset censi extinctus; sed profus ad hæredem in bonis liberis transmissibilis, pluribus medijs constabat apertissimè; illud enim erat in facto certissimum, Excellentissimam Donnā Camillam Perretti, illius magni Sixti germanam in anno 1591. emisit Comitatum Celani, & Baroniam Piscinæ in Prouincia Aprutina, pretio ducatorum tercentum septem millium, & quingentum, quos pro summa ducatorum biscentum quinquaginta millium exbursauit de propria pecunia Domini Cardinalis Montalti eius ex filia nepotis, ad cuius fauorem, donec sors restitueretur, annum constituit censum ducatorum decem millium, ad rationem quatuor pro centenario, quam quidè annuam præstationem, vt autoritate propria ex fructibus feudorum potuisset

Donnus Cardinalis exigere, fuit expresse conuentum, Regia assensu in omnibus legitime accedente, demum eademmet Donna Camilla feuda predicta Domino Principi Peretto eius. similiter ex filia nepoti, & immediato successori amplissime refutauit, asserendo, feuda illa ab omni onere libera, & immunita esse, adoha tantum excepta, & annuo censu predicto ad fauorem Domini Cardinalis constituto, qui Dominus Cardinalis volens demum Principi Germano rem gratam facere in anno 1613. eundem censum illi donauit, & vt mediante hac donatione, census ille in futurum extinctus minime potuisset censeri; sed quod semper in suo robore permaneret, curarunt expresse contrahentes, vt ex instrumenti lectura constat euidentissime.

Primo enim apparet D. Cardinalem non aliter liberasse feuda ab hoc annuo censu; sed illum Principi fratri donasse, & cessisse, ibi in dispositiuis contractus, donauit donationis titulo irrevocabiliter inter viuos, cessitque, *32* renunciauit, &c. quae sane verba, quando agitur de translatione iurium, idem operantur quod tradere in corporalibus, ex notatis in *l. final. C. quomodo sife. vel prin.* & sic cedere id est est, quod a se abdicare, sive a iure illo discedere, & alium loco sui ponere, vel vt proprio sermone utar, cedere nihil aliud est, nisi ius aliquod incorporale in alium transferre, *glos. & Bart. in 2. lectur. col. pen. ad fin. in l. 1. C. de act. & oblig. Bald. in l. e. x legato, num. 2. C. de leg. Castr. in l. per diuersas, C. mand. Papien. in praes. glos. 1. vers. cessit, in prin. & Bertaz. de claus. instrum. claus. 27. glos. 4. num. 2.*

Secundo, recepit, & acceptauit D. Princeps census donationem pro se, eiusque heredibus, & successoribus quibuscunque, & cui ipse dederit, sub illis verbis immediate sequentibus, *dicto Illustriss. & Excellentissimo Domino Principi D. Michaeli Peretto gratias agenti, & recipienti, stipulanti, & acceptati pro ipso. Excellentiss. Principe, eiusque heredibus, & successoribus quibuscunque; & quibus ipse Excellentiss. Dom. Princeps, &c. dederit*, hoc enim importat clausula *quibuscunque, & quibus dederit*, vt recipiens ius illud, quod recipit, possit tam in vita, quam in morte in alium transferre, *Andr. Aluar. & omnes in cap. 1. de vobis, quem fecit agnat. Camer. in cap. Imper. f. 29. lit. D. cu plurib. seqq. & alij, quod certe alijs tradi, & dari non posset, si diceretur ius illud extinctum.*

Tertio, donauit D. Card. fructus decurfos, & in futurum decurrendos, ibi, *et omnes, & singulos fructus usque ad presentem diem.*

quomodolibet decurfos, & decurrendos in futurum. Ex his verbis constat etiam liquidissime de contrahentium voluntate, vt census esse debuisset omnino transmissibilis, nam si sortem extinxisset, nullos fructus illa in futurum producere, & parere potuisset.

Quarto, donauit, & cessit D. Card. Principi fratri specialem hypothecam, quae ipsi competeat super dictis feudis, ad finem, vt potuisset sortem donatam consequi ab ipsomet Domino Principe, & a quibus opus fuisset, ibi, *Pro consequenda d. scura ducentum quinquaginta mille moneta super dictis Statibus ab ipsomet Domino Principe, & a quibus opus fuerit, &c. & demum, nec non eadem supradictam specialem obligationem dictorum Statuum, & omnia alia iura, actiones, & hypothecas, &c.* ex hoc etiam colligebatur enixe contrahentium mens, & intentio, vt voluerint transferre, & vt viua semper remaneret actio super feudis, ad finem, vt potuisset illam exercere Princeps contra feudorum possessorem, qui in futurum extitisset; poterat enim dari calus, vt Princeps feuda illa huic oneri obnoxia in alium transferre voluisset, vel in suum proxime successorum refutare, cum reservatione tamen huius annui census, eo modo, & forma, prout extitit ab eius Auita, ad Cardinalis fauorem constitutus, in cuius exactione potuisset demum impedimentum recipere, & eo casu vt i actione hypothecaria super feudis vigore cessionis a Domino Cardinale sibi facta.

Quinto, & ultimo, quod haec fuerit contrahentium mens, & intentio tantis medijs declarata, vt penitus cessaret omnis dubitatio, curarunt super hac cessione Regium obtinere assensum, prout obtinuerunt, cuius impetratio in simplici census extinctione nullatenus erat necessaria; constat. n. apud nos vsu receptum esse, quod quando tractatur de liberando feudum ab onere hypothecae, assensu non indigemus, vt post *Bart. de Capua, & Ant. de Alex. testatur Affl. dec. 232. ibiq. Add. Capyc. dec. 156. Camer. & alij nostri communiter, & quotidiana docet praxis, bene tamen assensu egemus in translatione, seu cessione actionis super feudo, quam habens D. Card. super Statu Celani, & Baronia Piscinae, & volens in Principem transferre, ad hoc, vt in illius persona radicari potuisset, consulto impetrarunt assensum.*

Nec his omnibus ob stare dicebam verba, quae post perfectum contractum sequuntur, extinctionem denotantia, ibi, *nec non extinxit dictum interesse, ad dictam rationem quatuor pro centenario, & liberauit, & absoluit dictos*

Status ab onere dictæ specialis obligationis in fauorem ipsius Ill. Dom. Card. contractæ, etc. ex his. n. verbis eo magis dignoscitur contractuum voluntas, quod voluerint censum facere transmissibilem, nam priusquam Dom. Cardinalis illa proferret, declarauit, id omne ad maiorem Principis cautelam peragere, et quatenus opus esset, et non aliter, sub illis verbis immediatè præcedentibus. Cuius quidem supradictæ donationis causa prædictus Illustriss. D. Cardinalis, ad maiorem cautelam, quatenus opus sit, & non aliàs, &c. Nam cum per prius ex pluribus se declarauerint cōtrahentes, quod volebant censum transferre, non autem illum extinguere, demùm dubitantes forsitan, si id peragere potuissent; ad hoc, vt Dom. Princeps de cætero molestari non potuisset, Dom. Cardin. extinxit interesse, seu annuum censum, Status ab illo onere liberando, cum clausulis tamen prædictis, quatenus esset necessarium, ad maiorem cautelam, & non aliàs, quasi dicere volebat, transfero in te Principem censum; at si translatio hæc iuris habet resistentiam, remaneat liber Status ab hoc onere, & sic prima, & principalis dispositio nullatenus remansit vulnerata, vnde cum translatio in Principis personam bene poterat de iure fieri, vt supra in discursum questionis ratione, & autoritate fundauimus, verba illa extinctionem denotantia, pro non appositis haberi debent, dum conditionaliter apponuntur, hoc què dicimus de iure importare clausulas illas sic iunctas, ad maiorem cautelam, quatenus opus sit, & non aliàs, vt docet Ruin. conf. 152. nu. 4. quem refert D. Card. Tusch præf. concl. lit. C. concl. 311. & Surd. xof. 188. num. 10 vol. 2.

Et quod de verbis illis extinctionem denotantibus nulla prorsus possit haberi ratio, ex alio redditur indubitatum, dum appositæ non extiterunt in dispositiuis contractibus, & sic in illo actu, in quo cessio suam accepit firmitatem; sed postquam erat iam contractus ex omni sui parte perfectus, & sic fuerunt prolata in exequutiuis contractibus, tempore, quo principalis dispositio amplius infirmari non poterat, prout est tex. in elemen. 1. de præben. vbi Canonistæ cōmunitèr, & ex nostris dixerunt D. Præs. de Franch. decis. 6. num. 6. & 213. num. 53. & D. Reg. de Pont. conf. 54. nu. 16. & magis in puncto conf. 57. num. 54. & 55. quo loci regulam à Doctoribus traditam reassumit, vt cognosci possit, quando clausulæ in dispositiuis, & quando in exequutiuis appositæ intelliguntur, & dicit, quod quando principalis dispo-

sitio est in se perfecta, nec pro illius validitate aliquid remanet agendum, omnes clausulæ, quæ demùm sequuntur, censentur in exequutiuis appositæ; hic est propriè casus noster, nam postquam D. Cardinalis donauerat tam sortem, quam fructus decursum, & in futurum decurrendos, Princeps què donationem receperat iam pro se, & hæredibus quibuscunquè, & cui ipse dare voluisset, ita vt nihil aliud pro contractus firmitate peragendum supererat, subsequerentur demùm verba illa, extinctionem denotantia, de quibus si posset aliqua haberi ratio, totalis contractus principalis dispositionis sequeretur destructio, quod proinde vti aduersatim substantiali dispositioni, sunt omninò abolenda, tanto magis, quod conditionalitèr, vt diximus, sūt appositæ; Vnde ex his omnibus dicebam, Illustriss. Dominum meum Abbatem in hoc articulo ab omni dubitatione semper fuisse procul.

S V M M A R I V M.

- 1 Antefatum per uxorem rebellis lucratum ad quem, ea defuncta, spectet & de n. 213. et 27.
- 4 Rili rebellis sunt alieni ab omni successione.
- 5 Filia femine rebellis an habeant legitimam super bonis maternis, et an in eis procedat, tex. in l. quisquis, §. filiis, C. ad l. Iul. Maieft.
- 6 Filia femine an super lucro antefati earum matris habeant legitimam, in terminis tex. l. quisquis, §. uxores, C. ad l. Iul. Maieft. et num. 7. 8. 9. et 25.
- 10 Antefatum in Civitate Neap. spectat ad filios vt hæredes patris, et num. 12.
- 11 Mattheus de Aff. in decis. 314. fuit malè recordatus.
- 13 Textus in l. quisquis, §. uxores, C. ad l. Iul. Maieft. declaratur, et num. 15. 16. 17. 24.
- 14 Donata à viro uxori, ea ad secundæ vota transferta, reseruantur filiis primi matrimonij.
- 18 Practica antiqua, qua vtimur Neap. circa cōstitutionem antefati, que sit.
- 19 Consuetudo Neap. incip. Quartam autem quid disponat, declaratur.
- 20 Filij tam primi, quam secundi matrimonij consequuntur antefatum per secundam uxorem lucratum in Civitate Neap.
- 21 Antefati proprietas donec vivit, uxor non est in dispositione propter futurum euentum, & num. 26.
- 22 Uxor mortuo viro quod ad consequutionem antefati habet electionem, vel petendi pecuniam, vel vt hæredes correspondant.
- 23 Donatio propter nuptias an differat à quarta, seu antefato.

ARGUMENTVM.

Agitur, cui nam sit restituendum antefatum, quod mulier ob vii mortem quoad vsum fructum lucrata fuit, filiis, vel socio constituti, vel potius Fisco, qui propriis filiis exclusis in bonis præ mortui viri successit, propter crimen læsæ Maiestatis ab illo patratum. Filia rebellis an super lucro antefati, quod mortua matre ad Fiscum spectat, possit legitimam consequi. Exoritur *tex. in l. quisquis, §. vxores, C. ad l. Iul. Maiest.* vbi plura de eius materia. Donatio propter nuptias an differat ab antefato, refertur singulare responsum *D. Ioannis Angel. Pisanelli* adhuc non impressum enim decisio- nibus sacri Consilij;

C A P. XXII.



Antefatum per mulierem lucratum quoad vsum fructum illius morte sequuta proprietati consolidatum, diximus *lib. I. c. 15.* spectare ad Regium Fiscum, siue extent, siue non. Si filius matrimonij casu contingente, quod essent illi paterna successione indigni, tanquam ex patre rebelle geniti, sicq; retulimus *tit. de anno 1556.* per Regiam Camera[m] determinatum in causa *Cornelia de Taxis* cum Regio Fisco, quam decisionem refert etiam *Ursil.* sed non bene de facto informatus in *addit. ad Aff. de vis. 127. id.* quod obseruauit demum pariter affirmasse *Dom. de Franch. dec. 689 in fin.* quam refert *Tasson.*

in pragmat. de antefat. v. ex. p. obler. c. num. 60. fol. 30. verum existente patre, qui antefatum illud pro filio rebelle constituerat, ad eundem Fisco exilio reuerti debere, probauit, sicq; indicauit de anno 1570. per eandem Regiam Camera[m] decisum me inuenisse, in quibusdam Allegationibus manu scriptis *D. Scipionia Sansoni* vbi hæc decisio notatur propriis manu *D. Bernardini de Sæta Crucis*, qui fuit Regiæ Cam. Præsides, & Locum tenens, quam quidem determinationem pro Fisco sequitamur, quando patres in medio non extaret, illo cum habere dixi semper, non modo, quando in hoc lucro succederent filij, vt heredes patris, prout legit municipali in hac Ciuitate, cautum est, sed etiam si ex patre viri filij, prout communitè hodie in capitulis matrimonialibus paciscitur, sunt enim filij rebellis ab omni successione alieni, siue paterna, siue materna, siue profus extranea, vt nimis clarè probatur in *l. quisquis, §. filij, C. ad l. Iul. Maiest.* legitima tamen in bonis maternis filiabus octauum referuata, cuius successione eas papaces esse voluit, *taxat. sequens in d. ad filias, ac etiam liberos alienos ex testamento, siue agnatorum, siue extraneorum, vt per Regiam Camera[m] decisum refert Reg. Reuert. dec. 1250. per totam, & defendit Reg. de Pont. cons. 50. lib. 2. in quibus locis hu præstabilitam, & magne nominis Iureconsulti satis bene probant, vt in *d. §. filij.* in filia legitima non procederet, rationibus, vt per ebs. in *Sedra* hinc sunt in controuersia, ut dederit, vt super illo antefato, quod mortua vxore rebellis, ad Fiscum spectat, non possit filia legitima legitimam consequi. Dubium facit *ob hoc, qui sequitur in d. vxores,* vbi disponitur, nuptiales donationes, que illius nomine sunt, vt filiis referuntur, ad Fiscum non spectant, verum ex illis legitimam pro filia non habentem, non autem illis detrahendam esse, cumq; antefatum huius sit natura, vt etiam per filios de sup. ea matre sit restituendum, ergo videretur dicendum, super hoc lucro, quod in Fisco debetur, attenda dispositione *d. §. vxores* filiabus legitimam consequere.*

7. A Dominus Reg. Reuert. in decis. sua 23. dicit, questionem hanc esse nouam, eamq; usq; ad sua tempora decisam non inuenisse, tandem ad partes et disputatas restatur, per Regiam Camera[m] nemine discrepante decisum pro Fisco contra filiam, sicq; conclusum *tex. in d. §. vxores* in antefato non procedero, causa Commissario *D. Regente Salernitano*, tunc eiusdem Regiæ Cameræ Præsidente, miror tamen, cur *Dom. Reg. Reuert.*

notitiam non habuerit, quod super hoc articulo, & pro hac opinione (qua de re maxime Ego ganisus sum) doctissimum consilium scripserat magnus ille Iureconsultus Dom. Ioannes Angelus Pisanellus, quod ab illius temporis causarum Patronis non semel inueni relatum, per hæc verba, Dom. Io. Angelus Pisanellus in quodam suo consilio, quod non reperitur impressum, ni dicamus scriptum in hac causa per ipsum Dom. Regentem relata, quod quidem consilium cum vsq. ad hæc tempora pariter non impressum permanserit, ut amplius non sit in abscondito, decreui, & ut hic imprimeretur, curauit, etenim in mei posse originale, propriaq. eius manu scriptum reperitur in quodam libello notabilem in 1. quaestione, illudq. est tenoris sequentis.

Iesus, Maria.

8 Dum Magnificus Ferdinandus Pædonus, ut possessor bonorum, quæ fuerunt quæ Magnifici Francisci de Raynaldis olim Baronis Siani esse conuentus à Magnifica quæ Siluia de Cioffis vxore dicti Francisci pro dotibus, & antefato, & ipse Magnificus Ferdinandus soluisset antefatum, cum obligatione ipsius Magnificæ Siluiæ de restituendo, ex quo propter filios tantum lucrata fuerat quoad vsum fructuum, iuxta Consuetudinem Neapolitanam, in tit. de iure quarta, essetq. Siluia mortua, & antefatum restitutum predicto Ferdinando, insurrexerunt filia Francisci, & Siluia, & petierunt legitimam, per textum in l. quisquis, §. uxores, C. ad l. l. l. Maiest. per quem text. prima facie multi doctissimi viri Officiales Cæsareæ Maiestatis videbantur inclinare in sententiam, quod super dicto antefato dabatur actio dictis filiabus, etiam quod pater fuisset de rebellionē condemnatus: Ego tamen, quia alias in calamitatibus huius Regni tempore inuasionis in anno 1528. requisitus, ut pro ista parte cōsuluissem, quia mihi videbatur contrarium, & parrocinando pro multis familiaribus quæ Illustrissimi Principis Orangie Viceregis Regni, cuius eram generalis Auditor, ut dederam votum meum suæ Illustrissimæ Dominationis dixi præfatis Dotrinis, qui causam decidere debebant, quod in casu præsentis cessabat dispositio d. §. uxores, & præsupponebam unum apud nos indubitatum, quod virtute Consuetudinis præfatæ, quando ex matrimonio procreantur filij, vxor est mera usufructuaria, ergo dominiū semper fuit mariti, et demum moriente

10 vxore post mortem viri cōsolidato usufructu cum proprietate, illa proprietate, quæ remanserat in hereditate viri, vadit ad filios, ut heredes patris, sicut alia bona, quæ in hereditate remanserunt, & ita Ego aduocando pro Magnificis de Rustis cum Magnifica Elionora de Mastroiodice in anno 1521. 13. Iulij, relato, & Commissario causæ viro integerrimo D. Ciccio Loffredo, quo tempore erat Præfatus Sac. Conf. consummatissimus Doctor D. Antonius de Ianuario, fuit determinatum, & tunc idem.

11 D. Antonius dixit mihi, quod Maxzeus, qui in decis. 314. dixerat aliter decedum, fuerat male recordatus, nam attestabarur, Sacrum Conf. iudicasse contra id, quod dixerat Maxzeus in alia causa Io. Petri de Oliua cum hæredibus Matthæi Ferraioli, & tunc fuit ostensus processus, in quo extat sententia lata, relato causæ Consiliario D. Antonio Palmerio viro summæ memoriæ, & antiquæ experientiæ die 23. Decēbris 1513.

12 & idem per totum Sacrum Consilium in anno 1535. fuit decedum in causa Magnificæ Beatricis Zurulæ cum Magnifica Paula Spina, & hæredibus quæ Magnifici Bernardi Piscicelli, & sic in casu isto dicebam, quod cum proprietate sepe steterit in bonis mariti, non poterat deuenire ad filios, nisi ut hæredes, ergo sicut alia bona patris fuerunt confiscata, & ista proprietate nunquam fuit separata à bonis patris, ergo tam filij, quam filia reddebantur incapaces bonorum patris, per text. in d. l. quisquis, C. ad l. l. l. Maiest. & sic quod Magnificus Ferdinandus non poterat molestari à filiabus dicti Francisci.

13 Et quia tota difficultas consistit in d. §. uxores, dicebam, quod quando simpliciter maritus facit donationem propter nuptias, tunc ipsa donatio restituitur marito, si vxori restituatur dos, ita quod ipsa donatio erit pro securitate, & cautela dotium, ut declarat glossa in d. §. est aliud, Inst. de donat. vbi Aret. in vers. in eadem, & per D. D. in Authen. dos data, C. de donation. ant. nupt. aliquando verò maritus donat propter nuptias cum pacto expresso, quod cedat totaliter lucro mulieris, & tunc etiam quod restituatur dos, vxor non tenetur restituere donationem; propter pactum expressum de lucro faciendo, l. si mater vestra, C. de donation. ant. nupt. &

14 in illo casu si mortuo marito mulier transit ad secunda vota, in sui odium, & filiorum fauorem, quibus fit iniuria, proprietate ipsius donationis acquiritur filijs, qui vocantur à lege ad ipsam proprietatem, & ipsa remanet tantum usufructuaria, l. femina, C. de secund.

nupt.

nupt. declarat Roman in cons. 219. ex themate, col. I. vers. quarto idem probatur, dum igitur tex. in d. §. uxores. dicit, quod restituta dote, si fuerint uxores in ea conditione, ut quæ acceperunt titulo donationis, & de iure debebāt reseruare filiis tempore, quo usufructus finitur, ea omnia, quæ restituenda erāt filiis, debeant tradi Fisco, falcidia tantum.

15 filiabus reseruata, sequitur igitur, quod tex. iste loquitur secundum terminos l. femina. C. de secund. nupt. & sic in donatione, quæ nō erat viro restituenda, & per consequens totaliter lucrata per uxorem, quæ per transitū ad secunda vota debebat reseruare filiis, & iuxta legem, ut dicit tex. filiis debebatur, & sic iuxta l. femina, ita declarat recte intuenti glos. ibi in verb. omnia ea, dum dicit, omnia ea scilicet filiis omnibus restituenda, ut d. l. femina; quasi quod illa verba tex. filijs de beati reseruare, & verba, quæ iuxta legem filiis debebantur, intelligantur secundum dispositionem l. femina, quæ loquitur de donatione perfecta, & perpetuò quæ sita uxori, cuius proprietate perditur per transitum ad secunda vota, remanente tantum usufructu pœnēs uxorem, quo extincto, & consolidato cum proprietate, proprietate per matrem debebat reseruari filiis, quibus erat acquisita, & hoc apertius voluit glos. ibi in uerbo titulo donationis, dum intelligit tex. loquentem de donatione, scilicet de valida, & quæ per mortem viri, vel crimen non infirmatur, immò magis confirmatur, allegat tex. optimum in l. reos, C. de donation. int. uir. & uxor. non enim poterat secundum intellectum gl. loqui ille tex. de donatione propter nuptias facta pro securitate dotium, cum illa per restitutionem dotium factam uxori veniebat viro restituenda, ut supra dixi, ergò, quia tex. ille in principio dicit recuperata dote, dum loquitur de donatione non infirmata, necessariò sequitur, quod donatio erat facta uxori ad lucrum eius, & nullatenus restituenda, quæ ex iuris dispositione per transitum ad secunda vota debebat filiis reseruari, & per hoc glos. ibi allegat d. l. femina, & sic verus intellectus erit, quod illa proprietate donationis, quæ ex transitu ad secunda vota fuit applicata filiis, & quæ per l. femina reseruabatur filiis tempore, quo usufructus absumitur, & finitur; si sunt masculi, quia supra in §. filijs disposuerat, quod nec de bonis paternis, nec maternis aliquid percipiant, tunc totum illud, quod erat reseruatum eis, debet tradi Fisco; & quia per tex. in d. §. ad filias in bonis tantum maternis legitima erat ex clementia refer-

uata filiabus, postquam ista proprietate fuerat matris, & ab ea per transitum ad secunda vota reseruabatur filiis, & sic à matre progrediebatur ad filios, voluit Imperator hunc casum etiā determinare, & nēdum de eis, quæ secundum voluntatem matris expressam conficiendo testamentum, vel tacitam moriendo ab intestato, iuxta l. conficiuntur, ff. de iur. codicil. debebant deuenire ad filios, ipse scēminæ habebāt legitimam, ut in d. §. ad filias. Sed etiam eorum bonorū, quæ contra voluntatem matris, & sic per ipsum transitum ad secunda vota reseruabantur filiis, ipse scēminæ habeant legitimā, & hoc demonstrat illa implicata etiam posita in tex. quasi voluerit dicere, quod nēdum de bonis contentis in §. ad filias; sed de istis etiam legitima deputata videatur; & ut dicitur declarationi de iure fundata ex verbis tex. & mēte glossarum addatur auctoritas, videatur ibi Cynus col. fin. in vers. & tamen, ubi dicit hæc formalia; & tamen in §. uxores dicitur, quod si pater donauit uxori donationem propter nuptias, quam uxor lucrata est ex pacto, & mater postea secundò nubuit, filij, qui vocantur alias ad proprietatem prædictæ donationis excluduntur, & vocatur Fisco, &c. & sic apertè Cyn. intelligit illum §. de donatione propter nuptias, quæ ex pacto erat lucrata, & cuius proprietate perditâ fuit per secundum matrimonium, & sic d. §. uxores nullo pacto erat allegandus ad casum istū, quia semper proprietate antefati fuit in bonis Francisci, & nunquam in bonis Siluie uxoris, & per consequens cum tam filij, quā filie in bonis patris sint exclusi, ut in §. filijs, d. l. quisquis, cessare debet petitio legitime, & sic dispositio d. §. uxores, & ad fundandam istam opinionem in casu prædicto dicebā,

18 quod antiqua practica, quæ utimur Neapoli, est, ut in instrumentis dotalibus constituitur antefatum, in locum quartæ, seu donationis propter nuptias lucrificandum per mulierem secundum Consuetudinē Ciuitatis Neap. in scriptis redactam, & de lucrificatione quartæ facientem mentionem: Consuetudo enim non dicebat de antefato, sed de quartâ, cum ex vſu Ciuium fuisset inuentum hoc nomen, & nē fortè mulier quartam prætenderet ultra antefatum, fuit expressum, quod constitutū esset antefatum in locum quartæ constituendæ; & ut tolleretur dubium, si ad totale lucrum mulieris, vel quomodo practicaretur, pone, lucrificandum dictum antefatum secundum Consuetudinem loquentem de lucrificatione quartæ, ut ita uxor lucretur hoc antefatū, sicut lucraretur quartam, si ipsa constituta

esset, et per consequens secundum terminos
Consuetudinis scriptæ, incipientis *Quartam*
autem, sub *tit. de iure quarta*, quæ disponit,
 19 quod si maritus moritur relictis filiis, vxor
 erit tantum usufructuaria, si sine liberis, erit
 plena proprietaria. & sic in isto casu post-
 quam maritus commisit rebellionem, & fuit
 in rebellionem mortuus cum filiis, quo casu
 proprietas erat sua, et instrumentum dota-
 le in constitutione antefati proprietatem
 haud reseruauit, referendo se ad *Consuetudi-*
nem, l. *asse rato*, cum vulgaribus, ff. *de hered.*
instituendis, ergo nunquam fuit quaesita Sil-
 uia vxori, et per consequens non potest dici,
 ab ea reseruari, vel deberi filiis, vt habe-
 ret locum ratio d. *s. vxores*, a cessante igitur
 ratione, cessat dispositio illius §. et hoc cõ-
 firmabam, nam in dicta *Consuetudine Quar-*
tam dicitur, quod si maritus duxit aliã vxor-
 em, cui constituit quartam, mortua prima
 vxore relictis filiis, si moritur secunda vxor
 20 cum filiis, quæ per mortem viri fuerat lu-
 crata antefatum, consolidato usufructu per
 eius mortem, illa proprietas est diuidenda
 inter omnes filios, tam primi, quam secun-
 di matrimonii, et sic illa proprietas, quæ re-
 mansit in bonis mariti, spectabit ad omnes
 filios, quod non esset, si illa proprietas fuis-
 set quaesita vxori, cum in bonis matris filii
 sui tantum debuissent succedere, l. 1. cum
 vulgaribus, C. *ad Tertull.* vtitur enim illa Cõ-
 suetudo verbo *peruenire*, scilicet ad omnes fi-
 lios perueniat, quod tanquam commune
 adaptatur ad successionem, vt per *Bart. in l.*
centurio, col. *penult.* ibi, *modò bis regulis*, ff. *de*
vulg. & pupil. et quia illa *Consuetudo* loque-
 batur de quarta, quæ constituebatur in bo-
 nis stabilibus, vt patet in *tex.* dum loquitur
 de capiendi propria auctoritate, et de fru-
 ctibus bonorum, vt ibi per *Glossatorem*, ideò
 vt sciatur, quod hoc antefatum, licet consti-
 tuatur in pecunia, sit intentio, quod regu-
 letur secundum quartam, mos introduxit
 dici in locum quartæ illius contentæ in *Con-*
suetudine redacta in scriptis, faciente men-
 tionem de quartæ lucrifactione, vt ita lucre-
 21 tur hoc antefatum, sicut in quarta illa dis-
 ponebatur, bene verum est, quod hæc pro-
 prietas donec viuit vxor, non est in disposi-
 tione propter futurum euentum, quia si filij
 premoriantur matri, proprietas accrescit
 usufructui, si mater premoriatur, usufructus
 accrescit proprietati, vt probatur in d. *Con-*
suet. & clarius declarat *Napodan. glossator ibi*
in verb. habet, in *vers. & si opponis*, et sub ista
 22 consideratione est introductum, quod de-
 tur electio vxori, vel habendi pecuniam, et

sic usum concernentem proprietatem cum
 cautione de restituendo post mortem secun-
 dum *Consuetudinem*, vel petendi vltimum
 ad tantum pro centenario, remanente pro-
 prietate pœnès hæredes, vt per d. *Glossator*
in verb. fructus, & dum in textura verborum
 practica prædictæ nẽdum dicitur in locum
 quartæ, sed subnectitur, *seu donationis pro-*
pter nuptias, cum magna ratione fuit hoc in-
 troductum, vt maritus non teneretur ad
 constituendum donationem propter nup-
 tias, sed quod hoc antefatum esset in lo-
 cum eius, nam si hoc non esset dictum, vltra
 antefatum tenebatur maritus facere do-
 nationem prædictam, quæ veniebat conse-
 quutiue ad dotes datas, d. *aut. dos data*, &
 per *Bald. in aut. siue à me*, C. *ad S. C. Velleia-*
itã in specie declarat *Napod. glossator in Cõ-*
suet. Dos, & quarta, in *verb. quarta*, in *tit. de iure*
quar. & sic vt tollatur hoc dubium ponitur
 in instrumentis in locum *donationis propter*
nuptias, & nẽ possit hæsitari, quod si datur
 loco donationis propter nuptias, habeat
 assumere naturam eius, specificatur, quod
 hoc antefatum reguletur in lucro secundum
Consuetudinem in scriptis redactam, & per
 consequens si non sũt filii, sit in totum vxor-
 is, & hoc est contra naturam donationis
 propter nuptias, quæ restituta dote, debe-
 bat, vt supra dixi, restitui viro, si sunt liberi,
 sit post mortem viri usufructuaria, & hoc
 similiter est contra naturam donationis
 propter nuptias, quia vxor restituta dote,
 nihil debebat habere in donatione prædi-
 cta, ideò *Napod.* qui loquitur de quarta se-
 cundum *Consuetudinem*, & in fine suæ *glos.* di-
 cit de hoc antefato, in *rubr. de iure quarta* di-
 23 stinguit inter donationem propter nuptias,
 & quartam, seu antefatum, tenens, quod nul-
 lo pacto habeant conformitatem, & clarius
 in *glos. in verb. antè quarta constitutionem*, col.
 2. *vers. sed certè*, vbi dicit hæc formalia: *Sed*
certè non est bonum arguere de donatione antè
nuptias ad quartam, cum longè differant, vt ple-
nè tractaui supra in rubrica, etc. propterea persi-
 stens in hac differentia in *Consuetudine Dos,*
& quarta, in *glos. 1. in vers. item* pro hoc intelle-
 ctu, dicit hæc verba. *Nec est similis quarta do-*
nationi propter nuptias, immò dissimilis per om-
nia, vt supra in rub. dixi, & c. ex quo succedit,
 24 quod quando proprie *textus in §. vxores* lo-
 queretur de donatione propter nuptias,
 simpliciter, et pure sumpta, non esset licitum
 arguere de vna ad aliã, quanto magis, quia
 videmus in usu, non fieri talem donationem,
 & ab ipsa *Consuetudine* esse sublatam, post-
 quam per quartam, seu antefatum est con-

sultum vxoris, ita *Napod. in glos. in verb. quarta*, & nunc verificatur *glos. in auth. equalitas, C. de pactis conuentis*, quæ dicit, ex consuetudine nõ fieri talem donationem, quia postquam Neapoli habemus id, quod fit loco eius, & ex vfu sit sublata, bene poterit dici, nõ seruari istam donationem, vt etiam declarat *Bald. in d. auth. dos data*, & latius *Abbas in cap. fin. col. fin. de donatio. int. vir. & vxor.* & per consequens concluditur, quod cũ vxor semper fuerit vsufructuaria, de cuius vsufructus natura est, quod proprietas esset in bonis viri, & nunquam accreuerit vsufructui, quod consolidato vsufructu proprietati, & sic deuento ad casum, quo proprietarius potuisset ad libitum disponere, sicut si maritus non commisisset rebellionem, hæredes eius haberent illam proprietatem, & distribueretur inter eos, sicut dicit *tex. in d. Consuetud. Quartam*, ita pariformiter Fiscus, qui loco hæredis habetur, etiam quod esset ius conditionale, postquam dependebat à contractu, & instrumento dotali, regulato secundum Cõsuetudinem, *l. inter socerum, §. fin. ff. de pact. dotal.* per quam ita in confiscatione consuluit *Roman. sing. 247. primò dici potest. col. I. idèd Paul. de Castr. in cons. 56. super primo quesito, in primo vol. dixit*, quod ista iura conditionalia, donec purificatur conditio, debent esse pœnès possidentem, & futurus euentus iudicabit, & declarabit, quid iuris esse debeat, allegat notata per *glos. in l. 2. ff. si pars hæred. pet. & per Barr. in l. planè, §. si coniuuim. ff. de leg. I.* in questione, de duobus institutis, vno pure, alio sub conditione, & videmus, seruari, in terminis nostris, quia donec viuit vxor, si eligit velle pecuniam, & dare cautionem de restituendo secundum practicam, de qua per *Napod. in d. glos. in verb. fructus*, & per *Marzeum decis. 291.* non disponitur per Curiam, nec per filios de ipsa proprietate, quia futurus euentus iudicabit, vt si premorerentur filii, erit plena proprietaria, sin autem premoriatur mater, erit proprietas plenè in dispositione, vel Fisci, vel filiorum, & quod ista iura conditionalia, & pendentia à futuro euentu ex contractu perueniant in Fiscum, est *tex. in d. l. inter socerum, §. fin.* & firmat *Alex. in l. 3. §. illud quoque. ff. quod quisque iuris, idem Alex. in l. si marito, col. I. ibi, sed si actio. ff. sol. matrim.* & sic siuè teneamus opinionem, 27 veram, quod antefatum vadit ad filios vt hæredes, Fiscus, qui est loco hæredis habebit illud, vt supra dixi, siuè teneamus, quod vadit ad filios vt filios patris, & pariformiter id, quod vadit ad filios debet esse Fisci,

per *tex. in d. l. quisquis, §. filijs*, & sic quòd omninò filii rebellis sunt exclusi, & huius sum opinionis.

Io. Angelus Pisanelus.

S V M M A R I V M.

- 1 Antefatum quomvis nuncpetur nomine in effectu donatio est.
- 2 Filij iure communi attento succedunt in antefato per eorum matrem lucrato vt filij, non autem vt hæredes; sed quid de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, ibid.
- 3 Cautela traditur, qua mediante in Ciuitate Neapolis filij in antefato succedunt vt filij, non autem vt hæredes.
- 4 Pactum, vt in antefato succedant filij vt filij, non autem vt hæredes, donationem importat; sed an subsistat, si tendat in perniciem filiorum primi matrimonij, & n. 10 & 12.
- 5 Mater secundò nubens sicut nõ potest plus donare filijs ex secundo matrimonio, quàm primis, ita & pater.
- 6 Donatio filijs ex secundo matrimonio nascituris à parentibus facta in perniciem filiorum ex primo matrimonio non subsistit.
- 7 Donatio simplex, uel potius ob causam resultat ex pacto, quo mediante paciscitur, ut in antefato succedant filij vt filij, non autem vt hæredes.
- 8 Donatio ex Parladori sententia qua dicitur simplex, & qua ob causam.
- 9 Donatio facta filijs ex certo matrimonio nascituris dicitur ob causam, ac proinde collationis, & imputationis regulis subiecta.
- 11 Filij ex secundo matrimonio suscepti an soli succedat in antefato per eorum matrem lucrato, & num. 12.
- 13 Antefatum, quod secunda coniux lucrata est, an solui debeat à filijs huius secundi matrimonij.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pater in Ciuitate Neap. secundas contrahens nuptias possit in perniciem filiorum primi matrimonij cum futura coniuge pacisci, vt in constituto antefato succedant tantum filii ex hoc secundo matrimonio nascituri,

in quo aliàs ex lege municipali succederēt omnes, & sic tam ex secunda, quàm ex prima vxore suscepti, dummodo patris sint hæredes. Item cum hoc pactum aliud non importet, nisi donationem in filios nascituros collatam, an talis censenda sit donatio, vt collationis, & imputationis regulis subiaceat?

C A P. XXIII.



Antefatum, quod à viro futuræ coniugi in capitulis matrimonialibus constituitur, siue donatio propter nuptias, siue sponsalitia largitas, siue dotarium, siue antefatna, siue quarta, siue aliò, secundum Regionis morem nuncupetur nomine, in effectu donatio est, cum non nisi lucratio titulo acquiratur, in illaq; quàmvis iure communi attento succedant filii, licet patris hæredes nõ sint, vulgata *auth. hæ res, C. de secund. nupt. de iure tamen consuetudinario huius Ciuitatis, non nisi vt hæredes patris succedere possunt, per Consuet. Quartam autem, sicq; non modo filii ex secunda vxore suscepti, sed omnes, dummodo patris sint hæredes, vt centies sic decifum restantur Ioan. Angel. Pisanel. in responsio, cap. precedenti impresso, & cum eo Addentes ad Afflict. decif. 314. D. de Franoh. decif. 106. num. 7. Fab. de Anna conf. 74. nu. 7. 8. & 9. Camil. de Medic. conf. 43. num. 19. Molfes. ad Consuet. Neap. part. 7 q. 2. Camil. Borrel. in summ. decif. par. 3. tit. de donatio. propt. nupt. num. 83. & alii nostri citra controuersiam. Est tamen verum, quod in hac Ciuitate Maiores nostri cautelam inuenerunt, & ea est, vt in capitulis matrimonialibus speciali pacto caueatur, vt in hac, de qua agimus donationis specie succedere debeant filii vt filii, non autem vti hæredes, ut per Molfes. loco cit. par. 1. cap. 3. num. 21 in finalibus uerbis, fol. 7.*

Quo pacto sic stante, in una facti contingentiã dicendum uidebatur, antefatum à viro secunde uxori constitutum, & iam lu-

cratum, ea mortua, spectare debere integrũ ad filiam huius secundi matrimonij, nec in eo ius aliquod succedendi habere filiam alteram ex primo matrimonio susceptam.

At Ego, qui istius primæ sobolis partes pro uiribus tuebar, hoc pacto non obstantẽ eidem pro medietae antefatum illud fore decernendum per iuris tramites disserendo, considerauĩ primò, negari non posse, pactum hoc aliud non importare, nisi ut filii nascituri, & demum nati ex hoc secundo matrimonio censeatur facta donatio illius pecuniæ quantitatẽ, ad quam constitutum antefatum ascendit; nam cum aliàs ex municipalis consuetudinis prudentia omnes filii ex quacunq; uxore suscepti in quantitate illa successissent, dum ex hoc pacto succedunt tantum filii ex secundo matrimonio, & tanquam filii, non autem uti hæredes, sine dubio censeatur ipfis huius quantitatẽ facta donatio; hoc posito dicebam, illud in facto certum esse, filiam ex primo matrimonio susceptam de bonis communis patris tantundem precipuum non habuisse; constabat enim, patrem earũ in ultimis constitutum utrãq; filiam æquis portionibus heredem instituisse, nec in aliquo filiam ex primo matrimonio susceptam meliorasse, ad hoc, ut ambæ filiæ æqua lance à communi patre honorata dicerent, ac censeari possent, quò fit, ut subintret omninò vulgata dispositio *tex. in l. hac editali, C. de secund. nupt.* cuius tenor attendo, iuxta receptissimam *Doctorem* sententiam, sicut nõ potest mater tam inter viuos, quam in ultima voluntate plus donare, vel legare filiis ex secundo matrimonio, quàm primis, vt per *D. de Franoh. decif. 435. Thes. decif. 170. Masfrill. decif. 175. num. 14 & 25.* aliosq; innumeros *Doctores*, tam antiquos, quàm recentiores, ita & pater, cum certum sit, legẽ illam utrumq; coniugem ad disponendum prohibuisse, & ab utroq; fraudem exclusisse, vt *ibidem Bald. obseruauit nu. 1. & 2. & Thes. loc. cit. n. 12. vers. ad tertium responderi potest,* & late per *Mo. lib. 1. cap. 274 à nu. 11.* & hoc non nisi in gratiam filiorum primi matrimonij, ad hoc vt ex parentam secundis nuptiis damnum aliquod non patiantur, de quo multum curauit *Imperator in S. optime, in athen. de nupt.* cuius tenor in hac materia est omninò attendendus, scripta enim est lex illa ad declarationem *d. l. hac editali;* unde *Rolan. à Val. conf. 29. vol. 4. in princ.* affirmauit, omnium *Doctorem* dicta in matre, ex rationis identitate in dispositione facta à patre, pcedere, prout erat casus sui *cõsiliij,*

idemq.

idemq. ante ipsam affirmarunt *Odof. in d. l. hac edictali, Bertrand. ibid. num. 12. cum seq. Boer. decis. 201. num. 6. Corne. conf. 33. 44. & 118. vol. 1. 10. de Garronib. in rubr. C. de secund. nupt. par. 1. nu. 73. Rimin. iun. conf. 428. lib. 4. & conf. 771. n. 33. vol. 7. Landel. Galiaula conf. 18. & ex recentioribus hoc idem affirmarunt Simon de prat. de interpr. ult. volum. lib. 5. interpr. 1. dub. 1. num. 76. et seq. 10. Petr. Fontanel. omnino videndus in tract. de pact. nupt. claus. 5. gl. 3. par. 4. vbi num. 5. expressis verbis dicit, reprobari omnino hereditamentum, quod in capitulis matrimonialibus fit in fauorem filiorum ex secundo matrimonio nascendorum, existentibus liberis primi matrimonij, subdens num. 21. quod semper filij prioris matrimonij inter se diuidunt æqualiter, licet inæqualiter sint à patre tractati, & *Rouit. noster decis. 12. num. 17.* dicit, quod quando donatio est facta filiis nascituris in capitulis matrimonialibus, casus est extra omnem dubitationem contra filios secundi matrimonij, ex eo, quod in illis non natis non solum aliqua merita considerari non possunt; sed nec vlla verisimilis cadit affectio disponentis, ad text. in *l. qui filibus, ff. de leg. 1.* quod proinde omnis affectio in secundam coniugem retorquetur, allegat *Bardellon. larè, & doctè de his agentem conf. 4. num. 54.* cum pluribus seqq. hoc idem *P. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 3. quest. 13. num. 3.* quo loci verbis dicit expressis, *l. hac edictali* procedere, tam in matre, quam in patre, non solum de iure comunij, sed etiam ex dispositione nostrarum Consuetudinum, quod proinde, subdit, ab hac opinione in Regno nostro recedi non posse, precipue ob tot iudicaturas inde sequutas; vnde ex hac sola ratione in casu pposito negari non posse dicebã, quia filia primogenita iustitia in tuto esset.*

7 Secundò considerauit, quod cum largitas hæc à communi patre in filios ex secundo matrimonio procreandos collata non aliter simplex, sed ob causã dicatur, cum vtramque filiam æquis portionibus instituendo huiusmodi largitatis collationem non prohibuit, sine dubio ad æqualitatem seruandam collationis regulis subiaceat, est *tex. nimis clarus, et vulgatus in Authens. ex testamento, C. de collatio. et in corpore vnde sumitur, ibi, ex testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum datorum collatio, ita demum si patris hoc designauit expressim* Vergò vbi pater expressè collationem non vetuit, fit illi locus, id, quod nemo, nouissimo isto iure attento, in controuersiam posuit; quod autem donatio hæc ob causam, et finalem sit pror-

sus censenda, probatur, cum non ex mera donantis liberalitate, nulloque iure cogente, sed ex necessitate processerit, nimirum quia sic mulier, cum qua matrimonium contraxit, voluit, ad hoc ut filii procreandiciores euaderent, illamque quantitatem non ut patris hæredes futuris paternis creditoribus obnoxiam, sed à die capitulorum donatam haberent, videatur (questo) *Parlador. differ. quotid. differ. 150.* quo loci indagando, quæ simplex, & quæ ob causam dicatur donatio, quicquid in hoc multi multa dixerint, quos ipse refert, tandem *nu. 4.* satis notanter, & ad rem nostram dicit, illam sibi videri censendam esse donationem simplicem, quæ ex mera animi liberalitate à patre donatè facta proponeretur, ceterum si aliqua concurreret causa necessaria in donando, ob causam diceretur talis donatio, non autem simplex, sicque collationis regulis subiecta, subdens, hoc probari ex *l. ff. de donatio. ex l. illud, C. de collation. et ex l. cum muliere, C. de donat. ante nupt.* & quod in hanc sententiã uerunt *Guttor. pract. quest. lib. 2. quest. 69. num. 6. Ayora. de partitio. 2. part. quest. 13. Angul. in l. 29. Tabri. gl. 4. & Ioan. Garz. de donatio. remunerat. num. 49. & 50.* quibus addo *Molfes. ad Consuet. Neap. par. 4. quest. 25. num. 9.* quo loci coactam hanc vocat donationem, & in terminis, quando donatio est collata in filios ex certo matrimonio nascituros, quod collationis, & imputationis legibus subiaceat, ultra *Doctores antiquos, & recentiores* relatos per *Reg. Rou. conf. 41. nu. 17. lib. 1.* & per *Dominos Hortensium Petiũ, & Alexandrum Palmeriam* Aduocatos nostri temporis priuatos in duabus *Allegationibus*, quas imprimi curauit *Ioan. Baptista de Thoro par. 2. compend. decis. in verbo donatio facta cõtemplatione matrimonij*, dico, quod semel, atque iterum suis nouissimè per Sacrum Consiliũ Regni huius decisum iudicis *Dominis Cõsiliariis duarum Aularum, & cum Adiunctis* in causa uertente inter hæredes quon. *Ioannæ de Transo* cum *Monasterijs Sanctorum Frãcisce de Alsissio, & de Paula de Sueffa, p̄nès de Felice Actorum Mag. Sacri Consilij*, contra opinionem per *M.* firmatam *lib. 1. cap. 89.*

10 Nec prædictis obstant, quæ scripta reliquit *To. Ant. de Nigris* in *cap. Reg. secundum eius ordinem 165. incip. Mulier dotarium, num. 97.* quo loci in quæstione, quam proponit, an quarta, siue antefatum per virum secundæ uxori constitutum, eo præmortuo sit soluendum, tam à filiis secundi, quam primi matrimonij, qui communis patris hæredes

11 sunt vniuersales, pro indubitato supponit, in hoc lucro succedere filios secundi matrimonii tantum; hæc enim apud ipsum erat ratio dubitandi, nam dicebat, quod videbatur tenendum, soluendum esse à filiis secundi matrimonii, ea quidem ratione, quia illi tantum in eo succedebant, ad hoc allegando *tex. in l. cum alijs, C. de secund. nupt. & in §. nec illud, auth. de nupt.* etenim fas sit mihi dicere, *Nigrum* in hoc præsupposito verè se denigrasse, nullibi enim in his iuribus, nec in aliis hoc probatur, cum illud dumtaxat ab *Imperatoribus* fuerit *ibi* sancitum, ut mulier, quæ primas, & secundas festinauit nuptias, si tam à primo, quam à secundo viro prædefunctis antenuptiales donationes assequuta fuit, ea demum defuncta, in lucris habitis à primo viro succedent filii ex illo matrimonio suscepti, in lucris verò habitis à secundo, filii ex hoc coniugio procreati, & in cæteris bonis propriis illius omnes æqua lance. Hæc dispositio, quæ summa ratione nititur, ad casum nostrum non pertinet, non enim iustum erat, ut moriente muliere, in his, quæ à primo viro lucratiuo titulo acquisiuit, filii ex secundo matrimonio partem haberent, & è contrà; sed vnusquisque in his, quæ à parète suo obuenerunt ex integro succederent; hoc dico, quod non applicatur ad casum nostrum, in

12 quo tractatur, si antefatum per virum secundæ coniugi constitutum, ea mortua obuenerit ad filios omnes patris constituentis, tam ex primo, quam ex secundo matrimonio susceptos, vel tantum ad illos, qui ex secundo nati sunt, stante pacto in capitulis matrimonialibus appposito, ut ipsi succederent, & præsuppositis duobus in iure verissimis, primò, quod pater ex dispositione *l. hac edictali* non possit plus donare, vel legare filiis secundi matrimonii, quam primi, & secundo, quod hæc cum sit donatio in filios secundi matrimonii collata, uti ob causam facta collationis regulis subiacet, nulla potest cadere controuersia, quin in ea filii ex primo matrimonio geniti portionem habeant. Pergit vltèrius *Niger*,

13 & concludendo, quod hoc antefatum sit soluendum tam à filiis secundi, quam primi matrimonii, id, quod Ego pariter affirmo, agnoscentq; difficultatem maximam circa inæqualitatè, quæ ex hoc oritur, dum supponit, quod demum mortua hac secunda vxore, non nisi filii ex hoc matrimonio succedent, dicit, quod nõ obstat hoc, quod opponitur de inæqualitate, ea quidem ratione, quia ex quo pater habuit secundam

vxorem in sui obsequio, dotisq; fructus in eius vtilitatem, & successiue in commodum omnium filiorum conuersi fuerunt, merito, qui sentit commodum, debet & inècommodum sentire; hæc ratio, dico Ego, quod ad tollendum obiectionem datam circa inæqualitatem istorum filiorum, satis est ridicula, primò, quia non conuincit, quod hæc commoditas, quam supponit *Niger*, filios primi matrimonii sentisse sit talis, ut compensari possit cum ea antefati portione, quæ illis deberetur, si hoc commodum non sentissent, sicq; ex hoc resultare æqualitatem. Secundò; si dices, filios primi matrimonii sentisse commodum ex fructibus dotis secundæ vxoris, eandem commoditatem, dico Ego, sentisse filios secundi matrimonii ex fructibus dotis primæ vxoris, quibus communis pater, dum vixit gauisus est; mortua enim prima coninge remansit ille administrator legitimus, & usufructuarius illorum bonorum, siue dotalium, siue extrà dotem, uti ad communes filios, & hæredes spectatum, *l. 1. 2. & 3. C. de bonis maternis*, nec per transitum ad secunda vota eorundem bonorum usufructum patrem ipsum amisisse dici potest, *l. fin. C. eod. Boer. dec. 198.* vnde firma remanet mea opinio, prout supra, à qua nec in iudicando, neq; in consulendo recedi posse indubitanter teneo, saluo tamen semper rectori iudicio, cui me libenter submitto, etc. Post hæc scripta obseruavi *Dom. Reg. Capyc. Laro*, qui in *consul. 25. à num. 55 lib. 1.* videtur tenere contrarium eius, quod hic Ego firmavi; quod proindè quando casus occurrerit, erunt benè omnia consideranda.

S V M M A R I V M.

- 1 Antefatum vt debeat mulieri per mortem viri qua concurrere debeant.
- 2 Mulier, quæ dotem non soluit an lucretur antefatum, si illud constitutum apparet propter dotem recipiendam, & ob alias causas, &c. et num. 3. 4. 5. 6. 8.
- 7 Mulier an ex solo osculo lucretur antefatum.
- 9 Antefatum si fuerit constitutum minus, quam est in Reg. pragmat. taxatum, soluto matrimonio an possit peti iuxta taxam in Reg. Prag. contentam.
- 10 Donatiuum de quo in Prag. vnica, de donat. propter nupt. si promissum non fuit, num. soluto matrimonio per mortem viri possit à muliere peti.

ARGUMENTVM.

Agitur, an mulier, quæ dotem non soluit, possit soluto matrimonio à viri hæredibus antefatum petere, dum constitutum illud apparet habito respectu ad dotes, & ex alijs causis viri mentem mouentibus. Antefatū nūm possit constitui in minus, quàm extitit à statuto taxatum. Donatiuum, quod ex *Consuetudine* transmittitur à sponso sponsæ antè contractum matrimonium per verba de presenti, si illud in capitulis matrimonialibus constitutū non apparet, an soluto matrimonio sit mulieri debitum, & de alijs ad ornatum *Prag. 1. sub tit. de donatio. propter nupt.*

C A P. XXIV.



Antefatū, certum est, quòd ad hoc vt per mortem viri mulieri sit debitum, duo de necessitate concurrere debent, primò, quòd sit illud à viro constitutum, vel saltem con-

stitui promissum, nam secus, nullatenus peti posset; sic enim vno ore fatentur *glaf. in verb. exactio, & communiter omnes in auth. Dos data, C. de donatio. antè nupt. glaf. in Const. Mulier, qua dotarium, in princip. Andr. in cap. 1. nu. 6. vers. per hoc patet, in tit. quibus mod. feud. pote. olim alien. Lucas de Penn. in l. 1. col. 1. in fine, C. quando, & quibus quart. par. deb. lib. 10. Affl. in Const. Licentiam, num. 4. & decis. 242. nu. 1. & 2. Niger in Cap. Reg. Mulier dotarium, num. 26. Granmas. decis. 97. num. 4.* Secundò quòd contracto, & consummato matrimonio dos sit cum effectu soluta, nam secus de-

negaretur antefati petitio, est *sex. nimis clarus in § illud, auth. de nò elig. secun. nuben. vbi expressis verbis statuitur, vt mulier, quæ nihil omninò de dote soluit, nihil de antefato lucretur, & si partem dotis soluit, partem tantum lucretur de antefato.*

2 Sed de illo in hac materia iurisdictionis antefati Nostrates dubitasse comperio, nimirum, an mulier, quæ dotem non soluit, possit soluto matrimonio ab hæredibus viri antefatum petere, si constitutum apparet illud habito respectu ad dotes, & propter alias causas viri constituentis, mentem mouentes, passim enim Tabelliones nostri antefati constitutionem in capitulis matrimonialibus extendunt per hæc verba, *Et habendo rispetto alla dote promessa, e per altre cause mouentino la sua mente constituisse detto Sig. sposo l'antefato, &c.*

3 *Io. Ang. Pisanel.* primus omnium excitat hunc articulum in *addit. ad Napodan. in Consuet. Quartam autem, in apostilla, quæ incipit, Nota ex ista glo. fol. mihi 252.* quo loci arguit pro, & contra, & tandem cogicandum reliquit.

4 *Romus verò conf. 50. num. 17. & seq. lib. 2.* intrepidè contra mulierem, respondet, nimirum, vt nunquam possit mulier ob viri mortem antefatum petere, nisi dote soluta, verbis illis, *e per altre cause mouentino la sua mente non obstantibus, sicquè testatur in facti contingencia pro hæredibus viri Sacrum Consilium indicasse.*

5 At *Scipio Theodor. alleg. 13. num. 16. insequendo Georg. alleg. 45. num. 11. & 18.* ad eò pro muliere suam profert sententiam, vt affirmare ausus sit, cessare prolixè temporibus nostris antiquam illam quæstionem, an antefatum debeatur solummodò pro rata dotis exactæ, ex eo, quòd hodiè constituitur illud, tam respectu dotium, quàm ex alijs causis, &c. sicquè pro muliere per *Sac. Cois. decisum fuisse refert, prout audiui sic patet fuisse decisum hodiè 11. Julij 1635. pro*

6 *Lucretia de Puteo. còtra hæredes eius viri, referente Domino Consiliario de Franciis morigeratissimo, pònes Strinam Sac. Cons. Actorum Magistrum, idemq; affirmat Marcian conf. 58. 2. num. 7. lib. 2.*

7 Ego autem, vt in hac re breuiter dicam, quid sentio, nūquam animum meum diuertere potui à prima opinione contra mulierem, siquidem, vt benè aduertit *P. Molfes.* hoc idem tenens in *commens. ad Consuet. Neap. par. 7. cap. 6. num. 4. & 5.* vt mulier possit antefatum petere, duo copulatiuè requiruntur, & primò, vt dos promissa verè sol-

uatur. Secundò, vt matrimonium contrahatur, & per carnalè copulam consummatur; in casu autem, de quo agimus, deficit primum, nam licèt consummatum sit matrimonium, non tamen dos fuit soluta, & sic agèdo mulier pro antefato, iniuste ageret; obstat enim ei exceptio nò adimplementi ex parte sua, subdens idem *Mofes. num. 6.* illud, quod dicunt nostri, nimirum, mulierem ex solo osculo lucrari antefatū, intelligi, si vere dos fuit soluta, & nò aliter, id, quod Ego adnotari *lib. 1. cap. 14.* Et quòd hæc sit verissima sententia, ponderatur argumentum *Pisanelli*, qui videns illud satis contrà mulierem vrgeret, reliquit cogitandum; dicit enim *Pisanel.* quòd si vera esset opinio pro muliere, vt lucraretur antefatum, etiam dote non soluta, propter illa verba, *e per altre cause monentino la mente, etc.* sequeretur, sat esse pro lucro antefati, vt matrimonium per verba de præfenti contrahatur, quàmuis nulla sit sequuta copula, nec dos aliqua soluta, quod asserere esset absurdum; etenim verba illa paulò antè repetitã sic generalia censenda sunt potiùs à Notariis, quàm de partium voluntate, & consensu in capitulis posita; si enim voluisset vir constituere mulieri antefatum etiam dote non soluta, sed propter aliam causam, putà ratione deflorandæ virginitatis, dixisset expressè, & cum non dixerit, non video, quò pacto verba illa sic generalitèr posita, possint esse tantæ potentiz, vt destruât causam specialem tam benè declaratam, nimirum propter dotem, quæ quidè m sola causa extitit à iure considerata, & non alia.

Dixi suprã (vt alia ad materiam pertinentia obiter tangam) non deberi antefatum, quando illud à viro constitutum non fuit, vel promissum constitui, nec mulier constantè matrimonio egit, vt cõstituitur; sed quid si constitutum fuit; at in minori quantitate, quàm à nouissima *Reg. sanctione* taxatū fuit, an per hoc matrimonio per viri mortem soluto possit illud petere mulier iuxta taxam in præfata *Regia sanctione* contentam? Dic, veram esse conclusionem, mulierem nullatenus audiendam esse, si matrimonio per mortem viri soluto, ab illius hæredibus antefatum peteret ad rationem in *pragmatica* præscriptam, dum in minori quantitate in capitulis matrimonialibus cõstitutum apparet; etenim sanctio illa voluit prospicere, nè in excessu constituantur antefata, & sic vt non possit excedi quantitas ibi taxata, non quòd Legislatoris mens fuerit, vt minor quantitas constitui non possit, videatur

Assl. post Andr. in Const. Licentiam, num. 2. in 3. quæst. quo loci expressis verbis docet, mulierem non esse audiendam, si illam se læsam dixerit, ex eo, quòd antefatum extitit sibi à viro constitutum in minus, quàm ex iuris, vel statuti dispositione cõstitui debebat, sequitur *Niger in Cap. Regi. Mulier dotarium, n. 63. & Nuncius Pellic. ad Consuet. Auerfanas, cap. 5. num. 157. curi. sup. 2. 5.*

Dubitarur insuper, cum in eadem suprã citata *Reg. pragm.* quæ est unica de donatio. propter nupt. non modò antefatum ad certam rationem taxetur, sed etiam & donatiuum, quod sponsus ad sponsam transmittere tenetur, an si in capitulis matrimonialibus promissum non apparet, possit demùm mulier soluto matrimonio illud ab hæredibus viri petere? pro resolutione dicitur, quòd donatiuum, de quo loquitur *pragmatica* est illa pecuniæ quantitas, quæ ante matrimonium contractum per verba de præfenti transmittitur à sponso sponsæ, ad hoc vt sibi emat vestes, & alia pro eius ornatu necessaria, cuius quidè m quantitas ex quo antiquis temporibus, maxime in hac Ciuitate erat in excessu, extitit à *Reg. Sanctione* moderata, notat *Tasson. ibidem, vers. 4. obser. 3. num. 4. & 5. fol. mihi 292.* At si sponsus pecuniam illam ad sponsam non transmitteret, ex quo onus voluit ipse assumere emendi vestes, & alia necessaria impendere pro futuræ coniugis ornatu, nihil de cetero mulier occasione huius donatiui poterit unquam prætere, nec constante matrimonio à viro, nec illo soluto ab illius hæredibus, & hoc iure vrimur, sicquè pluriès per *Sac. Conf. decisum.*

S V M M A R I V M.

- 1 Antefatum quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quòd ad vsufructum tantùm, & quid attento nouissimo iure Regni, num. 2.
- 3 Mulier soluto matrimonio an possit petere antefatum in pecunia constanti, si hæres vsuras singulis annis prestare se offert, & num. 4. 5. 7. 9. & 10.
- 6 Vsufructuario præfata cautione de bene vtendo, & fruendo traditur possessio rei, in qua vsufructum habet.
- 8 Proprietarius an audiatur, si cupiens rem ponè se habere, vsufructuario cautionem obtulerit de ei singulis annis præstando fructus, ex re illa percipiendos.

ARGUMENTVM.

Agitur, an mulier, matrimonio per viri mortem soluto, possit à viri hæredibus constitutum antephatum in pecunia numerata petere, offerens de ea summa cautionem post eius mortem restituenda, vel potius dicendum erit, in hæredis electione remanere, vel antephatum soluere, vel pro eo, mulieris vita durante, tot annuos correspondere, ad ornatum Prag. 1. de donation. propter nupt. vbi decisio Saceri Consilij.

C A P. XXV.



Antephatum, matrimonio per viri mortem soluto, est iuris notissimi, mulieri pleno iure deberi, filijs non extantibus, S. si igitur, siue filio, authent. de nupt. illis autem super-

stitibus, si secundas reiterauerit nuptias, quoad vsumfructum tantum, l. femina, C. de secund. nupt. S. si verò expectet, authent. de nupt. si verò in viduitate permanferit, portionem proprietatis antephati pro liberorum numero consequetur, authent. si tamen, vbi Bal. C. de secund. nupt. idemquè est de iure Regni dispositum per cap. Regis Caroli, quod incipit Mulier dotarium, vbi Niger nu. 44. secundum cuius ordinem est 165. verum hodiè hæc omnia apud Nos cessant, ex nouissimo iure Regio, quo cautum est, mulierem, matrimonio soluto, siue supersint, siue non filij, quoad vsumfructum tantum antephatum lucrari, eaq; demum mortua redditur illud ad mariti hæredes, vt in pragm. 1. in anno 1617. promulgata, sub tit. de donatio. propter nupt. in nouissima compilatione, de qua meminimus cap. precedenti, & alibi.

3 Sed reuocatur in dubium, an matrimonio soluto, possit mulier ab hæredibus viri con-

stitutum antephatum in pecunia contanti petere, offerens de ea summa cautionem post eius mortem restituenda, vel dicendum sit, esse in hæredis electione, vel illud soluere, vel ipsius mulieris vita durante, tot annuos correspondere, dum certum est, vigore dictæ Pragmaticæ antephati proprietatè omnimodò ad hæredem ipsum spectare, nec in ea lucranda mulierem spem aliquam habere.

4 Et breuiter, ac resolutiue procedendo, dico, nullam probabilem me habere difficultatem in hac Ciuitate pro muliere respondere, per Consuetud. Quartam autem, vbi Napod. noster in verb. fructus, num. 78. quem sequuntur AffliB. decis. 291. in princ. Capyc. decis. 63. num. 2. & Gramm. decis. 103 num. 97. qui hac de re agentes in terminis Consuetudinis prædictæ concludunt, quando antephatum in pecunia constitutum est, in mulieris electione esse, an velit ipsa ab hæredibus viri consequi pecuniam, præstita cautione de ea vtenda, & fruenda, iuxta text. in l. 2. ff. de vsumfruct. earum rer. qua usu consum. an verò vsuram recipere competentem.

5 Quid autem de iure communi dicendum, & attenda dispositione præcitatæ pragmaticæ breuiter videamus? & idem citrà omnè dubium affirmandum esse fateor, nam cum certum sit, nec ius commune, nec pragmaticam supra relatam circa hoc aliquid disposuisse, & iuris est notissimi, mulierem in antephato vsumfructuariam appellari, dum de modo, quo illo vtj frui debet, dubitamus, ad iuris communis regulas recurrendum.

6 est, cumq; indubitatum sit, in omni vsumfructu, siue constitutus ille sit in rebus soli, siue in mobilibus, & ijs rebus, quæ usu consumuntur, præstita prius cautione, de qua in l. 1. & in l. vsumfructu constituto, C. de vsumfruct. in §. constituitur, Instit. eod. & in l. 2. ff. de vsumfruct. earum rerum, qua usu consum. rerum traditio vsumfructuario denegari non possit, vt illis. s. vtatur, & fruatur proprijs manibus, iuribus allegatis, idem in muliere antephati vsumfructuaria asseuerare debemus, vt nimirum præstita per illam cautione de antephato in pecunia constituto eius vita durante vtendo, & fruendo, illud eidem in pecunia tradi, siue solui debet, iuxta dispositionem d. l. 2. & in d. §. constituitur, vers. itaque si pecunia vsumfructus.

8 Nec dices, aliquos tenuisse Doctores, posse proprietatis Dominum rem penes se retinere, ac satisfacere de singulis annis soluendo vsumfructuario fructus omnes ex re illa percipiendos; loquuti sunt enim, attenda-

usufructuarij paupertate, propter quam, cum non possit fideiussorem inuenire, aliterue cauere, sic proprietario consuluerunt, vt videre est penes *D. de Franchis* hac de re agentem *decis. 497.* & *Surd. decis. 141.* immo dico, adhuc in hoc casu aliquos existimasse, non esse proprietarium, usufructuario preferendum, sed rem ipsam potius penes aliquem fide dignum sequestrandam, qui usufructuario de fructibus respondeat, vt per *Guid. Pap. decis. 250.* *Arium Pinell. in repet. l. 1. num. 70. C. de bonis matern. & Sicard. commun. opin. in verb. usufructuarius tenetur prestare cautionem.*

- 9 Quare, ne in puncto autoritate careamus, ex his rationibus in facti contingentia pro muliere Senatium Dolanum pronunciaisse, testis est *Io. Griuell. decis. 42. num. 3.* qui tamen *num. 9.* pro huius sententia, & decisionis limitatione permultos ex Dominis Senatoribus in ea fuisse opinionem testatur, vt procedat, & locum habeat, quando post viri mortem, pecunia in hereditate reperta est, quae sat sit ad antephatum persoluumdum, quia secus longe aequius esse dicebant, & benignius, haeredes de iustis, & legitimis vsuris idonee cauentes audiri, quae quod a vidua muliere vrgeantur ad immobilium venditionem pro illius summae satisfactione, quae ad eos tandem post mulieris mortem reuersura est, idq; argumento *tex. in §. aliud uero quidem, authen. de non eligen. secundò nub. & in authent. sed si aurum, C. de secund. nupt.* quam aequitatem annis superioribus Sacrum Consilium Regni huius amplectens, iuxta hanc limitationem iudicare sibi visum fuit, idq; in causa vertente inter Dominam D. Constantiam Siscaram, & Dominam Marcellum Lanfrancum focerum, qui non aliter ad praedictam nurui antephatum in pecunia soluendum, iuxta per eam petita condemnatus fuit, sed ad correspondendum tot annuos, vita durante dictae nurus ad rationem septem cum dimidio pro centenario, decisio fuit de anno 1628. sub die 3. mensis Nouembris, in Banca Figliolae S. C. Actorum Magistri, idemq; in alia facti contingentia testis est *D. Reg. Merlin. controuer. cent. 2. c. 16.* istamq; sententiam post haec scripta vidi, sequutum fuisse *Io. Petr. Fontanell. tom. 2. de pact. nupt. claus. 7. glos. I. par. I. num. 58.* quid autem circa hoc seruetur in Regno Valentiae, est videndus *Reg. Leo decis. 184. per totam, lib. 2.*

S V M M A R I V M.

- 1 Scribens apocam Banco, vt soluat Titio mille, quae debentur à Caio, pecunia in Banco non reperta, num obligatus remaneat, & num. 3. 4. & 5.
- 2 Obligans se pro alio procuratorio nomine, de suo non tenetur.
- 6 Promittens soluere, quod alius debet, loco fideiussoris habetur, nisi nouatio subintraret, & num. 7.
- 8 Exceptio ordinis, siue discussionis, quae fideiussori competit, tunc demum locum habet, cum illa opponatur.
- 9 Exceptio ordinis, siue discussionis num possit opponi post litem contestatam, & num. 10.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an scribens apocam Banco, vt soluat Titio mille, quae debentur à Caio, pecunia in Banco non reperta, obligatus remaneat, vel potius censendum sit, vti Caij debitoris procuratorem se obligasse. Obligans se vti alterius procurator, si de mandato non constat, an vti principalis obligatus remaneat. Exceptio discussionis an in quacunquè iudicij parte opponi possit, & de alijs.

C A P. XXVI.

1



Poca, quam nos bācalem appellamus, his, quae sequuntur verbis scripta reperiebatur. Banco pagate per me à Titio ducati mille, dite ci le pago in nome, e parte di Caio, per tanti che li deue. Di casa, &c. fuit dubitarum, cum pecunia in Banco non esset reperta, num scribens ex vi huius chirographi ad mille soluenda cogi posset?

Ad id teneri negabat conuentus, excipiendo, omne totum scripsisse ipsum vti

Cai

Cai debitoris procuratorem, siue negotia-
gerentem, nec aliud importare verba illa,
propterea parte de Cais, & sic iuari eum di-
spositione text. in l. fin. ff. de instit. action. cum
mille concordantibus; ex quibus Doctores
communem illam elegerunt conclusionem,
vt qui pro alio procuratorio nomine se
obligauit, de suo proprio non teneatur.

3 Contrariam tamen Ego amplexus fui
sententiam, nimirum, vt omnino ad mille
soluenda cogi possit scribens, nec aliter sub-
ueniri posse illum conclusionem prædictam,
cum tunc demum procedat, vbi de manda-
to constaret, scribentem scilicet debitoris esse
procuratorem, secus autem, vbi nullum
procuratoris mandatum appareret, eo
epim casu, esto, quod quis vti aliter
procurator se obliget, si tamen de mandato ad
obligationem istam contrahendam non con-
stet, hic talis, qui se obligauit, vti principa-
lis, non autem vti procurator tenetur, ita in
puncto ex Bart. & alijs probat elegantissime
August. Bero. conf. 199. per totum, præsertim
num. 7. lib. 1. vbi expressis verbis dicit (quan-
do non constat de mandato) idem esse asse-
rere promitto nomine Titij, quantum est
dicere promitto soluere pro Titio; legatur,
quæstio Bero. verba quæ sunt. Præterea in casu
nostro bene consideranda sunt verba promissio-
nis, & obligationis, nam Laurentius dixit, quas
perueniat promitto nomine dicit Domini Iacobi
soluere certo tempore, absq; exceptione aliqua,
ex quibus verbis, cum non constet de mandato
aliquo ipsi Laurentio facto, Laurentius videtur
non tanquam Nuncius, nec tanquam Procurator,
ex quo non habuit mandatum per prædicta, sed
tanquam expromissor, & intercessor pro Domi-
no Iacobo se obligasse, & intercessisse, quoniam
tantum est dicere, promitto nomine Titij, quantum
est dicere, promitto soluere pro Titio, vt colligi-
tur ex verbis Bart. quem alij sequuntur in l. 1.
§. nunciatio, ff. de non oper. nunciat. hzc Bero.
cuius sententiam ex recentioribus sequen-
tus fuit D. Cardin. Tusch. præf. conclus. lit. P.
concl. 823. num. 18. ibi; Limita, quia in omnibus
casibus, in quibus se obligat quis vti minister ul-
terius, debet constare, quod sit talis, alijs de suo
tenetur, &c.

5 Dixi tamen in facti contingencia, illud
certissimum esse factum deposito, ex quo tra-
ctabatur de apoca bancali, aduersus quam
apud nos scribens ex legis Regiæ disposi-
tione audiri non potest, nisi in vinculis, vel
in facto deposito, competere in hoc casu scri-
benti ordinis beneficium, vt nimirum prius
principalis debitor discutatur, cum scribens
non nisi vti debitoris fideiussor censeri de-

beat, qui ordinis beneficium renouat,
quoties enim quis id, quod Titius debet
6 creditori soluere promittit, quantum ver-
bis, & loquendi modo attentis, vt principa-
lis se obligare videatur, tamen quod ad iuris
effectum pro fideiussore habendus est, qui
ex iuris dispositione, priusquam principalis
debitor excutatur, conueniri non potest,
ita in puncto post Classicos docuerunt Ca-
pell. Tholos. decis. 80. Guid. Pap. decis. 570. n. 6.
& sing. 604. Petr. de Rauen. sing. 200. & Gayl.
præf. obseru. lib. 22. obseru. 8. num. 1. & 2. vbi
7 tamen num. 4. id. limitat, si in tali promissio-
ne nouatio subintraret, quia tunc ordinis
beneficium cessaret, sed de nouandi animo
clare constare debet, cum hodie nouatio
non fiat, nisi hoc expressè actum sit, l. final.
C. de nouation.

8 Sed cum certum sit, tunc demum excuf-
sionis exceptioni locum esse, cum illa op-
ponatur, constat namque ea non opposita
acta contra fideiussorem, siue constituen-
e, siue tertium possessorem hypothecaria co-
uentum iuridica esse, vt Cyn. & Specul. au-
thoritate concludunt Capell. Tholos. dec. 81.
Guid. Pap. decis. 94. num. 3. & 432. num. 9. &
Rusin. §. item si quis, num. 81. In his de addit.

9 occurrit dubium, an talis ordinis exceptio
post litem contestatam opponi possit. Ne-
garunt nonnulli, existimantes, dilatoriam
esse exceptionem hanc, quæ de iure ante li-
tem contestatam opponi debet, l. ita debet,
C. de procurat. ac proinde si post litem con-
testatam opponatur, de ea ratio aliqua ha-
beri non potest, ita scripserunt Jacob. de
Aren. Cyn. Bal. & Salyes. in l. exceptionem,
C. de probation. Bar. in l. prolatam, C. de senten.
& interloquio. omnium Iudic. in authent. hoc
si debitor, C. de pignor. & in l. 2. ff. de exception.
idem Bal. & Salyes. in authent. presento, C. de fi-
deiussor. Addent. ad Capell. Tholos. cit. decis. 82.
Guid. Pap. cit. decis. 94. & 570. num. 60. Negu-
sanx. tract. de pignor. membr. 1. octaua paruum,
34. Ant. Ranch. in addit. ad Guid. Pap. dec. 94.
supra relata, ibi, quæ exceptio ordinis statim
in initio debet opponi, & ante litem contestatam,
alias talis exceptio post, non esset admittenda, &c.

10 At contrariam sententiam vlti forensi
receptam esse, non dubitamus, cum verè
exceptio hæc excussionis anomala sit, quæ
in quacunque iudicij parte opponi potest,
iuxta glos. magnam communiter receptam
in l. exceptiones, la prima, ff. de exception. sicq;
responderunt Signorol. de Homodis cōf. 150.
col. 1. vers. item & si in vlt. peremptoria, inter
consilia Bald. lib. 2. Io. de Anania conf. 60. Cor-
ne. conf. 35. col. 1. vol. 4. vbi expressis verbis

dicat, exceptionem hanc opponi posse, ne-
dum post litem contestatam, sed immò &
post sententiam, Calcane. cons. 29. num. 12.
Crauet. cons. 263. num. 5. Purpurat. cons. 277. à
num. 2. vsq; ad 6. vol. 1. Io. Baptista Costa om-
nino videndus cons. 47. per totum, Ant. Gabr.
commun. conclus. tit. de fideiussor. concl. 1. nu. 9.
& Ferrer. alijs infinitis omisis in addit. ad
Guid. Pap. citat. decis. 94. ubi sic passim in
Parlamento Tholosano iudicari testatur,
ibi, *Verum in iudicando Nos non sequimur hanc
opinionem, discussio enim est beneficium iuris,
& ideo in quacunque parte litis opponi potest,
etiam post sententiam in causa appellationis,
l. per hanc, c. de appellat. Et ita in hoc Parla-
mento Tholosano iudicatur, quod verius, &
aquiis est, nam hæc exceptio dicitur anomala,
vt notat glos. &c.*

S V M M A R I U M

1. Assensus Apostolicus, an requiratur, quando
Ecclesia in alium vult transferre, siue cedere
iura sua, & num. 6.
2. Verbum alienare quomodo interpretandum.
3. Assensus Apostolicus an requiratur, quando
Ecclesia vult in alium transferre hypothe-
cam, quam super alieno prædio habet acqui-
sitam, & num. 4.
5. Actio ad rem immobilem loco rei immobilis
habetur.
7. Assensus Apostolicus an requiratur, quoties Ec-
clesia bona sua alieni generaliter obligaret
occasione emptionis alicuius rei per ipsam
facta, & num. 8.
9. Hypotheca generalis an ita intelligitur prohi-
bita sicut specialis, in terminis text. in c. nul-
li, de rebus Eccles. non alien.
10. Assensus Apostolicus an requiratur, quando
proceditur ad venditionem bonorum Eccle-
siae pro satisfaciendo creditori, qui absque as-
sensu habet bona illa obligata, & num. 11,
12, 15, & 16.
13. Assensus Apostolicus an requiratur, quando
Ecclesia vult conuertere in emptionem bo-
norum stabilium pecuniam, quam habet con-
stitutam in proprietate.
14. Statutum Urbis cap. 151, an habeat locum,
quando minor vult emere bona.



A R G V M E N T V M

Agitur, an Assensus Apostolicus
requiratur, quando Ecclesia
pretio mediæte vult in alium
trāsferre hypothecam, quam
super alieno prædio habet
constitutam. Bona Ecclesiae
num subhastari possint pro
eius debito sub generali obli-
gatione contracto pro exol-
uendo pretio bonorum absq;
Assensu Apostolico emptorū,
vbi nouissima decisio Sacra
Rota Romana, & de alijs ad
materiam pertinentibus.

C A P. XXVII.



Assensus Apostolicus, dixi
lib. 1. cap. 6. num. 8. quod
sicut, attenda dispositio-
ne extrauagantis ambitio-
sa, de reb. eccles. alien. vel
non requiratur in omni
translatione, quæ fit in
alium de directo, vel utili dominio bonorū
Ecclesiae, sic pariter in omni cessione, siue
remissione iurū, & actionum, probauimus
enim, in his terminis verbum alienare latè
interpretandum esse, non autem stricte, &
sic pro solo actu, quo directum, vel utile
transfertur dominium, prout est in vendi-
tione, vel emphyteusis concessione, sed etiā
omnem comprehendere actum, per quem
ius in alium transferretur, prout sunt pi-
gnoris datio, hypotheca constitutio, serui-
tutis submissio, & similia, ad quod citauimus
glos. in cap. nulli, in verb. alienationis, de
rebus Ecclesiae alienat. vel non, Nauar. in tract.
de alienat. bonor. eccles. num. 1. Quarant. in sum.
Bullar. in verb. alienatio bonorum Ecclesiae, nu.
17. & 26. Azor. in instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 1.
vers. secundò queritur. Riccius decis. 376. num.
1. & 3. part. 4. & resol. 41. part. 1. prax. Eccles.
Bonacin. tom. 1. eius operum, tract. de alienat.
bonor. eccles. quest. unica, puncto 2. num. 1. &
August. Barbof. in collect. ad d. extrauag. Ambitio-
sa, num. 5.

Modo occurrit dubium, an idem dicendum sit in cessante, siue remissione hypothecae, quam Ecclesia pro sui crediti securitate habet super praedio alieno constitutam? Dixi de hoc consultus, nullam requiri solemnitatem, quando persona, cui Ecclesia cedit, vel remittit hypothecam est debitor Ecclesiae, vel tertius possessor rei hypothecae submissae, estque ratio manifestissima, cum cessio haec, siue remissio ex parte Ecclesiae voluntaria non procedat, sed ex necessitate, cogitur enim Ecclesia recipere eius creditum, dum debitor, vel rei possessor ab illa onere se liberare volunt, dum modo debiti satisfactio sit absque diminutione, quia si integra non esset solutio, quantum pro residuo esset aliis Ecclesiae consultum agendi, contra principalem debitorem, nulla iure licite posset sequi hypothecae remissio, super illa re per tertium possessa, eo enim casu ius Ecclesiae absque dubio efficeretur deterius, quia posset evenire, ut in temporis progressu principalis debitor deficeret, sicque Ecclesia suam amitteret, quod tolerandum non est.

Quando autem cessio hypothecae fieret in prorsus extraneum pretio mediante, ut quia vellet quis super alieno praedio acquirere hypothecam illam, quam ibi tenet Ecclesia, & tunc teneo indubitanter, illammet requiri solemnitatem, quae requiritur in omni rei stabili alienatione, nam si verum est, ut supra diximus, Ecclesiam non posse absque solemnitate eius bona hypothecae submittere, quia alienatio est, ad tex. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand., quod nimis clare probatur in d. extraneus ambrosius, ut bene observat Quarant. post alios, quos citat loco iam dicto n. 17. sic pariter quando Ecclesia acquisitam hypothecam in alium pretio mediante transferre vult, actio enim ad rem immobilem, qualem dicimus esse hypothecariam, loco rei immobilis habetur, ac proinde in alium absque solemnitate transferri non potest, Abb. in d. l. fin. C. de depositis. in cap. cum pridem, n. 4. de part. idque eo magis procederet, si constituta esset hypotheca ad favorem Ecclesiae pro consecutione annui census, qui certe inter immobilia connumeratur, Quarant. loco cit. n. 23. & diximus dict. cap. 6. num. 8. et in lib. 1.

Ultimo est hic advertendum ad id, quod in principio dicebamus, nempe ut Assensus Apostolicus non solum requiratur in omni translatione, quae fit in alium directo, vel utili dominio bonorum Ecclesiae;

sed etiam cum illius bona hypothecae, siue servituti ad alicuius favorem submitteretur, etenim conclusionem hanc quoad hypothecae constitutionem dices non procedere, quoties Ecclesia bona sua alicui generaliter obligaret occasione emptionis alicuius rei per ipsam factae, ut puta si facta esset venditio, habita fide de pretio, vel si pro soluendo pretium venditori mutuo a tertio Ecclesia acciperet pecuniam, sic eis bona sua generaliter obligando, hoc enim casu cum Ecclesia acquirat, posset certe absque alia solemnitate propria bona sub generali hypotheca submittere, istamque generalem obligationem nullatenus dici comprehensam sub prohibitione alienandi bona Ecclesiae, ita satis notabiliter hoc anno 1645. decidit Sacra Rota in una Amerina bonorum coram Illustrissimo Domino Royas, cuius decisionis tenor alibi adhuc non impressus, est tenoris sequentis.

Veneris 2. Junij 1645.

8. De ordine Sanctissimi reuisis decisionibus in hac causa hucusque emanatis, illisque ad trutinam per binam propositionem redactis, Domini recesserunt a decisio, quatenus in eis resolutum fuerat, bona Monasterij posse subhantari pro eius debito contracto sub obligatione generali occasione pretij bonorum a Praeside eiusdem Monasterij absque licentia Sedis Apostolicae emptorum.

Nam licet Domini adhuc tenuerint veram conclusionem firmatam in aliis decisionibus, nempe quod obligatio generalis contracta occasione emptionis sit valida, absque assensu Apostolico, prout in puncto firmat Pater de Lexana in sum. qq. regul. verb. alienare, num. 5. post medium, vers. an autem possint regulares, tam. 3. motus eadem ratione, de qua in praedictis decisionibus coram me, nempe quod cum Ecclesia acquirat, potest sub hypotheca generali obligare sua bona, & talis hypotheca generalis non est comprehensa sub prohibitione alienandi bona Ecclesiastica, ut tradunt DD. in cap. nulli, de reb. Eccl. alien. vel non, qui licet loquatur in terminis d. cap. nulli, in quo cum fuerit solum prohibita hypotheca specialis, non inde poterat dici prohibita generalis, tamen quia subdunt, dictam prohibitionem non esse extendendam, ex eo, quod hypotheca generalis, per se ipsam nihil capit alienationis, cum per eam non transferatur ius aliquod in re, S. item Seruiana, l. ult. de act. l. si rem, s. proprie, ff. de pignor. act. utique eadem ratio videtur militare in terminis

Extravag. ambrosiana Pauli II. de reb. Eccl. non alien. licet prohibeat hypothecam simpliciter sub forma generis, quod cum non contineat sub se, nisi quæ sunt eiusdem naturæ, ad tradita per *Bald. in l. 1. nu. 4. c. commod.* patet, quod non potest comprehendere hypothecam generalem tanquam diuersæ naturæ ab alienatione, quæ fuit sola ratio prædictæ Constitutionis Paulinæ, quia ad eam non est directæ, & principaliter ordinata, hypotheca generalis, sed ut magis creditori cautum sit, aded ut cum non nisi in consequentiam possit per eam sequi alienatio, inde sequatur, quod quousque non producat in esse dictus effectus, nunquam poterat dici (attenta primæua sua natura) quod possit de ea censeri, quod de alienatione, quæ prohibita non potest dici prohibitum omne id, per quod ad illam potest deueniri, non quidem directæ, & principaliter, sed secundariò, & in consequentiam, cum ea, quæ in consequentiam, & secundariò uepian, non qualificent actum, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pec. Rin. cons. 98. nu. 21. vol. 2. Rol. cons. 15. nu. 20. & cons. 48. nu. 18. & 19. vol. 4. Cantab. var. resol. lib. 1. cap. 24. num. 11.* & ided etiam in terminis d. *Extravag. eam sententiam tuetur Redoan. de reb. Eccl. non alien. quest. 2. cap. 6. per tot.* alijque plures relati per *Barbos. in collect. ad d. cap. nulli, num. 5. Ferd. à Castro Palao oper. moral. tract. 12. disput. unica, punct. 15. §. 2. num. 2. tam. 2. Mohu. de iust. & iur. tract. 2. disput. 466. in princ. & Bonac. disput. 3. de contract. feud. quest. 8. par. 4. num. 31. in fin.* immò & in terminis decreti S. Congregationis Concilij data fuit eiusdem S. Congregationis declaratio, illud non comprehendere hypothecam generalem.

10 Attamen placuit DD. declaratio adducta ex *Bero. in d. cap. nulli, num. 13. vers. animaduert. tamen est, de reb. Eccl. alien. vel non.*, & *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quest. 2. cap. 6. num. 13. & 16. vers. ubi etiam*, quod licet ex prædictis valida sit hypotheca generalis absque assensu Sedis Apostol. contracta, nihilominus nequeat absque illo per eam deueniri ad subhæntationem bonorum Ecclesiæ, cum tunc deuenitur ad casum, à quo sine beneplacito Apostolico non potest incipi, & cessat ratio supra allegata, quod scilicet hypotheca generalis in sua primæua origine habet rationem alienationis, quia cum producat in esse effectum prohibitum, debet & ipsa reputari prohibita, tanquam causa efficiens dicti actus prohibiti, non aut in ex sua natura, quæ potest stare, &

plures alios effectus producere, quam iis prohibitum, nam assensu si admitteretur, quod vigore hypothecæ generalis possit deueniri ad distractionem bonorum Ecclesiæ, daretur casus alienationis eorundem absque licentia Sedis Apostolicæ, contra dispositionem d. *Extravag.* & aperiretur via pluribus fraudibus, ad quas euitandas fuisse mentem d. *Constitutionem Paulinam* dixerunt *Rebuff. cons. 109. nu. 8. et cons. 111. num. 9. et seq.* cum alijs per *Quarant. in summ. Bullar. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, nu. 24. vers. ad cuius opinionis corroboracionem.*

11 Nec visum fuit obstare, quod cum per d. hypothecam generalem nequeat deueniri ad alienationem, frustratoria sit d. validitas, tanquam inuutilis, quia prætermissa, quod data utilitate potest præbere occasionem Summo Pontifici assentiendi distractioni per eum faciendæ, utilitas est euidens, cum valeat creditor eius vigore agere uti saluiano ad bona hypothecata, ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, & in hoc etie præferendus creditoribus Chirographarijs.

12 Multòque minus facit, quod hoc casu d. hypotheca generalis fuerit promissa occasione contractus emptionis, qui cum habeat præsumptionem utilitatis pro se, non videtur patiendum, quod Ecclesia possit retinere bona aliena, & nequeant pro eorundem pretio distrahi propria, cum enim in alienatione bonorum Ecclesiasticorum copulatiue requiratur, & utilitas, & solemnitas, *cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Pralat. can. sine exceptione 12. quest. 2. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Rot. decis. 119. num. 12. et 201. num. 3. par. 1. rec. Couall. decis. 288. nu. 1. Durand. decis. 250. num. 1. et per tot. et decis. 397. num. 1.* & alibi passim, parum refert, quod contractus possit esse utilis, nisi etiam concurrat licentia Sedis Apostolicæ, prouenit

13 fortioribus terminis habetur, quod pecunia constituta in proprietate, & non in usu, nequeat conuerti in emptionem bonorum pro Ecclesia absque licentia Sedis Apostolicæ, iuxta magistralem decisionem coram fel. record. Cardinali Hieronymo Pamphilio in Veneta pretij bonorundem 13. Novembr. 1602. quam referunt, & sequuntur *Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 59. num. 3. vers. verum limitatur, part. 1. et Barbos. de offic. et potest. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 43.* sibi quæ imputet venditor, si vendiderit rem Ecclesiæ habita fide de pretio, eum sciat, bona eiusdem non posse alienari absque licentia Sedis Apostolicæ, admissa etiam utilitate, quæ nihilominus potest abesse à contractu emptionis,

nis, stante periculo lationis, quæ potest interuenire, tam respectu venditoris, quam respectu emptoris, ex notatis ad l. 2. C. de rescind. vend. ita quod *Statutum Urbis c. 151.* requirens solemnitates, non in sola alienatione, & permutatione bonorum minoris, prout de illis Ecclesiæ, sed etiam in omnibus contractibus, in quibus minor potest ladi, habet locum, etiam in emptione, ad plene tradita per *Fenzon. ibidem, a nu. 38. per plures sequent.*

15 Nec pariter obstat dictum fuit, quod non requiratur assensus Apostolicus in distractione bonorum Ecclesiæ, quæ sit per Iudicem, tanquam necessaria, Ideoque declaratio *Bero. ac Redoan.* supra citata sit intelligenda in terminis distractionis faciendæ ex voluntate Administratorum Ecclesiæ pro soluendo ære alieno contracto vigore hypothecæ generalis, non autem in terminis distractionis necessariæ, quæ sit per Iudicem ad eundem effectum soluendi æs alienum contractum sub hypotheca generali. Nam Domini existimauerunt, d. conclusionem (quod in distractione Iudiciali non requiratur nouus assensus) non procedere, nisi quando Iudex venit ad eam vigore obligationis contractæ cum solemnitatibus, ex eo, quod in tantum valet Iudex deuenire ad alienationem, in quantum solemnitas interposita in natiuitate obligationis, cum porrigat suum effectum ad tempus alienationis, dicitur interposita super eadem alienatione, quemadmodum luculenter explicat in puncto Ecclesiæ *Bald. in l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt*, & faciunt tradita per *Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 5. num. 3. vers. nec obstat, et Capyc. Latro dec. 56. num. 5. et 6.* Nec contrarium elicitur ex DD. per Informantes pro Paulo Parca allegatis, cum omnes, vel loquantur cum supposito, quod debitum, cuius vigore deuenitur ad Iudicalem distractionem fuerit ritè, & solemniter contractum, vel loquuntur generaliter, ita ut etiam ipsi sint intelligendi cum eodem supposito.

16 Et quidem nullo vnquam iure reperitur, posse deueniri ad distractionem Iudicalem occasione obligationis initæ absq; beneplacito Sedis Apostolicæ, nisi in casu soluendi debita contracta ab aliquo authore Ecclesiæ, qui eidem reliquerat plura sua bona, ad tradita per *Bordon. resol. regul. 27. num. 63.* in quibus terminis loquitur decisio pro Paulo Parca allegata in Romana locorum montium 18. Maij 1645. coram

Dameo Meltio, cum tali casu æs alienum fuerit ab initio ritè, & rectè contractum, ex quo author Ecclesiæ non tenebatur vllas adimplere solemnitates, sicquæ dicatur prouenire ex necessaria causa Auctoris, & non ex propria voluntate Ecclesiæ, vt bene animaduertit *Fonsanella decis. 278. num. 6. et 7.* qualitatem enim voluntarij, vel necessarij metimur ab origine obligationis, an scilicet origo proueniat ex facto hominis, vel legis, latè *Tiraquell. de retract. lign. §. 1. glos. 14. num. 13. Menoch. præs. sum. 110. et seqq. lib. 4.* & alios congerit in terminis alienationis *Don Ferdin. Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 26. nu. 4. et 5.* vnde etiam, licet permissum dicatur æs alienum contrahere ex causa necessaria, certè talis permissio non comprehendit necessitatem, in quam quis spontè sese conicit, *Seraph. decis. 654. num. 4.* prout in casu nostro fecit Præses Collegij emendo bona ex sua voluntate, facta obligatione de soluendo pretium, & prout non dicitur facere Ecclesiam, quæ adiuerat hereditatem, licet lucrosam, tamen ære alieno grauata.

Nequè vllius momenti fuerunt, quæ deducebantur circa facultatem liberè disponendi contentam in erectione Montis Cõmunitatis, de cuius locorum distractione est quæstio, nam quicquid sit circa intelligentiam d. facultatis respectu Ecclesiæ, cessabat omnis difficultas, cum in literis patentibus locorum d. Collegij legatur apposita prohibitio expressa de illis non alienandis sine licentia Papæ in scriptis, quæ peculiaris prohibitio certè tollit generalem permissionem in erectione Montium existentem, quæ non derogat pactis faciendis in contrarium, vt in fortioribus terminis *Regens Galeota contr. iur. 48. num. 24.*

Et ita resolutum, vtraquæ parte acerrimè, & pluriès informante.

S V M M A R I V M.

- 1 Assensus Regius habetur pro præstito super feudorum obligationibus, quæ fiunt à viris pro restitutione dotium mulierum. Neapolitanarū, id quæ ex gratia speciali, quæ prodest, nõ solum mulieri, sed eius heredi, quamuis extraneo, sed quid si bona feudalia fuissent à viro quasita post mortem vxoris, num. 2. ratio dubitandi quæ, num. 3. resolutio dubij, num. 4. 5. 7.
- 6 Assensus tacitus intelligitur præstitus instrumento dotali.

- 8 *Dos an diei possit soluto matrimonio priusquam restituatur.*
- 9 *Privilegia omnia contractui dotis concessa, transeunt ad quemcunque mulieris heredem.*
- 10 *Assensus tacitus concessus instrumento dotali an sit subsidiarius in defectum bonorum allodialium, & num. 11.*
- 11 *Assensus tacitus an intelligatur prestitus super bonis subfeudalibus viri.*
- 12 *Assensus tacitus an procedat quando dos fuit tantum confessata.*
- 13 *Assensus tacitus an prosit mulieribus Neapolitanis naturalibus.*
- 14 *Assensus tacitus an extendatur ad bona soceri uxoris, & ad bona soceri mariti, nu. 16.*
- 15 *Assensus tacitus an intelligatur prestitus in casu, quo obligans feudum legitimo careret successore, an prestitus intelligatur quando non fuit in capitulis matrimonialibus reservatus, ibidem.*
- 16 *Assensus tacitus an intelligatur prestitus donationibus contemplatione matrimonij factis in capitalis matrimonialibus.*
- 17 *Assensus tacitus an suum sortiatur effectum super bonis feudalibus tacite obligatis, & nu. 25. & 26. & quid si in capitulis matrimonialibus fuerit conventum, ut stipularetur instrumentum dotali ad consilium sapientis, num. 20. 21. 23. & 24.*
- 18 *Hypotheca pro consequitione dotis habet originem a die promissionis, non autem solutionis.*
- 19 *Obligatio facta simpliciter a duobus fideiussoribus an intelligatur insolidum.*
- 20 *Specialia duo an possint simul concurrere, circa idem.*

ARGUMENTVM.

Agitur, an Regius assensus generaliter concessus obligationibus bonorum feudaliū pro restitutione dotium mulierum Neapolitanarum extendatur ad beneficium hæredis mulieris, super bonis feudalibus soluto matrimonij per virum quæsitis. Assensus iste an sit subsidiarius. An extendatur ad feuda plana, & de tabula. An compre-

hendat bona feudalia viri mulieri tacite obligata. Insuper an prætitus intelligatur donationibus contemplatione matrimonij à parentibus factis filiis in capitulis matrimonialibus, & de alijs ad materiam, & ornatum gratiarum per Regem Catholicum concessarum in anno 1505. de quibus in cap. 20. & 21. inter Privileg. Ciuitati, & Regno Neap. concessa, fol. 42. a ter.

C A P V T XXVIII.



Assensus Regius, qui in bonorum feudaliū obligatione specificus, & in forma probanti pro contractus validitate interuenire debet, ex tunc Regis nostri munificencia in feudorū obligationibus, quæ pro restitutione dotium mulierū Neap. à maritis fiūt, pro impetrato, & prætitio habetur.

Et quamuis aliàs non parum apud nos fuerit controuersum, an Capitulum illud Neapolitanis concessum hoc disponens, procedat non modò, quando per viri mortem Mulier super bonis viri obligatis pro dotis restitutione instaret, quod est indubitatum, sed etiam si per uxoris mortem matrimonium esset solutum, & pro dotium recuperatione instaret eius hæredes ex corpore non descendentes, tamen communiter receptum est, ius hoc etiam ad extraneos hæredes extendi, & ita aliàs Sacrum Consilium determinasse, testatur Marin. Frecc. de subfeud. in prima autb. quæst. I 2. intra num. 20. vers. memini aliàs, licet in discursu multa hinc inde ponderet; sed de hac opinione in hæredum fauorem, vt ulterius non sit dubitandum, testis est Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dot. in princ. à num. 45. vsq; ad 47. Theodor. alleg. 67. num. 5. nec dissentit Rouit. in pragm. 8. num. 3. de feud.

2 Illud autem, de quo his diebus interrogatus fui, à nostris, quos vidi, tactum non inueni; nimirum, an hæc conclusio procedat, quâdo instarent mulieris hæredes pro dotis recuperatione super bonis feudalibus viri, post coniugis mortem quæsitis, vel dicendum est, assensum pro præstito intelligendum esse super obligatione bonorum feudaliû constante matrimonio quæditorum.

3 Ratio dubitandi contra hæredes ea est, nam cum certum sit, ad mulieris fauorem super bonis feudalibus viri acquirendis hypothecam oriri non posse, priusquam bona cum effectu à viro acquirantur, in casu proposito acquisitionis inspecto tēpore, mulier, cuius respectu assensus pro præstito intelligitur, reperitur mortua, & sic ius aliquod super bonis feudalibus post eius mortem à viro quæsitis acquirere nõ potuit, quod ad hæredes transmissum dici posset, ergò.

4 Sed hæc dubitandi ratio non obstante, maturius re considerata contrariû respondit, vt nimirum assensus, de quo agimus, pro præstito intelligatur, etiam super bonis feudalibus post vxoris mortem à viro quæsitis, quæ in generali bonorum obligatione cõtracti matrimonii tempore facta, sine dubio veniunt, ex dispositione *l. fin. C. quæ res pign. obligar. poss.* & per consequens posse super illis mulieris hæredes pro dotis recuperatione instare, idq; ex sequentibus.

Primo suppono, in promissione facta à viro restitutionis dotis, cum matrimoniû solueretur, ex parte vxoris, siue alterius, qui dotem exburauit, iniriã fuisse stipulationem p̄ se, eiusq; hæredibus, & successoribus, hoc enim dispositû inuenimus in instrumento dotali, cumq; gratiæ tenore attentò, assensus nõ mulieri, sed instrumento dotali pro præstito intelligatur, debeat mulier, cum Domino placuerit, quia adhuc, semper quòd dos non restituitur, instrumentum, in quò sub bonorum feudaliû obligatione fuit promissa dotis restitutio, dotali censetur, & vti tale, assensus etiam super bonis feudalibus post mulieris mortem à viro quæsitis, ad hæredum fauorem suam operatur effectus: sunt enim hæc Gratia, siue Capituli verba. *Item supplicano, che in tutti l'istrumenti dotali, che da qua uante occaderanno farsi in questa Città di Napoli, illo tunc, che siano fatti l'istrumenti dotali, & obligationi de beni feudali de loro mariti con reueruacione del Regio assenso, se in-*

tenda esse prestito l'assenso di vostra Catholica Maestà. *Placet ad beneplacitum Regiæ Catholice Maiestatis.* Vides igitur ex huius Capituli tenore liquidò constare, assensum non pro Neapolitanis mulieribus, sed simpliciter super instrumentis dotalibus generaliter fuisse petitam, simpliciterq; cõcessum, ergò non est, quid dubitari possit, vt in omnem casum, prout loquitur instrumentum, in quo fuit promissa dos mulieri, & eius hæredibus impetratus, & obtentus assensus intelligatur, ex decisione *Andr. in cap. 1. num. 7. qui success. teneantur*, quem pro explicatione huiusmet Capituli, licet in alio casu expendit *Reg. de Pont. loco cit. num. 26. 27. & 34.*

7 Cessat etiam omnis dubitatio ex altero Capitulo emanato in anno 1586. per Regem nostrum Philippum Secundum, pro declaratione primi supra descripti, dum in eo expressè disponitur, assensum obligationibus bonorum feudaliû viri pro præstito intelligi ad beneficium illorum omnium, quibus in casu restitutionis dotis fuit promissa illius restitutio, seruata forma instrumenti dotalis, cumq; in instrumento dotali dotem restitui fuerit conuentum mulieri, & eius hæredibus, ergò (quãuis matrimonio soluto superueniat bonorum feudaliû acquisitio, quia uti bona futura cõplectuntur sub illa generali obligatione, de qua in instrumento, ex citata *l. fin. C. quæ res pign. obligar. poss.*) sine dubio hæredes, ad quorum fauorem assensus pro dotis recuperatione extenditur, super bonis feudalibus post mulieris mortem quæsitis instare possunt, est enim hic tenor Capituli anni 1586.

Item essi fidelissimi Città, Baronaggio, e Regio esponeno à V. M. come la Serenissima Maestà del Re Catholico, e dopo la Maestà Cesarea di glorioso ricordo hanno conceduto assenso sopra l'obligationi de beni feudali, così à beneficio del marito per la consequitione delle doti, e mulieri da essi dependenti con l'interusuriu nell'istrumenti, li quali se faceano trà persone, delle quali vna almeno sia Napolitana habitante in Napoli, iusta la continentia, forma, e tenore di essi istrumenti, e perche Catholica Maestà detto assenso conceduto per modum legis in remunera de seruitij senza clausula quoad expressa tantum relatiue alla forma, e clausula di essi istrumenti deue intendersi prestito à beneficio di tutti quelli, a quali se promette la restitutioe d'esse doti nell'istrumenti dotali, alli quali esso assenso si referisce generalmente, desiderando però essi supplicanti di riconoscere dalla ma-

no liberissima di V. M. per gratia tutto quello, che per ragione d'essi supplicanti si douesse, la supplicano se degni ordinare, che detto assenso se intenda prestato in detta hipotheca di beni feudali à beneficio di tutti quelli, alli quali si deue fare il pagamento, ò restituzione di dette doti, mutuo, & intersurio, secondo la forma d'essi instrumenti. Placet Regia, & Catholica Maiestati, citrà tamen prauudicium Regia Curia, quodocunq; & quomodocunq; dicta feuda ei deuoluentur, &c.

- 8 Vitimò pro dictorum corroboratione dico, nam cum certum sit, prefata Capitula dotis fauore fuisse condita, admittunt omnes, soluto matrimonio priùquam dos restituatur, adhuc illam dotis nomē habere, omniaq; retinere priuilegia, quæ in matrimonij constantia à iure fuerunt ei tributa, sicq; procedere titulum, ff. soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur, aduertit omnes in ea Rubr. signanter Bart. Paulus de Cast. in princ. Alex. num. 24. las. num. 9. Soc. sen. nu. 10. & alij relati per Andr. Fachin. controuerf. iur. lib. 10. cap. 27. & Molfes. ad Consuet. Neap. p. 6. tit. de iur. dot. quest. 3. num. 17. vbi num. seq. aduertit, quod quamuis aliqui teneant, hoc omne in uxoris hæredibus procedere ex corpore descendentibus, tamen, ut etiam ad extraneos extendatur, pro indubitato affirmat, citans inter alios Bart. in l. post dotem, num. 34. ff. solut. matrim. ubi affirmat, dotis priuilegium, antequam ea restituatur, ad Diabolum mulieris hæredem trāsire, sequitur Loffred. cons. 31. ubi num. 11. de his agens inquit, Priuilegia omnia contractui dotis concessa, ad quemcunq; mulieris hæredem trāsire, & ante num. 12. citando Bart. in d. l. post dotem, dicit, quod quando priuilegium cepit procedere in persona mulieris, tunc trāsire ad quemcunq; hæredem, & vide. Thes. filium quest. 5. lib. 1. quest. forens. & quæ Ego latius circa hoc exarāui supra cap. 19. num. 11. quo loci huius articuli ueritatem habes. Si igitur, dico Ego, soluto matrimonio, quousque dos uere restituitur, dos dicitur, omniaq; dotis retinet priuilegia, & assensus pro dotis recuperatione instrumento dotali pro prestato habetur, bona omnia feudalia, quæ maritus quocunq; tempore acquirit, & sic tam constante, quam soluto matrimonio, pro dotis restitutione, seruata forma obligationis in instrumento contentæ, obnoxia & hypotheca supposita esse censentur, & per consequens mulieris hæredes super illis, sine dubio instare possunt, nec est, quid opponi possit, illos carere assensu, cum iam in

instrumento dotali, ex cuius fonte oritur obligatio bonorum feudalium tam presentium, quam futurorum, pro prestato, & impetrato habeatur. Hæc occurrunt. &c.

- 10 Modò ad alia me conferendo, dubitatur, an assensus, de quo in prefatis Capitulis subsidiarius intelligatur, nimirum, ut tunc possit mulier eo uti, si facta bonorum allodialium discussione, dotem consequi non possit? Et in hoc dico, quod super articulo isto nostri Regnicolæ uariè loquuti fuerunt, quandoquidem Camer. in cap. Imperialem, fol. 71. lit. M. vers. limitatur, & in cap. 1. num. 157. an agnat. in eam descendit sententiam, ut assensus, de quo agitur sit subsidiarius, in defectum nimirum bonorum allodialium, sicquæ aliàs decisum annuit Rouit. in prag. 8. num. 7. de feud. sed frequentius contrarium fuisse obtentum, constat ex decisione facta per Consiliar. de Altomare, de qua per Annam alleg. 15. in fine, & in Constitut. Constitutionem diua memoria, num. 240. & ex relatis per Reg. de Ponte loco cit. à num. 14. ad 17. vbi dicit, Camer. in hac questione determinando friuolis, & erroneis rationibus fuisse motum, istamq; sententiam ueriores esse dicit Rouit. loco cit. licet non figat pedes, sed certè gratiæ uerbis arrentis, ab ea recedi non potest, nisi
- 11 secundum me in vno tantum casu, & erit, quando mulier, vel eius hæres tam super bonis feudalibus, quam allodialibus petisset assentiam, illamq; demum obtinisset, ut si posset commode super bonis burgenfaricis satisfacere, non obstante iure eligendi mulieri ipsi competenti, bonus Iudex, ut super bonis feudalibus sententia exequatur, permittere non debet, prout alias Sac. Consil. haud permisisse inuacio apud Mar. de dec. 13.
- 12 Dubitatur insuper, an assensus, de quo agimus ad mulieris beneficium intelligatur etiam prestatus super subfeudis uiri? negatiuam partem amplexus fuit Marin. Frecc. tract. de subfeud. an sit. differunt. int. feud. quatern. & plan. ac de tabul. in 14. differ. num. 20. & auct. Rouit. in d. prag. 8. nu. 6. de feud. late Tasson. alleg. 14. inter obseru. ad prag. de antepato, fol. 280. quicquid in contrarium scripserit Petrus Garz. à Toledo dec. 56.
- 13 Item, an procedat, quando dos fuit tantum confessata, sed non soluta? dic, quod sic, si precessit promissio, & sunt elapsa tempora opponendi exceptiones non numeratæ dotis, Camer. loc. cit. f. 57. lit. S. & f. 18. lit. B.
- 14 Item, an procedat ad beneficium mulierum naturalium? quod sic, dicit decisum

Anna in Cons. Constitutionem dñe memoria, num. 240. Rouis. in pragm. 3. de feud. negativè autem in filia Neapolitani, quæ sit spuria, ex matre extera nata D. de Franch. dec. 45 2. Rouis. in pragm. 3. n. 3. eod. tit. & Revert. dec. 4.

15 Item, an extendatur ad bona soceri? quòd sic, & ad alia omnia cuiuslibet ad dotis restitutionem obligati dixit *Precc. lib. 2. de subfeud. in 1. autor. quæst. 13. per totam. fol. mihi 198. Minado. cons. 3. Camer. in d. l. Imperialem. fol. 53. lit. Q. Rouis. in d. pragm. 8. m. 4.*

16 Item, an operetur ad favorem mariti agentis ad bona soceri vigore instrumenti mutui dependentis ex restra dotium? quòd sic, habes decisum in *Apostill. ad pragm. 3. de feud. vers. in causa creditorum.*

17 Item dubitat *Rouis.* an præstitus intelligatur hic assensus in casu, quo obligans secundum legitimo careret successore, & negativè respondit in *d. pragm. 3. in fine, & quid si in obligatione bonorum feudalium non sit reservatus assensus Regius, an operetur hic tacitus? vide eundem Rouis. cons. 17. num. 1 2. tit. 2. & Apostill. ad cap. 31. Regis Cath. f. 43.*

18 Vtcriùs, dum ex tenore Cap. supra inserti num. 5. & 6. liquidò constat, assensum, de quo agimus super instrumentis dotalibus fuisse concessum, & observavit *Dom. Reg. Capyc. Latro consult. lib. 1. consult. 39. num. 7. 33. & 40.* dubitatur elegantèr, an intelligatur pariter præstitus donationibus, quæ à parentibus in eisdem instrumentis filijs contemplatione matrimonij factæ reperiuntur? super hoc dubio, quòd adhuc non observantur à nostratibus tactum, nisi à *D. Reg. Merlin. contronerf. lib. 3. cap. 160. num. 17. inveni in Præsidentem Iulium Casarem.*

Minadomo virum doctissimum in quodam eius libello manuscripto his verbis respondisse: *Fuit difficultas, an Capitulum Regis Catholici dum assentit capitulis matrimonialibus, intelligatur assentire donationibus factis per patres filijs contemplatione matrimonij, difficultas ortabatur, ex quo assentis contractibus, ergò omnibus in eo contentis, & sic donationibus factis contemplatione matrimonij, quæ donationes sunt correspondens ad dotes, pro contraria parte, quòd absint alia capitula circa donationes factas filijs contemplatione matrimonij reservato usufructu, & quòd sint feud. antiqua, & alia circa hoc, ergò in primo capitulo non comprehenderentur, nam si comprehenderentur, frustra iterùm fuisset supplicatum, item illa capitula concernunt tantum securitatem dotium, non ad alium finem fuerunt concessa, ergò non debent ultra operari, & sic fuit conclusum in Regia Camera.*

19 Vltimò dubitatur, an præfatus assensus suum operetur effectum in bonis feudali-bus viri tacitè obligatis? negativam sententiam tuetur *Camer.* in pluribus locis d. l. Imperialem relatis per *Rouis. in d. pragm. 8. in fine, & per Theodor. alleg. 67. num. 29. & ita decisam annuit Apostilla in d. pragm. 3. vers. quid si in instrumento, in impressis Neap. de anno 1623. còtrarium verò defendit *Presf. Amat. cons. 35. per totum, rationibus vt per eum, veritas est, quòd iuris regulis attentis à Camer. sententia recedi non potest, nisi in capitulis matrimonialibus Partes conuenerint, fore stipulandum publicum instrumentum cum hypotheca bonorum feudali-um ad consilium sapientis, in hoc n. casu promissio hæc conficiendi publicum instrumentum cum hypotheca bonorum feudali-um veram, & realem bonorum feudali-um obligationem importaret, vt satis bene, ac doctè, prout de more aliàs defendit nobilissimus, ac primarius causarum Orator *D. Carolus Brancacius* feudista insignis, nunc Senator amplissimus, dum *Ill. Marchionis Orioli* partes in vna facti contingentia tuebatur, prout mihi constat ex sequenti eius Responso, quòd è manibus Domini Marchionis habui, quamuis pro contraria parte non minus doctè, quàm elegantèr scripserit nobilissimus pariter, ac maximus feudista *D. Helior Capyc. Latro*, nunc Regiæ Cancellariam Regens meritissimus, Col-lateralis Consiliarius, & Marchio *Torelli consultat. iur. lib. 1. consult. 29.* verùm necesse est vt expressè fiat promissio obligationis bonorum feudali-um, quia si simpliciter dictum esset, vt stipularetur publicum instrumen-tum ad còsilium sapientis, non addito, & cum obligatione bonorum feudali-um, gratia Regis Catholici nõ prodesset, ita sanè per Sacrum Consilium decisum inveni in causa *Don Luti Capycij filij, & hæredis* quendam *D. Ramundetta Palaganzæ* cum Spectabili *Preside S. C. Andrea Marchese,* quòd de- cisionem nõ inuenies, nisi registratã in libro *Potorum*, idq; sub die 3. Martij 1646. Còmis- sario præstantissimo *D. Consiliario Cioffi.***

Iesus, Maria, Ianuarius.

20 Decretum S. C. latum super anteriorate dotium maternasum *Don Alexandri Piguoni* confirmandum esse, ex duobus breuissimè demonstratur.

Primò, quia dum in Capitulis matrimo-nialibus *Marchio Orioli* deliberatè promi- sic se obligare pro dotium restitutione per publicum instrumentum cum hypotheca,

bonorum feudaliū, etiam titulatūrum ad consilium Sapientis, dubitari non poterit, quod talis promissio habeatur pro reali, ac vera obligatione secundum receptam doctrinam Io. And. in addit. ad Specul. in rub. de obligat. & solut. à qua non esse recedendum, dixit Hermanottus. Deus in l. 4. S. Cato. num. 132. ff. de verb. oblig. cum sit communis, æquior, rationabilior, & utilior, secundum Purpur. in l. eam seruum. S. seruum. num. imprudens, num. 14. ff. si cert. pet. quem ad hoc adducit Praef. de Franch. decis. 574. num. 5. & hanc opinionem frequentiori DD. calculo receptam, post alios ostendit Tiraquei. de retr. conuen. S. fin. num. 28. et seq. ubi plurimos cumulat, quibus addo Couar. in cap. quamuis, in 3. par. in it. num. 3. de pact. Teli. Fernand. in l. 22. Tam. num. 15. Roland. conf. 69. num. 25. vers. 3. responderetur, vol. 3. Garziam Dico in r. 39. Marant. conf. 141. num. 5. Villalob. in exaia lit. B. num. 518. Cartar. dec. Jan. 29. num. 12. Fabrum. in suo Cod. lib. 3. tit. 27. de fin. 36. num. 4. Consiliarium Georg. Alleg. 45. num. 27. & licet ab hac vera, ac communi opinione aliqui recedere conati sint, vt est videre apud D. de Franch. ibid. num. 4. nihilominus illa est verior, communior, ac saltem indubitablem favore dotis, vt in terminis fatetur Affl. decis. 61. Anton. de Alexandr. in Consuet. Quartan. abtem, in verb. constituta, in vers. sentit, in 25. fol. 352. ubi quoque Marin. Frecc. vers. incip. vide Andream, & in iudicando per S. C. semper fuisse receptam, testantur Versill. in d. decis. 61. in prima, quem refert, & sequitur Dico Branch. ibid. sub num. 5. Grammat. in ead. Consuet. sub num. 29. vers. mulier, fol. mihi 253. Campagn. omniū legendas in cap. Regni Muller dotarium, num. 29. & nouissime Malfes. ad Consuet. Noap. pars. 7. tit. de iur. quarta, quæst. 2. num. 10. in add. cum Marchio promiserit conficere instrumentum cum obligatione bonorum feudaliū, etiam titulatūrum, iuramento, ac clausulis necessariis ad consilium Sapientis, penitus dubitari poterit, quin promissum instrumentum habeatur pro confecto, in punctualiter Surd. conf. 49. num. 12. vers. secundum facit, 4. vol. Ann. conf. 3. num. 17. Regens de Pont. conf. 10. num. 22. & de communi testatur Crass. comm. opin. lib. 1. c. 619. 20.

¶ Nec obstat, quod in capitulis matrimonialibus Marchio promiserat facere cancelas sequuta solutione partis dotis, ac confecto instrumentō mutui pro solutione restantis quantitatē; nam cum re vera facta fuisset solutio dotium promissarum, non erat necessarium instrumentum mutui, &

proinde promissio facta fuit facta esse. Quam sententiam tenet Theof. decis. 223. num. 10. dicens, hoc casu instrumentū opus non esse, nisi ad probationem ex l. contrahitur, ff. de pignor. item dicitur promissione restitendi dote in causa soluti matrimonij attenditur tempus ipsius promissionis, non autem sequitur solutionis, per l. in l. 1. vbi omnes, ff. qui patior et in pign. hab. per que m. tex. hunc punctum non habere difficultatem, dixit Praef. de Franch. in decis. 677. num. 4. quicquid circa hoc sibi dixerit Regens Rouit. conf. 57. lib. 2. & cum qualitas illa solutionis faciendæ tacite iherat, promissio non dicitur condicionalis, sed pura, vt probat Ann. eod. conf. & num. 15. & 17. immo posito, quod fuisset condicionalis, sequitur de iure conditione ob factam solutionem totius dotis, hypotheca orta fuisset à die capitulorum, vt in simili conclusum fatetur Gemma in decis. 355. non enim erat in potestate Marchionis pecuniam promissam non accipere, dum substinebat opera matrimonij, secundum glos. in d. l. 1. in vers. compellitur, igitur attenditur tempus promissionis, quamuis sub conditione factæ, vel ad certum diem dilatatae; prout sunt iura aperta in l. potior, et in l. qui habet ius, ubi DD. omnes, ff. qui pot. in pign. hab. resoluta enim solutione habetur, ac si sine conditione promissio facta esset, d. l. potior, vers. sed verior: quorum iurium dispositionem procedere in feudis, quando dispositio est valida, scilicet facta cum assensu domini, colligitur ex dictis per Versill. post Affl. dec. 286. num. 4.

¶ Quibus sic positis non erit controuersendum, an talis conclusio locum habeat in obligatione bonorum feudaliū; cum illorum dispositio sit ad instar allodialium, quando adest assensus hominis, vel legis, And. in cap. Imperialem, vers. sed si vandebar, de pro lib. feudaliū per Fred. & eum in casu nostro habemus assensum Capitulorum Regis Catholici, quod cum expresso fit mentio in nostris Capitulis, sufficit, quod Ius ita velit, vt comprehendatur ab assensu, secundum hanc de cap. 1. num. 8. vers. hoc ergo, ubi bona vnde dicitur, qui fact. con. & punctualiter, quod doctrina Io. And. procedat in bonis feudaliū ex vi comprehensiuæ assensus, post Reg. de Pont. conf. 10. num. 22. Surd. ibid. num. 12. tenet Ann. conf. 3. num. 17. & propterea Affl. in Conf. Libentiam in h. 5. in 10. quæst. in terminis illius Conf. permittentis constitutionem dotarij super feudis, notabiliter dicit, sufficere, quod vir

non solum consentire conjugum, quia talis promissio habet assensum vigore illius Consuetudinis, quod laicus exornat Niger in *cap. Mulier. dotatum*, in additione, num. 29. ubi sub num. 19. equiparat assensum praelitum, per illam Consuetudinem Licetiam cum assensu Capituli, & ante nu. 30. dixit, dictam decisionem esse notandam, quia multoties poterit casus contingere, quando solum sunt facta capitula matrimonialia, quae sola sufficere, ut assensus Capitulorum locum obtineat, dixit *Camer. in cap. Imperialem*, fol. 15. lit. F.

24 Nec quidquam opitulantur Parei posita per *Grammat. decis. 107* quia ibi punctus non fuit decisus, ut in fine *decisions* patet; dum fuit reservata melior deliberatio, compilato processu contra tertios possessores, sed illae rationes relatae per *Grammat.* fuerunt adductae pro ratione dubitandi, & propterea in contrarium adductis non respondit, ut advertit *Vrsill. d. decis. 61. in princ.* & quando verè *Grammat.* tenuisset illam opinionem, ex supradictis apparet, nequàm loqui contra communem, sed fundari in falsis rationibus; siquidem dicitur, hanc obligationem resultantem ex promissione faciendi instrumentum non comprehendi ab assensu, cuius eo, quia tale instrumentum fictive habetur pro facto, & capitulum loquitur in instrumento vero, & formali, longè fallitur, cum illud comprehendatur ex vi assensus, ut advertit *Anna ibid. nu. 17.* cumque mens Capituli non fuerit hunc, vel illum casum considerare, sed omnem casum, per quem mulier remaneret indotata, consideravit illud, quod ius vult, & proinde hanc praesumptam obligationem, ita inquit *Camer. fol. 53. lit. E.* quae praesumpta obligatio cum dependeat ab expresso, scilicet ex promissione faciendi instrumentum cum obligatione honorum feudalium, absque dubio comprehendatur ab hoc assensu Capitulorum, iuxta doctrinam *Ifern. in d. cap. 1. num. 8. qui succ. ten.* quam ita in propriis terminis intelligit *Camer. fol. 55.* quod etiam voluit *Frecc. lib. 2. quest. 3. num. 8. fol. mihi 180.* in modo quamvis instrumentum hoc casum non esset reale, sed potius fictum, siue praesumptum, quia tamen illud resultat ministerio, & fictione legis, & mens, & ratio Capitulorum viget operabitur assensus, ut opinio ostendit *Camer. videndus fol. 9. lit. T. & Frecc. ubi supra, num. 8. in fin.*

25 Ut jura ad saturitatem non esset ponere os in Caelum asserere, in terminis Capitulorum Regni sufficere tacitam hypothecam à

lege subintellectam, licet negare non possim, esse satis arduum hoc tentare, propter *Camer.* auctoritatem, tamen si aderunt doctissimi Viri, qui forte, & doctrina, & opinione *Camerarum* superant, contrarium tenentes, illud adnotasse non penitebit; & praeter ea, quae doctissime de more scripsit *D. Amatus* Collega in *conf. 35.* ubi *Camer.* opinionem auctoritatibus, & rationibus destitutam ex pluribus ostendit; tamen quod quando lex assentit dispositioni rerum feudalium, tacita hypotheca dotis favore à lege inducitur, sicut operetur effectum super bonis feudalibus, expressè tenuit *Bartholom. de Capua* vir satis notus in *d. Constit. Licentiam*, in 1. *quest.* quod refert, & multum commendat *Affl. ibid. num. 8. & 9.* sequitur *Petr. de Monteforte* similis legendus in *apost. ad eandem Constit. Licentiam*, in *fin. Campag. num. 19.* & aperte etiam obligatur ex dictis per *Frecc. lib. 2. quest. 3. num. 6.* & hoc proprie voluit *Ifern. in d. cap. 1. n. 8. qui succ. ten.* & alibi saepius, dum inquit, quod illud, quod subintelligitur à iure, non est necessarium exprimi, & propterea statutum, quod strictissime intelligitur, dans paratam executionem instrumento, operabitur etiam circa hypothecam tacitam resultantem ex receptione dotis in bonis mariti, secundum *Bal. in l. ubi adhuc, vers. sed adverte, C. de iure dot.* quem refert *D. de Franch. decis. 325. num. 1.* non erat enim necessarium hypothecam exprimi ab homine, dum lex expresserat Regi, ut singulariter dixit *Frecc. ibid. ante nu. 9. vers. hoc est expressum.*

26 Nec me mouet *Camerarum* responsio, quod doctrina *Ifern.* procedit, quando tacitum dependet ab expresso, ita ut secus sit, quando nihil exprimitur, nam, ut optime advertit *D. Amatus*, responsio non est applicabilis, nam sicut in recipiente feudum lex subintelligit de descendens, quantum non exprimitur, & assensus ad utrumque trahitur, ita etiam in recipiente dotem lex hypothecam inducit, etiam si omittatur, quemadmodum igitur assensus ibi trahitur ad personam tacite à lege subintellectam, ita quoque & hic assensus trahetur ad hypothecam à lege pariter, etiam si non exprimitur inductam, & iura, quae allegat *Ifern.* generaliter loquuntur, nam *tex. in cap. 1. in §. cum verò decidit*, feuda transite ad descendentes, ex hoc arguit *Ifern.* non esse necessarium exprimi de descendens, ut comprehendatur ab assensu, cum sufficiat, quod ius illud statuerit, ita etiam in *27 l. 3. C. de fideiuss. obligatio facta à duobus*

fideiusoribus, intelligitur, ut uterque teneatur in solidum, quamvis hoc non fuerit expressum, cum illud oriatur ex legis dispositione, ut dicitur in *tex.* sic dicemus in casu nostro, ut quamvis promittens dotis restitutionem, non exprimat hypothecam bonorum feudaliū, adhuc mulier habeat actionem hypothecariam virtute assensus *Capitulorum*, cum sufficiat, quod ita à iure sit dispositum, ut super tali promissione statim sit inducta tacita hypotheca, quamvis à Partibus non fuerit expressa.

- 28 Nec similiter obstat ratio, quā assignat *Reg. Rouit. in repet. Prag. 8. de feudis, in fin.* ne scilicet duo specialia concurrant circa idem, vulgata *l. I. C. de dot. promiss.* nam facilis est responsio, regulam illam imitari dupliciter. Primò favore dotis, ita *Crot. in l. is, qui pro emptore, num. 186. de vsucap. Soc. in l. I. num. 52. vbi etiam Marian. num. 219 ff. sol. matr. & alij*, quoties vnum speciale concurrat principaliter, & aliud consequentiū, & dependentē, secundum *Salyc. in d. l. I. nu. 3.* sed in casu nostro assensus *Capitulorum*, quod est vnum speciale datur promissioni restitutionis dotium, quæ secum trahit tacitam hypothecam, merito non debet ei facere difficultatem concursus duorum specialium, stante, quod vnum ab alio dependet: Cætera suppleat religio, & doctrina *Domin. Consiliarium.*

Carolus Brancaçius.

Fuit decisum secundum hic allegata per nobilissimum, ac præstantissimum *D. Consulentem*, ut videre est pænes *Domin. Regentem Sanfelice. decis. 99.*

S V M M A R I V M.

- 1 Assensus Regius an sit concedendus donationi facta à patre filio secundogenito de feudo, primo contradicente, & num. 3. 5. 6. 7. 9. & num. 23.
- 2 Feudum hereditarium potest pater alienare, & si filius primogenitus contradicat.
- 4 Assensus Regius impetratus super donatione feudi facta à patre filio secundogenito an sit subreptitius, dùm de primogenito nulla fuit facta mentio.
- 8 Vitæ, & militia debetur secundogenito statim facto casu successionis primogeniti, siue per mortem patris, siue per refutationem.
- 10 Prorex an possit præstare assensum, si pater vult instituere heredem in feudo filium secundogenitum, et num. 14.

- 11 Feudatarius, qui ex nouissima gratia habens in immediatum successorem feminam, potest masculum remotiorem, sed in gradu successibili heredem in feudo instituere, an possit quemlibet ex masculis in eodem gradu existentibus instituere, & num. 12. et 13.
- 15 Pater in feudo, in quo vivitur iure Longobardo an possit filium primogenitum tatum heredem instituere, et num. 16. 17. 20. 22. 25. 26. et 27.
- 18 Feudatarius non potest alterare naturam feudi in agnatorum præiudicium.
- 19 Testamentum facere in bonis feudaliibus non licet.
- 21 Pater an possit vni ex filiis donare feudum, nouum sine consensu Domini.
- 24 *Tex. in cap. I. de success. feudi procedis tam in dispositione, quæ fit inter extraneos, quàm inter filios.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an sit Regius concedendus assensus in donatione, quæ de feudo hereditario à patre fit secundogenito, primo se opponente. Secundo genitus feudi refutatione sequuta an possit à fratre, patre adhuc viuente vitam, & militiam petere. Prorex attenda *Prag. nouem Caputum in quarto cap.* quæ in *vol. prag.* est 4. in ordine, sub tit. *de feud.* an possit assentire, ut pater in testamento valeat feudum secundogenito relinquere. Item cum ex nouissima gratia possit in Regno feudatarius foeminam in immediatum successorem habens, illam à feudi successionem excludere, & masculum, in gradu tamen successibili heredem insti-

tuere

tuere, si plures habuerit masculos in eodem gradu, an possit ex illis minorem natu, attenta gratia prædicta, hæredem instituere. Pater possidens feudum, in quo ex iure Longobardo omnes filij succedunt, an possit in eo filium primogenitum tantum hæredem instituere, vbi singulare responsum *D. Ioannis Angel. Pisanelli* adhuc non impressum.

C A P. XXIX.



Assensus Regius, contingit aliquando dubitari, num sit concedendus donationi, quæ inter vivos de feudo à patre, fit in secundogeniti beneficium, primo se opponente? & affirmatiue dicendum videtur;

constat enim, quod quando feudum est hereditarium, siue illud nouum sit, siue antiquum, potest per patrem in extraneum, Domini accedente consensu, alienari, & si filius primogenitus futurus hæres, & successor contradicat, vt per *Andr. in cap. 1. S. hoc quoque, de success. feud. & in cap. 1. de natur. success. feud. & in cap. 1. S. Titius, si de feud. defunct. milit. fuer. controuers.* Si igitur potest pater feudatarius in extraneum alienare, ergo & in proprium filium secundogenitum. Et ita in puncto ad secundogeniti beneficium nõ semel decisum refert *Rouit. prag. 1. à num. 124. vsque ad 128. de titulor. abusu, & in conf. 39. lib. 2. vbi in fine dicit, non posse hodie amplius controuerti, quin pater possit filio secundogenito feudum donare, nedum absque consensu primogeniti, sed etiã ipso expresse contradicente, subdens satis in hoc articulo conferre, quæ scripsit *Gizzarell. decis. 22. & alii ibi relati, idemque per S. C. sua tempestate decisum refert Io. Aug. Pisanell. in responso hic imprimendo nu. 23.**

Io Thom. Minad. in Const. In aliquibus, in princip. num. 27. & 28. de his agens affir-

mat, suo tempore sepe fuisse iudicatum, dolo, & fraude cessante, valere donationem, quæ de feudo hereditario cum Regio assensu fit à patre filio secundogenito, quamuis totum feudum primogeniti legitima nuncupetur, quod sequi videtur *Regens de Pont. tract. de potest. proreg. tit. 6. de assens. Reg super dotibus, §. 2. num. 14. & ibi Thom. in additione, qui alios ex nostris allegat.*

4 *Marin. verò lib. 2. de subfeud. in 1. quæst. incip. superest, vt aliqua,* proponit dubium, de quo eo tempore disceptabatur, nimirum, an subrepticus sit iudicandus assensus super feudi donatione per patrem secundogenito facta impetratus, dum in supplicatione nulla de primogenito fuit facta mentio, & postquam articulum ad partes disputauerit, in effectu ante num. 15. *vers. non reperitur hic casus,* concludit, Sacrum Consilium duobus tantum ex Consiliarijs contradicentibus iudicasse, assensum fuisse subrepticium, verum cum esset ab hoc decreto reclamatum, reclamatione pendente partes articulum iudicandum Domino tunc *Regenti Reuerterio* compromiserunt, qui pro assensus validitate respondit, prout etiam idem S. C. in alia facti contingentia de anno 1563. determinauit, vt idem *Frec. in fin. aduertit,* subdens, pro secundogenito fuisse bene iudicatum.

5 *Camerar. autem in cap. Imperialem, fol 44. lit. C. & 57. similiter lit. C. vers. nec iudicio meo testatur,* in proposito articulo Dominos Regentes Regiam Cancellariam indistincte haud assentire, cum pater feudum, quod habet hereditarium, vellet primogenito excluso, secundogenito donare; sed tantum vix assensum præstare, quando tria essent feuda, vt scilicet de tribus posset vnũ donare, argumẽto *Constit. Si quis Baro,* sicq; Sacrum Consilium iudicasse de anno 1540. in causa *Caroli Bozuti* (de qua meminerunt etiam *Minad. & Frec. locis cit.*) quicquid tamen iudicauerit demum *Dom. Fran. Reuert.* quem acutissimi ingenij virum appellat *Camerar.* nam dicit ipse, quod eius scripta nõ fuerunt præfato *D. Reuerterio* ostensa, propter eius à Regno absentiam; huius dicti ratio assignatur potissima, quia si in casu proposito assensus concederetur, verè diceretur contra feudi naturam, formam, & legem præstitus, quæ forma, natura, siue lex est, vt primogenitus tantum succedat, istamque formam Rex nunquam mutare consuevit; inde videmus semper dum assensus in feudorum distractionibus præstatur, illam apponi clausulam, *feudi natura in ali-*

quo non mutata, modo si pater posset donādo in secundogenitum feudum transferre, tota fere lex, & feudi natura subuertēretur. Videmus etiam, nunquam in ultimis voluntatibus Reges assentisse, vt feuda valeat pater secundogenitis relinquere, ex quo in viuētibz iure Francorum repugnat feudi natura, vt in *Const. Vt de successione*, vbi in successione maior natū minorem excludit, & masculus feminae praefertur; si igitur ea est natura in succedendo in actu ultimae voluntatis, quare non eadem dum transfertur in vita, & sic dum in ultima voluntate denegatur assensus, debet etiam denegari in actu inter viuos, cum congrua diuersitatis ratio assignari non possit, donatio .n. haec, quae in secundogenitum fieret, successio etiam verē diceretur, argumento *tex. in l. vnde, §. 1. vers. nam & Pedius, ff. de itiner. actuque priuat.* quem in terminis successione per actum inter viuos allegat *Guilielm. de Pern. cons. 7. col. 3. vers. & per consequens*, & quod sit verum, videmus, quod licet donatio in terminis nostris sit contractus inter viuos, retinet tamen omnes qualitates ultimae voluntatis, ex quo solentur Regi releuium, fratribz vita, & militia, & paragium fororibus, vt per *Io. Vincent. de Anna in repet. c. 1. in verb. refutauit, num. 224. de vasall. decrep. atat. & in allegat. 23. Redit in pragmat. 24. num. 8 de feud. & in cons. 9. nu. 9. cum seqq. lib. 2. vbi de feudi refutatione* agens, quae in actu inter viuos fit, dicit, secundogenito vitam, & militiam deberi statim facto casu successione primogeniti, siue per mortem patris, siue per refutationē puram, & simplicem, & sic equiparat successione, quae fit inter viuos illi, quae fit in actu ultimae voluntatis, sic ex *Io. Vincent. de Anna per Sacrum Consilium per binas sententias iudicatum referens, & extat in Senatu Panormitano elegans decisio D. Garz. Mastrill. 248. lib. 3. quem omnino vide.*

9 Non obstat, quod in principio dicebamus, posse patrem in vita etiam filio primogenito contradicente, feudum, siue nouum, siue antiquum in extraneū alienare, nam non per hoc sequitur, ergo potest secundogenito donare, in primo enim casu feudi lex, & natura non subuertitur, secus in secundo, per ea, quae supra dicta sunt: Item quando pater vendit extraneo, pecunia ex feudo vendito redacta in hereditate reperitur, nullaq; afficitur iniuria filius primogenitus, dum voluit secundogenitum in pretio aequare, at quando vult donare secundogenito, & in re, & in pretio gratia-

tur primogenitus, quod proinde id fieri posse negauit *Guilielm. de Pern. citat. cons. 7. col. 2. vers. vnde licet, & cons. 12. col. 3. vers. non obstat*, vbi allegat, *Andr. ita dixisse in cap. omnes filij, si de feud. defunct. milit.* qui licet verē loquatur in feudo ex pacto, loquitur tamen in feudo ex pacto nouo, quod respectu primi acquirentis, eiusque filiorum vti hereditarium iudicatur, secundum eundem *Andr. in c. 1. §. huius autem generis, ex quibus caus. feud. amitt. vers. quando vero dicit hereditibus, & liberis, & c. & Camerar. loco cit. fol. 19. & in c. 1. in 4. quaest. num. 46. in tit. agnat.* hanc eandem opinionem firmavit *Camet. in repetitio. cap. volentes illius Regni Siciliae, fol. mihi 83. vers. at retenta opinione, imm. 6. vbi ampliat*, nedum patrem non posse in secundogenitum donare, sed nec etiam in primogeniti perniciem alienare, ibique duos alios Siculos Doctores id firmasse refert, & haec opinio in puncto iuris mihi verior videtur, vbi pater vnum tantum feudum haberet.

10 Hinc *Osau. Bammacar. de his agens in Comment. ad tit. si de feud. defunct. content. sit inter Dom. & agnat. vasall. in cap. omnes filij, quaest. 4. per totam, fol. 103. dubitans*, an attentata *pragmatica nouem capitum*, quae est 4. in eis de feud. in 4. capite, quo Regni Protegibus denegatur potestas assentiendi, vbi feudatarius in ultimis constitutus vellet in alium, quam in proxime successurum de feudo disponere, an, inquam, assentire possent; quoties pater in feudo secundogenitum institueret heredem, negatiue concludit, sed ad Regem recitandum esse, assignat rationem, nam cum per Regni Constitutiones cautum sit, vt in feudis, in quibus vititur de iure Francorum primogenitus solus succedat cum onere vite, & militiae secundogenitis tribuenda, dum instituitur secundogenitus, feudi natura mutatur; non enim Constitutiones secundogenitos immediate vocarunt, dum ergo illi instituitur, institutionem fieri dicitur in personam successoris extra terminos *Constitut. Regni*, quod proinde Proteges assentire nequeant, idemq; *Tasson. in pragmat. de antepato, vers. 2. obseru. xnum. 130. fol. 67.*

11 Cuius Theoricæ motus Ego in terminis gratiae Regni feudatarijs concessae, de qua in *pragmat. final. eodem tit. de feud.* (vbi statutum habemus, vt valeat feudatarius, qui in immediatum successorem habet feminam, filiam a feudi successione excludere, & masculum remotiorem, in gradu tamen secundum Regni leges successibili instituere) di-

xi, nullam censendam esse dispositionem à quodam feudatario de feudo in testamento factam, dum unicam habens filiam feminam, nepotem ex fratre secundogenito pramortuo, & fratrem tertio genitum iam viuum, fratrem ipsum tertio genitum, attenta gratia prædicta instituerat heredem, etenim gratia prædicta aliud non dixit, nisi vt possit feudatarius illum de familia instituere heredem, qui femina non existente, dispositionis tempore esset secundum Regni iura legitimus successor, sed in illo casu dispositionis tempore, secundum leges Regni legitimus successor erat nepos ex fratre secundogenito, ergò illum poterat, filia exclusa, instituere heredem, & sic gratia voluit, vt in hac successione feudi natura (femina de medio sublata) omninò seruarietur, sed si verè femina non extasset, in viuentibus de iure Francorum non poterat, nisi nepotem ex secundogenito instituere, cum ille legitimus immediatè successor secundum iura Regni dicebatur, ergò.

12 Et si dices, nos versari in re gratiosa, ac proinde non esse sic rigorosè procedendù, sed sat esse, quòd instituatür persona, quæ esset in eodem gradu cum illo, qui ætatis prærogatiua attenta ab intestato succederet; Respondeas primò, gratiam iam disposuisse, vt paulò antè dicebamus, vt ille masculus possit in feudo hæres institui, qui femina non existente, dispositionis tempore esset legitimus successor, & sic ad alium, qui eo tempore non posset succedere, quamuis in eodem gradu cum immediatè successuro, extendi non potest.

13 Respondeas & secundò, prout in casu suo obiectioni factæ respondet *Bammacar. num. 63. & 64.* nam postquam firmauerit conclusionem, nimirum, Proregem attenta *pragmatica nouem capitum in 4. capite* non posse assentire, vt pater in testamento feudum secundogenito legaret, opponit, *pragmaticam* illam intelligendam esse, quando feudatarius vellet instituere heredem illù, qui secundum Regni leges in feudorum successione non comprehenditur, secus verò quando instituitur persona in institutione comprehensa, nam quamuis non sit proximè, & immediatè successura, non tamen, dum succedit, feudi natura mutatur, huic enim obiectioni respondet, adhuc feudi naturam mutari, nam cum in inuestituris solitus Cancellariæ Regni, & regularis stylus, & forma sit, *pro re, & heredibus ex corpore legitime descendentibus, sexus, & ætatis prærogatiua seruata, id, quod etiam statu-*

tum est in *Consue. Vt de successibus*, eo ipso, quòd postmodum ætatis prærogatiua in feudi successione non seruatur, feudi natura ab homine inuestiente, & à Regni lege data mutata censetur, & consequenter dicit *Bammacar.* in casu suo, non posse Pro-

14 reges, attenta *pragmatica* prædicta assentire, vt pater in testamento possit, filio primogenito excluso, secundogenitos in feudo instituire, sed esse prorsus de reseruatis Regiæ Coronæ. Sic dicendum in casu per nos dubitato, nam quamuis ibi frater tertio genitus considerabatur in gradu successibili, tamen quia non immediatè, propter ætatis prærogatiuæ defectù, dum institutus extitit, feudi natura dicitur mutata, vnde meritò inualida debet censi talis dispositio.

15 Alia ad huius materiæ ornatum videntur penès *D. Reg. de Ponte cit. tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 10. per totum, vbi num. 8.* post *Afflic. in Consue. Regni Constitutionem diua memoria, num. 6. & Loffred. in cons. I. nu.*

147. celebrem illam tangit quæstionem, quamuis perfunctoriè, nimirum, an in feudo, in quo viuatur iure Longobardo possit pater absquè Domini assensu testamento suo disponere, vt solus primogenitus succedat, in qua quidè quæstione, quia doctè satis, prout de more scripsit insignis Feudista *D. Io. Angelus Pisanelus*, sic parendo mandatis Domini Cardinalis Columnæ, tunc in hoc Regno Imperatoris Caroli vices implentis, contentus ero eius verba referre, quæ, vt hic imprimerentur, curauit, & sunt tenoris sequentis in *10. quæst.* eius *notabilium.*

Iesus, & Maria.

16 Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Columna existens Locumtenens generalis Cæsareæ Maiestatis in hoc Regno, dum ad dulcem Leocopetram, ab Excellentè Domino Bernardino Martirano viro literatissimo, & liberalissimo Regni huius Secretario, esset in conuiuio receptus, post cœnam interrogauit me multis ibi astantibus de casu infra scripto, de quo, prout ipse dicebat, erat per eum prouidentum. Si viuebatur iure Longobardo, ita quòd in feudis omnes filij erant successuri, iuxta terminos *cap. omnes filij, si de feudo fuerit contr. &c.* si pater in testamento potuisset disponere, quòd solus primogenitus succederet, in promptu dixi, quòd nò, cum nulla ordinatio valeat sine Superioris consensu, *c. 1. de successione feudi*, præcepit mihi, quòd scriberem, quæ occurrebant, & sic de-

17. mum scripsi suæ Dominationi, quod quâ-
 nis *Paul. de Caser. in cons. 161. In causa, quam
 Magnus Dominus Titius, column. 5. dixerit,*
 quod licet omnes filij debeant æqualiter
 succedere in feudo de iure communi feu-
 dorum, c. 1. in fin. qui feud. dare possunt, tamen
 pater potest in testamēto disponere, quod
 solus primogenitus succedat, quia c. 1. de
 success. feudi, dum prohibet ordinationem
 Testatoris in feudo, intelligitur in extra-
 neo, in quem nō potest feudatarius dispo-
 nere, sed non in personam vnus ex filijs
 suis, & maxime quādo hoc facit pro bono,
 & resultat utilitas publica, vt contingit fe-
 cundum eum, quando feudum est iurisdic-
 tionale, vt Ciuitatum, Castorum, & Ter-
 rarum, quia utilitas est, subditos regi per-
 vnium, quāam per plures, ff. de orig. iur. l. 1.
 S. nouissime, & etiam propter discordias,
 quæ inter plures Præsidentes oriri pos-
 sunt ratione communionis, iuxta text. in l.
 cum pater, S. dulcissimis, ff. de legat. 2. & ideo
 subdit, quod licet æquum non sit, quod alij
 filij eorum iure priuentur, l. 2. S. I. ff. de his,
 qui sunt sui, vel alien. iur. quod tamen pro-
 pter bonum, quod inde sequitur tolerari
 debet, iuxta notata in l. 1. in princ. ff. de iust.
 & iur. præcipue propter conseruationem,
 quæ solet esse in dominijs terrarū, quod
 primogenitus succedat, argumento l. ven-
 ditor, S. si constat, ff. communia prædior. & se-
 cundū istā opinionē cōsuluit *Ias. in cōs. 236.
 col. fin. vol. 2. idem Ias. in cōs. 107. col. 3. vol. 4.*

18. Tamen hoc non obstante mihi videba-
 tur cōtrarium, ex regula, quod feudatarius
 non potest alterare naturam feudi in præ-
 iudicium agnatorum, ad quos dictum feu-
 dum est reuersurum, nisi ipsi consentiant,
 text. est, vbi hoc notat *Aluarot. in c. 1. col. 4.
 an agnatus, facit cap. 1. S. præterea, quib. mod.
 feud. amittat.* item quia ius testandi in feudo
 non competit, nam formam, & originem
 feudi feudatarius mutare non potest, c. 1.
 de success. feud. & c. 1. S. donare, vbi *Bald. col. 2.
 qual. olim feud. pot. alien.* nisi esset feudum
 francum, & liberum, vt voluit *Bal. in authen.
 nisi rogati, in fine, C. ad Trebell.* inde dicitur,
 quod nulla ordinatio testamenti valet in
 feudis, d. cap. 1. de success. feudi, nisi Dominus
 consentiat, vt voluit *Bal. in d. S. donare, col. 2.
 & in l. Imperialem, in princ. col. 6. de prohibet.
 feud. alienat. per Federic. & propterea refert
 Martinus Laudensis in cap. 1. in princ. col. 1.
 qui feud. dare possunt, quod dum esset in via
 accedendi ad Papiam, & decessisset Illustr.
 Marchio Mantica, fuit ab eo quæsitum, an
 valuerit testamentum dicti Marchionis, in*

quo heredem vniuersalem primogenitum
 instituerat, & dicit se respondisse, quod nō,
 19. quia in bonis feudibus nō licet facere
 testamentum, per text. in d. c. 1. de success. feu-
 di, quod dictum refert, & sequitur *Ias. in l. de
 quibus, num. 65. ff. de legibus, cui opinioni ac-
 cedat, quod voluit Bald. in litem videndum,
 S. item videamus, ff. de petitione hered. Bald. &
 Angel. in l. apud Iulianum, S. si quis alicui, de
 legat. 1. qui dixerunt, quod pater non potest*
 20. legare feudum vniuersorum filiorum, quia
 ius, quod habet, eius morte finitur, argu-
 mēto l. vxor patri, C. de legatis, idem voluit
*Andreas Barbata in rubr. c. de feudis, col. 4.
 vbi refert, de hoc fuisse arduam quæstionē
 in Vrbe inter Excellentissimos Dominos
 de Sabbellis, & addit, quod in ista quæstio-
 ne consuluerunt valētiores Doctores Ita-
 liæ, aliqui pro vna parte, & aliqui pro alia,
 & quod ipse consuluit pro parte negatiua,
 quod nullo modo poterat prælegari vni fi-
 liorum, idē voluit *Alex. in feudo antiquo,
 dicens, istam esse comunem opinionem
 in cons. 56. illud in mediū afferam, col. 9. vol. 4.
 vbi multa allegat, quiniūmō Andreas de
 Ifern. in cap. 1. de natura success. feudi, col. 6. vo-*
 21. luit, quod pater etiam feudum nouum nō
 possit vni ex filijs dare sine consensu Do-
 mini, per rationem iam dictam, quia sine
 Domini consensu nulla valet ordinatio in
 feudo, & idem *Andr. in cap. omnes filij, si de
 feudo fuer. controuer. dicit, quod vasallus po-
 test assignare feudum vni ex suis hæredi-
 bus, nisi lex, & pactio dati feudi aliud indu-
 cat, & subdit, quod vbi viuatur iure Franco-
 rum non possit pater secundogenito feu-*
 22. dum dare, nisi primogenitus esset ingra-
 tus, & similiter in feudo, in quo omnes fi-
 lij æqualiter succedunt, non potest pater
 disponere, vt vnus suorum filiorum habeat
 duas partes in feudo, alter verō tertiam, &
 si ipse itā disposuisset, hoc non obstante
 eius filij æqualiter vocarentur ad feudum,
 vt voluit *Andr. & clarij Aluarot. in d. c. 1.
 in princ. de success. feud. vbi refert, itā consul-
 uille Cardinalem Florentinum in facto, & cre-
 do, quod sit cons. 100. incipiens Redempto-
 ris nostri inuocato suffragio, & licet Bal. in c. 1.
 S. decedente, qui feudum dare possunt referens
 Iacobum de Ardizone dixerit, quod potest
 pater vni ex filijs totum feudum hæredita-
 rium assignare, de quo etiam meminit
 Alex. in cons. 12. prospectus bis, in 5. col. tamen
 illud debet intelligi cum assensu Regio,
 aliās secus, prout expressè terminat *Andr.
 in d. cap. 1. col. 6. de natura successionis feudi, &
 Iacobus de Ardizo. in summ. sua in rubricell.***

trum vni ex filijs possit assignari, & Aluaros. in d. cap. omnes filij, & Alex. in cons. 28. in causa, & lite vertente, circa finem, in 5. vol. vbi ita consuluit in causa Dominæ Antoninæ Tomacellæ filiz quondam Græci Tomacelli, in qua causa idem consuluerunt quāplures famosissimi DD. & ita ordinavit Serenissimus Rex Ferdinandus I. debere obseruari, vt mihi retulerunt Dominus Sigismundus Loffredus, & Dominus Cicco Loffredus, & Ego vidi, quia iam de præsentī Dominā Antonina possedit Castrum illud, secus tamen esset in feudo ex pacto, & prouidentia, vt per Alex. ibi, & testarunt Bald. & Angel. in d. l. item videndum, §. fin. idem Bald. in d. cap.

23 Imperialtem, col. 5. ex quibus omnibus resultat vera conclusio, quod pater feudum nouum, & etiam antiquum, dummodò sit hereditarium, potest vni ex filijs in totum legare, cum consensu tamen Domini, aliàs si consensus non interuenisset, vel esset feudum ex pacto, & prouidentia, non valeret legatum, & ita me aduocante pro Magnifico

Aloysio de Restano Barone Bonatorum fuit in S. C. declaratum contra Dominum Maxzeum de Afflito, qui pro Aduocato interuenit filij primogeniti, cuius præiudicium aups eius pater Aloysij, secundogeniti disposuerat, nec est verum, quod dispositio d. s. 1. de success. feud. debeat intelligi, & restringi ad dispositionem, quæ fit inter extraneos, non autem ad eam, quæ fit inter liberos proxime successuros, prout dicit

Paul. de Cast. in d. consil. quia expressè contrarium determinant DD. allegari, & maxime Andr. in d. c. 1. de natura successoris feudi, Iacobus de Ardiz. in loco allegato, Aluaros. in c. omnes filij, Alex. in cons. 28. & idem etiam videtur tenere Andr. in Const. Regni Hac edita, la. secunda, vbi ipse reprehendit glosam ibi volentem, valere testamentum in feudo, dum generaliter dicit, nulla ordinatione Testatoris in feudo manente, inter eos, qui essent aliàs successuri, per text. in d. cap. 1. de success. feud. & sic vult, quod talis dispositio in testamento non valeat etiam inter eos, qui sunt successuri. Hanc eandem conclusionem confirmat idem Andr. in Const. Regni Constitutionem, in princ. dum firmat, quod in feudo, in quo viuitur iure Longobarda, & sic in quo omnes filij æqualiter succedunt, non potest pater disponere sine consensu Regis in præiudicium alterius filij, idem etiam voluit Bald. in cons. 397. præmittendum est ad eundem, ip. 4. vol. vbi dixit, quod legatum feudi non valet, etiam in proxime successorum sine consensu Domini, idemq;

in cons. 259. aliàs 261. Cum essent plures fratres, in 3. vol. vbi consuluit, quod si plures 26 fratres successerunt in feudo, non potest vnus eorum alteri partem suam legare, quia nulla ordinatio defuncti in feudo valet in præiudicium eorum, qui ex lege feudi succedunt, nisi eis consentientibus, d. c. 1. de success. feud. in princ. c. 1. qualiter olim feud. poterat alien. & c. 1. de gradib. succ. in feud. & respondet ad id, quod dicitur, quod permittitur alienatio feudi inter agnatos, licet non permittatur inter extraneos, per text. in c. 1. de alienat. feud. patern. & in cap. 1. S. sed & res, per quos fiat auerfitura, quod procedit in alienatione inter viuos, sed nõ in dispositione, quæ fit in testamento, & istud clarius consuluit Ludonicus in cõs. 476.

27 Christi nomine repetito huic felici: & sic consului prædicto Illustrissimo Domino, quod talis dispositio non tenebat, & sicuti ipsemet dispones potuisset feudicare per Const. Constitutionem diua memoria, pariformitèr eius hæres, vt cõcludit Andr. in d. S. donare, col. 7. & ita demũ dixit mihi idem Reuerendissimus Dominus, quod obseruari fecit, & quod dum de hoc etiam interrogasset prædictos Dominos Sigismundum, & Ciccum, qui erant Collaterales Consiliarij, approbauerunt meã scripta, & in eandem sententiam concurrerunt, & pro distinctione iam facta de feudo hereditario, & ex pacto, & prouidentia, in illo casu, in quo consuluit Alex. in cons. 28. idem tenuit antè Alex. per prius consulendo Andr. de Alex. noster Neapolitanus, qui fuit vir summi ingenij, & doctrinæ, & Præsidentis S. C. ac Viceprothonotarius, vt videti poterit eius consilium, quod posuit ipse Dominus Sigismundus pro ultimo in suis 52. consilijs impressis.

Jo. Angelus Pisanellus.

100312 1003 107 210
S V M M A R I V M.

- 3) Assensus Domini an requiratur, quando feudatarius super feudo vellet seruitutē imponere, l. n. 2. §. 7. 8. 10. 12. 13. 20. 22. & 25.
- 3) Feudum absque assensu Domini neque diminui, neq. commutari potest.
- 4) Feudum ad directum dominum reuerso an seruitutes à feudatario impositæ extinguantur.
- 6) Alienationis appellatione an veniat seruitutis impositio, & nu. 11. & ususfructus constitutio, num. 17.
- 9) Feudatarius, & emphyteuta an possint usufructum constituere absq; assensu, & nu. 15.

- 13 *Communio herbagiorum inter duas Vniuersitates an fieri possit absque assensu Regis, & num. 14. vbi ponderatur cap. Regni Ponus æquum.*
- 16 *Seruitus imposta super aliquo fundo an dicatur pars illius fundi.*
- 18 *Feudum dicitur magis alienari per constitutionem vsusfructus, quam per constitutionem seruitutis.*
- 19 *Subinféudatio absque assensu de iure communi feudorum erat permissa, secus de iure Const. Regni.*
- 21 *Ius nouum semper recipit interpretationem à iure antiquo.*
- 23 *Assensus Domini non requiritur in alienatione feudi, quando per alienationem ipsius Domini conditio melior fit.*
- 24 *Feudatarius an possit absque assensu concedere terras de dominio feudi parum utiles.*
- 26 *Feudum à vasallo in comassallum an possit absque assensu alienari, & quid in pluribus emphyteutis, an illi inter se ipsos possint emphyteusim alienare.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an assensus Regis in Regno requiratur in alicuius seruitutis impositione, quæ à feudatario ad alicuius fauorem fieret super feudo, quod possidet, ita vt si impetratus non fuerit, fiet locus reuocationi factæ concessionis, vigore *Const. Regni Constitutionem Diua memoria. Assensus Regis, vel Baronis requiritur in Regno, quando duæ Vniuersitates vellent inter se cõmunionem facere iuris pacendi, et declaratur C. Regni Ponus æquum, vbi singulare responsum D. Ioannis Angelis Pisanelli, & de alijs ad materiam pertinentibus.*

C A P. XXX.



Assensus Regius, dubitarunt Nostrates, an requiratur in alicuius seruitutis impositione, quæ à feudatario ad alicuius fauorem fieret super feudo, quod possidet, ita vt

si impetratus non fuerit, fiet locus apud nos reuocationi factæ concessionis vigore *Const. Regni Constitutionem Diua memoria.*

- 1 Partem negantem amplexus fuit *Aff. in d. Constit. num. 19. vers. sicut non est alienatio*, vbi expressis verbis dicit, seruitutis constitutionem alienationem non esse, cum in nihilo directo Domino præiudicaretur, allegat *tex. vulgatum in cap. I. S. quid ergo, de inuest. de re alie. fact.* præiudicat tamen sibi feudatarius, quem propterea à iure suo cadere dici non potest, nec ob stare addit, *Constitut. præfatam*, per quam non solum alienatio, sed omnis feudi diminutio, aut
- 2 commutatio vetatur, quia respondet, seruitutis impositionem feudi diminutionem non esse, non enim dicit, per seruitutis impositionem feudum minui, ex quo ius Domini semper saluum manet; huiusmodi opinionis mihi videtur fuisse *Capp. in sua exuest. in verb. feudorum deuolutio, vers. seruantes*, vbi dicit, quod si feudum ad dominum vt dominum deuoluatur, seruitutes impostæ extinguuntur, secus vero si ad dominum vt donatarium, vel heredem vasalli, quia tunc tenetur seruitutes seruare, supponit ergo necessario, quod in seruitutis impositione assensus Domini non interuenit, quia si interuenisset, frustra de hoc quæretur, nam seruitus cum assensu imposta semper durat, siue feudum ad dominum vt dominum, siue vt donatarium, aut heredem vasalli obuenerit, vt idem *Capp. ibi in vers. sequenti* hoc bene explicat in hypotheca super feudo cum assensu, vel sine constituta: hanc eandem sententiã latius, & insignioribus medijs amplexus fuit *D. Ioannes Ang. Pisanellus in obser. 22. manuscripta hæc imprimenda*, vbi adeo doctè, & copiose materiam degustauit, vt nihil pluri in hoc articulo desiderari possit.

- 3 Contrariam verò sententiã, & sic, quod apud nos in seruitutis impositione Regius requiratur assensus, adeo vt eo non impetrato fiet locus dispositioni citata *Constitutionis Constitutionem Diua memoria* insequutus est *Marin. Fresc. lib. 2. de subfeud. in x.*

authorit.

authentic. Baron. in questione incipien pluribus
autem modis, à num. 16. vsque & per totum
num. 18. vbi Affl. improbando dicit, per l.
Frederici Imperialem omnem alienationem,
 & que fieret de re feudali prohibita esse,
 & cum alienationis appellatione veniat
 etiam seruitutis impositio, ad *tex. in l. fin.*
in C. de reb. alien. nō alien. ergo; & pro hac par-
te addit, sibi videri, esse tex. in C. Reg. Pon-
tus aqua, & quod impositio seruitutis spe-
cialis sit alienationis, considerat, quia si con-
cessionarius imposita seruitute vteretur
 pro eo tempore, quo feudum pōnēs feu-
 datarius, & heredes eius duraret, posset
 quantum labi tempus, quod pro illo longeuo
 usu, & tempore posset contra dominum
 in pre. scriptio allegari, vnde concludit, eius
 opinionem in Regno tenendam esse, quam
 tamen limitat, vbi seruitium per seruitutis
 impositionem non minueretur, & in alio
 feudo fieret augmentum.

Quid dicendum? crederem, quod exclu-
 sa seruitute iuris pascēdi, vel lignandi, quæ
 ad feudum diminutionem tendit, nisi in
 alterius feudi augmentum constitueretur,
affl. sententia recedi modo aliquo pos-
set, per rationes, quas D. Pisanellus confi-
deravit, & omnes DD. alienigenæ ab vtroq;
num. citati in singul. 56. & Mastril. decis. 83.
num. 8. & Loretta in suo Teatro feud. tom. 2.
par. 12. dilucidat. 81. num. 6. qui voluerunt, in
 seruitutis impositione Domini assensum
 requiri, loquuti sunt ad finem, vt ipsi Do-
 mino præiudicium inferatur; vnde tu Re-
 gnicola, quando casus occurrit, consulas
 magnam huc Ferdinandum Pisanellum, quem,
 ut diximus supra *cap. 6. num. 4. vers. post hac,*
 ad duceatorū Principem appellauit *Io. Vinc.*
de Anna singul. 6. & admirabilis Camerarius
in dialogo cum illo habito post Canner. in
extraug. St. aliquem iurisconsultum in illa
 parte nemini secundum reputatum vocat,
 per hæc enim verba *D. Pisanell. suā fundat*
sententiam, licet Afflictum non alleget.

Habui dare votum in dubio infra scripto
 inter duos Barones meos amicos. Conces-
 serat vnus, quod alter potuisset facere
 septum, seu chusam, vbi vulgo dicitur pa-
 ratam in territorio sui Castri, ad finem vt
 aqua ex flumine intermedio duceretur ad
 molendinum, quod de nouo alter Baro
 construere volebat in suo territorio; reuo-
 cavit concedens fuit dubitatum, si potue-
 rit reuocare, & sic an requirebatur assensus,

& mihi visum fuit, non potuisse reuocare,
 nam nulli dubium est, quod de iure com-
 muni feudorum potest vasallus imponere
 seruitutem in feudo in præiudicium sui, &
 non Domini, duraturam rāndiu, quādiu
 durat ius eius, vt probat *tex. & ibi notat*
Bal. in cap. 1. §. quid ergo, de inest. de re alien.
fac. & in l. in provinciali, C. de seruit. & Tasi. in
l. fin. col. 227. vers. 3. quæro, C. de iur. emphyt.
 & propterea videmus, quod feudatarius,
 emphyteuta, & similis possunt vsumfru-
 ctum constituere sine consensu domini, vt
 notat *glos. in cap. 1. in princip. in glos. magna,*
de capit. Corrad. Bar. in l. 1. §. fin. de superficie b.
Bald. in l. 1. in princip. quib. mod. vsufr. amitt.
Florian. in l. si cui, §. 1. ff. quemad. seruit. amitt.
et Alex. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. pos-
ses. vbi refert, se aliàs hoc habuisse in facto,
 & in *conf. 121. super eo, quod queritur, in fine,*
vol. 1. & licet Alex. in conf. 18. attentis narra-
 tis, in 5. vol. ponderetur pro contrario, ta-
 men quamuis dicat, quod in casu suo non
 erat concessio vsumfructus, vel alicuius ser-
 uitutis; sed solum quædam obligatio per-
 sonalis, quæ non erat prohibita fieri per
 feudatarium, tamen non propterea negat,
 quin vsumfructus, & seruitus imponi non
 possit in feudo in præiudicium vasalli.

Nec potest dici, quod aliud sit de iure
 Constitutionum Regni, per Constitutionem Cō-
 stitutionem Diuæ memoriæ, nam rectè intelli-
 gendo magis erat prohibita alienatio de
 iure communi feudorum, quam de iure Cō-
 stitutionum Regni, probo, nam de iure Cōsti-
 tutionum Regni prohibetur alienatio feudi di-
 minuēdo, sed nō ampliando, nā ampliādo
 bene potest alienari, quod secus est de iure
 communi feudorum, quia non adhibetur
 illa distinctio, an alienatio fiat in augmen-
 tum, an in diminutionem; sed indistinctè
 videtur esse prohibita alienatio sine cōsen-
 su domini, vt patet in *cap. 1. de prohib. feud.*
alien. per Lothar. et in l. Imperialem, in prin-
cip. de prohib. feud. alias per Freder. & hoc ex-
pressè voluit Andr. in c. 1. §. fin. in sua addit.
 quod prohibita alienatione videtur prohibi-
 ta impositio seruitutis, per *tex. in l. fin. C.*
de reb. alien. non alienari respondeo, quod
 istud præcedit, nisi aliud lege cautum sit,
 prout dicit *ibi text. ergo eam de iure com-*
 muni feudorum, quo iure erat prohibita
 alienatio, tamen non erat prohibita impo-
 sitio seruitutis, vt prædictum est, idem et iā
 dicendum videtur de iure Constitutionum
 Regni, maximè cum verba d. Constitutionis
 non sint magis ampla, quam verba d. l. Im-

perialem, ex quo sicut dicta Constitutio prohibet alienationem; & quoscunque contra eus super feudis, & rebus feudalibus, ita etiam prohibet d. l. Imperiali, ut patet, dum dicit, *non liceat feudum in totum, vel in parte vendere, pignozare, vel quocunque modo distrahere, seu alienare, vel pro anima iudicare*, quae verba videtur esse magis pregnancia, quam verba d. Constitutionis. Præterea si per verba d. Constit. esset prohibita impositio servitutis, certe sine dubio Andr. qui notas habebat omnes Constitutiones Regni; hoc dixisset in d. S. quid ergo, prout fecit in simili in cap. si vassallus de suo feudo, in tit. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat. ubi dicit, quod licet de iure illo potuisset fieri transactio feudi, sine consensu domini, tamen secus de iure Constit. Regni; unde si hoc dixit in transactione, in qua non erat aliquod dubium, quia expressè dicta Constitutio prohibet transactionem, multò fortius idè dixisset in servitute, in qua erat maior dubiū.

13) Nec prædictis obstat Capitulum Regni Ponderis æquum, quia loquitur in cōmunionē, per quā inducitur alienatio herbagiorum, & pasturarum, & sic fructus feudi, quæ alienatio etiam de iure communi feudorū erat prohibita in perpetuum, quia non poterat feudatarius alienare fructus feudi, nisi durante vita sua, ut dixit Andr. in d. l. Imperiali, & in d. Constit. Constitutionem, & per consequens non potest argui de cōmunionē ad alias servitutes, quæ imponi possunt in præiudicium vassalli, ut prædictū est, maxime cum per cōmunionem diminuantur iura, & redditus feudi, & non per istam servitutem, de qua in presentiarum agitur, prout inferius dicam.

14) Præterea si rectè considerentur verba d. Cap. Ponderis æquum, ex illo non prohibet cōmunionem sine assensu Regis, sed sine licentia Baronis, quia loquitur quando cōmunitio erat facta per vassallos, & homines aliquorum locorum sine licentia domini, & sic Baronis, ut patet, dum dicit, *sine superioris licentia*, & ibi dum dicit, *cōmunionem prædictam præcessisse legitime inter eosdem homines eorundem Castellorum, & habitatores, seu morantes in dicta Terra*, quæ verba clare indicant, quod cōmunitio erat facta inter homines absque consensu Baronis, & postea clariùs subdit, quod non potest quis in ipsa Terra, vel eius territorio sine voluntate domini illius loci pasca sumere, vel ligna incidere, seu aliud facere, & isto modo intelligendo, ille textus probat intentum meum, v. g. quod cum licentia ipsius Baronis

possunt huiusmodi servitutes imponi.

15) Nec obstat, quod voluit Andr. in allegata Constitutione Constitutionem, & in cap. Imperiali, in principio, dum vult, quod feudatarius nō potest sine assensu domini vsum fructum constituere, nā dico, quod est differentia inter servitutē vsusfructus, & alias servitutes, ostenditur, nam de iure communi feudorum non est dubium, quod potest constitui servitus duratura tandiu, quādiu durat ius ipsius cōstituentis, etiam sine assensu domini, ut supra dixi, & tamen servitus est in vsufructu, prout voluit Andr. in d. cap. Imperiali, ubi propriè loquitur de illo iure, & secundum terminos illius Cap. et idem voluit Prapof. & Aluar. ibi, qui cū non habebant notas Constitutiones Regni, non poterant loqui, nisi secundum terminos iuris communis feudorū, & idem voluit glos. magna in cap. 1. in princ. de cap. Corr. prout eam allegat Alex. in cons. 18 in 5. vol. licet in meo libro eam non repererim, et ratio diversitatis inter vsufructū, et alias servitutes potest esse ista, quia vsufructus dicitur esse pars domini, l. 4. ff. de vsufr. et sic quis cōstituerit vsufructum in feudo, videtur partem ipsius feudi alienare, quod est omninò prohibitum, cum penitus sit interdixta alienatio feudi, et prohibitus à toto, dicitur etiā prohibitus à parte, l. si quis cum totum, ff. de except. rei iudic. et facit l. qua de tota, ff. de rei iudic. quæ ratio cessat in aliis servitutibus, quæ non dicuntur esse pars rei, prout sentit glos. in d. l. 4. et glos. in l. vsufructus ab initio, ff. de vsufr. quæ enumerat multa, in quibus differunt vsufructus, et alie servitutes; et proinde non potest dici, quod per constitutionem aliarum servitutium videatur alienari feudum in totum, vel in partem, nā si per vsufructum nō dicitur quis verè alienare, sed istud procedit potius ex quadam interpretatione, quæ ex propriè significatione quæ verè nō est alienatio, nisi quando dominus manifestatur, ut notat gl. & Salycet. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. ergò multò magis dicit quis alienare per impositionē servitutis; nec obstat text. in d. l. si ubi videtur exhi parari vsufructus cum alijs servitutibus, quod hoc potest prohiberi alienare, quideatur etiā prohibitum vsufructum, & alias servitutes constituere, nā text. ille excipit casum, in quo aliud lege cautum sit, cum ergò per legem communem feudorum à prohibitione alienationis feudi servitutis impositio excepta sit, ut patet in d. cap. 1. S. quid ergo, secundum quod ibi cōmunitè intelligitur

tur per *Doctores de iustitia. de re alien. fac.*
 ergo nō mirum, si vassallus, qui prohibetur
 alienare feudum sine cōsensu domini, po-
 test seruitutem constituere: nec potest di-
 ci, quōd idem sit in usufructu, pro eo, quia
 constitutio usufructus comprehenditur sub
 illa generali prohibitione alienationis feu-
 di, et non reperitur exceptuata à dicta re-
 gula, et à dicta prohibitione, sicut reperit-
 ur impositio seruitutis, et ratio potest esse
 illa, quam prædixi, quia per cōstitutionem
 usufructus magis dicitur alienari feudū,
 quā per cōstitutionem alterius seruitu-
 tis, cū usufructus sit pars domini, ut di-
 ctum est, et ex prædictis patet solutio ad id,
 quod voluit *Andr. in d. cap. 1. §. præterea, de*
capit. Corr. dūm uult, quōd per *Constitutio-*
nem Constitutionem Divus memoria est prohi-
 bita infeudatio, et etiam omnis alienatio,
 quæ erat permessa de iure communi feu-
 dorum, nam cū impositio seruitutis non
 sit proprie alienatio, ut dictum est, non po-
 test dici, quōd per dictā *Constit.* inducatur
 correctio iuris antiqui quōd impositio-
 nem seruitutis, maxime quia, ut supra dixi, ma-
 gis erat prohibita alienatio feudi de iure
 communi feudorum, quā de iure *Constit.*
Regni et si cōtrā hoc instaretur, quōd immō
 istud non sit uerum pro eo, quia de iure
 communi feudorum erat permessa infeu-
 datio, quæ hodiè est prohibita per d. *Constit.*
 respondeo, quōd istud v3. quōd de iure cō-
 muni feudorum fuisset permessa infeuda-
 tio, non procedebat sub illa cōsideratio-
 ne, quōd minus stricta fuisset prohibitio
 feudorum de iure communi, quā de iure
Constitutionum Regni, ex quo verba d. *Cap.*
Imperiales sunt magis ampla respectu di-
 ctæ prohibitionis, quā verba d. *Constitu-*
tionis, ut supra dixi, & idè sine dubio de iure
 communi feudorum fuisset prohibita
 etiam infeudatio, nisi hoc expressè fuisset
 prouisum, legibus sic disponentibus, ut pa-
 tet in *cap. 1. qualiter feud. poter. alien. per Lo-*
thar. et in d. *Cap. Imperiale, §. callidis*, quibus
 iuribus expressè cauetur, quōd vassallus po-
 test rem feudalem in feudum alteri conce-
 dere sine assensu domini, dolo, & fraude
 cessantibus, ut etiam voluit *Andr. in cap. 1.*
sent. 3. qui feud. dar. poss. in cap. Titius, si de feud.
fuer. controuer. inter dom. & aquat. & in cap. 1.
vers. feud. alienauit, de controuer. inter me, &
dom. de portio. feud. fratris mei, & Abb. in
cap. que in Ecclesiarum, de constit. et sic ratio,
 quare poterat ista subinfeudatio fieri de
 iure communi feudorum, non est illa v3.
 quōd minus sit prohibita alienatio feudi

de illo iure, quā de iure *Constit. Regni*, sed
 ista v3. quōd itā reperitur illo iure speciali-
 ter prouisum, quod tamen secus est de iure
Constit. Regni, cū de illo iure sit prohibita
 omnis alienatio sine aliqua reservatione,
 et nēdum alienatio, sed etiam commuta-
 tio, quæ quidem commutatio intelligitur
 tam respectu rei, quā personæ; & idè cū
 per dationem in feudum sit commutatio
 feudi de vna persona in aliam, merito non
 mirum, si sub ista prohibitione includitur
 etiam infeudatio, et itā per prædicta ex-
 pressè voluit *Andr. in d. cap. 1. §. præterea, de*
capit. Corradi; sed non sic est in impositio-
 ne seruitutis, cū per eam non inducatur
 proprie alienatio, nec commutatio feudi, et
 propterea non potest dici, quōd sub ista pro-
 hibitione includatur impositio seruitutis,
 quia, ut dixi, verba d. *cap. Imperiales* sunt
 magis ampla respectu dictæ prohibitionis;
 item & d. *lex Imperialis* est posterior d. *§.*
quid ergo, & tamen nulli dubium est, quōd
 de illo iure sub illa prohibitione non in-
 cludebatur impositio seruitutis: immō &
 fortius dato, quōd dicta *Constitutio* cōpre-
 henderet etiam impositionem seruitutis,
 dico, quōd deberet distingui secundum ius
 commune feudorum, ex quo ius nouum
 quantumcūque generaliter, & indistinctè
 loquens, intelligitur, & recipit distinctionē
 à iure antiquo, etiam si in lege noua esset
 clausula, *non obstantibus legibus in contrarium*
facientibus, ut notatur in *l. sed & posterioris,*
ff. de legibus, in l. sciendum, ff. qui satis dar. co-
gant. vbi Bart. dicit, istud esse valdè notabile
 pro statutis, & reformationibus nouitèr fa-
 ctis, idem *Bart. in l. omnes populi, in 3. quest.*
princip. in fine, ff. de iustit. & iur. et sic, quōd
 talis seruitus sit prohibita imponi in præ-
 iudicium domini: sed non in præiudicium
 constituentis feudatarij, et hoc expressè
 sentit *Paris in tract. de reintegrat. feud. c. 40.*
 incipiente, *Et iuxta prædicta sequitur questio,*
 ubi loquendo de impositione seruitutis,
 dicit, quōd Dominus potest dictam serui-
 tutem reuocare, per d. *Constit. Regni*, ex quo
 talis impositio seruitutis non tenuit in sui
 præiudicium, et paulò antè dixerat, quōd
 impositio seruitutis valet in præiudicium
 vassalli, sed non in præiudicium Domini,
 allegando *Bal. in d. §. quid ergo, & Ludovic. in*
l. 3. §. denique, ff. de aqua plu. arcen. et itā resi-
det Curt. in tract. feud. in 4. par. ver. decimo-
quarto quæro, & Iacobin. in verb. ita etiam,
 col. 4. *vers. vltius est querendum*, et hoc
 modo respondeo ad id, quod voluit *Andr.*
 in d. *Constit. circa finem*, et *Luc. de Penn. in l. si*

quis, *C. de agricol. & cens. lib. I. I.* dūm dicunt, quòd sicut prohibetur alienatio rerum, ita & iurium, ut seruitutum, quia remittere ius, quòd quis habet in feudo, est donare, *l. si mulier, ff. de condit. ob causam*, nam dico, quòd istud procedit in praeiudicium domini, sed non in praeiudicium vassalli, licet praedicti *Doctores* propriè non loquantur in constitutione seruitutis, sed in remissione, inter quae videtur esse aliqua differentia.

23 Considerabam etiam, quòd ubi per alienationem fit melior conditio domini, non requiritur assensus Domini, quia debet fieri utilitas Reipublicae, & Fiscus, & Respublica idem sunt, ut dixit *Andr. in cap. Imperialem, in princ. col. I. I. in c. I. an ille, qui interf. frat. Domin. sui, in c. I. §. fin. de Capit. qui. cur. vendid. in addit. in c. I. §. praeterea, de capit. Corrad. & in c. I. §. de contrario, de inuest. de re alien. fact. & exemplificat Andr. in locis praalle- gatis, quando habens feudum pro vno seruitio, alienat pro duobus, vel si habens filios, alienat non habenti filios non infesto, nec odioso domino, ita quòd dictum feudum verosimilitèr citius est deuoluturum ad dominum, sed in proposito per dictam impositionem seruitutis augentur redditus, & introitus Baronis concessionarij ratione dicti molendini, & non minuuntur introitus concedentis, sequitur, quòd efficitur melior conditio Regiae Curiae ratione seruitij militaris, & iuris adoha, & releuii, quòd debetur pro rata fructuū feudi, ergò; ad quòd etiā facit, nam de iure Constitutionū*

24 Regni prohibetur illa alienatio, per quam Regia Curia perdit seruitium, vel redditum sibi debitum, ut patet in *Constit. Hac edita, in 3. lib. & propterea dixit Andr. in d. c. I. in fine, an ille, qui interf. fratrem Domini*, quòd vassallus potest terras parum utiles de dominio feudi concedere sine assensu Regis, nec potest postea reuocare, & dicit, ita contineri in *Constit. Imperatoris*, quae conseruatur in archiuio, idem voluit *Andr. in c. I. §. praeterea, col. 2. de capit. Corrad. & in d. Constit. Constitutionem diuinae memoriae*.

25 Et si forsitan diceretur, quòd molendina concedentis patiuntur damnum, cum ex constructione istius noui molendini non habeant tantum cōcursum, prout per prius habebant, & sic, quòd est in damnum feudū concedentis, nam dico, quòd tale interesse non est considerabile, quia dependet à voluntate molentium, in quo molendino voluerint molere, ut dixit eleganter *Bald. in l. vnica, in 13. opposit. C. de sentent. qua pro eo, quòd inter. & in cap. Ecclesia Vulterana, de*

elect. Signorol. conf. 34. incip. ex quodam flumine publico, Alex. conf. 193. volum. 2. & propriè, quòd non dicantur pati damnum, voluit singularitèr Alex. in l. si manifestè, in fine, C. de seruit. vbi dixit, quòd si vnus ex fratribus habentibus molendinum commune concesserit alteri fratri aquam communè, ut possit illam ducere ad sua praedia, cum hoc pacto, quòd id faciat sine damno communis molendini, quòd si iste vult facere aliud molendinum, per quòd non aufertur aqua molendino communi, sed tantum aufertur commoditas euntium ad illud molendinum, quòd non obstante illo pacto potest fieri illud nouum molendinum, quia non dicitur facere cum damno primi, licet primum molendinum minus habeat ad molendum, quia concursus molentium, in quorum potestate est ire, vel non, non est in consideratione.

26 Considerabam etiam, nam vassallus sine licentiā Principis potest alienare feudum in conuassallum, qui est eiusdem conditionis, & sub eodem dominio astrictus, ut voluit *glos. in Const. Hac edita, allegat text. in argumentū in l. 1. C. non licere habitatoribus Metrocomiae loca sua ad extraneum transfer. lib. 1. & ideò communiter dicitur, quòd plures vassalli, uel emphyteute possunt alienare inter se ipsos sine consensu Domini, ut voluit *Bar. in l. qui Roma, §. duo fratres, in 10. quest. ff. de verbor. obligat. & in l. & ideò, ff. de condit. furt. late Barbat. in cap. potuit, col. 6. locat. sed sic est, quòd dicta impositio seruitutis fuit facta pro uno, qui erat Baro, & gratus Principi, ergò non requirebatur assensus, facit decisio *Andr. in cap. 1. §. commercium, uersus finem, de prohib. feud. alienat. per Lothar.***

Ib. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Assensus Regius an de iure requiratur in locatione, quae fieret de feudo cum iurisdictione, & vassallis, & num. 6. 7. 10. 12. 15. & 16.
- 2 Iurisdictionis est de Regalibus.
- 3 Dominium non transfertur ex locatione.
- 4 Iurisdictionis usus an transferatur per locationem.
- 5 Conductor an sit ad instar usufructuarij.
- 8 Alienatione feudi prohibita an locatio vetita intelligatur, & num. 9.
- 11 Barones in Regno dicuntur Indices ordinarij vassallorum.
- 13 Iudex ordinarius potest iurisdictionem suam alteri demandare.

14 Ratio qua nam sit, ut in contractibus venditionum bonorum feudaliū Domini assensus requiratur.

17 Officia, quae dicuntur in Regno de Regalibus an absque Regis assensu possint locari.

ARGUMENTVM.

Agitur, an Regius requiratur assensus in locatione, quae fit de feudo cum iurisdictione, & vasallis, adeo ut si obtentus non fuerit, fiat locus dispositioni *Constitutionis Regni Constitutionem diua memoria*, & de alijs ad ornatum *Constitutionis praefatae*, & alterius, quae incipit *Scire volumus*.

CAPVT XXXI.



Sensus Regius, scio aliquando dubitatum, an de iure interuenire debeat in locatione, quae fieret de feudo cum iurisdictione, & vasallis, ita ut si obtentus non

fuerit, fiat locus reuocationi contractus vigore *Const. Regni Constitutione diua memoria?*

Camillus de Medic. partem amplexus fuit affirmatiuam in *conf. suo 147.* vbi ex sufficienti partium enumeratione, ut ipse dicit, totis viribus conatus est demonstrare, in locatione iurisdictionis assensum Regium requiri, sicq; vbi in hoc contractu assensus supremi domini non impetratur, fieri locum reuocationi, vigore *Constitutionis Constitutionem diua memoria*, idq; ex pluribus, &

1. Primò, quia cum iurisdicatio sit de Regalibus, *c. 1. quae sunt Regal.* in alium ex dispositione *Constitutionis Scire volumus*, vbi *Afflic.* in 4. notab absque Regio assensu transferri non potest.

2. Secundo, quia cum per rei locationem in conductorem dominium non transferatur, vulgata *l. nō solet, ff. locat.* consequens est dicere, ut conductor iurisdictionis tanquam nō dominus ius illud iurisdictionem exercendi non habeat.

4. Tertiò, quia si diceremus, per locationem transferri vsum iurisdictionis, utique non posset conductor tanquam simplex usufructuarius, & nec etiam ille iurisdictionem exercere posset, quia ius Magistratū creandi ad proprietarium, non autem ad usufructuarium spectat.

5. Quarto, quia si diceremus, per locationem iurisdictionis transferri ius in fructibus, ita ut conductor sit ad instar usufructuarij, & nec etiam ille iurisdictionem exercere posset, quia ius Magistratū creandi ad proprietarium, non autem ad usufructuarium spectat.

6. Sed, pace tanti viri, Ego in iudicando contrariam sequerentur sententiam, primò, quia nulla Regni lege cauetur, ut in locatione feudi cum iurisdictione, & vasallis, pro contractus validitate Regius requiratur assensus; *Constitutio enim Constitutionem diua memoria* in principio citata, & altera, quae incipit *Scire volumus*, sic etiam & ius commune feudorū assensum supremi domini requirunt in translatione domini, quae fieret de feudo, vel de Regalibus, in locatione autem, ut eadem vigeat prohibitio

7. in praecitatis iuribus non legimus, quod utique si Legislator voluisset, dixisset; vnde cum nihil quoad hunc contractum, tam iure communi feudorum attento, quam Regni huius cautum inueniamus, consequens est dicere, ut ad ius commune Romanorū recurramus, ut faciendum esse docet *text.*

8. in *c. 1. de feudi cognitio.* quo quidem iure attento expressè statutum habemus, ut alienatione prohibita, locatio vetita non intelligatur, immò omnino permessa, hic est *text. in l. codicillis, §. instituta, vbi glos. & DD.* communiter, *ff. de legat. 2.* cum alijs concordantibus relatis per *glos. in d. Constitutione Constitutionem diua memoria*, in verbo *locare*, vbi in terminis nostrae quaestionis post disputatum articulum, an sub prohibitione illius *Constitutionis* includatur contractus locationis feudi, negatiuè concludit, cuius *glos. sententia* videns *De Medic. loco citato, num. 20.* quod opinioni suae aduersabatur, respondere inuestigauit, quod illa non loquitur specificè de feudo cum vasallis, sed genericè, & sic dicit, quod ipse intelligit illam de feudo sine vasallis, sed parcat mihi, quia eius intelligentia non probatur, quia si *glos. de feudo sine vasallis*, ut locari illud posset sine assensu intellexisset, secus verò si cum vasallis, hac distinctione vlasset; etenim *Imperator* in illa *Constitutione* geminatè loquitur, tam de feudo, quam de rebus feudalijs, ut sine assensu alienari non possint, & sic tam de feudo cum vasal-

lis, quàm finè, vndè quærens *glos.* an loca-
 9 tionis contractus sub illa lege includatur,
 & negatiuam amplectens partem, certe
 absquè alia distinctione illius sententia ac-
 cienda est, argumento *text. in l. de pretio,*
ff. de public. in rem actio. sicq; hanc insequen-
 do sententiam loquuti sunt etiam Alienigenæ,
 de locatione tamen non ad longum
 tempus faciendâ, & hi sunt *Iul. Clar. in S.*
feudum, quest. 33. Vultei, Rosental. & alij re-
 lati per *Addent. ad Iul. Clar. loco citato, n. 1.*
 quibus addo *Caroc. tract. de locat. & conduct.*
 10 *in tit. de feudo, fol. mihi 118.* Hinc videmus,
 nunquàm, aut rarò in Regno supplicari
 pro assensu, quando feuda cum iurisdictione,
 & vasallis locantur, & quâdo interdum
 id factum esse comperitur, nunquàm certè
 ad finem vt locationis contractus conuali-
 detur, sed vt conductor super feudi corpore
 hypothecam acquirat pro contractus
 obseruantia, nè scilicet tempore locationis du-
 rante auoueri ille possit, si in alium aliquo
 titulo feudum illud transferretur.

11 Secundò confirmatur hæc mea senten-
 tia, considerando, illud certum esse, per
 concessionem, quæ fit à supremo Domino
 de iurisdictione alicuius Castri, effici con-
 cessionarium vtilem dominum iurisdictionis
 concessæ pro iustitia ministranda, sicq;
 dixerunt Nostrates, Barones Regni huius
 vasallorum dici Iudices ordinarios, & quâ-
 uis de meritis causarum non cognoscant,
 hoc euenit, nè vasalli Domini facie ter-
 ritici iustitiam petere omittant, quod pro-
 indè Capitaneos, & Iudices ad iustitiam
 ministrandam eligunt, sic *Andr. in c. 1. n. 2.*
col. 4. in tit. quid sit inuestit. & in c. 1. §. præ-
reua. de prohib. feud. alien. per Feder. Frecc. de
subfeud. in 12. auctorit. Baron. Reg. de Ponte
tract. de potest. Proreg. tit. de prouisio. fieri solit.
§. 1. Reg. Constant. in l. nullus, qui nexu, nu. 67.
C. de decurion. lib. 10. Reg. Ronit. in pragm. 2.
& 3. de suspit. Official. & alij passim. Hoc po-

12 sito, vellem scire Ego, vbi consideratur in-
 conueniens, vbi supremus Dominus con-
 temnitur, & in quo lex resistit, vt hic, qui
 est Dominus iurisdictionis, siuè Iudex ordi-
 narius vasallorum, non possit absq; Do-
 mini Regis assensu alium mediante con-
 tractu locationis in exercitio iurisdictionis
 substituere, & ut ad paucos annos ip-
 sius Domini uices gerat; etenim si Iudicis
 ordinarij consideramus potestatem, inue-
 nimus illam tantæ præheminentiæ, ut qui
 Iudex dicitur ordinarius, possit alium loco
 13 sui substituere, & sic ei iurisdictionem de-
 mandare, hic est *tex. vulgatus in l. more ma-*

iorum, ff. de iurisd. omnium Iudic. ubi DD. com-
 munitè, & nos diximus *lib. 1. cap. 216.*
 hinc videmus, in hoc Regno Officiales in
 Ciuitatibus, Terris, & Castris ad iustitiam
 ministrandam deputatos posse in casu ab-
 sentis, modico tamen tempore duraturæ
 Locumtenentes ad eorum uices supplend-
 dum substituere, ita *D. de Franch. decis. 98. in*
fine, D. Reg. Constant. in d. l. nullus, qui nexu,
num. 48. D. Reg. Ronit. in pragm. 1. num. 54. de
sindicat. Official. si ergò hoc Iudici ordina-
 rio iure proprio permittitur, nec ad id
 peragendum, consensu supremi, uel utilis
 Domini indiget, cur non est permittendum
 Baroni, ut similiter iure proprio, & citrà
 supremi Domini consensum iurisdictione,
 quam per Regis concessionem vt Domi-
 nus tener, alteri locare valeat, sicq; alium
 sui loco substituere?

14 Tertiò, & tandem considero finem, pro-
 pter quem tam de iure communi feudorū,
 quàm Regni huius statutum est, vt in con-
 tractationibus feudorum, & iurium Rega-
 lium supremi Domini requiratur assensus,
 est enim finis, vt sciat Dominus suum feu-
 datarium, sicq; vt habeat de illo notitiam,
 propter seruitia, releuia, & deuolutiones,
 quòd proindè semper est registrandus in
 quinternionibus Regiæ Cameræ, ita *Andr.*
in d. cap. Imperialem, Frecc. de subfeud.
lib. 2. in 23. quest. Reg. de Ponte cons. 17. nu. 8.
lib. 3. Reg. Tap. decis. 47. num. 2. hic finis ces-

15 sat omnino, quando locatur feudum, & iurisdictione,
 cum in conductorem nullum feu-
 di dominium transferatur, ad *tex. in d. l. non*
soles, ff. locat. vndè conductor non dicitur
 possidere, sed Dominus locator mediante
 persona conductoris, etiam si mille fierent
 sublocationes, prout est *text. nimis clarus*
in l. qui vniversas 20. §. si ego tibi commodauero,
ff. de acquir. possess. si ergò locator dicitur
 possidere, & conductor aliud non facit, nisi
 gerere uices Domini, sicq; illius nomine
 possidere, non est, cur dici possit, in con-
 tractu locationis, quæ fieret de feudo cum
 vasallis, assensum Regium requiri.

16 At si quis diceret, assensum requiri, ad
 finem vt conductor sit persona habilis ad
 iurisdictionem exercendam, dico iterum,
 quod à principio dicebam, quòd cum nulla
 lege id caueatur, sicq; nulla in illo conside-
 ratur legalis inhabilitas, cum non sit noua
 persona in feudo, nec quod facit, suo nomi-
 ne facere dicitur, sed Domini, qui verè pos-
 sidet, & vt illius procurator, siuè substitu-
 tus, consequens est dicere, vt inanis, ac pe-
 nitus frustratoria sit talis assensus impetra-

rio. Hinc dicimus, quod ubi Rex voluit, dicit, constat enim, pluribus Regijs Ordinationibus in Regno statutum esse, ut officia, quæ sunt de Regalibus, & maximè illa magni momenti, ad Regiæ Coronæ collationem spectantia, absq; expressa Regis nostri licentia locari non possint, in illisque per substitutum deservire, ut constat ex elegantissimè dictis per Reg. de Ponte decis. 28. à nu. 45. vsq; ad 48. de locatone autem feudorum cum iurisdictionibus, & vasallis, penes Barones existentium verbum nullum, & meritò, cum, ut feuda cum iurisdictionibus locari per Barones non possint absq; Regis licentia, nil Regiæ Coronæ interfit, quibus sic stantibus Camill. de Medic. ponderationes in hoc articulo corruunt prorsus, salvo tamen iudicio rectius sentientis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Assensus Regius an præstari possit à Proregibus super alienatione, vel obligatione feudorum, qua titulo aliquo decorata sunt.
- 2 Assensus præstus à Proregibus Regni antè annum 1561. super obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulatis, an profectiam quodam feuda titulata, stante gratia à Rege concessa, de qua in prag. 17. sub tit. de feudis, & num. 3. 4. 5. 6. 8. & 9.
- 7 Confirmatio quid sit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an per gratiâ Regno concessâ, de qua in Prag. 17. sub tit. de feud. dici possit super feudo titulato assensum habere creditorem illum, qui antè eiusdem gratiæ publicationem assensum obtinuerat à Prorege super obligatione omnium feudorum sui debitoris, præter tamen feuda titulata.

C A P. XXXII.



Assensus Regius super alienatione, siue obligatione illorum feudorum, quæ aliquo Principatus, Ducatus, Marchionatus, uel Comitatus titulo decorata sunt, certum

est in Regno, quod per Proreges Excellentissimos præstari prohibetur, ex dispositione Regiæ Prag. quæ est 4. in tit. de feud. in 9. cap. uerum, esse dispositionem illam quodam caput obligationis, et hypothecæ correctam, est etiam iuris notissimi, ex gratia Regno concessa de anno 1561. per illam enim ad Regni supplicationem præcedentem fuit sancitum, posse Proreges obligationibus, et hypothecis super feudis titulatis per feudatarios constitutis, uel constituendis assentire, ut habetur in prag. 17. eodem tit. in nouissima recompilat.

2 Sed de illo ad præsens in causa magni momenti controuerti audio; nam cum in dicta gratia, ut supra obtenta de anno 1561. fuerit etiam Regi supplicatum, ut dignaretur confirmare, prout confirmauit omnes assensus per Proreges præstitos usque ad illum diem super alienatione, uel obligatione feudi titulati, et magni momenti, num per talem gratiam dici possit, super feudo titulato assensum habere creditorem illum, qui antè eiusdem gratiæ publicationem assensum obtinuerat à Prorege super omnibus feudis sui debitoris, præter tamen feuda titulata.

3 Dubium facit clausula illa, præter feuda titulata, nam si in assensu appositâ non esset, sed simpliciter dictum, fiat in forma, nulla caderet difficultas, ut per gratiam superuenientem omnes assensus à Proregibus concessos confirmantem, confirmati etiam dicantur assensus, qui sic simpliciter, sine clausula prædictâ obtenti extiterant; sed quia expresse declaratum fuit, ut assensus nullatenus concessus intelligeretur super obligatione feudi titulati, uidetur dicendum, quod hæc gratia, quæ superuenit confirmans omnes assensus usque ad illum diem per Proreges concessos, confirmare non potuerit assensum, quem nunquam appareret fuisse à Proregibus concessum.

4 Verum aliqui contrarium putabât, nullum constituentis discrimen inter decretationem, quæ communiter fit, nimirum fiat in forma simpliciter, et illam, de qua su-

præ, nimirum *fiat in forma*, addito præter feuda titulata, et ea fuit assignata ratio, nam dicendo Prorex *fiat in forma* simpliciter, certum est, talem decretationem feudi titulati, et magni momenti obligationem non comprehendere, et si de ea supplicatum esset, ex quo talis assentiendi potestas erat de reservatis Regiæ Coronæ, addedo autem huic decretationi clausulam illam, *præter feuda titulata*, aliud non importabat, nisi declarare, quod erat in utero legis, et sic dicebatur, quod dum nullum potest considerari discrimen inter unam, et alteram assentiendi formam, quemadmodum per gratiam prædictam ueniebant confirmati omnes assensus antea per Proreges simpliciter super obligatione omnium feudorum præstiti, et sic etiam feudi titulati; ita etiam affirmare debeamus, ut per gratiam prædictam præstitus etiam dicatur assensus super feudi titulati hypotheca, quamuis in decretatione fuerit additum *præter feuda titulata*; idque eo magis verum esse dicebatur, nam si tunc Domino Nostro Regi fuisset in specie supplicatum pro confirmatione assensuum per Proreges præstitorum, ut scilicet non obstante clausula prædicta *præter feuda titulata*, assensus super feudis titulatis pro præstitis haberentur, certe eodem modo Rex assensisset, quod proinde fatendum est, huius individualis supplicationis omissionem in casu proposito nocere non posse, ad tradita per *Reg. Romit. conf. 13. num. 14. et seq. lib. 1.*

5 His tamen non obstantibus contraria sententia mihi uerior uideretur, ut nimirum nullatenus per gratiam prædictam dici possit, super feudo titulato habere assensum creditorem illum, qui ante gratiæ promulgationem assensum a Prorege obtinuerat, cum clausula prædicta, *præter feuda titulata*, etenim satis diuersam puto decretationem, quæ simpliciter fit, nimirum *fiat in forma*, ab illa, cui additur clausula *præter feuda titulata*; in prima enim assentiendi forma, dum supplicatum extitit pro assensu super omnibus bonis feudalibus, et simpliciter fuit assensus impartitus, certe impartitus intelligitur, etiam super feudis titulatis, quamuis ex defectu potestatis assentientis, respectu feudi titulo decorati, nullius sit roboris, et momenti; unde confirmando demum Rex per gratiam generalem omnes assensus per Proreges præstitos super obligatione, uel alienatione feudorum titulorum, certe confirmatus censetur assensus ille a Prorege super his feudis præstitus: In

6 secunda autem assentiendi forma, cum expressè declaratum fuerit, ut assensus ad feuda titulata nullatenus porrigeretur, confirmando demum Rex per gratiam generalem omnes assensus per Proreges præstitos super alienatione, uel obligatione feudorum titulo decoratorum, certe confirmatus dici non potest assensus ille a Prorege, tum expressa declaratione præstitus, ut non porrigatur ad feuda titulata: etenim cum Rex in gratia prædicta loquutus sit per verbum *confirmare*, & confirmatio aliud non est, nisi iuris prius quæsitæ corroboratio, ut per *Hostiens. Imol. & Dec. in Rubr. de confirmat. uel. uel inutil. in tantum*, quod necessario præsupponit confirmatio aliquid esse prius, quod confirmetur, ut per *Bal. in l. nominationis, circa finem, vers. conclude, C. de appellation. dum in questione, de qua agimus, assensus super feudis titulatis per Proreges nullatenus apparet præstitus, immò expressè dictum, ut non porrigeretur ad feuda titulata, gratia, quæ demum superuenit confirmando assensus per Proreges præstitos super feudis titulatis, potuit ne confirmare assensum nullo tempore super talibus feudis concessum? certe non; unde in puncto succedit conclusio *Bald. loco cit. vers. illud certum est*, ut confirmatio semper commensuretur ad illud, quod confirmatur, ita ut non extendatur ultra, quàm actus confirmatus se extendit, id, quod satis notanter obseruauit *Carau. in Rit. 301. nu. 8.* si igitur in casu nostro actus confirmatus, qui est assensus a Prorege ante gratiæ promulgationem præstitus non solum non se extendit ad feuda titulata; sed expressè dictum, ut ad illa non extendatur, quo nam pacto in questione proposta defendi potest, ut per gratiam prædictam confirmato assensus per Proreges super feudis titulatis præstitos, comprehendat etiam assensum illum, in quo expressè fuit declaratum, ut non porrigatur ad feuda titulata? hæc breuiter considerabam.*

S V M M A R I V M.

- 1 Assensus Regius an possit impetrari super obligatione honorum feudalium post feudatarij obligantis decessum, & num. 2. 3. 4. 5.
- 4 Decedens an pro mortua habeatur.
- 6 Assensus Regius an possit impetrari super contractu defuncti, absq; nouo hæredis consensu.

A R G V M E N T V M.

Agitur, nùm assensus Regius, qui super bonorum feudaliū obligatione impetrari non potest post feudatarij obligantis mortem, obtineri possit post sequutam illius decoctionem.

C A P. XXXIII.



Assensus Regius, quòd super feudi obligatione tēpore habili contracta impetrari possit, adhuc si impetrationis tēpore feudatarius, qui obligauit, fuerit decoctus ef-

fectus, ex pluribus probaui *lib. 1. cap. 25. vbi hoc idem tenentem citauī pręstantissimū Cōsiliar. Marcian. cons. 36. lib. 1. post quorum scripta cum de hoc in quadam causa magni momenti dubitari contigisset, istamq; cōclusionem vti verissimam, ac iuris principijs cōsentaneam Ego pariter defendissem, vnus ex Dominis Iudicantibus, cuius anima requiescat in pace, auxus fuit mihi dicere, falsam esse illā, quòd cum agrę tullissem, volui de his differere cum olim Domino Regente Ferdinando Brancia Feudista doctissimo, qui mihi respondit, ad eò veram esse, quòd in vna facti contingentiā maxima discussione pręcedente itā iudicauerat insignis Feudista Regens Lanarius, ostenditquē mihi determinationis verba, quę cōseruabat, subdens, suo tempore apud bonos, & graues de hac opinione nunquam dubitatum fuisse, demum maximo cum gaudio inueni, eandem decisionē retulisse celebrem Feudistam Reg. de Curt. in suo *diuers. iuris feud. par. 2. cap. 5. num. 131.* & per hæc verba, quę hic imprimi curauī, cum non ab omnibus legantur.*

Altera fuit notabilis quæstio tractata; pone, quòd aliquis contraxit cum Titio debitore suo, qui tempore contractus possidebat feudalia, & contractus iniustus fuit cum reservatione Regij assensus, quatenus opus est super feudaliū, verum non fuit statim impetratus assensus, sed post decoctionem debitoris habuit assensum hic creditor, an talis assensus possit illum inuare, itā

vt tanquām creditor cum assensu possit præferri alijs creditoribus non habentibus assensum; videbatur omninò negandum, huiusmodi illi prodesse posse, quia decoctus reputatur tanquām mortuus, & cum diximus, quòd post mortem tenentis feudum, assensus non datur, nec proficit, contrarium tamen iudicatum fuit per Regem Lanar. in decoctione Banci de Rauasberio, me existente Aduocato, & ratio fuit illa, quia dominium bonorum feudaliū non erat adhuc viuo existēte debitore ulli quæsitum, & propterea poterat operari assensus, cuius contrarium erat mortuo vero debitore, quia statim dominium bonorum feudaliū heredi quæsitum fuerat, in cuius præiudicium Rex non poterat assensum præstare, sine nouo ipsius consensu, & propterea dicit Andr. quòd opus est nouo consensu heredis, nota hanc decisionem, quia in hac materia est notabilis, hæc ille doctissimus Reg. & Praes. de Curte.

S V M M A R I V M.

- 1 Gratia concessa feudatario legitimo carenti successore, vt possit testari de feudo in aliquē consanguineum, an concessa intelligatur, vt reddatur validum non solum primum testamentum; sed etiam secundum, si primum fuit reuocatum. & nu. 3. 5. & 6.
- 2 Episcopus an possit vti facultate sibi concessa disponēdi in morte de bonis per ipsum quæsitis ex redditibus Ecclesie, toties, quoties testamentum condere voluerit.
- 4 Testamentū est actus de sui natura reuocabilis.
- 7 Testamentum primum tollitur per posterius.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an assensus Regius à feudatario legitimo in feudo carente successore impetratus, vt possit de feudo testari in aliquem cōsanguineum, siue alium proxm extraneū, impartitus intelligatur, nō solū vt reddatur validum primū testamentum, sed etiam secundum, si primum fuit reuocatum.

C A P. XXXIV.



1 Assensus Regis à feudatario legitimo in feudo carèta successore impetratus, ut possit de feudo testari in aliquem consanguineum, siue alium prorsus extraneum, contigit aliàs dubitari, an concessus intelligatur, non solum, ut reddatur validum primum testamentum, sed etiam secundum, si feudatarius primum, quod scripsit reuocauerit, & aliud condiderit?

2 Philipp. Dec. conf. 512. & post eum Socin. inn. conf. 89. lib. 1. excitant quæstionem hæc in terminis facultatis, quam Romanus Pontifex concedere solet Episcopis disponendi in morte de bonis per illum ex redditibus Ecclesiæ acquisitis, & in ea resident sententia, ut hæc testandi licentia ita coarctanda sit, ut pro primo duntaxat testamento conficiendo concessa intelligatur, non autem pro secundo, argumento *te. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. in l. dotis promissio, ff. de iur. dot. & in cap. non potest, §. 1. de prebend. in 6.* sed contrarium in puncto ratione, & DD. autoritate defendit insignis Canonar. in cap. cum in officijs, num. 8. extra de testam. ubi dicit, Dec. & Socin. sententiam nullo pacto, neque in iudicando, neque in consulendo admittendam; & merito quidem, nam cum facultas data sit ad testandum, perperam asseuerari potest, concedentis mentem fuisse, ut intelligatur concessa pro primo testamento tantum; est enim testamentum actus de sui natura reuocabilis, cum ambulatoria sit nostra voluntas usque ad mortem, unde concessa licentia testandi, intelligi debet, ut pro sit ad validandum illud postremum testamētum, cum quo testator decessit, non autem primum tantum, quod de sui natura est reuocabile.

3 In indiuiduo autem propositæ quæstionis, hæc insequendo sententiam autoritate Camer. per hæc verba respondit D. R. & Præs. de Curt. in suo diuers. feud. p. 2. c. 5. n. 67. Magis ad propositum fuisset quæstio, si habita licentia testandi, & facto testamento, si illud reuocauerit, quod facere posset, absque dubio teneo, si aliud vult conficere testamentum, requiratur alius assensus Regis? quæ quæstio determinatur, an dispositio *tex. in l. boues, §. hoc sermone* locum habeat in hac quæstione, ut intelligatur, de primo actu testandi, & tenerem, saluo semper rectori iudicio,

4

6 quod possit secundo testari, quia videtur assensus ex prædictis datus secundum naturam actus, super quo interponitur, scilicet quod possit mutari, maxime quando generatim data, & impartita fuit licentia testandi, quia ut aliquid operetur hæc licentia, necessario intelligi debet, ut possit testamentum mutare, aliàs sequeretur, quod non esset reuocabile testamentum, cum maxime, quia in hoc nullum versetur interesse directi domini, quando quidem non plures actus validantur, sed unus tantum, quia per secundum testamentum primum tollitur. S. posteriore, Instit. de testam. quam opinionem latissime tractat Camerar. illamque dilucidat in cap. Imperiale, car. 62. col. 4. lit. 2. ubi videas, quia eius dictis nihil superaddi potest, quo loci bonum sententia appellat Affl. Hæc ille vir doctus. Præs. de Cur.

S V M M A R I V M.

- 1 Baro an teneatur soluere collectam pro animalibus, quæ in territorijs feudalijs pascuuntur, & num. 2. & 3.
- 4 Fideius qui percipiuntur ex territorijs feudalijs.
- 5 Collectam soluere in proprio incolatu an quis teneatur pro animalibus, quæ in diuersis locis possident.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Barones in Regno possint ab eorum subditis cogi ad Cõmunitatibus soluendum collectas pro animalibus, quæ in territorijs feudalijs ad impinguandum tenent. Animalia possidens in alio loco, quàm in illo, in quo domicilium habet, an pro illis collectam soluere teneatur.

C A P. XXXV.



1 Arones, qui in Regno, pro bonis burgenfaticis, quæ in eorum Terris possident, collectam soluere tenentur, vti tamen bonatenentes, sæpe sæpius dubitatur, num pro animalibus, quæ in territorijs

feudalibus pascua sumunt, similiter in collectis contribuere cogi possint?

2 Et affirmatiuè dicendum videtur, ex dictis per *Andr. in tit. qua sint Regalia, in verb. & plausivorum, num. 58.* vbi censuit, ad aliquid contribuendum Baronem non teneri, pro illis tantum animalibus, quæ ad feudi instructionem tenet, vt pro bobus, & similibus ad feudum impinguandum paratis: hæc enim animalia feudalia sunt, & pro feudalibus censentur; secus verò pro animalibus ibi ad commercium, & industriam repositis, nam illa cum ad feudum pertinentia dici non possint, de eis contribuet Baro in collectis, istamquæ *Andr.* sententiã recitat *Lucas de Pœna* tam in *l. a. n. 9. vers. quid de pecoribus, C. de bonis vacant. lib. 10.* quàm in *l. fin. antè n. 3. vers. quid autem de mobilibus, C. de fund. l. utrophis, lib. 11.*

3 Contrarium autem firmavit *Ant. Capyc. in inuest. feudal. in verb. feudatariorum immunitas, vers. aliqui, per id, quod tenet, &c.* dum dicit, *Andr.* loquutum esse de illa industria, quæ ex feudo non fit; sed ex pecunia, vel negotiatione pecuniæ; secus verò de illa, quæ fit ad percipiendum maiores fructus de feudo, sine qua fructus à feudo percipi non possunt; tunc enim boves, porci, oues, & similia animalia feudi instrumētum esse videntur, istamquæ *Capyc.* traditionem sequuti sunt *Liparul. in addit. ad Andr. loco cit. in verb. ex industria,* aliiquæ relati per *Io. Franc. Capiblanc. in prag. 12. de Baronibus, nu. 14. & 15.* sub illis verbis. *Nam de frumentis, ouibus, & porcis, qui ex nemoribus suis impinguantur, de ijs licet mereatur Baro, non tenetur, &c.* id, quod certè euidenti ratione probatur, constat enim, ex territorijs feudalibus,

4 vel percipi fructus oliuarum, vel querquū, vel herbagijs; dico modò, si in nemoribus querquum Baro non immittit porcos, & in herbagijs non immittit animalia Baccina, Bufalina, & similia, potest ne ex his territorijs fructus percipere? certè nō, ergò quoniam pacto, pro his animalibus, quæ ex fructibus feudalis territoriij impinguantur cogi potest Baro ad collectam soluendam; tantum enim esset dicere, vt Baro cogatur ad contribuendum in collectis pro animalibus, quæ ad ea impinguandum tenet in feudis, quantum asserere, vt cogatur soluere collectam pro fructibus territoriij feudalis, quod quantum in Regno fit absonum, quis est, qui non videt?

5 Vbi autem animalia hæc, cuiusvis generis sint, ex territorijs feudalibus pascua nō sumerent; sed vel ex allodialibus prædijs

ipfius Baronis, vel particulariū ciuium subditorū, & in hoc nulli dubium est, quòd Baro ad collectam teneretur, & hoc siuè domicilium habeat in eius Baronia, siuè in loco, vbi natus est; illud enim, quod ex *glos. Bart. Ang. Rebuff & alius diximus lib. 1. cap. 67. num. 1.* nimirum, vt quis in propria patria ad collectarum solutionem teneatur etiam pro bonis, quæ in alio loco possidet, procedit sine dubio, quando bona illa solutioni tributorū in loco, vbi sita sunt obnoxia non essent, secus verò si aliter possessor ad onus aliquod subeundum ibi cogi posset, videatur, quæ so, *Io. Ant. de Nigris in cap. Regni 194. quod incipit In singulis, num. 8.* vbi in proprijs terminis querit, an pro animalibus, quæ in diuersis locis quis possidet, collectam in loco propriij incolatus soluere teneatur, vel potius in locis, in quibus animalia illa tenet, & quòd sit taxat. in loco, vbi animalia pascua sumunt, quamuis ibi domicilium non habeat; per plura concludit, vide illum, quia doctè, & distinctè loquitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Electio Syndicorum, & Electorum an fieri possit in personas illorum Ciuium, qui aliàs ad Regias triremes damnati fuerunt, & nu. 2. & 4.
- 3 Consideranda qua sunt in electione Syndicorum, & Electorum.
- 5 Damnatus ad Regias triremes ab ordinum susceptione repellitur.
- 6 Electio facta de digno, omisso digniore valida est.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Barones, ad quos in Regno spectat ius confirmandi Syndicos, cæterosq; Vniuersitatum Officiales, teneantur confirmare electos illos, qui aliàs ad Regias triremes propter maleficium cõmissum damnati fuere.

C A P. XXXVI.

- B** Arones multi sunt in hoc Regno, qui ex privilegio, vel legitima prescriptione habent ius confirmandi Syndicos, ceterosque Officiales, qui in eorum Terris ab Vniuersitatibus ad bene gubernandum eliguntur, contigit, fuisse electum in Syndicum Ciuem, qui alias ad Regias triremes, propter maleficium commissum certo tempore damnatus extitit, fuit dubitatum, an Baro illum confirmare teneatur, sicque electionem factam approbare?
- 2 Respondi de hoc consultus, Baronem electionem factam nullatenus tuta conscientia confirmare posse, si hic talis fuit ad Regias triremes damnatus propter delictum, quod irrogat infamiam, etenim dubitari non potest, electionem fuisse a principio nullam propter vitium, quod consideratur in persona electa, cum illi duntaxat in Syndicos, & Administratores eligendi sint, qui adeo bonam, & laudabilem conditionem habent, quod merito eligi mereatur, ita ex *tex. in cap. 3. de elect. 10. de Plat. & aliis in terminis, de quibus agimus docet Montanar. ad interpretat. pragm. 2. nu. 324. de administ. Vniuers. fol. mihi 188. inter comment. diuers. subdens, in illorum electione fore considerandam nobilitatem, prudentiam, fidelitatem, & bonam conscientiam, cum mentis integritate, quae certe in eo, qui propter aliquod graue facinus ad Regias triremes, quamuis limitato tempore damnatus extitit, considerari non possunt, & in terminis terminantibus dixi, quod hanc amplectus fuit sententiam *Rouit. in eadem pragm. 2. nu. 1. vbi expressis verbis dixit, non esse admittendum in Officialem Vniuersitatis, qui atrocis iniuriae poena est damnatus, assignat rationem, quia infamis est, & allegat tex. cum glos. in l. Diuus, ff. de iniur. hinc merito alias dixi, ad Regias triremes damnatum tanquam infamem ab ordinum susceptione repellendum lib. 1. cap. 182. nu. 3. vbi autem electio de personis dignis, & idoneis processerit, tenetur omnino Baro illam confirmare, quamuis digniores, & idoneiores eligi potuissent, cum sat sit Vniuersitati, idoneos elegisse, satisfactum enim dicitur in foro exteriori, si eligatur dignus, digniore, & magis idoneo omisso, ut in his terminis probat *Nouar. de grauam. vasa. lib. 1. grauam. 135. & seq.***

S V M M A R I V M.

- 1 Salarium, quod à Barone prestari debet vasallo pro illo laboranti, quomodo taxatur in Regno, & num. 2.
- 3 Baro an possit cogere vasallum ad seruitia praestandum alteri, et num. 5. et 7.
- 4 Carolus V. Imperator ingressus fuit Ciuitatem Neap. 25. Nouembris 1535.
- 6 Pragm. 1. & 2. de salario eorum, &c. declaratur.
- 8 Seruituti alterius hominem adhibere, graue est.
- 9 Baro an possit cogere vasallum ad seruidendum pro mercantia.
- 10 Baro potest cogere subditos, ut prius Terras suas, quam aliorum colat.
- 11 Salarium per Pragm. statutum non nisi semel à Barone debetur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Baro possit vasallos cogere, ut soluta eis mercede alteri praestet seruitia. Baro exercens mercantiā an possit cogere vasallos ad ei in illa mercantia inseruiendum. Salarium quod nā n à Barone solui debet, in illa die, in qua Operarijs diuersimodè à cæteris Conciuibus solutum est, & de alijs, vbi singularis obseruatio D. Ioannis Angeli Pisanelli.

C A P. XXXVII.

- B** Arones cum à vasallis burgensibus personalia exquirunt seruitia, tenentur illis in futuri laboris recognitionem certam praestare mercedem, sic dictantibus duabus Regijs sanctionibus, in quibus merces haec, siue salarium, iuxta seruitij qualitatem taxatur, quae in volum. Pragm. sunt 1. & 2. in tit. de salar. eor. qui mittunt. pro negot. seu seruit. Reg.

taxa autem in dictis Regijs functionibus præscripta, semper fuit interpretatum, vt locum habeat, quando seruitia extrâ territorium iniunguntur; at si intrâ fines feudi, siue infrâ dietam, id est vsq; ad viginti miliaria, non semel declaratum extitit, vt præstetur salariû, prout inter Ciues, ita *Præs. de Franch. decis. 526. nu. 3. Reg. Rouit. in d. prag. I. & 2. num. 6. & 7. Barbat. de diuis. fruct. par. 2. cap. II. num. 39. & Nouar. de grauam. vasall. lib. 3. grau. 71. & decis. 188. num. 2. & 3.* circa quod tamen Nostrates animaduertunt, qd si illa die, qua vasallus Baronis seruitio incumbit, vnus ex Ciuibus pro operarij seruitio carolenum solueret vnum, alter verò granos duodecim, & alter quindecim, Baro non nisi illud, quod est minus soluere tenetur, ita ex *Guid. Pap. decis. 252. per tex. in l. qui concubinam, §. cum ita, ff. de legat. 3. dixerunt Petra ad Capyc. decis. 163. Barbat. d. cap. 11. num. 39. & Nouar. d. dec. 188. & in d. grauam. 71. nu. 4.*

3 Sed reuocatur in dubium; fac, vt Baro vasalli seruitio in aliquo ministerio non indigeat; sed bene eo indigeret aliquis eius consanguineus, amicus, siue alter vasallus diues, nûm valeat Baro ipse vasallum, qui operas suas locare solet, cogere, vt soluta sibi mercede, consanguineo, amico, vel alteri diuiti vasallo præstet seruitia?

Excitarunt quæstionem hanc *Marthias Berlichius dec. Lipsiens. 67.* cæterique relati à *Nouar. tract. de grauam. vasall. lib. 1. grau. 79.* qui vnanimi consensu negatiue responderunt, existimantes, tunc demùm seruitia hæc à vasallis fore præstanda, cum Dominijs opus habeant, sicque ad propriam Baronum vtilitatem necessaria iudicentur, nõ autem aliorum, qui in vasallos nullam habent iurisdictionem; sed omnium primus eandem firmans sententiam, de his egit insignis *Io. Angel. Vifanellus annotatione, siue obser. 18.* quam habeo cum alijs propria eius manu scriptam, impressa iam post illius mortem sub *tit. commentarij ad d. prag. I. inter cõment. diuers.* sed certè citrà *Authoris* mentem, prout ex discursu patet, sunt enim verba hæc.

Iesus, Maria.

4 Quando Cæsarea Maiestas venit Neapolim, cuius ingressus fuit in die Sãctę Catharinę de mense Nouembris 1535. in suo regressu deputauit Iudices circa grauamina vasallorum; in discussione multarũ causarũ, in quibus Ego pro Baronibus, & feudatarijs interueni, inter alia grauamina

9 fuit propositum vnum, quia Baro volebat, quòd seruitia, ad quę vasalli tenebãtur Domino, præstarentur alteri; & vt intelligatur perfectius dubium, Nos in Regno habemus plura *Capitula, & Constitutiones*, de seruitiis præstandis per vasallos, & quia *Paris de Puy. de syndic. in tit. de vasal. Baron.* illa refert, solum subdam de *Pragm. Regis Ferdinandi Primi*, per quam statuitur salarium, & vasalli tenentur seruire, & vt pluries dixi in discussione causarum, illa *pragmatica* licet videatur facta ad releuamen vasallorum, tamen videtur mihi, quòd sit in damnũ vasallorum, quia vasalli possunt eogi ad seruitia præstanda, cum salario tamen, & ita continuo practicatur, & sæpissimè iudicatum est; formabatur igitur difficultas, si ea seruitia, quę Baroni debebantur, vel cum propria persona, vel cum bestiis, potuisset Baro ordinare vasallo, quòd illa præstaret alteri cum eodem salario, & quamuis pro Barone allegaretur *Iacobin.* qui dubiũ format in sua *inuestit. in tit. de roidis. in princ.* vbi limitat in obsequialibus, tamen mihi visum fuit, nullo modo posse vasallũ astringi ad seruiendum alteri, hoc fundabam primò, quia omnia *Capitula, Constitutiones, & Pragmatica* loquuntur pro seruitiis Curie Baronis, id est, quando pro vsu Baronis, & eius domus, ergò non debet fieri extensio ad alias personas, postquam sunt onera vasallorum, ita decidit *Andr. in Constit. Regni Personarum, quę est Constit. 5. in 3. lib. versus finem*, vbi considerat, quòd etiam si esset minus damnũ seruire alteri, tamen eo iniuncto non potest astringi, cum satis sufficiat, si ei non placet, *l. fin. ff. de vsu, & habit. & vt ipse* dicit in *principio*, ad iicere hominem seruituti alterius est contrã ips, & satis est, qd vasallus dicat, se ita commode præstari nõ posse, vt possent multi casus considerari in facto, vt limitando contrariam opinionem sentit *Paul. de Cast. in l. 2. ibi, quindò, & vltimò, ff. salut. matr. quem ad hoc allegat Purpurat. in tract. de offic. assessor. num. 229. ibi, & pro hac limitatione, & pro hoc facit decisio* 9 *Parid.* vbi suprã, volentis, non posse Baronẽ pro mercantia cogere vasallum ad seruiendum, vel ad culturam terrarum, quod vltimum de cultura putò intelligendum, nisi terrę essent de feudo, quia *pragmatica* vult in effectu, quòd intus territorium seruetur id, quod in loco seruetur, quę verba semper interpretata fuerunt, vt fiat seruitium cum eo salario, sicut inter Ciues soluitur, & hoc videtur determinare *Andr. in tit. quę sint Regal. in verb. angaria*, dum exemplificat de

- vinea Imperatoris, & pro hac opinione videtur decisio *Luce de Penn. in l. generali. ibi, isē, C. de decur. lib. 10. vbi voluit, posse Baronem cogere vasallos colere agros, de quibus reditus sibi debetur, ideo idē Lucas in l. 2. in fine, C. de cēsis. & cēsis. lib. 1. r. decidit, &*
- 10 Baro potest cogere subditos suos, vt potius Terras suas colant, quā Terras aliorum; & postquam de seruitiis præstandis loquuti sumus, quia iam pluries decisū est, quod seruitia debeantur extrā territorium, quando, vt dictum est, pro seruitio Baronis, & hoc colligitur, tam ex *Capitul. Regni*, quā ex dicta *pragmatica*, dū de salario pro quolibet milliari, quando extrā locum loquuntur, non potest fieri fundamentum in opinione *Iacobini in d. tit. de roidis, col. 3. ibi, autem Dominus*, qui videtur tenere contrarium de iure, & tetigit *Guid. Pap. in d. c. 217. in fine*, & ita seruatum vidi indifferenter, & Ego in *Baronia mea ita seruo*, quibus conferunt, quæ nouissimè posuit *Boer. in decis. 212. num. 19. cum seq.* est etiam sciendum, &
- 11 quod salarium statutum per *pragm.* nō debetur, nisi semel, id est tam pro accessu, quā regressu, taliter quod soluta mercede vnica, non tenetur Dominus in reuersione duplicare salarium, hoc pluries determinari feci, & pro ista opinione est decisio in simili *Paridis de syndic. car. mihi 75. in cap. Iudex in officio processit, versus finem, ibi, & intelliga illam Constitutionem, & c.*

Io. Angelus Pisanelius.

S V M M A R I V M.

- 1 Barones Regni multa habent priuilegia erga vasallos burgenfes, & præceteris illa, qua continentur in *Constit. Quamplurimum; sed an eisdem priuilegijs potiantur illi, qui sub alterius nomine, propria tamen pecunia feuda emere procurant, & cum solita recognitione, & c. & num. 2. 3. 6. 8. 9. 11. 22. 27. 28. 29. 30. 32. 37. & 39.*
- 4 Dominium illi acquiritur, cuius contemplatione actus geritur.
- 5 Plus valet quod agitur, quā quod simulatè concipiatur.
- 7 Praxis, quare sit introducta in Regno, vt quis sub alterius nomine feuda emat, & num. 34.
- 10 Releuam exigitur à Fisco per mortem illius, qui emit feudum, quamuis simulatè, non autè per mortem illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum fuit emptum.
- 12 Dominium feudi non potest residere pænès duos insolidum, & num. 31.

- 13 Recognitio, qua fit ab emente feudum, ad beneficium illius, cuius pecunia, & contemplatione est illud emptum, in effectum non importat, nisi specialè hypothecam, & n. 33. et 35.
- 14 Dominium, & hypotheca sunt incompatibilia; sed limitatur, ibidem.
- 15 Contractus alienationis rei libera duos habet contrahentes, tres autem contractus alienationis rei feudalis.
- 16 Rex quando contractui alienationis rei feudalis præstat assensum, considerat tantum personam, qua feudum acquirit; non autem illum, cuius pecunia, & contemplatione feudum emitur.
- 17 Regula plus valere quod agitur, quā quod simulatè concipitur in feudis non procedit, & explicatur text. in cap. 1. de benefic. frat. num. 20 & num. 38.
- 18 Frater attento iure communi feudorum fratri in feudo nouo non succedit.
- 19 Acquisitum ex re communi per gerentem commune negotium, vtrique quaritur.
- 21 Assensus est stricti iuris, ac proinde extensione aliquam non recipit.
- 23 Possessio sola feudi quem Baronem non facit.
- 24 Tenua feudi est ius merè allodiale, & nu. 36.
- 25 Feudum potest possideri etiam per illum, qui est incapax successionis, & dominij, quando tamen agitur de acquirenda simplici tenua.
- 26 Baro quis non efficitur ex simplici tenua, quā consequitur feudi, vbi decisio *S. Conf.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Baro censendus sit ille, ad effectum, vt priuilegijs, & prærogatiuis Baronibus cōcessis potiri possit, qui sub alterius nomine feudum emit, si antè, vel post emptio- nis contractum persona, quæ emptoris vicem gessit, declarauerit, quod feudum emit, vel empturus est pecunia, & contemplatione alterius, quæ constituit procuratorè irrevocabilem ad fructus omnes ex feudo percipiendum, & ad iurisdictione administrā-

dam,

dam, & cum promissione de vendendo, cedendo, in solum dandò, vel obligando feudum illud ad omnem instantiã, & requisitionẽ illius, cuius pecunia, & contemplatione fuit facta emptio. Dominium feudi empti ex aliena pecunia nũm Domino pecuniæ aliquo modo queri possit. *Titulus C. plus valere, quod agitur, quàm quod simulatẽ concipitur* an procedat in contractatione bonorum feudaliũ. Tenuta feudi an queri possit hæredi extraneo, vel feudorum successio nis pœnitũs incapaci, & de alijs ad materiã pertinẽtib us.

C A P. XXXVIII.



Barones Regni huius inter alias prærogativas, iura, & privilegia, quibus ergã vasallos burgenſes potiũtur, illa maximi ponderis à Noſtratis ſẽper habita fuerunt, quæ continẽtur in *Conſt. Quampluriũ*, ſub tit. *de adiutor. exig.* & præcæteris ius illud, quod habent cogendi vasallos ad adiutoria præſtanda, quando proprias filias, vel ſorores nuptui tradunt, circa quod nõnnullæ huius ſupremi Senatus ortæ ſunt deciſiones, prout videre eſt pœnès *D. de Franch. deciſ. 42. 73. 76. 83. 131. & 2: 5.*

2 Sed ſui alijs interrogatus, an his iuribus, privilegijs, & prærogatiuis potiiri poſſint illi, qui ſub alterius nomine, propria tamen pecunia feuda emere curant; etenim ab aliquibus anais in hoc Regno praxis inolevit, vt ſi quis careret ſucceſſore, ſive eſſet exterius, aut bonorum feudaliũ incapax, puta Monafterium, vel Clericus, velletq; feudũ emere, procurat, vt de pro-

pria pecunia à Regnicola ſucceſſores habente illud ematur, à quo, vel ante, vel poſt emptiois contractum, publico mediante instrumento cautelam aſſequitur, qua mediante declarat emptor, cuius pecunia, cuius contemplatione feudũ emit, indequẽ perſonam, quæ verẽ pecuniam exburſavit procuratorem conſtituit irrevocabilem ad iuriſdictionem exercẽdam, & fructus, ac emolumẽta percipiendum, & cum ampliffima promiſſione ad illius requisitionem de feudo diſponendi, quod quidẽ instrumentum, ſuper quo Rẽgius impetratur aſſenſus, nos vulgò recognitionẽ appellamus; modò dubitatur, an hic talis, qui in hunc modum feudum emere procuravit, potiiri poſſit in feudo empto illis privilegijs, iuribus, & prærogatiuis, quibus cæteri Barones potiũtur, & ſignanter, vt quãdo contingerit filiam, vel ſororem nuptui tradere, poſſit à vaſallis conſuetum exigere adiutorium?

3 Reſpondi Amico interroganti, quòd iuris communis regniſ attentis, forſan quis non erraret, ſi affirmatiuam inſequeretur ſententiam; etenim negari non poteſt, attempta declaratione, modo, quo ſuprà facta, ſatis, ſuperquẽ conſtare, perſonam, quæ in contractu acquisitionis feudi emptoris vicem geſſit, non pro ſe, eiusquẽ heredibus, & ſucceſſoribus; ſed pro illo, cuius pecunia fuit facta acquisitione feudi acquirere voluiſſe; quid enim clariũ loqui poterat, dum pecunia, & contemplatione alterius, non autem ad ſui commodum feudum emiſſe, factus fuit? vnde ſit certẽ locus vulgatiſſimæ regulæ, quam communiter deſumũt *Dõctores ex l. ſed ſi plures 10. §. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. in l. aditio 45. ff. de acq. hæred. & in l. filiusfamilias 42. ff. de conditio. & demonſtrat. vt rei dominium, & cõmodum illi acquiratur, cuius contemplatione actus geritur; cõtractus enim acquisitionis reſpectu illius, qui emit, eſt pluſquã certum, quòd imaginarius, ac prorfus ſimulatus fuit, nam vt omnibus compertum eſt, tractatus ſit cum illo, qui pecuniam exburſavit, & qui verẽ emere vult; ſed quia aliqua ſe offert cauſa, vt proprio nomine emere non poſſit; ſupplicatur Amico, qui ad emendum obicem nõn habet, vt emptoris, ſimulatẽ tamen vicem gerat, & ſic in rei veritate ille, cuius pecunia feudũ emitur, dicitur emptor, & ſimulatẽ, qui nudum nomen accomodat, quo ſit vt ſuccedat alia iuris regula, nimirum, vt plus valere debeat, quòd verẽ agitur, quàm quòd ſimula-*

tè concepitur, vulgato *tit. & l. i. c. plus valer. quidd agit, quàm quod simul. concip.*

- 6 Sed his, & similibus, quamvis yerissimis non obstantibus, contraria sententia in casu proposito cirrà omne dubium tenèda est, nimirum, vt pro Barone haberi nò possit ille, ad finem vt iuribus, & priuilegijs Baronibus concessis frui possit, qui sub alterius nomine feudum emere procurat, demùmque recognitionem obtinet; & vt pateat de veritate, est prius inuestiganda ratio,
- 7 quare praxis inoleuit in hoc Regno, vt aliqui sub aliorum nomine feuda emant, dum possunt proprio nomine absque impedimento aliquo emere, & contrahere, hi, qui sic contrahunt, vt plurimum, vel sùt exteri, vel etiam Regnicolæ, qui legitimo carent successore; causa, quæ mouit exteros ad emendum sub aliorum nomine ea est, quia si proprio nomine emerent, volentes demùm vendere, id satis difficile eis esset, vt experientia docuit, ponderentur, quæso, verba *prag. 17. sub tit. de feud. impressa per Me lib. 1. cap. 67. in nouis, & quæ inibi pro illorum intellectu Ego met scripsi, & ponderaui; eadem, & maior difficultas ad distraendum consideratur in Regnicolis successoribus carentibus, attenta Regia sanctione, quæ est 4. in 2. cap. cit. tit. de feud. ad cuius ornatum, & intellectum scripsi pariter & Ego nonnulla eod. cit. lib. 1. cap. 21. vnde ad hunc obicem euitandum hæ personæ procurant emere sub nomine illorū, qui ad vendendum demùm obstaculum aliquod non habent; supposita hac causa, vt*
- 8 paulatim ad articuli resolutionem deueniamus, non nē est necessariò affirmandum, ut exteri, & successoribus carentes, qui sub aliorum nomine emunt, uoluerint uerè, ut feudi dominiū illi acquiratur, qui emptoris uicem in contractu gerit, quamuis simulatè? Si enim recognitio, quæ fit, operaretur, ut dominiū illi acquiratur, qui pecuniam exbursauit, quando demùm ad feudi empti uenditionem deueniri desideratur, certè ad contractum perficiendum eadem se offerret difficultas, & tamèn illa cessat omninò, quando attenta forma huius contractus feudum, modo, quo supra emptum alienatur; dico plus, si attenta forma horum contractuum dominiū acquireretur illi, cuius pecunia, & contemplatione feudum emitur, si hic talis successorem in feudis nò haberet, iuxta Regni *Constit. Vt de successio-nibus*, certe feudum illud ad Regem supremum dominum reuerteretur, prout & cætera illorum, qui absq; successore decedunt,

- & tamèn, ut accuratè pro more in proprijs terminis, de quibus agimus, aduertit *D. Reg. Capycius Galeot. in loc. citando*, quãdo casus accidit, prout in dies accidere uidimus, nunquàm Fiscus cirrà hoc aliquã habuit prentensionem, quam certè habuisset, si ius bonum fouisset; interesse autem, quod Fiscus habet, illud dumtaxat est, nimirum quãdo moritur ille, qui in contractu emptoris uicem gessit, licet simulatè, nam si absq; legitimo successore decedit, feudū emptū ad dominum reuertitur, sin autē cum successore exigit ab illo consuetum releuium, eiq; inuestituram confirmat, ergò indubitatum est, feudi dominiū in illius personam radicatum dici, qui in contractu emptoris uicē gessit, quamuis simulatè, nò autem in personam illius, cuius pecunia, & contemplatione uerè feudum emptū fuit.
- 11 Secundo ualidius, ad demonstrandū, quòd per recognitionem, quæ fit, feudi dominiū nullatenus translatum dici possit in personam illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum uerè emitur, sat esset asserere, quòd in nulla huius contractus parte hoc legitur, si enim illius uerba ponderemus substantialia, & principaliora, clarè constat de contrario, ex quo possit uerè contrahentes ibi uoluisse noscitur, ut dominiū sit pœnes simulatum emptorem, qui licet declarauerit, alterius pecunia, et contemplatione feudum emisse, uel emendum fore, hoc dicit, ut rationem redderet, quare promittit demùm ad omnem instantiam, & requisitionem illius, qui pecuniã exbursauit feudum uendere, obligare, et alienare; frustratoria enim esset hæc promissio, si per hanc recognitionem dominiū transferretur in illum, ad cuius beneficiū recognitio fit, ex quo nihil superesset, ut transferri posset, nam cum semel quis sit effectus dominus, non poterit iterum effici talis, nec dici potest, quòd dominiū remanserit pœnes utruq; insolidum, quia in feudis præcipuè hoc prohibetur, ut per *Andr. in cap. 1. §. si quis per triginta, cirrà finem, in tit. si de feud. def. milit. et per Ann. allegat. 41. num. 3.* unde benè in una facti contingentia dixi Ego, dictumquè meum à Supremo Regni huius Senatu approbatum, ut recognitio hæc in effectu aliud non importet, nisi specialem hypothecam ad fauorem illius, cuius pecunia, et contemplatione feudum emptum fuit, et ad hunc finem assensum Regis super hoc recognitionis contractu impetrari, quia aliàs non esset necessarius, id, quod nimis clarè, ut idem *D. Reg. Galeota* obser-

uauit,

uauit, suadent verba illa, quæ in calce contractus apponuntur, nimirum, vt pro obseruantia omnium, & singulorum in eo cõtentorum, qui recognitionem facit, obligat ad beneficium illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum emitur, & in specie illud, eiusque corpora, & membra burgenfacica, & feudalia, cum eius iurisdictione, & integro statu hypothecæ, taliter quod preferatur omnibus creditoribus eiusdem met emptoris, ergo constat enixè de voluntate pecuniam exurbantem, vt volnerit feudi empti dominium acquiri illi, qui in acquisitionis contractu emptoris vicem gessit,

14 quia aliàs in re propria pignus, & hypotheca insimul conuenirent, contra *tex. in vulgata l. neque pignus, ff. de regul. iur.* & quãuis aliquãdo dominium, & hypotheca sint compatibilia, id verò, & realiter erit, quando quis dominus, & possessor existens alicuius rei, quæ ex aliqua causa restitutioni subiaceret, cessionem obtineret hypothecæ ab illo, qui rem ipsam obligatam tenet; in hoc enim dũtaxat casu à nostro satis procul dominium, & hypotheca insimul stare, & conuenire possunt; nam factò casu restitutionis, hypotheca illa à creditore cessare poterit exerceri à cessionario olim rei obligatæ domino, siue eius hærede contra personam, quæ in re illa ex legis, vel hominis dispositione successit, ita *Bar. & DD. communiter per illũ tex. in l. ex sextante 30. §. Iulius, num. 48. ff. de except. rei iudic. idem Bart. in l. si finita, §. Iulianus, num. 48. ff. de damno infecto, Bal. conf. 167 num. 2. lib. 5; Dec. in d. l. neque pignus, num. 2. Affl. decis. 8. num. 1. & dec. 16. num. 4. vers. nec obstat, & decis. 237. vbi vrsil. ante num. 3. Negusant. tract. de pignor. 4. memb. 5. par. num. 2. vers. non obstat, & alij per Me relati supra cap. 21. num. 8.*

15 Tertiò, & meliùs, pro dictorum confirmatione est omninò animaduertendum, quòd licet in omni contractu alienationis, quæ sit de re libera dup tantum sint contrahentes, nimirum venditor, & emptor, in illo tamen, qui sit de feudo tres sunt personæ, quæ contrahunt, venditor scilicet, emptor, & directus dominus, *cap. Imperialem, vbi Camer. fol. 24. lit. S. de prohib. feud. alien. per Feder. & habetur in Constit. Constitutionem diuæ memoriæ, D. Reg. de Pont. conf. 45. num. 14. lib. 2. vnde si dices, quem simulatè feudum emisse, ex quo alterius pecunia, & contemplatione emit, hoc erit inter ipsos contrahentes, de simulatione participes, secus autem respectu Regis, qui cum*

16 huius simulationis sit pœnitens ignarus,

quando contractui præstat consecutum, considerat tantum personam feudum acquirentem, in quam consentit, non autem illum, cuius pecunia, & contemplatione feudum emitur, quo quidè a Nostratibus pensato, in proprijs terminis, de quibus agimus conclusionem firmarunt, quoad acquisitionem dominij rei feudalis nullius considerationis esse, de cuius pecunia feudum emitur; sed considerari dumtaxat personam acquirentem, in quam D. Rex consentit, ita scis bene *D. Reg. de Curte in suo diuers. iur. feud. par. 1. cap. 14. num. 104. fol. 53. à ter. D. Reg. de Pont. omninò videndus cit. conf. 45. à num. 14. vsquè, & per totum num. 20. quo*

17 loci hæc omnia explicando dicit, *titulum cum suis l. c. plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & alterum si quis aliter, vel sibi, in feudis non procedere, quia id, quod verè agitur non est notum Regi; sed tantum id, quod simulatè est conceptum, & in hoc est assensus, non autè in eo, quod est verè actum, allegat *tex. egregium in cap. de benef. frat. nò m. cum de iure comuni**

18 feudorum sit dispositum, vt in feudo nouo frater fratri non succedat, *c. 1. §. si autem, de his, qui feud. dar. poss. & c. 1. de duobus frat. de nouo benef. inuest. addit *tex. in d. c. 1. de benef. frat. quòd hoc fallit, si de pecunia communi fuerit feudum acquisitum, dummodo, nota, hoc sit cum cõsensu Domini, quia aliàs nihil prodesset, & sic *tex. voluit apertè, ita demum in acquisitione feudi considerari personam, cuius pecunia feudum emitur, si Dominus directus in actu acquisitionis hoc sciuerit, secus si ignorauerit; Indè Andr. in eo *tex. circa huius scientiæ importantiam, quærens, quare aliàs acqui-****

19 situm ex re communi per gerentem commune negotium vtrique queritur, idemquè si fuerit communi nomine acquisitum, ex dispositione *tex. in l. si patruus, C. commun. vtriusquè iudic. responder, hoc procedere in bonis liberis, secus in feudo, vbi semper Domini scientia requiritur, ea quidè ratione, quia non tenetur Dominus inuitus habere vasallum, ergo subdit *Reg. de Pont. nò**

20 attendi, quòd verè actum est; sed inspicere dumtaxat id, quòd est scriptum; hanc eandem sententiã his, & alijs disertissimis medijs defendit, & p. indubitata tenet *D. R. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 28. à n. 1. usq; & per tot. num. 18. vbi in principio dicit, esse merè somnium vigilantium illorum, qui dicerent, dominium feudi venditi iuxta praxim supra traditam ex contractibus, et declarationibus, quæ sunt, acquiri illi, cuius pecunia, & cõ-*

templatione feudum emitur, *ibique in fine* pro hac sententia huius Supremi Senatus decisionem refert, quam uide omnino; nullibi enim, ut *supgrus* diximus, in his declarationibus leguntur uerba dominij translationem importantia, & Regius assensus, qui super hoc recognitionis contractu petitur, non aliter impetratur ad finem, ut simulatio sit, nota Regi, & successiue ut ex ea dominij translatio de persona in personam causari possit, sed ad finem dumtaxat, ut feudum, quod emitur, remaneat valide obligatum pro obseruatione eorum, quæ in illo recognitionis contractu promittuntur, sic; nullatenus extendi potest, ut impoteret pariter dominij translationem, de qua uerbum nullum, nec in contractu, nec in supplicatione, quæ pro assensu porrigitur, prout ex illorum tenore, quando casus acciderit, uideri potest; est enim hic assensus stricti iuris, ac proinde extensionem aliquam non recipit nec de re ad rem, nec de persona in personam, nec de contractu ad contractum, nec de tempore ad tempus, ut probant *Andr. & ceteri omnes in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. ibiq; Camer. fol. 49. lib. E. Montan. num. 45. 46. & 47. Frecc. de subf. lib. 2. q. 9. per totam, fol. mihi 189. Lanar. conf. 60. num. 120. & dixi Egomet lib. 1. c. 28. num. 11. dum ibi de assensu Apostolico uerba faceret.*

22 Quibus sic statibus, cauendum erit omnino à determinatione nouissime facta per Dominos de Rot. in vna *Rossanen. decisionis*, coram Illustriss. Domino Bichio sub die Veneris 28. Iulij currentis anni 1641. dum præstantissimi illi Patres iuris communis regulas attendentes, fidei quæ præstantes attestacionibus aliquorum Causidicorum huius Ciuitatis, ac depositionibus duorum testium deponentium, in hoc Regno consuetudinem vigere, ut exteri feuda iuxta praxim supra traditam ementes, Barones euadant, contrarium eius, quod modo firmauimus, resoluerunt; etenim quodad iuris fundamenta, quæ in illa *decisione* habentur, satis ex conclusionibus supra positis corrumpunt, nam si illa uera esse fateri uolumus, procedunt in contractatione bonorum allodialium, in quibus terminis loquuntur omnes *Doctores* per *Rot.* citati; secus uero in bonis feudalibus, in quibus individualiter, & in proprijs terminis, de quibus agimus, loquuti sunt, & alij per Me supra relati: quò uero ad consuetudinem, ut demonstrarem, quòd sit merè somnium illorum, qui de ea testati sunt, plura mihi se-

ferrent, quæ pro modestia taceo; duo tamè dicam libenter, primum satis, superq; contrarium cõstare ex scriptis per tres Dominos Regentes Regiam Cancellariam, *De Põte* nimirum, *De Curte, & Capycium Galeot.* in locis per Me supra citatis, qui omnes fuerunt Viri consuetudinissimi, & Foudistæ insignes; utiq; enim præsumendum non est, scripsisse hos periculisimos Doctores super articulo, qui ex Regni consuetudine diffiniebatur, nec sequi poterat decisio per *D. Reg. Capycium Galeot.* relata in præcitata *controu. 28.* quæ fuit facta iunctis Dominis Cõsiliarijs duarum Aularum, & ut proprijs oculis uidi ex libro *Votorum*, qui conseruatur penes Magnificum Secretarium Sacri Consilij, nemine contradicente, & eum pariter hijs diebus de hoc uerba facerem cum Domino *Regente Brancia*, viro doctissimo, & maximo *Frudista*, qui fuit commissarius illius cause, super qua Dominus *Regens Galeota* scripsit, respondit mihi, apud Regni huius Peritos de his nunquam dubitatum fuisse, subiungitquè, ita alijs in proximo præcedenti seculo, dum uiebat magnus ille *Præses de Franchis*, cum illius interuentu per S. C. determinatum fuisse, in causa *Aloysij Antonij Minutuli* heredis *Marini Minutuli*, qui terram Cancellarie sub alterius nomine emerat, cum sorore eiusdem *Marini*, in qua fuit habitum pro absoluto, ut quando quis feudum emit sub nomine alterius, à quo antè, vel post contractum acquisitionis feudi solitam obtinet recognitionem, non nisi pro creditore super illo feudo habeatur, non autem pro Domino; Alterum, quod pro responsione ad allegatam consuetudinem mihi occurrit, illud est, quod meo paruo intellectu percipere non possum, quo pacto in hoc Regno consuetudine induci possit, ut Petrus cum Regis assensu emit feudum, fidelitatem iuret, consuetum quorannis supremo Domino præstet seruitium, in generalibus parlamētis, quæ sepe sepius in Regno celebrantur, ut Baro ad votum præstandum uocetur, & quòd alius eiusdem feudi sit Baro, potiatuq; omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus & ceteri Barones fruuntur; certè hæc est admirabilis consuetudo, quæ Rege incio Barones sic creat, & facit, eoq; magis admirabilis redditur, si consideramus, per illam tot Monasteria, & personas ecclesiasticas, quæ in dies feuda sic emunt, Barones euadere, contra expressum *text.* in *cap. 1. §. qui clericus, in tit. si de feud. defunct. controu. sit, & in Constit. Regni Errores eorum;*

noscitur verè, rebus, & Causidicos nostros, qui de hac consuetudine testari sunt ex eo allucinatos esse, quia vident has personas, quæ sub alterius nomine feuda emunt, eorundemmet feudorum fructus, & emolumenta percipere, omniaq; possidere, regere, & gubernare, ac si verè, & realitèr domini essent, haud considerantes, quòd possessio sola non facit quem Baronem, vt dicebat *Andr. in cap. 1. num. 23. in fin. de Capit.*

23 qui cur. vend. quòd dominium feudi, per cuius allequutionem quis propriè efficitur Baro, est penès emptorem, quamuis simulatum, & quòd hæc perceptio fructuum, & emolumentorum, gubernium, & administratio feudi, quam nos in Regno vulgò *Tenuam* appellamus, sit ius quodam merè allodiale, cuius est capax etiam, qui feudorum est penitèns incapax, vt in terminis loquebatur *D. Reg. Galeoz. cit. lib. 1. contron. 36. à num. 30. vsq; ad 34. vbi autoritate Andr. de Ifern. in cap. Imperialem, §. illud, à num. 68.*

25 ad 71. docet, quòd quando non agimus de dominio feudi, sed de simplici tenuta, siue possessione, potest feudum possideri, etià per illum, qui est incapax successione, & dominij, ratio assignatur, quia possessio est facti, sicq; iure ciuili infirmari non potest, possumus enim possidere rem, dicit *Andr. cuius proprietatem habere non possumus, ad rex. in canon. dilectis 12 q. 1.*

26 Et quòd hæc perceptio fructuum cum amplissima administratione feudi, quæ per instrumentum recognitionis datur illi, cuius pecunia, & contemplatione feudum est emptum, sit ius merè allodiale, à feudi dominio prorsus distinctum, ac separatù, & successiue, vt per illud quis Baro effici non possit, dico, fuisse per Sacrum Consiliu iunctis Dominis duarum Aularum, & nemine contradicente decisum, vt similiter ex libro *Votorum* vidi, in anno 1615. & 1616. in causa Fuluie Scòdita cum D. Maria Rossa, cuius decreti verba habes penès *Thor. in suo compend. decis. par. 3. in verb. heres an debeat immitti, in fine*, quem, vt cernitur ex allegatis per ipsù *ibi*, noscitur aperte, nullam huius causæ habuisse intelligentiam, nec cognitionem aliquam, quã cum nec Ego paritèr haberè; volui videre processum, super quo incidit de his disputari; & inueni, annis longè decursis emptam fuisse Terram Centulæ Prouinciæ Principatus Citrà à Marino Russo nobile Sedilis Montaneæ de propria pecunia, & ad contemplationem Camilli Pottij nobilis Messanenensis, ad cuius beneficium Marinus ipse

amplissimam fecit recognitionem, & cum omnibus clausulis, quæ pro cautela Camilli excogitari poterant; contigit demum, Camillum in anno 1580. è viuis decedere, iustituta hærede Fuluiâ Scòdita nepre, vxoris ipsius Camilli (Deus scit quomodo) vnde orta fuit controuersia super successione dictæ Terræ inter Ascanium Rusiam filium Marini simulati emptoris eo tempore defuncti, & successiue inter D. Mariâ filiam Ascanij ex vna, & prædictam Fuluiâ Camilli hæredem ex altera; dicebat Ascanius, feudum prædictum ad ipsum tâquam filium Marini emptoris spectare debere, nec aliquid prætendere posse Fuluiam hæredem scriptam, tum primò, quia dominiũ feudi nunquam penès Camillum extitit; sed penès Marinum emptorem, & successiue penès ipsum Ascanium filium, tum secundò, quia adhuc si dominium feudi extitisset penès Camillum, Fuluiâ tanquam hæres prorsus extranea in illo feudo tam de iure communi feudorum, quam Regni huius succedere prohibebatur; è contra Fuluiâ hæres concedendo, quòd negare non poterat, dominium feudi extitisse, & extare penès Ascanium emptoris filium, nec vnquam penès Camillum, pro iurium suorum tuitione dicebat, ipsam nunquam prætendisse succedere in dominio dictæ Terræ, quia hoc erat impossibile, sed tantum succedere in illud ius, percipiendi fructus ex illo feudo eo modo, & forma, prout percipiebat Camillus, defunctus, quòd quidem ius cum feudale dici non poterat; sed merè allodiale, poterat transferri in ipsam Fuluiam hæredem, quantumuis extraneam, vnde dubitatum fuit, vter litigantium meliora iura foueret; Sacrum Consiliu habuit pro vero, Camillum per recognitionem sibi factam à Marino feudi emptore aliud allequutum non fuisse, nisi simplicem Tenuam dicti feudi, ipsamque Tenuam esse merè allodiale, sicq; ad quolibet hæredem extraneum transmissibilem, ac proinde mandauit, in possessionem tenuæ prædictæ immittendam esse Fuluiam hæredem scriptam; Hac decisione sic itante, vt omni, qua decet reuerentia satisfaciamus Dominis de Rota, peto Ego, quò pacto affirmari possit, in hoc Regno consuetudinem inductam esse, ut Exteri, qui à Regnicolis propria eorum pecunia feuda emere procurant, ex recognitionibus, quantè, vel post amplissimè sunt, Barones ouadant, ac pro talibus habeantur? Si enim Camillus, qui erat Siculus ex recognitione

ad sui fauorem à Marino feudi emptore facta, effectus fuisset Baro, sicque illius feudi dominium assequutus, certè non poterat tractari, an Fulvia, quæ fuit eius hæres, in Tenutam dicti feudi immitti poterat, quia aperto iure in eo feudo successisset agnatus, si quem habuisset, vel eo deficiente Fiscus; item si in causa, super qua pro veritate scripsit *D. Reg. Galeot. in relata contro.* 28. Marchio Boualini effectus fuisset Dominus Terræ Sancti Lucæ ex declarationibus factis per simulatum emptorem Terræ prædictæ, Sacrum Cõsiliium nullatenus determinare potuisset, vt filia emptoris in possessione illius feudi manuteneretur; sed ordinasset, vt immittoretur Alexander Marchionis frater, & in feudis immediatus successor.

28 Sed dicit quis, quare in causa terræ Centule non fuit conseruatus in possessione hæres simulati emptoris, prout extitit in causa terræ Sancti Lucæ? responsio est satis patens, nimirum quòd in causa Centule non aliter disputatum extitit, quis nam in dominio illius feudi succedere deberet, quia fuit habitum pro indubitato, dominium extitisse penes emptorem, quamuis simulatum, & eo defuncto in eius hæredem translatum, nec vnquam illud acquisitum Camillo, cuius pecunia, & contemplatione feudum emptum fuit; sed tantum dubitatum, an annua illa perceptio fructuum feudi, quæ extrabat penes Camillum, dum vivebat, vt ius merè allodialè transferri poterat in Fuluiam eius hæredem, & sic questio fuit circa Tenutam feudi inter hæredem simulati emptoris, & hæredem Camilli; At in causa terræ Sancti Lucæ cõtrouersia fuit super plenaria successione illius feudi, & Alexander Loffredus, qui pleno iure succedere volebat, erat frater Marchionis, cuius pecunia, & cõtèplatione feudum emptum extiterat; Verum qui feudum emerat, quamuis simulatè, & successiuè eius filia excipiebat, quòd Alexander nullum ius fouebat bonum, nam quòd acquisitionem dominij illius feudi, cum nunquam illud extiterat penes Marchionem, consequenter in eius immediatum successorem transferri non poterat; & quòd alia, quæ prætere potuisset, vel circa Tenutam, vel circa pretiũ, cum hæres, & donataria bonorum allodialium, & cersorum feudorum ex Regia dispensatione eiusdè Marchionis vxor extitisset, Alexander frater in testamento à Marchione nullo modo nominatus, nil prætere poterat, et quamuis demum in pe-

torio super pretij consequutione egisset, quia malam fouere causam compertum fuit, ab instituto iudicio desistit, nec amplius litè prosequutus fuit, venditaq; Terra Sancti Lucæ, pretium obuertum vxori Marchionis hæredi institutz solutum fuit.

Vndè ex his omnibus sic benè, vt spero, enucleatis, ex omni sui parte tutissima redditur nostra sententia, nimirum vt ille verè, et realitè dicatur Baro, qui feudum emit, quamuis simulatè, illum autem, cuius pecunia, et cõtèplatione feudum fuit emptum, per recognitionem, quæ fit Regio assensu vallatam, non aliter assequi eiusdem feudi dominium, per cuius assequutionem efficitur quis Baro; sed simplicem Tenutam, quæ est merè allodialis, & successiuè hunc talem nullatenus Baronem appellari, & censeri posse, ad finem vt priuilegijs, immunitatibus, & prerogatiuis Baronibus Regni huius concessis potiri possit. Hæc occurrunt.

☞ Sacra Rõta cõsideratis his omnibus hic per Me allegatis, existimauit, in casu proposito, & meritò recedendum esse à decisis in *d. Rossanen. decimarum dicta die 28. Iunij 1641.* prodiitque anno sequenti alia decisio coram eodem *Illustissimo Domino Bichio* secundam hanc, quæ nos tuemur sententiã, quæ quidè determinatio, cum adhuc in aliorum Codicibus non legatur, curauit, vt hic imprimeretur, & est tenoris sequentis.

Mercurij 18. Iunij 1642.

In hac quarta propositione dubij super attentatis, cuius resolutio pendet à pertinentia tituli Baroniz Coriolani, Informantes pro Reuerendiss. D. Archiepiscopo noua fundamenta, & in facto, & in iure excitarunt, ex quibus Rõta reiectis primæ, & terciæ decisionè, secundam confirmauit, emissam 4. Iulij 1640. in qua dictum fuit, non constare de attentatis, quia titulus Baroniz non est penes Iacobum Salutium, super cuius animabus fuit facta executio, quæ idèo attentata pretendebatur, sed penes Leonem Parisium.

29 Quod apparet tam ex instrumento venditionis dicti feudi factæ à Duce Rhodi ipsi Leoni Parisio proprio nomine stipulanti, cui propterea Baroniz quæ sita fuit, quamuis ex aliena pecunia emisset, *l. si ex ea, C. de rei vend. l. qui aliena pecunia, l. nihil prohibetur, C. si quis alteri, vel sibi, Menoch. cons. 122. num. 15. Negusant. de pignor. 2. memb. par. 2. num. 13. Osasch. decis. 140. num. 4.*

Quam

Quam etiam ex alio instrumento recognitionis antè dictam venditionem stipulato inter Salutium, & Parisium; Tùm quia illud continet expressam declarationem, quòd dominium feudi acquiratur Parisio, eiusque heredibus, et successoribus, ibi, *Adeo, quòd transferatur, & transferri intelligatur in ipsum Leonem, eiusque heredes, & successores, & per eos acquiratur dominiũ, & possessio dictæ Terræ, & feudorũ, &c. et infra, ibi, Et donec dominiũ dictæ terræ, &c. fuerit pœnès ipsum Leonem, et non semel Leo enunciatur Dominus utilis eiusdem Terræ, ibi, Item ad procuratorio nomine ipsius Leonis, & pro eo transigendum, &c. de quibusvis differentiis, etc. inter ipsum Leonem vtilem Dominũ dictæ Terræ, Casalium, & feudorum, &c. & quasvis personas vertentibus, &c. et infra, ibi, Item pro ipso Leone tanquàm utili Domino dictæ Terræ, etc. Ac tandèm ibi, Item ad nominandum, etc. in quibusvis Abbatibus, &c. ad collationè ipsius Leonis tanquàm utilis Domini, &c. spectant.*

30 Tùm etiam, quia Salutius cõuenit, quòd Leo ad omnè illius requisitionem teneatur feudum insolutum dare, cedere, renunciare, aut alio quouis titulo trãsserre; id, quod supponit dominiij acquisitionem in persona Leonis, citrà quam Leo feudum per cessionem, aut aliam alienationis speciem in alium transferre non potuisset, ad *tex. in l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. in terminis Menoch. conf. 122. num. 67. Rota dec. 130. num. 13. p. 5. recent. et demonstrat, apud Leonem residere facultatem disponendi de titulo feudi, per quã in eundem dicitur translaturũ dominiũ, Angel. in Auth. de restit. antè num. 1. vers. nota, Menoch. conf. 381. num. 6. quia de ea dominium formalitèr prædicatur, l. in re mandata, C. mandat. Corn. in l. 1. num. 32. C. de hered. instit. Menoch. conf. 492. num. 12. Rota decif. 262. num. 1. par. 1. diuers.*

31 Ex inclusione autèm Leonis venit in necessariam consequentiam exclusio Salutij, quia impossibile est, dominium eiusdè rei, et generis apud duos insolitum eodem tẽpore reperiri, *l. si ut certo, § si duobus vehiculum, ff. commodat. l. 3. § ex contrario, ff. de acquir. possess. latè Gomez in l. 45. Tauri, num. 98. et in terminis dominiij utilis Ifern. in c. 1. § si quis per triginta, sub nu. 8. si de feud. defunct. milit. et in cap. 1. num. 10. et 11. de capit. Corrad. Menoch. conf. 226. num. 154. Anna alleg. 41. num. 3. Surd. dec. 282. num. 22. Gamma decif. Lusit. 244. n. 1. et gratis dicitur, dominiũ Leonis considerabile esse respectu dumtaxat deuolutionis feudi ad Camerã Regiã, et solutionis releuii, quia in præfatis instru-*

mentis hæc restrictio nullatenus legitur.

32 Quinimò, quòd apud Salutium nullo respectu dominium, ac titulum Baroniz Partes residere voluerint, comprobatur vltèriùs tam supradicta promissio Leonis dandi insolutum, cedendi, et renunciandi feudum Salutio ad omnem eius requisitionè, signum euidens, quòd antè huiusmodi cessionem, seu renunciationem Salutius dominio caruit, et caret, quia alioquin inutilis illa foret, cum quod nostrũ est, amplius nostrum fieri non possit, et impossibilis sit in eadem persona titulorum successiuã multiplicatio respectu dominiij, *l. 2. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess. c. inter dilectos, circa fin. de fid. instr. Cacer. var. resolut. par. 3. cap. 7. num. 313. Rot. decif. 218. num. 10. par. 6. recentior. Nec sola promissio cedendi, dominium transtulit, Faber de laudem. decad. 1. error. 4. num. 16.*

33 Tùm explicita constitutio hypothecæ specialis, quam Salutius sibi referuari voluit super bonis feudalibus cum prælatione quibuscunquè creditoribus Leonis, donec sequatur dicta cessio, aut renunciatio, seu pretij solutio; nam quia hypotheca in re propria non cadit, *l. nequè pignus, ff. de reg. iur. Ruin. conf. 174. nu. 15. lib. 1. Surd. conf. 195. num. 6. eius referuatio denotat, dominium non reperiri pœnès referuantem, vt benè ad propositum ratiocinatur Socin cõf. 93. num. 6. lib. 1. Aret. conf. 159. num. 15. vers. sed qui promittit, Surd. conf. 184. nu. 3. V inc. de Franch. decif. 506. num. 12. et seqq.*

34 Idemquè suadet causa finalis, ob quam Salutius non emit feudum proprio nomine, vt facile poterat, sed nomine Leonis, quia scilicet cum sit aduena, non potuisset postmodũ de feudo disponere absquè consensu Regismet, obstante Pragmatica 17. de Feudis, qui difficilius, aut saltem tardius impetratur, quàm cõsensus Proregis, qui solus sufficit, quando vendit Regnicola, qualis est Leo, et ob id inoleuit praxis in Regno, quòd Exteri procurant per Regnicolam feuda emi de propria eorum pecunia, referuata ipsis ad partes potestate, et mandato ad iurisdictionem administrandam, feuda regendum, et fructus percipiendum, vt deponunt plures testes pro D. Archiepiscopo examinati, et attestantur insignes Doctores Neapolitani Regens Capyc. Galeota controuers. 28. sub num. 6. lib. 1. et Donat Anton. de Marin. resolut. quotid. cap. 38. num. 2. et 7. lib. 2. At verò si dominium feudi fuisset quæsitum Salutio, quando demũ ad feudi empti uenditionem deueniri de-

sideraretur, eadem se offerret difficultas, et necessitas assensus Regismet, quam Salutiarius euitare, vt supra voluit, et sic etiam ex hoc colligitur voluntas contrahentium acquirendi dominium soli Leoni, à qua voluntate dominij acquisitio pendet, *l. in omnibus, ff. de act. et obligat. Senat. Dolan. apud Griuell. decis. 142. num. 6.*

35 Ex quibus non obstat, quòd in eodem instrumento recognitionis Leo declarauerit, se empturum contemplatione Salutii, eidemque reseruata fuerit amplissima facultas regendi, et gubernandi bona feudalia, iustitiam ministrandi, Officiales deputandi, et redditus, ac emolumenta omnia, in proprios vsus erogandi; Quia persona Salutii contemplata fuit, non respectu acquisitionis dominij Leoni tantum iuxta prædicta acquirendi, sed respectu acquisitionis hypothecæ specialis, ac emolumentorum, præfatæque amplissimæ facultatis gubernandi, quæ differt à dominio feudi, vt pluribus probat *Salon. de Pace ad ll. Tauri in proam. num. 59. et quatuor seqq. Cabot. lib. 1. quest. cap. 18.* quos refert, et sequitur *Ciriac. controuer. 401 nu. 50* et vulgò in Regno ap-

pellatur *Tenuta*, testè *Donat. Ant. de Marin. dicto cap. 38. nu. 24* qui addit, esse ius merè allodiale, cuius est capax, etiam qui feudi incapax est, ex doctrina *Ifern. in cap. Imperialem, § Illud, ex num. 68. et seqq. de prohib. feud. alien. per Federic. quem sequitur Anna singular. 535.* Aliquæ allegati per *Galeot. controuer. 36. num. 31. et seqq. lib. 1.* ac ita fuisse, decisum in Magno Consilio Neapolitano iunctis Aulis refert idem *Donatus Antonius ibidem num. 26.*

37 Nec opus est querere, an in casu nostro simul concurrere potuerint in persona Salutij dominium, & hypotheca, siue, an intret regula plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur, ac tertio, an assensus Proregis Salutium Baroniarum dominium effecerit. Cum enim ex instrumentis emptionis, ac recognitionis Partes voluerint, acquiri dominium Leoni, Salutio verò hypothecam, ac tenutam, cessant præfatæ quæstiones; Et assensus Proregis, qui non extendit recognitionem vltra ibi disposita, sed ab ea regulatur, *Frecc. de subfeud. lib. 2. quest. 2. num. 14 fol. 177. & quest. 12. num. 16 fol. 195.* operatur solum, vt valida sit tenuta, & hypotheca feudi ad fauorem Salutij, etiam in præiudicium successorum, ac Regij Filci, *Ifern. in cap. 19. quid ergo, num. 5. de inuest. de re alien. fact. Præposit. in cap. Imperialem, num. 4. in fin. de prohib. feud. alien. per*

Feder. Frecc. de subfeud. lib. 2. quest. 29 num. 7. vers. secundo fallit, & num. 8. fol. 360. Rosentall de feud. cap. 9 membr. 1. conclus. 14 num. 3. & conclus. 18. num. 1. & 2. Et magis in 38 specie ad regulam plus valere quod agitur, respondetur, eam procedere in allodialibus, non autem in feudalibus, estque ratio differentiarum, quia in his vltra personas venditoris, & emptoris interuenit etiam Dominus directus, qui consentiendo contractui tollit obstaculum respectu alienantis, & videtur dare, & conferre respectu acquirentis; Vnde fit, vt semper attendi debeat persona, in quam ille consentit, neque errat, de cuius pecunijs feudum fuerit emptum, *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. par. 1. cap. 14. num. 104. fol. 53. à tergo,* seu quid in occulto verè Partes senserint, quia Domino directo nõ est notum id, quo verè agitur, sed tantum id, quod simulate est conceptum; et in hoc est eius assensus, non autem in eo, quod est verè actum, vt bene aduertit *Io. Franc. à Ponte cons. 45. num. 14. et pluribus seqq. lib. 2.*

39 Prout neque curandum est de ex aduerso allegata consuetudine, ac testibus deponentibus, quòd per huiusmodi instrumenta recognitionum Dominus pecuniæ in emptionem erogata efficitur Baro, omnibusque Baronibus privilegijs potitur. Quia tam ex prædictis, quam ex pluribus alijs per Informantes pro D. Archiepiscopo adductis dicti testes probantur in mysteri alieni à veritate, et prævalent testes Archiepiscopi contrarium deponentes, quibus inheret fides extrajudiciales Aduocatorum Curie Neapolitanæ, inter quos ipse *Ioannes Baptista de Thoro* recedendo ab ijs, quæ alias dixerat, et *Galeot. d. controuer. 28. num. 1. & seqq. vbi,* quòd contrarium asserere est merè somnium vigilantium, ipsumque sequitur *Donat. Ant. de Marin. d. cap. 38. quotid. resol. num. 22. ac num. 26. & 27. vbi* in idem refert decisiones Magni Consilij emanatas iunctis Aulis, et cõcordat alia decisio Collateralis Consilij Neapolitani data in *Summar. impresso D. Archiepiscopi, num. 7.*

Et in casu nostro hoc ipsum comprobauit obseruantia, vt latius in *secunda decisione*, et in *Summario Domini Archiepiscopi num. 10. & seqq.* non obstantibus aliquibus actibus pro Salutio adductis, quia referri possunt ad ius tenutz illi cõpetens, et ad mandatum procuræ in dicto instrumento recognitionis contentum, ne alias erronei iudicentur.

Et ita decisum, vtraque, etc.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellare an liceat à decreto Portulani ad Iudicem secundarum causarum, & nu. 3.
- 2 Appellatio à decretis, quæ proferuntur à Bailulis locorum nùm interponi possit ad Barones, siue eorum Capitaneos.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Barone possidente Portulaniam à decretis Portulani, quem elegit, possit appellari ad Iudicem secundarum causarum, sicut appellatur à Iudice primarum, & quid à decretis Bailulorum, an possit ad Baronem, siue eius Capitaneum recursus haberi.

C. A. P. XXXIX.



Baro habens primas, & secundas causas in sua Baronia, si demum à Reg. Curia emerit Portulaniam, & Portulanum elegerit pro iustitia ministranda, alias dubitatum fuit, an à decreto Portulani sit ad Iudicem secundarum causarum appellandum, eo modo, quo appellatur à decreto Iudicis primarum causarum?

- 1 Nostrates tractarunt articulum in terminis decretorum, quæ proferantur à Bailulis locorum, & communiter dixerunt, ut ab illis appellatur ad Barones, qui in eorum Terris Iustitiarj dicuntur, ita *Ass. in Coas. Regni Magnæ Curie Nostre, n. d. vers. hodie verb. Barones, Niger in cap. Reg. ad quietum publicum, nu. 13. & seq. Maria. de subsead. lib. 2. id. 16. in arch. fol. mihl 349. vbi in fine addit, hoc procedere, etiam si fuerit appellatum ad Capitaneos eorum, & hoc propter impensas vitandas, idemque *Ant. Ego lib. 1. cap. 27. num. 23.**
- 2 In distilo autem proposito inveni in quibusdam Manuscriptis *Domini Julij Cesaris Mæcedis Regis Camera Summarie Præsidentis his, quæ sequuntur verbis insignem illum Iureconsultum respondisse.*

Fuit dictum in Regia Camera, quod sicuti Baro, licet habeat amplissima privilegia, non per hoc habet Portulaniam, nisi expresse dicatur, ut per Dominum meum, & alios, & ita passim iudicatur, ita si habeat secundas causas, non intelligitur de causis Portulanæ, nisi expresse dicatur; necesse igitur, quod appelletur ad Iudicem legitimum Portulani, & erit, vel Portulanus Provincia, vel Regia Camera: in causis summarijs Portulanus Regius, in causis ordinarijs erit Regia Camera Index competens, & ita servatur. hæc ille.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacerdotalis qualitas an requiratur in præsentatione ad beneficium, ea lege fundatum, ut qualibet die Missa sacrificium in eo celebraretur, & num. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 21.
- 2 Canonicatum an quis possit habere in Ecclesia Collegiata, & insimul in plebe rurali simplex altare.
- 3 Beneficia plura habere ius non resistit.
- 4 Capellanus an ab Episcopo cogi possit ad residendum in simplici beneficio.
- 5 Gratificationi quædo locus est in pluribus præsentatis ad beneficium de iure patronatus.
- 6 Observantia est æqua interpret dubia voluntatis testatoris.
- 7 Prædicti nomen an comprehendat quemlibet clericum, etiam in minoribus constitutum, & num. 20.

A R G V M E N T V M.

Agitur de Beneficio ea lege fundato, ut singulo quoque die in eius altare à Beneficiato pro tempore Missæ sacrificium celebraretur, an illo demum vacante, in præsentatione respectu præsentandi Sacerdotalis qualitas requiratur, vel sat sit, si præsentetur quilibet Clericus, adhuc in minoribus constitutus, vbi novissima decisio *Rota Romana.*

C. A. P. XL



Beneficium sub titulo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli de iure patronatus laicorum ex lege, eoq; iniuncto onere fundatum reperiebatur, ut singulo quoq; die in eius altare a Beneficiario pro tempore Missa sacrificium celebraretur, fuit dubitatum, an vacante beneficio in presentatione respectu presentandi Sacerdotalis qualitas requiratur, ut scilicet qui presentandus est actu Sacerdos esse debeat, vel sat sit, si presentetur quilibet Clericus, adhuc in minoribus constitutus?

Intricata est questio hęc, quādoquidem *Lopus allegat. 35.* in questione illa, an quis abque Apostolica dispensatione possit in Ecclesia Collegiata habere Canonicatum, & insimul in plebe rurali simplex altare, in quo testator mandavit, a Presbitero eligendo diuina celebrari, affirmatiuam amplexus fuit sententiam, ea quidem ratione, quia ius non resistit, ut quis plura possideat beneficia, ad *text. in c. dudum*, vbi *glos. magna de prebend. nec in aliquo* obstat, si quis opponeret, quod illud altare personalem exigit residētiam, ex eo, quod iustum fuit, & edificari pro Missis celebrandis, quia satis testatoris voluntati prouisum cęsetur, si ibi per alium diuina celebrantur, nec iure cautum est, quod hoc casu Beneficiarius per se, & nō per alium deseruire debeat, sicquē in anno 1579. Sacram Congregationem Sacri Tridentini Concilij Interpretum determinasse comperimus *sess. 22. cap. 4. de reform.* dum mandauit, Capellanum absentem non posse ab Episcopo cogi, ut ipse in occasione celebrandi in beneficio, resideat, licet in fundatione dispositū sit, ut Capellani personaliter celebrarent, cum tamen in litteris rectē per substitutum satisfiat, cuius quidem Sacre Congregationis determinatione, & *Lapi* auctoritate moni *Domini de Rota* in terminis casus propositi, in vna Romana Capellania sub die 19. Maij 1589. corā *D. Pamphilio* consuevit, Capellanum presentandum non debere necessariō esse Sacerdotem, nec refragari, quod Fundatoris verba in personam ipsius Capellani directā videbantur, cum dixerit, quod beneficium pro tempore obtinens, certas Missas in qualibet hebdomada celebrare debeat, quia illa non respiciebant factum ipsum celebrationis, sed potius posita erant ad

demonstrandam obligationem, & onus, quod Fundator Capellę imposuerat, idēq; *Domini ipsi de Rota* prius firmauerāt in alia Romana Capellania 19. Martij, & 14. Nouembris 1586. corā eodem *D. Pamphilio*, quarum tenor est apud *Gorgiam* *mastr. de benef. sic. part. 7. cap. 1. a num. 70.* eandemq; amplexus fuit sententiam *Hieronymus Gonzalez super regula 8. Cancell. glos. 5. a num. 72.* vbi *num. 74.* dicit, veriorē esse sententiam, nō aliter requiri, quod presentandus presentationis tēpore Sacerdos esse debeat, neq; in ea etate, ut infra annum ad Sacerdotiū promoueri possit, rationem assignat, quia per illa verba, quod presentetur Capellanus, qui celebret, vel in quālibet hebdomada, vel mense tot Missas dicat, non exclusit Fundator, quod per substitutum non possit presentatus eas Missas celebrare, sequitur *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 133. num. 2.* & nouissimē alijs relatis *P. Diana resol. moral. part. 4. tract. 4. miscell. resol. 237.*

7 Contrariam verō sententiā firmarunt *Andr. Barbat. conf. 33. num. 9. vers. & ex istis insertur. lib. 2. & Lambert. de hęcopatron par. 1. lib. 2. in 27. art. 7. quest. princip. num. 2. fol. mihi 78.* hi enim putarunt, quod vbi ea lex a beneficij Fundatore data fuit, ut in qualibet hebdomada tot Missę per Capellanum presentandum celebrari debeant, quod necessariō presentandus est actu Sacerdos, non autem quilibet Clericus hoc sacro Presbiteratus ordine nō insignitus, quā quidem opinionem cepit *Barbat.* cuius pariter amplexam fuisse *Rota* est in *decis. 496. tom. 1. & 216.* vbi aliz referuntur *tom. 2. in collectis per Farinac.* in quibus fuit dictum, quod vbi in fundatione ordinatū extitit, ut pro celebratione Missarum deputetur, vel eligatur Sacerdos, siue Presbiter, quod non nisi, qui actu est Sacerdos presentari debeat.

8 Quid dicendum? *Illianus Primus* ad hęc controuersiam dirimendam lex constituit casus in sua *prax. iuris patronat. part. 2. lib. 6. cap. 6. a num. 24. ad finem*, placet tamen bifaria distinctio nouissimē tradita a *Rota* in vna *Maceratans. benef. sub die 10. Aprilis* hoc anno 1659. corā *D. Merlino*, nam cum tota hęc questio resolutio a ponderatione verborum fundationis dependeat, illorum tenor est bene attendendus, ad *text. in cap. quętera. de iure patronat.* etiam aut fundant, qui beneficium onus Missas celebrandi adiungit prosequuntur, & aptitudinis presentandi, prout erat casus a me in principio propositus, nō est tamen, quando

Fundator mandauit, vt tot Missæ in qualibet hebdomada à Beneficiario pro tempore celebrari debeant, vel si dixerit, quòd persona illa, quæ hoc beneficium, hanc Capellaniã obtinuerit, tot Missas in qualibet hebdomada celebrare habeat, & tunc quia verba hæc non aliter respiciunt factum ipsum celebrationis Missarum ab ipso Capellano; sed potius (vt bene aduertit *Vinian loco citato, num. 32.*) posita sunt ad denotandum obligationem, & onus à Fundatore impositum, citrà omne dubium dicendum est, non aliter requiritur, quòd omnimodò præsentetur Sacerdos actu, sed sat esse, si præsentatur habitu tantùm, vt nimirum sic ille talis, qui in prosecutione, & tractu temporis Sacerdos effici possit, in his enim casibus, cum Sacerdotalis qualitas potius sacello, & beneficio inhæreat, quàm personæ presentandæ, satis dicimus, Fundatoris voluntati prouideri, si onus ab illo iniunctum circa Missarum celebrationem adimpleatur, vel per ipsum Beneficiatum, vel per alium loco sui, & ita procedit opinio à principio relata, aut & tandem fundas quis beneficium Sacerdotalem qualitatem in ipso præsentationis, siue electionis actu exigit, vt quia in iniuncto opere Missarum in qualibet hebdomada celebrandi, mandauit, vt pro illarum celebratione præsentetur, siue eligatur, vel deputetur Sacerdos, & eo casu non est, cur dubitari possit, vt Sacerdotalis qualitas in ipso præsentationis, vel electionis actu requiratur, & procedit secunda opinio, verba autem *decisionis Rotæ* in dicta *Maceratensi beneficij* coram *D. Merlino* adhuc non impressæ, vbi hæc synodalis distinctio habetur, sunt quæ sequuntur:

Veneris 1. Aprilis 1639.

10 Domini Angelus, & Antonius Maria fuerunt præsentati ad hoc beneficium, quod vtrinque præsupponitur de iure patronatus familie quondam Comitum de Benedictis, & ambo medietatem vocum habuerunt, & sub eadem data derogationem pro alia medietate obtinuerunt à S. D. N. patresque videbatur in qualitatibus, vel saltem vnus qualitas, & prærogatiua æquari poterat cum altera alterius præsentati, adeò vt in hoc æquilibrio meritorum potuisset esse locus gratificationi, vt per *Abb. in cap. cum autem, sub num. 3. de iure patron. Lambert. de iure patr. p. 3. lib. 2. quest. 4. princ. art. 1. num. 1. Casar de Grassis decis. 1. num. 9. de iure patron. Card. Caualer. decis. 5. 17. num. 7.*

11 Cateram Dominis visum fuit, hoc Beneficiu esse Sacerdotale, ita vt opus fuerit præsentari Sacerdotem actu, vnde cum Angelus super hoc obtinuerit dispensationem à Papa, perindè est, ac si esset actu Sacerdos, ex notatis per *Dec. in cap. at si Clerici, S. de adulterijs, num. 168. de iudicijs, Oldrad. cons. 215. num. 6. Rot. in recentior. decis. 12. num. 13. p. 5. Loher. de re benef. lib. 1. quest. 40. num. 167. & seqq.* Hanc autem dispensationem non obtinuit Antonius Maria, & propterea eo potior iudicari debet Angelus, cum habeat qualitatem exigitam à Fundatore, ex *can. decernimus 16. quest. 7. Rochus de Curt. in tract. de iure patron. verbo Honorificu, num. 21. Rebuff. in praxi, tit. requisita ad collationem, num. 35. Rota in Toletana Capellania 14. Februarij 1583. & in Salamantina Capellania del Vote 13. Nouembris 1585. coram Orano, illa relata per Garz. de benef. p. 7. c. 1. num. 117. & coram Card. Scraphin. decis. 774. num. 1. coram bonæ memoriæ Buratto. decis. 680. in princ. Io. Baptista Ciarrinus controuers. forensis. 1. num. 97. & sic Domini dixerunt,*

12 Quòd autem hoc Beneficiu sit Sacerdotale, vt necessarium fuerit præsentari Sacerdotem actu, desumebatur ex verbis fundationis, sibi (*Heredes prædicti debeant eligere vnum Presbiterum in Capellanum, qui teneatur bis in hebdomada celebrare Missas*) in quibus ponderandum est, quòd testator in simul iunxit actum electionis cum qualitate Presbiteratus in Capellanum, & cum onere celebrandi, adeò vt qualitas illa Presbiteratus, & oneris celebrandi Missas, per consequens debeat in esse, & concurrere de ipso tempore electionis, cum qualitas adiecta verbo, intelligatur, & referenda sit ad tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de uoxal. glof. in cap. nemo, verbo Sacerdotio, de elect. in 6.* ita in puncto concludunt *Abb. in b. clem. vbi, num. 12. & ibi Imol. num. 27. & 28. Vitalin. in San illa, num. 16. de atat. & qualit. eodem Abb. egregiè in c. cum in cunctis, Superiora, num. 10. & seq. de elect. & ibidem Dec. 7. num. 7. idem Dec. cons. 129. num. 5. Rip. in hex. fablo, num. 31. ff. de vulg. Paris. cons. 50. nu. 13. & seqq. lib. 4. Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 1. quest. 7. art. 27. & art. 29. Gutierrez. cons. 1. nu. 9. & seqq. Astr. Palao tract. 13. disput. 1. punct. 6. num. 11. & 12. vbi in his præcis terminis fuit dictum à Fundatore, vt beneficium conferretur Presbiteris, & fuit resolutum in Parmen. iuris patronatus 8. Iunij 1523. coram Card. Blanchetto, quæ est decis. 580. p. 4. diuers. in Firmana iuris patronatus 26. Nouembris 1582.*

coram

coram bonae memoriae *Cleric. Pamphilio*, & in *Placentinae beneficii* 3. Junij 1613. coram R. P. D. meo *Pirouano*, quae est decis. 496. p. 1. rec. ubi aliae decisiones allegantur num. 2. & in *Recanaten. Beneficij* 14. Martij 1608. coram bonae memoriae *Cardin. Lancelotto*, quae est decis. 216. par. 2. rec. ubi etiam mandabatur, eligi Presbiterum.

13 Nec contradicit decis. in *Romana Capellania* 23. Januarij 1589. coram bonae memoriae *Card. Pamphilio*, quae est apud *Marches. de commiss. p. 1. fol. 140.* Nec allegatio *Lapi* 35. num. 4. & allegatio 117. cum ingenti cathologo Doctorum, quos refert *Sanchez conf. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 12. et Paten Diana resol. moral. lib. 4. resol. 227. tract. 4. miscel. vers. verum ego.* Quoniam pro responsione sunt ponderanda verba foundationis, a quibus haec quaestio tota definienda est, & praeter ea 2. de iurepatr. *Abb. d. S. inferiorum*, num. 11. de elect. *Lambert. de iurepatr. p. 1. lib. 2. quaest. 7. arr. 28. num. 2. Rota d. decis. 496. num. 2. p. 1. et d. decis. 216. num. 2. par. 2. rec. Paris. d. conf. 50. num. 14. lib. 4. Barba. ab omnibus citatus conf. 33. num. 8. lib. 2. Garza de benef. par. 7. cap. 1. num. 84.*

14 Aut onus celebrandi, & qualitas Sacerdotalis exigitur ad actum, & in actu electionis, & tunc qualitas Sacerdotalis, & celebrandi per se ipsum actu requiritur in ipso tempore, & in actu electionis, & presentationis, & in his terminis loquuntur *Abb. in d. S. inferiora. num. 10. Pirouan. d. S. in illa. num. 16. et 17.* & alij cumulasi etiam ab ipso *Sanchez d. dub. 48. num. 10.* & in his terminis loquuntur etiam *dd. decis. Parmens. Etrusca, et Placentina*, ac *Recanaten*, supra allegata, & faciunt tradita per *Marches. de re benef. lib. 2. quaest. 47. num. 16. et sequent.*

15 Aut vero qualitas Sacerdotalis ad onus celebrandi non adiungitur ipsa actu electionis, sed illius prosecutioni, & aptitudini presentati, & tunc non sequitur quod presentatus sit actu Sacerdos, quia in prosecutione, & tractu temporis fiet Sacerdos, & onus implebit per se, vel per aliam, & videtur, quod in hoc casu talis celebratio potius inhaereat Sacello, & Beneficio, scilicet ut ibi celebretur, non autem persone presentatae, & satis tunc esse satisfactum voluntati Fundatoris, dum a quocunque ibi sacra celebretur liturgi. *Abb. in d. cap. cum in causis. S. inferiorum. id. in primo casu. de elect. & ibidem Dec. d. num. 7. d. conf. 129. ad fin. vers. allegata in consuetum, & Rip. optime d. h. de facto. d. num. 1. d. ff. de v. p. l. Paris. conf. 50. num. 17. lib. 4. R. obide.*

Card. de repatron. verba Honorificum, quaest. 4. num. 21. vers. si autem. In hoc autem secundo casu loquitur *d. decis. Romana Capellania* 23. Januarij 1589. coram bonae memoriae *Card. Pamphilio*, quia ibi non erat qualitas Sacerdotalis adiecta actu presentationis, sed prosecutioni, & aptitudini presentati. *Cap. autem d. alleg. 35. non contradicit, ubi enim Fundator celebrationem Missarum non iunxerat electo, sed independenter dixerat, pro Missis celebrandis, & sic ibi erat satisfactum Fundatori, si a quocunque celebrarentur Missae, quod secus est in verbis presentis foundationis (Eligant unum Presbiterum in Capellanum, qui teneatur bis celebrare, & relatum illud (Qui) est personalissimum, & ad oculum demonstrat, Presbiterum in Capellanum eligendum debere illas Missas celebrare.*

17. Alij autem Doctores, qui possent allegari, vel loquantur iuxta dictam distinctionem, vel si praedictae distinctioni aduersantur non sunt audiendi, quia loquuntur contra communem opinionem, & a *Rota* approbatam, & illorum rationes concludunt solum, quando qualitas Sacerdotalis, & celebrandi respicit prosecutionem, & aptitudinem presentandi, non autem quando respicit initium, & ipsum actum electionis. Nec vis facienda est, an verbis affirmatiuis, vel negatiuis exigitur ista qualitas Sacerdotalis, ad onus celebrandi, dummodo eandem assequamur Fundatoris voluntatem, vel hisce conditionibus verbis explicatam, *Paris. d. conf. 150. num. 17. lib. 4. nec* in scriptis est verbis, & merito *Rota in d. Placentina* coram R. P. D. meo *Pirouano* hoc contempsit, ut etiam contempsit *Cast. Palao* qui loquitur in verbis affirmatiuis, & non potest opponi.

18. Haecq; opinio eo magis in casu presenti visa est consona iuri, & retinenda, quoniam videntur status *Act. pro qualitate Sacerdoti* *Gal. Casparius* quippe, per cuius obitum annuere ac alit de consuetudine erat Sacerdos, & tempore eius presentationis, & illius etiam & antecessor, qui in concursu cum alio Clerico presentato presentavit, & probavit quae qualitate Presbiteralem, & sententiam obsequantem observantia solet esse, quae interpretis dubie voluntatis testatoris, ut in hac occasione tradunt *Marches. de benef. p. 2. quaest. 21. d. num. 3. & d. d. de repatron. lib. 6. d. num. 39. & sequ. & d. d. de re in allegata in d. Romana Capellania d. decis. 13. Nouemb. 1525. coram Orano* & coram *Card. Seb. d. decis. 87. lib. 1. coram bonae memoriae Buratto* decis. in *Recanaten. & in Pisen.*

Beneficij 31. *Januarij* 1635. coram R. P. D. meo *Pirouano*, & alijs sapijs.

19 Minus obstat, quod verba illa *Vnum Presbyterum* possint intelligi de quolibet Clerico, ex proprietate enim sermonis nomen Presbyteri significat seniorē, *D. Augustinus in quaest. super Genesim, quest. 70. ad med. to. 4. p. 1. can. clericos, § Presbyter, dist. 21. Carol. de Grassi. de effect. cleric. in pralud. num. 390.* & venit etiam simplex Clericus, praesertim in materia lata, & favorabili, ex *tex. in cap. vestra, & in cap. si quisquam, vbi glos. de cohabit. cleric. Rota in d. Pisciē. coram R. P. D. meo Pirouano;* ex communi autem vsu loquendi in lingua vernacula, dum dicimus (*Prete*) comprehendere quemcumq; Clericum, in Sacro ordine etiam non constitutum, testatur *Rota coram Card. Mantico. decis. 129. num. 3. quem allegat, & sequitur Gonzal. ad 8. reg. Cancell. glos. 5. n. 86. & dixit etiam alijs Rota in Salamantina Capellania, & in Alexandrina Decanatus, vtraq; sub die 12. Iunii 1598. coram Orano, & in illa decis. 216. p. 2. rec. ibi, maxime quia fundatio non fuit concepta vulgari sermone, &c. Paris. d. cōf. 50. n. 19. lib. 4. & innuit Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 6. c. 6. n. 37.*

20 Quoniam Domini dixerunt, non solum illud verbum *Vnum Presbyterum* separatim esse ponderandum, sed iunctum cum alijs, ibi *eligant mei haeredes vnum Presbyterum in Capellanum, qui teneatur celebrare bis in hebdomada,* quae verborum structura designat vnum Presbyterum, electum in Capellanum, bis in hebdomada celebrantem, & sic non intelligitur de omni Clerico, cum solum Sacerdos actu possit in Capellanum eligi ad celebrandum Missas, vt in specie obseruat *Garz. de benef. par. 7. c. 1. num. 58. vers. & Capellania, & Rota in dist. decis. 496. num. 3. p. 1. & decis. 216. num. 5. p. 2. rec.*

21 Deniq; non obstat, quod instrumentum foundationis, exhibitum ab Antonio Maria, habeat verba diuersimode concepta, nempe *Eligant vnum Presbyterum, seu Capellanum, Quoniam instrumentum exhibitum ab Angelo, multis ab hinc annis datum fuit a successore in officio, & tempore, quo nulla erat suspitio, quod Notarius potius vni, quam alteri vellet fauere, & quatenus (sine veri prauidicio) loco in Capellanum diceret, seu Capellanum) non elideretur vis antecedentis verbi Presbyterum, & subsequen-
tium verborum, qui teneatur celebrare bis in hebdomada, & quod haec qualitas requiratur in actu praesentationis, non autem in prosecutione, vt supra ostensum fuit.*

Et ita vtraq; parte, &c.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Bona immobilia debitoris vt legitime vendi possint, requiritur, vt praecedat illorum appretium, & quid in bonis mobilibus, num. 3.

2 Ad iudicatio bonorum exequutorum est faciendā creditori iuxta appretium, nisi alius maius offerat pretium.

7 Ad iudicatio bonorum debitoris quomodo est faciendā creditori, si bona illa longe excedunt importantiam crediti.

ARGUMENTVM.

Agitur, an bona mobilia debitoris exequuta, vt legitime creditori adiudicentur, necesse sit, vt praecedat illorum appretium, sicut practicitur in adiudicatione bonorum immobilium. Bona immobilia exequuta, cum venerint creditori adiudicanda, si longe excedunt importantiam crediti, quod proinde est adiudicanda tanta pars, ad quam ascendit summa debiti, an tota res sit prius aestimanda, vel potius pars illa, quae summam debitam importat, vbi singularis observatio *D. Io. Angeli Pisanelli.*

CAP. XL I.



Bona immobilia debitoris, quando ad creditoris instantiam exequuntur, vt ad illorum venditionem legitime procedi possit, necesse est, quod prius per Expertos, quos nos Tabularios appellamus, appretientur, hic est *tex. in l. si quis, ante penult. vbi Castrens. nu. 2. C. de rescind. vend. Bald. cons. 122 nu. 4. lib. 3.*

Roland. cons. 33. num. 35. lib. 1. Assistent. decis. 358. num. 5. vbi inter alias rationes, quibus S. C. sententia retractata fuit, illa est, quia bona exequuta creditori, nulla precedente Expertorum estimatione adiudicata fuisse, idemq; *Rota decis. 462. nu. 3. p. 1. in posth. Farinas.* quāvis aliter in Tribunalibus Urbis seruari ibi dicatur, *Rouitus in pragm. I. num. 35. de assistentia*, vbi ex *Capyc. decis. 41.* addit, faciendam esse creditori adiudicationem bonorum exequutorum, iuxta appretium per Expertos non suspectos faciendum, nisi tamen alius maius offerat pretiū, nam tunc pro pretio oblato, licet sit longe maius, quam sit appretium, esset facienda adiudicatio, & hoc etiam contra mulierem, ob viri vergentiam ad inopiam, assurationem super illius bonis, pro eius doebus petentem, id, quod inquit *Rouitus*, sibi mirabile videri.

Sed de duobus dubitatur, & primò, an hæc, quæ dicimus de bonis immobilibus, vt necessariò antequam ad illorum venditionem procedatur, per Expertos estimanda, procedat pariter in venditione faciendā bonorum mobilium, secundò, quando est procedendum ad bonorum stabilium adiudicationem, si bona illa longè excedunt importanciam crediti, quòd proinde est adiudicanda tanta pars, ad quam ascendit summa debita, an tota res sit prius estimanda, vel potius pars illa, quæ importat summam debitam, super utroq; dubio *Dominus Ioannes Angelus Pisanelus* admirabilis Iurisconsultus per *Michael* verba propria eius manu scripta in 3. q. 16. quest. suorum notabilium respondit.

Autem autem q. 16.

Jesus, & Maria.

Dum esset facta executio in uestibus Magnificæ Isabella de Scortatis, ad instantiam Nobilis Sebastiani de Latio pro certa pecuniarum quantitate, essentq; uestes positæ ad incantum, & subhastatæ, & prætenderet dicta Isabella, quòd non reperiebatur iustus emptor, & sic volebat, quòd adiudicarentur creditori pro iusto pretio, sicut dicimus in rebus immobilibus, *l. diuo pio, §. si pignori, ff. de re iudicata*, orta de hoc cōtrouersia in M. C. V. & tandem causa deuoluta per appellationem ad S. C. ut assolet fieri, quia quando aliquis prætendit se grauatum à M. C. est stylus, quòd per S. C. ordinetur M. C. quòd per unum ex Iudicibus informatum de negotio fiet, verbum in Consilio, ut prouideri potuisset, sa-

ta igitur relatione per Iudicem castæ, Ego allegabam, debere fieri distinctionem inter bona mobilia, & immobilia, vt per *Bart. in l. suis, col. 2. ff. de conditione furtiua*, nam in bonis mobilibus, inter alia, vt dicit *Bart.* debet attendi, quòd tantum valet res, quantum vendi potest in loco publico, idem *Bart. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* Tandem in dicta causa fuit factum decretum in anno 1532. de mense Aprilis, quòd in uestibus non seruetur ille ordo, qui in rebus immobilibus seruetur, & sic quòd non essent appretiandæ, sed liberari deberent pro pretio, quòd ad subhastationem reperiretur in loco publico, vbi subhastatio solita erat fieri, verum si essent vestes pretiosæ, debuisset seruari id, quòd in rebus immobilibus, in quibus Ego vidi indifferentè praticari, quòd tam in eis, quam in pretiosis, quando non reperitur iustus emptor, & appretiantur, quòd creditor poterit recipere pro sexta parte minus, quo appretiabuatur, & sic releuabitur creditor in accipièdo aliud pro alio in sexta parte, immò vidi praticatum, quòd si esset læsio in sexta parte, adiudicarentur ei, qui fuit vltimus licitator.

Insuper, quia quotidie videmus, proferrì sententias, præstādo assistentiam, & mediante appretio adiudicari pro quantitate petita, pro executione ipsarum solet fieri commissio Tabulario, quòd officium est in hac Ciuitate, nam per Decuriones Ciuitatis, & nos vtimar vocabulo Electorum, creantur duo, vel tres, qui vocantur Tabularij, vsuale enim verbum Ciuitatis est, qui Tabularij debet estimare bona, quæ adiudicanda, & consignanda sunt; fuit ortum dubium circa modum estimationis, quia dicebat actor, estimetur tanta pars, quæ ascendat ad summam debiti; dicebat possidens, estimetur tota res, quia pars iuncta cum toto valet plus, quam separata, circa hanc difficultatem dum possidens petisset à me consilium, dixi, quòd tota erat estimanda, & unita, & non per partes, allegaui de hoc casu in *l. de iuris, §. si ff. famil. exercisc.* per quem sex uita declarant ibi Doctores, maxime *Paul. de Castri in l. Meuius, §. in fundo, ff. de legat. 1.* & ita fuit per Sacrum Consilium ordinatum, & sic multoties praticauit.

Io. Angelus Pisanelus

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum sede vacante an possit conferre beneficia ad Prelati collationem spectantia, & num. 8.
- 2 Clericus si de facto obtinuerit beneficium à Capitulo sede vacante an fori priuilegio gaudeat, & num. 5. & 6.
- 3 Clericus beneficiatus fori priuilegio non gaudet, si habitum, & tonsuram non deserit, sed quid si de facto beneficia retinet.
- 4 Clericus beneficio propter delictum priuatus si alius patrauerit crimen, nū fori priuilegio gaudeat, quamuis beneficio priuatus sit.
- 7 Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato an ad fructuum perceptorum restitutionem teneatur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, nūm Capitulum sede vacante possit beneficia conferre, & dato, quod non valeat, si de facto reperiretur aliquod collatum, nūm clerico prosit, ad effectum ut possit fori priuilegio gaudere. Illegitimè natus si obtinuerit beneficium, asserendo se legitimum, & naturalem, nūm talis impetratio ei prosit pro eodem effectu gaudendi priuilegio fori, & de alijs.

C A P V T XLII.



Capitulum sede vacante, certū est, q̄ beneficia ad Prelati collationē spectantia conferre nō potest, sed r̄tū ad illa pres̄tatos instituere, iura sunt aperta in c. 2. n̄ sede vacant. & in cap. 1. de instit. in 6.

- 2 Sed quid dicendum, si de facto beneficium alicui conferret, nūm clerico obtinēti prosit, ad effectum ut si ciuilit̄er, vel criminalit̄er corā Iudice seculari conueniretur, valeat de illius Iudicis incompetē-

tia opponere, seruata dispositione Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. de reformat. 2

Dicerem, quod sic, quia obtinentis persona inspecta beneficij collatio dolosa, siue fraudulenta considerari nō potest; credebāt enim ille, quod dūm à Superiore, qui Episcopo successerat in omnibus, quæ iurisdictionis sunt, ei beneficium conferebatur, collatio de iure procederet, & sic intrusus ad collatū beneficium considerari non potest, per ea, quæ discurrent *Maceraten. var. resol. lib. 1. resol. 55. per tot.* quem admodū aliqui dixerunt in terminis *Constitutionis Sixti Quinti* æternæ memorię, per quā constitutū est, quod clerici sub pena priuationis beneficiorum habitum, & tonsuram portent, nām si de facto priuati non sint, ad effectum, ut valeant fori priuilegio potiri, lat est, quod in beneficij possessione existant; immō sufficere dixerūt, quod tamen mihi nō placet, intrusionē in beneficio, itā *Mandos. in Regul. 16. Cæcel. q. 39. nu. 3.* quem citat, & sequitur *Nicol. Garz. tract. de benef. par. 2. cap. 2. nu. 5. & 6.* prorsus reprehendens. *Gutierr.* qui contrarium sentire videtur *pract. q. 9. lib. 1. q. 7.*

4 Et quod hæc vera sint, faciunt pro confirmatione, quæ scripta reliquit *Camil. de Medic. cons. 93.* vbi per nostram Magnam Curiam decisum fuisse testatur, ad Iudicē Ecclesiasticum remissam fuisse clericū de homicidio inquisitum, nullum eo tēpore beneficium habentem, nec seruitium in diuinis, ex quo illo, quod per prius obtinuerat, propter aliud delictum à suo Ordinario fuerat priuatus, & sic considerabat *De Medic.* non esse locum in hoc casu dispositioni *Concilij Trid.* cit. cap. 6. quod loqui dicebat in Clerico, qui nec beneficiū obtinuit, nec in habitu incessit, nec Ecclesijs inseruiuit, aliud verò, vbi alias beneficia obtinuerat, quibus demūm à suo Superiore exutus fuerat: hoc .n. casu, dicit, nō remanere sub terminis *Concilij Trid.* sed iudicandum secundum sacros canones, qui alia concurrentia considerantur, ut clericus fori Ecclesiastici priuilegiū amittat; sed hac vice parcat mihi *Camil. de Medic.* cum hæc eius interpretatio tuta non sit: non enim idem est ad effectum, ut clericus fori priuilegio gaudere non possit, nunquā illum obtinuisse beneficium, vel obtinuisse; sed cum demūm corā Iudice seculari conueniretur, illo exitum reperiri? certè sic, & c.

- 5 Contrarium tamen putarem in terminis casus propositi, vbi obtinentis persona

considerata beneficij collatio nulla esset, quia erat inhabilis ad beneficium obtinendum; exemplū posset poni in illo, qui naturalium defectū patitur, propter quod absq; dispensatione beneficia obtinere non potest, *cap. 1. de filiis Presbyt. in 6.* si enim hic talis asserens se legitimum, & naturalē beneficium impetrauerit, censerem, quod ad effectum gaudendi priuilegio fori, obtentum beneficium in nihilo ei prodesse, idq; propter dolum, qui ex ipsius obtinentis parte concurrat, faciendo se habilē, & capace eius, cuius erat incapax; in tantum, quod uti malæ fidei possessor fructus, quos ab imperato beneficio percepit, suos fecisse dicendum non est, *cap. grauis, ubi Abb. & omnes, & cap. cōquarante, de rest. spoliat. Rot. dec. 7. de iurepatr. in nouis, & alii relati per Garz. p. 5. c. 5. n. 70. cū seq.* & sic distinguere, quando collatio consideratur nulla in spē & persona beneficiū conferētis, quia cōterendi potestatem non habebat, & quando redditur inualida ob inhabilitatem personę obtinētis, ut in primo casu, ad effectum, ut Beneficiatus fori priuilegio gaudeat, obtentū beneficiū proficit, cuius fructus suos fecit Beneficiatus uti bonę fidei possessor, *Rot. decis. 74. penes Ludouis.*

7 ubi prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato, ad restitutionem fructuū perceptorū antē motā litem non tenetur, quia fuit bonæ fidei possessor, & *ibi Oliuer. Beltram. in addit.* plures per eādem *Rot. decisum* fuisse testatur, ad effectum, ut Beneficiatus fructus faciat suos, talem qualem titulum sufficere etiam inualidum, & putatiuum, dummodò reprobus non sit, secus in secundo casu, in quo aliās dicebā, non militare ea, quæ decisa reliquit *D. de Franch. decis. 189. per tot.*

8 Ultimò est hic aduertendum, conclusionem in principio firmatam; nimirum. Capitulum sede vacante non posse beneficia conferre, limitari, quotiēs esset in possessione conferendi, ut ex *Seraph. dec. 237. docet Paris. de resignat. benef. lib. 7. q. 23. nu. 40.* ubi dicitur *nu. seq.* ex vnica collatione effectum sortita conferendi possessionem acquiri, citat *glos. in c. cū Ecclesia, in verb. trium, de caus. poss. & propriet. Abb. in c. bona, il. 2. de postul. Pralat. Dec. cons. 126. Ferret. cons. 2. & alios, ut ibi; alia in hac materia videnda sunt penes Garz. loc. cit. par. 5. cap. 7. & c.*

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio prima an possit incipere à procuratore.
- 2 Citatio domi sufficit, quando principalis est citandus.
- 3 Citari in quo loco debet, qui est absens à Regno.
- 4 Citatio contra Baronem an sat sit, si fiat in loco feudi.
- 5 Citatio contra Beneficiatum an sat sit, si fiat in loco beneficij.
- 6 Citari in quo loco debeat Regnicola, qui est absens à Regno.
- 7 Citari quomodò debeant exteri, qui sunt ab hoc Regno absentes, & nu. 10.
- 8 Hæredes an possint cogi ad ratificandum contractum defuncti, ad finem impetrandi super illo Regium assensum.
- 9 Iudice mandante, ut quis procedat ad stipulationem alicuius contractus, eo recusante, quid agendum.
- 11 Citatio per edictū in quo loco affigi debet.
- 12 Citatio per edictum relaxatur per Rotam procedente commissione Papa cum facultate procedendi per edictum.
- 13 Citatio per edictum ut concedatur iuxta causam est depositio testium reputantiū impossibile, ut quis citetur de persona, & num. 14. 17. & 18.
- 15 Citatio partis ad videndum iuramenta testium an aliquādo omitti possit, et n. 16.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an citatio prima possit incipere à procuratore. Feudatarij, priuati Regnicolę, & huius Regni Alienigenę si ab hoc Regno fuerint absentes, eosq; in ius vocari cōtingerit, in quo loco, & quomodò citandi sint. Iudice mandante, ut quis procedat ad stipulationē alicuius contractus, eo parere recusante, quid praxis obseruat. Citatio colligantis ad videndū iuramenta testium an aliquādo omitti possit, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. XLIII.



Itatio prima, quod possit incipere à procuratore, Bar. Alex. & Ias. auctoritate probat Aluar. Valasc. consultat. lib. 2. cōsult. 144. in princ. vbi addit, hanc cōmunem esse cō-

clusionem, quāuis contrarium ex *Castris Menorb. & Mastrii*. dixerit noster *Rouit. in prag. I. num. 5. de citation.* sed quicquid sit de hoc, certum est, quod quando est citandus principalis, sat est illum domi suae solitae habitationis citari, est *tex. in l. 4. §. prator ait, ibi, domum, in qua degit, ff. de damno infect.* & in *prag. 2. de ordine iudicior.* At si certa nō est domus, sicquē citandus apud nos est absens à Regno, contigit aliās dubitari, quid eo casu agendum? Ego in hoc dubio respondere solitus sum, inspiciendum esse, quis nam sit hic, qui in ius est vocandus, an Regni feudatarius, an priuatus Regnicola, an exterus?

4 Etenim si feudatarius, sat erit, si ille in loco feudi citetur, itā *Andr. in cap. 1. num. 7. 8. & 9. Bal. num. 6. & 7. & Affl. num. 36. in tit. de controuers. inser. vasa. & alium de benef. Capyc. in inuest. feud. in verb. feudorum citationes, fol. mihi 92. col. 2. in fine, Anna pater singul. 153. Reg. Tap. in annotatio. ad Const. Edictorum, num. 10. & Nouar. alijs omissis in d. prag. 2. num. 3. prout iure canonico cautum esse inuenimus in citatione facienda, quādo est appellatum ad Sedem Apostolicam,*

5 & appellatus in domo, in qua habitare cōsueuit, non inuenitur siuē domus eadem in remotis existat, vt sat sit, si citetur in Ecclesia, in qua habet beneficium, itā habetur in *clement. causam, vers. quod si forsan, de electio. Anna* post alios, quos refert loco cit.

6 In priuato autem Regnicola *Affl.* noster in *Const. Edictorum, num. 16* dicit, vt cōsulatur agere volenti contra illum, qui est absens à Regno, quod si habet domum in Regno, ipsum in domo illa citari faciat, iuxta formam in sequenti *Constit.* traditam, incipiente *Citationis litera*; At si domum non haberet, nihil aperit, sed ex dictis per eum in eadem *Constit. nu. 13.* in ea sum opinione, vt si persona citanda degit in loco certo, sit ibi citanda, & dirigetur citatio Iudici illius loci, qui rogabitur, vt per suū Nuntium personā illam citari faciat, iuxta illius citationis formam, sin autem ignoratur mansio, quia fortē citādus per Orbem

vagatur, *Mastrii. in decis. 226.* dicit, in illo Regno seruari, vt probata simpliciter à Regno absentia, proceditur ad dationem curatoris, cum quo iudicium instituitur; in his tamen Supremis Tribunalibus practicamus citationem per edictum, quā in Palatio M. C. affigitur, itā *Marant. in prax. par. 6. in rubr. recte concipiatur citatio, num. 83. fol. mihi 319.* de quo memor fuit *Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 57. nu. 4. Troysius* post alios, quos citat in *d. prag. 2. num. 19. de ordine iudicior.* idemquē seruandum addo, si citandus esset persona certa, & in loco certo, verum Iudex illius loci recusaret brachium impartiri literis citatorijs cum illius brachij imploratione emanatis; hoc etiam casu dicimus, sat esse citationem per edictū, ex *Ias. in l. à Dino Pio, §. sententiam, nu. 19. ff. de re iudic. Molin. de brachio secul. cap. 25. nu. 12. & Rouit. loco cit. num. 3. in fine.*

7 In exteris verò, & signanter Ianuensibus, qui multa possident in hoc Regno, ex quo in illo Dominio propter statutum, quod viget sub *tit. de non vocan. in ius ad alienas Curias, cap. 19. lib. 3. fol. mihi 106.* impossibile est, vt citari possint, relaxatur citatio per edictum, cuius copia datur Domino Consuli Nationis, ad finem, vt illum, qui in ius vocatur, certiore faciat, & demum si nō comparet, contumacijs inculcatis proceditur in causa, & itā in dies practicamus, sicquē annis superioribus semel, atquē iterum me aduocante pro Domino Marchione Prospero Costaguta fuit seruatum contra heredes qu. Pauli, & Iacobi Serra, primò coram Domino Consiliario Merlino, nunc in supremo Italiae Senatu Regente, meritissimo super impartitione brachij mādati exequutiui Rotæ Ianuæ, & demum coram Domino Consiliario de Aquino, vt cogerentur heredes prædicti per nouum contractum ratificate instrumentū cessionis annui redditus scutorum bis millium, & octingentum auri in auro, constituti per qu. Octauium Serra super Terra Carouinei, stipulatum siquidem per d. qu. Paulum ad fauorem dicti Domini Marchionis, ad finem impetrandi super illo Regium assensum, iuxta praxim traditam per *D. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. I. num. 22.* In vtraq; enim causa obtentis cōmissionibus à D. Præside S. C. per dictos DD. Consiliarios, & Commissarios fuerūt interposita decreta, quæ expediatur citatio per edictum, & eius copia consignetur Magnifico Consuli Nationis, & demum cōtumacijs inculcatis, & seruatis de iure seruandis per

S. C. fuit impartitū brachiū mandato exequutiuo, & ordinatum dictis hæredibus, vt ratificarent contractum prædictum, ad finem impetrandi assensum, cui ordinationi cum non paruissent, fuit iniunctū Aduario causæ, vt dictorum hæredum nomine contractum prædictum cessionis ratificaret, ad finem, vt diximus, impetrandi assensum, prout fuit exequutus; id, quod semper Sacrum Consiliū seruat, quando alicui mandat, vt procedat ad stipulationem alicuius contractus, nam eo parere recusante deputatur Aduarius causæ, siue & magis frequenter persona Secretarij S. Consilij, ad hoc vt procedat ad stipulationem illius actus, quem stipulari fuit ordinatum, quæ praxis fundatur ex dictis per *Bal. in l. vidue*, sub num. 4. *vers. pone, quod minori, ibiq; Addentes, in verbo pone, in fine, vers. & Paulus de Castro, C. de nuptijs, idemque in l. cum sententiam*, sub num. 6. *vers. sed si, C. de sentent. & interloquutio, omnium iudic. Add. ad Bar. in l. si cum dotem, S. eo autē tēpore, ff. sol. matr. Abb. conf. 65. lib. 2. Maxil. ad Consuet. Baren. in illa, quæ incipit Cum Mūdualdum, n. 2. f. 170. in magnis, Joseph Mel. in additio. ad Gizzarell. dec. 60 num. 1. & Montan. in cap. Imperialem, fol. 99. lit. V. & cum demū in adiudicatione dictæ Terræ Carouinei petita pro parte dicti D. Marchionis, per dictos hæredes, qui postea comparuerunt, fuisset acerrimè oppositum de nullitate dictorum actuum, Sacrum Consiliū referēte præstantissimo, ac summæ integritatis viro Domino Consiliario Gamboa Commissario Delegato oppositiones omnes reiecit, adiudicando Terram prædictā dicto Domino Marchioni, siue personæ per eum nominandæ, idq; sub die 20. Mensis Septembris anni præteriti 1646. pœnès Solatium Actorum Magistrum pro Curia; hic Ill. Marchionem protegente doctissimo Iureconsulto nunquam satis laudato viro Domino Abbate Hieronymo Gastaldo Ianuense, in negotijs tractādis admirabile, & indefesso, omnibus numeris absolutissimo, quem Omnipotens pro amicorum tutela, ac Reipublicæ ornamento diu seruet incolumem. In tantum, vt ad rem, de qua agimus, reuertamur, praxis obseruat, vt citentur exteri per edictum, quod fundatur ex iuribus in *cap. statumus, de officio deleg. in 6 in clement. 2. de iudicys, in clement. vnica, de foro compet. & in clement. causam, de elect.* quibus quidem iuribus cautum est, citationem per edictum fore decernendam, quotiēs domicilia, siue loca illorum, qui in ius vocandi sunt, tuto,*

libere adiri non possunt, id, quod satis benè obseruauit. *Andr. Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 57. num. 2. qui licet addat ex d. clem. vnica, de foro compet. & ex cap. vbi periculum.* **11** *Sporrò, de elect. in 6.* hunc citationis modū in locis vicinis sequi debere, & loca vicina intelligi, quæ domicilio citandi itā vicina sunt, vt verosimiliter ille citationis notitiā habere possit, ad *dex. in l. dies cautioni, §. toties, ff. de damno infect.* aliās in locis remotioribus affixam citationem citatum non arctare, d. *clement. causam, §. fin. Rot. decif. 8. de dolo, & cautum in nouis, & decif. 5. num. 1. de rescript. in nouis, Vant. de nullis. ex defect. cit. nu. 140.* attamen quia hæc sollempnitas apud nos praticari non potest, suppletur præuia consignatione copię citationis Domino Consuli Nationis, à quo citatus de moto iudicio certior fieri potest: & në in conclusione firmata, nimirum, quòd quando in ius vocandus in loco sui domicilij tuto citari nō potest, sat sit citatio per edictum, nouissima rerum iudicararū auctoritate careamus, dico, sic anno præterito fuisse per Sacrum Romanum Auditorium iudicatum in vna *Mechliniensi nullitatis matrimonij*, coram Illustrissimo, ac summæ integritatis viro Domino Corrado, cuius decisionis tenor adhuc nō impressus sequēs est.

Luna 16. Aprilis 1646.

12 Commissa per Sanctiss. D. N. in Rotæ causa prætesæ nullitatis matrimonij inter Excellentiss. D. Heuricum de Lotharingia Guisanum Ducem, & Illustriss. D. Honoratam de Berghes Comitissam de Bolsu contracti, cum potestate citandi etiam per Edictum, constituto summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu, productaque pro parte D. Ducis commissione, ac obrenta citatione cum inhibitione, quæ ad partes transmissa non potuit executioni mandari contra d. D. Comitissam, instabatur, decerni citationē per Edictum; Verum quia causa est grauis, mandarunt Domini super hoc dubium particulare proponi; Quo hodie proposito, atque discussio decernendam esse censuerunt.

13 Nam ex ipsa commissione constat de speciali facultate à Summo Pontifice Rotæ concessa procedendi per Edictum, quæ ex dispositione Sacrorū Canonum est necessaria, vt habetur in *Extrauag. vnic. ibi, id nobis specialiter, & ex certa scientia iubentibus, &c. ac ibid. glōf. in verb. Albo, de dol. & contum. & in clem. 1. ibi, ipso Papa specialiter,*

- Ex certa scientia id mandante, &c. de iudic. ibiq. glos. in verb. specialiter, & in verb. ex certa scientia, ac DD. Bart. in Extravag. ad reprimendum, in verb. per Edictum, num. 2. vers. sed de iure canonico. Rot. in Ianuen. separat. thor. 8. Martij 1627. in S. quantum enim attinet, & 16. Ianuarij 1632. in S. & quantum attinet, vers. Attamen de iure canonico, &c. coram bo. me. Coecin. in recent. dec. 104. num. 2. par. 6. cum alijs relatis per Vant. de nullit. ex defect. citat. sub nu. 125. vers. Et propterea, &c.
- 13 Iusta verò causa probatur ex depositionibus testium, non solum in Vrbe examinatum, affirmantium se reputare impossibile, seu saltè non tutum ob bella in Belgio ingruentia, & ex alijs etiam per eos adductis rationibus ad illas partes accedere, ad effectum exequendi huiusmodi citationes, quæ sanè probatio in proposito sufficiens est, Felin. in cap. Quoniam frequenter, num. 16. vers. pro practica autem, vt lit. pend. Rot. decis. 22. num. 2. vers. si autem petatur, de rescript. in antiq. & pœnès Cassador. dec. 2. nu. 2. vers. & quando conceditur, &c. de dol. & contum. et Achil. dec. 22. num. 3. vers. Idem dixerunt, de probat. ac bo. me. Buratt. dec. 943. sub num. 2. vers. Item per deponentes de credulitate, etc. vbi firmatur, quòd testes etiam singulares sufficiunt, & rursus in d. Ianuen. separat. thor. 8. Martij 1627. coram Coec. in S. Quantum verò ad causas, & alios referunt Vestr. in prax. lib. 4. cap. 2. sub nu. 3. vers. oportetq. hoc casu, etc. et Vant. d. tit. de nullit. ex defect. citat. sub num. 126. vers. qui testes satis est, quòd dicat, ac Mascard. de probat. cõcl. 18.
- 14 Verum etiam illorum, qui ad eadem loca se contulerunt cum ipsis citationibus Rotalibus, earumque executionem repetitis instantijs, ac diligentijs, nêdum obtinere non potuerunt, sed pluribus obiectis, ac comminatis periculis (quæ alter Notarius paulò antè ad idem missus iam seriò, vt ipse attestatur, fuerat expertus) quàm citò abire coacti fuerunt, vt legitur in eorum depositionibus, coram Vicario Generali Archiepiscopi Parisiensis receptis, quæ in hoc etiam Sacro Tribunali fidem faciunt, attentis verbis illius solitæ clausulæ commissionis, *constitito summarie, et extraiudicialiter, etc.* Nam hoc casu sufficit ad validitatem processus, quòd constet, quouis modo de non tuto accessu, etiam ex testibus eoràm alio Iudice examinatis, vt in his terminis respondit Rot. in Seguntin. praxim. I. Iunii 1590. coram b. me. Orano, dec. 27. n. I. & per tot. p. 4. diuer. ac pœnès Buratt. d. decis. 943. sub num. 1. vers. Et licet ex dictis testibus.

Nec refert, quòd prædictæ testiù depositiones fuerint receptæ, d. D. Comitissa legitime non citata.

- 15 Quia præter quòd in Curia Archiepiscopali Parisiensis fuerunt præmissæ citationes eo modo, quo fieri potuit; Respondetur, quòd cum illæ tendant ad probandam qualitatem non tuti accessus, ob quam citatio legitime secundum ordinarias iuris regulas fieri non potest, ad hoc ipsum, vt Iudex illam iuridicè possit decernere, congruum est, quòd præcedant, nec de eius defectu opponi potest, Bart. in d. verb. per Edictum, sub num. 4. vers. Puto tamen, etc. Sac. in tract. de citation. art. 23. quæst. 5. & bene explicat Mandos. ad Reg. de Annal. quæst. 71 sub num. 8. vers. In vim dictæ, vel similis clausulæ, etc. et vers. immò ad hoc fit examen, etc. dicès, satis esse, quòd solus Notarius examinet testes absque interrogatorijs, nulloquè citato, cum nullus legitime citari possit, immò ad hoc fit huiusmodi examen pro decernenda citatione, P. Rebuff. ad Const. Gall. tom. 3. tit. de citat. in Præfat. sub num. 98. vers. quarto qualiter, etc. Præsertim stante dicta solita clausula in commissione apposta, *Constitito summarie, et extraiudicialiter de non tuto accessu, etc.* quia tunc sufficit ipsius Iudicis informatio, quæ citationis solemnitatem non exposcit, Bart. in d. verb. per Edictum, sub nu. 6. vers. Et ex eo, quòd dicitur, etc. Ferret. cons. 82. sub num. 1. vers. Ad idem allego, etc. lib. 1. Mandos. ad d. Regul. de Annal. d. quæst. 71. sub num. 8. vers. In vim dictæ, vel similis clausulæ, Rot. pœnès Put. decis. 432. lib. 2. et d. decis. 27. num. 2. vers. nequè enim hoc casu, etc. par. 4. diuer. Vestr. d. lib. 4. cap. 2. sub num. 3. vers. Et tunc opus extraiudicialiter, etc. Vant. d. tit. de nullit. ex defect. citat. sub d. nu. 126. vers. Undè Iudex talis, etc.
- 16 Et hinc tollitur defectus legitimæ citationis ad dicendum contra commissionem, quæ cum illius reproductione regularitèr requiritur ad firmandam Iudicis iurisdictionem, antequàm ad alios actus procedat, vt dixit Rot. in decis. 30. de sent. excom. in Antiq. & in Placentin. fideiuss. 22. Maii 1592. coram bo. me. Ponia, ac in recent. decis. 325. sub num. 1. et decis. 493. sub num. 8. part. 5. & sæpè in alijs.
- 17 Quia cum huiusmodi legitima citatio ob non tutum accessum alio modo fieri nõ possit, quàm per Edictum, necessarium est utiq; quòd præcedat illius qualitatis probatio pro informatione Iudicis, vt illam deindè ritè valeat decernere, iuxta formam Sacrorum Canonù, & facultatem ipsi con-

cessam. Interèta verò sufficit pro fundamēto iurisdictionis, quòd fuerit producta, & reproducta commissio, obtenta citatio cū inhibitione, & p̄futiēs procurata eius intimatio D. Comitissę, examinatiq̄e testes super non tuto accessu, ac eorum depositiones productę, & alię factę diligentię, quę fieri possunt in huiusmodi casibus; Lex enim non arctat ad ea, quę fieri nequeunt, l. i. §. Dies autem istos, ff. quānd. appell. sit. l. ea, quę dari, ff. de Reg. iur. l. si idē, C. de his quib. ut indign. Rom. cons. 410. Et clarior reddatur proposita conclusio, & c. num. 1. vers. cū presentatur constitutio, & in his terminis bene aduertit Mandos. d. q. 71. sub num. 8. vers. aū nullus iam citari possit, & c. Et cū ex omnibus prædictis actibus plenē constet de ratificatione, ac vsu eiusdem commissionis pro parte D. Ducis, satis dicitur fundata iurisdictione Rotę, itā vt. validē procedi possit, iuxta tradita per Felin. in cap. nonnulli, §. sunt & alij, sub num. 13. vers. limita banc fallentiam, extr. de rescript. & fuit dictum in Hispanen. præminent. 16. Novembris 1628. coram bo. me. V bald. in §. nullitas actę, vers. sed hoc non obstante, & c. & in Ariminen. fidei commissi. 7. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. Nam enim, vers. quę cū, & c. & in recent. decis. 57. num. 43. vers. quę eo magis, part. 7.

Eademquę ratione remouetur obiectus defectus citationis personalis, quę regularitē edictalem præcedere debet, præsertim in causis grauis præiudicij.

18. Quia non procedit, quando iusta subest causa, vt potē, quòd citandus faciat, impediat, vel procuret per se, vel per alios quoquo modo, ne ad eum possit citatio peruenire; vel quòd eius domicilium sit in loco, qui non possit, tutē, ac libere adiri; Et Principis concurrat auctoritas (vt in hoc casu) tunc enim nulla, etiam præcedente citatione personali in quacunquę graui causa decernitur edictalis, quę perindē afficit, ac si ille fuisset personalitē citatus, nam itā Princeps ex iusta causa concedere, atquē iubere potest, vt habetur in d. Extrauag. vnic. ibi sic valeant, ac ardent citatos post terminam lapsum, & c. sicut si eos personalitē apprehendissent, & c. ibique gloss. in verb. personalitē, de dol. & contum. et in d. Clem. 1. ibi sic valeant, atquē ardent, citatos post lapsum terminum, etc. ac si ad eos personalitē deuenisset, etc. de iudic. et ibidem glos. in verb. personalitē, et Card. sub num. 16. vers. septimò quaro, cum seq. & Imol. sub num. 15. vers. sed bene constituit, etc. et vers. Ex prædictis glos. cōcludit, quòd

omnis processus, etc. Castr. in l. Ad peremptorium, sub num. 6. vers. Dicis ergo, ff. eod. tit. Rot. p̄cens Card. Seraph. decis. 1018. sub num. 4. vers. nisi in casu, V ant. de nullis. ex defect. citat. n. 124. vers. Et quę supra diximus, et infr. vers. Idē in principio causa, etc.

Quarē cū in proposito casu Principis commissio, & iusta causa ex præmissis satis apprensus concurrant; Idē fuit cōclusum, concedendam esse petitam citationem, per Edictum contra d. D. Comitissam, vt alijs Rot. resoluit in d. Roman. nullitas. cōr. 26. Iunij 1626. coram Burat. dicta decis. 943. & in d. Ianuen. separat. thor. 8. Martij 1627. et in Bracaren. Thesaurar. 10. Martij 1632. coram bo. me. Pirouano, & in alijs, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus an ligetur statuto laicorum, de iure retractus loquente, & supposito, quòd ligetur, an hoc iure possit coram Iudice seculari conueniri, & nu. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 27. 28. 29. 30. & 40.
- 4 Actio, quę competit pro retractu an sit realis, vel personalis in rem scripta.
- 5 Iudex laicus an sit competens contra clericum in actionibus realibus, & nu. 2. 3. 25. & 26.
- 6 Iudex laicus excommunicatur excommunicatione contenta in Bulla Causa, canon. 15. quando clericum ad suum Tribunal trahit præter iuris canonici dispositionem, & n. 24.
- 31 Thomas Triuif. & Marius Giurba commendantur, sed Doctores allegati per ipsos in articulo, an clericus possit conueniri iure retractus coram Iudice seculari, allegari non merentur, n. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.
- 41 Tex. in cap. constitutus, de in integr. restit. explicatur, & de vero intellectu illius.
- 42 Ecclesia, & Ecclesiastica persona an possit petere restitutionem in integrum coram Iudice Ecclesiastico aduersus contractum initum cum laico, & nu. 43. & 44.
- 45 Retrahens an dicatur reus in causa iurisdictionis, & nu. 47.
- 46 Reus quare sic nominatur.
- 48 Actio est instituenda coram illo Iudice, qui est competens illius, contra quem instituitur.
- 49 Actus, siue contractus extra iudicium nullus consideratur, ex quo efficiatur quis reus, ita & talitē, vt non possit esse actor.
- 50 Clericus diffamans an possit à laico diffamari coram Iudice seculari conueniri.

ARGUMENTVM.

Agitur, an Clericus, cum à laico iure retractus conuenitur, possit conueniri coràm Magistratu seculari. Detestatur sententià *Thoma Triuisani decis. 34. par. 1. & Marj Giurba decis. 25. num. 10. & obseru. 2. à num. 15. par. 1.* Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ an pro obtinendâ in integrû restitutione aduersus contractû initum cû laico, possint coràm Iudice Ecclesiastico comparere, & plura de intellectu *cap. constitutus, extra de in integr. restit.* ac de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. XLIV.



Clericum ad iurē, & passivè ligari statuit, quod ius retractus induxit, ratione, & auctoritate probavi *lib. 1. cap. 5. id, quod obseruavi demùm longa manu comprobasse Matienz. lib. 5.*

recopilat. tit. 11. l. 7. glos. 2. à num. 11. v. què ad 19. Didac. Perez. in l. 7. lib. 5. tit. 7. ordinam. tom. 2. ceterosquè Hispanos in l. 70. Tauri, quicquid distinguat P. Diana p. 2. resolut. moral. tract. 1. resol. 43. post Sord. conf. 2. nu. 27. lib. 1. modò queritur, cum hoc iure conueniatur Clericus, num corâ seculari Iudice conueniri possit?

Audire in presentiarum de his agi in quadam Curia Baronali Regni huius, vbi cum hoc iure retractus esset quidam Clericus conuentus, fori declinatoria opposita, Iudex ordinarius decreuit, remissione petita non obstante fore in causa procedendum coràm ipso, à qua determinatione sentiens se Clericus admodum grauatus consilium exposcebat, an eius grauamen iuris fundamento nitaretur, qua de

re consultus Ego respondi, decretum prædictum non posse subsistere, sicquè
 3 vt eius indemnitati consuleretur, ad Supremos Regios Magistratus pro reuocatione determinationis factæ recursum esse habendum, etenim ad veritatem demonstrandam dicebam, actionem hanc,
 4 quæ pro retrahenda re aduersus illius emptorē vicino cōpetit, siuè personālē simpliciter, siuè personālē in rescriptam, siuè prorsus realē cōsideremus, hęc sēper locus cōmuni omnium conclusioni, quæ in nostra Italia Catholicum contradicteorem nullam
 5 quam habuit, nimirum vt Iudex laicus in omnibus, & quibuscunquè causis tam spiritualibus, quam temporalibus, tam ciuilibus, quam criminalibus aduersus clericum nullam, nec quodad personam, nec quodad bona cognitionem habeat, quacunquè de re, & quocunquè modo ille conueniatur, exceptis tamen casibus expressè in Sacris Canonibus, & Pontificijs Constitutionibus præscriptis, inter quos certum est, casum, de quo agimus nullatenus connumeratum inueniri, itaque tam Cæsareo, quam Pontificio iure attentò, siquidem de iure ciuili probatur hæc conclusio in *authent. statimus, C. de episcop. & cleric. & de iure canonico in can. demiquè, & per tot. 96. distinct. in cap. 2. in cap. at si clerici, in cap. cum non ab homine, & in cap. qualiter, extra de iudit. in cap. 2. in cap. si diligenti, & in cap. significasti, extra de for. compet. in cap. seculares, eod. tit. in 6. in cap. si Iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6. & in Bulla Cæna canon. 15. vbi expressis verbis excommunicatur Iudex ille secularis, qui ex officio, vel ad Partis instantiam personas Ecclesiasticas ad suum Tribunal, præter iuris canonici dispositionem traxerit, vel trahi fecerit directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, id, quod vno ore facti sunt innumeri Doctores, quos more Siculorum ex recentioribus citant, & sequuntur *Confiliarius Carhuat. tract. de iudic. lib. 1. tit. 1. disputat. 2. quæst. 6. sect. 1. num. 391. & Episcop. Marant. resp. 7. à n. 5. par. 4. vnde meritò in terminis terminantibus.**

Ex nostris Regnicolis

7 Napodan. post firmatam conclusionem, nimirum Clericum nostra municipalī lege de iure retractus loquēte ligari, admonet, quòd vbi hoc iure veniret ille conueniendus, coràm nostro Archiepiscopo sit vocandus, idq; scripsit in *Consuet. Vbi domus,*

- n. 59. sub tit. de iur. congr. sub illis verbis. conueniatur tamen ad hoc ius congrui coram Iudice Ecclesiastico, &c. ac melius in Consuet. sequenti, quae incipit. Si Ecclesia, ante n. 76. ibi. Sed tunc ubi conueniuntur Clerici iure congrui respōdeo coram Archiepiscopo, nā Consuetudines possūt allegari in Curia Episcopi, ff. de post. l. ex ea, licet glos. non aperit ibi. contra quos, in Curia autē seculari nō trahē. ur, &c. extra de for. cōpet. c. si diligenti, hęc ille, idemq; affirmarunt
- 8 Affli. in Const. Sancimus in princ. n. 10. sub illis verbis: sed debet Clericus conueniri super iure congrui coram Iudice Ecclesiastico, ut in c. si diligenti, de for. cōpet. quia actor sequitur forū rei, et in Curia Ecclesiastica poterit allegari cōsuetudo iuris congrui, ut dicit idē Sebast. in d. Consuet. Si Ecclesia, pnotata in l. ex ea, ff. de post. licet malē seruetur in Curia Archiep. Neap. etc.
- 9 Alber. Oliua in ritu Curia Archiepisc. huius Ciuitatis 22. nu. 6. ibi, & si clericus reperitur dominus, debet coram suo Iudice conueniri, etiā in causa congrui, ut dicit Napod. in Consuet. Vbi domus, in glo. in vers. Ecclesia, & dicit, & in foro ecclesiastico poterit allegari consuetudo, ergo & similiter lex sancimus, &c.
- 10 Ant. Caput. in d. Const. Sancimus, §. est autē, gl. Ecclesia, n. 2. inter cōment. Prosper. Rendell f. 342. sub his verbis. Sed quia solet reputari, quod d. Constitutio sit cōmunis per approbationem, & consuetudinem clericorū, & laicorum cōmuniter obseruata, quaro hoc casu, ubi conueniuntur clerici hoc iure probomiseos respōde, coram Episcopo, nā leges, & cōsuetudines possunt allegari coram Episcopo in eius Curia, ff. de post. l. ex ea, licet gl. nō aperiat ibi cōtra quos, & faciunt iura allegata supra in quaest. precedenti, in Curia autem seculari non trahatur clericus, cum renunciare nō possit foro suo, extra de for. compet. cap. si diligenti, & cap. significasti, &c.
- 11 P. 21. de Franch. in addit. ad Napod. loc. cit. f. 341. ubi in facto consuluit, ad euitandū ritū huius Archiepiscopalis Curie, ut hoc iure retractus conueniretur quidā clericus Capellanus Regius in Curia Reuerendi Capellani Maioris, dicit, n. hęc verba. Accidit de facto inter Magnificū Io. Antonij Palmerij, & Reuerendū Io. Antonij Rotundū, contra quem uti Regium Capellanū Ep. feci mouere litem super congruo, ut euitarem Ritū Curia Archiepisc. coram Reuer. Capellano Maiore, & tandem multis discussis, &c. idemq; affirmauit
- in dec. 285. n. 2. ibi, quod ius congrui daretur contra clericum conuentum in Curia Archiepisc. in qua erat conueniendus, &c. & paulo post, ubi, quod quidā clericus, qui erat Canonicus Neapolit. & Reg. Capellanus conueniretur coram Reuer. Capellano Maiore, qui est Iudex Regius, & q̄ coram eo laicus obtinuerat contra clericum, &c.
- 12 Baldass. Benedet. in d. Const. Sancimus, §. ult. n. 15. ubi, quid in clerico cōcludit hic Maxil. quod Marant. eius disp. 8. & Ant. Caput. in Const. Sancimus, & Napod. in Consuet. Ecclesia affirmat, q̄ tenetur, & hac est cōmunis opinio, quā et esse cōmunem affirmat Io. Ant. de Nigr. hac eadem Const. Sancimus, & vide ad hoc, quae scripta supra in princ. Const. in verb. per vendicū, hē, amp. l. 1. th. conueniendus est coram Iudice Ecclesiastico, c. si diligenti, de for. cōp. &c.
- 13 Prosp. Rendell in d. d. extrauag. Sancimus, §. est autē, gl. Ecclesia, nu. 21. ubi, ubi cōmunitur, f. 348. quō loci hęc dicuntur verba. Vbi cōmunitur, ut & cōmuniter tenetur, psonas ecclesiasticas sub iuri congrui, & probomiseos in suo foro conueniri eas oportere nō est dubitū, etiā propter actionis naturā, cū sit realis, in specie Napod. in alleg. Consuet. Si Ecclesia, n. 75. in fin. & in Consuet. Vbi domus, n. 59. et est cōmunis opinio de qualibet reali actione, secundū Cauas. in Rit. 235. 4. fallent, atq; in terminis iuris probomiseos agi coram Episcopo firmavit hic Caput. &c.
- Ex Hispanis
- 14 Io. Lup. in l. 70. Tauri, n. 15. ubi dicitur Georg. in repet. c. quāuis pactū, de pact. in 6. col. 56. ubi hoc idem vult per text. in d. cōstitutus, per quem ibi post Doctores de Villadiego tenui, q̄ clericus potest uti beneficio huius legis, & contra clericū similiter habebit locum retractus, qui petendus est coram Iudice Ecclesiastico, ubi ibi probatur, & coram eo fieri deposito pretij, & alię sollempnitates.
- 15 Michael de Cifuentes in d. l. Tauri 70. n. 52. q. per hęc verba. quinquagesimo secūdo dubitatur, coram quo Iudice si conueniendus clericus super iure retractus? & dic, q̄ coram suo Iudice Ecclesiastico, ut tenet Matthe. in d. §. tota hęc res, in 5. col. quod intelligeretur, quando ipse clericus conuenitur, secus tamen si ipse conuenit, quia tunc coram Iudice cōuenti debet litigari, per text. notabilem in l. 2. C. ubi, & apud quem.
- 16 Didac. Castell. in ead. l. Tauri 70. col. 10. in fin. sub his verbis, ita q̄ si coniunctus cōtra prohibitionem dicitur legis fundū patri.

monialē vendit clerico, nihilominus coniunctus venditoris laicus possit coram Iudice Ecclesiastico comparere, & petere fundum pro tanto, & iste erit vnus casus, in quo Iudex Ecclesiasticus in foro suo terminabit causā secundum leges, &c.

17 Azeued. lib. 5. recompil. tit. 1. l. 7. num. 25. per hæc verba. Coram quo tamē Iudice petatur, si clericus est emptor, dico, quod si venditor est clericus, & emptor itidem, nulli dubium, quin coram Ecclesiastico sit retractus intentandus, sed si venditor est laicus, & clericus emptor, hoc dubitabile est, quicquid tamen alij dubitent, teneo inrepedē, coram Ecclesiastico, sicut in præcedenti esse intentandum retractum, nam cum retractus contra emptorem sit dirigendus, & cum eo agendum iudicium, laicus in clericum nullam habet potestatem eum iudicandi, & sic coram suo Iudice conueniendus, si verò emptor sit laicus, quamuis venditor sit clericus, nulli dubium, nisi quod coram seculari est agendum, & hæc procedunt sine retrahens sit clericus, siue laicus, & sic teneo, & cōsulo. Hæc Azeued.

18 Io. Gutierrez. præf. quest. lib. 2. q. 156. num. 6. his verbis. Clericus hoc casu coram suo Iudice Ecclesiastico conueniendus erit, vt in regula iuris vulgata, quod actor debet sequi forū rei, &c.

19 Gaspar Hermosil. ad Gregor. Lopez glof. 8. l. 55. tit. 5. p. 5. nu. 34. fol. mihi 262. ibi; quando verò res à clerico retrahitur, coram suo Iudice conueniendus est, Azeued. &c.

20 August. Barbof. in d. cap. constitutus, nu. 2. sub his verbis, quod clericus, à quo res retrahitur, conueniendus est coram Iudice Ecclesiastico, &c.

21 Quibus sic stantibus, non obstant, quæ in contrarium scripserunt aliqui, putantes, Iudicem seculares in hoc iudicio contra Clericum bene esse competentem, & sit omnium primus, in gloria Tiracq. de retract. liguaz. §. 8. glof. 5. num. 16. etenim loquitur in terminis generalis consuetudinis, quam in Gallia vigere testatur, vt in actionibus realibus, & in specie in causa retractus Iudex secularis aduersus clericum sic competentens, subdēs ex Io. Fabrian. §. item ferniana, Inst. de action. Gallie Prælati interdictum esse, nē de realibus actionibus cognoscant, vnde cum loquutus sit Tiracquell. in terminis consuetudinis Gallie, consequens est dicere, quod vbi hæc consuetudo nō viget, Tiracquell. allegari nō meretur.

22 Secundò minus obstant dicta per Thom. Triusan. qui in decis. sua Veneta 34 lib. 1. affirmans in principio conclusionem, vt clericus non nisi coram Iudice Ecclesiastico sit conueniendus, eam limitat, quoties clericus iure retractus conueniretur, & vt hoc eius dictum ratione, & autoritate proba-

ret, pro ratione supponit pro vero id, quod est omnino falsum, & à nostris Catholicis, Scriptoribus omni tempore improbatum, nimirum vt in actionibus realibus contra Clericum sit Magistratus secularis Iudex competens, & cum hæc actio, dicit ipse, pro retrahenda re à clerico emptore sit realis, consequens est dicere, vt possit clericus coram Iudice seculari hoc iure retractus conueniri, pro autoritate citat Afflick. in d. Const. Sancimus, Marant. disp. 8. n. 34. & Marc. Mant. dialogor. iur. lib. 2. dialog. 39. circa finem, & cum his credidit Triusan. opinionem suam ratione, & autoritate probasse, etenim vt huic Veneto Doctori respondeamus, & ad rem, quoad rationem dico, vt modò annui, falsum esse omnino axioma illud, quod absq; ullo fundamento pro indubitato supponit, nimirum in actionibus realibus aduersus Clericum Iudicem secularem esse competentem, peto enim, qua lege, quò canone, quauē Pontificia constitutione hoc probari potest, demonstramus enim in principio, tam iure civili, quam canonico attento Iudicem Ecclesiasticum tantum esse competentem, quoquò modo, quacumq; de causa clericus conueniatur, exceptis casibus à iure canonico expressis, inter quos certum est, quod non reperitur, vt in actionibus realibus Magistratus secularis ad clericum cognoscendum sit Iudex competens; vnde merito distinguebat Nicol. Boer. inter Gallos primæ classis decis. sua 69. num. 20. vt attenda consuetudine Franciæ sit Magistratus secularis Iudex competens, at secus de iure, allegat text. in d. auibent. statumus, & in d. cap. significasti, & in d. cap. si diligenti, de foro compet. id, quod hodiè in omnibus Christiani Orbis partibus, in quibus tamē de clauis potestate bene sentitur, est citrà controuersiam, stante Bulla Cæsa supra retata in d. canon. 15. vbi verbis admodum claris excommunicatur Iudex ille secularis, qui ex officio, vel ad Partis instantiam ad suum Tribunal clericum vocat, præter iuris canonici dispositionem, hoc formidabile canonicè sic stante, quo pacto posset vnquam Catholicus Iudex clericum ad suum Tribunal vocare, eumq; cogere ad collateralè relaxandum iure retractus fundum, quem emit, quis enim cognitionem hanc ei tribuit? nec me latet, celeberrimos nostræ iurisprudentiæ professores hanc erroneam, & detestabilem conclusionem firmasse, nimirum vt in actionibus realibus possit Iudex laicus contra clericum procedere, sed

ferè omnes Galli, & Germani extiterè, hoc inre ex inveterata consuetudine in eorum Regionibus videntes. Inter quos ex Gallis *Firaquell. & Io. Fab. locis cit. & ex Germanis Gayll. obseru. 37. num. 4. lib. 1. & de pignorat. obseru. 7. num. 2. & Minsyng. obseru. 22. cens. 1. & obser. 95. n. 2. cent. 4.* vt bene obseruarunt *Couarr. pract. quest. cap. 31. num. 5. in fine*, quo loci dicit, opinionem hanc apud Hispanos nusquam admissam vidisse, sed semper clericos etiam in realibus actionibus apud Iudicem Ecclesiasticum, noni secularem conuentos, idemque hunc Gallie, & aliarum Prouinciarum vsum pro viribus deestantes *Mayner. in regula aliud S. referitur, nu. 96. & seq. de regul. iur. Azeued. in l. 10. nu. 30. tit. 1. lib. 4. recompil. & alij*, quos citat *Bonadill. in sua pol. lib. 2. cap. 18. num. 164. in fine*, & ex nostris Italis, quod Iudex secularis in actionibus realibus contra clericum sit penitus incompetens, dixerunt *Socin. sen. cons. 13. nu. 30. lib. 4. vbi allegat Io. Andr. in cap. qualiter, de iudic. Roland. cons. 12. num. 37. lib. 2. Vant. tract. de nullitat. in tit. de nullit. sentent. ex defect. iurisdic. num. 54. vers. que procedunt, Rot. decis. 5. de foro compet. in antiquis, optime Sigismund Scacc. tract. de iudic. caus. civil. & criminal. lib. 1. cap. 11. num. 28. & 30. vbi relatis, & reiectis contrarijs opinionem hanc communè esse testatur Prosp. Farinac. in par. crim. part. 1. in tit. de inquisit. quest. 8. num. 21, sub istis verbis. *aduerso tamen, quod horum Doctorum auctoritas procedit non de iure, sed de locali apud eos consuetudine, de qua ipsi testantur, quam valere, & ad alias Regiones non extendi optime dixit Couarr. &c. & de obseruantia in Regno nostro Neapolitano, quod clericis, etiam in realibus ad seculares Iudices non trahantur, testatur ipsa quotidiana praxis, & cum ea Orlan. Bammac. in opusculo de legit. remed. Regibus competent. &c. num. 52. Vnius decis. 49. num. 3. lib. 1. Marta tract. de iurisdic. part. 4. cent. 2. casu 125. per totum, & Reg. Rouit. decis. 44. nu. 1. opinionemq; contrariam penitus abolendam dixi pariter & Ego lib. 1. cap. 189. num. 8. hæc quoad rationem per *Triusanum* consideratam, quod verò ad auctoritates *Afflic. Marant. & Marc. Mant.* per ipsum relatas, fas sit mihi dicere, istorum doctrinam allucinatam obseruasse, quandoquidem *Afflic.* verbis admodum claris affirmavit contrarium eius, ad quod allegatur, vt supra fuit demonstratum, *Marant. & Marc. Mant.* aliud non dixerunt, nisi, quod clericus actiue, & passiuè municipali lege, que ius retractus induxit, ligatur, id,**

quod nos pro viribus defendimus cit. cap. 55. lib. 1. sed cum sit ille conueniendus, contra quo Iudice conueniri debeat, de hoc verbum nullum proculerunt, nè dicamus, *Marant.* nostram inloquutum sententiam, dum allegauit, & sequutus est *Napollan.* in locis supra citatis, vbi firmat conclusionem, clericum pro iure retractus coram Iudice Ecclesiastico conueniendum, quo fit, vt dicamus, pariterque concludamus, *Triusan.* sententiam ratione, & autoritate esse penitus destitutam, illamq; meritò improbase *Scacc. tract. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 100.*

27. Tercio non obstat dicta per *Farinac.* cit. quest. 8. nu. 124. vbi dicit, *Sigismund. Scacc.* in loca modo à me citato ex *Triusan.* In d. decis. 34. posse duos casus, in quibus secularis Iudex est competens, etiam contra clericum, primò scilicet in causa iuris congrui, secundum in causa affectus domus; perfunctorie, nè dicam inconsiderate, hoc dixit *Farinac.* eiusque lapsus dupliciter detegitur, primò dum citat *Scacc.* qui *Triusan.* improbat, non autem sequitur, secundò, si in eadem quest. 8. nu. 21. enixè, vt patet, statim sublinuit, detestandam esse opinionem illorum, qui tenuerunt, Iudicem secularem in actione reali contra clericum esse competentem, quo pacto in hoc num. 124. poterat affirmare, vt Iudex secularis sit competentens aduersus clericum iure retractus conuentum, non nè actio hæc, secundum vnam opinionem realis est, vel secundum alteram, que est *Io. Anton. de Nigri. & aliorum* in d. *Constit. Sancimus*, in rem scripta?

28. Vltimò, nec obstat decobam, quod huic sententie opinio pro seculari Magistratu retractus *Mariae Giarba* decis. 25. nu. 10. que in casu proposito contra Episcopum affectu retractu, nam cum doctus iste I. C. materia non degustauerit, & non nisi *Triusan.* auctoritate id scripserit, de eius opinione in hoc articulo nulla poterat haberi ratio, quapropter non abire potuit, & *Triusan.* satis licentè hac in re alloquutus dixit. Ego in cit. cap. 55. num. 6. lib. 1.

In hæc sententiam respondi quidam *Batoni* amico, & clienti huius articuli veritatem in currenti anno 1643. à me scire cupienti, qui demum secundum hic allegata ab eius Officiario exequi fecisse me certiore fecit.

29. Prosequor materiam coactus, nè dicam petulacè lacessus à *Mario Giarba I. C. Mesianense*, qui ægrè ferens, me dixisse in cit. cap. 55. nu. 6. id, quod paulò antè repeti, ipsum,

& *Triuisa*. licentèr satis in hoc articulo alloquutos, aduersus me elatus nouissimè insurrexit *obser. 2. à num. 15. par. I. suarum obseruat.* quo loci quærens primò, in quo *Triuisanus* peccauerit, vt tam ignominioso Epitaphio reprobatione dignus fuerit, subdit, me potius erubescendum, cum ad meam probandam intentionem, nec legem, nec Doctoris auctoritatem adduxerim, contra *tex. in l. illam, C. de collat. & quàmuis citare potuissim, addit, Barbof. Gutierr. Mut. Panor. Turret. & Surd. in locis per ipsum relatis num. 17.* attamen his non obstantibus in suo lapsu tam claro, tam certo, tam manifesto persistens, suam confirmat sententiã auctoritate nonnullorum, quos affirmasse præsupponit, in causa retractus contra clericum, secularem Magistratum esse competentem, & hi sunt iuxta ordinem, quo illos allegat, *Marcus Mans. Marant. & Affl. in locis per me citatis, Marc. Ant. Bard. tract. de iure prothomis. Gufman. de cuiuslib. quest. 7. nu. 36. Staiban. in schol. ad Staiban. sen. conf. 41. nu. 4. Nouel. de iure prothomis. §. 8. nu. 48. Tiraquel. in loco per me cit. Carpin. Mediol. Stat. v. 417. num. 174. p. I. Ricc. coll. 6. Stacc. et Farmac. in locis supra per me relatis, & quòd ita in Pinziano Senatu pro laico in Curia seculari retrahente contra clericum decisum fuerit, laudat in authorè Christophor. Paz tract. de tenuta, quest. 63. num. 32. ad finem (quibus relatis Doctoribus poterat *Giurba* addere & alium, qui *Triuisani*, & suam insequutus fuit sententiã, & is est *Obtavianus Caracciolus* in tract. de fori privilegiat. remiss. quest. 17.) citat paritèr & in simul *tex. in d. cap. constitutus, extra de in integr. restit.* quo, inquit, probari retractum coram retrahentis Iudice fore concedendum, quia retrahens reus est, ex *Innocent. in c. dilecti, de except. et Ca. Strens. in l. testamenta, iur. 7. C. de testam.* què sequutus est *Paz loco cit. num. 23. Faber diff. 55. num. 18. C. de Episcopis, et cleric. & Testay allegat. 25. num. 17.* ad quorum corroboracionem considerauit demùm, dissimile nõ esse, quod de clerico diffamante dixit *Cappyc. decis. 18. vt à laico diffamato rectè possit ille coram Iudice seculari conueniri, quicquid in contrarium scripserit Affl. decis. 268. cum Cappyc. sententiã crebrius obtinuerit, vt per Addentes vrbobiquè, & Contard. in l. diffamari, quest. 1. C. de ingen. manumif. qui Affl. reprobat, quibus sic se habentibus concludit in hoc certamine, potius *Seac. & Farmac.* Romanis Ecclesiasticã iurisdictionè callentibus, quàm mihi Neap. credendum esse, cum pro illis stet *Pinziani Senatus* deci-**

sio, & *Triuisan.* sententiã, tandem pro hac opinione tum in Seraticotali, tum in M. R. C. Auditorio illius Regni de annò 1610. decisum refert.

30 Hęc sunt dumtaxat, quæ *Marius Giurba* ad firmam confirmandam sententiã, siuè maioris ad suum detegendum errorem, & in poenam mei patrati facinoris considerauit, quibus respondere, possem utiq; me abstinere feliciter, si tamen, quæ supra exarant attentã consideratione pensentur, ex illis namque constat enixè, quantum et ipse, & *Triuisanus* in huius articuli resolutione peccauerint, & quantum contra comunè omnium sententiã loquuti fuerint; sed vt eo magis veritas elucescat.

31 Ad primum respondeo, nusquam in animum venisse meum, *Triuisani*, et *Giurb.* ignominioso Epitaphio reprobatione dignos esse, ambos enim summæ doctrinæ viros agnosco, summaquè existimatione emeritos; credidi tamèn in hoc articulo, Ecclesiasticam libertatem eos multum laesse, quòd proinde dixi, pace tantorum virorum licentèr satis alloquutos, est tamèn verum ad hoc demonstrandum, nec legem, nec Doctoris auctoritatem me attulisse, ratio fuit, quia de his principalitèr non agebam, cum meum fuerit de illo solummodò videre, nimirum an clericus actiue, & passiuè ligetur municipalitèr lege, quæ ius retractus induxit, & tandè admissa affirmatiua sententiã, coram quo Iudice sit ille conueniendus, nullatenus in dubium reuocari, annui solum; sed perfunctoriè, quid *Triuisanus*, & *Giurba* in hoc senserint: at cum demùm circa hanc Iudicis competentiam differere annis non longè decursis mihi contigisset, an quòd scripsi, ratione, & auctoritate probauerim, ita vt factus non sit locus regulæ, quæ desumitur ex *l. illam, C. de collat. & claritis ex §. consideramus, Auth. de triente, et semis.* satis credo fuisse supra demonstratum.

32 Sed deueniamus ad Doctores, quos *Giurb.* pro sua opinione allegat *num. 18. vbi dicit, Alphons. Gufma. tract. de cuiuslib. q. 7. num. 36.* affirmasse, clericum in causa retractus coram Iudice seculari fore conueniendum, auctoritate *Marci Mant. dialog. iur. lib. 2. dialog. 39. Marant. disput. 8. Affl. in Constit. Sancimus, in Rubr. Marci Ant. Bard. in tract. de iure prothomis. et Triuisa. cit. dec. 34. lib. I.* respondeo, verum esse, *Gufma.* istorum auctoritate hoc dixisse; sed certè allucinatù eos allegasse, quòd proinde de eius dicto nulla potest haberi ratio, quandoquidem, vt fuit

suprà demonstratum, quando *Trinisanum* confutauimus, *Affl.* firmat contrarium, *Marc. Mans. & Robert. Marant.* dixerunt solummodò, vt clericus actiue, & passiuè ligetur statuto, de iure retractus loquente; sed quando conuenitur, coràm quo Iudice sit conueniendus, verum nullum. *Marcus Ant. Bard.* nullo pacto allegari meretur, cum aliud non dixerit in suo tract. *de iure probomif.* in proamio, num. 4. nisi, quòd vigore *Const. Sixti IV. et Leonis X.* cause omnes iuris retractus, siue congrui, tam inter laicos, quàm inter clericos, Ecclesias, & loca pia quæcunque, etiam exempta in Alma Vrbe agitantur coràm Magistratu viatum, Præsidente Domino Cardinale Camera-rio, prosequitur *Giurb.* alios allegans *Doctores*, & iuxta eius ordinem.

33 *Staiban. iun.* ad præsens Iudex nostræ M.C. meritissimus in *addit. ad senior. conf.* 41. hic nec etiam allegari meretur, cum remissiuè loquatur, quærit enim *num. 5.* an clerici in causa iuris probomif. eos ord. seculari Iudice sint conueniendi, & nihil determinans citat *Giurb. decis.* 25. num. 19.

34 *Novel. de iure probomif.* §. 8. num. 48. hic nec etiam allegari meretur, in hoc enim num. nihil dicit; sed tantum num. 38. quærit, an clerici possint agere iure congrui contra laicos, & affirmatiuè respondet num. 42. quia clericus potest agere coràm Iudice laico, quòd agitur de suo patrimonio, sicquè in facto decisum testatur, demùm *num. 43.* dubitat, an Scholæ, & Confraternitates illius Ciuitatis possint iure congrui actionem intentare, & an statutum laicorù clericos, Ecclesiasticas personas, & loca non consecrata cõprehendat, & citando ad hoc *Bar.* & alios, addit hæc verba. *Et hoc iudiciũ potest intentari coràm Iudice laico, vt Doctores moderni in cap. cum inter, col. 7. de except. & ibi D. Dec. D. Marian. Soc. in suo tract. de citatio. art. 5. vers. 13. Affl. decis.* 24. num. 8. ratione enim temporalium clerici Regibus, & Iudicibus laicis sunt subiecti, &c. ex hoc loquendi modo non habemus, an *Novel.* senserit, si hoc iudicium possit agitari coràm Iudice laico, clerico retrahere volente, vel vbi ille hoc iure conueniretur, *Doctores* enim quos allegat nequè vnum, nequè alterum probant, dicunt solum, edictum generale Iudicis secularis admonens omnes ad comparandum, si in negotio, de quo agitur, sua putauerint interesset, clericum ligare; vellè modò scire à *Novel.* hæc conclusio quid cõmune habet cum articulo, an iudicium iuris retractus, vel ad instantiam clerici con-

tra laicum, vel ad instantiam laici contra clericum possit coràm Iudice seculari intentari? addit, clericos ratione temporalium Regibus, & Iudicibus laicis esse subiectos, benè dicit, in his tamèn, in quibus ius canonicum expressè disposuit ad *sex. in cap. ceterum, in cap. ex transmissa, & in cap. uerum, de foro competent.*

35 *Tiraq. i. retract.* §. 8. gl. 5. nu. 16. itemquè *Carpan. Mediol. Stat. cap. 417. nu. 124. p. 1.* loquitur in terminis consuetudinis Fræciæ, & sic nihil ad rem nostram.

36 *Riccus*, cuius memoria tantum debeo, quantum possum *collect. 6. vers. item an clericus non aperit* quæ in hoc articulo fuerit sua opinio; voluit enim in illo opere omnes supremorum Senatum decisiones referre, & quærens, an clericus pro iure congrui coràm Iudice seculari conueniri possit, citat *Trinisan. decis.* 34. lib. 1. qui affirmatiua fuit opinionis; sed quòd conueniendus sit coràm Ecclesiastico aperte demonstra-uit *decis. Curia Archiep.* 180. p. 3.

37 *Marinac. in prax. crim. par. 1. tit. de inquisit. quest. 8. num. 12.* in hoc articulo inconsiderate processit, vt fuit suprà demonstratum, quando illius dicta confutauimus.

38 *Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 100.* nõ solũ non dicit id, ad quod allegatur à *Giurba*, sed contendere possumus, contrarium firmasse; per hæc enim verba loquitur. *Adde etiam regulam, & limitationes, quas ponit Trinisan. decis.* 34. num. 2. & seq. lib. 1. dicens, quòd Iudex secularis potest esse competens Iudex clerici in causa iuris congrui, item in causa affectus domus conductæ, & deniquè in actione reali, quas tamen regulam, & limitationes hic non firmo, &c.

39 *Chrystophar. Paz* vel allegari non meretur, vel benè ponderatus nostram confirmat sententiam in tract. *de tenuta, cap. 63.* vbi à num. 23. in quo de his agere cepit post multa, quæ considerauit pro Iudice seculari, signanter num. 31. tandem num. seq. 32. ait, quòd licet, quæ superius dixerat magni momenti erant, tamen questionem definire non audebat, quia per clausulam constituti, vel per traditionem ciuiliis possessio simul cum dominio in clericum fuit translata, vnde si hoc iure conueniretur, apud Iudicem suum conueniri debet, illos ad hoc allegans *Doctores*, qui hoc probant, subdit demùm, audiuissè (testis est de auditu) in illa Regia Cancellaria semel iudicatum fuisse contra clericum, sed sua tempestate (nota) nullam huiusmodi causam vidissè, quod proindè rem dubiam existimabat, &

consideratione dignam, quando casus occurrisset, per hæc enim verba doctus iste Iureconsultus loquitur, quibus an *Giurba*, vel potius mea confirmetur sententia, me remitto.

40 Sed quamquam hæc magni momenti sint (hæc sunt verba *Chrystoph. Paz*) non verò questionem audeo diffinire, ex venditione enim, vel per clausulam constituti, vel per traditionem, civilis possessio simul cum dominio in clericum fuit translata, consanguineusque si contendat ei rem competere, retrahereque conetur, iustum possessorem, & dominum apud Iudicem suum debet convenire, & huius opinionis fuit *Villadieg.* & alios referens *Palat. Ruvios* in d. l. 70. *Tauri*, num. 15. qui defendit, contra clericum emptorem retractum locum habere, esse tamen petendum coram Iudice Ecclesiastico, & coram eo debere fieri depositionem pretij, aliisque legis solemnitates superesse, ut ex exercis eiusdem opinionis fuit *Napadan.* in tit. de iure cong. in Consuet. incip. Si Ecclesia, et in præmio, in verb. tenorem, *Matthe.* de Assl. in tract. de iure prothomis. in principio legis, vers. item quæro, num. 10. ad finem, quamvis assarat, non facile servari hanc opinionem in Curia Archiepiscopali Neapolitana, audimusque in hac Regia Cancellaria semel iudicatum fuisse in favorem retrahentis, opposita declinatoria fori per clericum, mea tamen tempestate nullam huiusmodi causam vidi, dubiamque rem puto, et consideratione dignam, quando casus occurrat, Hæc *Paz*.

41 Pergit ulterius *Giurba* allegans *tex.* in cap. constitutus, extra de in integr. restit. in quo dicit, retractum concedi coram Iudice retrahentis, vellem Ego scire, quid boni pro sua opinione ex hoc colligit *Giurba*; nam si sentijt, probari in hac *Decretali*, ut retractus sit coram Iudice retrahentis petendus, & hoc verum non est, quia nullibi in *tex.* legitur, dicit quis probari hoc modo, cum in eo supponatur, fuisse fundum à laico venditum, & cum iuxta municipalem consuetudinem laicorum in emptione veniebant preferendi duo fratres venditoris filij, quorum alter erat clericus, quia intra annum, & diem propter eorum minorem ætatem pro retractu non comparuerunt, qua de re se læsos dixerunt, supplicarunt Summo Pontifici, ut dignaretur, ad restitutionis in integrum beneficium eos admittere, prout admitti mandavit, quatenus preces veritate nitarentur: ecce igitur, dicit quis, quod clericus pro retractu obtinendo comparuit coram Iudice Ecclesiastico, qui ipse retractus erat competens, sicque bene probatur, quod retractus conceditur coram

Iudice retrahentis; etenim respōdetur primo, in *tex.* non haberi, an emptor fundi iuri retractus obnoxii erat laicus, vel clericus, ita ut non desunt *Doctores* relati à *Felin.* in loca infra allegando, qui dixerint, quod etiam clericus, sicque clericum pro retractu alij clericum coram Iudice Ecclesiastico convenisse, & *Petr. de Anchar.* ibidem in principio dicit, se non videre, si emptor fuisset laicus, quo iure super ista restitutionis causa poterat ille coram Papa trahi, id, quod placuit *Consiliario de Carleval.* in loco infra allegando; admittit tamen communi intelligentia, quod emptor vere fuisset laicus, ut per *Anchar. Ant. de Burr. Abb. Zabarel.* & omnes in d. cap. constitutus, *Didac. Castelli* in l. 70. *Tauri*, col. 5. vers. item si magister, *Maztiens. lib. 5. recompilet. tit. 11. l. 7. glos. 2. num. 12.* & alios, non per hoc sequitur, probari in eo *tex.* in causa retractus Iudicem retrahentis esse competentem; sed bene probare secundum Canonikas, speciale esse in Ecclesia, & in clerico lætis, ut pro obtinenda restitutione in integrum, etiam contra laicum possit coram Iudice Ecclesiastico comparere; id, quod alijs non permittitur per *tex.* satis clarum, & expressum in l. 2. C. ubi, et apud quem cognit. in integr. restit. agitur. sic, ubi verbis satis expressis dicitur, in causa restitutionis in integrum actorem rei forum sequi debere) ita satis aperte dixerunt *Canonista* in d. cap. constitutus, signatè *Ant. de Burr.* in 7. notab. ubi dicit, hoc notandum pro mirabile, *Abb.* per ead. num. 1. quo loci inquis, in hoc *tex.* esse casum, in quo clericus gaudet quodam privilegium fori in rebus suis eo favore, quo gaudet in rebus Ecclesie, id, quod menti tenendum, commendat *Zabarell.* in 6. notab. *Felin.* in cap. cum sit generale, col. 2. vers. Ecclesia restituitur, extra de foro competen. *Roman. sing. 113. Marant.* in prax. 6. par. in verb. & quandoque appellatur, num. 113. & alij, quos citat *Sforz. Quid. tract. de restit. in integr. par. I. quest. 32. art. 15. num. 124.* sed quod etiam in hoc casu speciale prædictum in clerico admittendum non sit, sicque, ut ille, eam ex aliquo contractu cum laico inito se læsum credat, volens in integrum restitui, coram Iudice seculari pro restitutione in integrum contra laicum obtinenda comparere teneatur, supradictorum *Doctorum* sententia reiecta, dixerunt, & satis bene *Id. de Imol.* in d. cap. constitutus, num. 8. ubi expressis verbis dicit, clericum in hoc casu teneri sequi forum rei, per *tex.* in d. l. 2. nec oblatere, inquit, præcitaram *Decretalem*, quia potest dici,

quod

quòd illud municipium, in quo erat consuetudo approbata laicorum, ut distractio fundo patrimoniali, possent vendentis còjuncti proximiores intrà annum comparere, illiusq; emptori pretio exburfato restituito, ab eius posse retrahere, vel erat de Terris subiectis Ecclesiæ, & idèd petuit agi coràm Ecclesiastico, ad *tex. in cap. si duobus, de appell. vel erat consuetudo loci, quòd vbi actor esset clericus, posset reum trahere ad forum Ecclesiasticum, idemq; doctè satis, prout de more insignis Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 4. num. 2. Barbof. in l. heres absens, § proindè, num. 31. ff. de iudic. Parlador. differ. quonid. differ. 9. §. 3. num. 8. Sforz. Odd. loco cit. nu. 125. & omnium singularissimè Constiliarius Carleual. lib. 1. de iudic. tit. 1. disp. 2. q. 4. ad num. 193. vsq; ad num. 196. quo loci per hæc verba respondet ad *tex. in d. cap. constitutus*, nimirum. Neq; item obstat *tex. in d. cap. constitutus*, eodem tit. quoniam credendum est, Pontificem, à quo petita est ibi restitutio, esse Iudicem competentem rei, contra quem est petita, 'ed quòd, vel esse Clericus is, contra quem petebatur, vel Prouincia ipsa subiecta Romana Ecclesiæ quòdã secularem iurisdictionem, neq; verò hoc est diuinare, nam cum in eo textu non sit principalis quæstio de foro, sed potius de restitutione in integrum petenda, præsupponi possunt termini habiles quòdã forum, absq; vicio diuinationis, l. qui testamento, cum similibus, ff. de testam. ut elegantèr animaduertit Barbof. in d. §. proindè, num. 35. tametsi Couarr. huius solutionis primus author eam diuinationi vnoxiã ferè fateatur, minus hoc reputans incommodi, quàm opposita sententia acquiescere. hæc Carleual. etenim satis esset impertinens in Terris Imperij, si Ecclesiæ, vel clericus pro restitutione in integrum obrinendâ aduersus laicum vellet coràm Iudice Ecclesiastico comparere, suffulti dispositione præcitatæ Decretalis, dùm legem habemus expressam Imperialem, ut in iudicio restitutionis in integrum actor forum rei sequi cogatur in d. l. 2. C. vbi, & apud quem, &c.*

45 Vterius affirmat Giurb. num. 19. in hoc iuris retractus iudicio retrahentem esse reum, ad quod allegat Innocent. Paul. de Castr. Ant. Fabr. Paz, & Testay in locis superius citatis, vndè vti reus debet coràm Iudice suo seculari conueniri, sed respondetur, hos Doctores, excepto Paz (qui verè in hac quæstione allegari non meretur, cum nihil determinet) nec sibi somniasse similitudinem ineptiam affirmare, sed hoc tantum dixisse, vt si à Iudice laico emanaretur citatio, admonens quoscunq; generalitèr, vel etiam

clericum specialitèr ad comparandum, quatenus sua interesse putauerit, quòd si clericus compareret, dicitur ille potius actor, quàm reus, ex eo, quòd comparere non compellitur, si non vult, hoc non applicatur, quando Clericus à laico collaterale còueniretur ad relaxandum iure retractus fundum, quem emit, eo. n. casu laicus, qui retrahit, dicitur verè actor, & clericus, qui eo iure còuenitur, reus omnino, & hæc fuit principalis ratio Doctorem supra relatorum, qui dixerunt, vt clericus non nisi coràm Iudice Ecclesiastico in iudicio retractus conueniri debeat, quia actor debet sequi forum rei, etenim, quibus medijs probari nufquã poterit, vt possidente clerico rem, quam emit, & pro qua pecuniam impendit suam, comparente demùm laico collaterale pro retractu, hic retrahens dicatur reus, sicq; vt non nisi coràm Iudice suo seculari sit de iuribus suis tractandum, quid. n. ab illo petit clericus, qui pacificè emit rem, quam possidet, non ne reus nuncupatur à re, quæ

46 petitur, cap. forus, de verb. signific. diceretur enim hic retrahens reus, quando inito contractu inter venditorem fundi, & clericum emptorem, priusquàm iste fundi empti possessionem acquireret, laicus collateralis possessionem rei venditæ inuaderet, & pretium coràm Iudice seculari deponeret, eo. n. casu si Clericus emptor ex vi contractus initi cum fundi venditore vellet illius corporalem possessionem acquirere, utiq; ad dimittendum intrusum possessorem coràm Iudice seculari còparere teneretur, & hoc modo laicus, qui sic de facto retrahit, diceretur reus, sed vbi clericus emptor pacificè, & quietè possidet, & collateralis contra illum iure retractus vti vult, non video, quo pacto retrahens reus in hoc iudicio denominari possit, id, quod benè considerauit Paz loco cit. num. 32. quicquid per prius inconsultò dixerat num. 33.

47 Idemq; respondemus Oltanio Caracciolo, qui in cit. quæst. 17. Truisan. & Giurb. in allegatis decisionibus insequutus hoc idem scripsit, nimirum, vt in hoc iudicio retractus laicus retrahens dicatur reus, ex quo à clerico emptore ad retrahendum prouocatur, ipse autem clericus vti prouocans actor, etenim Clericus emendo nunquàm putauit vicinum ad retrahendum prouocare, immò semper sperauit, super prædio empto à nemine molestari, quòd autem vicinus possit retrahere estò millies prouocatus, vt Giurb. & Caracciolus inanitèr præsupponunt, hæc prouocatio non potest illum

constituere reum, sed proflus actorem, oritur enim ex hoc ei actio ad retrahendum contra nouum emptorem, in suiq; facultate est, an velit ea uti, vnde cum primum de-
 48 terminat actionem illam exercere, necessariò comparere tenetur coràm eo Iudice, qui est competens illius, corà quem actio illa instituitur, siue intentatur, sunt iura nimis clara, & vulgata in l. 2. C. de iuris. omnium iudic. & in l. fin. C. ubi in rem actio, & quod vulgò dicimus, vt prouocans sit actor, prouocatus verò reus, intelligitur, quando prouocatio in iudicio fit, prout est rex. in l. in tribus, in fine, ibi, & n. videri actorem, qui ad iudicium prouocasset, ff. de iudic. ubi autem nò est iudicium, cessant proflus hæc nomina actoris, & rei, hinc in terminis satis eleganter differendò *Consiliar. Carleual. loco cit. num. 202.* inquit, nullum in iure considerari actum, aut contractum extra iudicium, ex quo efficiatur quis reus, ita & taliter, vt nò possit esse actor, nec alicuius momenti esse considerationem istam, quæ aliquando fit de reo originario, aut actore originario, cum ille, qui hodie consideratur reus originarius, seu reus in potentia, poterit alia die actor esse actu, & e contra, quare subdit, illum verè censendum esse actorem, qui ad iudicium prouocat, ille autem reus, qui ad iudicium prouocatur, allegat rex. in d. l. in tribus, & in cap. foris, de verb. signif. Bart. in l. ubi actio, in 2. ff. de in iudicando. ibi; Bal. in 1. lect. Dec. cons. 43. ex num. 1.

50 Adde *Giurba*, nec dissimile esse, quod de clerico diffamante dixit *Capyc.* contra *Afflic.* vt à laico diffamata coràm Iudice seculari conueniri rectè possit, id, quod satis doctè, prout de more assensum est, sic nouissimè per Supremum Regni huius Senatam determinatum referens nobilissimus, ac nunquam satis laudatus *D. Reg. & Marchio Capyc. Latro decis. sua 89.* de qua immemor fui supra cap. 6. num. 1. cum hanc eandem probauerim sententiam, etenim respondeatur, nedum dissimile esse; sed inter vnum, & alium casum non parum considerari discrimen; idè enim in iudicio iactantiæ laicus diffamatus clericum diffamantem potest coràm Iudice seculari ad sua iura proponendum conuenire, quia circumscripto hoc iudicio, si Clericus vellet de iuribus suis experiri contra laicum, necessariò coràm Iudice seculari comparere teneretur, quo casu diceretur actor, vnde meritò magis communiter receptum est in iudicio iactantiæ intentantem remedium l. diffamari naturalitè, & verè dici reum, ille autem,

contra quem intentatur, actorem, sicq; ad Iudicem ipsius diffamati posse diffamantem trahi, vt per *D. Reg. Capyc. Latro loco cit. post D. Præs. de Franc. decis. 657.* & alios plures, quos allegat num. 5. quibus addo *Consiliar. Carleual. loco superius cit. num. 202. vers. hoc dumtaxat,* at in iudicio retractus cum clericus rem emptam possideat, dum vt possidere desinat, cupit collateralis, necesse est, vt illum ad relaxandum conueniat, & dum conuenitur, dicitur omninò reus, & consequenter coràm Iudice suo citandus.
 51 Vltimò remanet, vt respondeamus contrarijs decisionibus sequentis, tum in Straticotali, tum, vt *Giurba* testatur, in M. R. C. Auditorio illius Regni, sed quia in similibus determinationibus respondet *Cōsiliar. Carleual.* cuius anima requiescat in sancta pace cit. *tract. de iudic. lib. I. tit. I. disp. 2. q. 7. sect. 3. nu. 967.* idè ad ibi dicta me remitto.
 52 Hæc sunt, quæ se offerunt in hoc legali certamine habito inter me, & *Marium Giurbam*, quis autem nostrum meliora induerit arma, cuiq; magis credendum, & an in me, vt *Giurb.* præsupponit, vel potius in ipsum, vt arbitror Ego afferri possit *Hieremia dictum cap. 13.* quod in calce præcitatæ *obseru. 2.* verborum vanitate inflatus allegat, videant hi, ad quos de his videre, & iudicare spectabit.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus diues patris sui filius primogenitus, & hæres vniuersalis an possit petere ab hærede in feudalibus vitam, & militiam super feudis antiquis, & pretium erogatum in feudis novis, & num. 2. 11. 13. 16. & 18.
- 3 Vita, & militia, quæ debetur secundogenitis est onus feudi.
- 4 Vita, & militia debetur secundogenito, tam laico, quam clerico, siue pauper ille sit, siue diues, & num. 6. 8. & 9.
- 5 Vita, & militia, quæ debetur secundogenitis an debeatur loco alimentorum, an loco portionis hereditaria, an verò loco legitimæ.
- 7 Vita, & militia an debeatur in linea collateralis.
- 10 Secundogenitus, cui legatum est vnum feudum an possit à fratre primogenito petere vitam, & militiam super alijs feudis, in quibus ille successit.
- 11 Vita, & militia debetur secundogenito, quamuis sit ille hæres vniuersalis, & de ratione, num. seq.
- 14 Legitima vt non debeatur, requiritur, vt expressa illius renunciatio concurrat.

- 15 *Lex disponit de casu, qui cōmuniter accidit.*
- 17 *Vita, et militia an debeatur secundogenito clerico, cui pater, vel frater procurauit beneficium Ecclesiasticum.*
- 18 *Secundogenitus hæres vniuersalis patris sui an possit petere à primogenito hærede in feodalibus pretium integrum exbursatum per communem patrem super feudis nouis, et nu. 23. 24. 25. 29. et 34. et quid si hæres in feudo non sit filius, sed collateralis, nu. 42. 43. 44. 45. 46. 48. et 49.*
- 19 *Secundogeniti electio est in Regno, super feudo nouo, vel consequi vitam, et militiam, vel partem pretij, quo feudum illud emptum est; & quid si feudum non pecunia, sed proprijs meritis pater acquisiuit, & num. 20.*
- 21 *Ratio quæ sit, ut fuerit in Regno introductū, esse secundogenito præstandam partem pretij erogati in feudo nouo, & num. seq.*
- 26 *Tempus quod nam sit attendendum in solutione partis pretij feudi noui, quæ debetur secundogenito, emptionis, vel mortis patris.*
- 27 *Feudo nulliter alienato legitimus successor illud recuperat sine restitutione pretij, cum id onus sit hæredis in allodio.*
- 28 *Venditor feudi cum pacto de retrouendendo, si pactum illud exercet cum primogenito emptoris, pretio restituto, pecunia erit hæreditatis burgenfaticæ.*
- 29 *Pretij pars, quæ debetur secundogenito super feudo nouo qua actione petitur, & num. 30. & 32.*
- 31 *Collationis vinculo non subiacent ea, quæ post patris mortem filijs deseruntur.*
- 33 *Feudale patrimonium, cui est annexa qualitas hæreditaria non est separatim à patrimonio allodiali.*
- 35 *Collatio in quibus casibus cessat, et quæ requirantur, ut illa locum habeat, num. 42.*
- 36 *Primogenitus tenetur conferre pretium feudi noui, siue velit, siue nolit in reliquis bonis defuncti succedere, vbi decisio S. C. nu. 37.*
- 38 *Andr. theoricæ in cap. Imperialem, §. prætereà Ducatus, in additio. num. 39. cum seq. de prohib. feud. alien. per Freder. explicatur.*
- 39 *Collatio habet locū inter filios hæredes, quamuis filius ille, à quo petitur collatio, sit hæres in obolo.*
- 40 *Feudum dicitur legitima primogeniti.*
- 41 *Filius primogenitus successor in feudo an possit à patre grauari pro concurrenti feudi valore.*
- 47 *Filius quando succedit cum extraneo non tenetur conferre, sed quomodo procedat, ibidè, & de ratione, num. 48.*
- 50 *Legato feudo an debeatur aestimatio.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Clerico diuiti, tam ex rebus Ecclesiasticis, quàm ex patrimonio, vita, & militia debeatur? & quid si esset ille primogenitus, qui propter Clericatum à feudi successione fuit exclusus.

Item, cum certum sit, in feudo nouo competere secundogenito partem pretij, quo feudum illud emptum fuit, si contigerit, Feudatarium mori, cui duo ab intestato succederent, alter in feudo, alter verò in allodio, sum bonorū allodialium hæres possit integrum feudi pretium vti allodiale ab hærede in feodalibus petere, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. XLV.



Ilericus, patris sui filius primogenitus, & hæres in allodio, reuocatur in dubium, an possit ab hærede in feodalibus petere super feudis antiquis vitam, & militiam, quæ in Regno ex *Constit. Comitibus* secundogenito debetur, & pretium integrum in feudi noui acquisitione erogatum, quod ex consuetudine sic iudicandi filius primogenitus post patris feudatarij mortem fratribus secundogenitis conferre tenetur.

De hoc articulo in Supremo Regni huius Senatu disputari contigit in causa vertente inter Illustrissimum Dominum meū Don Franciscum Perettum Abbatem Clauallensem, nūc dignissimum S. R. E. Cardinalem ex vna, & Excellentissimam Dominam Principissam Albani, & Venafri

eius sororem, ac Excellentissimum Dominum Ducem Bracciani in iudicio vocatū, quatenus sua interesse putauerit, ex altera, pro quo Illustrissimo Domino meo Abbate patrocinando, sequentes scripsi *inrium Allegationes*, & sunt, videlicet.

Iesus, Maria, Ianuarius.

2 Ab intestato defuncto Excellentissimo Don Michaele Peretto Principe Venafri, ac utili domino Status Celani, & Baronie Piscinae, delataque in possessorio per geminata decreta, bonorum omnium feudaliū successione Excellentissimae Principissae Albani eius filiae, ob incapacitatem Illustriss. Domini mei Don Francisci Peretti Abbatis Clarauallensis, idem Illustrissimus Abbas supplicationem in Saero Consilio porrexit, qua mediante institit, declarari super Statu, & Baronia praedictis eidem competitisse, & competere vitam, & militiam a die mortis praefati Excellentissimi Patris, nec non & pretium integrum erogatum in emptionem Civitatis Venafri, vna eum interesse, ad quod omne Excellentissimam eius Germanam dictorum feudorum vtilem dominam, & posseditricem, audito Excellentissimo Duce Bracciani, quatenus sua interesse putauerit, modis omnibus condēnari instanter petiit.

Quod autem instissima sit petitiō, nullā in se continens iuris resistentiā, est adeo apud nos indubitatum, ut existimem, ad illam de iure fundandam nulla indigere librorum reuolutione; passim enim, quando haec de re in Supremis Regni huius Tribunalibus dubitari contingit, sic, citra controuersiam pronunciat: etenim, quod attinet ad vitam, & militiam ex Regni Constitutione Comitibus secundogenitis debitam, quam onus feudi esse, ex altero Regni iure Alienationis Actus Nostratos dixerunt, nulli obuium est, illam Illustrissimo auctori competere, in nihilo obstante, quod habeat aliunde, tam ex bonis paternis, quia Patris est bonorum allodialium haeres, quam ex redditibus Ecclesiasticis, & quod hoc secundogeniti nomen non mereatur, ex quo potuit uti primogenitus, & vnicus patri suo masculus in feudis succedere, & voluntarie se exclusit, ordines assumendo clericales.

4 Constat enim quoad primum, vitam, & militiam secundogenito deberi quantumvis locupletis, diuitis, & aliunde habenti, ex quo opulenter vivere possit, siue sit ille laicus, siue simplex Clericus, siue Praelatus,

aut Cardinalis, quia *Constitutio* indistincte secundogenitis hanc annuam tribuit praestationem, ex feudi fructibus per primogenitum soluendam, nam cum illi a feudorū successione per natu maiorem veniant exclusi, voluit Imperator Federicus, illius legis conditor, ad eorum beneficium vitam, & militiam instituere, nec aliter distinguit, an sint pauperes, vel diuites, an laici, vel clerici, minusque declarauit, talem annuam praestationem, ad quam primogenitus tenetur, in cuius locum deberi, an forsan loco alimentorum, an verò portionis, quam alias secundogeniti fuissent super feudo consequuturi, si in eo de Longobardorum iure viueretur, an & tandem in locum legitimae, id, quod indagare, quamuis antiquitas nostrorum malorum ingenia contorsit, nostris tamen temporibus de his disquirere, maxime ad effectum, si, vel ne vita, & militia secundogenito debeatur, est prorsus inutile, ut ex infra dicendis apparebit; videbis enim in discursu; quod si nostrae petitioni obstaret alliter, deberi vitam, & militiam loco alimentorum, vel esse illam subrogatam in locum portionis, in qua alias secundogeniti essent super feudo successuri; oppositionem nullatenus esse sustentabilem, idemque si loco legitimae deberi contemneretur: etenim communiter nostros affirmasse comperimus, vitam, & militiam secundogenito deberi, etsi non egerit, sed omnino diuiti, aliundeque habenti; ex quo vivere possit, ita enim vno ore fatentur

Andr. noster feudorum Pater in eadem Const. Comitibus, in princ. vers. sed an si minor sit locuples, & iterum in repetitione sequenti similiter in princ. sub illis verbis, Si sit locuples, non videtur, ff. de lib. agnosc. l. si quis a liberis, §. sed si filij, & §. si impubes, & §. alimenta. Periti Regnicolae dicunt contra, & bene, quia hoc est onus feudi, &c.

Paris de Puteo de reintegr. feud. cap. 40. quod incipit, Nunc videndum, nu. 25. ibi, Tamen Andr. dicit, quod etiam si minor habet unde se aliat aliunde, quod ista vita militia sibi debetur, &c.

Andr. Tiraq. de iure primog. q. 75.

Petrus de Greg. tract. de vir. & milit. q. 4.

Io. Thom. Minad. conf. i. num. 67. ibi, Sed vita & militia debetur secundogenito etiam diuissimo, & iure actionis, &c.

Camill. Salern. in addit. ad Napod. in Consuet. Quod si aliquis, in addit. incip. Vita militia, circa fin. ibi, Contrarium dicas, quantumcumque enim secundogenitus sit diues, debet habere vi-

tam, et militiam, eo quia illa debetur conditione ex lege, &c.

Gugliel. de Peru. conf. 11. nu. 10. inter conf. feudalia.

Io. Petr. Surd. tract. de aliment. tit. 7. q. 15. num. 22. & 27. ibi, Quare cum lex, vel consuetudo deferens successionem integram primogenito, mandat, secundogenitum ali, tunc datur actio, & non officium Iudicis, & consequenter secundogenitus, quamvis dives, eam petit.

Iacob. Menoch. conf. 411. num. 6.

Ottav. Bammacar. in Comment. ad tit. si de feud. defun. in cap. qui clericus, quest. 10. num. 203. in fine, sub illis verbis, Militia vero secundogenitis etiam ditissimis iure actionis realis debetur.

Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. quest. 57. n. 20. per hæc verba, Item debetur, etiam, quod frater secundogenitus sit locuples, vel alimentatus fuerit aliunde, et habitauerit extra domum fratris sui primogeniti, etc.

Don Garf. Mastrill. decis. 85. num. 20.

Paul. Staiban. conf. 2. num. 4.

Camill. Borrell. in sum. decis. par. 1. tit. de vita, et militia, num. 26.

Scipio Theodor. in hac causa iudicaturus allegat. 2. num. 1.

Mercurial. Merlin. tract. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 3. n. 9. & alij passim, citra controuersiam.

6 In specie autem, quod debetur clericis secundogenitis, cæterisque Prælati, dixerunt Paris de Puteo loco cit. in fine, ubi asserit, sic temporibus suis in beneficium cuiusdam Prothonotarij Apostolici per Sacrum Consilium fuisse decisum.

Marth de Affl. in dicta Const. Comitibus in 3. quest. num. 6.

7 Antonius Capyc. decis. ultima, quæ tamen in casu suo rura non videtur, dum in ea decisum habemus, vitam, & militiam clerico secundogenito deberi, etiam in linea collateralis, contra expressum casum dictæ Constitutionis, quæ loquitur de linea descendenti, & sic, ut petentes vitam, & militiam sint filij, siue descendentes illius, de cuius successione agitur, sicque se habere declarationem, in causa illa emanatam, ab Imperatore nostro Carolo immortalis memoriz, sub datum Bononiz de anno 1539. dum expressè ordinauit, vitam, & militiam non esse præstandam in casibus in dicta Constitutione non expressis, nec de extensione aliqua tractari posse, quæ de re sunt nouissimè videndi Ann. conf. 6. Gizzarell. decis. 36. per totam, Camill. de Medic. conf. 8. et D. Consiliar. Theodor. alleg. 20. ubi nu. 38. illius Imperialis rescripti verba transcripsit.

Petrus de Gregorio tract. de dot. de parag. quest. 22. num. 6.

Io. Thom. Minad. in Constit. In aliquibus, in verb. filiorum, num. 7.

Io. Ant. de Nigr. in cap. Reg. Alianationis actus, num. 16.

Fab. de Anna conf. 120. in princ.

Io. Aloys. Mormal. in d. Const. Comitibus.

Carol. de Grassis de effect. cleric. effect. 4. num. 257.

Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. quest. 57. num. 22.

Doct. Marta Neapolitanus tract. de iurisdic. par. 4. casu 23.

Don Garf. Mastrill. decis. 165. num. 3.

Paul. Staiban. conf. 2. num. 3.

8 Io. Franc. Reg. de Pont. tract. de potestate Proreg. tit. 7. §. 4. a num. 28. ubi dicit, sic communiter in Regno practicari, & in dies decidi, ut clericis omnibus, etiam in sacris constitutis vita, & militia debeatur, Bammacar. reprehendens, qui solus impertinentibus medijs, contrariam ausus fuit firmare sententiam in comment. ad tit. si de feud. defun. quest. 10. num. 162, cum pluribus sequentibus.

Marq. Ant. Genues. in pract. Eccles. quest. 65. per totam, ubi sigillatim omnia reuocit argumenta per Bammacar. contra clericos secundogenitos adducta.

Camill. Borrell. cit. tit. de vita, et militia, n. 26.

Andr. Melfes. conf. 9. num. 4.

Joseph Male in addit. ad Gizzarell. decis. 36. num. 46.

9 Scip. Theodor. alleg. 20. num. 23, et alleg. 25. quam scripsit in gratiam olim D. Cardinalis Ascanij Columnæ, qui licet sententiam contra ipsum reportauerit, id euenit ob peculiare factum, quod in causa illa concurrebat; non enim, qui partes Comestabuli fratris, seu nepotis tuebantur, Domino Cardinali vitam, & militiam super feudis in Regno existentibus non deberi contendebant; sed quia ex paterno testamento apertissimè cernebatur, fuisse illum tali petitione exclusum, ut ex allegatis pro Comestabulo apud Annam, & Staiban. loc. cit. clare videri potest, & ceratur ex consultatione eiusdem D. Consiliarij Theodori in allegat. seq. 26. qui uti veritatis amator Dominum Cardinalem ad concordiam hortabatur, causam dubiam satis existimado, propter verba in dicto testamento adiecta, quibus medijs, ab huius vita, & militia consequutione veniebat exclusus, deq; tali paterna exclusione testatur Bammacar. loco cit. nu. 12 fol. 88.

10 Insuper, vt videant Domini Iudicantes, Doctores omnes, qui in terminis *Constitutionis* nostrae *Comitibus* loquuti sunt, sentijisse indubitanter, hanc annuam vitæ, & militia præstationem secundogenitis deberi, quantumvis diuitibus, & aliunde habentibus, vt dixerint, quod vbi pater plura possidens feuda vnum secundogenito cum assensu legaret, siue aliud pingue legatum ordinaret, quod non per hoc super alijs feudis, in quibus primogenitus successit, vita, & militia secundogenito alterius feudi legatario denegabitur: sic enim tempore suo Dominos de Consilio dixisse affirmat *Affl. decis. 138. num. 4. & in dicta Constit. Comitibus, num. 18.* que sequuntur sunt:

Andr. Tiraq. de iura primog. q. 75. num. 3.
Petr. de Greg. de vita & militia. q. 5. in fin.
Scipio Bucina. in addit. ad Napod. in Consuetudinem, vers. similia videmus in vita & militia.
Io. Ana. Lanam. cons. 33. n. 3. & 18. num. 1.
Io. Petrus Suid. de alij. tit. 7. quest. 15. num. 22. & seq.
Marcell. de Maur. alleg. 28. num. 11. vers. similia de pluribus feudis, &c.
Nicol. Intrigliol. de feud. cit. quest. 57. num. 35. & sing. 48. lib. 1.
Marius Maur. in c. Reg. Sicil. 23. n. 188. lib. 1.
Scipio Reg. Romæ in prag. 24. num. 9. & 16. de feud.
Camill. Borrell. cit. tit. de vit. & mil. n. 15.
Seip. Theodor. relata alleg. 25. num. 2.
Joseph Mele ad Gizzarell. loc. cit. num. 19. & 21j.

11 Idemque, vbi secundogenitus bonorum allodialium esset hæres, nam non per hoc vita, & militia super feudis, in quibus primogenitus successit, denegabitur illi, sic enim indubitanter asseuerant

Andr. Tiraq. cit. quest. 75. per totam.
Io. Ang. Pisanell. magnus Iureconsultus in comment. ad pragm. edictam Thori nu. 50. vbi loquitur in casu fortiori, nimirum in sorore, vt non obstante, quod sit bonorum allodialium hæres, sine dubio competat ei paragium super feudo, audi *Doctorem* istum sic docentem, *Nam si prætenderetur paragium super feudo, vt contigit in casu Padula, in quo non requiritur aliqua discussio, Franaisca Carbona habuerat omnia bona burgenfacica, vs sic de directo competere super Padula, & perpetuo haberes, postquam esset onus feudi, &c.*

Sigismund. Reg. Loffred. in c. 1. §. quid, ergo, in verb. vel danda militia fratri minori, col. 2. in princ. in tit. de inuest. de re alien. fac. vbi hoc

pro indubitato supponit, dum fundat, ideo vitam, & militia secundogenito deberi, quia per primogenitum à feudi successione excluditur, non autem ratione filiationis, vt à paterna hereditate excluso, quia si hoc esset verum, haberet secundogenitus solum vitam, & militia, & à burgenfacicis repelleretur, quod dicit *Loffredus ipse*, verum non esse, cum succedat in burgenfacicis, & consequitur vitam, & militia.

12 *Marcell. de Maur. cit. alleg. 28. num. 11.* sub illis verbis, *Non enim ex hoc, quod pater filium secundogenitum in allodialibus heredes instituit, videtur voluisse, quod non habeat vitam, & militia, immo, &c.*

Don Gas. Mastrill. qui arenta nostri. Affl. theoretica, sic testatur in illo Siculo Senatu decisum, in addit. ad *Petr. de Greg. de vita & militia, quest. 4. lit. A.* quo loci hæc dicit verba, *Et quid si filius secundogenitus successit in allodialibus, an debeat habere vitam, & militia, vide Affl. decis. 138. in 2. dub. & Versill. ibi in addit. vbi tenent, quod sic, secundum quam opinionem ita alias audio fuisse decisum in 71. R. C. die 16. Ianuarij 1345. pro Baranissa Radusse, & ita concludit Tiraq. de primog. q. 75. n. 8.* Hæc ille.

13 Et hoc summa cum ratione, nam non per hoc, quia secundogenitus patris sui bonorum allodialium est hæres: vniuersalis, siue ex testamento, siue ab intestato, consetur prohibitus petere id, quod ex legis dispositione ei debetur, dum contraria non obstat hominis expressa dispositio, prout in casu nostro, in quo nec expressa, nec tacita considerari potest, dum de intestati successione tractatur. In *Constitutione* enim nostra *Comitibus* simpliciter disponitur, vt frater maior, qui in feudo successit, secundogenito vitam, & militia præstare debeat, nec aliter illius *Imperialis sanctionis* Authon dispositionem hanc restrinxit, quando frater secundogenitus esset patris hæres bonorum allodialium, vel aliud paternum feudum à patre assequutus esset, siue ex quouis alio titulo aliunde haberet, quod proinde dum *lex* illa simpliciter loquitur, est etiam simpliciter intelligenda, & ex quo non distinguit, nec nos distinguere debemus, vulgaris iuribus.

14 Hæc omnia supra iam dicta sic communiter à maioribus nostris, Regni huius peritis, sine cõtrouersia recepta nullum possunt recipere obstaculum ex obiectione, quæ sibi potest, nimirum, quod voluntarie Illustrissimus Dominus meus Abbas à feudorum successione se exclusit, ordines assu-

mendo clericales, & sic non posse cum secundogeniti nomen obtinere; nam respondetur, quod licet hoc verum sit, non tamen per hoc sequitur, quod excludendo se à feudi successione, voluit similiter à vita, & militia se excludere, nam si debetur secundogenito clerico, multò fortius est debita primo, ex cuius persona maius commodum secundogenitus laicus est consequutus, & proinde magis rationabile est, ut debeat clericis primogenito, quam secundo: Item cum expressa huic vitæ, & militiæ renunciatio non interuenerit, non potest dici ab illius petitione voluisse Dominum unum Abbatem, dum sacris initiabatur ordinibus, se excludere, exemplo legitimæ, quæ expressam, & specificam requirit renunciacionem, ad *tex. in l. si quando, §. et generaliter, C. de inoffic. testam.* validum esse enim argumentum de legitima ad vitam, & militiam, & è contra, ut per *Laffrad. in d. cap. 1. §. quid ergo, vers. vel danda, de inoffic. de renunc. fac. et D. de Franch. decis. 61. num. 3.* Insuper non obstat, quod non consideratur secundogenitus, de quo proprie loquitur *Constitutio Comitis*; disponit enim *lex illa* de casu, qui communiter accidit, iuxta legum naturam, *nam et ea, ff. de legibus*; etenim communiter videmus, primogenitos bonorum feudaliū vtili dominium assequi, quia illos tantum *lex feudalitatis* vocat, & idè de vita, & militia per eos secundogenitis præstanda, præcitata *Constitutio* loquitur, sed dum casus contingit, in quo primogenitus propter ipsius incapacitatem succedere non potest, non nec erit indicandum secundum legem in casibus communiter accidentibus conditam ad traditam per *Dec. in l. ea, que rard. ff. de reg. iur. et promde his principioribus rationibus atteris, dum is casus aliis* apud nos disputari contigisset, in causa olim D. Cardinalis Vicelli, vitam, & militiam petentis ab eius fratre secundogenito, qui propter ipsius Cardinalis incapacitatem in Terra Amatricis successerat, sic in puncto ad Cardinalis fauorem Sacrum Consiliū pronunciauit; ut refertur *D. Pres. de Franch. in eius vulgata decis. 20. per totam, de qua meminere Dom. Reg. de Ponte loco cit. Ollan. Bammacar. in d. cap. qui clericus, nu. 162. Mart. cit. ca. u. 23. num. 36. Massid. decis. 85. num. 11. et decis. 165. num. 3. Camill. de Medic. conf. 8. num. 23. Maruil. loco cit. num. 51. Genuens. relata q. 65. num. 3. D. Reg. Rouit. in pragm. 24. num. 7. de feud. ibi, Et dicitur secundogenitus in hac materia, nedum quod est minor natus, sed etiam, qui esset maior natus, et pri-*

mogenitus; sed propter incapacitatem, vel aliud impedimentum non potuit in feudo succedere, etc.

17 Minus etiam obstat, si huic tam iuste petitioni extraneis opponeretur, ex alio non esse illi locum, cum Dominus meus Abbas insignibus suatur Ecclesiasticis beneficiis, ipsi à Domino tunc Cardinale Montako eius patris resignatis, id, quod opponendum fore mihi persuasum, cum hoc sit per Adversarios et factum deductum, articulatum, & probatum, ex quo forsitan præsupponunt, resignacionem illam intuitu, & contemplanone Principis patris sequutam esse, tantòq; esse efficacem, ut Dominus Abbas à petitione facta vitæ, & militiæ reniat exclusus; etenim si casus daretur ut Adversariis opponerent, facili quidem modo responderi potest, nãdum prætenditur, per hanc sic factam probationem constare satis, quod Dominus Abbas sic dicit, & ex supra dictis hanc est præconio, aut verò credūt, Principem patrem Cardinali fratre beneficiorum paterasse resignacionem ad fauorem Domini mei Abbatis, ut excluderetur ille ab annuatitate, & militiæ consecratione, & hoc asserere, uerè esset infirmitas intellectus, cum primo, quia in facto nullatenus constat, resignacionem ad Principis instantiam, illiusq; contemplanone factam fuisse, cum secundo, & melius, quia etsi constaret, non per hoc peregit Princeps pater, ut eo mortuo, unicum filium suum masculinum à vita, & militia, quæ super feudis antiquis, ex iuris dispositione illi competeat, excludere uoluerit; nunquam enim intelligi potest, patrem per acceptam donationem, siue legatum, aut hæreditis institutionem, ad secundogeniti fauorem factam, voluisse illum à vita, & militia excludere, nisi expressè id declarauerit, ut per *Affl. cit. decis. 138. & Triglot. dicta, quæst. 57. num. 45. & melius sing. q. 8. lib. 1. ibi, nisi expressè dixerit, quod reliquerit in recompensationem vitæ, & militiæ*; etenim tunc dixerunt *Doffores*, filium secundogenitum per beneficium, vel Prælaturam obtentam, à vita, & militia esse excludendum, quando beneficium illud ad fratris primogeniti instantiam esset ei collatum; nam cum huius annuatitiationis sit ille debitor, procurando fratri suo beneficium, præsumitur, id fecisse, ut se ab onere vitæ, & militiæ liberaret, sicquæ per *tex. in l. 1. §. sed scimus, C. de latin. liber. tollend. dixerunt Bald. & DD. ibi, Prosp. Caran. in additio. ad Affl. in citat. decis. 138. Camil. Sater. ad Consuet. Quod si aliquis, in additio. incip. vita militia, vers. & si*

primogenitus quasi fratri secundogenito, *Ma-
strill. in additio. ad Petr. de Gregor. cit. quest. 4.
lit. A. Amédol. ad D. de Franch. dec. 20. & alij;*
fecus autem est dicendum in patre benefi-
cia filio secundogenito procurante, nam
cum ille nunquam possit dici, & ceteri filij
debitor vitæ, & militiæ, cum onus hoc
post ipsius patris mortem oriatur, non est,
cur dici possit, id fecisse, ut post eius mortem
filius primogenitus debitor remaneret d
tali onere liber. Hæc satis quoad petitionem
vitæ, & militiæ.

18 Quod vero ad alteram totius pretij per
Excellentissimum Principem communem
Patrem in Civitatis Venæfræ emptionem
erogati dicimus, nullam etiam hanc peti-
tionem in se continere iuris resistentiam;
& ut patet de veritate, credo, nemini ex
nostratis fuisse unquam ignotum, in feu-

19 do empto per patrem, in secundogeniti
electione esse, vel vitam, & militiam, iuxta
*Consil. Comitibus, vel pretij partem conse-
quit, iuxta consuetudinem sic in Regno iudi-
candi receptissimam, quæ nunquam ha-
bita contradicentem, id quod ex doctrina
Andr. in cap. Imperialem, §. pratered Ducatus,
in additio. num. 39. & 40. de prohib. feud. alie-
nat. per Feder. quem sequuntur fuere*

*Lucas de Pen. in l. 1. num. 31. vers. nam si pater
acquirat feudum, C. de imponen. Iurat. descript.
Muth. de Ass. in d. §. pratered Ducatus, in-
tra num. 90. in antiquis.*

*Antonius Capya decis. 2. num. 6.
Sigismund. Loffredus in d. §. pratered Duca-
tus, fol. mihi 59.*

*Bartholomæa. Camer. in eodem §. pratered
Ducatus, fol. 106. et seq.*

*Io. Thom. Minad. in Consil. In aliquibus, in-
verb. in successione, intra num. 30.*

*Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. in tit. differ-
int. feud. ex pact. et hereditar. in 33. differen-
num. 3. et 4.*

*Nard. Liparul. in additio. ad Andr. in d. §.
pratered Ducatus, num. 39. lit. Q. ubi hæc sub-
dit verba, Et scias, quod ista opinio Andr. vi-
delicet, quod primogenitus succedens in feudo
empto à patre teneatur dare fratribus secundo-
genitis partem pretij, recepta est in Sac. Cons. et
ab ea non est recedendum, etc.*

Io. Vinc. de Anna sing. 200.

Marcel. de Maur. alleg. 52. num. 4.

*Franc. de Amic. de feud. in tit. de bis, qui
feud. dar. pos. in questio. incip. hanc questionem,
num. 2. et 3. fol. 98.*

*Io. Jacob. Masul. in addit. ad Capya. decis. 2.
num. 10.*

*Camil. de Medic. cons. 124. nu. 8. ubi adeo
consuetudinem hanc apud nos servari di-
cit, ut affirmare ausus sit, partem pretij feu-
di notum onus esse intrinsecum ipsi feudo,
prout est vita, et militia.*

Fab. de Anna cons. 26.

*Scipio Reg. Rou. in prag. 24. nu. 3. de feud.
sub illis verbis, sed in feudis novis est in ele-
ctione secundogeniti, si mauult partem pretij
ipsorum feudorum semel consequi, & non vitæ,
& militiam, & è contra, ut passim receptum est
in supremis huius Regni Tribunalibus, &c.*

*Anellus Amat. cons. 6. per totum, vbi di-
cit, in Regno notissimi iuris esse, secundo-
genito in feudo novo pretij partem com-
petere, iuxta doctrinam Andr. semper, &
ubique receptam, nec attendendum esse,
unde pretium pervenerit, cum nihil inter-
sit, an de propria, vel de aliena pecunia,
quid ematur, sed cuius acquiratur nomine.*

Prosp. Perr. in addit. ad Capya. in d. dec. 2.

*Fulvius Reg. Consil. in l. 1. num. 69. C. de
suis offic. militar. qui in bello moriuntur, ibi,
unde receptum est in hoc Regno, filium primo-
genitum debere alijs fratribus tribuere partem
pretij feudi empti à patre, etc.*

*Fabius Capya. Galeota in addit. ad precit.
cons. Camil. de Medic. 124. in princip. vbi ex
Alienigenis citat Ant. Fab. hoc idem te-
nentem lib. 2. de erroribus prag. decad. 41.
error. 10. cui addo Haribam. Pistor. quasi iur.
lib. 3. q. 38. sub num. 7. vers. denique.*

20 Consuetudo ista sic in Regno iudicandi
adeo apud nos servatur, ut eam procedere
dixerint Nostræ, etiam si non pecunia pater
feudum adquisierit, sed in servitiorum re-
munerationem, ut adhuc pretij pars secun-
dogenitis debeatur, sicque per S. C. de an-
no 1556. decisum fuisse, testatur Io. Vinc. de
Anna sing. 201. cuius verba sunt. Feudi dona-
ti ob servitia an debeatur pars pretij? in S. Cons.
in causa della Fedeli fuit decisum, quod sic, co-
râms D. Felice de Rubeis Consiliario doctissimo,
de anno 1556. Act. Iubeno, &c. quam deci-
sionem esse iuri consonam, probat elegan-
tissimè D. Reg. Rouit. in cit. prag. 24. num. 28.
vbi tamen declarat ipse, si merita, & servi-
tia essent talia, pro quibus feudum recipi-
enti competebat actio, vel iudicis officium
ad illorum meritorum congruam conse-
quendam mercedem, ex quo tunc feudum
illamet actione emptum ceteretur, & quem-
admodum ante feudi acquisitionem erat
illa actio in defuncti patrimonio, ita et
post, cuius omnes filij sunt capaces, et ha-
betur, ac si remunerans servitiorum mer-
cedem prius in pecunia defuncto soluisset,

& de.

et demum pro illa mercede in pecunia soluta, eidem feudum vendidisset, istamque *D. Regent. Rouiti* declarationem nouissimè amplexus fuit *D. Reg. Constant. in d. l. 1. n. 65. vers. sed in hac quoque specie*, et de decisione prædicta memores etiam fuerunt *Abb. de Maur. in additio. ad alleg. Marcel. 52. Anel. Amat. citat. cons. 6. num. 13. Petr. in addit. ad Cypyc. decis. 2. Ricc. collect. decis. collect. 609. Camil. Borrell. in sum. decis. par. 1. tit. de feud. num. 706. quibus addo Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 99.*

21 Ratio autem, quare consuetudo hæc in Regno introducta iudicandi, vt feudum nouo primogenito delato, illius pretium inter fratres diuidatur, illa assignatur à *Luca de Penn.* quem nonnulli ex citatis *Doctores* sequuntur, nimirum, cum antequam feudum emeretur, pretium illud impensum in patris bonis reperiebatur, in eoque si feudum emptum non fuisset, velut in arca reposito, omnes filii æquis portionibus successissent: emit pater feudum, in quo vt indiuisibile, quia de iure Francorum primogenitus succedit solus, cæteris filiis pœnitus exclusis, & sic tantum de bonis suis dimiuit, siue ex ipsius patris re, vt feudum emeretur, abscessit, vnde æquum est, ne inter filios inæqualitas detur, vt filius primogenitus, qui in feudo succedit solus, illudque præcipuum cõsequitur, pretium, quo emptum est, hæreditati paternæ refundat, ad hoc vt demum inter filios omnes, eosdemque Germanos diuidatur, sicq; in terminis indiuisibilis emphyteusis, iuxta Lusitanas sanctiones loquebatur *Aluar. Valasc. in prax. partition. & collation. cap. 13. n. 102.*

22 Aliam verò ratione consuetudinis præfatæ ad fauorem secundogenitorum sic iudicandi introductæ assignat *D. Reg. Rou. in cit. prag. 24. à num. 26. vsque ad 38.* dicit Dominus iste *Regens*, deberi secundogenitis partem pretii feudi noui, non ex eo, quod pretium illud emptionis tempore abscessit à defuncti feudatarii patrimonio, & quod si non fuisset absumptum, reperiretur in arca, & sic omnes filii succederent, sed quia verè pretium illud, quamuis in feudi emptionem erogatum, permanfit tamèn semper in patrimonio patris, prout & alia bona burgenfatica, nec aliter ab illo fuit vquam absumptum, sed quod sit rãtum mutata qualitas, nam quod prius consistebat in quantitate, consistit demum in corpore in locum pretii, quo emptum est, subrogato, prout in terminis emphyteusis à patre profilio primogenito pretio comparatæ

loquitur *Cald. Perer. de iur. emphyteut. 3. cap. 15. num. 14. vers. verum hoc limitandum censet.* Et dum pretium illud in vita patris erat in eius patrimonio, sequitur certè dicendum, post illius mortem in hæritate permanfisse, & ita venit inter fratres diuidendum, id, quod dicit *D. Rouit. satis*, superque probari autoritate *Frec. & Camer. in locis per ipsum relatis*, & vitrà illos pro huius sententiæ fundamento *tex. adducit satis celebrem, & punctualem in l. pater 23. ff. de admend. legat. vbi, cum pater, filiis institutis hæredibus, mandasset, vt eius filia fratrum coheres ex cõmodo cuiusdam administrationis per ipsum factæ trecentos aureos præcaperet, post testamentum pecuniam illam sic legatam in prædii emptionem expendit, & demum è viuis decessit, dubitatum fuit apud *Papinianum*, an filia coheredi prælegatum illud aureorum tercentorũ deberetur, & pro dubio videbatur negandum, ex quo pecunia illa erat consumpta, siue absumpta, & ita legatum dicebatur extinctum; At omninò filia deberi, respondit *I. C. sui responsi reddens rationem*, per hæc aurea verba, *non enim absumptum videtur, quod in corpus patrimonij versum est; ecce igitur*, subdit *D. Rou.* hunc *tex. in indiuiduo eius probare axioma, nimirum per feudi emptionem nõquam pretium à patris patrimonio abscessisse dici posse; istiusq; sententiæ mihi videtur fuisse Affl. in d. S. prætereà Ducatus, intrã num. 90. in antiquis, & 33. in nouis, dum expressis verbis dixit, pretium hoc esse inter fratres diuidendum, ex quo in defuncti feudatarii hæritate reperitur, ibi, nec obstant in contrarium allegata, quia fateor, quod quæsitã post mortem non veniunt in collationem, sed tale feudum non venit in collationem, sed eius pretium, quod est in hæritate, bene venit diuidendum inter fratres, etc. hoc idem Reg. Lanar. infra allegandus.**

23 His sic præfactis, deueniendo ad rem nostram dico, quod siue primam, siue postremam attendamus rationem, vtraque facit, vt nõ pretij partem, & sic medietatem, vbi non potest cadere controuersia, sed totum, quod impensum est, cogatur Domina Principissa conuenta suo Germano fratri præstare: dicunt enim *Autores primæ rationis*, idè in Regno esse inductam consuetudinem iudicandi, vt pretium feudi noui, in quo primogenitus succedit solus, sit inter filios omnes, eosdemque fratres diuidendum, quia si pater feudum non emis-

set,

set, post eius mortem pretium totum in illo erogatum in hereditate reperiretur, in coque uti merè allodiali omnes filii æquis portionibus succederent, et sic non solum primus, sed ceteri omnes secundo, et tertio loco nati, quod proinde æquum est, ut primogenitus, qui feudum præcipit, cogatur id, quod impensum est exburfare, ad hoc ut demùm ex fratribus unusquisque pecuniæ exburfata suam accipiat portionem. Modò dico Ego in casu nostro, si Dominus Princeps Actoris, et Rex conuentæ cõmunis patris Venafri Ciuitatem non emisset, certè pecunia erogata in hereditate burgenfatica reperiretur, solusque Dominus meus Abbas succederet; nullus enim cum illo vnico masculo superstite concurrere potuisset, non soror, dupliciter, primò quia vti dotata, stante masculo, à bonis omnibus veniebat exclusa, secundo propter amplissimam renunciationem ad eiusdem fratris beneficium factam; ita ut est, quod soror ipsa succedere potuisset, per renunciationem se exclusit, et sic solus frater legitimus extitisset successor; Non etiam potuisset alius cum eo concurrere, quia si casus euenisset, (quod Deus non permisit) ut Dominus Princeps Pater, solo Domino Abbate filio superstite decessisset, et ita alius in gradu successibili, huius feudi extitisset successor, ex eadem ratione, quia tractatur de rei allodialis successione, et sic de pretio prædicto, solus quoque Dominus meus Abbas, vti filius, in eo succedisset.

24. Sin autem alteram attendamus rationem, quæ est *D. Reuiri*, cessat prorsus omnis questio, nam cum Dominus iste, *Regens* asserat, idè secundogenitis partem pretij deberi, quia præcipit illud in feudi emptionem erogatum, et post patris emptionis mortem extitit (semper in illius hereditate, et adhuc extitit) (Dico Ego) vti burgenfaticum, sine dubio integrum ad D. Abbatem spectat, et omnimoda, et integra quauis ex supradictis duabus rationibus, si dicemus medietatem tantum deberi, fas sic mihi dicere, notè quæ subornare iniustitiam, & ea esset, dum D. Principissa conuentæ ad succedendum habilitaretur in bonorum allodialium, certa portio, à qua, stante eius donatione, omnino tenet exclusa, nam cum certum sit, pretium integrum esse burgenfaticum, quod qui in feudo succedit, exburfare tenetur, assignando D. Abbati medietatem illius tantum, non ne D. Principissa succederet in reliqua, est forsitan, quæ Ego, diuersæ naturæ pretij medietas,

quæ assignatur D. Abbati, ab illa, quæ remaneret pones D. Principissam? certè nõ, quia pretiũ integrum est pecunia, quæ est merè allodialis; non enim (attendamus quæso) est in Regno consuetudo introducta, ut primogenitus, qui in feudo à patre empto successit, retenta sibi certa, ac determinata pretij parte, teneatur alteram fratribus secundo, & tertio genitis tradere; ad hoc ut inter illos ea diuidatur, sed sic se habet, ut pretium totum, quo feudum emptum est conferat, ad hoc ut demùm illud inter omnes fratres æquis portionibus diuidatur, & si dices, semper in Regno filium primogenitum, qui in feudo successit de pretio erogato partem suam accepisse, respondeo id verum, quia cum fratribus secundogenitis bonorum allodialium fuit coheres, & sic capax, quod non est in casu nostro, in quo D. Principissa à bonorum allodialium successione est prorsus exclusa, & sic partem pretij, quod est burgenfaticum, nullo modo consequi potest.

25. Sed dicit quim quod dum hic casus euenit, ut unus ex filiis succedat in patrimonio burgenfatico, alter vero in feudis, ratio huiusmodi videtur, ut feudorum successor, dum non est coheres bonorum allodialium, nõ aliter molestari possit ab illo, qui illorum bonorum antecessoris est successor ad pretium feudi noui, si quod in hereditate feudali reperitur, exburlandum; Respondeo Ego, hoc esse aduersari omnino consuetudini præfata, nam cum, ut supra dicebamus, in electione sit secundogeniti, quando feudum est nouum petere à primogenito, vel uitam, & militiam, ex *Cons. Comitibus*, vel partem pretij, ex dicta consuetudine sic iudicandi inducta, & per tot secula recepta, si legitimum est secundogenito, quamuis sit bonorum allodialium uniuersalis hæres petere à primogenito uitam, & militiam, ergo licitum est ei, iuxta electionem, quam habet, petere pretium, nõ dico partem, sed integrum, ex rationibus iam dictis, quia totum est allodiali, & ratio, quæ dat partem, in casu nostro tribuit totum, quod autem filius secundogenitus, quamuis sit bonorum burgenfaticorum hæres possit à fratre primogenito, qui in feudo successit uitam, & militiam petere, iuxta *Cons. Comitibus*, ratione, & autoritate probauimus supra, ad hunc de illius petitione agebamus.

26. Nec dici potest, quod si hæc, quæ de toto pretio diximus, uera essent, sequeretur, in persona Domini Principissæ elusoriam esse Principatus Venafri successionem, dum

cogitur feudi valorem Germano exburfare; nam respondemus, id verum non esse, quia non solum elusoria considerari non potest, sed non modice estimationis; quānis enim inter Nostros fuerit controverfia, de qua novissime per *D. Confiliar. & Praesid. Capycium Galeot. in additio. ad precit. conf. 124. Camill. de Medic. num. 36.* in huius pretij solutione, quod nam sit attendendum tempus, an mortis parentis, an verò emptionis, tamē illorum sententia, quod attendatur tempus emptionis praualluit semper, vt contra *Affl. & alios testatur Fräeisus de Amic. cit. tit. de his, qui feud. dar. pos. Sex his causari potest, in fine, fol. mih. 96. Anna pater sing. 200. Reg. de Pont. de feud. le. 7. num. 5. Marcel. de Maur. loco proximè cit. & ibi Abb. Io. Hieronym. in addit. Ric. loco cit. & alii, in casu nostro si cōsideramus id, quod in emenda Ciuitate Venafri fuit expesum, quod per Dōminā Principissam est ad praesens exburfandum, & simul consideramus id, quanti modo feudum hoc aestimatur, inueniemus certe, hanc emptionem hanc Dōminē Principissae satis esse proficuum, cōsiderando etiam reperiri Ciuitatem illam, post emptionem à Dōmino Principe factam, Principatus titulo decoratam, quod quāta sit considerationis, quis est, qui nō videat?*

27 Secundo posset respondēri, quod si verè successio haec in persona Dōminae Principissae valet, et elusoria redderetur, de nihilo conquiri potest, dū Dōminus Abbas frater id petit, quod ius ei tribuitur, et enim videmus aliquando à commodo pretij, quod est burgenfaticum exclusum successorem feudalem, prout exemptum ab onere restituendi pretium, quod in patrimonio burgenfatico reperitur, feudo enim nulliter alienato, legitimus successor potest sine dubio illud ab emptore recuperare, nec aliter ad pretij exburfati restitutionem compelli potest, si bonorum allodialium haeres non est, cum id onus sit haereditis in allodio, vt per *Andr. in c. 1. §. sed & plures, num. 5. vers. compellitur restituere taliter infendatus, post glos. ibi, in verb. restituere, in tit. per quos fiat inuestit. idem Andr. in c. ap. 1. §. Titius, in fine, vers. hic non restituit pretium, et ibi Liparut. in verb. haeres tenetur ad pretium, & in §. sequi, quod si Titius, in verb. focus si hereditarium esset, circa medium, in d. de feudo defun. fuer. controner. Loffred. in d. §. Titius, vers. item licet alias agnatus.* E contra verò si in alicuius defuncti hereditate reperitur feudum, quod esset emptum cum pacto de retrouendendo, dicit *D. de Franch. de ell. 64.*

*num. 17. ex quortundam Parisiensiu sententia, esse locum iuri primogeniturae, verum si venditor pactum de retrouendendo exereret, pretio restituto, erit pecunia illa hereditatis burgenfaticae, et sic inter filios diuidetur, qui patris haeredes in allodio sunt, in tantum, dico Ego, probari, etiam in pretio, quod à patrimonio abscessit, quod quando reddit, spectat illud ad successorē in allodio, quod eò magis procedit in casu nostro, in quo satis egregiè tueri possumus, pretium erogatum nāquā abscessisse à patrimonio Principis defuncti, sed permanisse illud non absumptum, dū in corporis emptionem fuit conuersam, vt ex sententia *D. Reg. Rouit* fuit supra demonstratum.*

Sed contra praedicta opponunt primò Aduersarij praesupponentes, pretium, de quo agimus, nec in toto, nec in parte posse

29 Illustrissimo Domino meo Abbati decerni, ex quo ad illud consequendum caret actione, nam cum contendant, partem pretij non alia actione secundogenitis in Regno deberi, quā in collationis iure, ex *Andr. theorica in d. §. praeuēd Ducatus, num. 39. & seq.* in casu vertenti, dū Dōmina Principissa conuēta, vel ea non existentē, Dōminus Dux Bracciani nēdum nohit; sed nō potest in bonis allodialibus succedere, in quo quidē patrimonio collatio petitur, sequitur certè dicendum, quod dū successio cessat, cessare quoque debeat & ipsa collatio, idē; per *ura* haec, nimirum in *h. filia, la 2. & in l. si maritus, C. de collatio, in l. ex causa, C. famul. ercisc. & in l. penul. & su. ff. de collat. dot.*

30 Respondeo, nullam esse satis, nullūque momenti objectionem hanc, quod vt pateat, dico primò, nullatenus asseruisse *Andr.* teneri primogenitum ad partē pretij fratribus praestandam illa actione directiua, quā est inducta collatio: non enim

31 verisimile est, Videri tanta doctrina decoratis collationis terminos ignorasse, sciebat namquē ea, quae post patris mortem ad filios deferuntur, collationis vinculo non subiacere, obstantibus duobus *Imperatorum* rescriptis in *h. lib. d. n. 102.* & in *l. nec emancipati, C. de collatio.* sed loquutus fuit per similitudinem, nimirum, vt teneatur primogenitus pretium conferre, ad instar militis à patre pro filio compātate, allegando *tex. in l. omnimodo, §. fin. C. de inofficio. testam.* quod benè obseruauit *D. Reg. Rouit. decis. 38. nu. 2.* vbi dicit, in illius causae discussio-

ne maiorem Dominorum Iudicantiū partem habuisse pro vero, hanc pretij partem in feudis nouis nullo modo collationis iure haberi posse, et quod *Andr.* qui hoc collationis exemplo vsus fuit, non propriè, sed impropriè, & abusuò modo fuerit loquutus.

32 Admisso autem, citrà veri præiudicium, quòd pretium hoc in feudi emptionem erogatum, non alia actione, nisi collationis tantum iure à secundogenitis peti possit, quia sic communiter maiores nostri *Andr.* theoreticam interpretati sunt, licèt manifestissimus sit iuris error, vt per eundem *D. Reg. Rou. loc. cit. num. 3.* ex pluribus dico, factam oppositionem Domino meo Abbati aduersari nou posse; etenim si per *iura* supra proximè allegata, nimirum in *l. filia, la 2.* & in *l. si maritus, C. de collatio. in l. ex causa, C. famil. ercisc.* & in *l. penul. & fin. ff. de collatio. dot.* eorum intendunt Aduersarij probare axioma, rogo Dominos meos, vt illa bene obseruent, quia inuenient certè, petitioni nostrè iustissimè nullatenus obstare posse; inibi enim disponitur, ea non esse collationi obnoxia, quæ filius, qui patri suo succedere nolit, in vita ab eodem patre particulari titulo assequutus fuit; at in terminis casus nostri, pretium, quod conferri petitur, non aliter ad filium primogenitum in vita patris particulari titulo deuenit; sed post mortem, & titulo vniuersali, nam quāuis fingant nostri, censi patrem, dum feudum emebat, pretium erogatum donasse primogenito, in eo tamen, patre mortuo, filius ipse non nisi vt hæres successit, & vt talis ad omnia onera per patrem contracta, post feudi emptionem factam, tenetur, ad quod vtriquè cogi non posset, si in pretio illo particulari titulo succederet, nimirum vt donatarius.

33 Secundò, & meliùs, vt filius ad conferendum cogi non possit, ex eo in casibus dictorum iurium extitit dispositum, quia patris hæres esse nolit, quod non est in casu vertenti, in quo Domina Principissa patris sui feudalis patrimonij est hæres, quod quidè feudale patrimonium eum sit ei annexa qualitas hæreditaria, ab allodio, in quo successit Dominus meus Abbas, separatum non dicitur; sed vnicum, vt *Frecc. & Camerar.* autoritate firmat verbis expressis *D. Reg. Rou. in prag. 24. num. 27. de feud. ibi, nam feudum emptum à patre cum qualitate hæreditaria, eo modo censetur, quo reliqua bona hæreditatis, & reputatur vnicum patrimonium, nec est diuersum à bonis burgenfaticis: sed est*

unicum, & idem, &c. si ergò, dico Ego, feudum emptum à patre eodem modo censetur, quo reliqua bona hæreditatis, quo nam pacto asserere possumus, per *iura* allegata, probari, quòd dum Domina Principissa non successit in bonis allodialibus, non teneatur ad pretium conferendum, cum certum sit, quòd est hæres patrimonij feudalis, quod non dicitur separatum ab allodio, in quo successit Dominus meus Abbas, ergò
34 manifestè patet, *iura* prædicta non esse applicabilia; & si dices, quòd non succedit in bonis burgenfaticis, quia nolit, vel quia non potest, respondeo, hoc in casu nostro operari, vt pretium feudi, quod à patre emptum fuit, integrum vt burgenfaticum ad hæres in allodio perueniat: necesse enim esset pro contraria tuèda sententia, vt iure cautum demonstraretur, filium primogenitum, qui patri suo vniuersali titulo succedit in re indiuisibili, cuius pretium de iure, vel consuetudine cum fratribus conferendum est, non teneri ad illius collationem, dum in reliquo hæreditatis succedere nolit, vel non potest: sed cum hoc nullo caueatur iure, undiquè remanet robustissima Domini Abbatis intentio, ut fat sit ei demonstrare, Dominam Principissam esse Principis communis patris hæredem, quod secum trahit consequens, ut ad pretium conferendum cogi possit, ut ex *iuribus* in *l. 1. §. 3. & 4. ff. de collat. bonor. & in l. vt liberis, C. eod. deducit Crass. in §. collatio bonorum, quest. 4.* sub illis uerbis, *Contra verò, quicumquè succedit titulo vniuersali, seu hæres est, conferre cogitur, &c.* etenim Legislatores, qui collationem induxerunt nulla certè usi sunt distinctione, quòd ad bona, in quibus filij vniuersali titulo patri succedunt, sed ut collationi locus sit, illud tantum exquirunt, ut patris sint
35 hæres, illisque duobus tantum casibus collationem cessare dixerunt, nimirum cum pater eam in testamento prohibuerit, *Authen. ex testamento, C. de collatio.* & quoties ille, à quo petitur collatio, patris hæres esse recusat, *l. ex causa, C. famil. ercisc.* cum concord. allegatis.

36 Tertiò, factam oppositionem non obstare, probo autoritate *D. Reg. Rou. in dist. prag. 24. num. 25.* quo loci firmat verbis expressis, primogenitum ad partem pretij teneri, siue velit ille, siue nolit in reliquis bonis defuncti succedere, & contrarium asserere fatuum esse, & meritò quidè propter maximum, quod oriretur inconueniens, nam posset dari casus, vt pater patrimonium haberet burgenfaticum valoris

centum mille, ex quibus nonaginta mille in feudi emptionem erogaret, modò patre ipso defuncto, si filio primogenito, qui successit in feudo illo, fratribus secundogenitis dicere liceret, ego nolo succedere vobiscum in bonis allodialibus, & dum non succedo, ad pretium conferendum cogi non possum, cum cesser collatio, quoties qui conferro tenetur, cum alijs in defuncti hereditate non succedit, ex allegatis iuribus, non ne, dico Ego, maximum oriretur absurdum, videremus enim, filium primogenitum de bonis paternis assequi nonaginta mille, ceteros verò fratres decem tantum, quod an tolerari posset, videant Senatores prastantissimi.

37 Quarto, oppositionem factam nullius esse momenti probo autoritate rei iudicæ, demonstrabo enim, filium primogenitum in bonis allodialibus non successisse, & tamen ad pretium feudi noui conferendum fuisse per Sac. Consil. iunctis Aulis condemnatum, idq; in causa filiorum secundogenitorum Comitis S. Agathæ, cum fratre primogenito, etenim cum à communi patre essent secundogeniti, qui vocabantur Carolus, & Fabritius Ram hæredes instituti vniuersales in bonis allodialibus, eodem patre mortuo petierunt à fratre primogenito, qui in feudis successerat duas partes pretij erogati in emptionem quorundam corporum feudalium, & cum pro parte primogeniti esset replicatum, ad id non teneri, pluribus ex causis, & rationibus, vt legitur in processu fol. 70. & signanter, quia primogenitus non erat fratrum coheres in bonis allodialibus, & quòd patrimonium burgenaticum erat maioris estimationis patrimonio feudali, his tamen, & similibus non obstantibus sub die 24. mensis Decembris 1560. referente tunc Consiliario Gonsaluo Bermundez fuit condemnatus primogenitus ad petita, vt legitur in sententia fol. 194. penes de Capua, nunc de Amico S. C. Actorum Magistr. cuius decisionis rationem notauit D. Felix de Rubeis, qui in causa illa fuit vnus ex votantibus, in apostilla manuscripta ad Andr. in Sprate-rea Ducatus, dicens, ex eo Sacrum Consilium ad sic decidendum motum fuisse, quia vt filius primogenitus ad pretium conferendum cogi possit, fat est, quòd habeat feudum hereditarium, quamuis non sit fratrum coheres in bonis allodialibus, quam quidem Domini de Rubeis adnotationem obseruatam inueni ab Incerto Authore in quibusdam antiquis manuscriptis per hæc

36 verba: Et in anno 1560. referente Domino Gonsaluo Bermundez in causa filiorum Comitis S. Agathæ fuit decisum in Sac. Consil. primogenitum etiam teneri ad solutionem partis pretij feudi non alijs fratribus, etiam quòd dictus primogenitus non fasset hæres in allodialibus ex facto patris, cum sufficiat, quòd habeat feudum hereditarium. quondam Consiliario Domino Felici de Rubeis viro doctissimo Regio. Consiliario, et postea meritisimo Episcopo Tropicensi visum fuit notabile, per ea, quæ ipse notauit ad Andr. in cap. Imperialem, Sprate-rea Ducatus, sub nu. 38. vbi de prædicta decisione fecit mentionem, quæ Ego habeo ad pennam, &c. remanet ergò ex his omnibus absolutissimum, factam oppositionem circa actionis carentiam nullius esse momenti, ac prorsus fundamento carere.

38 Opponunt secundò Aduersarij, petitioni factæ per Dominum meum Abbatem, ex alio non esse locum, dum præsupponit, Andr. doctrinam fundatam esse in æqualitate, & quòd supponat, filium primogenitum in feudis nouis succedentem esse etiam fratrum in alodio coheredem, quòd proinde, vt inter fratres ipsos non sit inuidia, sed seruetur æqualitas, dixerit Andr. teneri primogenitum ad pretium feudi noui conferendum, cumq; in casu nostro. Domina Principissa bonorum allodialium fratris sui Domini mei Abbatis non sit coheres, bonaq; feudalia, in quibus successit minoris sunt estimationis patrimonio burgenatico, in quo successit Dominus meus Abbas, sequitur certò dicendum, cessate Andr. traditionem in collationis, præterniq; successionis adæquationis iure fundatam, nec extrà illius terminos trahendam esse, cum id nullo iure caueatur, sed consuetudine tantum receptum sit, quæ quidem consuetudo vltra suos terminos extendi non potest, ex vulgatis Doctorum traditionibus.

Huic oppositioni dupliciter respondeamus, & primo, nam si dicamus, Andr. doctrinam esse fundatam in iure adæquationis, & ne sit inter fratres inuidia, hæc, inquam, ratio in casu nostro nullius considerationis esse potest, cum Domina Principissa nullatenus possit fratri suo habere inuidiam, si habet ille ex bonis paternis maiorem partem, cum adæquatio, quæ in toto Christiano Orbe seruatur inter fratres, & sorores patri succedere volentes, ea sit hodie, vt masculi bona omnia præcipiant, feminæ verò, vt congrua dote remaneant contentæ.

39 Respondeo secundò, nil releuare, quòd bona feudalia minoris sint estimationis patrimonio burgenatico, ita vt videatur per hoc consideratam cessare adæquationem, nam ex hoc non cessat, vt Domina Principissa ad pretium conferendum cogi non possit, cum illud tantum à collatione filium reddat immunem, nimirum quando heredis nomen non meretur, sed quando heres demonstratur, sat est, vt in obolo sit talis, ad hoc vt ad conferendum veniat cogendus, non enim, quia vnus ex filiis est heres in centum; dum aliquid à patre assequutus est collationi subiectum, cogi forsitan non potest ad conferendum ab altero, qui est heres in mille, quia sufficit, vt diximus, quòd sit heres, quamuis in vncia, sic sanè scripserunt *Jacob. de Aren. in l. si cum dorem, §. si pater, ff. solut. matrim. Bal. in l. quoniam in prioribus, num. 6. C. de inoffic. testam. Paul. de Cast. & Ias. in l. quoniam nouella, C. eod. tit. Alex. in l. si emancipati, num. 12. C. de collat. ibiq; Roman. & Pulgos. vtzque num. 9. Corne. num. 14. Dec. in authent. ex testamento, C. de collatio. in vlt. quest. vbi dicit, esse super hoc bonum text. in l. 2. §. si tres emancipati, ff. de collatio. honor. Ant. Gomez. in l. 29. Taur. num. 11. vers. pulchrum tamèn dubium est, Aluar. Valasc. post alios, quos citat in prax. partitio. & collatio. cap. 19. num. 7. & fuit de mente glos. ad quam multi in hac materia non aduertunt in l. ex parte 40. §. 1. in verb. indiuisum, ff. famil. ercisc.*

40 Opponunt tertio Aduersarij, ex alio Dominum meum Abbatem petitiu pretium obtinere non posse, quia hoc feudum nouum cum sit filij primogeniti legitima, nullo iure potest masculus à feudorù successione exclusus integrum feudi noui pretium petere, quia hoc modo femina, quæ in feudis successit, per indirectum legitima priuaretur, quæ lex feudalis ei tribuit, iuxta *Tboming. decis. 2. & Harthman. quest. 38. sub nu. 63. p. 2. idemq; dicendum, si fateremur, legitimam esse tertiam totius feudi valoris, iuxta Camer. sententiam in cap. Imperialem, §. praterea Ducatus, fol. 99. & 104. quam sequitur D. Consil. Theodor. alleg. 22. sub nu. 12. & alleg. 79. post num. 2.*

Pro responsione dico, quòd satis opportuna esset oppositio, quando successor in feudis aliàs à patre legitimam portionem non habuisset, eo enim casu necesse esset, vt super feudo, in quo ex lege inuestituræ successit, legitimam consequatur, & si defuncti patris voluntas obstaret, prout decisum

per Regiam Cameram in illo casu relato per *Io. Vinc. de Anna alleg. 126. & seq. & habetur per D. de Franch. decis. 1. intrà num. 39.* At secus omninò dicendum, quando pater aliàs in vita legitimam portionem filio assignasset, quia tunc filium primogenitum in feudo instituendo, certè posset illum grauari pro concurrenti feudi valore, nec aliter alia legitima super feudo illo per filium peti posset, hic est casus noster, nam cum certum sit, Dominam Principissam in vita patris amplissimè fuisse ab illo dotatam, certè stante tali dotatione, & renunciatione inde sequuta, si pater ipse testatus mori voluisset, potuisset utiq; D. Principissam in feudis hæredem instituendo, prout de iure tenebatur, illam equare vsq; ad feudorum valorem, nec filia ipsa aliter conuari potuisset, cum negandum non sit, idè Dominum Principem patrem honorum feudaliu renunciationem à filia accepisse, dum eam nuptui traderet, ad hoc vt libera remaneret ei facultas de bonis suis disponendi, & sic nullatenus ex testamento potuisset filia vltra dotem acceptam pretendere, sic sanè scripserunt *Barr. in l. fin. l. §. vlt. ff. ad S. C. Trebell. & cons. 37. & 44. Alber de stat. part. 2. q. 104. Signorol. cons. 153. in fine. Guid. Pap. decis. 295. Afflic. decis. 158 & alij infiniti ad nauseam, prout de more relati per *Tiraquell. de iure primogen. quest. 53. num. 22. quibus nouissimè addo *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 14. num. 17. & seq. at cum incertus mori voluerit, quòd proindè deficit acceptæ renunciationis causa, quamuis feuda omnia fuerint aperto iure Domine Principissæ delata, non per hoc obtare potest, vt agendo Dominus meus Abbas heres vniuersalis in allodio pro integro pretio in Ciuitatis Venafri emptionem exbursato vt merè allodiale, possit Domina Principissa extipere, quòd ei competit super feudo illo legitima, quam semel à patre consequuta fuit, ergò.***

41 Opponunt insuper D. Ducis Bracciani iura tuentes, ex alio Dominum meum Abbatem à pretij consequutione esse excludendum, nam cum contendant, collationis iure illud deberi, quæ quidè collatio ex cõmuni DD. sententia habet requisita necessarium, vt qui illam petit, & à quo ea petitur, sit de liberis, cessare prorsus videtur, si casus daretur (quòd est impossibile) vt in petitorio causæ successionis Dominus Dux Bracciani succederet, ex quo ille Principi defuncto non nisi extraneas cen-

setur, cum certe de liberis non sit, sic enim uno ore dixerunt *glos. & DD. in l. si emancipati, C. de collatione*, signantèr *Bel. num. 4.* ubi hæc dicit verba, *ex prædictis nota tres conclusiones, prima est, donari amico meo, quem postea heredem institui cum filio meo, quod non tenetur conferre, &c. & 1a. ibidem num. 25.* sic subdit, *Et sic stat conclusio ex glos. quod penitus extraneus succedens cum filio non tenetur conferre, &c. id, quod latius profequitur Aluar. Valase. in præx. partitio. & collatio. cap. 12. num. 31. & seq. post Ant. Gomez. ad l. Taur. 29. num. 31. & alij.*

43 Possent Domini Iudicantes ex eo duxerunt de hac sic facta oppositione nullam habere rationem, cum videant, Aduersarios melioris conditionis facere transfertalem in feudis succedentem, quam defuncti feudatarii propriū filium: quando enim succedit filius, indubitatum est, quod à fratribus secundogenitis ad pretium conferendum cogi potest, ergo à fortiori dicendum est, quando succederet agnatus, sed attendamus, quæso, responsiones, ex quibus hoc aduersariorum mouitum, & oppositio penitus diruitur, &

44 Primò dico, quod dum aduersarii hanc, in casu, de quo agimus, impertinentem collationis materiam subingredi uolunt, debent articulos, quos proponunt intelligere in illis terminis, in quibus *DD.* loquuntur, etenim si dicamus, quod qui non est filius, cui aliquid est à defuncto donatum, dum cum filio hæres instituitur, non teneatur id, quod fuit donatum filio coheredi conferre, intelligunt *DD.* de ea donatione extraneo heredi in vita donantis facta, cui non nisi particulari titulo successit, uimirum per contractum, dicit modò Dominus meus Abbas, non distcedamus à terminis, in quibus *DD.* loquuntur, quid dicunt aduersarii, Principis feudatarii heredem sperari in feudalibus Dominum Bracciani Ducem, (quod oculi eorum nunquam videbunt) quicquid à Principe defuncto in vita assequutus ille fuit, & cui particulari titulo successit, non conferat, non enim petitur, ut ea conferantur, quæ successor in feudo in vita feudū acquirētis habuit, de hac enim acquisitione, ut collationi non subiaceat *DD.* loquuntur, sed illud petitur, ut refundat hic, qui in feudo nouo successit, hereditati burgenfaciæ pretium, de quo agimus, quod est merè allodialis, & in quo post acquirētis mortem successit, & titulo uniuersali, non autem per contractum.

45 Secundò, *Doctores* omnes in *l. si emanci-*

pati. dum collationem locum non habere, dixerint, nisi inter filios, loquuti sunt, quòd profus extraneus, cui est facta donatio cum donantis filio succedit, ac in casu nostro Dominus Dux Bracciani, si dicereamus, illum in anunculi feudis successisse, nullatenus ceteri potest extraneus, immò respectu Principis profus hæres necessarius, dum in feudorum successionebus illè tantum dicitur extraneus, qui non est feudatarius immediatus successor, quod proinde dixerunt omnes, filium secundogenitum etiam extraneum esse, dum primus etatis prerogatiua illum præcedit, quòdque hoc uerum sit, patet, nam si Princeps feudatarius alium in immediatum successorè non habuisset, nisi Ducem Nepotem, non nè potuisset in illum feuda omnia, tam in uita, quam in morte sine assensu transferre, certè sic; sunt iura nimis clara in *cap. 1. §. & si libellum, de alienat. feudi piter.* in *cap. 1. de eo, qui suem fec. agnat.* & in *cap. 1. de uas. fal. decrep. et al. ubi Andr. & Doctores cõmuniter, Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 2. nu. 4.* id, quod omninò ei prohibitum esset, si Ducem extraneum diceremus, maximè in Regno, obstante *Constitutione Cõstitutionem diua memoria,* per quam omnis feudi alienationis actus, citrà Supremi Domini assensum prohibetur, sic sanè in terminis scripserunt *Io. Vinc. de Anna in d. Constit. Cõstitutionem diua memoria, nu. 95.* et *Io. Andr. de Georg. allegat. 12. nu. 13.* et in *repetitio. feud. cap. 48. num. 19.*

46 Tertiò, ex alio factam oppositionem non obstare dico, cum illud in Regno certissimum sit, eò ipsò, quòd Pater e uuis decedit, feudo in hereditate relicto per eum pecunia quaesito, super pretio exurbato acquiratur ius secundogenitis, ut illorum unusquisque suam accipiat portionem, ni maluit uitam, et militiam ad eorum electionem consequi, ut per *Loffred. in §. præterea Ducatus, fol. mihi 62. num. 4 & D. Reg. Ro. in præm. 24. num. 3.* de feud. dicit modò Dominus meus Abbas, siue succedat soror mea, quæ primogeniti locum tenet, siue Dominus Dux Bracciani, utar iure meo in assequendo pecuniam, per patrem meum in feudi emptionem exurbatam, cum ea sit penitus allodialis, nam quemadmodum ex *Constit. Comitibus* potuisset super eodem feudo uitam, & militiam consequi, ut solidissime fuit supra fundatum, dum de illius petitionis iusticia agebamus, sic etiam & pretium ad mei electionem, nullo enim iure in hoc Regno capetur, ut quando sic lo-

cus successioni ad beneficium agnati propter aliquam defuncti feudatarij filij incapacitatem, non possit filius ipse, quia successit agnatus, vitam, & militiam obtinere, quæ enim bona suadet ratio, ut succedendo feudatarij filius primogenitus teneatur secundogenitis ad pretium conferendum, vel ad vitam, & militiam præstandam ad illorum electionem, & ad illud idem non teneatur agnatus? non ne sic asserendo, maximè oriretur incòueniēs, & absurdū, ergò.

47. Quarto, factæ oppositioni respòdemus, *Doctores* omnes, qui in principio traditam conclusionem firmarunt, nimirum, ut non sit locus collationi, quando extraneus cum filio succedit, loquutos fuisse, quando extraneus, cui est donatum, cum donantis filio ex testamento succedit, at nos versamur in causa intestati, ergò non loquuntur in terminis nostris, & si dices, non potuisse *Doctores* casum ponere in causa intestati, quia ab intestato extraneus nò potest cum filio succedere, respondetur, eo magis motuum crescere; *Doctores* prædictos in casu nostro allegari non posse, cum præcogitare nunquam potuerint, posse casum venire, ut ab intestato succedat filius, & extraneus, sed tantum ex testamento.

48. Quinto, & tandem cessabit prorsus omnis dubitatio, si attendamus rationem, qua moti sunt *Doctores* ad affirmandum, ut collatio illud habeat requisitum necessarium, ut qui eam petit, & ille, à quo petitur, sit de liberis, ea est enim, quam nouissimè expendit *Petr. Gilken. in d. l. si emancipati, num. 43.* nimirum quia nulla potest considerari donatio collationi obnoxia, quando in non filium facta proponitur, cum omnis donatio, quæ fieret extraneo, non nisi simplex sit, quæ à collationis iure est penitus exempta, *l. illud, vers. illa verò, C. de collation. si ergò donatio, quæ fit non filio, non potest nisi simplex censeri, quæ collationis vinculo non subiaceret, quid mirum si Doctores dixerint, ut quando extraneus, cui est facta donatio, à donatore cum proprio eius filio hæres instituitur, non teneatur extraneus ille ad rem donatam conferendam? At cum in casu nostro impertinèter affirmare velimus, pretium feudi noui collationis vinculo subiaceret, cum in feudo illo successisse, dicere volumus D. Bracciani Ducem, qui in tali successione nullatenus ex superius dictis extraneus dici potest, sed potius suus, non est, cur dici possit, quia non est filius, ergò ad pretium conferendum cogi non potest: cessat enim in ca-*

su nostro illa ratio, quare dixerit *DD.* ut collatio nò nisi inter filios locum habeat, ergò nec postrema hæc oppositio obstat.

49. Ut autem præsentis consultationi finem imponam, pro dictorum omnium complemento, ne in indiuiduo casus nostri *Doctores* grauissimi careamus auctoritate, dico sic, iuxta hanc, quam tuemur sententiam, respondisse insignem illum Feudistam *Reg. Lanar. conf. 80. num. 49.* quòd loci non discedendo à terminis collationis firmat verbis expressis, quòd ubi duo filij essent patris, siue matris heredes, alter scilicet in allodio, alter verò in feudis, quòd si in hereditate feudali reperitur feudum nouum, pretium totum, quo emptum est feudum illud spectat ad heredem in allodio, attendamus, quæso, casum *consilij*, qui talis est, *Marchionissa Lauelli* eam duos haberet filios, *Marchionem* scilicet primogenitum, & *Io. Antonium* secundogenitum, in vltimis constituta *Io. Antonium* heredem vniuersalem, in allodio instituit, eiq; feudū vnum, quod pecunia adquisierat, legauit, verum quia feudi legatum carebat assensu, fuit de illo per *Regem Cameracensem* inuolutus *Marchio primogenitus*, iustitiam demum *Io. Antonius* heres vniuersalis, ut constabat naretur *Marchio* frater ad affirmationem feudi legati, præsupponendo, quòd dum feudi legatum erat inutile propter defectum assensu, debebatur eius æstimatio, scripsit pro *Marchione Magnus* ille *jurisconsultus Io. Vincencius de Anna*, & per duas, quas in prima, & secunda instàtia emanauit *Allegationes*, quæ sunt 126. & 127. fundauit, nec etiam legati æstimationem deberi, scripsit pro *Io. Antonio* secundogenito *D. Reg. Lanar.* tunc *Aduocatus*, & contrarium præsupposuit, fundando, feudi legati æstimationem de iure deberi, verum quia credidit forsã rem aggredi difficilem, ut *Chierem* tute ad portum duceret, alium subingressus fuit articulum, & fundauit, quòd ubi legati æstimatio veniret deneganda, possit legatarius uti matris heres in allodio integrum pretium, quo feudum illud legatum emptum erat, petere, sic enim in principio *Consilij D. Lanarius* dubia proponit.

Disceptandum erit de pluribus, &c.

Et primò, an æbbori debeatur æstimatio feudi, de quo agitur, stante legato dicti feudi, ei per Marchionissam factò, postquam non tenet legatum respectu feudi propter defectum assensu.

Secundò, an verum sit, quòd Marchio, vel ad æstimationem non teneatur, vel in subsidium tã-

tum, ut Aduersarij, nescio, quo iure, præsentedunt.

Tertio, an saltem feudum pretium dicatur remansisse in hereditate Marchionissa, quæ feudum emit, & successiue integrum debeat Domino Io. Antonio heredi vniuersali.

Discussis per D. Consulentem duobus primis, ad tertium, qui est casus noster, per hæc verba respondit num. 49.

Circa tertium caput principale ad probandum, quod Illustris Marchio tenetur D. Io. Antonio ad totum pretium feudi, de quo agitur, sine dubio, aduerto, quod in Regno verissima, atque indubitata est conclusio, quod licet primogenitus succedat in feudo empto per defunctum feudatarium, tamen tenetur conferre partem pretij ipsius feudi fratribus secundogenitis, quasi hæc pecunia remanserit in hereditate, postquam non potest fieri collatio in corpore feudi, quia indiuisibile, ita concludit Ifern. in cap. 1. §. pratered Ducatus, in 2. addition. num. 36. de prohib. feud. alienat. per Feder. quem refert, & sequitur Martin. Landens. in tract. de primogenit. q. 36. Afflict. in d. cap. Imperialem, §. pratered Ducatus, num. 27. & seq. Loffred. ibi. Camer. facit de hoc dialogum in fine operis fol. 106. Luc. de Penn. in l. 1. C. de imponen. lucrat. de script. C. apyc. decis. 2. num. 6. Marin. Frecc. 3. lib. in 33. differ. feudi heredit. & ex pacto, & prouident. si pretium hoc confertur, ergo effectualiter remanet in hereditate, quia omnia, quæ conferuntur, dicuntur remanere in hereditate defuncti, text. est in l. certum, vbi glos. 1. C. fam. ercisc. si remansit in hereditate hoc pretium, ergo debetur D. Io. Antonio heredi vniuersali. Hæc ille, vir doctissimus Reg. Lanar. qui, ut testatur Anna locis citatis, ad relationem Magni Regentis Moles, tunc Regis Cameræ Præsidentis, tam in prima, quam in secunda instantia sententiam pro Cliente reportauit, dum condemnatus extitit Marchio primogenitus ad legati estimationem soluendam, deducta legitima liquidanda, quæ de iure ipsi super feudo illo competeat, possum sine dubio credere, principale Dominorum tunc Iudicantium motiuum ad sic decidendum, non aliter fuisse, quia legato feudo sine assensu, de iure debeat æstimatione, hoc enim asserere esset contra magis communem omnium nostrorum sententiam, ut constat ex relatis Annæ allegationibus, vbi Filius in addit. & per alios vbi quæ, id, quod hodiè apud Nos est sine controuersia, sed ex eo sic decretum, quia existente secundogenito matris herede vniuersali in burgenfaticis, cum feudum, in quo Marchio primogenitus ex lege inue-

stitare successerat, erat nouum, pretium, quo emptum fuerat uti burgenfaticum ad ipsum in alodio heredem spectabat, & sic Marchio succubuit.

Vides igitur, ex his omnibus sententiâ, quam in præsentem tuemur, tam respectu primæ super feudis antiquis vitæ, & militiæ petitionis, quam alterius integri pretij feudi noui, multiplici ratione, grauissimo- rumque Iurisperitorum autoritate roboratâ esse; quod proinde Senatores præstantissimi in hac causa iudicaturi, religione, morum probitate, ac doctrina insignes illi assentiri, aditipulari, & adherere tenentur; prout sic sperat Illustrissimus Abbas, quem, Dominos meos rogo, ut considerent vnicum patri suo masculum paternis, & autis feudilibus bonis exitum; consideret simul, precor, causæ huius oppositorem; est enim ille ipsius actoris Patris, de cuius successione agitur, ex sorore Nepos, nullo exemplo. Hæc occurrunt, ad laudem Omnipotentis Dei.

Donatus Antonius de Marinis.

Huius causæ decisio, ob articuli nouitatem, respectu petitionis integri pretij Dominis Iudicantibus non parum difficilis visa fuit, quod proinde per plures menses steterunt ancipites in expeditione causæ; tandem sub die 29. Mensis Ianuarii 1635. facta relatione de ordine Excellentissimi Proregis in Regio Palatio per Dominum Andream Prouenzalem Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, dum Votâtes essent numero vdecim, prodijt decisio pro Illustrissimo Cliente, quoad caput vitæ, & militiæ, & quoad medietatem tantum pretij vnâ cum interesse pro tempore, & quantitate liquidando: verum, ut audiui- mus ab aliquibus ex eisdem Dominis, quatuor ex eis vorarunt secundum hic allegata, nimirum esse Domino meo Abbati integrum pretium decernendum, vnus censuit, D. Principissam esse absolendam, alter, esse expectandum exitum causæ petitorij, quæ super successione dictorum feudorum agitabatur inter D. Principissam Albani conuentam feudorum posseditricem, & D. Ducent Bracciani Principis defuncti ex sorore nepotem; quinque autem censuerunt, deberi medietatem tantum, secundum quorum sententiam prodijt decisio.

Iudices fuerunt

† Dominus D. Bernardinus Montaluis Marchio Sancti Iuliani, Reg. Cancell. Regens, & M. C. L.

- † Dominus D. Joannes Enriquez Marchio Campi. Regiam Cancell. Reg.
- † Dominus Scipio Rouitus Reg. Cancell. Regens.
- Dominus Petrus Antonius Caravita Regius Consiliarius.
- † Dominus D. Franciscus Sapius Regius Consiliarius.
- † Dominus Andreas Prouenzalis Reg. Consiliarius, & causæ Commisarius.
- † Dominus Scipio Theodorus Regius Consiliarius.
- Dominus D. Didacus de Minditta Regius Consiliarius.
- Dominus Alonius Vargas Dux Cagnani Reg. Consiliarius.
- Dominus D. Ferdinandus Ezguerra Reg. Consiliarius, &
- † Dominus Franciscus Antonius Musceta Reg. Consiliarius.

Processus est in Banca de Felice.

S Y M M A R I U M.

- 1. Clericus nãm possit à Principe habilitari, ut in feudis à patre relictis succedere valeat, nõ obstante, quòd sequenti in gradu successio delata sit, & num. 3. 5. 6. 10. 12. 22. 23. 24. 25. & 26.
- 2. Clericus, factis est controuersum inter DD. an possit in fundo succedere; sed in Regno indubitata est pars negatiua; et qua sit ratio, num. 4.
- 7. Princeps an possit ius alteri quæsitum sine causa auferre, & num. 8. 9. 11. 12. & 26.
- 14. Princeps an possit filium illegitimum post patris mortem legitimare in præiudicium ab intestato venientium, & num. 24.
- 15. Bannitus à Principi restitutus an recuperet bona proximioribus quæsitæ, & nu. 26.
- 17. Monachus in Religione incapax professus si ad eandem transiit, fecerit an recuperet bona, que in seculo possidebat.
- 18. Monachus effectus Episcopus nãm possit reuocare renuntiationem ante Religionem ingressum ad consanguineorum fauorem, & num. 27.
- 19. Feudatarius ab aliquo crimine feudo priuatus an à Principe restitutus illud recuperet à posse agnati, cuius ius quæsitum.
- 20. Princeps potest tollere ea, qua iuris ciuilibus sunt.
- 21. Princeps nãm possit dispensare, ut in fundo in quo primogenitus solus successit, succedant in eodem omnes defuncti feudatarij filij.

ARGUMENTVM.

Agitur, an Clericus feudorum successione incapax possit à Principe tuta conscientia habilitari, seu in integrum restitui, ut in feudis per patrem relictis succedere valeat, non obstante, quòd tempore mortis feudatarij ob eiusdem filij incapacitatem sequenti in gradu successio delata fuerit, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. XLVI.



Clericus feudorum successione incapax, elegit est indagatio, nãm possit à Domino Rege nostro habilitari, seu in integrum restitui, ut in feudis per patrem reli-

ctis succedere possit, non obstante, quòd tempore mortis patris feudatarij propter eiusdem filij incapacitatem sequenti in gradu successio delata fuerit.

Pro cuius dubii resolutione in vna facti contingentiã dixi primò, illud hac in re certissimum esse, quòd quamuis magna fuerit inter nostros *Feudistas* controuersia, an Clericus, siue in minoribus, siue in sacris constitutus ordinibus possit in feudo succedere, ut constat ex disputatis per *Doltores* nouissimè relatos per *Orban. Bammacar. in comment. ad tit. si de feud. defunct. in cap. qui clericus, in 4. quæst. in 73. per D. Reg. de Pont. decis. 4. num. 2. & per Paulum Staiba. cons. 55. in Rego* tamen nostro per *Constit. Errores eorum*, ut bene aduertit idem *Bammacar. nu. 77.* absolutum est, Clericum huius successione incapax esse, negari tamen non possumus, communem esse fere omnium *Scribentium* sententiam, posse Principem iussum habitum facere, & ei dispensare; ut in feudis succedere possit, etiam in agnatorum, & venientium ab intestato præiudicium, quibus ius fuisset spe quæsitum; sic enim firmiter Bald in d. cap. qui clericus, si de feud. defun. mlt. dùm inquit, quòd si ua-

fallus Sacerdos efficiatur, ita demum feudum amittit, si dominus velit, *Andr. noster de Ifern. in c. 1. de cleric. qui inuest. fecit, vbi in fine dicit, posse Dominum gratiam clerico facere, vt feudum pœnès se habeat, Crauet. conf. 393. nu. 6. D. Reg. Tap. in authen. ingressi, in verb. sua, cap. 14. num. 38. in fine, C. de sacros. Eccles. Marcabr. optime conf. 23. num. 180. Grat. conf. 9. num. 169. lib. 1. alique plures relati per Carol. de Grass. tract. de effect. cleric. effect. 4. num. 269. quibus addo nostrum Gemens. in practicab. Eccles. quest. 10. vbi late articulum disputandò, in effectum sic cõcludit: huius conclusionis ratio assertur, nam quòd clericus ad feuda tenendum inhabilis reputetur, fuit in dõminì fauorem statutum, non autem agnatorum, cum non possit ille à clerico seruitiũ consequi, prout à laico, ac proinde habitandò clericum ad successionem, sibi soli Princeps ipse præiudicat, non autem agnatis, ita Menoch. conf. 181. num. 70. lib. 2. Intrigl. de feud. cens. 2. art. 1. num. 215. Pancirol. conf. 111. num. 17. quos, & alios refert de Grass. loc. cit. nu. 206. & his addo Gemens. locò iam dicto, vbi aliã subdit rationem, & est, quia sic Princeps peragens, aliud non facit, nisi obicem ab vno tollere, qui cum alicuius iuris incapacem reddebat, remouendo, vt dicunt, prohibens; idquè Principem peragere posse, probatur in l. quaro. ff. de natal. restit. & in l. si quis verò, Auth. quib. mod. natural. efficiant. legit. & dixit Conar. 3. var. cap. 6. nu. 1. vers. 3. & nu. 7. vers. 3. non obstat.*

¶ Hoc posito videamus, an conclusio sic firmata procedat in casu proposito, nimirum in iure quæsito, vt scilicet possit Rex, siuè quilibet supremus Princeps superiorè non recognoscens clericum, habitum facere, vt succedere possit in fœdia à patre relicta, in quibus propter ipsius incapacitatem (quia clericus) succedere non potuit, quòd proinde fuit factus locus sequenti in gradu, qui bona illa iam præoccupauit & quòd non possit, dixit Carol. de Grass. loc. cit. à num. 219. illa vnica ductus ratione, ab ipso tamen non ruminata, quia agitur de iure iam alteri quæsito, quòd Princeps, secundum cõmunes regulas tollere nõ potest.

¶ At Ego contrariam sequens sententiã, id benè posse tuta conscientia in agnatorũ præiudicium, quibus fuit ius quæsitũ, Principem peragere, nec aliter illos conqueri posse, apertissime, ac breuiter demonstrare conabor; & cum tota huius quæstionis, vis sita sit in perferutando, an verè valeat Princeps ius alteri quæsitum sine causa aufer-

re, operæpretium duxi, de his disquirere, nam cognita huius rei veritate, facilis erit propositi dubii resolutio; ad quòd dico; quòd licet hæc grauis sit quæstio inter Iurisistas, vt constat ex relatis per Ant. Gabr. comm. concl. lib. 3. in tit. de iur. quæsit. non tollen. per totam, communis tamen resolutio est sine contradictore, Principem ius, siuè dominium alteri de iure naturali, vel gentium quæsitum sine causa tollere nõ posse, sunt enim iura illa immutabilia, S. 1. Inst. de iur. natur. gent. & civil. S. fin. Inst. de leg. agnat. autel. DD. bõmunitèr in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.

¶ Hæc tamen difficultas, an id peragere possit, quando dominium, siuè ius aliquod iuris ciuiliis artificio esset alteri quæsitum, quòd proprie dicitur illud, quòd ex lege feudali acquiratur, aditione hæreditatis; per sententiã, per vsucapionem, aut præscriptionem, &c. vt per Paul. de Castr. conf. 178. col. fin. vers. sexto, quia ius adueni. &c. & in hoc affirmatiuè responderunt Doctores, nam cum Princeps in sua Ditione supra ius illud sit, vt probant Dec. in cap. qua in Ecclesiarum, nu. 29. de consuet. & Minyng. sing. obser. cens. 5. obser. 97. nu. 10. tale ius, quauis alteri quæsitum auferre potest, ita sanè distinguendo scripserunt Bal. in l. fin. C. senten. resand. non poss. & in conf. 214. in fine, lib. 2. Paul. Alex. qui de communi testatur, Aret. 10. Crot. & Ias. in l. Gallus, S. & quid si scitũ, ff. de liber. & posthum. Andr. de Ifern. infra citandus, Ang. in l. Lucius 11. ff. de iustitio. Dyn. conf. 10. Abb. conf. 84. lib. 1. per totum, & conf. 77. col. 3. lib. 2. Paul. de Castr. citat. conf. 178. & 180. & in l. cum hæreditas, ff. de acqui. hered. & in l. 3. ff. de testam. Alex. conf. 229. lib. 2. Sec. conf. 230. nu. 8. lib. 3. Curt. Ian. conf. 1. num. 20. conf. 138. nu. 10. & conf. 174. num. 9. cum seqq. vbi dicit hanc cõmuniẽ esse opinionem, Gozad. conf. 5. num. 17. conf. 14. num. 9. & conf. 26. num. 15. Dec. conf. 198. num. 24. lib. 2. Brun. conf. 10. Cassan. conf. 66. Ruin. conf. 7. conf. 21. & conf. 175. lib. 1. conf. 30. & 104. lib. 3. conf. 77. lib. 4. & conf. 21. lib. 8. Scali. infiniti, quibus addo nostrum Reg. de Ponte conf. 158. num. 8. vbi expressis verbis dicit, posse Principem etiam sine causa ea, quæ iuris ciuiliis sunt, tollere, Rot. decis. 4. de sent. & re iud. pœnès Mohed. & mellas interterminis nostris Conar. loc. cit. nu. 7. vers. 6.

¶ Et quamuis non defina Doctores, qui in articulo generali cõtra hanc sic fundatam conclusionem infatruerint, quos refert Ant. Gabr. loco cit. num. 17. vers. contrarium, illam tamen, vt ex infra dicendis, appare-

bit, magis vsu receptam esse, non dubitamus, maxime quando dominium iuris ciuili ministerio quæsitum æquitatem non haberet annexam, vt inferius dicemus.

- 10 Modò hoc iactò solidissimo fundamento, ad nostrum deueniendo casum, dico, quòd cum certum sit, clericici inhabilitatem in succedendo, quæ fuit causa, vt sequens in gradu succederet, ex alio non processisse, nisi quia sic in Regno Regia ordinatione statutum est, cum idem Rex sit supra Constitutionem illam, consequens est dicere, ius illud ita agnato acquisitum censerì, vt per D. Regem pro libito voluntatis tuta conscientia auferri possit, ablata, seu derogata à se lege in contrarium sancita, nec sic disponendo, agnato illi iniuriam inferri, dici posse, cum ea suprema utatur potestate, quæ penes illum residet, & qua iure uti potest, ad notata per *Alphons. Modit. in S. Principum placita, dubit. 23. num. 5.* dùm dixit,
- 11 quòd quoties Princeps ex sua voluntate fuit causa, quòd aliquod ius alicui quærat, tunc ius ipsum potest sine causa, sed sola voluntate auferre, ad quod allegat *Ang. in d. l. Lucius, ff. de iustitio.* vbi firmat, posse sine causa Imperatorem rem ex prescriptione, seu usucapione alicui quæsitam ab eo auferre, ea quidem ratione, quia talis acquirendi modus ab ipso Principe imperate inductus fuit, ac proinde ab eodem, etiam sine causa auferri potest, id, quod etiam satis notantè obseruauit *Mart. in sum. succes. legal. par. 4. q. 4. art. 4. in append. nu. 15.* sub his verbis, *Octauus casus est, Princeps potest auferre ius quæsitum, quando ipse fuit causa acquisitionis mediante sua noua lege, &c. Reg. Rotar. conf. 15. n. 22. lib. 1. post alios, quos citat, Reg. Pap. dec. 3. nu. 65. S. C. cumq;*
- 12 in quæstione nostra Rex fuerit in causa, vt feudi successio, quæ de iure naturali, gètium, & ciuili ad filium spectabat, deferretur Agnato, poterit ipse idem Rex tuta conscientia dispensare, vt non obstante filij inhabilitate, quæ ad Principis fauorem fuit inducta, eidem filio deferatur; quod maxime procedere dicimus in hoc casu, vbi quòd feudorum vtile dominium Agnato quærat, nulla suasit æquitas, sed potius rigor; æquitatis enim dictamen fuisse, vt filius quamuis clericus successisset, non autem illum successione priuare, ea sola, quam allegant ratione, quia illi pugnare non licet, & sic certum esse dico, ius hoc Agnato quæsitum propter filij clericici incapacitatem, æquitatem non habere annexam, quo casu omnes concedunt, posse

- Principem ius alteri de iure ciuili quæsitum, ab eodem auferre, sic *Bald. in l. causas, in fine, C. de transact. & in l. rescripta, C. de preeb. Imper. offer. Abb. in cap. per tuas, de Arbitr. Felin. in cap. ad audiensiam, il. 2. num. 4. vers. vt late probat Dominus Abbas, de rescript. & in cap. qua in Ecclesiarum, de constit. Hippol. de Mars. in l. 1. S. si quis vltro, vers. & facit etiam, nam licet Princeps, ff. de quæstio. Ruin. conf. 46. num. 16. vers. non obstat, quòd possit, lib. 1. Ant. de Burg. in Rubr. de emptio. & vendit. quos omnes citat, & sequitur *Ant. Gabr. d. concl. X. num. 10.* vbi dicit, tunc demum sustineri*
- 13 posse, Principi non licere, dominium iuris ciuili artificio alteri quæsitum, ab eodem auferre, cum ius illud annexam haberet æquitatem; ponamus exemplum, fac me esse Cai creditorem in mille, pro qua summa, & quantitate fundum obligauit, certè pro hac pecunia recuperanda super fundo obligato actio mihi competit hypothecaria, iuris ciuili ministerio inducta, prout omnes actiones, potest nè Princeps de potestatis plenitudine actionem illam à me auferre, ita vt ea uti non possim? sic certè de iuris rigore; sed tuta conscientia non potest, cum annexam habeat æquitatem, vt exerceri possit, & ita in hoc, & similibus casibus libentè cum illis concurreo, qui dixerunt, non posse Principem ius alteri de iure ciuili quæsitum auferre; & idem vbi testantium voluntati aduersaretur, ad notat. per *Con. loc. cit. num. 5. & seq.* secus autem dicendum affirmo in omni casu, vbi ius de iure ciuili quæsitum nullam haberet annexam æquitatem, vt in casu, de quo agimus, prout in puncto aduertit *Genues. cit. quæst. 10. à num. 4.* qui sic distinguit, post *Ant. Gabr. & alios supra relatos, quibus addo Modit. in S. Principum placita, dubit. 58. num. 2.* quòdque hoc verum sit, videmus sic semper in casibus similibus *Doctores* respondisse.
- 14 Et primò non desunt, qui asserere ausi sunt, posse Principem filium illegitimum, post patris mortem legitimare in præiudicium ab intestato venientium, illisque præiudicare, non solum in iure quærendo, verum etiam in iure quæsitò; huius enim opinionis fuerunt *Bart. in l. Gallus, S. & quid sit tantum, num. 14. per totum, ff. de liber. & posth. Dyn. conf. 10. Paul. de Castr. in l. 3. num. 4. ff. de testam. in l. cum heredes, ff. de acquir. poss. & in conf. 178. col. 2. lib. 1. Felin. in t. qua in Ecclesiarum, nu. 28. vers. & ideo dicit Paul. de Castr. de constit. Alex. conf. 2. num. 14. vers. Princeps potest, lib. 1. Gozad. conf. 26. num. 56. & conf. 85. num. 1. Curz. iun. conf. 1. num. 21.*

aliquē plures relati per *Carol. de Grass.* cit. effect. 4. num. 167. 168 & 169. sed in hoc non insisto.

15 Secundò idem resolutum inuenimus in bannito, qui cùm per sententiam condemnatoriam mortis ciuiliis Reus fuerit effectus, eius bona proximioribus fuerunt delata; nam si hic à Principe demùm plenariè restitueretur, non simpliciter crimen, indulgendo, bona consanguineis quaesita, recuperabit, sic scripserunt *Bald. in l. fin. nu. 6. vers. ex predictis, C. de sentent. pass. ibique Fulgos. num. 12. idem Bald. in l. si pater filiam, ff. de adoptio. Iacob. de Beluis. in l. fallaciter, Cod. de abolition. Castrens. in l. intercedit, ff. de condit. & demonstrat. Crot. in d. l. Gallus, S. & quid sit tantum, num. 118. vbi etiam *Ruin. num. 181. & Fortun. Garf. num. 132. ff. de liber. & posthum. Felin. qui de communi testatur in cap. inter quatuor, num. 4. de maior. et obedient. Natb. cons. 470. num. 31.* admonens, ab hac opinione neque in iudicando, neque consulendo esse recedendum, Dominus *Præs. de Franch. decis. 213. à num. 39. & Dominus Regens Rouit. decis. 37. num. 9.* aliquē plures hanc firmarunt sententiam, quos sequendo congerit *Sforz. Oddus in tract. de restit. in integr. par. 2. dist. 99. art. 10. num. 74.* qui sub *num. 94. & seqq.* cōclusionem hanc ampliat, etiam si talia bona ex causa fideicommissi, vel vulgaris substitutionis purificatae propter incapacitatis casum essent fratribus, vel aliis agnatis quaesita, vt per gratiā, siuè restitutionem ea recuperet, ita & taliter, ac si nunquam agnatis quaesita fuissent,*

16 ea quidem supra relata ratione, quia cùm sententia sit de iure ciuili, potest Princeps illam ad sui libitum, etiam in tertij præiudicium tollere, ac etiam, quia quando ius competit alicui ex solo impedimento, vel inhabilitate alterius, si inhabilis à Principe habiletur, siuè restituatur, potest etiam in tertij præiudicium, inhabilitate iam cessante, quod suum erat recuperare, *Alban. in addit. ad Bar. in l. sed si mors, num. 7. C. de donatio. int. vir. & uxorem.*

17 Ex qua etiam ratione idem dixerunt in Monacho in Religione incapaci professio, qui ex Summi Pastoris dispensatione ad aliam capacem trāsitum fecit, vt nimirum recuperet bona, quae antè ingressum, siuè emissam professionē in seculo possidebat, vel ei post professionem delata fuerunt, & ipsius proximioribus quaesita, vt post *Bald. Ias. et alios*, quos congerit, fundat latissimè *P. Molfes. cons. 1. num. 21.* et quasi à mortuis resurgens eius bona recuperabit, ea ab he-

redibus, quibus erant quaesita auferre udo, vt post *glos. in leg. nam seruus, ff. de a. Bion. & obligat. & l. nam & ea, ff. de legibus*, ibique *Rayner. Gugliel. de Cun. & Bald. docuit Abb. in cap. fraternitatis, num. 22. de frigid. et malefic. 10. de Plat. Instit. de capit. diminut. num. 6.* et alij, quos refert, et sequitur *Sforz. d. par. 2. art. 1. num. 4. & in puncto 10. Andr. Host. & Abb. in cap. quod ad te, de Cleric. coniug. & omnium notantè P. Molfes. cit. cons. 1. num. 23. & seq.* qui per totum *cons. de Monacho*

18 effecto Episcopo non incongruis rationibus defendit, quòd possit rescindere renunciationem antè Religionis ingressum ad suorum beneficium factam, bonaquē illis quaesita recuperare, id, quod etiam nouissimè pluribus medijs probauit *Episcopus Genuens. in practicabilibus Eccles. quaest. 162.* per totā; Et cùm in anno 1626. difficilior casus cōtigisset in Almo Doctorum Collegio huius Urbis Regiae Neapolis de quodam Clerico Regulari Theatinæ Religionis, senectute confecto, ad Episcopalem dignitatem assumpto, præcedente Almi Collegij honoribus, & emolumentis illum gaudere debere, & in illum subintrare locum, qui tempore, quo in Religione vivebat, vacauit, iam per alium occupatū, sic per Dominos Doctores de Collegio in Episcopi fauorem fuit decretum, hic fuit *D. Raphael Rastellius* Episcopus Caprensis, qui his diebus vniuersæ carnis debitum perfoluit; verum in hoc articulo, an Monachus ad Episcopalem assumptus dignitatem valeat aduersus renunciationem per ipsum antè professionem factam insurgere, negatiuè decisum, ipso referente testatur Dominus *Regens Rouit. decis. 10.* per totam, ad quam cùm casus acciderit omninò recurrere.

19 Tertiò his proximè magis ad rem accedit noster *Andr. feudorum Pater*, qui in *cap. 1. num. 4. de vasa. decrep. atal.* dubium proponit, num feudatario, qui crimen commiserat tale, propter quod feudo priuatus extiterat, & sic agnato quaesito, à Principe demùm restituto, recuperet feudum illud, vt diximus proximiori quaesitū, arguit primò, quòd non, quia iure communi alicui quaesitum, eo inuito non auferitur, allegat *l. si cum hermes, C. loca. l. penul. ff. de pact. l. si post mortem, S. fin. ff. de hono. posses. contr. tabul. & l. ad quod vestrum, ff. de reg. iur. dicit demùm, quòd de hoc est diuersitas inter Canonistas, & quòd *Goffred.* firmauerat, vt ad illa non restitueretur sine consensu illius, ad quē fuerunt reuersa, *Barth. verò Brixien.* quòd distinguat, an fuerit appellatum, vel non,*

liter omninò videndus intrà num. 26. vers. sed dubitatur, Soc. num. 23. Croc. num. 131. Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 45. ff. ad S. C. Trebell. Boer. decis. 122. num. 8. & alij passim, quibus addo nostrum Reg. de Pont. semper doctissimum in relato conf. 152. num. 6. 7. & 8. ibi, & si attendamus opinionem Paul. de 25 Castr. in eodem §. & quid si tantùm, col. fin. pariter habemus intentum, qui distinguit, an hereditas sit adita, ità quòd dominium est translatum perfectè in successorem, & legitimatio non extenditur, aut verò hereditas non est adita; sed tantùm ius succedendi delatum, & tunc procedit legitimatio in præiudicium agnatorum, quia istud ius deferendi est merè de iure civili, quòd Princeps tollere potest, & c. id, quòd etiam pro indubitato resoluit Mart. in summa success. legal. cit. part. 4. quæst. 4. artic. 4. in appendic. nu. 37. fol. mihi 91. vbi hæc suggerit verba. Ergò antequàm hereditas adita sit, vel bonorum possessio apprehensa, potest liberè Princeps ius aditionis tollere, Innocent. & ceteri in d. cap. qua in Ecclesiarum, de consue. D. D. in l. l. fin. C. si contra ius, vel utilit. public. & omnes Doctores hoc probant in casu legitimatiõis facta per Principem in præiudicium agnatorum, dummodò fiat antè aditam hereditatem, de quo plenè scripsit Simon de Prat. de interp. ultim. volunt. lib. 1. fol. 13. num. 11. & seq. fol. 26. hæc Mart. hoc idem fundat, ceteris omittis Alph. Modit. citato §. Principum placita, dubit. 23. num. 4. vers. secus in his, quæ sunt, quòd 26 loci firmando prius, posse Principem dominium de iure civili quæsitum tollere, ut putà sententia mediãte, ex qua licet (dicit ipse) sit translatum dominium, valebit tamen rescriptum Principis resoluentis, non obstante sententia, & ipsa tunc perdet dominium, quia venit consequutiue ad sententiam, & rescisso principali, rescinditur accessorium, subdit demùm Modit. quòd licet hoc dictum aliquid possit habere difficultatis, postquam dominium est perfectè quæsitum, tamen clarissimum esse dicit, quòd quando lex modum dedit acquirendi dominium, & ipsum modum tollit Princeps, antequàm quis dominium acquisierit, putà si venientibus ab intestato ius adundi tolleret, benè id Princeps posset. Hæc occurrunt.



S Y M M A R I V M.

- 1 Clericus gravitèr offensus à minore 18. annis an possit Principis forum eligere, & num. 2. 4. 12. & 17.
- 3 Minor patrem habens inutilem, an habeat fori electionem, & num. 23.
- 5 Clericus qui non habet requisita Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. propter quòd fori privilegium amisit, an ceteris clericalibus privilegijs petatur, & num. 9. 10. & 11.
- 6 Clericum sine habitu, & tonsura incedentem percutiens an in excommunicationis sententiam incidat.
- 7 Clericus sine habitu, & tonsura incedens an gaudeat privilegio, clericali ordini indulto.
- 13 Privilegiatus contra pariter privilegiatum suo privilegio uti non potest, & num. 20. Sed quid, quando privilegia non essent æqualia, num. 14. 18. 19. & 21.
- 15 Offensio facta in clericum, censetur facta Ecclesia.
- 16 Fori privilegio, nullo iure cauetur, ut minor 18. annis, & maior 14. gaudeat.
- 22 Privilegiu electionis fori non competit in pupillari aetate constitutis patres habentibus.
- 24 Fori electio, & variatio personis privilegiatis bis, & ter in eadem causa permittitur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Clericus lethalièr offensus à minore decem, & octo annis; sed maiore quatuordecim, valeat vindictam, prosequens Curiam Principis in forum eligere, illamquè inferiorem loci delicti declinare. Clericus incedens sine habitu, & tonsura, ac in diuinis non inseruiens, propter quòd amittit privilegium fori, ex dispositione Sac. Trid. Concil. sess. 23. cap. 6. de reformat. num pariter amittat privilegium Canonis, Cap. Odoardus,

Electiois, & variationis fori, aliaq; priuilegia clericis concessa. Clericus Neapolitanus, qui liberè potest disponere de bonis antiquis, & non seruata dispositione *Consuetud. Et si restator*, nùm similiter valeat liberè disponere, si fori priuilegium amisit. Concurrentibus in forum eligendo duobus priuilegiatis, sed vno maiori priuilegio suffulto, an priuilegia sint confundenda, & de alijs, ad ornatum *text. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Constit. Regni Statuimus.*

C A P. XLVII.



Lericus grauiter offensus à minore decem, & octo annis; sed maiore quatuordecim, patrem tamen habente, dubitatur, an vt offendens condigna pœna puniri possit, valeat Curiam Principis in forum eligere, illamq; inferiorem loci delicti declinare?

De hoc articulo his diebus dubitari cōtigit in Sacro Regni huius Senatu, ad relationem M. C. que pro fori electione iudicauerat in causa clerici Philippi de Amato, nobilis Ciuitatis Amanthez, qui cum lethali ter vulneratus esset à Hiacynto Russo nobile de Montalto, Marci Antonij filio carcerato pro hoc delicto intus carceres Regiæ Audientiæ citerioris Calabriae, Magnam Curiam in forum elegit, sic iurando, in illa Prouincia, vbi delictum patrarum extiterat, aduersarij potentia perhorrescere, ad tradita per *Io. Vinc. de Anna in penult. allegat.*

Contradicebat inquisitus, vt non nisi in Prouincia de his agendum, sicque de peza-

ta fori electione nullam haberi posse rationem contendat, his rationibus, & causis.

Primo, in facto negando clericatum Philippi, ex quo non constabat habere requisita *Sacri Trident. Concil. sess. 23. cap. 6. de reformat.*

Secundo, quatenus de clericatu constaret, id inquisito non obesse, quia existens ille minor decem, & octo annis, cui pariter fori priuilegium competit, ex deductis per *Scip. Ronit. decis. 27.* subintrat vulgatum axioma, quod in Regno cunctis diebus in ore omnium inuenitur, vt concurrentibus ad suprema Tribunalia Actore, & Reo priuilegiatis, cesset priuilegium, sicque ad ius commune recurritur, quo cautum est, vt Actor forum Rei sequi debeat, ad *text. in cap. cum sit generale, de for. compet. & in l. fin. C. vbi in rem actio*, & est etiam prouisum de iure speciali Regni huius per *Rit. M. C. 228, & 231.* ac ita in terminis electionis fori firmanunt *Andr. & Affili. in Constit. Statuimus. Dom. de Franch. decis. 188.* & alij Nostrates passim sine contradicere.

Tertio dicebatur, conclusioni modò firmate non obstare, quod minor ipse sub patria potestate constitutus reperiebatur, sicque cessare priuilegium *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Constit. Regni Statuimus*, vt per *D. D. communiter in locis predictis, & per D. de Franch. decis. 671.* quandoquidem pater ille inutilis erat ipsi filio delinquenti, ex quo vti pauper, & miserabilis persona bonis cesserat, sicque contendebar, paria esse, patrem non habere, & habere, sed inutilem, ad id expendens *Ronit. decis. 49.*

His tamen in nihilo electioni factæ obstantibus, vt amico morem gererem, pro confirmatione decreti M. C. instillimè prolati, ad primum respōdi, satis de clericatu Philippi constare ex documentis in actis presentatis, quibus apparet, Philippum minoribus ordinibus ab Ordinario suo insignitum esse, nec aliud requiri, vt pro clerico sit ille reputandus, etenim in manifestissimum iuris errorē incidere, qui affirmare auderet, pro clerico non esse habendum illum, qui *Sacri Tridentini Concilij* requisita non haberet, quandoquidem defectus contentorum in citato *cap. 6. sess. 23. de reformat.* aliud non operatur, nisi quod si clericus ciuilitè, vel criminaliter esset coram Iudice seculari conuentus, de Iudicis incompetentiā opponere non posset, ceteris autem priuilegijs à sacris canonibus,

& Impe-

& Imperidibus Constitutionibus clericis concessis, non est, quo iure defendi possit, ut clericus ille, qui Sacri Tridentini Concilii requisita non habet, gaudere non possit; nullo enim canonum auctur, clericum, qui in diuinis non inseruit, nec in habitu, & tonsura clericali incedit, clericalibus privilegijs exutum esse; sed tantum prouisum per Concil. Trident. ut fori privilegio non gaudeat; in ceteris autem remanet ius canonicum incoactum; unde percutiens clericum sine habitu & tonsura incedentem, & in excommunicationis sententiam incurrit, hic est textus in cap. audianus; & in cap. contingit, si secundus de sentent. excomm. excepto, si trina ad habitum suscipiendum precessisset monitio, de qua illa clemens monitus non curaret, ut in dictis iuribus habetur, & probatur P. Aul. tract. de excomm. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 13. vers. quintus casus est. Item clericus sine habitu & tonsura incedens, nec in diuinis inseruit, & adhuc alijs privilegijs a Sacris Canonibus ordinis clericali indultis gaudere debet, ex quo illa nullam habet dependentiam a fori privilegio, ut in terminis Concil. Trident. citato cap. 6. dixerunt Garz. tract. de benefic. part. 2. cap. 3. num. 5. in fine, fol. m. h. 11. sub illis verbis: In Concilio solim. restringit privilegia fori, non autem sacra privilegia, Co. P. Comital: omnino videndus respans. moral. lib. 6. quest. 20. qui cum de tribus in hac materia dubitasset, & primo, an clericus, qui ex Tridentina Sanctionis prescripto fori privilegio privatur, eo privatus dici possit, licet trina monitio non precesserit. Secundo, utrum adempto fori privilegio, eodem quoque tempore ademptum sit privilegium canonis si quis suadente Diabolo 17. quest. 2. Tercio, de mande, an & alia privilegia clericis concessa, quae a canonibus & fori privilegio seposita sunt, sit similitar. eo ipso privatus clericus, dum Concilij requisita non habet, voluit citatus Doctor super his omnibus Sacrae Congregationem Tridentinae Sanctionis interpreti consulere, qui hisque sequuntur verbis ab Antonio Carrafa Cardinale amplissimo tunc eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto responsum fuit.

Molto Raxendo Padre: Sono stati altre volte considerati, e risolti nella Congregatione del Concilio i dubi, che tra seriaro B. P. quanto al primo e stato deciso, che chi non ha beneficio, e non camina con habito, e tonsura, senza alcuna monitione viene escluso dal privilegio del foro. Quanto al secondo, la Congre-

gatione ha sentita che i Chierici, obbe mandando nelle cose contenute nel capo 6. sess. 23. non godendo il privilegio del foro, non per questo se intendono privati del privilegio del canone Si quis suadente Diabolo. Da questa ne segue la resolutione del libro 4. di questo, perche non idogliendo il Concilio, se no il privilegio del foro, tutti quelli altri privilegy, che competono a chierici, rimangono in tutto l'istesso stato della ragione comune; con che immaginandomi ha un sodisfatto alle sue domande, e non dicendole altro dehesse restimantese, e non propose, che in tale aspetto di esser informato, mi raccomandando alle sue sacre orationi, e si prelo da Dio ogni bene. Di Roma il 27. di Agosto 1684. R. come fratello amoreuolissimo. Antonio Cardinale Carrafa.

10 Sic pariter iterum, Sacrae Congregationem declarate inuenimus sub die 18. Septembris 1595. dum celebrat, clericum prima tonsura insignitum gaudere beneficio cap. Gaardus, de solution. quamuis ille habitum clericalem, & tonsuram non deferat, nec in diuinis inseruit. Id. quod satis bene probatur ex his, que dixerunt de select. canon. cap. 18. num. 23. quem refert, & sequitur Barbof. in collect. ad Concil. Trident. eod. cap. 6. num. 34. quibus ex recetioribus ad stipulat. Riccius part. 4. prax. Eccles. resolut. 431. num. 5. Bonacin. de legibus, disp. 10. quest. 2. punct. 1. s. 4. num. 20. Payer Diana resolut. moral. part. 1. tract. 4. de immunit. eccl. resolut. 36. & Paul. Siquid. ceteris omnibus in rebus de priuileg. cler. cap. 12. per totam, et in annotationem, ubi docet privilegium clericis concessum de bonis aduictijs post deplectum quactis diffidendi, sicut de castrensibus, adhuc suffragari illi clerico, qui in Sac. Trident. Concil. requisita non habet, & ad id expendens P. Sanchez in summa tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 33. Nauar. cons. 22. de priuileg. & Gonzal. in regul. 8. E. cancell. glof. 5. s. nam. 6. & 7. quorum dictis fretus alij ego probauit in terminis Concilij nostri. Et si statim qua clerici non ligantur, ut ex pluribus S. C. decisionibus probauit lib. 1. cap. 15. num. 18. in nouis clericum, qui caret requisitis S. T. Concil. adhuc non ligari Consuetudine prefata, sicut de bonis antiquis eidem ad agnatis, & cognatis obuicis, ad sui libitum dispossere posse.

12 Si ergo, ut ad certum nostrum tenentur, clericus, qui non habet Tridentini Concilij requisita, excepto fori privilegio, in omnibus alijs reputatur clericus, quod pacto defendi posse dicebam, ut privilegio electionis, & variationis fori clericis tributo

gaudere non possit ille, qui dispositione præfata Tridentina Sanctionis iuari non potest.

13 Ad secundum, quo dicebatur, supposito clericali Philippo, cessare in illo hoc electionis fori privilegium, dum contendit cum minore, cui pariter illud idem privilegium competit, sicque subintrare regulam, ut privilegiatus suo privilegio uti non possit contra pariter privilegiatum, ad *tex. in l. sed & milites, ff. de excusat. tutor. in l. verum, §. item queritur, ff. de minoribus*, & in *§. sed & hoc præfati, in amb. de Sanctiss. Episcopis*, respondit regulam de plano procedere, quando privilegia essent æqualia, sic enim loquuntur iura nuper allegata, & in terminis nostris *Ritus M. C. 231. Andr. & Assl. in d. Cõst. Statuimus*, & *D. de Franch. in allegata decis. 188.* quod contingit, quando pupillus vellet uti privilegio electionis, vel variationis fori contra alium pupillam, vel viduam, nam cum eorum quilibet est privilegiatus de iure communi ex *d. l. unica, C. quando Imper. inter pupil. & viduas*, cessat proflus privilegium, & observatur illud, quod generaliter idem ius commune statuit, nimirum, ut Actor Rei torum sequi cogatur, sic ratiocinatur *Assl. in loco proxime citato num. 20. vers. tene ergo istam conclusioem;*

14 at quando privilegia non essent æqualia, ut quia unus esset magis privilegiatus, quam alter, prout in casu nostro, cessat regula prædicta, sicque persona, que maiori privilegio præfulget, trahit illum, qui minori privilegio munitus est, ita sane Sacrum Consilium Regni huius determinasse testatur *Assl. decis. 56. vbi Præfili. in addit. num. 3. ad id expèdens Alex. in l. Marcellus, ff. ad S. C. Trebell. idemque Petrus ad Capp. decis. 160. n. 2. vers. sed nata, quod se concurrunt*, & istorum primus *Lucas de Penna infra allegandus.*

15 Quod autem clericus in fori electione, & variatione maius privilegium habeat, quam minor decem, & octo annis, maior autem quatuordecim, patet manifestissime, & prima, quia cum offensio in clericali personam illata consecratur facta Ecclesie, & sic in *qua 29. quæst. 4. in verbo Deo Omnipotenti, can. nonnulli q. 7.* quod proinde illi tenet, cuiuslibet de populo ad vindictam prosequendum ius competere, ad *tex. in l. si quis in hoc genus, vbi Bar. l. de Episcopis, & cler. & satis ad propositum in iuris decis. 27. post Annan alleg. 146.* obsequens est dicere, ut maioris poderis sit privilegium clericali offensi, quam minoris offendenti. Secundo, & melius considero, nullo iure eorum

esse, minori decem, & octo annis, & maiori quatuordecim fori privilegium competere; sed sic se habet opinio aliquorum Doctorum, nam si verba *Rubr. & tex. in supracitata l. unica, C. quando Imper.* perpondimus, verbum nullum de minore; sed tantum de pupillis, viduis, diuturnoque morbo fatigaris, sin autem ad præcitatum *Constit. Regni Statuimus, & Rit. M. C. recurrimus*, idem, que quidem Doctorum opinio non est sine notabili controuersia, quando quidem non desunt Doctores, & numero maiores, qui hoc electionis fori privilegium minoribus denegant, & hi sunt *Io. Francisc. Capibl. in pragm. 8. par. 1. num. 314. de Baronibus, Horat. Viscont. in addit. ad D. de Franch. dec. 100. ad num. 17.* vbi contra minorem per Magnam Curiam, referente tunc Iudice D. D. Ferdinando de Quadra, demum Consiliario meritissimo decisum refert, *Episcopus Ricc. in collect. decis. collect. 2360. Thor. in compend. decis. par. 1. in verb. minor, & iterum in voto 65. num. 25. Thomat. dec. Rotæ Macerat. 85. num. 39. & Io. Maria Nomen. in praxi elect. fori, par. 1. sect. 2. quæst. 4. ad num. 5. & par. 2. sect. 2. quæst. 4. et in collect. super prag. in Rubr. de Infantibus perditis, num. 5. & seq.* quibus in locis ratione, & autoritate mixtus fuit probare, supra allegatam decisionem 27. *Reg. Rowt.* iuris fundamento carere, idemque novissime, ut minoribus fori privilegium nullatenus competat, desegit *Nicola Ann. de Palma in miscellaneis divers. iuris communis, & Regni par. 2. gl. 16. nu. 1. fol. mihi 276.* quo fit, ut necessario dicamus, questionem esse satis controuersam.

16 In clericis autem, quod electionis, & variationis fori privilegium illis competat, non ex Doctorum opinione, siue Prudentium interpretatione provenit; sed ex particulari dispositione iuris Regni, sic dictantibus tribus *M. C. Ritibus*, secundum ordinem *Car. quæst. 67. 229. & 233.* & meminit *Anna alleg. 146.* in quibus quidem iuribus clericus inter pupillos, & viduas in forum eligendo connumeratur: modo dico Ego, si clericus dum forum eligit, innititur iuris dispositione, sicque utitur privilegio incluse in corpore iuris Regni, non ne cogimur affirmare, ut magis privilegiatus sit ille, sic iuris privilegio munitus, quam minor, qui in forum eligendo, non solum iuris assistentiam non habet; sed adsunt contra ipsum Doctores, & gemine decisiones hoc privilegium eidem denegantes; quomodo ergo stantibus prædictis, in casu proposito ipse dicebam, potest esse locus regulæ confusio-

in s priuilegiorum, nimirum vt concurrente clerico in eligendo, & minore in contradicendo electioni, sint priuilegia conquassanda, videatur, quæso, ad propositum, & in fortioribus terminis singularis Theorica *Luc. de Penn. in hñe ad diuersa, nu. 4. C. de silentiar. lib. 12.* vbi notabiliter dicit, quod si in forum eligendo contenderent vidua, & alia persona, quæ ex particulari suo priuilegio haberet fori electionem, debet preferri vidua, reddit rationem, quia illa vtitur iure communi, at qui forum eligit ex priuilegio, innitur tantum priuilegio, & contra ius commune, cum priuilegium lex priuata nuncupetur, & ad priuatum commodum inducta dicatur contra ius, vnde dicit *Lucas*, qui eligit forum de iure communi, gaudet eodem priuilegio, & vtitur iure communi, ergo præferri debet, cum facilius tollatur priuilegium, quam ius commune, allegat *tex. in l. antique, C. ad S. C. Pellician. & in §. quia verò simile, in Auth. de non alienan. vel permut. rebus Eccles.*

18 *Qua* conclusione sic stante, nulla est habenda ratio de opinione *Carau.* qui in *Ris. 228. num. 3.* dicit, quod stante illo *Ritu* generaliter disponente, vt nullus priuilegiatus alium trahat priuilegiatum, sequitur clara, & indubitata decisio, quod siue actor sit priuilegiatus maiori priuilegio, quam reus, siue non, nunquam priuilegiatus contra alium priuilegiatum forum eligit, idq; subdit voluisse *Affl. in d. Constit. Statuimus, num. 19. & seq.* etenim aduertendum est, nullo pacto *Carau.* sententiam ex dispositione dicti *Ritus* probari, ex quo nullibi in eo hoc legitur; sed tantum canitur vulgata iuris regula; vt priuilegiatus alium priuilegiatum trahere non possit, quod nos vti verissimum axioma sine cõtrouersa admittimus; nec pariter probari dicimus ex *Affl.* cuius theoricam credo certè *Carauitã* perfunctoriè obseruasse, ex quo *Vir* ille, doctissimus non solum non dicit, quod *Carau.* affirmat; sed totum contrarium; illud enim, quod *Affl.* scripsit, est, vt si miserabilis Curiam Principis in forum eligens alium miserabilem conuenerit, non esse considerandum, quis sit magis miserabilis, ad hoc vt ille minus miserabilem trahere possit, ex eo, quod *tex. in l. uenica, C. quando Imperator,* non distinguit inter magis miserabilem, & minus miserabilem, ac proinde generaliter debet intelligi, ad *tex. in l. 2. ff. de atactor.* bene dixit *Affl.* cum ratio maioris miserabilitatis in fori electione nullius ponderis esse possit; quid enim refert, quod

Actor sit duobus brachijs priuatus, & per consequens miserabilior Reo, cui forsitan vnum tantum deficit; semper enim eadem miserabilitatis ratio in vtroque militat, vnde merito priuilegia confunduntur, secus autem, in specie subiugit *Affl.* in duobus priuilegiatis priuilegio fori, vt nimirum in illis maior ratio priuilegiati consideranda sit, ad hoc vt illud priuilegium, in quo est maior ratio, sit attendendum, sicq; per *S. C. decisum testis est in dec. 56.* quam supra retulimus.

22 Ad tertium, quo mediante omne dubium cessare dicebam, satis inquisito obesse, quod sub patria potestate constitutus reperiebatur, cum exploratissimi iuris sit, hoc fori priuilegium nec etiam pupillis patris, vel auum paternum habentibus concedendum sit, cessat enim ratio priuilegii in patris carentia; & sic in defensoris defectu fundata, ac proinde cessare debet ipsum priuilegium, videantur *D. de Franch. decis. 671. Reg. Romit. cit. decis. 27. n. 11. & dec. 49. num. 1. Consiliar. Paschal. in suo tract. de viribus patrie potest. par. 2. cap. 2. num. 92. vers. & consequenter.*

23 Nec obstare dicebam limitatione, quæ huic indubitatae conclusioni accommodabatur, nimirum vt non procedat, quando pater est inutilis, & pro tale inquisiti patrem habendum fore, dum bonis cesserat; sicque idem esse patrem non habere, vel habere; sed inutilem, exemplo mulieris nuptæ, cui quamuis fori priuilegium non competat, communis tamen se habet opinio, vt bene competat, quando vir esset inutilis; etenim respondit, inutilitatem, quæ allegabatur, ad casum, de quo agebatur non pertinere, tunc enim dixerunt *Doctores* mox allegandi, virum dici mulieri inutilem, quando non potest in iudicio comparere ad coniugem defendendum, & exemplificauerunt, si vir esset ad triremes condemnatus, siue in manibus inimicorum reperiretur, aut exulatus, foriudicatus, siue quouis alio modo ciuilitè mortuus, aut & eadem incurabili infirmitate oppressus. in his enim casibus vir vxor et pater filio pupillo dicuntur inutilis, non autem si diceretur, eos inuitiles esse, quia bonis cesserunt, nam quando magis bonis cesserunt, eo securius in iudicio assistere possunt ad mulierem, siue filium defendendum, quia certum est pro cõtractis debitis carcerari eos non posse, videantur *glos. in l. fin. in verb. orbisantes, C. ad l. Flau. de plagiar. ibiq; Bal. Salycet. et omnes, Felin. in cap. s. q. m. e. antibus, num. 8. de*

offic. delegat. Conar. pract. quest. cap. 7. num. 2. vers. est & in hoc, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. num. 13. Polydor. Rip. obser. 121. Vincent. de Franch. decis. 100. nu. 18. Vinus decis. 197. & 521. Carolus de Tap. tom. 2. iur. Reg. fol. 254. Anel. Amat. conf. 31. num. 13. Imbrian. de 1. & 2. beneficio, confid. 5. num. 6 et alij pœnès Nouar. de elect. & variat. fori, par. 1. sect. 2. quest. 7. num. 2. fol. mihi 75. quorum dictis non aduerfatur Reg. Rouit. ex aduerso allegatus decis. 49. quia loquitur in casu à nostro satis diuerso, vt videri potest.

24 Vndè his omnibus concurrentibus, decretum M. Curia: omni iure per Sacram Conf. confirmari debere ipse tuebar, eoq; magis, nãm cum de his disputaretur, inquisiti maior ætas superuenit, sicquè præsens minoris ætatis priuilegium cessabat prorsus, frustratoria enim esset remissio ad Iudicem loci delicti, ex quo posset demùm clericus iterùm M. Curiam in forum eligere, quo tempore inquisitus minoris ætatis clypeo se tueri nõ posset; etenim receptissimum est apud Nostrates, fori electionem non semel tantùm personæ priuilegiatæ esse permissam; sed bis, et ter, potest enim in Regno persona comprehensa sub dispositione *l. vnica, C. quando Imper. et Constit. Statuimus M. C. in forum eligere, et postmodùm ad Curiam Baronis variare, et à Curia Baronis iterùm ad M. C. recurrere, istamquè variationem nẽdum antè, et post litem contestatam permitti; sed etiam post conclusum in causa, et ita in dies practicitur in causis criminalibus, videantur Assl. in d. Constit. Statuimus, num. 26. & ibidem Foller. num. 128. Carau. d. rit. 233. num. 8. 9. & 10. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de citation. resol. 2. per totum num. 10. Muscatell. in prax. S. C. glos. competentes, num. 39. et alij pœnès Nouar. in prax. elec. & variat. fori par. 1. sect. 1. quest. 3. num. 1.*

S Y M M A R I U M.

- 1 Clericus an possit alienare bona, ad quorum titulum sacris insignitus est, siue super illis annuum constituere censum, num. 2. & 4.
- 3 Sollemnitates, quæ requiruntur in alienatione bonorum Ecclesiæ, requiruntur paritèr in constitutione annui census super illis.
- 5 Bona clericis, ad quorum titulum sacris insignitus est, si de factò hypotheca submissa reperiuntur, an Clerico defuncto possit creditor super illis recursum habere, & nu. 7. & 11.

- 6 Hæres potest venire aduersus contractum à defuncto nullitèr factum.
- 8 Reditus annuus super obligatione personali principalitèr fundatur.
- 9 Sententia requiritur declaratoria, vbi actus est ipso iure nullus.
- 10 Sententia requiritur declaratoria, ad hoc vt excommunicatus Ecclesiastica sepultura careat.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an text. Concil. Trid. sess.

21. cap. 2. de reform. qui vetat alienationem bonorum, ad quorum titulum Clericus ordinatus est, procedat, quãdo Clericus super bonis illis censum constituit, & quatenus procedat, si de factò reperiretur census constitutio facta, an Clerico defuncto, illius hæres actione hypothecaria conuentus possit de contractus nullitate opponere. Item nùm quando lex aliquem actum ipso iure declarat nullum, hominis sententia requiratur, & de alijs.

C A P. XLVIII.



Clericus, certum est hodiè, quòd bona, ad quorum titulum sacris insignitus est, alienare non potest, nisi alienationis tempore congruam habuerit sustentationem, sic disponete *Tridèna sanctione sess. 21. c. 2. de reform. circa finè, & pro indubitato docet infiniti relati p. Cauall. cõm. cõtra cõm. q. 527. Gratian. discept. forens. c. 159. & per Ricc. p. 1. prax. eccles. resol. 71. in nouis, quam conclusionem sine dubio procedere dico, non modò in reali, & effectiua alienatione, de qua propriè loquitur *Decretum Concilij*, sed etiam, vbi Clericus super patrimonio, ad*

- cuius titulum ordinatus est, vellet censum constituere, siue annuos reditus pro capitali recepto vendere ad formam *Bullarum Nicolai, & Pij Summorum Pontificum*, ratio enim finalis *Concilij*, quæ militat in distractione, verificari etiam potest in annui reditus constitutione, nam quoties clericus constituens annum illud constitutum nõ solueret, posset creditor hypothecariam exercendo actionem bona illa distrahi facere, quibus clericus demum exutus mendicare cogetur, quòdque hoc iuris sit indubitati, videmus sic per *Doctores* tentum in assensu Apostolico, qui in bonorum Ecclesiæ alienatione requiritur, vt etiam omninò requiratur in census constitutione, vt nouissime alijs omissis resolutum fuisse testatur *D. Ricc. pars. 1. prax. Eccles. resol. 46. & 57. & dec. 153. par. 2. & dixi Ego lib. 1. c. 28. & in puncto, de quo agimus Cened. question. pract. quæst. 11. à num. 11. post hæc scripta*
- 4 *visus, vbi in fine hæc subdit verba. Ex quibus questionibus proposita resolutione respondetur, quòd prohibitus alienare bona, ad quorum titulum fuit promotus, ea specialiter non potest obligare siue incursum censurarum Concilij, benè tamen potest ea generaliter obligare, per rationem dictam, cum in generali obligatione non comprehendantur huiusmodi bona, ad quorum titulum fuit promotus, per supradicta, &c.*
- 5 Sed dubitatum audiui, si de facto census constitutio super patrimonio, ad cuius titulum clericus ordinatus est, facta reperiretur, nam clerico debitore defuncto possint eius hæredes à creditore contenti de contractus nullitate opponere? Ratio dubitandi in partem affirmatam illa est, quia contractus prædictus census constitutionis fuit à principio ipso iure nullus; *Decretum enim Concilij* per dictionem illam, *nullatenus*, actus nullitatem in casibus prædictis ipso iure induxit, vt probant *DD.* supra relati, & alij citrà controuersiam, si igitur fuit ipso iure à principio nullus, nec potest per clerici hæredes, de illius nullitate opponi, constat enim, aduersus contractum à defuncto inualidè, ac nulliter factum eius hæredè venire posse, nec eo casu procedere *tex. in l. cum à matre, C. de rei uend. ita probatur in l. quemadmodum, C. de Agricol. & censit. lib. 11. glos. in l. Lucius, ff. solut. matrim. Affl. decis. 240. num. 8. Grammat. decis. 93. num. 9. Cacher. decis. 180. in princip. Rot. decis. 110. num. 1. par. 2. diuers. Viuius dec. 56. num. 9. & alij ab istis relati.*
- 7 Ceterum in casu proposito contrariam amplexus fui sententiam, & vt pateat de

veritate sciendum est, quòd licet hæc omnia pro dubitandi ratione adducta in se, vera sint, in questione tamen nostra allegari non merentur, idque ex duobus potissimum, & primò, quàm licet verum sit, non potuisse clericum super patrimonio, ad cuius titulum promotus extiterat censum constituere, non tamèn per hoc sequitur, quin ipse actione personali obligatus remanserit, nam, vt aliàs diximus citato *cap. 28. reditus annuos super obligatione personali principaliter fundari, reique submissionem loco certioris, & facilioris solutionis fieri, qua de re latè per D. de Franch. decis. 159. num. 3. post Covarr. var. resol. lib. 3. cap. 11. num. 5. vers. his profectò libentè addiderim, & Gutierr. pract. quæst. lib. 2. quæst. 163. num. 6. vers. hoc enim manifestè est falsum; si igitur remansit sine dubio clericus actione personali obligatus, consequens est dicere, vt & eius hæres ad continuationem solutionis annui census cogi possit.*

9 Secundò validius dico sic: nam etsi verum sit, *Decretum Concilij* ipso iure actus nullitatem inducere, attamen negari non potest, quin sententia requiratur declaratoria, à Iudice competente proferenda; est enim absolutissimum, quòd vbi actus ipso iure, & sic per solam iuris sententiam nullus declaratur, saltèm ad exequutionis essentiam, hominis sententia requiritur, sic in priuato ipso iure beneficio dixerunt *Oldrad. conf. 227. nu. 4. vers. 2. abycit, & Anchar. conf. 189. num. 3. & 4. vbi etiam dicit, quòd si quis*

10 *propter aliquam causam fuerit ipso iure excommunicatus, morte superueniente Ecclesiastica non carebit sepultura, si dum vivebat talis declaratus non extitit, & in alijs casibus latè D. Card. Tusch. pract. concl. lit. D. concl. 98. & alij plures relati per Ricc. par. 2. prax. Eccles. resol. 245.*

11 Si igitur Iudicis sententia declaratoria requiritur, instando hæres pro illius prolatione extrema non inuenit habilia, nam, vt nulla censeatur distractio, quæ fit à clerico de bonis, ad quorum titulum sacris insignitus est, fuit statutum, nè distractione sequentè medicare cogetur, hæc enim fuit mens *Concilij* per verba expressa in *Decreto* prædicto declarata; istud modò in hæredè cessat, in illius enim persona ratio *Concilij* verificari nõ potest, ac proindè nec canonis dispositio, & sic concludo, quòd etiã si clericus patrimoniũ, ad cuius titulum ordinatus est, verè alienasset, per eius heredè illud vt nullitèr, & sic contra ius alienatum vendicari nõ posset.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus creditorum mole grauatus succurritur beneficio *tex.in cap.Odoardus, de solution.*
- 2 Clericus assequutus beneficiū *cap.Odoardus laicus demum effectus an eo potiri possit, si fuerit à creditoribus conuentus coram Iudice seculari, & num.4.5 & 7.*
- 3 Causa priuilegij cessante, cessat ipsum priuilegium, sed limitatur, *num.6.*
- 4 Exceptio rei iudicatæ opposita in Curia Ecclesiastica an possit opponi in Curia seculari.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus assequutus priuilegium, siuè beneficiū, de quo in *cap. Odoardus, extra de solution.* possit illo gaudere, si clericatu dimisso laicus efficeretur, ità vt si à suis creditoribus corā Iudice seculari cōueniretur, valeat de obtēto beneficio opponere?

C A P. XLIX.



Lerico creditorum mole grauato, & non soluendo existente, statuit Summus Pontifex Gregorius IX. in *cap. Odoardus, extra de solution.* vt ille molestari nō possit,

recepta tamen prius ab eo idonea cautione, vt si ad pinguiorem deuenit fortunā, debita persoluat.

- 2 Supposito hoc priuilegio clericis indulto, scio, aliis in vna facti contingentia dubitatum, an vbi à loci Ordinario clerico suo Diocesano, visis videndis fuerit illud impartitum, ad eò proficuum dicatur, vt si clericus ille laicus efficeretur, & à suis creditoribus coram Magistratu seculari conueniretur, adhuc eo priuilegio potiri valeat, sicquē rei iudicatæ exceptionem opponere?

- 3 Pro ratione dubitandi videbatur negatiuè respōdendum, ex regula cessante causa, quam etiam in priuilegio procedere di-

xit insignis *Tiraquel. in tract. cessante causa, num. 210.* vndè cū causa huius priuilegij fuerit clericatus, illo demum cessante, quia clericus, qui priuilegium obtinuerat, laicus euasit, proinde cessare quoquē debet illud beneficium.

- 4 Sed hac dubitandi ratione non obstāte, contrariā in casu proposito amplexus fuit sententiam, primò per *tex.in cap. fin. de except. in 6.* vbi statuit *Bonifacius Octauus*, quòd si inter easdem partes coram Iudice seculari de re aliqua dubitari cōtingeret, super qua Iudex Ecclesiasticus pronunciauit, opposita per conuentum rei iudicatæ exceptione, tehetur Iudex secularis etiā per Ecclesiasticas censuras, si opus fuerit, oppositam admittere exceptionem, & e contrā, cuius *textus* dispositionem in ciuilibus signanter procedere, & locum habere, dixerunt *Abb.in cap. si clerici, num. 11. & Mant. num. 20. extra de iudic. Valasc. decis. 48. post num. 11. & Triusan. decis. 17.* de quē hōc nunquam fuisse dubitatum testatur ex nostris *D. de Franch. decis. 512. num. 5.* vndè in casu nostro cū beneficium hoc *cap. Odoardus* clerico debitori, creditoribus suis in foro Ecclesiastico auditis, & iuris ordine seruato concessum proponatur, non est, cur dubitari possit, quòd si idem clericus laicus efficeretur, & in foro seculari ab eisdē creditoribus conueniretur, rei iudicatæ exceptio obstaret.

- 6 Quo sic stante, ad regulam cessante causa facili modo responderetur, illam enim nō procedere dicunt cōmuniter *Doctores*, quotiēs priuilegium effectum consummatum, produxerit, argumento *tex.in l. fin. ibi, nihil obesse ei, quòminus id, quod acquisiuit, retineat, ff. vndè liberi, & in l. inter stipulantem, S. sacra, de verb. oblig.* sicquē in puncto dixerunt *Tiraquel. loco citato, limit. 12. nu. 1. & seq. Gamma decis. Lusitan. 27. num. 4. & 5. & alii, quos refert, & sequitur Aluar Valasc. dec. 57.* quē omninò vide; quare cū in casu, de quo agimus priuilegium hoc suum sortitū fuerit effectum, mediante sentētia Iudicis Ecclesiastici competentis, quæ in rem iudicatam transitum fecit, eoq; beneficio, qui illud obtinuit, donec in clericatu permansit, gaudens est, consequens est dicere, vt adhuc illo gaudere debeat, quamuis laicus effectus sit.



S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in Ciuitate Neap. non ligatur Con-
suetudine exordicase Et si testator.
- 2 Clericus Neapolitanus si beneficio renuncia-
uerit, nō tamen seruata forma iuris, an demū
testamentum condens cogatur disponere se-
cundum Consuetudinem Et si testator, et
quid si feudi inuestituram petierit, & n. 4.
- 3 Beneficij renunciatio ut valida iudicetur, que
concurrere debeant, et num 7.
- 5 Clericus beneficiatus potens in feudo succede-
re, si beneficium retinuerit, videtur succes-
sioni renunciare.
- 6 Clericus, mortuo agnato feudatario potest pe-
tere tempus ad deliberandum, an velis in
feudo succedere.
- 7 Tex. in cap. admonet, de renunciati. an de
consuetudine feruetur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus, qui non li-
gatur *Consuetudine Neapoli-
tana*, quæ incipit *Et si testa-
tor*, possit in morte liberè de
bonis antiquis disponere, dū
existens beneficiatus clerica-
tui, & beneficio renunciavit,
non seruata forma *tex. in cap.
admonet, de renunciati.* Cleri-
cus beneficiatus an benefi-
cio renunciare videatur, pe-
tendo inuestituram feudi, in
quo propter consanguinei
mortem successit. Dispositio
*tex. in d. cap. admonet, de re-
nunciati.* an de consuetudine
seruetur, & de aliis.



C A P. L.



Clericus, apud nos indubi-
tati iuris est, quod non
ligatur huius Ciuitatis
Consuetudine, exordiente
Et si testator, per quam
statutum est, non posse
Ciuem in vltimis consti-
tutum, dūm filijs caret, de suo, quod à ma-
ioribus habuit disponere, nisi de medietate,
cūm reliquam illis tenentur relinquere
consanguineis, à quorum *Nona bona* illa
obuenerunt, quæ quidem *Consuetudo* an si-
cut in Clerico pcedit actinè, protehat etiā
passiuè, videndi sunt *Capyc. dec. 98. De Fræb.
decif. 411. Molfes. & alii relati per Squillant.
traff. de priuil. cler. cap. 7. à n. 97. vsq; ad 102.*

2. Sed contigit aliis dubitari, an huius po-
tuisse de bonis antiquis disponere quidam
clericus beneficiatus, in minoribus tamen
ordinibus constitutus, qui parum tempus
ante mortem, sed post conditum testa-
mentum per actum publicum coram No-
tario, & testibus clericatus, & beneficio re-
nunciauerat, ac insimul inuestituram pe-
tuerat feudi, in quo per fratris mortem suc-
cesserat?

Dicebant, qui heredis scripti partes tue-
bantur, aduersus Agnatos bonorum anti-
quorum medietatem vindicantes, iure qui-
dem potuisse testatorem vti clericum de
integro eius patrimonio disponere, nec
aliter fuisse ligatum *Consuetudine prædicta*,
nam quamuis clericatus, & beneficio re-
nunciasset apparebat, non tamen iuris for-
ma seruata; constat enim, renunciationem,
quæ fit de beneficio esse prorsus iusticia-
cem, nulliusq; momenti, quando ea coram
proprio Prelato non sequitur, hic est *tex. in
cap. admonet, extra de renunc.* cūm q; hic dis-
ponens in renunciatione per eum facta
formam à sacris Canonibus præscriptam
non seruauerit, non est, cur dici possit, per
talem sic peractam renunciationem benefi-
cium vacasse, sed adhuc renunciantē cle-
ricum remansisse, talemq; defunctum esse.

4. At Ego contrariè in harondo sententiæ
dicebam, testatorem prædictū nō aliter cle-
ricum defunctum esse, sed prorsus laicum,
sicq; non potuisse illum de suo, quod à ma-
ioribus habuit disponere, nisi seruata for-
ma *Consuetudinis præfate*, nam quod non
obstante dispositione *tex. in d. cap. admonet*
satis sit, vt clericus beneficiatus reputetur
laicus, si inuestituram à Domino petierit.

feudi, quod alicuius prædefuncti consanguinei fuit, satis doctè, prout de more defendit *Io. Vinc. de Anna alleg. 98.* nunquam in Regno videmus, clericum feudum possidere, prout hic possidebat, repugnant enim iura feudalia, vt quis sit miles seculi, & insimul miles Christi, *cap. 1. de n. sal. milit. qui arm. bellic. deposuer. & cap. 1. §. qui clericus, si de feud. defunct. milit.* etenim sicut

5 retinetur beneficium, qui potest in feudo succedere videtur successionem renunciare, sic è contrà, subdit *Anna loco cit. num. 4.* succedendo in feudo, videtur beneficio renunciassè, hæc est enim vera beneficii renunciatio, nimirum actum peragendo contrarium, habendo beneficium pro derelicto, cum impossibile sit, vt quis beneficio seruiat, ac seruitio Domini directi feudi vaget.

6 Nec obstare dicebam id, quod ad hoc cauillandum allegabatur, nimirum, quod hic præfatus clericus feudum tenebat cum licentia Collateralis Consilij, à quo tempus obtinuerat ad deliberandum, an voluisset in clericatu persistere, vel feudum habere, iuxta cautelam traditam ab *Anna loco cit. in fine*, quam meminit *Bammacar. in cōment. ad tit. si de feudo defunct. & in cap. qui clericus, quest. 3. num. 82.* & seq. etenim ex actibus de eum subsecutis apparuit euidentè, in feudo succedere voluisse, non autem clericatum continuare, cum feudum illud, cuius adeptus fuerat inuestituram, soluendo etiam releuium Domino Regi nostro, alteri vendiderit, & sic, quæ maior animi deliberatio? non enim poterat esse clericus, & feudum talitèr pœnès se habere, vt alteri vendere potuisset.

7 Secundò, pro conualidanda renunciatione clericatus, & beneficii dicebam Ego, quod quamuis clericus beneficiatus non possit de iure renunciare beneficio, absque proprii Episcopi licentia, vt in *d. cap. admo-ner, cui concordat tex. d. cap. nisi cum pridem, §. verum, eod. tit. de renunc.* est tamen verissimum, quod dispositio dictorum canonum de consuetudine non seruatur, sed sat effecti- tam renunciationem per actum contrariam incompatibilem, vt post *Io. Andr. & Abb. in d. cap. admo-ner, & in cap. ex ore, de his, que fiunt à maior. part. Capit. testatur noster Reg. de Pont. decij. 4. n. 14. cum seq. vnde, &c.*

S V M M A R I V M.


- 1 Clericus vti alicuius fideiussor conueniens an excussionis exceptionem opponere possit. & num. 3. & 6.
- 2 Exceptio excussionis est de iuris apicibus; sed an possit opponi de iure canonico, num. 4.
- 3 Ius civile seruatur in Curijs Ecclesiasticis in his, in quibus ius canonicum non disposuit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus vti alicuius fideiussor conuentus ordinis beneficio succurratur. Exceptio excussionis an possit de iure canonico opponi, & de alijs.

C A P V T L I.

1



Clericus si conuenitur vti alicuius fideiussor, inueni apud Doctores dubitatum, num de iure, dum ordinis beneficio non renunciauit, valeat ne excussionis exceptionem opponere?

- Et quod hoc beneficio à iure fideiussoribus impartito vti non possit, ex recentioribus tenuerunt *Vinsens. Caroc. tract. de excussio. bonor. par. 2. quest. 51. num. 3. & Carol. de Grass. tract. de exception. except. 10. nu. 75.*
- 2 & de effectibus clericat. effect. 27. per totum, assignat rationem, cum excussionis exceptio sit de iuris apicibus, de quibus ius canonicum non curat, cuius conclusionis allegant in Authorem *Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 78. vers. & ex ista ratione infero, Inst. de action. quem simpliciter sequuti fuere Hieron. Grat. conf. 37. nu. 25. lib. 1. & alibi, Iacob. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 5. de fideiussor. num. 149. & Fontanel. ceteris omis- sis tom. 1. de pact. nup. claus. 4. gl. 9. par. 5. n. 33.*
- 3 Sed certè erronea satis est opinio hæc, tantisque Viris inconueniens admodum; fundatur enim autoritate *Ias.* qui id pro vero nunquam affirmare ausus fuit; dicit *Ias.* sibi uideri, excussionis exceptionem nõ procedere de iure canonico, cum eo attrèto non sit de iuris civilis apicibus curandum, ad *tex. in cap. dilecti, extrà de iudic. At*

agno-

- agnoscens, hoc affirmare, esse valde periculo sum, hæc verba subdit. *Et si hoc est verum, est maxima limitatio, & multum signanda, quam tamen non audeo verbis veram affirmare, &c.* vbi enim in iure canonico fundatur, in fideiussionum contractibus ordinis beneficium non esse admittendum, quod expressè ius civile induxit, vulgato *tex. in auth. presente, C. de fideiussor.* non nè expressè *Summus Pontifex* statuit, quòd vbi contingit in foro Ecclesiastico de negotio tractari, per ius canonicum non distincto, sed benè per ius civile, quòd secundum hoc ius iudicandum sit, in *cap. 1. de noui oper. nunciat.* vbi *Canonista* communiter: Si ergò circa casum propositum nihil de iure canonico dispositum habemus, sed benè de iure civili, attendendum est id, quod ius civile statuit, nimirum, quòd vbi conuenitur alicuius fideiussor ad soluendum pro principali, ordinis beneficio iuuetur, *d. auth. presente*, prætermittere modò hanc dispositionem sub colore, quòd excussio fit de iuris apicibus, de quibus ius canonicum non curat, est equidè satisfactio assertio.
- 6 Nè autem videar hanc meam sententiã, quamuis ratione roboratam, sine tamen autoritate fundare, dico, illam similiter tenuisse *Schrader. de feud. cap. 5. miscellan. nu. 51. & Ant. Hering. tract. de fideiussor, cap. 27. num. 291.* cum seq. sub illis verbis. *Supradictis affine est, quod astruunt, excussionis exceptionem de iure canonico locum non habere, siquidè iure isto apices iuris non curantur, Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius, verbo si absque liberis, num. 52. extra de testam. Grat. respon. 87. num. 23. lib. 2. Duen. regul. 315. limit. 4. Ias. in §. item si quis in fraudem, Inst. de action. Gayl. d. obser. 27. num. 28. Franc. d. cap. 5. num. 400. & 401. Jeremias Setferus in select. disput. suis, disp. 23. thes. 10. in glo. 1. Verùm hanc sententiam merito reiecit *Schrader* in *miscel. cap. 5. nu. 51.* siquidè nullo iure fundatur, & præterea etiam leges civiles in foro canonico seruantur, si contrarium non sit expressè cautum, &c.*


S Y M M A R I V M.

- 1 Clericus si litem habuit coràm Iudice laico, conuentus demùm ab eius Aduocato coràm eodem Iudice ad salariũ præstandũ, nùm fori declinatoriã opponere possit, & n. 3. & 6.
- 2 Salarij petitio est quid dependens à causa principali.
- 4 Iudex laicus nec actu, nec potentia iurisdictionem habet in clericum.
- 5 Reconuentio conuentionem supponit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus, qui vti Actor coràm Iudice laico litem habuit, possit ab eius Aduocato, vel Procuratore pro cõstituto salario coràm eodẽ Iudice conueniri.

C A P. LII.



Clericus si diù vti actor litem habuit coràm Iudice laico, elegans est indagatio, nãm coràm eodem Iudice ad instãtiam Aduocati, & Procuratoris, qui pro ipso patrocinati sunt, possit ad constitutum salarium soluendum conueniri?

- Et affirmatiuè dicendum videtur, ex relatis per *Hierony. Leo. dec. 177. lib. 2.* vbi per illam Regiam Audientiam decisum refert, per Aduocatos, & Procuratores posse salarium peti coràm illõ Iudice, coràm quo causam patrocinauit, sunt, quamuis clientes essent alterius fori, & aliàs extra domicilium conueniri non possent, ratio assignatur, quia hæc salarij petitio est quid dependens à causa principali, & itã Iudex causæ principalis debet similiter esse Iudex in causa accessori, allegat hanc cõclusionem tenentes *Mandof. tract. de commissio. formula 11. in vers. validitate iurisdictionis, Gratian. digest. forens. cap. 154. num. 24. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 15. de liter. requisitor. num. 66. & Flor. Diaz de Men. lib. 1. quest. 12. nu. 50.*
- 3 Contrariam tamen in casu proposito Ego sequor sententiam, nãm etsi prædicta decisio vera sit, procedit tamen in casu suo, quando conuenitur cliens laicus, cuius Iudex, ille, corã quo litem habuit, aliàs posset esse actu, & potentia competens, & licet alterius sit domicilij, non tamen illius speciei iurisdictionis, quæ ab alio fonte originem haberet, quam ab illo, à quo dependet iurisdictionis, Iudicis, apud quem lis agitabatur; Ambo enim hi Iudices à Principe temporali dominante eorum ducunt iurisdictionem; secus autem in cliente clerico, contra quem Iudex laicus, iuxta illud vetustissimum principium, nec actu, nec

potentia iurisdictionem habet, nisi in casibus à sacris canonibus exceptis, vt per *Canonistas in cap. si diligenti, de foro comp.* & per *Ciuitistas in l. i. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* ab vno enim fonte dependet iurisdic- tio secularis, & ab alio Ecclesiastica, vt certum est, et sic vt casum propositum ab- soluamus, non potest dici, vt Aduocatus per viam reconuentionis clericum ad con- stitutum salarium præstandum conueniat, quo casu Iudex laicus est competens cōtra clericum, vt communiter dixerunt *Canonis- tæ in cap. at si clerici, de Iudic.* et per alios

5 vbiq̄, reconuentio enim supponit con- uentionem, quæ præcedere debet, sic autē quando Aduocatus clericum clientē con- uenit, per viam principalis petitionis con- uenire dicitur, quo casu ad verè competen- tem recurrere debet, c. *cum sit generale, de for. compet. DD. in l. 2. C. de iurisd. omnium iudic.*

6 Nec dices, quòd clericus in casu nostro comparuit coràm Iudice laico, et per hoc illius iurisdictioni se subiecit; nam respon- detur, hoc verum esse quantum respicit fa- uorem ipsius clerici, qui à Magistratu se- culari cōtra laicum iustitiam exposcit, se- cus autem vbi persona clericus præter ca- sum reconuentionis vti Reus in iudicio cō- pareret, tunc enim subintrarent quæ dicūt omnes in *d. cap. si diligenti,* et in *cap. signifi- casseti, de foro compet.*

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus veniens in causa post sententiam la- tam in actione reali, an sit audiendus, si alle- gauerit, fuisse prolatam super illius bonis, & num. 2. & 4.
- 3 Tertius allegans, esse exequutum in bonis pro- prijs est audiendus, quando sententia fuit pro- lata in actione personali.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus veniens in causa post sententiã aduersus aliquē in actione reali pro- latam, sit audiendus, si allega- uerit, super ipsius bonis fuis- se prolatã; & quid si de mora lite habuerit notitiam, & c.

C A P. LIII.



1 **C**lericus veniens in causa post sententiam contra aliquem prolatam in actione reali, dubitari contigit, an sit audiendus, si allegauerit, pro- latam fuisse super ipsius

bonis, quòd proindē instaret, non posse de illius executione tractari?

Et esse audiendum ad sententiæ execu- tionem impediendam inueni fuisse iunctis aulis per Sacrum Conf. Regni huius de- cimum sub die 27. Martij 1635. & iterum hoc anno 1636. in gradu reclamationis confirmatum, idquē in causa Elconoræ Bonello cum Io. Ferdinando Riccardo, referente Domino de Franchis Reg. Con- siliario dignissimo.

- 2 At Ego, quando de his disputari audio- bam, contrariam sequebar sententiam; nusquam enim legi, tertium in causa veni- entem post sententiam prolatam in actione reali esse audiendum, allegando, esse il- lam prolatam super bonis proprijs, inue- nio tamen, communem esse in cōtrarium, nimirum vt nunquam hic tertius sit audi- endus; sed quòd debet sententia execu- tioni demandari, & hoc summa cum ratio- ne; esset enim his Diabolicus modus pro sententiæ executione dilatanda, ita ori- ginaliter dixit *Innocent. in cap. veniens ad se- dem, num. 1. de testibus,* quem sequuti fuere *Bart. Alex. & Ias. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Abb. & Felin. in d. cap. ve- niens, & Cacher. alij omittis decis. 38.* illud enim, quod in dies seruari videmus, est, vt sit tertius audiendus allegans, esse execu- tum in bonis proprijs, quando sententia in actione personali profertur, & hoc iure vti- mur, secus autē, si in actione reali, id, quod eo magis procedere dicebam, cum in casu, de quo agebatur, clericus, qui post senten- tiam ad illam impediendam comparuerat, litis motę contra personam conuentam, habuerat notitiam, quo casu nunquam est tertius veniens audiendus, ita *Imol. in l. à sententia, post num. 13. vers. aduerte in quan- tum, ff. de appellat. Alex. in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 24. ff. de re iudicat. latè Hon- ded. conf. 25. num. 19. lib. 1. Joseph Ludouic. de- cif. Perus. 26. num. 6. Couarr. pract. quæst. cap. 13. num. 2. quos sequitur Scatil. Pacific. de Saluia. interd. inspect. 4. cap. 4. nu. 36. omninò videndus, & bene Scip. Rout. decis. 1. nu. 33. vers. in hoc tamen casu. Vndè, & c.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Collecta si pro bonis in alieno territorio sitis fuerit soluta in loco, vbi hic bona possidens est originarius, quia in loco, vbi sita sunt, viuebatur per gabellas, nūm si hic locus vult viuere per catastrum, possint inibi bona illa collectari, & quid si in illo loco, vbi sita sunt bona adhuc per catastrum Ciues vixerunt, num. 2. 6. 10. 11. & 12.*
- 2 *Tex. in cap. Regni Pondus aquū declaratur, & num. 5.*
- 4 *Tempus immemorabile Regij assensus vim obtinet.*
- 7 *Forensis nūm pro bonis, qua in alieno territorio possidet, per illius Ciuitatem, vel Castrum collectari possit.*
- 8 *Collecta an sit onus mixtum.*
- 9 *Collectari an quis possit de iure ratione solius possessionis, quā in alieno territorio possidet.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an bona exterorum in territorio alicuius Ciuitatis sita possint inibi collectari, si bona possidens per longum, siuè lōgissimum tempus pro bonis illis collectam soluit in loco originis, siuè domicilij. Declaratur insupèr *tex. in cap. Regni Pondus aquum, & de alijs ad materiam pertinentibus.*

C A P. LIV.



Collecta, diximus *lib. 1. cap. 63.* quòd si pro bonis, quæ extrà territorij ciuis possidet, per tempus immemorabile fuerit soluta in loco, vbi bona possidens est originarius, & commoratur, ex eo, quia Ciuitas, siuè Castrum, in cuius territorio sita sunt bona illa, viuebat per gabellas, non per hoc, si Ciuitas hæc, siuè Castrum, vellet demum viuere per catastrum, bo-

naquè prædicta collectare, obstaret ei præscriptio aliqua, rationibus, vt *ibi.*

- 2 Sed occurrit demum dubitari, quid dicendum, si in illa Ciuitate, vel Castro, in cuius territorio sita sunt bona, extitit semper viuendi mos, per catastra, non autem per gabellas, an per hoc in aliquo sibi præiudicauerit, vt non possit demum in præiudicium illius loci, vbi in præteritum fuit collecta soluta, bona prædicta collectare?

Contigit mihi aliàs de hoc differere in causa in Regia Camera vertète inter Vniuersitatem Castri Vetecusij ex vna, & illam Vallis Campi Ciuitatis Venafri pertinentiarū ex altera, pro qua quidè Vniuersitate Vallis, negatiuam sequendo sententiam, sequentia breuiter ponderabam; etenim dicebam, aut bona, de quibus agebatur, sita esse affirmandum erat in Territorio vtriquè Vniuersitati cōmuni, prout ex his, quæ in facto deducta erant; est verissimum, ac indubitatum; & sine dubio, dum pro illis soluant possessores collectas in loco eorum originis, & domicilij, qui est Castrum Vallis allibrari modo aliquo poterūt, poniquè in æstimo Castri Vetecusij, ea nimirum ratione, nè possessores contra omnium placita duplici onere grauentur, idquè in Regno inter Ciuitates, Terras, & Castra, quæ territoria habent communia, nunquam controuersum fuisse audiui, nil

- 3 obstante in casu nostro dispositione *c. Pondus aquum* secundum ordinem *Nigri 271.* vbi disponitur, nullius esse momenti eam territoriorum communionem, quæ inter duas Vniuersitates absquè Regio assensu facta proponitur; nam duplici modo respondemus. Et Primò, quia *tex.* prædictus loquitur, vbi per prius territoria fuissent distincta; eo enim casu, citrà Regium beneplacitum communio contrahi non potest, secus autem in casu nostro, in quo modo aliquo de tali distinctione constabat, nam quod attinebat ad instrumentum donationis, quod producebatur Comitibus Vgonis dicebam, quòd nunc de eo nulla poterat haberi ratio, egebat enim sententia, et in termino dando nonnulla produci poterat, ex quibus, donationem prædictam appareret, non posse Vniuersitati Vallis Campi nocenti esse; secundò, dato, quòd verè de distinctione constaret, et sic versaremur in terminis dicti *cap. Pondus aquum.* cum communio hæc, quæ allegabatur per tempus vigerit, cuius initij memoria hominū non extat, dicendum est, tale immemorabile tempus Regij assensus vim operari, vt

5 ex pluribus iuribus in his terminis probat *Afflic. decis. 254. intra num. 4. Capiblan. in pragm. 11. num. 118. de Baronib. & melius Niger in d. cap. Pondus æquum, num. 4. vbi plus dicit, quòd licet communio vigore illius rex. sine Regio assensu nulla sit, id tamen limitandum esse docet, respectu inducendæ præsumptionis, nam si probatur, diù fuisse territoria possessa vt vnita, dicitur præsumptiuè probata vnio, ad quam allegat Io. Andr. Alex. Fehn. & alios, idq; subdit, satis prodesse, quia si Villa, vel Castrum per 40. annorum spatium reperitur in possessione communionis territoriorum, Vniuersitas illa, quæ communionem allegat, lite pendente communionis possessione spoliari non potest, cū pro se præsumptionē habeat.*

6 Aut verò asserere fas erat, nimirum bona prædicta sita esse in territorio Vetecusij, & idem etiam iure, & facto, super quibus versabamur, attentis, dicendum omnino erat, etenim quamuis fuerit inter nostros Iuristas controuersia, nūm forensis

7 pro bonis, quæ in alieno territorio possidet, per illius Ciuitatem, siue Castrum collectari possit, receptior tamen semper fuit *Bar. negatiua sententia*, nam cum collecta

8 onus sit mixtum, imponitur enim personis pro rebus, *glos. & omnes in l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor.* ad hoc vt onus mixtū imponatur oportet, quòd persona, cui imponitur, sit subdita, & sic ad illam soluendam nō subditi, modo aliquo cogi possunt, nullam enim in illos collectantes iurisdictionem habent, sic sanè scripsit *Bar. in l. libertus, §. sola, ff. ad municip. vbi allegat rex. in d. l. rescripto, §. fin. dixit hoc idem in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. & in l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de muner. & honor. Bart.*

9 sequuti fuere *Alex. conf. 68. num. 1. lib. 2. vbi expressis verbis dicit, communi iure attentio non posse quem ratione solius possessionis, quā in alieno territorio habet, ad collectas soluendas cogi, Io. de Plat. in d. l. vnica, C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Roman. conf. 161. Curt. iun. conf. 42. nu. 2. vbi de communi testatur, Dec. conf. 694. Ruin. conf. 195. in princ. latissime Paris. conf. 25. nu. 4. & seqq. lib. 1. Guid. Pap. decis. 396. alijq; plures relati per *Minsyng. sing. obseru. cent. 5. obseru. 22. & per Fab. de Ann. conf. 59. num. 2.**

10 Et quāuis ipsimet supra relati *Doctores, & signanter Minsyng.* communem hanc, & iuridicam conclusionem restrinxerint, vbi aliās Ciuitas, in cuius territorio forenses possident bona, ad has imponendas collectas priuilegium haberent, vel de consue-

tudine receptum esset, id Vallis Campi Cōmunitati obesse non poterat, nam quod attinet ad priuilegium, illud Vetecusij Castrum non produxerat, quo verò ad consuetudinem, si loquimur de speciali illius loci, & nec etiam eam fundatam habebamus, si verò de generali, prout in Italia vigere dixit *Bar. locis cit. & in hoc Regno noster Capyc. in inuest. feudal. in verb. collectis, vers. forensis, fol. 120. quem sequitur Fab. de Ann. loco cit. & nec etiam dico, talem consuetudinem Vetecusij Cōmunitati prodesse, & suffragari posse, in facto enim satis demonstratum extitit, cōtrariam consuetudinem in Castro Vallis Campi inoleuisse, cum ex tempore, cuius memoria non extat in contrarium, illius Castri Ciues sēper pro bonis, de quibus agebatur, collectas soluerint præfatæ eorum Cōmunitati Vallis Campi, non autem Vniuersitati Vetecusij, & sic estò milles verum, prout*

11 est à veritate procul, quòd territoria essent prorsus distincta absq; vlla communione, bonaquē, de quibus agebatur sita esse in illo Vetecusij, dum id, quod ex generali cōsuetudine ad sui beneficium inducū erat, exigere neglexerat, consequens est dicere, huic facultati, siue per priuilegium, siue per consuetudinem acquisitæ præscriptum esse, satq; esse tempus, secundum aliquos decem annorum, sed magis communiter triginta, sic vno ore fatentur *Corn. conf. 168. lib. 4. Paris. conf. 25. num. 27. & seq. lib. 1. Curt. iun. d. conf. 42. num. 6. Alex. conf. 30. num. 12. lib. 5. latissime Aym. Crauert. conf. 111. & in respons. pro Republica Saniatani, nu. 24. Alex. Trentacinq. conf. 23. num. 8. lib. 1. Balbus tract. de præscript. part. 2. §. part. principalis, q. 5. & alij plures, quos citat, & sequitur Fab. de Ann. cit. conf. 59. num. 55. & 57. vbi num. 56.*

12 ex *Mandell. conf. 290. num. 4. lib. 3. dicit, possessionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium in hac materia probari, eo ipso, quòd in libris Cameræ, seu Cōmunitatis, id, quod solui debuisset, scriptum non reperitur, vndè meritò in casu proposito cōcludebam, Vniuersitatē Vallis Campi omnino cōseruandam in ea possessione, seu quasi, in qua ab inmemorabili tempore reperiebatur, eius Ciues collectandi pro bonis prædictis.*

Lis adhuc pendet indecisa.



S V M M A R I V M.

1. *Cōductor finito locationis tempore cogitur rem conductam relaxare, nec aliter dominij, siue hypotheca quæstionem referre potest, quæ conclusio quomodo intelligatur, nu. 2. & 3.*
4. *Text. in l. si quis conductionis, C. locati an locum habeat in alio contractu, quæm locationis, & num. 5. 20. 21. 22. 23. & 24. & an allegari possit contra singularem successorē, num. 11.*
6. *Requisita quæ sint pro obtinendo in iudicio, in quo agitur remedio l. si quis conductionis, C. locat. & num. 8. & 9.*
7. *Instrumentum reddit rem certam, & facit probationem probatam.*
10. *Locator, qui timet, ne dominij quæstio ei referatur quid in libello exprimere debet pro re-acquirendo rem locatam.*
12. *Text. in l. si quis conductionis, C. locat. an procedat in contractu emphyteutico, & feudali, & n. 15. 18. & 19.*
13. *Linea emphyteuticæ ubi deficit, possessio civilis directi domini statim ad se trahit naturalē.*
14. *Possessio civilis sat est ad dandam manutentionem directo domino ad finem recuperandi naturalem.*
16. *Ius accrescēdi an locum habeat de linea vnius ex simultaneè inuestitis ad lineam alterius, & num. 25.*
17. *Dictio in solidum an importet ius accrescēdi inter inuestitos.*
26. *Nomen rata quomodo accipitur.*
27. *Dictio æquè quid importet.*
28. *Ius piscandi est individuū, & in fructu consistit.*
29. *Concessio non dicitur falsa in solidum ex eo, quod concessionarij voluerint, ut singuli in solidum conueniri possint.*
30. *Verba durantibus lineis masculinis prædictorum in perpetuum apposita in contractu emphyteutico, quid important.*
31. *Inuestitura noua attenditur, & non antiqua, vbi concessionarius sub nouis pactis se obligauit.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an conductor completo locationis tempore possit locatori dominij quæstionem referre, ex causa superueniente post conductionis contractum :

Text. in l. si quis conductionis, C. locat. an locum habeat in contractu emphyteutico, & feudali, vbi decisiones Rota Romana, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. LV.



- I. *Conductor prædij vrbani, vel rustici, si completo locationis tempore a locatore ad prædium conductum sibi dimittendū conueniretur, cogitur præcisè illud relaxare, nec aliter excipiendo dicere posset, prædiū conductum iure dominij ad se spectare, idq; ne locator per hanc dominij exceptionem illudatur, sequuta autem dimissione, poterit pro arbitrio de proprietate litigare, hic est tex. vulgatus in l. si quis conductionis, C. locat. secundum cuius dispositionem in facto, quod contigit, decidit Sacrum Consiliū Regni huius apud Afflict. decis. 12. item sicut antè relaxationem dominij quæstionē conductor ipse referre non potest, sic pariter, & multo magis quæstionem hypothecæ, quæ infirmior est, ita Curt. iun. conf. 172. num. 1. Soc. iun. conf. 56. num. 8. lib. 2. Caroc. de locat. part. 6. remed. 14. ad hanc legem si quis conductionis, num. 3. Cald. quæst. forens. lib. 1. quæst. 14. nu. 4. & Peguera, qui sic semel atq; iterum decifum testatur decis. 162. num. 5. cuius quidē legis dispositionem subintrare dixit glos. in l. si quis fundum 10. §. fin. in verb. ex locato, ff. locat. quamuis res, quam ego condux, verè esset aliena, & post conductionem a vero domino acquisiero, ut adhuc illam prius dimittere cogar, et demum super proprietate ius meum deducere, sequitur Caroc. loco cit. num. 9. sed contrarium firmavit Alber. in d. l. si quis fundum, §. fin. vbi reiecta sentētia glos. vti falsa, dicit, legem si quis conductionis loqui, quando conductor dominij exceptionem opponit ex causa antiqua. s. quam ipse habebat antè conductionem, secus si causa superuenierit noua, post scilicet conductionis contractū, istamquē Alber. interpretationem sequuti sunt Ias. conf. 158. num. 8. vers. quinto principaliter, lib. 2. Plot. in l. si quando, num. 193. vers. fallit secundo, C. unde vi, Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 12. num. 9. Menoch. de recuper. possess. remed. 11. num. 42. Valase. decis. 42. n. 7.*

Cancer. var. resol. p. I. tit. de locat. & conduct. num. 84. vers. nisi noua superuenisset causa, Girrb. decis. 69. num. 22. et Barbof. in d. l. si quis conductionis, num. I. quorum sententia ad hæreo pariter et Ego, sed cum declaratione, quam tradit Flor. Diaz de Mena in addit. ad Gamm. decis. Lusit. 12. nimirum ubi dominij exceptio adeo esset notoria, ut euidenter locatoris dolum concluderet in petendo id, quod statim restitutus esset, et ita intelligo d. S. in l. si quis fundum cum leg. seq. cum his, que dixerit Anson. Fab. de errorib. pragmat. decad. 6. error. 5. in princ. quia alias si turbida esset exceptio hæc, ita ut altiore requireret indaginem, non video, quo pacto locatori agenti remedio huius legis si quis conductionis possit dominij exceptio opponi, esset enim magna limitatio ad l. prædictam, que cum non aliter distinguat, an causa dominij, que allegatur, competeat ante contractum locationis, vel superuenierit postea, nec nos distinguere debemus, ad text. vulgatum in l. de pretio, ff. de publicia. in rem actio. intelligendo semper hanc materiam, dummodo locator intenteat remedium huius legis, iuxta consilium Ang. ibi, quod sequuti sunt Dec. conf. 28. Præill. loco cit. num. 5. Cartarius omnino videndus decis. 41. Barbof. loco iam dicto num. 8. Menoch. d. remedi. 11. num. 35. et alij.

4 Sed quicquid sit de his omnibus videamus breuiter, an text. in d. l. si quis conductionis locum habeat in alio contractu, quam locationis, nimirum in emphyteusi, in feudo, et alio ab eo dissimili, et subintrare in his contractibus remedium hoc, multorum autoritate semel, atque iterum decidit Rota in vna Portuensi Stagni sub diebus 27. Aprilis 1640. et 16. Decembris 1641. coram Eminentissimo D. Panziolo, quarum decisionum tenor adhuc non impressus sequens est.

Veneris 27. Aprilis 1640.

5 Cum ad fauorem Eminentissimi D. Cardinalis Burghesii Commendatarij Abbatiz S. Gregorij de Vrbe resolutum fuisset, constare de dominio Ecclesie, ad effectum, ut ipsa in Stagno, de quo agitur in Dominam directam recognoscatur, prout latè in decisione coram me emanata sub die 19. Iunii 1637. Idem Eminentiss. D. Abbas institit disputari. An ad Ecclesie fauorem, intret dispositio text. in l. si quis conductionis, C. locat. in quo per hæc verba disponitur, Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accepit, possessionem prius restitue-

re debet, & tunc de proprietate litigare. Hodie igitur habita super hoc disputatione, Domini dispositionem d. l. ad fauorem Ecclesie procedere dixerunt, fuit enim ponderatum, quod hoc Stagnum ab antiquo tempore in decem æquales partes diuisum reperitur, de quarum quinque, totidem fratres de Catalanis, de duabus aliqui de Colacijs, de reliquis tribus duo filii simul cum patre familie de Quinque erant inuestiti. Qui omnes cum denegassent soluere consuetum canonem clar. me. Cardinali Baronio, tunc temporis d. Abbatiz Commendatario, acceptata per eum deuolutione. Tandem de anno 1602. agnoscens omnes isti Participantes bonam fidem mediante persona Io. Baptiste Catalani eundem D. Cardinalem Commendatarium in directum Dominum, & proprietarium eiusdem Stagni recognouerunt, cum narratiua, quod illud sibi ipsis, ac suorum authorum filiis legitimis, & naturalibus, ac descendantibus masculis tantum, ac de legitimo matrimonio procreatis durante linea masculina in perpetuum iure emphyteotico fuerat concessum. Promittentes ulterius Stagnum ab inde citra ad instar rei emphyteotice retenturos, ac durantebus lineis prædictis, non solum futuros canones, verum etiam decursos soluturos. Et vice versa D. Cardinalis caducitatem ex quocunque capite incursum illis remisit, prout latius in instrumento dato in præterita disputatione sum. num. 5. Cum igitur ad obtinendum in hoc iudicio tria requirantur. Primo scilicet, quod constet de locatione. Secundo, quod emphyteusis sit finita. Tertio, quod adsit contumacia non restituentis. Visum est Dominis, quod de omnibus, istis clare constet. Quod enim attinet ad locationem, ista indubitata redditur ex concessione d. noue inuestituræ per Cardinalem Baronium factæ, tanquam de re emphyteotica cum expressa inuestitorum assertione, quod Stagnum iam antea erat de directo dominio Ecclesie, Instrumentum autem reddit rem certam, & manifestam, & facit probationem probatam, Bart. in l. 1. num. 8. & ibi Ias. nu. 10. ff. de nou. oper. nunc. Bald. in l. interest, in vlt. notab. C. de solut. Rot. dec. 431. num. 1. par. 1. rec. Lud. dec. 157. num. 13. cum similibus, iuncta præsertim solutione canonis vltra spatium 30. annorum, que probat effectuationem, ut plenè in det. 349. sub num. 12. vers. maxime, par. 5. recent.

8. Quod autem emphyteosis sit finita respectu linearum aliquorum ex inuestitis, est

- etiam in confesso, & patet omnium illorū obitus ex fide Parochi, data in Sum. num. 3. Imol. conf. 101. in fine, Rebuff. in tract. de registr. seu libro Baptif. Greg. decis. 78. num. 2. vbi latè Add. lit. A.
- 9 Et demum de contumacia non restituentium apertissime visum est constare, dum Fratres de Quinquè, ac Theulus partes predictas sic vacantes, non solum vti proprias sibi applicarunt; sed vterius Ecclesie dominium denegarunt: Itaut pro illarum vtili vendicatione intret dispositio d. l. si quis conductionis, absque eo, quod per contradictores opponi possit de proprio, vel alieno dominio aduersus Eminētiss. D. Abbatem, vt specialiter notat ibi Ang. antè num. 1. dicens, quod secundum hoc ita lex redditur singularis, & ideò locator, qui timet, nè
- 10 quæstio domini referatur, in libello exprimere debet, quod intentat conditionem ex hac l. Castr. in l. qui rem, num. 3. ff. deposit. vbi dicit, quod si ago vtili conditione, quæ oritur ex l. si quis conductionis, tunc non posses mihi obicere exceptionem de dominio proprio, quia videtur agi possessorio restituendæ, in quo nõ admittitur exceptio proprietatis, etiam si excipiens paratus esset incontinenti de ea docere, quia spoliatus antè omnia est restituendus, Bart. in l. non ab re, num. 1. antè m. d. vers. ceterè glos. dicit verum, & num. 4. C. vnde vi, Felin. in cap. inter dilectos, nu. 22. post med. vers. vbi autem locator, de fid. instr. qui dicit, quod si locator ageret conditione ex l. si quis conductionis, nõ excipitur de dominio proprio, nec alieno, sed oportet, vt res prius restituatur, Purpur. in l. 2. num. 21. & seq. ff. si cert. pet. Dec. conf. 28. num. 3. paulò post med. vers. & secundum Angel. Neuz. conf. 37. num. 21. in fine, Rota decis. 290. num. 9. & 10. par. 1. decis. 79. num. 8. par. 5. recent.
- 11 Nequè visa sunt releuare, quæ pro parte Participantium afferebantur. Nam quod remedium l. si quis conductionis, solum habet locum inter ipsam locatorem, & cōductorem, non autem contra singulares successores, iuxta Text. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. Responsum fuit secundum veriorè, & magis communem opinionem, hoc remedium competere aduersus omnes habentes causam ab agente, Ang. in d. l. num. 1. in fin. vers. quod dicitur, Felin. in cap. inter dilectos, num. 2. vers. & hoc habet, de fid. instr. Purpur. in l. 2. num. 22. vers. locum habente, ff. si cert. pet. Dec. conf. 28. num. 3. vers. nam illa, Neuz. conf. 37. num. 22. Marant. in specul. part. 4. distinct. 7. princ.

- nu. 49. vers. sed utilis, Nicol. Bellon. supput. iur. lib. 4. cap. 6. num. 2. post med. vers. nam illa.
- 12 Nec dicatur, quod l. si quis conductionis, non procedit contra emphyteotam, qui sibi non Domino possidet, ea ratione, quia si conductor finito tempore restituere recuset, spoliare dicitur, non autem emphyteota, qui ratione vtilis domini sibi naturaliter possidet, vt per Ang. in d. l. fin. Dec. conf. 28. num. 3. & conf. 56. sub num. 4. Cephal. conf. 47. num. 40. lib. 1. & in his terminis Rimini. Sox. conf. 94. num. 19. & pluribus seqq. lib. 1. Multiplicitèr enim fuit responsum. Et primò, quod in contrarium dicunt Alberic. in l. non ab re, C. vnde vi, Bart. in l. legata inutilia, ff. de adman. legat. Clar. in S. emphyteosis, quest. 25. in princ. Corbul. de iur. emphyt. in princ. num. 2. Caroe. de locat. par. 6. remed. 14. num. 4. & 5. Valasa. de iur. emphyt. quest. 18. nu. 17. post med. vers. quamuis, subdens, huiusmodi opinionem tenendam pro communi vtilitate, nè emphyteotæ Domino ex facto suo queant præiudicium inferre, & hanc opinionem sequuta est Rota in dicta decis. 290. num. 9. & 10. par. 1. & decis. 79. num. 8. par. 5. recent.
- Secundò fuit responsum, portiones illas, quæ fuerunt effectæ caducæ, non posse dici, quod Participantes sibi aliquo iusto titulo possideant, sed potius illarum dicuntur inuafores, & Ecclesie spoliatores contra iuramentum præstitum de illas restituendo in casu deficientis lineæ inuestitorum, cum clausula Constitui: Et sic Ecclesie competit aduersus illos remedium reintegretorium, si denegetur restitutio, vt disertis verbis in terminis emphyteosis in vim l. si quis conductionis loquitur d. decis. 290. nu. 10. par. 1. recent.
- 13 Tertio responsum fuit, quod sicut per deficientiam lineæ respectu partium, quæ fuerunt apertæ, possessio ciuili Ecclesie statim ad se traxit naturalem, & vtramquè consolidauit in Abbate, iuxta Bald. in l. 1. num. 38. vers. & nota, quod tenetur, ff. de rer. diuis. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 73. vers. adde secus, ff. de acquir. poss. Schradet. de feud. par. 3. cap. 2. nu. 14. vers. Præterea, Rosental. eodem tract. cap. 7. conclus. 23. num. 2. in fin. & conclus. 60. num. 13. vers. quo casu, sub litera H. & D. Argel. de legit. contradic. quest. 16. art. 1. num. 12. & 13. Quinimò ratione
- 14 solius ciuili esset debita manutentio Ecclesie, ad effectum recuperandi naturalem, Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor, num. 17. ff. vt possid. Honded. conf. 21. num. 19. lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 22. Gregor. dec. 203.

num. 3. Rota decis. 359. num. 2. par. 5. recent.

Ita non erit durum dicere, quod remedium
 15 l. si quis cōductionis, habeat locū etiā in emphyteota, ita ut statim illi auferatur possessio, quā loquidem eidem emphyteotæ mediante manutentione possessio pariter auferatur, & Ecclesiæ conceditur, reseruatō, quod in plenario iudicio super dominio dīseratur, & ideo contrā opinionem Rim. & aliquorum concludendum videtur, quod inter hæc duo remedia merè possessoria nullum adsit discrimen, & propterea utrūq; indistinctè habere locum, tam in contractu emphyteotico, quā in alio dissimili, cum ius non stet in diuersitate contractuum, sed quod emphyteusis sit finita, vel nē; Quia dato, quod probetur finita, ille, qui dat de sua possessione, in concursu possessionis Ecclesiæ proprietariæ non auditur, nisi prius restituta re concessa, sicut in iudicio manutentionis probato sine concessionis.

Minus obstat, quod Participantes prætendant, hoc Stagnum pertinere ad ipsos pleno iure vigore concordie initæ de anno 1573. cum Abbate Regulari, & sic cum ipsi possint referre quæstionem dominij, cessare remedium l. si quis cōductionis. Etenim, ut in alia decisione responsum fuit, verum est, quod in dicto instrumento anni 1573. cum Abbate Regulari celebrato Participantes studuerunt enarrare suas possessiones, quod scilicet recognitio ducatorum 20. de carolenis solui solita Abbati esset respectiua pascuis, lignis, ac fascinis, quæ pro animalibus, & pro claudendo Stagno respectiue percipiébantur in Casali Malagrotæ, per cuius ademptionem ipsi Monasterio, cessasset quoque ista respectiua responsio, sed Domini in dicta decisione ponderarunt, quod illa narratiua Participantiū magis videtur confirmare directum Ecclesiæ dominium, dum non obstantibus oppositis, quæ in omnibus ab Abbate impugnabantur, non solum Participantes decursa ei soluerunt, sed decurrenda etiam soluere promiserunt, & quidem summa ratione, quia si post ademptum Casale nihilominus recognitio Ecclesiæ soluebatur; non poterat dici, quod illa esset pro lignis, & fascinis præstitis pro claudendo Stagno, & pro pascuo equorum, sed veriùs in recognitionem directi dominij ipsius Stagni, ut prætendebat Abbas, qui mediante dicta concordia intentum assequutus est, firmando dominium in Stagno per receptionem canonis, ita ut mirum nō sit, si postea de anno 1602. tempore Cardinalis Baronij hæc veritas

fuerit iterum à Participantibus agnita, & primum instrumentum per secundum dilucidatum, ut fuit animaduersum in decis. 776. sub nu. 1. & 4. par. I. diuers.

16 Nec ad euitandum dd. partium caducatarum restitutionem potest à Participantibus haberi confugium ad ius accrescendi; Quia, cum versemur in emphyteosi per Ecclesiam inferiorem titulo lucratiuo sub sola modici canonis quantitate, scilicet scutorum quindecim in recognitionem proprietatis, ac directi dominij concessa, non habet locum ius accrescendi de linea vnus ex simultaneè inuestitis ad lineam alterius, Bald. in l. si mihi, & Titio, sub nu. 2. & 3. vbi Alex. n. 14. vers. quod intellige, Ias. n. 10. vers. aut ego, Alciat. num. 21. vers. aliàs esset, Zas. nu. 5. vers. ceterum, ff. de verb. oblig. Rip. in l. re coniuñti, num. 228. ff. de leg. 3. qui testatur de communi, Gabr. cons. 66. num. 9. lib. 2. Bellon. de iur. accresc. tom. 1. cap. 6. quæst. 38. num. 5. cas. 161. & seqq. Seraph. decis. 97. num. 1. et decis. 640. num. 10.

17 Nec contrarium suadent illa verba instrumenti, ibi, *Affirmantes medio iuramento, quibus supra nominibus, et qui libet eorum insolidum aliàs emphyteotico iure sibi, etc.* Etenim aduerbium illud, *insolidum* visum est, non importare ius accrescendi inter inuestitos, sed solum, quod insolidum omnes præstabant iuramentum super veritate concessionis, scilicet quod aliàs esset facta emphyteotico iure sibi ipsis, & eorum auctorum filijs legitimis, & naturalibus, & descendentibus, pascuis tantum, & de ipsorum prole, & de legitimo thoro procreatis, aut procreandis, quæ verba visa sunt personalissima, & posita in sensu diuiso, ac designare partes viriles cuiusquæ lineæ inuestitorum, non autem importare complicitatem vnus lineæ, cum alia. Et quamuis vnusquisquæ ex inuestitis voluit posse insolidum conueniri pro solutione canonis. Non ideo ex hoc inferitur, quod concessio sit facta insolidum, ut bene distinguit Alciat. cons. 7. num. 1. lib. 1. Mantica. de coniect. lib. 22. tit. 34. nu. 6. et 24. propè finem, vers. porro. Et licet prætendatur, quod inter Participantes adsint particulares conuentiones circa modum succedendi, & fruendi emolumentis, ita tamen leges vti factæ inter ipsos non sunt aptæ nocere Abbati, qui illas non approbavit, sed potius vti Ecclesiæ præiudiciales hodie impugnat, cum prius de illis nullam habuerit notitiam.

Et ita vtraquæ parte informante, &c.

Luna 16. Decembris 1641.

18 Cùm per binas decisiones resolutum fuisset ad fauorem Eminentiss. D. Cardin. Burghesij Abbatis Commèdatarij S. Gregorij de Vrbe intrare dispositionem *l. si quis conductionis, C. locat.* participantes in hoc Stagno institerunt audiri etiam pro tertia vice, quorum petitioni libenter Domini inclinarunt.

Hodiè igitur proposita causa non impugnarunt Participantes omnia fundamenta *decisionis*, cùm enim aliàs in præcedentibus disputationibus sub die 27. Aprilis 1640. allegassent, dispositionem *d. l. si quis conductionis*, tantummodò habere locum in contractu locationis, nõ autem in emphyteutico, feudali, aut alio ab eo dissimili, inxtà latè deducta per *Riminal. sen. conf. 94. num. 19.* et pluribus *seqq. lib. 1. attamen* ex postea allegatis constitit, contrariam opinionem esse communiorem, et veriorem. Quòd enim dicta *lex* procedat in contractu emphyteutico, est opinio *Bart. in l. legata inutilia, num. 2. vers. nam si quidem, ff. de adim. legat. Paris. in addit. ad Bart. in d. l. si quis conductionis, litera A. post med. Bal. conf. 177. num. 4. vers. si emphyteota, lib. 3. Bursat. conf. 330. num. 3. & 4. lib. 3. Florian. conf. 1. nu. 2 13. vers. addo, Caroc. de locat. par. 6. remed. 14. nu. 4. & 5. Corbul. de iur. emphyt. in princ. num. 6. Specul. de locat. S. nunc aliqua, num. 82. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad fisci præstationem, verb. super solutione, sub num. 5. vers. immò compellendus, Anton. Gamm. decis. Lusit. 12. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 31. num. 6.* cum aliis adductis sub d. die 10. Iunii præsentis anni.

19 Quòd autem dicta *lex* militet etiam in materia feudali, tenent *Iacob. de Beluisto in cap. 1. vers. prædictis modis, qua fuit prima causa benef. amitt. Præpos. eodem tit. 8. item qui Domino, col. 2. circa med. vers. vel conditione l. si quis conductionis, Bald. in cap. 1. n. 2. vers. item quia prætendit causam ab eo, tit. de controu. inter Domin. & emptor. feudi, Scradet. qui alios cumulat p. 9. 2. p. princ. sect. 9. n. 25.*

20 Et demùm, quòd eadem *lex* si quis conductionis habeat paritèr locum in quolibet contractu ipsi locationi, etiam dissimili, dummodò habeat causam ab agente, docet *Angel. in explanatione d. l. in fine, vers. quod dicitur, Felin. in cap. inter dilectos, nu. 2. vers. & hoc habet, de fid. instrument. Purpur. in l. 2. num. 22. vers. locum habente, ff. si cert. per. Dec. in conf. 28. num. 3. vers. nam illa, Neuizan.*

conf. 37. nu. 12. Marant. in specul. par. 4. dist. 7. num. 49. vers. Sed utilis, cuius opiniois veritas ex aliis solidissimis rationibus comprobatur in allegata decisione emahata 10. Iunii coram me.

21 Tota igitur vis pro parte Participantium fiebat in duobus, et primò, quòd concessio in emphyteusim facta de hoc Stagno à præclara memoriæ Cardinali Baronio de anno 1602. tanquàm de re ad Ecclesiam spectante fuerit penitus erronea, cùm ex instrumento concordiaè inito de anno 1573. inter Abbatem Commendatarium Regularem, et Participantes appareat, Stagnam non ad Abbatem, sed ad eosdem Participantes pleno iure spectare, cùm in eo instrumento vocentur Domini, et possessores ipsius Stagni, ità vt perperam acceperint in emphyteusim, quòd erat ipsorum proprium.

22 Verùm visum est, quòd huic obiecto factis abundè responsum fuerit in tribus aliis *decisionibus*, scilicèt sub die 19. Iunii 1637. 27. Aprilis 1640. et 10. Iunii proxime præteriti, siquidem dicebant Domini, quòd instrumentum anni 1573. non apparet celebratum ad ostendendum absolutum dominium Participantium in hoc Stagno, vt ipsi prætendunt, sed solum ex eo elicitur, quòd cùm Participantes in hoc Stagno de eo tempore summooperè studerent decurgare directum dominium Ecclesie, et ab illo se subtrahere allegarunt, quòd solutio ducatorum 20. de carolenis erat correspondentiua pascuis, & lignis, ac fascinis, quæ pro animalibus, & pro claudendo Stagno respectiuè percipiabantur in Casali Malagrottæ, per cuius ademptionem ipsi Monasterio factam cessaret quoquè ista correspondentiua responsio, sed dum non obstante hac prætensione Abbas Regularis, qui prædicta acriter impugnabat, non solum decursa consequutus est, sed Participantes decurrenda etiam soluere se obligarunt, signum est, quòd solutio prædicta non erat fundata in pascuis, lignis, & fascinis, quæ ampliùs ab Abbate præstari non poterant, sed in alio, & sic pro recognitione directi dominij huius Stagni, vt prætendebat Abbas, iuxtà *text. in l. censualis, C. de donat. Vela. de iur. emphyt. quest. 9. num. 18.* cum alijs allegatis in præterita, licèt hoc ius Ecclesie in dicto instrumento non ità clarè fuerit expressum, attamen sublata postea fuit omnis ambiguitas, dum de anno 1602. d. Cardinalis Baronijs acceptando caducitatem huius Stagni, ex quo ab emphy-

teutis

teutis cessatum fuerat per nouennium in dicta solutione annui canonis, postea benignius agendo, idem Stagnum sub annuo canone scutorum quindecim iure emphyteutico eidem iterum concessit, & Io. Baptista Catalanus vnus ex inuestitis tam proprio, quam aliorum Participantium nomine directum dominium agnoscendo expressè confessus fuit, hoc idem Stagnum sibi ipsis, et suorum authorum filijs legitimis, et naturalibus, ac descendentes masculis tantum, et de legitimo matrimonio procreatis durante linea masculina in perpetuum iure emphyteutico fuisse concessum, promittens vltimè, omnes inuestitos ab inde citrà illud ad instar rei emphyteuticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis non solum futuros canones, verum etiam decursos soluturos, præuia cessione nominis debitoris pro summa scutorum 135. in hanc causam tunc decursorum, sub expressa lege, quòd si aliquis ex dictis Participantibus hoc instrumentum ratificare recusasset, aut impugnasset, tunc remissio prædicta sic recusanti, aut impugnanti non prodesset, sed istius rata ad eundem Cardinalem directum dominum deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset. Et hæc eadem recognitio vti nomine omnium Participantium facta, postea ab omnibus æqualiter fuit ratificata, vnde stante hac serie facti dicebatur Domini, quòd instrumentum anni 1573. potius videbatur fauere ipsi Ecclesiæ, dum ius ipsius, quatenus nõ ita clarè expressum fuisset, postea per secundum fuit elucidatū, & magis ad speciem deductum, iuxta terminos decis. 776. sub num. 1. & 4. par. 1. diuers.

23 Præterea ponderabant Domini, quòd cum Participantes in instrumento Cardinalis Baronij narrauerint, quòd antea fuerat facta inuestitura sibi met ipsis, & eorū authorum filijs, non pornerint intelligere de hoc instrumento anni 1573. in quo legitur concessum in emphyteusim, & ideo non potest allegari ad eum finem, de quo instrumentum nullo modo loquitur.

24 Nec ex eo, quòd in d. instrumento anni 1573. Participantes appellentur Domini, & patroni ipsius Stagni visum est inferri posse, quòd non minus dominium vtile, quam directum ad illos spectaret, quia vti in præterita dicebatur, verba prædicta non visa sunt repugnare qualitati emphyteuticæ postea recognite, & iuratz de anno 1601. cum nomen Domini, & patroni conueniat etiam domino vtili, qui habet ius

inferius, vt benè explicat Rebuff. in l. alienatum 67. vers. duplex est, de verb. signif. & multò minus potest fieri fundamentum, quòd in d. instrumento anni 1573. solutio scut. 20. de carolenis non appolletur canon, sed annuus redditus pro omni, & toto eo, quod Abbatia prætere de posse in, & super d. Stagno. Quia canon etiam dicitur annuus redditus emphyteuticus, Roder. de ann. redd. lib. 2. quest. 22. num. 3. ex quo eius solutio certa die singulis annis redeat, prout tradit Rebuff. in l. mulieris, §. detinere, vers. inde, et in l. frugem 77. vers. insuper, ff. de verb. signif. sicuti nec visum est, quòd verba illa Pro omni, et toto eo sint apta excludere proprietatem, ac directum dominium, sed potius illud includere, vt subsequens instrumentum postea declarauit, iuxta tex. in l. legatorum petitio 34. §. qui plures, vbi Bald. num. 1. in fin. de leg. 3.

25 Secundò principaliter adducebatur à Participantibus, quòd partes ipsius Stagni sic caducæ per mortem inuestitorum sine filijs masculis ad ipsos spectare dieantur per ius accrescendi, seu per ius non decrescendi, quia iam hoc obiectum bis fuit sublatum in alijs, cum hæc regula locum non habeat de linea vnus ex simultaneè inuestitis ad lineam alterius, quando est questio, prout in presenti de re in emphyteusim concessa per Ecclesiam inferiorem titulo lucrativo sub sola modici canonis recognitione, nisi ex verbis inuestituræ aliud eliciatur, vt loquitur scxt. in cap. 2. de frat. de nou. benef. inuestit. de feud. vbi Bald. num. 1. & 2. & in l. si mihi, §. Titio, sub num. 2. & 3. vbi Alex. num. 14. vers. sed intellige, Ias. num. 10. vers. aut ego, & reliqui Scribentes ff. de verb. obligat. Alexand. cons. 17. num. 9. lib. 5. Honded. cons. 54. num. 16. & seq. lib. 1. Gabr. cons. 87. num. 2. et per tot. lib. 1. Seraphin. decis. 604. num. 10. cum alijs relatis per Bellon. de iur. accrescen. lib. 1. cap. 6. quest. 38. cas. 5. num. 161.

26 Et in casu presenti visum est, nos versari in claris, etenim dū in instrumento Card. Baronij dicitur, quòd si aliquis ex Participantibus in d. Stagno nollet illud ratificare, vel aliàs impugnaret, rata illius sic recusantis deuolueretur ad Cardinalem directum dominum, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset, &c. non potest dici, quòd inter Participantes haberet locum ius accrescendi, quia aliàs malè fuisset conuentum, quòd portio non ratificantis, aut impugnantis rediret ad directum dominum, qui eam per nouam

inuestituram alteri posset concedere, vt ad propositum *Alciat. conf. 16. num. 3. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 24. nu. 24. propè fin. Gratian. discepti. 272. num. 23.* nomen enim illud, *rata*, accipi debet pro ea parte, quæ se opponit toto, ac solido, iuxta *glos. in l. 1. verb. pro rata*, idest virili, non in solidum, *C. vnde lib. Costa de ration. rat. præmiss. 1. num. 1. vers. porrò.*

27 Nec ex eo, quòd in d. instrumento 1573. Participantes appellentur æquipares potest dici, quòd omnes in solidum fuerint inuestiti, quia distributiua, *æquè*, iuncta verbo, *paribus*, potius visa est demonstrare, singulos eorum auctores fuisse inuestitos in sensu diuiso pro sua rata, & portione, non autem in solidum, & sic cum iure *factæ* habitu, quòd ad totum, vt per *taxi. in Linterdum, in princ. ff. de hered. instit. ibi notat Bal. sub num. 1.* quòd dictio, *æquè*, est distributiua, & diuisiua æqualium, non obstante cõiunctione, & *Castr. num. 1. & 2.* dicit, quòd operatur, vt coniuncti non habeantur pro vno, sed pro pluribus, & quilibet censeatur per se nominatus, et idem repetit in *l. fin. num. 2. C. de impub. & alijs substit. et idem firmat Dec. in conf. 97. num. 14. lib. 2.* & quamuis dum vni ex Participatibus minor pars, alijs verò maior cõpetat, posset dici, quòd non sint pares, animaduersum fuit satis esse, quòd æquiparentur quòd ad ius respectu ratæ partis vnicuiquè tangentis, non, autem respectu totius, itaut sicut dictio *æquè*, significat paritatem iuris distributiu in sua parte dumtaxat, & sic realem disunctionem importat, ita quoquè debet excludere applicationem iuris accrescendi, seu non decrescendi, cum exigat idem ius in toto quòd ad habitum, licet actu sit diuisum in plures.

Nec in contrarium faciunt allegati *Doflores* pro Participatibus; etenim *Laderch. in conf. 40. num. 7. & Rot. dec. 186. num. 7. p. 5. rec.* cum alijs loquuntur de concessionibus factis pluribus in solidum, veluti pro se, & quolibet eorum, qui casus visus est longè differre à præsentem, vbi nihil tale legitur in concessione, sed solum habetur, quòd Participantes medio iuramento, & quilibet eorum in solidum asseruit, quòd aliàs sibi ipsis, & eorum auctorum filijs legitimis, & naturalibus hoc Stagnum emphyteutico iure fuerat concessum, itaut aduerbium *in solidum* non cadat super concessione, sed solum super confessione, vt fuit etiam ponderatum in præterita.

Nec refragatur, quòd versetur in iure,

28 piscandi, quòd est in diuiduum, itaut ex natura rei concessio dicatur facta in solidum, & intrare ius nõ decrescendi, *Ias. post alios in d. l. si mihi, & Titio, num. 5. vers. pro isto, ff. de verb. oblig. Aym. conf. 965. num. 3. Bellon. de iur. accresc. cap. & quest. 37. num. 71. vers. 3. & 72. & quest. 38. nu. 61.* quoniam vitra quòd *Doflores* prædicti loquuntur de iure piscandi in feudum concessio, quo casu ex natura feudi infertur, quòd intrat ius accrescendi, in quibus tamen terminis nos non loquimur. Responsum fuit etiam, in iure piscandi in feudum concessio cessare ius accrescendi, si tale ius piscandi, prout in casu nostro consistat in fructu, quia hoc pacto iura huiusmodi partes recipiunt, *Alciat. in l. si mihi, & Titio, nu. 2. ff. de verb. obligat. & ibi Ias. num. 9.* & in his terminis benè distinguit *Bellon. in d. tract. de iure accrescend. c. 6. quest. 37. num. 49. vers. quàm obrem.* Et pro hoc facit regula, quòd valde differunt inter se vsusfructus, & ipsa commoditas, quæ ex fructu percipitur, iuxta tradita per *Bal. in l. 1. num. 7. C. qui bon. ced. poss. & in cap. qua in Ecclesiarum, de constit. Couar. var. lib. 1. cap. 8. num. 7. Pacif. de salu. inspect. 3. cap. 2. nu. 296. Sanchez super decalog. lib. 2. cap. 18. num. 16. Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. nu. 33.* Et proinde cum totum ius piscandi consistat in fructu, vt est notorium, & clarè denotat ipsum verbum, *Participantes*, dicendum sit nos versari in re diuidua, vt ipsum vocabulum denotat, argumento ducto ab ethymologia vocabuli, de quo latè *Euerar. in loco ab ethymologia, num. 1. & seqq.*

29 Nec obstat, quòd singuli ex Participatibus voluerint posse conueniri pro solutione integri canonis, quia non idcirco concessio dicitur facta in solidum, nam omisso, quòd huiusmodi clausula clarè denotat contrariam intentionem, itaut stipulatio sit intelligenda sano modo, videlicet, quòd quisquè durantibus singulis lineis, nempè vtili dominio, apud singulas lineas canonem solueret in solidum, nè dominus directus à singulis ratam partem cogeretur exigere, non autem quòd concessio in solidum facta censeatur, vt post *Alciat. in cõf. 7. n. 1. lib. 1. pòderat Mat. de tacit. conuent. lib. 2. tit. 34. n. 6. & 26. antè su. vers. porrò, & in alijs decisionibus* fuit firmatum.

Nec visum est alicuius momenti, quòd si per deficientiam alicuius ex lineis inuestitis, reliquæ superstites tenentur soluere totum canonem, ex hoc resultat, quòd portio deficientium accrescat soluentibus, cum non alia ratione ad solutionem integri ca-

nonis cogi possent, nisi quia sint in solidum inuestiti. Quia cum non agatur de canone soluendo in recompensam fructuum, sed de canone debito in modica quantitate pro sola recognitione directi domini huius Stagni, cuius singulae partes reddunt quotannis pingue emolumentum, non est inconueniens, quod etiam non dato iure accrescendi inter inuestitos teneantur singuli ad solutionem integri canonis, etiam quod aliquae partes ad Ecclesiam concedentem redierint. Et ita debeat intelligi *Doctores* pro Participantibus allegati.

30 Neque vis illa fieri potest in illis verbis inuestiturae, ibi, *Durantibus lineis masculinis praedictis in perpetuum*, quasi fuerit conuentum, ne Stagnum ad Ecclesiam rediret priusquam singulae lineae defecerint, iuxta opinionem *Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num. 89.* Etenim *Speculator*, & omnes, qui ab eo hanc doctrinam mutuati sunt, loquuntur, quando in emphyteusi pluribus concessa dictum fuit, quod post eorum mortem redire debeat ad Ecclesiam, quasi sensus sit, quod donec aliquis ipsorum sit superstes, emphyteusis non redeat. Qui tamen sensus non potest aliquo pacto adaptari verbis praesentis concessionis, quae solum sunt apta exprimere progressum concessionis in filios descendentes durante linea masculina, cum in singulis lineis hoc bene verificari possit absque iure accrescendi de una linea ad alteram, ut recte declarat *Gabr. conf. 87. num. 1. vers. deinde, et num. 3. vers. sed Hieronymus ibi.* *Cald. de dir. emphyt. lib. 3. cap. 13. num. 1. vers. scilicet tamen*, quod etiam de illa dicitur eadem voce, singulis, quae in tota dicitur clausula in solidum.

Nec visum est aduocare, quod de tempore concessionis instrumenti anni 1573 in eorum Participantes adesse etiam familiae de *Habileis*, cum tamen eorum linea defecta de anno 1594, nonnulli prudentes non fuerint ad hoc ad Ecclesiam, sed remanserunt partes superstes, quoniam quicquid sit de illo instrumento anni 1573 quod iam supra probatum fuit, potius comprobare, nisi Ecclesiae, a illa inspecta noua concessione anni 1608, quae testata est attendenda, si non constat de procedenti inuestitura, ad quam se referunt, ut partes agnouerunt, non iudicetur, sed sibi ipsis, ac eorum filijs legitimis, & naturalibus, & descendebus masculis tantum, & de eorum thero legitime procreatis, & procreandis durante linea masculina in perpetuum concessum fuisse, & idem tamen in inuestitura Car-

dinalis Baronij legatur facta in viriles partes, non est attendendum quid fuerit enunciatum in instrumento anni 1573, quod non sonat in concessionem, & nullum continet gradum comprehensorum, sed potius attendi debet, quid in hac ultima inuestitura contineatur, & quibus illa concessa fuerit, *Aff. decis. 112. num. 5.* ubi quod recipiens de nouo sub nouis pactis videtur primae concessioni renunciare in manibus inuestientis, & voluisse de nouo hoc modo inuestiri, *Natt. conf. 505. num. 16. Bursat. conf. 3. num. 11. Ciriac. controu. 112. nu. 7.* prout Catalani, & caeteri Participantes, non ex antiqua, sed ex hac noua concessione per publicum instrumentum declarauerunt, cuius vigore ius accrescendi ex supradictis penitus excluditur.

Reliqua, quae denuo ad impugnandum resolutiones Rotaes allegatae fuerunt, visa sunt adeo fuisse in alijs prioribus decisionibus sublata, ut non sit opus hac re iterum illis respondere.

Et ita utraque parte informante Domini petierunt in toties decisio, & c.

ad nos...

SUMMARY

1. *Consuetudines Neapolitanae Cives adstringentes, ut de bonis antiquis disponere non possint, nisi de re dicitur & heredes non ligant.*
2. *Laicus habens in proximioribus clericum, potest in Civitate Neapolis libere de bonis suis disponere, sed in hoc procedat in prauidicium sequentis in gradu, nu. 3. 4. 5. 6. & 9.*
3. *Filius naturalis patris ab intestato decedenti non succedit.*
4. *Consuetudines Neapolitanae cessant, patre, & matre in medio existentibus.*
5. *Mulier extra, qua contrahens matrimonium cum Neapolitano se submisit dispositioni Consuetudinis, si qua moriens an teneatur seruare legem illius Consuetudinis, etiam respectu honorum sibi ab agnatis oblatum, quae extra territorium sita sunt, et nu. 11. 14. 16. & 17.*
6. *Cuius quis dicitur illius loci, ubi domicilium, sume transiit cum animo, ibi perpetuo permanendi, adeo ut in loco originis conueniri non possit.*
7. *Mulier forensis dicitur cuius, & originaria illius loci, in quo nupsit.*
8. *Consuetudo Capuana, & Nidi, qua patrem a filij successione excludit, an procedat in bonis extra districtum.*

18. *Consuetudo Neapolitana ciuem adstringens, ne possit de bonis antiquis liberè disponere, cessat data facultate ab agnatis liberè disponendi.*

ARGUMENTVM.

Agitur, an Consuetudines Neapolitanæ, quæ respectu dispositionis bonorū antiquorum non ligāt ciues, quando in proximos successores habent clericos, idquè ad æqualitatem seruandam, procedant, quādo remota persona clerici proximioris supereset laicus sequens in gradu. Consuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ patrem à filij successione excludit in bonis intrā districtum, an sic paritèr in bonis extrā? Mulier extera Neapolitano nupta adstricta ex pacto seruare Consuetudines Neapolitanas, an in præiudicium filiorum possit liberè disponere de bonis sibi ab agnato obuentis extrā territorium sitis. Cōsuetudo Neapolitana prohibens, nè ciuis de bonis sibi obuentis ab agnatis, & cognatis possit disponere vltra medietatem, an cesset, quando agnatus testando, vel donando dedit potestatem liberè disponendi, & de aliis.

C A P. LVI.



1. Consuetudines Neapolitanas Ciues adstringentes, vt de bonis antiquis disponere non possint, nisi de medietate, clericos non ligare, ex receptissima Nostratū sententia probauimus *lib. 1. cap. 55. à num. 18. ad finem*, vbi etiam ad æqualitatem seruandam idem communiter receptum affirmauimus, quando laicus in proximum successorem haberet clericum, vt ille in præiudicium clerici possit liberè de bonis suis disponere, & hoc, siuè clericus, vel quælibet persona Ecclesiastica esset de descendenti- bus disponentis, siuè de collateralibus, cōtrā *Molles.* malè in hac re distinguentem.
2. Nunc ponitur in controuersiam, an respectu liberæ dispositionis laici procedat conclusio hæc, nimirum, vt habens quis in proximiorē clericum, possit liberè disponere in præiudicium sequentis in gradu, ponitur exemplum, ciuis laicus in primo gradu habet filium, vel fratrem clericum, & in sequenti sobrinum laicum, cū certum sit, quòd in præiudicium filij, vel fratris clerici possit liberè disponere, nūm paritèr liberè disponere valeat in præiudiciū sobrini, qui in gradu sequitur, vel respectu huius legem Consuetudinis seruare teneatur.
3. *Monatius Montanus* in suo libro *controuers. cap. 11. intrā num. 2. vers. est tamen aduertendum* existimauit, id ciui laico non licere, & vbi liberè in extraneis disponeret, quātuus proximior agnatus, qui est clericus, factam dispositionem impugnare non possit, competere tamen sequenti in gradu actionem ad dispositionem illam infringendam, rationem assignat, nam sūm proximior remoueat uti sub hoc iure municipali non comprehensus, ex quo est persona Ecclesiastica, sequitur, vt subintere omnino agnatus, siuè cognatus, qui in gradu sequitur, huiusquè sententia laudat in auctorem *Napod. in Consuet. Si quis, vel si qua, in verb. proximiores, num. 262.*
4. At Ego de his consultus ab omni dubio procul contrariam respondi, dixiq; *Montanum* nostrum satis in hoc errasse, & *Napodanum*, quem allegat erroneitatem hanc nunquā scripsisse; etenim *Napod. in terminis Consuet. Si quis, vel si qua, per quam dispositum est, vt decedente ciue ab inte-*

stato sine liberis, in bonis omnibus succedant proximiores ex parte patris, in maternis verò proximiores ex parte matris, quærit *num.* 249. quid si isti proximiores sint Monachi Ecclesiæ propriam habentis, an hi succedant, & per plura, quæ discriuit, affirmatiuè concludit, quærit demùm *num.* 259. quid si isti Monachi proximiores secundam Regulam propriam habere non possint, an ad successionem admittantur, & post multa hinc inde considerata, tandem *num.* 262. (quem locum allegat *Montan.*) dicit, quòd ubi in præmissis casibus non quæritur Ordini, seu Ecclesiæ (sic legitur in Codicibus antiquis, in nonis verò non relinquitur, sed falsò) tunc acquiritur sequentibus proximioribus agnatis; Bone Deus, ubi dixit *Napod.* id, ad quod per *Montan.* allegatur? satis enim clarè loquutus fuit in casu, quo agnati proximiores succedere non possent, ex quo in aliqua Religione bonorum incapace professi sunt, quòd tunc acquiratur sequentibus in gradu, idq; siue ab intestato, siue ex testamento deferatur successio, de utroque enim casu loquitur *Napod.* nam si moritur quis ab intestato cum bonis antiquis, superflite Monacho incapace, & eo casu ob incapacitatem proximioris admittitur sequens in gradu, & ex testamento si Monachi incapaces proximiores agnati instituerentur, quia sùt incapaces, sic locus sequentibus in gradu.

6 Ex his cum constat appetitissimè, *Napod.* non dixisse id, ad quod allegatur, nec dicere potuisse, deuenio ad rationem consideratam per *Montan.* dum asseruit, quòd cum proximior remoueat ubi non comprehensus sub hoc iure municipali, scilicet quia est persona Ecclesiastica, subintrat in locum eius sequens agnatus, vel cognatus; hæc ratio non conuincit, immò est prorsus impertinens, si attentè consideramus dispositionem Consuetudinum, de testata successione loquentium; per illas enim dispositum est, ut cuius de bonis antiquis non possit disponere, nisi de medietate, & quòd reliqua medietas perueniat ad proximiores, sic legitur in *Consuetud. Et si testator*, & in altera præcedenti *Si aliquis moriens* sancitur, quòd habens liberos cogatur medietatem illis relinquere, sicquè Consuetudines istæ adstringunt ciuem, ut si filios habet, teneatur illis medietatem relinquere, si autem filios non habet, proximioribus, fac modò, ut quis habeat filium, sed clericum, si in eo cessat Consuetudo, quis sanæ mentis curi posset, ut remota persona cle-

rici subintrat sequens in gradu, Consuetudo arctat patrem, ut disponat de medietate inter liberos, si modò habeat liberos, quibus non cogitur relinquere, iuxta disposita in Consuetudine, ergò Consuetudo illa cessat prorsus, ac si non extaret, idemq; si quis non haberet filios, sed alium agnatum proximiorum, cum Consuetudo cogat disponentem, ut medietatem relinquat proximiori, si hic proximior est clericus, cui aliquid relinquere non tenetur, ergò cessat Consuetudo; & successiuè potest liberè disponere; idem si legimus *Consuetud. Si qua moriens*, quæ mandat, ut mulier filios habens non possit nisi de decima tantum bonorum antiquorum disponere, & quòd in nouem partibus habeat os clausum, fac, ut habeat filium clericum, cum quo Consuetudinem seruare non tenetur, nonne sequitur oris aperitio, ut possit liberè disponere, hanc enim libertatem operatur existentia personæ Ecclesiasticæ, quæ cum ipsa liberam habeat bonorum suorum dispositionem, ad æqualitatem seruandam est in causa, ut laicus, qui in proximum successorem habet clericum, possit similiter liberè disponere, quia aliàs existentia clerici proximioris nullum commodum cuius disponenti afferret.

7 Nec est nouum tam de iure communi, quàm consuetudinario, ut existentia vnus, qui non succedit, parat impedimentum alijs, qui ad succedendum aliàs admitterentur; etenim de iure communi est *tex. in l. licet, C. de naturalib. liber.* ubi filius naturalis patri ab intestato decedenti in duabus vnicijs succedit, hoc tamen si vxor in medio non extaret, quia ea existente, in nihilo succedit, & tamen vxor illa nihil capit; id, quod notat *ibi glos. in verb. cõiux legitima*, & ad rem, de qua agimus, obseruauit *Dom. Prasid. de Franch. decis. 91. num. 13.* ubi & in *dec. sequ.* hoc exemplificat de iure nostro

8 Consuetudinario, quo attento quãdo moritur filius, patre, vel matre in medio existentibus, quia illorum existentia facit cessare dispositionem Consuetudinis, poterit de bonis antiquis, relicto parenti debito bonorum subsidio, liberè in extraneos disponere, nec aliter agnati, siue cognati conquiri possent, sicquè illorum bonorum medietatem pretendere, dummodò nõ adsint in medio fratres, qui cum communi patre ad intestatam fratris successionem admittuntur, ut per eundem *Dom. Prasid. decis. 486.* & satis clarè explicari *lib. 1. cap. 143.* etenim his attentis si vera esset

nostri *Montani* sententia, vt non obstante
 existentia clerici proximioris cogatur ci-
 uis sequentibus in gradu medietatem bo-
 norum antiquorum relinquere; sequere-
 tur, vt quando pater est in medio, relicto
 illi debito bonorum subsidio, non posset fi-
 lius de bonis maternis, nisi de medietate
 disponere, quod falsum est omnino, cum,
 vt omnibus notum est, liberam habeat dis-
 positionem, & hoc credo, quod in termi-
 nis terminantibus decidere voluit idem
 9 *Dom. Praes. decis. 41. vbi num. 5.* firmans. cō-
 clusionem, vt frater clericus non possit in-
 fringere dispositionem fratris laici, qui eo
 praeterito alios fratres laicos instituit hē-
 tēdes, demum *num. seq. vers. & sic est decisus*
alius casus, firmat, idem esse, quando nō exi-
 stentibus fratribus laicis, sed tantum ipso
 clerico extraneus esset institutus.

10 Contingit etiam in hac causa dubitari,
 nam cum persona, quae de bonis sibi ab
 agnato obuentis disposuerat, erat foemina
 filios habens, sed extra, adstricta tamen
 ex pacto seruare *Consuetudinem* huius Ciui-
 tatis *Si qua moriens*, an respectu bonorum
 extra territorium existentium potuisset li-
 bere disponere; qui dispositionis nullitate
 tuebatur, dicebat, quod quamuis receptif-
 simum sit, Consuetudines Neapolitanas
 de bonorum dispositione in morte loquē-
 tes, non comprehendere bona extra terri-
 torium, attamen quod hoc axioma procedit,
 quando qui disponit est Neapolitanus,
 secus autem si forensis, qui Consuetudini-
 bus huius Ciuitatis pacto se submitit, sicq;
 dicebatur, mulierem exteram, quae con-
 trahendo matrimonium Neapolitanam *Con-*
suetudini Si qua moriens se subiecit, nō posse
 in morte de bonis suis, tam intra, quam ex-
 tra territorium sita, nisi de decima dispo-
 nere, & ad hoc allegabatur *Pbanus. de lucr.*
dot. glos. 9. num. 35. & *Consiliarius de Anna.*
conf. 92. num. 57. lib. 2.

11 Dixi Ego, dispositionis validitatem de-
 fendens, oppositionem hanc ad casum, de
 quo agebatur non pertinere; nō enim hac
 mulier forensis forensi nupta erat, & in lo-
 co extero, sed in hac Ciuitate, virumq;
 duxerat *Consiliarium* Regium, qui licet na-
 tione Hispanus, effectus tamen fuit ciuis
 Neapolitanus ex domicilio, quod in hac
 Ciuitate contraxerat, sicque verē, & pro-
 priē Neapolitanus dicebatur, prout ex
Goffredo de Caieta in puncto docet *Rouit. in.*
prag. 1. num. 9. de immunit. Neapolit. vbi dicit,
 12 quod quotiēs quis domicilium suum in
 aliquem locum transfert, cum animo ibi

perpetuō permanendi, absque aliquo pri-
 uilegio efficitur verē ciuis illius loci, ac si
 ibi natus esset, idque adeo verum addit ex
Bart. & alijs relatis per Afflict. decis. 384.
num. 6. vt in loco originis non possit am-
 pliūs conueniri, nisi ibi reperiat: praesup-
 posita hac ciuitate, de qua dubitari non
 13 potest, dicebam Ego, quod quando mulier
 forensis ducit virum Neapolitanum, quam-
 uis non se submittat *Cōsuetudinibus* Nea-
 politanis, adeo efficitur de domo viri, &
 eius forum sortitur, vt propriē dicatur ci-
 uis, & originaria huius Ciuitatis, in qua
 nupsit, sicque ligatur *Consuetudinibus* eo
 modo, & vinculo, quibus ligatur mulier in
 hac Ciuitate nata, probant conclusionem
 hanc iura, & Doctores, quos, & quae citant
Antonin. Thesaur. decis. 123. Petr. Cabal. conf.
125. num. 4. lib. 2. Reg. Rouit. decis. 75. Reg.
Galeot. controuers. iur. lib. 1. contr. 13. & alij
 poenēs me *lib. 1. cap. 22. vbi num. 7.* dixi,
 matrimonij potentiam tēcam esse, vt vxor
 propriam amittat originem, illamque viri
 sortitur, si igitur in casu, de quo agebatur
 14 mulier sic nupsit ex matrimonio in hac Ci-
 uitate contracto, non poterat denomina-
 ri, nisi Neapolitana, accedente etiam con-
 tinua habitatione annorum supra quatra-
 ginta, quo pacto poterat illa appellari fo-
 rensis, ad finem, vt dum se submiterat *Cō-*
suetudini Neapolitanae, non potuisset dis-
 ponere, nec etiam de bonis extra terri-
 torium sitis, de quibus sine *controuersia*
 disponunt omnes mulieres in hac Ciui-
 tate natae?

15 Illud autem, quod ex *Pbanus* dixit *Consi-*
liarius de Anna relato *conf. 92. nu. 57.* ad ca-
 sum, de quo agebatur, non applicatur: ete-
 nim disputatio *Anna* in eo versatur, nimi-
 rum an *Cōsuetudo* Capuanae, & Nidi, quae
 patrem a filij successione excludit, sicut sine
 dubio procedit in bonis intra districtum,
 sic pariter & in bonis extra, & affirmatiuē
 concludit contra *Consiliarium de Georgio al-*
leg. 23. in eadem causa scribentem, quorum
 quidē sententias Ego aliās de his agens
 sic fore conciliandas existimaui, vt procedat
 opinio *Consiliarij de Georgio*, quotiēs in
 capitulis matrimonialibus esset simplici-
 tē conuentum, vt matrimonium contra-
 ctum intelligatur secundum usum Capua-
 nae, & Nidi, hoc enim casu nusquam mihi
 persuadere potui, quid maius operari pos-
 sit *Consuetudo* non scripta, quam aliae in-
 scriptis redactae, quas, certum est, non ha-
 bere locum in bonis extra districtum, pro-
 cedere autem *Fabij de Anna* sententiam,

ubi contrahentes sponsi matrimonium iuxta
 vsum Nobilium Capuanae, & Nidi expressè
 inter eos esset conuentum, vt non possint
 succedere filiis, sic illorum futuris intesta-
 tis successione renunciantes; hoc enim
 pactum vltra Consuetudinem Capuanae, &
 Nidi operatur, vt parentes filiis demum
 natis, & defunctis ab intestato succedere
 non possint, tam in bonis inra, quam ex-
 tra districtum, quia constat, iam voluisse il-
 los à totali successione patris se excludere,
 hac ratiocinatio ad casum, de quo ageba-
 tur non pertinet, dum in eo tantum qua-
 rebatur, an mulier forensis ciui, siue perpe-
 tuo habitatori Neapolitano nupta, eo in-
 to pacto, vt in morte non possit dispo-
 nere, nisi iuxta vsum, siue Consuetudinem Nea-
 politanam in scriptis redactis, dum bona
 possidet antiqua, tam inra, quàm extra dis-
 trictum, possit testamentum condens, ar-
 bitrio non restraints de bonis extra distri-
 ctum disponere, & cum ex supra iam dictis
 constat, eandem, per matrimonium sic vsu-
 pra contractum effectam fuisse Neapolita-
 nam, nec amplius denominari posse foren-
 sem, sequitur certe dicendum, vt quemad-
 modum mulier in hac Ciuitate nata filios
 habens, bonaq; possidens extra districtum
 (non loquor de dote) possit de illis liberè
 disponere, Consuetudine Si qua moriens, qua
 ligatur, non obstante, sic pariter & qualibet
 forensis Ciui Neapolitano cum eodem
 vinculo nupta.

17. Plus ipse in facto dicebam, estò millies,
 quòd mulier illa verè, & propriè forensis
 nupta, & in loco extero, quòd adhuc res in tuto erat, cum Consuetu-
 dini Si qua moriens se submiserat quòd ad
 dispositionem dotium tantum, & bona, de
 quibus agebatur erant ab agnato obueta,
 cumq; Consuetudo hac duo bonorum ge-
 nera comprehendat, nimirum dotem mu-
 lieris, & bona obueta ab agnatis, & co-
 gnatis, si dicamus, forenses se submittere
 voluisse Consuetudini quòd ad dotem, ergò
 quòd ad dispositionem bonorum ab agnatis
 obuentorum libera esse voluit, nam si vo-
 luisse suum restrainere arbitrium, tam re-
 spectu dotium, quàm bonorum ab agnatis
 obuentorum, vel obueniendorum, dixisset
 simpliciter, vt quòd ad dispositionem in
 morte se submiserat Consuetudini Nea-
 politanae in scriptis redactae, & hoc modo
 vtrumq; bonorum genus complectebatur,
 non dixit, nec se restrinxit, nisi ad dotem,
 ergò quòd aliorum bonorum dispositio-
 nem libera remansit.

18. Hac considerabam in vna facti contin-
 gentia, in qua ex alio cessabat omnis du-
 bietas, nam cum tractaretur de annullan-
 da dispositione facta de bonis obuentis ab
 agnato; hic Sacerdos existens, & in Thea-
 tularum Congregatione professus, sancteq;
 viuens publico mediante instrumeto cum
 iuramento declarauerat, bona, de quibus
 agebatur ita donasse, vt personae cui dona-
 uerat, potuisset de bonis donatis, tam in
 vita, quàm in morte libetè disponere, &
 prout illi pro voluntatis arbitrio melius
 videretur, sicq; subintrare dicebam com-
 munitate receptissimam Nostratum con-
 clusionem, nimirum vt dictarum Consue-
 tudinum dispositio cesset prorsus, quoties
 ita ab agnato donatur, vt possit donatarius
 de re donata liberè disponere, ita Anton.
 Capycius in fra inuestit. feud. in verb. feudorū
 diuisa, in 4. dicit. circa finem, vers. quarto no-
 to, fol. 164. col. 1. Pr. es. de Franch. decis. 4. n. 18.
 Scipio Balthus in Consuet. Si aliquis moriens,
 in addit. quae incipit quòd si quis, fol. 162. &
 in d. Consuet. Si qua moriens, in addition. quae
 incipit, Marquum, fol. 196. Scipio Sanctinus in
 eadem Consuet. de h. fol. 196. in additio. incip.
 Pater, Liparul. in addition ad Andr. in c. 1. in
 tit. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. patern.
 in verb. nouo feud. in fine, vers. hoc nota ad
 Consuet. Neapolitan. Naucler. in Consuetudin. Si
 aliquis moriens, & in Consuet. Si qua moriens,
 Consulat. de Battis in d. Consuet. Si qua moriens,
 in additio incip. si mulier, fol. 196. Vltius com.
 opinion. lib. 2. op. 790. n. 5. Mafes. ad Con-
 suetud. Neapol. par. 3. q. 3. de dote, & cons. 2.
 num. 35. & 36. Thar. consuet. in a. iam decisio-
 nem par. 3. sect. 2. in verb. mulier an possit.
 Hac occurrunt.

- S. P. M. M. A. R. I. V. M.
- 1 Neapolitanus in vltimis constitutus non potest
 de bonis antiquis disponere, nisi de medietate.
 - 2 Agnatus in Ciuitate Neapol. an possit immisso-
 nem petere super medietate bonorum anti-
 quorum, extraneo vniuersali instituto herede.
 - 3 Agnatus dicitur ab intestato hares medietatis
 bonorum antiquorum, contra Molfes. nu. 5.
 - 4 Remedium l. fin. C. de edict. Diui Hadriani
 tollen. an competat heredibus ab intestato
 venientibus.
 - 6 Filius in legitima hereditario titulo succedit,
 & tamen pro illa portione ad onera per pa-
 trem in testamenta ordinata non tenetur.
 - 7 Possessio medietatis bonorum antiquorum non
 potest ab agnata propria auctoritate capi
 pendente lite super illorum consequutione.

A R G V M E N T V M

Agitur, an proximiores, qui in Civitate Neapolis succedunt defuncto agnato in medietate bonorum antiquorum, possint super illo bonorum genere petere immiſſionem virtute *l. fin. C. de edict. Divi Hadr. tollen.* extraneo exiſtente herede in testamento ſcripto, immiſſionem ſimilitèr petente ſuper omnibus bonis vigore testamenti. Remedium *l. fin. C. de edict. Divi Hadr. tollen.* an exerceri poſſit per heredes venientes ab inteſtato.

C A P. LVII



Consuetudine Neapolitana, in ſcriptis redacta, quæ incipit *Et ſi teſtator*, diximus *lib. 1. c. 70.* cautionem eſſe, nō poſſe Neapolitanum in vitimis conſtitutum de bonis

antiquis ultra medietatem diſponere, cum reliqua medietas ad illos ſpectet proximiores; è quorum linea bona illa obveniant, ita vt ſi extraneum ſimpliciter heredem inſtitueret, nulla de agnato mentione facta, diſpoſitio quamvis vniuerſalis non, niſi quoad medietatem facta intelligitur, ſic enim Noſtrates vno ore fatentur, ſed an eo caſu poſſet agnatus ſuper medietate dictorum bonorum immiſſionem petere, non inutilis eſt indagatio; cui breuiter, & reſolutiue reſpondero, dico, quòd ſi vera eſt *Napodani Theorica* (quam à noſtris omnibus, excepto *Molſeſi*, receptam inueni) in *d. Consuetudine Et ſi teſtator*, in verb. *perueniat*, & alibi, à qua poſt multas oppoſitiones recedere nō potuit *Scipio Bucin.* *ibidem in Additio.* incip. *Autalem medietate*, & ante eum *Capyc.* in *addit. ad Napod.* in *Consuet. Si moriatur*, *S. ea autem*, in *addit.* incip. *Ad Na-*

pod. fol. miki 91. Minad. in Conf. In aliquibus in *4. notab. nu. 15. D. de Frauch. decif. 89. nu. 1. & ſeq. decif. 425. num. 8. decif. 536. num. 1. ac alibi, & D. Reg. de Ponte conf. 52. num. 21. 22. & 23. lib. 1. d. d. voluerunt, agnatum ab inteſtato d. l. c. heredem medietatis bonorum antiquorum, illamq; non niſi hereditario iure præcapere; dico Ego, illud oriri conſequens, poſſe agnatum ipſam ſuper medietate dictorum bonorum immiſſionem petere, etenim quamvis immiſſionis directum remedium concedatur virtute *l. fin. C. de edict. Divi Hadr. tollen.* quæ de ſcriptis heredibus tantum loquitur, non propterea hoc idem remedium, vtile tamen heredi ab inteſtato non competit, ab omnibus enim receptum eſt, poſſe ab inteſtato heredem Iudicis implorando officium petere immiſſionem ſuper bonis in defuncti hereditate remanſis, ſic poſt *gloſ. Bal. Socin & antiquos omnes.* ex recentioribus firmarunt *Pergrinus de fideicom. art. 48. num. 2. Menoch. remed. 4. ad ipſe. num. 85. Mart. par. 4. in ſum. ſucceſſ. queſt. 16. art. 1. num. 55 & 56. Argel. de acquir. poſſeſſ. queſt. 2. par. 1.* qui omnes vnanimi conſenſu dixerunt, quòd effectum nullam poſſe conſtitui differentiam inter heredes ſcriptos in poſſeſſionem mittendos, & heredes ſuccedentes ab inteſtato, ſimilitèr in poſſeſſionem mittendos, quia vtrique per Iudicis officium nobile in poſſeſſionem mittuntur, illi per remedium directum *l. fin.* iſti per remedium vtile, itq; locum habere dixerunt, non modo in ſuis, ſed etiam in quolibet legitimo herede ab inteſtato ſuccedente, vt per *Roland. à Valle conf. 1. num. 61. & Paris. conf. 22. num. 67.* quos citat, & ſequitur *Argel. loco citato num. 54. & 55.**

Non obſtant ponderata per *Molſeſi. p. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 61.* vbi fundare nixus fuit, bonorum antiquorum medietatem ad proximiores agnatos, vel cognatos, non iure hereditario, ſed ex prouidentia Conſuetudinis ſpectare, qua nimirum attentæ ſententia, certè locus eſſe non poſſet immiſſionis remedio, etenim dicere fas eſt, loquutum fuiſſe *Molſeſi* contra omnium noſtrorum placita, illaſque rationes, quas pro eius fundanda intentione ponderat, verè non contendendas conſiderauerat prius *Scipio Bucinus* ſupra relatus, & eadè concludit, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, & ſic tenere contra *Napod.* etenim principalis ratio, quæ ex aduerſo ponderatur, nimirum, quòd ſi verum eſſet, deberi medietatem bonorum antiquorum iure

hæc-

hereditario, illud oriretur consequens, quod tenerentur proximiores, qui succedunt onera subire defuncti, illiusque adimplere voluntatem in testamento declaratam, & tamen certum est, ad id nullatenus teneri agnatum, respondeo .n. necessariam non esse consequentiam, succedit quis titulo hereditario, ergo tenetur habere ratum factum defuncti, videmus enim filium in legitima hereditario titulo succedere, S. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appell. cognosc. & tamen pro illa portione ad onera per patrem in testamento ordinata non tenetur, ad text. in l. quoniam nouella, in l. quoniam in prioribus, & in l. omnimodo, C. de inoffic. testam. sicq; in puncto dixit Minad. loco citato, nec contradicit Anna sing. 19. vbi per S. C. decisum refert, fuisse reuocata possessionem propria autoritate captam ab agnato medietatis bonorum antiquorum, nam in illo casu possessio capta fuit lite pendente, & sic postquam hic agnatus supplicationem porrexerat super consequitione medietatis bonorum antiquorum. Hæc breuiter occurrant.

Casus omnes enumerantur, in quibus creditoris arbitrium est refrænandum, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi decisiones Sacri Cõsilij.

C A P. LVIII.



Creditor anterior agens iudicio reali super bonis sui debitoris a tertio possessis, si sententiam pro se obtinuerit, dubitatur, num possit illius exequutionem deferere, & pro sui crediti consequitione in præiudicium creditoris posterioris ad alia debitoris bona recurrere?

Contigit superioribus diebus de his in S. C. dubitari in concursu creditorum Ill. Principis Scillæ super liberatione depositi obuenti ex venditione Terræ Flumarie de Muro, inter quos cum concurreret Baro Franciscus Antonius de Laurentijs nobilis Suesanus, fuit a creditoribus posterioribus oppositum, liberationem omnino fore ei denegandam, idq; duobus potissimum perperis.

Primo, quod cum Baro pro sui crediti consequitione gressus suos direxerat contra Duce[m] Crusie possessorem Terræ Petrepaule sibi obligatæ, ipsa vt sententiam in actione reali obtinuerat, non poterat deinde illius sententiæ exequutionem deferendo, in præiudicium tot creditorum, quoniam posteriorum super alijs bonis communis debitoris recurrere, ad tradita per Bart. in l. cum, qui recitat, S. 1. num. 4. ff. de verb. obligat. quem sequitur Capyc. in vulgarissimis decisionibus 33. & 46. in quibus per S. C. decisum fuisse testatur, variationem non esse admittendam.

Secundo, quod cum Baro habebat sententiam pro se, & in actione reali, sicq; institutum iudicium prosequi volens poterat commodè suum consequi, veniebat omnino eius arbitrium refrænandum, nec aliter permitti, vt recursum haberet super pretio ex alijs bonis communis debitoris redacto, in quo ceteri concurrebant creditores; sic enim æquitas suadebat, nec est nouum in iure, vt creditoris arbitrium refrænetur.

Ceterum his non obstantibus, Dominus Fabricius Bonitus, Dominus Erasmus de

- 1. Creditor an post sententiam in iudicio reali ob-
- 2. Bonam possit illius exequutionem deferere,
- 3. & pro crediti consequitione ad alia debito-
- 4. ris bona recurrere, & num. 2. 3. 4. 5. 7. 14. &
- 5. 21. 5. ubi decisiones Sacri Cõsilij.
- 6. Creditor an postquam nactus est remanens bono-
- 7. rum debitoris, possit inflare pro illius conse-
- 8. ratione.
- 9. Creditorum arbitrium ostenditur, in quibus
- 10. casibus sit refrænandum, & in quibus non, &
- 11. num. 9. 10. 11. 12. & 13.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an creditor anterior postquam obtinuerit in iudicio reali super bonis debitoris a tertio possessis, possit se sententiæ exequutionem deferere, & pro sui crediti consequitione in præiudiciu[m] creditorum posteriorum ad alia debitoris bona recurrere.

Ponte Aduocati primarij, moribus, ac natalibus præclarissimi, & Ego, qui Baronis iura tuebamur, insisterendo reclamationi interpositæ aduersus decretum S. C. latum sub die 23. Octobris 1625. per quod variationis beneficio fuerat ille priuatus, eiusque arbitrium refranatum, ad vtraque obiecta breuiter, ac facili quidem modo responsum dedimus.

5. Ad primum diximus, cessare prorsus in casu, de quo agebamus veterem illam questionem circa variationem permittendam, vel denegandam creditori, qui semel elegit super vna re debitoris iura sua consequi, nam cum Baro speciali pacto sibi proptexerat, vt ei variare liceret toties, quoties sibi placeret, etiam si ad bonorum executionem, & conditionem esset deuētum, frustra queribamus, an in variatione, qua ad præsens utebatur, iuris haberet resistantiam, etenim opportuna fuisse indagatio, quando hoc pactum in medium non se obtulisset, eoq; casu dicebamus, forsan meliora iura Baronem fouere, nam quamuis *Bart. in d. l. cum, qui cartarum, §. i.* cui adhæsit Sacrum Consilium in decisionibus per *Cappyc.* relatis in ea fauor sententiæ, creditori non licere variare, dum semel elegit super vna re obligata de iuribus suis experiri, attamen *D. Præf. de Frauch.* cui fati credendum est, testatur, communem esse in contrarium, ipsamque indistinctè vidisse variationem admissam, per rationem relata *decis. sua 53. idemque Reg. Reuert. decis. 173.* vbi refert, per Regiam Cameram fuisse contra opinionem *Bart. decisum*, variationemque admissam, etiã post sententiã & eius plurius petitam executionem, & idè *Bart. in l. consentaneum, in fine, §. quomodo. & quand. Iudex,* in casu forsan maioris ponderis dixit, quod licet creditor debitoris bonorum tenuitatem nactus sit, non tamen ad illam adstringitur, quominus ad eiusdem debitoris capturam procedere possit, sequitur *Bal. in l. ligare, in fine, C. de restit. milit. & in l. 1. §. si. ff. si quis ius dicen. nõ obtemp.* *Arg. in l. si vacante, C. de bonis vacan. lib. 10. Dec. cons. 12. & 562. Natta cons. 496. mm. 18. lib. 3. vbi num. seq.* addit, quod si creditor bona sequestrata habet, non per hoc debitum petere prohibetur, quia per sequestrum non dicitur sibi satisfactum, allegat *Bal. in l. qui legati, C. vt in possess. legat.*

7. Dicebamus insuper, ex alio in casu proposito cessare questionem, an liceat creditori variare, postquam semel super vna re sibi obligata obtinuit, etenim *Doctores*, qui

negatiuam amplexi fuerunt sententiã, loquuti sunt in terminis, quando creditor eandem actionem hypothecariam institutam super vna re, vellet super alia intentare, vel vti possessa à principali debitore, vel à tertio possessore, dicebatur enim, quòd dum commodè potest creditor suum consequi super re, quam elegit, & super quã iam obtinuit, non debet eandem exercendo actionem recurrere ad aliam, quamuis sibi obligatã, ad finem vt seruatis seruandis possit illam vendi facere, consideratur enim in hoc casu saltè maxima ipsius creditoris iniquitas, sic molestias, vel ipsum debitorem, vel tertium illius rei possessorem, in his enim terminis loquuntur *Cappyc. in decisionibus* allegatis, & *Doctores* huius opinionis sectatores, in casu autem, de quo agebatur, cessabat vtrumquè, primò, quia Baro super Terra Petrepanz non solum non poterat commodè suum cõsequi, sed cum maxima difficultate, & magno sumptu, prout in facto demonstrabatur, cessabat & alterum, cum Baro desistens à iudicio assistentiæ instituto super Terra prædicta, non recurrebat ad aliam, cum eadem actione sic molestans Principissam debitricem, vel alium rei possessorem, qui à Principissa debitrice causam haberet, sed quod agebat, est, nam cum distractum erat corpus sibi obligatum, quod est Terra Flumaziã, & per illius emptorem erat factum depositum pretij, concurrebat pro liberatione super illo, quod erat in posse Iudicis, cuius partes erant, depositam pecuniam liberare creditori anteriori, prout iuris est, sic illius indemnitati prouidendo, ac etiam securitati empronis depositantis, cuius maxime intererat, iuxta legend, quã in eius oblatione apposerat, vt pecunia sua liberaretur creditori anteriori, ad finè, vt illius iura per cessionem acquirere potuisset, non autem posterioribus, quorum iurium acquisitio, vt plurimum inutilis esse solet.

8. Ad alterum dicebamus auctèr, terminos refectionis arbitrij creditoris satis esse in casu, de quo agebatur, impertinentes, quod, vt luce meridiana clarius fieret, inuestigandos esse duximus omnes casus, quibus iura, & *Doctores* voluerunt, fore refranandum creditoris arbitrium, quod ex *Modestini* responso in vulgata *l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign.* creditor quilibet hypothecarius liberum, & effrenatũ habet.

9. Etenim primus casus habetur in vulgata *l. 2. C. de pignor.* vbi creditor anterior, qui

habet

habet hypothecam super bonis debitoris sui generalem in omnibus, & specialem in quibusdam, si certum est, posse suum consequi super bonis sibi specialiter obligatis, non poterit recursum habere ad rem sub generali obligatione contentam in præiudicium creditoris posterioris, qui super illa hypothecam habet specialem; sed tenetur de iuribus suis experiri super bonis sibi specialiter obligatis, sic suum refrinando arbitrium, hic casus ad rem, de qua agebatur, non pertinebat, Baro enim qui erat creditor anterior, nullam habebat super Terra Petrapaulz specialem hypothecam; sed in omnibus bonis communis debitoris generalis, & quando specialiter hoc feudum fuisset sibi obligatum, cessabat ex alio refrinatio, propter clausulam, quam in instrumto legebamus, nimirum, *ut generalitas specialitati non deroget, nec e contra, iuxta ea, quæ docita relinquunt Prof. de Franch. dec. 5. quam ad propositum refert. Consil. Theodora alleg. 9. ante num. 9. Sard. decis. 44. Gmel. decis. 79. Pute. decis. 38. Et Caerberan. alijs omiffis dec. 159. in fine.*

10 Secundus casus refrinationis ponitur per Bar. & DD. in eadem *l. creditoris arbitrio*, qui nec etiam ad nostrum applicabatur, & erit, quando creditor, qui omnia sui debitoris bona obligata habet, potens sibi satisfacere super corpore viliori, iussit pro venditione rei pretiosioris, in hoc enim casu dicunt *Doffores* communiter, arbitriū refrinari debere, ne debitor, ceteriq; creditores posteriores damnum patiantur, & præ cæteris ex recentioribus *Ans. Gamma. decis. 40 & 77. & Marta dec. Pisan. 130.*

11 Tertius casus refrinationis consideratur inter creditorem, & solum debitorem, qui nec etiam nostro conveniebat, & est, quando creditor habens bona feudalia, & burgenatica obligata, dimissis allodialibus instat pro venditione feudalium, in hoc enim casu est omninò eius arbitrium refrinandum, nec aliter permittendum, ut procedatur ad venditionem feudalium, dum super bonis allodialibus potest suum consequi; idemque quando debitor feuda possidet titulata, & non titulata, ut prius super non titulatis sit facienda executio, ita scripserunt *Minadous* in *Consil. Reg. In aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum, num. 42. & 43. & in decis. 13. per totam, ubi nominissimi Addentes, Anna pater alleg. 143. num. 4. & 6. Anna filius cons. 63. num. 4. & cons. 76. Reg. de Pont. de potest. Proreg. in via. de assens. Reg. super dot. in princ. num. 38. Reg. Tap. in.*

Consil. Reg. Contumaciam, num. 3. & 4. lib. 3. fol. 71. Anel. Amas. cons. 95. num. 10. Mart. de iuris. p. 2. cap. 32. num. 25. & seq. ubi ex Ludovico Valasco in l. 49. Lauri glos. 9. addit, idem esse, quando statatur de exequendo super bonis maioratus, ut prius super liberis sit facienda executio, istoque iure vivimur in Regno.

12 Quartus, & ultimus casus refrinationis, qui à Nostris consideratur, est inter creditorem anteriorem, & posteriorem, nimirum quando creditor anterior habet bona debitoris allodialia obligata, ac etiã feudalia cum assensu, at posterior allodialia tantum, quia super feudalibus caret assensu, in hoc casu si creditor ille anterior intendit de iuribus suis experiri super allodialibus, prohibetur omninò; sed cogitur eius arbitrium sic refrinando ad feudalia recurrere, ad hoc ut super burgenaticis sit cõsultum posteriori, qui super feudalibus nullum ius habet hypothecæ, ita *Jo. Vinc. de Anna* in supra relata alleg. 141. *Anna* filius in cit. cons. 76. in principio, *Anel. Anet. cons. 95.* ubi sic per Regiam Camera. decifum refert, & alij sine contradicore, quos retuli supra cap. 16. num. 15. hunc casum nec etiam dicebamus, ad rem nostram pertinere, non enim creditores posteriores, qui concurrunt super liberatione pecunie depositæ per Emptorem Terre Flumaria. poterant Baroni creditori anteriori opponere, quod non poterant ipsi habere recursum super Terra Petrapaulz, & alijs bonis feudalibus Principis debitoris, quod Baroni permittebatur, sicque ut nisi eis consuleretur super hoc deposito, eorum creditum amittebant, satis enim in hoc casu Baroni arbitrium veniebat refrinandum; at quia ceteri creditores posteriores ius habebant hypothecæ super omnibus bonis feudalibus communis debitoris, non erat, cur dici posset, anterioris arbitrium fore refrinandum, eo sole considerato, quod sententiam obtinuerat super vno corpore, dum ex speciali pacto ei permittebatur variatio, quæ certè tunc erat omninò refrinanda, pacto non obstante, quando posteriores ad corpus illud, super quo anterior obtinuit regressum habere non potuissent, & hoc solum *Doffores* nostri, & non aliud considerant.

13 Ultimò dicebamus, *Doffores* omnes supra relatos, aliosque, qui refrinationis arbitrii materiam degustarunt, pro requisito necessario habuisse, quod creditor, qui suū arbitrium refrinare compellitur, possit fa-

ciliter super re, quam elegit absque eius incommodo, & sumptu suum consequi; immo pro arbitrij refranatione obtinenda, considerant, an ex parte anterioris creditoris fraus, & dolus in medium se offerant, nam illis cessantibus, cessare dixerunt & ipsam refranationem, ita vltra *Doctores* praecitatos *glos. in l. quoadiu* 1 C. de distrect. pignori in verbis *mittis, li. H. Couar. lib. 3. variar. cap. 14. num. 8. vers. item communis, & Caroz. dec. 53. num. 3.* id, quod est adeo verum, ut pro regula tradiderunt, quod quando aliquis super alterius bonis excussionem facere tenetur, ab excussione facienda liberatur, si super eisdem bonis de aliqua lite dubitaretur, nam eo casu poterit ille absque excussione recurrere ad bona, quae citra litem, & controversiam consequi potest, litigiosis bonis penitus omisis, ita probat *tex. in l. a dno Pio, S. si super rebus, vers. sed & illud, ff. de re iudic. glos. in eadem l. S. sic quoque, in verb. aliud, Ang. in Arch. de fideius. §. sed neque, in fine, Negusant. de pignor. in primo membro, & par. principalis, num. 44. & Paref. conf. 50. num. 65. lib. 1.* quos citat, & sequitur *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 17. num. 29. vers. qua omnia, sicque praedictum affirmat Ambros. decif. 2. per totam, & Theff. filius, ceteris omisis, quest. forens. lib. 1. q. 7. num. 6. vers. cum iste casus,* quo loci ex sententia illius Senatus denegant creditori variationem, quando perfecta est bonorum debitoris executio, ita ut ad illorum subastationem de deliberationem deventum sit, hoc limitat, quoties legitima se offerret causa variandi; nimirum, ut quia super executione facta aliquis se opponeret, vel bona exequuta intricata reperta essent, in quoquoque enim istorum casuum variatione fore permittendam affirmat, & sepe absque causa, ubi ad subastationem bonorum executionis processum non fuerit; unde cum in casu proposito, ex his, quae in facto demonstrabantur, Baro creditor anterior super re, qua elegit, & super qua iam obtinuit, non nisi cum magno eius incommodo, & dispendio suum consequi poterat, sicque ex parte sua cessabat prorsus dolus, & fraus in variando, sequebatur omnino dicens, licuisse ei variare, & omisso iudicio reali super Terra Petrapauli instituto, recursum habere super liberatione pecuniae depositae ex venditione Terrae Flumariae, et cum aliis creditoribus iuxta temporis anterioritatem concurrere.

Causa relata in S. C. per D. Consiliarium Theodorum sub die 5. mensis Martij 1646.

cum interuentu spectabilis Praesidis S. C. Domini Andreae Marchesi partibus plenissime auditis, fuit decisum, praefatum Baronem Franciscum Antonium super dicto pretio obtinendo ex venditione Terrae Flumariae posse concurrere, sic reuocando decretum latum sub die 23. Octobris 1645. a qua determinatione cum pro parte aliorum creditorum fuisset reclamatum, facta istorum relatione in S. C. per eundem D. Theodorum sub die 26. Ianuarii currentis anni, fuit decretum dicta die 5. Martij latum confirmatum; verba autem omnium decretorum in dicta causa interpositorum sunt, quae sequuntur.

Die 27. Octobris 1645. Neap.

Fallo de praedictis verbo in S. R. C. per Magnificum P. I. D. Scipionem Theodorum Regium Consiliarium, & causa Commissarium, Decreto S. C. prouisum est, quod Fratres de Laurentio pro corrupto credito executionem sententiae ab illis obsecrata contra Ducem Cruxia, & proinde praesens Terra Flumariae de Muro liberetur ab his creditoribus per S. C. declarandis, praesens cautionibus in forma, hoc suum, &c.

Scipio Theodorus.

Franciscus Antonius de Mercati Sec.

Die 5. Martij 1646. Neap.

Fallo de praedictis verbo in S. R. C. per Mag. P. I. D. Scipionem Theodorum Regium Consiliarium, & causa Commissarium, Decreto S. C. prouisum est, quod Franciscus Antonius de Laurentijs non impediatur pro suis creditis concurrere etiam super pretio Terra Flumariae de Muro, hoc suum, &c.

Scipio Theodorus.

Franciscus Antonius de Mercati Sec.

Die 28. Ianuarij 1647. Neap.

Fallo de praedictis verbo in S. R. C. per Mag. P. I. D. Scipionem Theodorum Regium Consiliarium, & causa Commissarium, per S. R. C. declaratum est, bene fuisse, & esse prouisum per idem S. C. per decretum latum die 5. Martij 1646 hoc suum, &c.

Scipio Theodorus.

Franciscus Antonius de Mercati Sec.

Processus est in Banca Liti S. C. Actorum Magistri secundi volum. III. Ducis Balneariae liberationis pretij Terrae Flumariae de Muro, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Cives particulares alicuius Civitatis, quibus pecuniam ab aliquo acceperunt convertendam ad beneficium totius Communitatis, an, & quando validè obligati censentur, & n. 2. & 3. et quid si Vniuersitas principaliter se obligauit, & in eodem instrumento particulares cives pro creditoris maiori securitate, & num. 3. 4. & 6.
- 5 Pragmatica 11. de administrat. Vniuers. declaratur, & num. 9.
- 7 Cives particulares coguntur se obligare ad beneficium Communitatis pro securitate creditoris, qui Vniuersitati pecuniam dat.
- 10 Cautela traditur pro reddenda valida obligatione ciuium particularium, qui pro Vniuersitate se obligans.

ARGVMENTVM.

Agitur, an creditor, qui pecuniã suam particularibus ciuibus alicuius Civitatis mutuò, vel sub vsuris dedit, possit ciues illos iuxta eorum obligationem ad contentas vsuras sibi soluendum cogere, dum constat, pecuniam illam non ad ipsorum particularium obligatorum, sed Communitatis beneficium fuisse conuersã. Casus omnes ponuntur, qui in hac materia contingere possunt, ad ornatum Pragm. 11. sub tit. de administrat. Vniuersitatum.

C A P I T V L I X.



Reditor, qui particularibus ciuibus alicuius Civitatis, Terræ, vel Castri pecuniam suam sub vsuris, vel mutuò dedit, quæ tamen veniebat cõtractenda iuxta præcedentem tractatum cum Civitate habitum ad

totius Communitatis beneficium, dubitavi lib. I. cap. 77. an ciues illos sic obligatos, ad pecuniaz restitutionem, siue vsurarum solutionem cogere possit; & pro dubij resolutione duos constitui casus, primò, quando creditor cum Communitate tractatum habuit, & cum qua se convenit, verum voluit, securius credens negotiari, ut nõ ipsa Communitas; sed aliqui particulares ciues se obligarent, ac si verè ad illorum beneficium pecunia esset convertenda; dixi in hoc casu, quòd si isti particulares obligati ad soluendum conventi, tractatum præcedentem inter creditorem, & Vniuersitatem habitum probauerint, molestari eos non posse, rationibus, ut ibi, sicquè demùm inveni paritèr firmasse Io. Bapt. de Thoro in compend. decis. par. 1. in verb. instrumentum certorum annuorum introituum, vers. aut enim si non expressè, quo loci dicit, quòd si particulares ciues se obligauerint, accedente si non expressa, saltèm tacita creditoris voluntate, ut pecunia conferretur ad beneficium Vniuersitatis quia id omne dolosè, & fraudulenter peragitur, his probatis, nulla remanet obligatio; vnde merito in dies videmus, per Collaterale Consilium expediendi prouisiones, locorum Officialibus directas, quòd audito creditore, probata antecedente conuentione cum Vniuersitate habita, prouideant, nè particulares ciues sic obligati molestentur: alterum posui casum, quando Vniuersitas pecunia indigens ad aliquem pro illa sub vsuris, vel mutuò recipienda accederet, at ille omninò petitioni facta contradiceret, declarans, nolle pecuniam suam Vniuersitati mutuò, vel sub vsuris dare, demùm accedentibus aliquibus ciuibus cum illis se conuenit, ac eis pecuniam iuxta habitam conuentionem tradit, quam tamen constitit postea ad illius Communitatis beneficium fuisse conuersam, nulla tamen concurrente sciètia, aut participatione creditoris, qui pecuniã dedit, probati in hoc casu, hos ciues verè effectos esse debitores illius, qui pecuniam dedit, sicquè retuli per Sacrum Consi. decisum in causa Ducis Salandræ cum Particularibus ciuibus Calalis Sancti Antami, de qua decisione me referentes memores fuerunt Nouar. in prag. 1. 1. num. 11. de administrat. Vniuers. & Thór. in compend. decis. p. 3. in verb. creditor, fol. 252. idemquè prius firmauerat idem Thór. in supra cit. par. 1. d. verb. instrumentum certorum annuorum introituum, vers. & tunc si tales obligati, vbi expressis verbis dicit, quòd si hi particulares obligati

pecuniam, quam acceperunt in Communiciatis vtilitatem conuertunt, nulla, neque expressa, neque tacita creditoris accedente voluntate, nullius praeiudicij illi vnquam esse poterit.

3 Post quorum scripta fuit mihi quaesitum, cur alterum non constituerim casum, nimirum quando creditor pecuniam suam daret Vniuersitati, cum qua a principio se conuenit, sed pro maiori eius securitate, & cautela voluit, vt insimul cum Vniuersitate vno, eodemque instrumento Ciues particulares ex ditioribus, & principalioribus insolidum se obligarent, prout ita actum fuit, an hoc casu si in temporis progressu Ciues sic obligati pro contractus obseruantia a creditore conuenirentur, aliqua possint se tueri exceptione, sique contendere, ad nihilum eos teneri, dum pecunia directo data fuit Vniuersitati, & in eius vtilitatem conuersa, absque ulla ipsorum obligatorum participatione, ita sciante, & volente ipso creditore?

4 Respondi sic interroganti, merito quidem hoc me in dubium non reuocasse, ne viderer de re indubitabili disserere, quandoquidem vel dicamus, contractum hunc Ill. Proregis carere decreto, & casum legis habemus in *prag. 11. vers. & perche intendemo, sub tit. de ministr. Vniuers.* qua mediante huiusmodi obligationes tam respectu Vniuersitatis, quam particularium obligatorum expressis verbis annullantur, rationibus vt *ibi*, vel affirmamus, super contractu praedicto D. Proregem suum interponisse decretum, & non est, cur dubitari possit, hos Ciues particulares valide fuisse obligatos, adhuc attento tenore praefatae *pragmaticae sanctionis*, *ibi, & perche d'opoi in detti contratti no se accipi, & interponghi il Regio assenso, & decreto, & chiara paulo infra sub illis verbis, comandamo, che da qua auanti non si possino fare simili contratti senza Regio assenso*, ergo a contrario sensu (quod argumentum fortissimum esse pluribus iuribus citatis probat *Euerard.* in sua *Topica in loco a contrario sensu*) si decretum interuenit, valida remanet obligatio.

6 Secundò, quando decreto praecedente, particulares Ciues insimul cum Vniuersitate se obligant, nulla consideratur ratio dubitandi, quod pro contractus obseruantia astringi non possint, quandoquidem, nulla lex reperitur, neque communis, neque Regni huius, quae vetet, vt particulares Ciues pro Vniuersitate se obligare non valeant, dum obligatio sequitur praecedente superioris decreto, & si dices, eam esse du-

birandi rationem, quia pecunia vera est in vtilitatem Vniuersitatis tantum, respondetur, quod non per hoc sequitur, quin valide obligati non dicantur, nam si haec esset bona ratio, possent ea vti fideiussores omnes, in quorum posse, certum est, non peruenire pecuniam, quae principalibus obligatis numeratur, & tamen eos, principalibus non soluendo reperitis, ad soluendum quod promiserunt teneri, cautum est, tam de iure ciuili, quam canonico per totos titulos de *fideiussor.*

7 Tertiò, & tandem dico, adeò verum esse, vt hi particulares, quando insimul cum Vniuersitate pro re ad illam spectante se obligarent, valide obligati remaneant, quod si Vniuersitas sola in contractu interueniens pro creditoris securitate, & cautela promitteret, quod decem, vel viginti ex ditioribus Ciuibus proprio nomine se obligare habeant, eo modo, & forma, prout ipsa Vniuersitas se obligat, quod respondens demum Ciuibus particularibus se obligare, passim per Collaterale Consilium expediuntur prouisiones, quod tales Ciues cogantur, & aliquando in eorum contumaciam decretum interponitur, quod pro obligatis habeantur, sic attestante *D. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de diuers. promiss. fieri solis. in quest. de alienat. fieri solit. bonor. Vniuers.* vbi addit, instam esse Collateralis Consilij prouisionem, ad hoc vt publicis Vniuersitatum necessitatibus, quae alias pecuniam non reperirent, in damnum Fisci ad satisfactiones fiscales persolueudas, aliorumque onerum prouisionaria illarum sustentatione, insuper considerat, quod quando debitum legitime est contractum per Vniuersitatem, illa demum non soluendo reperia, ab omnibus Ciuibus, qui soluendo sunt exoluendum est, ad quod facit singularis theoricus *Bal. in l. etiam. num. 16. C. de exequant. rei iud.* de quo meminit *Gregor. Lopez in l. 1. in §. de personat. tit. 2. part. 3.* vnde subdit *D. Reg. ex promissione Vniuersitatum, & ex obligationibus faciedis per particulares vere, & substantialiter nullum eis inferri grauamen, ac proinde asseuerandum, iustam esse communem practicam contractionum Vniuersitatum Regni, haec Regentis de Ponte ratiocinatio huc tertium casum prorsus indubitatum reddat, nam si praxis uiget, ut ditiores Cines cogi possint ad se insimul cum Vniuersitate obligandum, & hoc pro securitate creditoris, quid dicemus, tibi sponte obligati reperiuntur?*

His tribus casibus potest addi quartus, & erit, quando particulares Ciues ad aliquem accederent, illum rogando, vt eis certam pecunie quantitatem sub usuris, uel mutuo daret, conuertendam, hoc expresso, pro totius Communitatis necessitatibus, prout uerè actum fuit, an in hoc casu, dum proprio nomine se obligarunt, ualide obligati remaneant? iure communi attento dicerem, quòd sic, argumento *tex. in l. si fenebris, C. ad S. C. Malteian. Praef. de Franch. de us. 79. num. 2.* sed contrarium omninò dicendum apud nos, attentis rationibus dispositionis citatæ *pragmatica sanctionis 11. vers. & parobè intendemo, de administrat. Vniuers.* ubi idem nulla redditur obligatio Ciuium particularium, qui absq; decreto insimul cum Vniuersitate se obligarunt, quia ex hac obligatione summopere Vniuersitates damificantur, nam cum Ciues, qui obligantur ex ditioribus, & potentioribus sint, hi demum quicquid creditori exolunt, ex peculio uniuersali exigunt, sicquè uerè, & substantialitèr totum interesse est Vniuersitatis, assignatur & alia ratio, quia si hi particulares de proprio soluantur, non autem de pecunia uniuersali, sunt, impotentes ad soluendum gabelas, collectas, aliaq; onera Vniuersitati debita, he rationes in *pragmatica* expressè, dico Ego, quòd si uis militans, quando Ciues particularia insimul cum Vniuersitate absq; decreto se obligant, ita paritèr ubi Vniuersitate non interueniente, pecuniam mutuo, uel sub usuris soli accipiant, asserentes in contractu, pro Communitatis necessitatibus accipere, creditore pecuniam dante presente, & audiente, hi etiam indubitanter illud, quòd postea creditor ex huiusmodi contractus non exhoriant, ab Vniuersitate recuperant, sicquè Vniuersitas etiam est illa, quæ damnum patitur, & si de proprio soluantur, adhuc impotentes euadant ad soluendum, quòd Vniuersitati debeat, ualè nullum uerè, & realitèr consideratur discrimen inter unum, & alium casum, ac proinde sequitur omninò dicendum, quòd sicut nullitèr contrahunt Ciues, quando absq; decreto insimul cum Vniuersitate se obligant, ita paritèr quando soli Ciues, hoc expresso creditori, quòd pecuniam pro Vniuersitatis necessitatibus accipiunt, sint igitur cauti creditores, si scopulos euadere cupiunt, quando conscij sunt, & participes, quòd eorum pecunia pro Communitate accipitur, quòd Vniuersitas insimul cum aliquibus ex ditioribus Ciuibus se

obligent, Collateralis Consilij decreto precedente, quòd certè nunquam interponitur, nisi causa cognita, & sic capta prius informatione, quòd expediat, ac uiso consensu omnium Ciuium, siue maioris partis in loco solito, ubi de his tractari consuetum est, loci Gubernatore assistente, declarato & demum, quòd pecunia uerè, & realitèr erogetur pro necessitatibus, quæ fuerint expressè, & quæ à Collaterali Consilio pro ueris, & realibus cognitæ, & habitæ fuerint, sic enim contrahentes de eorum creditis erunt securi.

S V M M A R I V M.

- 1 Casus proponitur, & resoluitur num. 2.
- 3 Hypotheca ut acquiratur creditori, quòd nam tempus inspiciatur, an bonorum debitoris obligationis, uel potius pecunie numerationis, num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

A R G V M E N T V M.

Agitur de notabili casu in materia prioratis hypothecæ, quòd nam tempus, ut illa dicatur acquisita sit inspiciendum, celebrati nimirum contractus, uel numeratæ pecunie, si post contractus stipulationem, ante tamen pecunie numerationem alij debitor bona obligauerit.

C A P. LX.

Creditor anterior in bonis communis debitoris quis nam in causa sequenti cenleri deberet, si alius interrogatus fuit. Locauerat Caius Titio fundum de mense Augusti per quinquennium, sub annua pensione ducatorum centum, quos colonus ipse singulo quoque anno sub hypotheca bonorum omnium soluere promiserat; in mense autem Octobris proximi sequentis eiusdem anni idem Titius conductor super certo corpore suorum bonorum Sempro-

mirum idem fit in quolibet alio creditore, qui modo prædicto cogitur recipere solutionem, prout ibi interpretati sunt *glos. in verb. compellitur*, & alibi, *Bart. Bald. Salycet.* & omnibus, *Negusant. tract. de pignor. 4. memb. 2. par. num. 77. & 78. D. Præs. de Franch. decis. 677.* & aliis, quòdquè hoc verum fit, observa, quæso, modum, quo loquitur *I. C.* ut minime ad dotis causam referre voluerit dispositionem; sed ut exemplum necessariz numerationis constituere posset, subiungit enim conformando se *Pauli dicto* in allegata *l. Titius*, sic loquedo. *Alia causa est eius, qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diem certum numerasset, ac fortè prius, quam numerasset, alijs res pignori data est, &c.*

8 Videamus modò in casu nostro, si erat in *Tisij* conductoris potestate fructus in postremo illo biennio integri quinquennij non colligere, ut pro pensione promissa obligatus non remaneret, & per consequens eius bona haud hypothecata, certè non, fidem enim suam astrinxerat de rem conductam tenendo per quinquennium, cuius contractus vigore, etiam si fructus colligere noluisse, adhuc ad pensionem soluendâ obligatus esset, in tantum, quòd afferere nobis necesse est, quòd licet ex fructuum collectione faciendâ hypotheca ad *Cai* locatoris fauorem oriebatur, nec aliud poterat illum creditorem constituere, tamen quia non colligere in conductoris potestate non erat, ad effectum ut non remaneret obligatus, sequuta demùm fructuum perceptione ut iudicaretur pro consequutione pensionis promissæ in controuersia anterioritatis, quod nam tempus venit inspiciendum, illud contractus, non autem collectionis attendere debemus, & sic in casu proposito *Sempronium* posteriorem cense, quod clarè etiam probatur in *l. qui balneum*, & in *d. l. prior*, in *2. responso*, ff. *qui prior. in pignor. habeantur*, & in his iuribus *Doctores* communiter.

9 Distingue ergò semper in hac materia, & non errabis, an in debitoris potestate sit post celebratum contractum se non obligari, & sic pecuniam non recipere, ut tunc numerationis tempus inspiciatur, & procedit *text.* in *d. l. Titius*, & in *d. l. prior*, in *1. parte*, an *non*, & eo casu conventionis tempus, & procedunt iura in *d. l. X.* in *d. l. qui balneum*, & in *d. l. prior*, in *2. par.* prout benè distinguit *glos.* superius allegata in eadem *l. l.* in *verb. compellitur*, & in *d. l. qui balneum*, in *verbo debere*, & post illam *Doctores* omnes, & vide *Græq. Lopez* *in l. 33. tit. 13. p. 5.*


S Y M M A R I U M.

- 1 Creditor posterior cum assensu an præferatur creditori anteriori assensu carenti.
- 2 Cessionarius creditoris, qui super feudi obligatione assensum obtinuit, si super cessione assensum non impetrauit, an possit super pecunia ex feudo redacta concurrere, & num. 5. 6. 7. & 8.
- 3 Cessionarius non potest rei assensu cedentis, & num. 10.
- 4 Assensus Regius requiritur in cessione actionis ad feudum.
- 5 Cessionarius constitutus à cedente procurator in rem propriam potest omnia, que poterat cedens.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an creditor posterior, qui super liberatione pecuniæ ex feudo cù assensu obligato redactæ præferatur anteriori assensu carenti, sit pariter præferendus, quando creditor anterior assensum haberet, verùm ipse non ageret; sed eius cessionarius, qui tamèn in cessione assensum, prout tenebatur, non procurauit, & de alijs.

C A P. LXI.



1 Reditor posterior cum assensu, quòd in concursu liberationis pecuniæ ex re feudali redactæ priori creditori assensu carenti præferatur, nemo ex prioribus hucusque dubitauit; sic enim se habet *stylus*, & nostri *Sacri Consilij* obseruantia, ut testatur *D. Præs. de Franch.* in *vulgata dec. 64. n. 1. & 16.*

2 Sed audiui his diebus non parum apud nos dubitatum, an hæc conclusio procederet, ubi creditor anterior haberet assensum, verùm ipse non concurreret; sed eius cessionarius, qui tamèn in cessione assen-

sum,

sum, prout tenebatur, non procuravit?

Et pro ratione dubitandi videbatur idē dicendum esse, eam absolutum sit, in tantum posse cessionarium agere super re feudali pro credito ei cesso, in quantum super cessione adfit assensus, nec in aliquo interesse, quod cedens illum obtinuerat; cum ea cessionarius uti, ac iuari non possit, ea vulgata in Regno ratione, quia assensus nō extrahitur de re ad rem, nec de contractu ad contractum, neque de persona in personā, ut probant omnes, signantē *Andr. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Feder. idem D. Pras. de Franch. decis. 153. num. 24. D. Reg. de Ponte tract. de potest. Proreg. tit. 4. §. 7. num. 26. & tit. 6. num. 42. & dixi Ego lib. 1. cap. 28. nu. 10. & in specie, quod in cessione actionis ad feudum, sine ratione dominij, siue hypothecæ Regis requiratur assensus, prout requiritur in cessione, seu alienatione feudi, dixerunt *D. de Franch. dec. 593. nu. 9. Reg. de Ponte tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 11. a num. 14. ad finem, & Consil. de Georg. alijs omisis in repetitio. feudal. cap. 43. num. 24. fol. 290. vbi imm. seq. subdit, limitari tex. in l. 1. c. de his, qui in prior. cred. locum success. quæ ad hoc, ut in feudis operetur, directi Domini assensus requiritur.**

Sed hac dubitandi ratione non obstante, contrariam amplexus fui sententiam, idq; potissimum ex duobus, & primò, cum in hoc casu cesset ratio, quæ mouet Sacrum Consilium ad determinandum, ut potius liberetur pecunia creditori posteriori cum assensu, quam anteriori, qui illo caret; idè enim hoc fit; nam licet de iure effet liberanda anteriori, etsi assensu carenti, cum pecunia illa; quamuis ex re feudali redacta, non tamèn feudalis; sed merè allodialis iudicetur, ut ex *Andr. & Affl. pro indubitato firmavit D. Pras. eadem decis. 64. nu. 3. Anna patet allegat. 141. num. 10. & 11. & sic dum talis consideratur, nil interesse videtur, quod creditor assensu indigeat; attamen sit liberatio creditori posteriori cum assensu, ad hoc ut hypothecæ, quæ super feudo sub hasta vendito extant, extinguantur, ita ut emptor sit de feudo illo empto securus, non enim extinguerentur per venditionem illam, nisi facta solutione creditoribus cum assensu; parum namquè interest venditoris, ut anteriori satisfiat, cum super feudo empto nullum ius ei competat; hæc, inquam, ratio cessat in casu proposito, in quo, eo ipso, quod satisfiat cessionarius, resoluitur hypotheca prioris creditoris cedentis, qui de cetero, stante satisfactione eius cessionario*

facta, super feudo sibi cum assensu obligato recurrere non posset, & sic interest emptoris, ut illi pecunia liberetur, etsi super cessione assensum non habeat, potius quam creditori posteriori, quia aliàs non esset securus; posset enim cedens, et cessionarius cessionem pro non facta declarare, et demum eundem creditorem cedentem cum eius assensu super feudo hypothecariam exercendo, de eius iuribus experiri; nec in concursu potest recipere obstaculum cessionarius, ex quo super cessione caret assensu, quia ad effectum, ut concurrere possit super liberatione pecuniæ, quæ ex feudo vendito prouenit, assensu non indiget, tunc enim eo indigeret, quando intendens iura exercere cedentis, hypothecaria actione super feudo agere vellet, secus vbi instaret, sibi satisfieri super precio, quod est merè burgenfaticū, ut supra dicebamus, quamuis ex re feudali prouencto.

Secundò, quod in casu, de quo agimus, veniat cessionarius preferendus aliud etiā fuit consideratum; nam cum in quavis cessione, quæ apud nos conficitur, de communi Notariorum stylo semper in instrumento constituatur cessionarius cedentis procurator in rem propriam (de cuius clausula vigore latè *Beraz. de claus. instrum. claus. 29. glos. 1. & 2.*) agendo cessionarius uti talis, non modò potest concurrere, & preferri super liberatione pecuniæ, quæ ex feudo cedenti obligato prouenit, sed etiam super feudo in vim mandati actione hypothecaria agere, non, inquam, uti cessionarius, cū propter assensus defectum, a cessione illa careat, sed uti creditoris procurator, iudiciū Principalis nomine instituendo.

Immodò dixit plus *Capyc. decis. 51. num. 10.* ex sententia *Ans. de Alex.* posse nimirum cessionarium super feudo iure assistendi agere, quamuis in cessione assensu careat, si in instrumento inter creditorem cedentem, & debitorem celebrato, reperiatur hypotheca super feudo Regio mediante assensu constituta, cum potestate capiendi propria autoritate, & illud vendendi, alienandi, vel insolutum retinendi, ut nimirum in hoc casu nouus in cessione non requiratur assensus, sed sat esse illum a creditore cedente obtentum, qui, stante clausula prædicta in omni contractu per eundem creditorem demum celebrando, præstitus videtur, & hanc etiam sententiam pro indubitata amplexus fuit *Hercul. Marescott. variar. resol. lib. 1. c. 40.* per totū, de quo meminit *Thor. in addit. ad Reg. Salernit. dec. 49.*

in princip. verum hæc Capycij sententia magis communiter ab alijs nostris fuit reiecta, vt constat ex relatis per D. Reg. de Pausis, qui illam vti fundamento carentem prorsus damnauit. cit. tit. 8. §. 11. a num. 14. vsq; ad finem, & quamuis Marefcott. referat, secundum scripta per eum fuisse per nostrum Sacram Consilium indicatum, nulla in hoc est ei vti Regni extero, & in his Tribunalibus non versato adhibenda fides, licet saluari posset, veram esse decisionem, si in causa illa cessionarius, qui in cessione assensu carebat, vti cedentis Procurator, eiusque principalis nomine iudiciu instituisset.

S Y M M A R I U M.

- 1 Creditor de iure non potest agere ad bona sibi obligata per tertium possessa, principali debitor non discusso, sed limitatur, quando instrumentum continet constitutum, & precarium, sed quid si eo casu debitor reperiretur mortuus, num. 2. & num. 4.
- 2 Constitutum, & precarium num per constitutis mortem extinguatur.
- 5 Creditor hereditarius num pendente discussione inuentarij possit hypothecaria actione agere aduersum tertium possessorem bonorum sibi obligatorum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an creditor, qui habet bona debitoris sui obligata cum constituto, & precario possit principali debitor mortuo, agere aduersus tertium possessorem bonorum sibi obligatorum, non facta prius discussione cum hæredibus debitoris, ad ornatum *tex. in l. fin. C. de acquir. possess. & prag. 1. sub tit. de assistent.* in antiquis. Creditor pendente iudicio discussionis inuentarij an possit hypothecaria agere aduersus tertium possessorem bonorum sibi obligatorum.

C A P. LXII.



Reditor, quamuis ex dispositione *tex. in vulgata authent. sed bodie, C. de actio. & obligat.* & in *authent. hoc si debitor, C. de pignor.* non possit hypothecaria actione aduer-

sus tertium possessorem bonoru sibi obligatorum agere, principali debitor prius non discusso, attamen vulgatissimum est axioma, id ei licere, quoties bonorum obligatio continet constitutum, & precarium, prout est *tex. de iure communi in vulgata l. fin. C. de acquir. possess. & de iure Regni in prag. 1. sub tit. de assistent.* in antiquis, vbi expressis verbis sancitum habemus, possit creditorem, qui sui debitoris bona obligata habet cum constituto, & precario, contra tertium possessorem recta via agere, nulla super bonis per principalem debitorem possessis discussione facta.

2 Sed videamus breuiter illud, ad quod nostri Regnicolæ his temporibus non aduertunt, nimirum, an hæc conclusio procedat, non modò viuo debitor constituate, sed etiam eo defuncto? & dico, quòd non; communiter enim intellexerunt Doctores conclusionem istam viuo debitor, qui cum constituto, & precario se obligauit; secus autem eo mortuo, tunc enim, quia constitutum, & precarium per constitutis mortem extinguatur, l. cum precario, §. precarij, ff. de precar. cap. fin. extra eod. nullo modo poterit creditor aduersus tertium possessorem agere, hæredes principalis debitoris prius non discusso, sic sanè pro limitatione

3 d. l. fin. C. de acquir. possess. scripserunt Roman. cons. 189. in fine, vbi Mandos. addens, *1. in §. item si quis; num. 77. In sit. de action. Corne. cons. 190. num. 5. lib. 1. Ruin. cons. 127. num. 8. lib. 5. Gozad. cons. 42. num. 4. & 18. Grat. cons. 63. Alciat. in l. quod meo, col. 2. in princ. de acquir. possess. Negusant. de pignor. 1. membr. 6. p. num. 36. vers. adde tu.*

4 Et ex nostratibus pro limitatione citate prag. 1. sub tit. de assistent. affirmarunt Gramm. in ead. prag. num. 1. & 2. Marant. traç. de remed. possess. num. 61. Trentacinq. cons. 33. per totum, lib. 2. quem vide omnino, *Vinius decis. 12. a num. 5. ad finem, Rouis. in ead. prag. 1. num. 40. & Barbat. de assistent. glos. 7. num. 57. in nouis.*

5 Confirmabam hæc omnia in facti contingentiâ, & ex alio dicebam, non licuisse

creditori aduersus tertium possessorem hypothecaria agere, non discussis prius hereditibus principalis debitoris, ex quo pendebat iudicium discussionis inuentarij, ad id allegando doctissimum *Ant. Fabr. diffin. 40. C. de iur. deliber.* quo loci rationibus non vulgaribus ostendit, creditorem hereditarium pendente discussionis instantia, nullatenus posse aduersus tertium possessorem agere remedio *l. fin. C. de acquir. possess.* quod in Regno nostro assistentiam appellamus.

S V M M A R I V M.

- I Creditor in actione personali an possit agere aduersus possessorem bonorum sui debitoris, saltem in subsidium.
- 2 Creditores mulieris in actione personali an possint recusum habere super bonis in dotem marito assignatis, & num. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Muliere constante matrimonio pro delicto condemnata an super bonis dotalibus in viri praiudicium executio fieri possit.
- 8 Tutore in actione personali ad computa reddendum condemnato, facta liquidatione an liceat pupillo exequi facere contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam bona sua tutor alienauit, & num. 9. & 10.
- IX Denunciatio in casu euictionis non requiritur, quando venditor, & emptor simul fuerunt conuenti.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an creditores mulieris in actione personali possint super bonis in dotem viro assignatis agere, illaq; exequi facere. Tutore in actione personali ad computa reddendum condemnato, facta demum liquidatione an liceat pupillo exequi facere contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam tutor bona sua alienauit, vbi elegans *annotatio D. Ioannis Angeli Pisanelli.*

C A P. LXIII.



Reditor in actione personali, certus est, quod pro sui crediti consecutione aduersus possessorem bonorum sui debitoris, nec etiam in subsidium recurrere

potest, cum tantum id permittatur, quando bona illa onere hypothecae sunt affecta, ita dixerunt *Doctores* communiter in *authen. hodie, C. de actio. & obligat. & in authen. hoc si debitor, C. de pignor.*

- 2 Sed occurrit mihi dubium, an haec conclusio procedat in marito, vt super bonis in dotem ei assignatis ad instantiam creditorum mulieris personalem tantum actionem habentium, pro debitis ante matrimonium contractis exequi non possit? Et quod eadem conclusio procedat, facit ratio, cum maritus matrimonio constante, rerum dotalium nondum dicatur possessor, sed dominus, vulgata *l. doce ancillam, C. de rei uend. & in l. de his, C. de iur. dot.* quomodo ergo creditores mulieris in actione personali super bonis illis exequi facere possint?
- 3 At contrarium respondi per *tex.* expressum in *l. mulier bona, ff. de iur. dotium*, vbi habetur, quod licet maritus, qui omnia sua coniugis bona in dotem accepit, quasi eiusdem mulieris haeres ad debita persolueda ante matrimonium contracta conueniri non possit, tamen illud, quod super bonis in dotem assignatis est res alieni, in dotem datum non videtur, unde super eo pro concurrenti debiti quantitate in bonis dotalibus potest fieri executio, & per huc *tex.* in casu, quo res alienum ante matrimonium esset contractum, quod condemnata demum vxore in actione personali, possit fieri executio in bonis dotalibus per virum possessis, in diuersis *Supremis Tribunalibus* decisum inueni, sic enim *Gracionopoli* iudicatum testatur *Guid. Pap. decis. 447.* in nostro *Sacro Consilio* testis est *Capyc. decis. 128. in 1. dubio*, & post eum *D. de Franch. decis. 636.* in *Rota Ianuensi* penes *Cartar. dec. 24.* in *Senatu Sabaudiae* penes *Anson. Fabr. diffin. vnica, C. ne vxor pro marito*, in *Senatu Valentiae* apud *Hieronym. Leo decis. 50.* per totam, & in *Regia Audientia Cathaloniae* testatur *Io. Petr. Fontanell. tom. 2. de pass. nuptial. claus. 6. glos. 1. p. 3. 2. num. 14. ad finem*, vbi plures illius *Senatus* decisiones refert, cum hoc tamen, vt in executione facien-

da vir audiatur, vel saltem, quod habeat ille scientiam de sententia contra uxorem lata; hanc eandem opinionem firmavit **Jacob. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 13. tit. de emptio. & vendit. n. 58.** sub his verbis. *Oportet tamen scire, quod si mulier antequam nuberet debita contraxisset, pro illis posset fieri executio in rebus dotalibus, etiam constante matrimonio, quia cōsetur dotem attulisse, deducto are alieno, &c.* hoc idem voluit **Camill. Borrell.** omnino vidēdus *conf. 54.* per totum, & alij, qui tamen vnanimiter firmarunt, secus esse, si debita constante matrimonio essent contracta; immo etiam si eo tempore versaremur in re criminali, in xtra casum positum per **Caspar. Thes. quasi. forens. lib. 4. q. 3.** ibi enim cum quadam mulier constante matrimonio pro delicto per eam patrato in certa summa ad partis lesa: beneficium pro suis damnis, & inoffic. & Fisci pro pena condemnata esset, volentes demum, & pars offensa, & Fiscus super bonis dotalibus agere, & de prorsione inter se pugnantes, fuit uterque exclusus, & decisum, non esse uirum super pecuniis dotali molestandum.

8 Plus voluis in hac materia **D. Ioannes Angelus Pisanellus** in quadam eius annotatione manuscripta, a nimirum; tutore in actione personali ad computa reddenda condemnato, facta demum liquidatione licere pupillo exequi facere contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam bona sua tutor alienauit, dummodo in discussione facta, si tutor ipse erat solvendo, & in liquidatione computorum extiterit tertius ille possessor pro suo interesse citatus, audi, quæso, verba huius præclarissimi Doctoris.

Iesus, Maria.

9 Illustrissimus Dominus Dux Amalphiæ, cuius sum generalis totius status causarum appellationum Auditor, ut sedaret magnam litem in Comitatu Celani in Provincia Aprutij, voluit à me intelligere, si facta lite super redditione computorum inter quendam pupillam, & olim tutorem, eoque tutore condemnato in actione personali ad reddendum cōputum, & facta liquidatione, si poterat exequi contra tertium possessorem, in quem post tutelam susceptam alienauerat, vel requirebatur de nouo agere contra possessorem: coram me allegabatur decisio **Capyij 91.** in causa, quæ olim agitata fuit cum Excellēte Domino Ioan-

ne de Tufo Barone Lauelli patre moderni nunc Ill. Marchionis Lauelli mei Auunculi, in qua deciditur, non posse ex illa sententia sine nouo processu molestari, ut referēte eodem **Capycio** in anno 1513, fuit declaratum. Ego tamen contrarium determinavi, motus ea ratione, quia quando fuit facta discussio, si tutor erat solvendo, in liquidatione computorum fuit citatus ille, tertius possessor pro eius interesse, ut colligitur ex decisione **Bal. in l. fin. ff. si cert. per. & in l. 2. C. quando Fiscus, vel primatus, Ang. Imol. & DD. in l. decem 116. ff. de verb. obligation. sicut dicimus in casu euidētionis, quod quando venditor, & emptor simul conveniuntur non requiratur denunciatio, ut per **Alex. post alios in l. 2. §. voluntatem, ff. solut. matrim.** & ita demum relato **Domino Martiale** fuit practicatum me aduocante in causa nobilis **Iacobi Lauelli** cum illis de Calamatia, dum opponeretur exceptio discussionis.**

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

1. Creditor anterior quando possit auocare pecuniam posteriori creditori à cōmuni debitore solutam, remissum.
2. Hæres debitoris condemnatus ad soluendum omnibus creditoribus hæreditarijs, si soluerit vni creditum suum totum, & in hæreditate nihil remansit, quid eo casu agendum, & nu. 4. 5. & 6.
3. Hæres debitoris soluens creditori hypothecario posteriori, sciens, adesse anteriorem, quid iuris?

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & in quibus casibus creditor anterior possit auocare pecuniam posteriori creditori à communi debitore solutam. Hæres debitoris cōdemnatus ad soluendum omnibus creditoribus hæreditarijs, si soluerit vni creditum suum totum, & in hæreditate nihil remansit, ut cæteris

creditoribus satisfieri possit, an de suo soluere teneatur, ex quo dolosè gratificare voluit, vel potiùs teneatur creditores agere contra concreditorem, cui fuit solutum.

C A P. LXIV.



Creditor anterior quando possit auocare pecuniam posteriori creditori à communi debitorum solutam, & bona fide consumptam, diximus latè *lib. 1. cap. 71.*

vbi *num. 8.* inter alios casus, quibus auocationi locum esse demonstrauius, quando par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen posterior fuit à debitorum gratificatus; modò in hac gratificationis materia, dubitatur, si omnes creditores essent in actione personali, & is, qui soluit, esset hæres principalis debitoris, & uti talis condemnatus ad soluendum omnibus creditoribus hæreditarijs, si soluerit vni creditum suum ex integro, & in hæreditate nil aliud remansit, vt cæteris creditoribus satisfieri posset, nùm hæres ipse de suo soluere teneatur, ex quo dolosè voluit gratificare, sicquè noluit dùm soluit omnes creditores au dire, prout tenebatur, stante sententiâ condemnatoria, vel potiùs tenentur creditores gressus suos dirigere aduersus coucreditorum, cui fuit satisfactum; dixi, si omnes creditores essent in actione personali, quia si in actione hypothecaria, & hæres soluerit creditori posteriori, sciens, adesse anteriorem, procederent ea, quæ scripserunt *glos. & DD.* quos citat *Minad. decis. 9. num. 1.* vbi *Addites*, quicquid sibi dixerit *Ant. Fab. diff. 33. C. de iur. deliber.*

4 Respondeo breuiter, illud circa casum propositum particulari lege cautum esse, quòd dùm in hæreditate nil aliud superstitit, vt cæteris creditoribus possit esse consultum, tenetur creditor ille, cui solutum est, quòd accepit cum alijs communicare, hic est *tex. in l. si non expedierit, §. si pupillus, vers. quòd si utroquè, ff. de bonis author. Iud. possiden. & in l. pupillus, vers. distinguamus, ff. quæ in fraud. credit.* quæ iura in hac materia gratificationis omnes commendant, ut

nouissimè videre est apud *Addites. ad Aff. decis. 190. Statut. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. nu. 100. Gaspar. Theff. quest. 16. nu. 14. lib. 2. quest. forens. Marescost. lib. 2. ver. resol. cap. 36. num. 3. Laratha conf. 64. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 3. p. 7. num. 25. & Ant. de Amat. var. resol. lib. 2. c. fol. 5. num. 26.*

- 5** Hac dispositione sic stante existimo indubitanter, quòd dùm creditoribus illis, quibus solutum non est, lex consuluit, vt agant aduersus concreditorem, cui satisfactum est, & illa actione, de qua per *glos. in d. §. si pupillus in verb. communicandum*, nõ potest hæres, qui soluit molestari; utique enim si in iuribus citatis *Paulus*, & *Senola* iureconsulti voluissent, vt hæres teneretur, idq; propter dolosam illius gratificationem, dixissent, non dixerant, ergò; est tamen verum, quòd si mania esset actio aduersus creditorem, cui solutum est, ex quo bonum effectus esset ille nõ soluendo; tunc hæres, qui dolosè vni soluit, sic Iudicis sententiam contendens, cæterorumquè creditorum diligentiam paruifaciens, actione de dolo tenebitur de suo omnibus satisfacere, hæc est sententia *glos.* aduersus quam neminem infurorisse legi in *l. entores 6. in verb. dolo, ff. de conditio. indeb. Salycet. ibidem, vers. quærit etiam, & cæteri omnes.*

S U M M A R I V M.

- 1** Fideiussor si pro aliquo debitorum carcerato se obligauerit de soluendo debitum infra certum tempus, vel de presentando illum, nùm die adueniente possit cogi ad soluendum, si debitorum presentare paratus est, et quid si debitor ille reperiatur mortuus, & n. 3. 7. et 8.
- 2** Alternatiuarum electio cuius est, debitoris, vel creditoris, & num. 4. & 5.
- 6** Promittens soluere certa die, vel dare pignus, nùm die adueniente precisè cogi possit ad soluendum, quamuis pignus dare sit paratus.
- 9** Debitor alternatiuè duo promittens, an vna re perempta remaneat obligatio in alia.
- 10** Nouatio an inducatur, vt fideiussor consecutus liberatus per prorogationem factam à creditore debitori ad soluendum, & num. 12.
- 11** Nouatio non solùm expressè, sed etiam per obiecturas inducitur.
- 13** Exceptio discussionis, & diuisionis, qua fideiussoribus, et correis debèdi cõpetit, an cesset, quotiès in instrumèto fuerit reuocatum simpliciter cù dictione, &c. vel si obligatio esset facta in forma Camera Apostolicæ, & n. 14.

A R G V M E N T V M.

Agitur de debitore in carceribus tradito, qui pro se ab illis liberando fideiussionem præstitit de soluendo infra certum tempus, vel de redeundo ad carceres, an die adueniente possit creditor præcisè fideiussorè cogere ad soluendum, si debitor promptus est se præsentare; & quid si eiusdem debitoris præsentatio esset impossibilis, quia antè, vel post tempus in soluendo, vel præsentando præscriptum mortuus est. In alternatiuis cuius est electio, debitoris, vel creditoris. Promittens alternatiuè certa die duo præstare, an vna re perempta, remaneat obligatio in alia. Exceptio discussionis, vel diuisionis, quæ fideiussoribus, & correis competit, an opponi possit in obligationibus Cameralibus. Nouatio an inducatur ad finem, vt si fideiussor sit liberatus, quando creditor prorogat debitori suo tempus ad soluendum, & de alijs ad materiam pertinentibus.



C A P. LXV.



Debitur sub clauibus constitutus, si pro se à vinculis liberando, fideiussionem præstitit de soluendo debitum infra certum tempus, vel de redeundo ad carceres: Dubitatur,

nùm tempore elapso, & debito non soluto, possit creditor fideiussorem ad soluendum cogere, quamuis fideiussor ipse sit paratus debitorem exhibere, & intus carceres præsentare; vel si debitoris præsentatio esset impossibilis, quia forsitan antè, vel post tempus in soluendo; vel præsentando præscriptum è viuus discessit?

2 Pro ratione dubitandi videtur negatiuè respondendum, sicq; attento tenore fideiussionis præstitæ satis dici, fideiussorem adimplensse, dùm debitorem ad carceres præsentare se offert, nam quamuis infra certum tempus solvere promiserit, non tamen simpliciter ad soluendum se obligauit; sed alternatiuè ad soluendum, vel ad præsentandum, vnde cum in alternatiuis electio sit debitoris, vulgato *sex. in l. plerūq; in ff. de iur. dot. & in regula in alternatiuis, de regul. iur. in 6.* sequitur ergo dicendum, vt adimplendo vnum, ab alio, ad quod se obligauit liberatus censetur, & idem si debitor reperiretur mortuus, cum impossibilis sit illius præsentatio, ad quam fideiussor alternatiuè se obligauit, & ad impossibile nemo tenetur, vulgatis iuribus.

3 Sed certè in casu proposito contrarium est respondendum, nimirum vt fideiussor omninò ad soluendum cogi possit, siue mortuus sit debitor, siue viuus, illūq; præsentare sit paratus; probò ratione, & autoritate: ratione, quia principaliter debiti solutio fuit promissa, & quamuis fuerit addita alternatiua, vel de redeundo ad carceres, hoc fuit pro maiori creditoris cautela, & securitate, quo casu ipse est electio, non autem debitoris: etenim tunc electio in alternatiuis est debitoris, quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrumq; est in obligatione, & in solutione, ponitur exemplum, de quo in *d. l. plerūq; si maritus obligando se ad dotis restitutionem, fundum in dotem datum, vel illius æstimationem, restituere promiserit; tunc quia vtrumq; est in obligatione, & in solutione, soluto matrimonio, mariti debitoris est electio in restituendo fundum, vel illius æstimationem;*

aliud

aliud ponitur exemplum per glos. in d. cap. in alternatiuis, vñ si promisi tibi tali die equum, vel scuta decem, tunc mei erit electio in dando equum, vel decem, quia vnumquodq; ex promissis est in obligatione, & solutione, & sic quamplura exempla poni possunt, quæ sparsim à Doctoribus scripta inveniuntur: ceterum quando nullo pacto dici potest, quod vnumquodque ex promissis sit in obligatione, & solutione; sed vnum duntaxat, prout in casu nostro, in quo promissio tantum soluendi est in obligatione, & solutione, cum promissio presentandi in carceribus dici non possit, quod sit in solutione; tunc aliud, quod alternatiue apponitur, pro maiori creditoris securitate appositum dicitur, & consequenter ipsius creditoris est electio, ne quod in illius fauorem appositum est, in eiusdem odium redundet, vulgatis iuribus in l. nulla inuris, ff. de legibus, & in l. quod fauore, C. eodem.

6. Autoritate etiam diximus, hanc probari sententiam in casu fortiori nostro, & in puncto: in casu fortiori, nimirum in debitore, qui certa die promisit soluere, vel dare fideiussores, vel tradere pignus, vt die adueniente possit creditor ad eius electionem precise debitorem ad soluendum cogere, nec posse debitorem illum replicare, esse paratum dare fideiussores, vel pignus, & hoc modo adimplere id, ad quod se obligauit, ex quo ex tribus promissis vnum tantum, scilicet promissio soluendi est in obligatione, & solutione, & aliud dandi fideiussores, vel tradendi pignus, ad creditoris cautelam tantum appositum dicitur, vt sit ille magis securus, cum nullo pacto affirmari possit, quod sit in solutione, vt patet ad sensum, sicque non cogitur creditor recipere pignus; sic sane de communi scripserunt

- 1 Guliel. de Cuneo in l. quamuis, ff. de pignor. act.
- 2 Bar. ibidem nu. 2. & seq.
- 3 Paul. de Castr. in l. 4. §. si ex conventionione, n. 5. ff. de re iud.
- 4 Alex. in l. 1. in 1. notab. ff. qui satisd. cogant. & in d. §. si ex conventionione, num. 5.
- 5 Felin. in cap. inter ceteras, nu. 4. vers. fallis secundò, extra de rescriptis.
- 6 Ias. in §. si quis agens, vers. huic autem, nu. 10. Instit. de actionib.
- 7 Ripa in d. l. 4. §. si ex conventionione, nu. 3. ff. de re iud. & in d. cap. inter ceteras, nu. 69, & 70. de rescriptis.
- 8 Dec. conf. 12. col. 2. vers. secundò probatur.
- 9 Cassan. in Consuet. Burgun. rubr. 9. §. 21 f. mi-

hi 1300. vers. & propterea inserti ibi Bart.

- 10 Negus. tract. de pignor. 1. membr. 5. par. nu. 5. & seqq.
- 11 Marant. in l. si actor, num. 34. vers. tertiam electionem, ff. de procurat. post pract. fol. mihi 684.
- 12 Catel. Cost. in suis memor. in verb. alternatiuarum electio.
- 13 Euerard. in topica, in loco à natura. alternatiuorum, in 3. fallen. vbi dicit, conclusionem hanc esse perpetuò menti tenendam, quia est subtilis, singularis, et quotidiana.
- 14 Bursat. conf. 457. nu. 5. vol. 4.
- 15 Bellon. conf. 45. nu. 1. & seq.
- 16 Id. Vincent. de Anna singul. 238.
- 17 Stracc. de affectu in pract. num. 63. & seq.
- 18 D. Cardin. Tusch. pract. cõcl. lit. A. concl. 316. num. 14. lit. E. concl. 102. num. 14. & lit. F. concl. 90. nu. 6. & 7.
- 19 Cancer. satis bene variat. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 55. 56. 57. & 58.
- 20 Ego ipse lib. 1. cap. 297. nu. 2. & 3.

7. In puncto autem, et sic in fideiussore, qui pro debitore principali promisit soluere, vel eundem exhibere, et carceratum consignare, vt non liberetur, si proptus est consignare, vel si illum presentare impossibile sit, fretus autoritate Bart. et aliorum ex supra allegatis consuluit insignis Andr. Barbat. cõf. 15. n. 28. 29. & 30. lib. 2. presertim sub illis verbis. Cum ergo dictus Gerardus alternatiue promiserit procuratori dictæ Communitatis se satisfacturum de suo proprio residuum debiti, seu consignare prefatum Iacobum debitorem principalem in manibus Domini Roberti, seu eius matris, non potuit ipse eligere in hac alternatiua, & dicere, volo consignare principalem debitorem in manibus vestris, immò Communitas, seu eius procurator debet eligere in hac alternatiua, & dicere, volo, quod soluat totum debitum de suo proprio, & nolo consignationem principalis debitoris, quia illa alternatiua fuit posita in mei fauorem, idè electio est agentis, vt fuit intentio Guliel. de Cuneo, & Bart. in d. l. quamuis, & voluit Gulielm. & Bald. in d. l. fin. C. de petit. heredis. licet ergò sit impossibile illi Gerardo presentare dictum debitorem principalem, & consignare, sequitur, quod nihilominus ipse Gerardus remanet obligatus soluere de suo artum, & integrum debitum, & sic illa difficultas non excusat eum, quia in tali alternatiua dictus Gerardus non habuit, nec adhuc habet electionem, sed illam electionem habet Procurator dictæ Communitatis, quia ad fauorem eiusdem Communitatis fuit apposita, idè ad summum fa-

norem debet retorqueri, & non ad suum incommodum, & praiudicium, l. quod favore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. in 6. & is a mihi videtur concludendum esse de iure circa istum articulum. Hæc ille, cuius sententia adhuc Dominus Card. Tusch. in cit. lit. F. concl. 90. nu. 6. & 7.

Et magis individualiter, quoties principalis debitor mortuus sit, ratiocinatur Francisc. Viuis dec. 485. per totam, vbi cum quidam carceratus existens cautionem præstitisset de se presentando infra mensem in carceribus, vel de soluendo debitum, & infra terminum sibi præscriptum diem, suum clausisset postrosum, iactitit creditor fore cogendum fideiussorem ad soluendum, qui verè ad soluendum cõdemnatus extitit, nulla habita ratione de oppositione per eum facta circa mortem subsequutã principalis debitoris, & de regula in alternatiuis, quia fuit habitum pro absoluto respectu alternatiue, promissionem illam de representando fuisse ad creditoris cautelã emanatam, qui quidem creditor nunquam debitoris habilitationi consensisset, nisi eo tempore de solutione sibi faciendã sui crediti certus remansisset, & respectu mortis subsequente fuit cõsideratum, quod adhuc si electio fuisset debitoris, quia principalis debitor decesserat, non per hoc fideiussor liberatus remansit, nam quoties quis ad duo alternatiue præstanda se obligat, vna perõpta, remanet obligatio in alia, illamquẽ cogitur debitor præcisẽ præstare, id, quod latius, & melius probat Ant. Gomez. omninõ videndus var. resol. tom. 2. cap. 11. num. 40. quo loci ad hoc probandũ allegat multa iura concordantia, nimirum *l. ext. in l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de solut. in l. non vtiq. ff. de eo, quod certo loco, in l. cum is, ff. de condit. indeb. in l. statuliberum, S. Stichum, aut Pamphilum, ff. de legat. 2. in his enim iuribus cautum reperies, quod si promisi tibi duos dare seruos, Stichum scilicet, aut Pamphilum, quãuis tui debitoris sit electio tradere, quem velim, attamen si alter, puta Stichus moreretur, extinguitur electio, & remanet obligatio in superstite, sicquẽ Pamphilum, qui viuit teneor præcisẽ tibi consignare, nec aliter dicere possũ, offero tibi mortuum, id, quod etiam notat expressẽ glo. in iuribus prædictis, & Ias. in apõstilla ad d. l. non vtiq. sub illis verbis, dic, quod non possit eligere mortuũ, quia solus viuis remanet in obligatione, idemquẽ affirmat Greg. Lop. in l. 23. tit. 11. part. 5. vndẽ quãdo imprudentè, & temerariẽ quis affirmare*

auderet in casu proposito, esse in electione fideiussoris soluere, vel in vinculis debitorẽ presentare, quia impossibilis est presentatio propter mortem debitoris. subsequitam, electio extinguitur, & remanet obligatio sola in promissione facta de soluendo.

19 Quibus sic stantibus in casu mihi proposito, nullius momenti esse, ipse dicebã, alias oppositiones, quã ad impedendam solutionem per fideiussorem proponerentur, nimirum quod elapso termino ad soluendum, vel ad presentandum creditor ipse debiti partem a debitore receperat, sicquẽ fuisse prorogatum terminum ad soluendum, per quos actus dicebatur indutam fuisse nouationem, quã mediante fideiussor liberatus remãscat, cum nouatio non solũm expressẽ, prout disponit *l. in vulgata l. final. C. de compens.* sed etiam ex coniecturis fieri potest, ad tradita per *Aff. decis. 44. num. 15. vbi Addentes, per D. Anicent. de Franch. decis. 15.* per totam, & per alios vbiquẽ, siquidẽm circa hoc obstabat factum, obstabat & ius, in facto enim nullibi constabat de prorogatione, sed tantũm de receptione partis debiti, & quando per publicum instrumentum terminus ad soluendum fuisset prorogatus, non per hoc de iure nouatio aliqua, nec expressẽ, nec ex coniecturis inducebatur, ad finem vt fideiussor remaneret liberatus, videantur post *Bal. & Aug. in l. si vnus, ff. si cum reo, vtrunque num. 3. ff. de pactis, & Ias. in l. 1. & in l. l. l. a. num. 9. ff. si cert. pot. & alios antiquos Ro. decis. 1. aliã 260. de depos. in antiquis, Ant. Gabr. commun. concl. tit. de fideiuss. concl. 3. Gayll. præd. absent. lib. 2. obser. 30. nu. 11. Thef. decis. 125. per notam, Alex. Trentacinq. post. infinitos, quos allegat var. resol. lib. 3. in tit. de fideiuss. resol. 1. & noster Pras. Amat. omninõ videndus *conf. 45.* vbi sic per nostrum S. C. decisum refert, quorum sententiẽ adhefi pariter & Ego lib. 1. cap. 133. num. 12. quo loci demonstrauit, tunc per prorogationem termini ad soluendum a creditore debitori factam, fideiussorem liberatum esse, quãdo fideiussor ipse pro principali debitore vsquẽ ad tale tempus se obligasset, hoc enim casu si adueniente tempore ad soluendum præscripto creditor terminum prorogaret, cortẽ liberatus censetur fideiussor, ratio est, quia fidem suam vsquẽ ad tale tempus, & non vltra astrinxit; ceterã si simpliciter debiti solutio in tali tempore, siue intrã tale tempus promissa extiterit, prorogatio termino de-*

bitori, fideiussor sub prorogatione ineluditur, siquē liberatus nō cēsetur, id, quod doctē satis comprobat *Ant. Gomez. Variar. resoluit. de fideiussor. nu. 21.* ubi post multos relatos dixit, prorogationem cum sua qualitate factam censori, et quod quamuis aliqui in contraria fuerint sententia, etiam nōstram, quam tēmur verissimam, fatetur, ab eaquē nec in consulendo, nec in iudicando recedendum esse admonet, & quōd nullo modo contraria sit tenenda opinio, vide illum, quia benē loquitur.

13 Minus etiā ob stare dixi exceptionem alteram, quē a fideiussore in casu proposito opponi posset, ordinis nimirū, seu discussionis principalis debitoris, de qua in vulgata *Authen. presente, C. de fideiussor. et divisionis debiti inter alios confideiussores, si solvendo sunt ex beneficio Epistole Dni Hadriani, de qua in §. si plures, Instit. de fideiuss. et enim respondi, quicquid sit de obligatione per fideiussores ad creditoris beneficium principaliter, et in solidum facta, qua mediante omnes exceptiones cessare videntur, licet non sine magna cōtroversia, de qua per DD. passim in locis vulgaribus, et ab utraqū parte relatos per *Theo. in sua vulgata decis. 166.* in casu, de quo agebatur, cessabant prorsus; cū illis renunciatum apparebat, et quamuis non expressē, legebantur tamen verba, expressam renunciationē importantia, nimirū *cum solitis clausulis, etc.* et demū renunciatum, etc. quod sat esse, ut exceptionibus predictis renunciatum cēsetur, dixerunt *Curt. sen. cons. 6. Ant. Gabr. de mun. concl. lib. 3. tit. de fideiussor. concl. 1. num. 87. Bertaz. de claus. instrum. claus. 20. glos. 4. nu. 4.* sub illis verbis. *Immo satis esset, si in instrumento esset dictum, renunciatis, etc. secundum Curt. sen. cons. 6. in princ. xim de communi stylo Notariorum dicta clausula esset extendenda, ut censeatur renunciatum d. beneficio. hęc ille.**

14 Secūdo (et cum hoc tollitur omnis difficultas) obligatio, qua fideiussores ligabantur, facta apparebat servata forma obligationis Cameralis, qua attenta quamuis fideiussores, siue rei debendi beneficia pro illorum tutela a iure introductis, siue ordinis, siue divisionis non renunciauerint, quia pro principalibus habentur, privilegijs, siue exceptionibus fideiussoribus cōpetentibus uti non possunt, eoquē magis, cū in obligatione adiecta reperiebatur clausula, *omni meliori modō, itā sanē scripserunt Hieronymus Grat. cons. 87. sub nu. 15. vers. sed ultimo, V. inc. Carac. de excussio. bo-*

nor. p. 2. quast. 5. num. 5. sicquē se mel, atquē iterū per *Roy.* determinatum, primō in vna Romana Indemnitatis de Odeschalchis 5. die Nouembris 1578. corā D. Lācelloto, secūdo in vna Aseulana fideiussionis sub die 23. Maij 1614. corā D. Verolpio, habetur in *decis. 147. num. 2. p. 2. in posthumis Farinac. fol. mihi 152.* sic pariter semel, atq; iterū per Supremum Sabaudia Senatū determinatū, restis est *Ant. Fab. C. de fideiuss. diff. 22.* per totā, & in *allog. ibid. n. 6.* omnino vidēdus, *Gratia.* post alios, quos citat *discept. forens. lib. 1. cap. 122. num. 10. & Gate. in suo docto trat. de credit. cap. 2. tit. 2. quast. 5. nu. 1967. & seq. Marescoss. var. resol. lib. 2. cap. 65. nu. 7. & 8. Beltrani. ad Ludowij. dec. 321. intrā num. 13.*

Post hęc scripta obseruari *D. Regem Capycium Latio,* qui in *consult. 53. lib. 1.* multa ad propositum huius materiae scripsit.

S P M M A R I V M.

- 1 Debitor si creditorem suum prauenerit praua fideiussione, & c. instrumenti incusationem, euitabit.
- 2 Fideiussio per debitorem praestanda in causa prauentionis ad effectum euitandi instrumenti incusationem, an sicut praestanda est, quando prauensio fit, robens debitor debiti satisfactionem probare, itā pariter quando vellet allegare instrumentum simulatum, falsum, usurarium, & c. & num. 3. 6. 7. & 10.
- 4 Verbum solutio, intelligitur de quacūq; satisfactione, & num. 10.
- 5 Debitor soluens creditori creditoris sui an liberetur.
- 8 Pragm. 1. de praesent. moderan. declaratum, & num. 9. & 11.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an debitor, qui ad euitandam instrumenti guarentigati executionem potest creditorem suum prauenire, dummodò fideiussionē praestet de soluendo debitum, & poenam in casu succumbentiae teneatur fideiussionem hanc praestare, non solum

quando præventio ordinatur ad satisfactionem debiti probandam, de qua loquitur *pragm. unica, de prævent. moderan.* sed etiam quotiens allegatur alia causa, qua mediante, non esse eum ad soluendum astrictum prætenderet, vbi singulare *responsum D. Io. Angeli Pisanelli. 7.* inter sua *notabilia* manuscripta.

C A P. LXVI.



Debitor vigore instrumenti guarantee, quod nos liquidum appellamus, si creditorem suum præuenerit, allegando debiti solutionem, executionem euitabit, quousque facta publicatione in causa de iuribus suis constiterit, dummodo tamen fideiussorem præstet de soluendo debitum, & penam in casu succumbentis.

Sed dubitatur, an ad huius instrumenti incusationem euitandam necessario teneatur debitor fideiussorem præstare, adhuc si sequatur præuentio ex alia causa, quam allegata satisfactionis, nimirum si allegauerit instrumentum simulatum, siue per vim, & metum extortum, falsum, aut usurarium, &c.

Ratio dubitandi ea est, quia *pragmatica* seruasse videtur, vt præstetur fideiussio, quando allegatur, debitorem soluisse, sicque eum per solutionem liberatum, sibi in *textu* *cap. quo de solutione in causa præuentiois legitime probatum non fuerit, &c.* idemque in *Ritu* 189. quem eadem *pragmatica* seruari mandat, ubi *si actor probauerit, pecuniam fore solutam eidem creditori per debitorem, seu alium eius nomine, aut per alias legitimas probationes, quod fuerit satisfactum dicto creditori, &c.* ex quibus quidem verbis videtur recte desumi posse, vt sit præstanda fideiussio, quando allegatur, debitorem creditori suo debitum soluisse; vnde si alia allegetur causa, videtur, quod non sit astrictus debitor ad fideiussorem præstendam, cum eo casu nulla lex hoc fieri mandet.

Hoc non tangunt *DD.* nostri, quos vide-

rim, sed bene communiter dicant, licet debitori præuenire, non solum, quando allegatur satisfactio, de qua loquuntur *Pragmatica*, & *Ritus*, sed etiam ex alia quavis causa, sic enim aperte colligitur ex his, quæ differunt *Afflic. in decis. 387.* in qua debitor allegauit eius obligationem ex pluribus causis nullam, non autem dicebat, quod soluerat, & licet fuerat contra ipsum debitorem pronunciatum, non tamen quia fuisset tentum, allegatam causam ad incusationem vitandam non fuisse sufficientem, sed quia vna, eademque die constabat, creditorem instituisse pro executione iuratae obligationis, & debitorem petiisse, illam nullam declarari, vnde cum non constaret, an præcesserit citatio, vel potius præuentio, fuit decisum, esse præsumendum, prius fuisse inceptam causam super executione obligationis, ex quo actus iste præcedit, vt per *Dyn. in l. cum testamento, §. hæc verba, ff. de hered. instit. idemque firmanic Annibal Troy. in d. pragm. unica, num. 7.* vbi notando verbum illud *solutio*, aut *satisfactio* dicit, generaliter intelligi debere, ex quacunque satisfactione, per quam creditoris obligatio soluta sit, ad *text. in l. solutionis verbo, ff. de verb. signific. ita quod si debitor præueniens illud probauerit, ob quod esset ipso iure, vel ope exceptionis liberatus, debet in causa præuentiois obtineri, exemplum constituens, si debitor probaret, soluisse creditori creditoris sui, quia à suo creditore liberatur, ad *text. & ibi dicta per Alex. in l. solutam, ff. de solutione. & in l. solutum, §. solutam, vbi Bar. ff. de pignor. actione, Aug. c. 70. aliq; per me relati lib. 1. c. 192. idemque scripserunt Caran. in ritu 190. num. 2. Vrsil. ad Afflic. citata decisione 337. num. 2. Viuis docq. 204. nu. 4. Bernard. Pand. de liquid. instr. p. 4. consid. 19. num. 118 & nouissime Nouar. d. pragm. unic. num. 1.**

In puncto autem, de quo agimus, quod fideiussio sit semper præstanda, non solum quando allegatur solutio, sed in omni casu, quo debitor ex quavis causa creditorem suum præuenerit, sicque *pragmaticam* supra allegatam omni tempore hanc recepisse intelligentiam, scripsit, & satis notanter, prout de more *Dominus Io. Angelus Pisanelus*, & per hæc verba, quæ habeo propria eius manu scripta, in *questione*, siue *obseru. 7. suorum notabilium.*

Iesus, Maria.

Fuit oblata supplicatio in Sacro Confessio per Magnificum Baronem Paulum To-

losam, contra Magnificum Manfredinum de Buchis, petendo, instrumentum debiti cassari tanquam usurarium, volens uti remedio *pragmatica Regis Ferdinandi I.* incipientis *Malitijs litigantium, sub tit. de prauis. moder.* & pro parte Manfredini fuit oppositum, quod præsterat cautio de soluendo debitum, & penam, iuxta formam d. *Regia pragmatica*, ortum fuit dubium, si ista cautio esset præstanda, nêdum quando allegabatur satisfactio, sed alius defectus, Ego pro Manfredino interueniens dicebam, *pragmaticam* ipsam habere locum, quomocunq; opponeretur contra instrumentum, ponderabam *Ritum* incipientem, *item, quod si debitores, car. mihi 99. col. 111. ibi, & si forte dicti principales debitores, seu eorum fideiussores asserant, dicta instrumenta fore falso modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare, quod instrumenta ipsa non valeant, &c.* clariùs per alium *Ritum* dictæ *M.C.* incipientem in primis, quod *ubi aliquis habet, cart. mihi 107. col. 1.* ubi loquendo de præuentione faciendâ contra instrumenta mutui, depositi, seu alterius contractus, dicit hæc formalia, *& debitor, seu fideiussores eius velint præuenire suum creditorem, quod sibi est satisfactum, seu aliter quouis modo velint dicere contra dictum instrumentum, &c.* & sic nêdum loquitur, si allegatur satisfactio debiti, verum etiam si fuerit in præuentione obiectum de alia inhabilitate, talitèr, quod instrumentum non possit suum debitum effectum sortiri, & sic inferebam, quod *pragmatica*, quæ occurrere volebat malitijs eorum, qui præuentiones faciebant ad euitandum præsentationem instrumentorum, intelligi debebat de præuentione in omni casu, in quo præueniebatur, prætendendo, instrumentum cassari, vel de eo non haberi rationem, postquam nêdum satisfactio, sed alij defectus obijci poterant in præuentione contra instrumentum, & ponderabam etiam, quod *pragmatica* dicit, *præueniendo creditorem suum*, istud enim verbum *creditor* est generale, continens quemcunq; casum, ex quocunq; modo aliquid debetur, vt in *l. creditores, ff. de verb. signific.* & sic quando subiungit de cautione præstanda, de soluendo debitum, si non fuit solutum, intelligitur de omni debito, nêdum pecuniario, prout debitum, & creditum intelliguntur, ¹⁰ & solutio, verbum est generale pro omni satisfactione, *l. solutionis, ff. de verb. signific.* & sic dicitur solutum, & satisfactum, quomocunq; creditor remaneret contentus, *l. si rem alienam, s. omnis pecunia, ff. de pignor.*

actian. vt sic ipsa *pragmatica* intelligi debuisset, quod quomocunq; esset aliquis creditor, & debitor præuenisset, esset præstanda cautio, tanto magis, quia iam *pragmatica* mandabat, seruari *Ritum*, ad finem vt detineatur debitor, quæ detentio, vt per *Ritus* apparet, erat permissa in omni contractu, & quando nêdum de solutione opposita, sed si quis alius defectus oppositus fuisset, vt supra dixi, quibus rationibus auditis, dum essent ordinatione Illustrissimi Don Raymudi de Cardona Vice-regis aggregati cum Sacro Consilio excellètes Ludouitus Montaltus Sicular, Hieronymus de Colle Barcinonensis Regentes Regiam Cancellariam, vt cautius procederetur, voluerunt habere informationem ab antiquis Practicantibus, & præcipuè à Notario Melchiore de Troianis, Notario Nardo Andrea Fronda, Notario Florillo Certa, Notario Antonio Sarriano, Notario Frâncisco Bimontio, Notario Bartholomæo Mollo, qui fuerunt celebres Procuratores, & multis alijs, qui retulerunt, quod semper *pragmatica* ipsa fuit ita intellecta, scilicet quod nêdum quando erat facta præuentione, allegando satisfactionem debiti, sed etiam, quando fuisset dictum de alijs defectibus contra instrumentum, per quos dicebatur, cassari debere, quod debebatur cautio præstari, pro qua practica fuit visa *de cesso Marzæi 137.* ubi referendo illam *pragmaticam*, intelligit etiam generalitèr in præueniente, vt cassetur instrumentum debitorum aliqua iusta causa, quam allegat, non se restringendo ad solutionem tantum, & sic fuit interpositum decretum, referente præstantissimo Domino de Martiale, cum voto dictorum Dominorum Regentium, quod Baro Tolosa præstaret cautionem iuxta formam *pragmatica*, & dum idem casus occurrisset in causa Illustr. Marchionis Oitz cum Vniuersitate Francauille, Ego allegaui pro Marchione prædicto, & tandem relatore Domino Marino Fritia causæ Commissario viro doctissimo, Præsidente Regij Consilij præstantissimo Patricio Neapolitano Domino Hieronymo Seuerino, ita etiam fuit decisum, & sic ex bina determinatione iste casus potest pro indubitato teneri.

Io. Angelus Difanellus.



S V M M A R I V M.

- 1 Doctores legum an ad munus arariatus ab eorum Baronibus cogi possint, & num. 2. & 5.
- 3 Doctoratus an sit dignitas.
- 4 Doctor ignarus an possit privilegium Doctoribus concessis.

ARGUMENTVM.

Agitur, an Doctores legum in Regno ab eorum Baronibus cogi possint ad arariatus munus suscipiendum, vbi decisio Regiæ Camere.

C A P. LXVII.



Doctores legum, contigit aliis apud nos dubitandum in Regno ab eorum Baronibus ad arariatus munus suscipiendum cogi possint.

Et affirmatiue respondendum videtur, si adherendum est sententiæ illorum, qui tenentur, quæ demum Doctoratus gradu decoratos à personalibus muneribus exemptos esse, ac immunes, si Advocati sunt, vel Lectores; ceterum fidei nomine sunt Doctores (prout sunt nonnulli in hac Ciuitate, & Regno) putarunt aliqui, vt à muneribus personalibus, siue ab Vniuersitatibus, siue à Baronibus iniunctis nullatenus eximi possint, sicquæ intelligenda esse iura in l. 3. & in l. Sancimus, C. de advocat. diuers. iudic. & hi sunt Bar. in d. l. 3. Rip. in t. resp. de muner. & honoribus, col. 2. vers. & in eadem persisso, Rolan. à Val. cons. 66. num. 40. & seq. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 379. nu. 12. nec dissentiant Quid. Pap. decis. 88. Petr. Benius de privileg. iurisconsultorum, p. 3. privileg. 96. num. 2. 5. & seq. & alij relati per August. Barbos. in collect. super d. l. Sancimus, nu. 3. & 4.

2 Sed (pace tantorum Iurisconsultorum) contrariam probabiliorem esse sententiã teneo indubitanter, per tex. nimis clarum in l. Medicos, C. de professor. & medic. lib. 10. vbi Imperator Constantinus describendo personas, quæ ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis immunes esse debent, inter alias determinat, vt sint legum Do-

ctores, nulla facta distinctione, an sint Advocati, vel Lectores, an docti, vel ignari, sicquæ non videtur, quò pacto à nobis hæc se facienda distinctio, contra regulam tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem actio. etenim indecorum satis existimandum est, muneribus personalibus, implicatam videri personam, quæ in dignitate constituta est; Doctoratus enim negari non potest, quin sit dignitas, & quod legum Doctores in dignitate sint, vt ex Bar. in l. 1. C. de nou. Cod. rompo. & alijs pluribus de communi probat Vinius commun. opin. lib. 1. opin. 197. n. 1. vnde in honorem huius dignitatis, quam nemo, qui illam assequutus est propter eius imperitiam omni honore, & beneficio indignus esse deberet, pro digno tamen erit habendus, ad finem, vt ab omnibus oneribus liber sit, simulquæ et immunis, argumento eorum, quæ dixit glos. in can. precipimus 2. in t. verb. sacre legum 23. dist. 1. hinc individualiter, vt privilegium Doctoribus concessis gaudeat pariter quilibet Doctor, quamuis ignarus, dixerunt Francisc. de Aret. Ant. de Butr. & Felix. in cap. clerici, extra de iudic. idem Felix. in rubr. de maior. & obed. nu. 4. qui omnes affirmant, dictum Barbat. contrarium tenentis in cons. 57. vol. 4. et alibi falsum esse, idemquæ Petrus de Leuand. in tract. de Doctoribus, in 12. quest. 1. quest. princip. & Vinius alijs omnibus loco cit. opin. 196. num. 3.

5 Et ne meâ hæc sententiã rerum iudicatarum autoritate careat, addo, sic fuisse per Regiam Cameram decisum sub die 23. Nouembris 1641. ad fauorem Doctoris Io. Marci de Rogerio, qui in arariũ Baronaliũ introitum Terræ Castri Abbat. Prouincie Principatus citrà electus fuerat à Magnifico Paulo Galterio, qui Terram prædictam in afflictum tenebat, sicquæ pronisum, non esse, illum molestandum; causæ Commissarius extitit Præsidens Martinus de Burgueda.

S V M M A R I V M.

- 1 Filia femina an insimul cum masculis succedere possint in donatione facta ab auctore patri contemplatione matrimonij, & filijs ex eo nascituris, & num. 3. 4. 5. 6. 7. 21. 22. & 23. vbi decisio S. C.
- 2 Descendentes et uentur vocati in acquisitione secundum statuti, non autem iuris communis dispositionem.

- 3 *Filiorum appellatione an veniant femina, & num. 18.*
- 8 *Filij quomodo succedunt in donatione facta eorum patri contemplatione matrimony, vti filij, vel vti hæredes, & num. 9. 10. 14. 17. 19. & 20.*
- 11 *Pater stipulando simpliciter pro se, & filio, censetur filio vti hæredi stipulari, non autem vti filio.*
- 12 *Donatio facta filijs Titij, cuius contemplatione facta censetur, & num. 13.*
- 15 *Filia femina an simul cum masculis succedant in antephato per eorum matrem lucrato, & num. 16.*
- 20 *Constit. Regni In aliquibus an procedat in contractibus.*
- 24 *Filij in antephato, ceterisq; lucris nuptialibus an succedant vti filij, vel vti hæredes patris in Ciuitate Neap.*

A R G V M E N T V M.

Agitur latè, an in donatione matrimonij contemplatione facta à patre filio, & filijs ex illo nascituris, natis demùm masculis, & feminis, omnes vtriusquè sexus succedere possint, vel tantùm masculi. Item in donatione prædicta filij an succedant vti filij, vel vti hæredes. Resoluitur insuper, an filia femina concurrant cum masculis in antephato lucrato per eorum matrem, attento statuto foeminarum exclusiuo, & an, vt in illo succedi possit, requiratur, vt filij sint patris hæredes, & de alijs ad materiam.



C A P. LXVIII.

- 1 **D**onatio matrimonij contemplatione, si à patre filio, & filijs ab illo nascituris facta reperitur, elegans est indagatio, an filia femina ex filio donatario nata, va à simul cum masculis in præfata donatione succedant? Et affirmatiuè fuit per Sacr. Consil. decisum hodiè 10. Decembris 1632. ad fauorem Ioannæ, & Catharinæ Marifeulæ, contra creditores Alexandri Marifeuli dictarum mulierum fratris, etenim cum Ioannes Vincentius Marifeula matrimonij contemplatione Felici filio, & filijs ex dicto matrimonio nascituris summam ducatorum octo millium donasset, natis demùm Alexandro masculo, ac Ioanna, & Catharina feminis, institerunt hæ in Sacr. Consil. declarari, donationem prædictam æquis portionibus, tam Alexandro masculo, quam ipsis feminis competere, prout fuit declaratum, in nihilo obstante (dicebat Aduocatus, qui victoriam obtinuit, & cui Ego semper multum desideravi,) quòd oppositum firmauerat noster P. Molfes. ad *Consuet. Neap. part. 4. quæst. 33. num. 6. & tom. 2. tit. de personis, in addit. ad quæst. 7. num. 3.* dum asseuerabat, ideo in hac, de qua agimus, donatione feminas non venire, cum vnusquisquè tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus descendentes vocare censetur, & secundùm statuti, non autem iuris communis dispositionem acquirere, vt nimirùm in illis bonis, illi succedant, qui statuti forma seruata succedere possunt, & nõ aliter.
- 3 Respo debatur enim, & primò, donationem prædictam filio, & filijs ex illo nascituris factam, feminas etiam comprehendere aptam fuisse, quia filiorum appellatione femina veniunt, *l. liberorum, ff. de verb. signif. cum mille concord. & in specie in contractibus, quòd appellatione descendentiũ femina comprehendantur, tenuerunt Alex. cons. 160. lib. 2. & Dec. cons. 32. num. 3. & cons. 607. num. 13. & 14. vbi de donatione contemplatione matrimonij loquitur.*
- 4 Dicebatur secundò, hoc in puncto tenuisse Decian. *resp. 7. num. 13. vol. 1.* quem citat, & sequitur Io. Perr. *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gl. 9. part. 1. num. 30. & alios, quos refert, & sequitur Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 21. num. 7.*

5 Tertio coniecturabatur, anum donatam in donatione predicta non aliter filios tantum masculos vocasse, quia si voluisset, dixisset, ad tradita per *Alex. conf. 5. vol. 2. & Cur. sen. conf. 63. ma. 15.* vocavit enim filios nascituros, absq; quod masculinitatis qualitatem adderet, quod proinde feminae includebantur, *Burr. in l. cum ams, vers. quero, ff. de condit. & demonstrat. minus etiam dicebatur, cōtemplasse familiam, cum liberam apparebat fuisse factam donationem, immodē de bonis donatis disponendi filio donatario liberam fuisse traditam potestatem.*

6 Dicebatur vitand, sed perfunctorie, idē sic *offertur P. Molfes.* quia semper fuit illius opinio, quod in donatione contemplatione matrimonij filij nascituri, & demum nati, nisi sint patris donatarij hæredes, succedere nō possint, quod oppositum de iure verius esse fundatur per *Amat. conf. 68. num. 16. & per Mastrilli. decis. 301. part. 4.*

7 Ego, vt in hac re dicam, quid sentio, postquam decisionem predictam sic emanatam audiuissem, cum dura admodum mihi visa esset, volui huius articuli veritatem inuestigare, & tandem dixi, quæstionis resolutionem verē pendere ab alia,

8 de qua in hoc positimo dicto, nimirum, quomodo in præfata donatione filij nascituri, & demum nati succedere possint, nēpe vti hæredes patris donatarij, vel vti filij, quia si vti hæredes, & certum est, feminas non venire, cum in illis qualitas hæreditaria propter masculorum superexistentiam non concurrat, si verō sat est, quod sint filij, nec vt succedere possint alio indigent, & nec etiam eo casu dubitarem, feminas esse cum masculis æquis portionibus admittēdas,

9 filius enim ita est patri suo masculus, sicut & femina, vt certum est, & fuit supra demonstratum, quam quæstionem Ego ipse omnium nouissimè latè pertractavi *lib. 1. cap. 89.* vbi dixi, filios vti filios absq; qualitate hæreditaria tunc demum posse succedere, quando pater donatarius, vel Notarius pro illis expressē vti filijs stipulatus fuerit, & in hoc sensu asseueravi, loquutos fuisse *Dec. citato conf. 607. num. 8. vers. sequitur secundum principale dubium, & Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos 9. part. 1. num. 7.* vel si pactum esset, quod in donatione succederent filij nascituri vti filij, non autem vti hæredes, quod pro cautela tradidit *Molfes. conf. 2. num. 16. & Laratha conf. 9.*

10 *num. 6.* sed verō vbi stipulatio esset concepta pro filijs hæredibus, tunc enim, quia sumus in claris, non possent filij demum

nati absq; qualitate hæreditaria succedere, & idem, quando simpliciter pater donatarius pro filijs stipulatus sit, absq; quod addidisset hæredibus, ita vt versaremur in re dubia, an acquirere intellexerit pro filiis vti filiis, an verō vti hæredibus, est enim ab omnibus recepta, & canonizata *glos. vt diximus d. cap. 89. num. 14. in l. si tibi decem, S. si pactus, in verb. proderit, vers. sed quid si dubitetur, ff. de pact.* quod quando quis ali-

11 quid stipulatur, quod de sui natura potest etiam ad extraneos transire, stipulando pro se, & filio simpliciter, censetur filio vti hæredi stipulari, non autem vti filio, prout in terminis donationis obseruauit *Andr. in cap. 1. S. & si libellum, num. 13. vers. nam in*

12 *dubio, de alienat. feud. pater.* vbi in donatione facta tibi, & filijs, vel liberis tuis, si non apparet, cuius contemplatione, ex personis, & causis dicit, posse indē coniecturam sumi, nam si filii inseruissent donanti, vel illius coniuncti essent, siuē socii, vel amici, & illorum contemplatione facta donatio præsumeretur, si verō hoc, vel eorum aliquid, per quod posset coniectura sumi non appareret, aut dixit donans Scio filio tuo, vel filijs tuis sint nomine proprio filiorum; aut donatio a coniuncto, puta a uo, vel pro uo facta esset, vel si hic esset anniculus, & in his casibus patris contemplatione vti personæ mediz, putauit *Andr.* factam videri donationem, in eaque filios non nisi cum qualitate hæreditaria succedere, idq; eo magis procedere, ex *Affl. docuit Camill.*

13 *de Medic. conf. 142. num. 13.* si donatum esset Titio, & filijs ex eo nascituris, tunc enim, quia nulla coniectura potest in illis considerari, quod donans eorum contemplantet personas, patris contemplatione nominati censentur, istamquē sententiam in individuo donationis contemplatione matrimonij vltra *Bertrand. conf. 73. a num. 6. lib. 2. & conf. 281. num. 2. vol. 3. Fab. de Anna conf. 52. num. 22. Molfes. conf. 2. Medic. d. conf. 142. & Laratha conf. 9.* quos citato *cap. 89. n. 29. et seq.* citauimus, tenuerunt etiam *Marcabr. conf. 111. num. 6. Gerard. Mazol. conf. 1. num. 96.* vbi expressis verbis affirmat, filios in bonis donatis non succedere, nisi sint patris donatarij hæredes, & *Bursat. conf. 31. num. 8. & alij,* quos citat, & sequitur *Molfes. d. conf. 2. n. 14. vbi n. 33.* cum communi omnium Scribentium sententia affirmat, omnem cessare in hac re quæstionem, quoties donans filio donatario de re donata disponendi potestatem dedisset; tunc enim nulli dubium esset, filios nascituros in donatione

- vocatos demum natos, non posse, nisi patris donatarii existant hæredes, donatione præcapere, quod etiam observavit *Laratha cit. conf. 9. nu. 69. vers. ad quartam, & ultimã.*
- 14 Et quamvis non desint *Doctores*, qui contra hanc sententiam ratione, & auctoritate roboratam tenuerunt, satis credo citato *cap. 89.* fuisse illis responsum, nam vel loquuntur contra notissimos iuris terminos, vel in illis casibus, in quibus filii nascituri vti filii in donatione vocati sũt; & sic liquido constat, fœminas in questione proposita ita demum ad virilem vna cum masculis admittendas fore, cum pater donatarius pro filiis nascituris vti filiis stipulatus fuerit, vel pro eis Notarius, qui tamen expresse de contrahentium voluntate, & mandato pro filiis similiter vti filiis stipulari debet, quia aliàs, dicit *Molse. eod. conf. 2. n. 42.* eius stipulatio regularetur, prout illa patris donatarii, cũ quo simul stipulatus fuit, id, quod etiam à *Doctoribus* tentum competimus in antephatò, & aliis lucris nuptialibus, in quibus cum vigore *tex. in auth. hæres, C. de secund. nupt. succedant filii*, licet non sint patris hæredes, & sic vti filii, non autem vti hæredes, certè in illorum successione, ex quo qualitas non requiritur hæreditaria, ita succedit masculus, sicut & fœmina, statuto fœminarum exclusio non obstante, est sollemne *Decia. responsum 396. visis his*, per totum, *lib. 2. & in terminis Constit. Regni nostri In aliquibus* observavit *Petr. Mangrel. in addit. ad Bart. in l. generalitèr, §. in ijs autem, C. de secund. nupt. ibi, super quæ cogita, quia filia exclusa à successione vigore Constit. Regni non excluditur à talibus lucris, &c. & in adnotatio. ad tex. in d. auth. hæres, ibi, statutum excludens fœminas non intelligitur in his bonis, &c. & latius Niger in Cap. Reg. Mulier dotarium, n. 92.* qui in hac re videatur, & *Dom. Reg. de Pont. conf. 120. per totum, lib. 2.*
- 16 Quorum tamèn sententiæ Sacrum Consilium Regni huius non adhæsit, dum in antephatò ducatorum quatuor millium lucrato per Iustinianam Milone ob mortem Ioannis Baptistæ de Sadeolis eius viri, in quo fuit speciali pacto in capitulis matrimonialibus conventum, vt filii, vti filii, non autem vti hæredes succedere deberent, noluit filias fœminas ad virilem admittere, sed tantum condemnauit fratrem ad pingue paragium persoluendum, idq; sub diebus 19. Nouembris 1618. & 10. Aprilis 1619. referente Domino Consiliario Rouito, processus est, quem vidi in Banca de Figliola, de qua quidè determinatione me-
- minit *Capuo, ad Consuet. Neap. Si moriatur, per. 2. §. 5. num. 36. titulus processus* Alouis de Sadeolis, cum Fororibus.
- 17 Vbi autem stipulatio esset facta pro filiis hæredibus, vel esse in dubio, an pro filiis hæredibus, vel pro filiis vti filiis, & in illis casibus fœminæ cum propter masculorum superexistentiam patris donatarii hæredes esse non possint, dicendum est, in donatione, de qua agimus eas succedere non posse.
- 18 In nihilo obstantibus ex aduerso allegatis, & primò ad illud, quod dicebatur, filiorum, siue descendantium appellatione fœminas venire, etiam in contrariis, procedit enim regula hæc in bonorum acquisitione, vbi masculi non superessent; etenim si mihi, & filiis, siue descendentibus meis fuerit aliquid concessum, donatum, me demum defuncto cum filiabus fœminis tantum, illæ certè succedent, quia masculi non supersunt, & in hoc sensu loquutus est *Alex. allegato conf. 160. lib. 2. & Dec. in terminis donationis contemplatione matrimonij in d. conf. 607. à num. 8. vers. sequitur secundum principale dubium, vbi num. 13. & 14. concludit*, in donatione contemplatione matrimonij facta à Marcello Iulio fratri, eiusque filiis descendentibus, filias ex eodem Iulio donatario natas succedere posse, bene consuluit, quia etsi ex eodè matrimonio natus erat masculus, Camillus nomine, tamèn in vita eiusdem Iulii patris mortuus in pupillari ætate reperiebatur, & sic solæ fœminæ supererant, in tantum, quòd possumus asserere, implicite in casu suo præsupponere *Dec.* quòd si filius masculus superesset, fœminæ non successissent, nam si masculo non existente dubitauit, an fœminæ succedere potuissent, quid dixisset, si masculus superesset?
- 19 Ad secundum, quod dicebatur de auctoritate *Io. Petr. Fontanel. dico*, nullibi in eo legi, in donatione contemplatione matrimonij facta à patre filio, et filijs ex eo nascituris, donatio demum defuncto, eius filios tam masculos, quam fœminas æquis portionibus concurrere, probat enim ex *Deaian. resp. 7. num. 13. vol. 1. donationem*, factam Titio, et eius descendentibus esse aptam, tam masculos, quam fœminas comprehendere, verum in eo casu masculos tantum censerì vocatos, ex quo pro causa finali fuerat in illa adiectum, quòd volebat donans, per eos conseruari nomen, et arma, quæ per fœminas non conseruatur; arguere modò, ergò vbi donans non dixe-

rit, donationem ad posteros deuenire, ac hoc vt per illos nomen, et arma conseruentur, fœminas censerî vocatas, nego cōsequentiam, non enim hoc dixit *Fontanel.* nec eius dictum cum sit simplicis Doctoris à contrario sensu sumi potest, vt per *Alex. in l. 1. num. 28. in fine. ff. de legat. 1. Ca. ber. decis. 58. num. 30.* quos ipse retuli eod. cap. 89. num. 31.

20 Minus etiam id firmiterunt *Doctores*, quos citat, et sequitur *Card. Mant.* allegato lib. 13. tit. 21. nu. 7. quæstio enim, quæ per *Mant.* proponitur, est, an donatio facta filiis *Titij*, filios tam masculos, quam fœminas cōprehendat, et affirmatiuè respondet per rationes ab illo ponderatas, quæ mihi non displicent; diuersū enim est, vbi donatio facta proponeretur *Titio*, et filiis suis, prout patet in quæstione præcedenti per eundem *Mant.* facta nu. 6. dum dixit, quod quando donatio facta sit alicui, et eius filijs, ac descendentiis, si ipsius patris contēplatione facta dicetur, posse illum de bonis donatis disponere, ex quo ei liberè acquiritur censetur, allegat *Menoch. conf. 286. nu. 15. & 16.* quamuis in *suo* subdat, esse diligentèr perpendendum, quibus verbis concepta sit donatio, id, quod similiter nos superius ex *Andr.* firmauimus; et in terminis quæstionis, an in donatione matrimonii contēplatione succedant filii vti filii, vel vti hæredes, satis notantèr obseruauit *Laraba* cit. conf. 9. num. 20. dum ex *Bald. in Amb. si quas ruinas, C. de Sacros. Eccles.* et in d. l. si tibi decem, S. si pactus, num. 3. ff. de pact. dicit, filios tanquam filios tunc demum posse venire, quando relictum, siuè datum non incipit à persona patris; sed quando ab illius persona incipit, tunc filij non veniunt, nisi sint patris hæredes. Et hoc etiam modo responderetur illis, qui asserunt, *Constitutionem* nostram in aliquibus procedere tantum in vltimis voluntariis, & ab intestato, non autem in cōtractibus; hæc enim conclusio vera est, vbi aliquid donatur, vel conceditur filiis *Titij*, vt tunc fœmina per masculos non excludatur, secus autem vbi donatio, siuè concessio fieret *Titio*, & filiis suis; tunc enim mortuo *Titio* donatario, est recurrendum ad modum donationis, quibus nimirum verbis fuerit concepta, vt si fuerit stipulatum pro filiis vti filiis, vel expressè in contractu conuentum, quod succedere habeant vti filii, non autem vti hæredes, & eo casu *Constitutio* prædicta, siuè quoduis statutum fœminarum exclusiuum non procedet, sed in re, vel quantitate

donata concurreret ita masculus, sicut & fœmina, secus verò vbi stipulatio concepta apparebit pro filiis vti hæredibus, vel simpliciter pro filiis, absq; nomine hæredum; eo enim casu mortuo patre donatario, bene statutum subintrat, ac si in cæteris bonis per patrem quæsitus succederetur, vt ex *Andr.* & alii fuit supra demonstratum.

21 Ad tertium, quod si auus donans voluisset, vt masculi tantum succederent, dixisset, retorquetur, immò si voluisset, vt fœminæ admitterentur, sic disposuisset, nam cum in dubio, tam in cōtractibus, quam in vltimis voluntatibus videatur se legi municipali conformare, per quam fœminæ excluduntur, dum donabat, poterat cogitare, vel saltem dubitare, quod in ea donatione filia nascituræ propter masculorum superexistentiam concurrere non potuissent, ac proinde si eiusdem donantis voluntas extitisset pro fœminarum admissione, dixisset, non dixit, ergò.

22 Insuper quoad coniecturam contēplationis familiæ, dum dicebatur, idè filias in donatione, super qua fuit emanata decisio prædicta succedere debere, quia familiæ conseruationem, quæ sit per masculos non contēplauit auus donans, dum filio donatario liberam tradiderat de summa donata disponendi facultatè; Respondetur, hoc factum solum sat fuisse ad determinandum, in donatione prædicta fœminas succedere non potuisse; quoties enim sic disponit donans, cessat omnis dubietas, an in donatione contēplatione matrimonii filii succedant vti filii, vel vti hæredes, cum nullus hucusq; negare ausus fuerit, quod eo casu succedant vti hæredes, & sic cum qualitate hæreditaria, cuius fœminæ masculis extantibus prorsus carent, vt superius fuit demonstratum.

23 Quare in proposita principali quæstione concludendum est omnino, in donatione matrimonii contēplatione facta filio, & filiis ex eo nascituris, masculis, & fœminis demum natis, fœminas nõ aliter in portione, sed in paragio dumtaxat, nimirum vsq; ad quantitatem legitime posse succedere, & ita post hæc scripta fuit per *S. C.* decisum in causa *Domine Diane Gallucio*, cum *Domino Casare* eius fratre, qui prætendebat etiam à paragio eam excludere, quam decisionem nonissimè refert *Dom. Reg. & Marchio Capyc. Latio decis. 38. à num. 48. ad finem.*

24 Vltimò est hic aduertendum ad illud, quod superius annuimus, filios in ante-

phato,

phato, cæterisq; lucris nuptialibus vti filios, non autem vti patris hæredes succedere, iuxta *tex. in d. auth. hæ res*, & obseruauit noster *Affl. decis. 37. & 314. vbi Vrsil. & Nigger in d. cap. Mulier dotarium, num. 44. & 92.* procedere de iure cõmuni, quod per Regni legem correctum non habemus, secus de iure consuetudinario huius Ciuitatis in scriptis redactõ, in quo filii succedunt vti patris hæredes, non autem vti filii, ut constat ex pluribus decisionibus relatis per *Pisanel. & Vrsil. in addit. ad allegatam Affl. decis. 314. D. de Franch. dec. 106. & 621. Fab. de Anna cons. 74. Adentes ad Capyc. dec. 65. Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. in tit. de success. mulier. num. 25. Molfes. par. 7. de iure quarta, quæst. 2. à num. 7. & nouissime scriptis Io. Dom. Tassonus ad pragm. de antepbato, vers. 4. obser. 4. num. 62. fol. 310.*

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio facta à patre filio ad finem euitandi retractum, an valida sit, & num. 2. 7. & 9.
- 3 Donatio ex quibus simulata præsumenda sit, & num. 4. & 5.
- 6 Pater an, & quando dicatur legitimus administrator bonorum, quæ filio donauit, vel aliorum, in quibus vsufructum non habet, & num. 7. 10. 12. & 15.
- 8 Pater an habeat vsufructum super bonis per ipsum filio donatis.
- 11 Pater quid habeat in bonis feudalibus filij, & num. 13.
- 14 Pater legitimus administrator bonorũ filij an de administratis rationem reddere teneatur.
- 16 Pater pro filio feudatario infante an possit comparere vti pater, vel potius vti curator.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & quando donatio simulata præsumatur. Pater an sit legitimus administrator bonorum filii, in quibus vsufructum nõ habet, singularitèr explicatur. Pater an aliquod ius habeat super bonis feudalibus filii, & an pro filio feudatario infante possit comparere vti pater,

vel potius vti curator; & de aliis notabilibus, vbi singularis obseruatio Dom. Ioannis Angeli Pisanelli.

C A P V T LXIX.



Donatio à patre filio facta de re nouitèr acquisita, ad finem euitandi retractum vicino competentem, quem nos ius cõgrui appellamus, dubitatur, an valida sit cenienda, ad hoc vt demum possit filius donatarius patrem donantem cogere ad rem donatam ipsi relaxandum.

Contigit aliàs in Sacro Consilio de hoc dubitari in causa Gratia Apicellæ cum Dominico eius patre, qui cum sub die 14. mensis Augusti 1631. domum emisset in hac Ciuitate sitam, sub die 16. proxima sequenti illam dictæ Gratia, & Constantia filiabus adhuc infantibus, vt vicinorum retractum euitaret, donauit, (quod in hac Ciuitate permiffum esse, iuxta nostratam cautelam, hodiè cmo, cras dono, docent *Napod. in Consuet. Si quis emit, in verb. possidet, sub tit. de iur. congr. Affl. decis. 338. in fine, Vrsil. ibidem in addit. nu. 4. & alij*) & cum post annos sex dicta Gratia donataria cum dote ducatorum sexmilliũ Doctori Costantino de Vino nupsisset, maritalibus suasionibus inducta patrem donantem ad medietatem donatæ domus relaxandum in ius vocauit, contradicebat pater cõuentus; vnde quid iuris dubitabatur.

2 Respondi, partes nostri supremi iustitiæ Senatus esse, Dominicum ab imperitis per filiam absoluerè, sicquè dicebam de præfata donatione vti simulata nullam haberi posse rationem; aderant namquè in medio omnes coniecturæ, quæ à Doctoribus cõsiderantur ad talem simulationem probandam, quibus quidè coniecturis standum esse, ex *Castreus, & Sacin. tradit ex recentioribus Stephan. Gratian. discopt. forens. tom. 3. cap. 479. num. 59. subdens num. seq. sat esse in hac simulationis materia adhuc si leues afferrentur coniecturæ.*

3 Et prima se offerebat causa, quæ mox donantem ad donandum, nimirum ut à iure retractus vicinis competente emptam domum defenderet, non quod uerè donare uoluisset, unde hæc intentio bonorum de-

fensio-

Famtionis sufficiens dicitur causa ad simulationem detegendam, probant conclusionem hanc Socin. sen. conf. 264. num. 2. vol. 2. Gratian. post Aret. & Becc. quos allegat, discept. forens. tom. 3. cap. 479. num. 75. Mascart. de probat. lib. 1. concl. 558. num. 11. & concl. seq. num. 29.

4 Secunda deducebatur simulationis coniectura, dum facta erat donatio coniunctis personis, & sic propriis filiabus, adhuc infantibus, nullis expositibus meritis, l. data, C. de donatio. l. penult. C. de bon. qua liber. Bart. in l. post contractum num. 3. ff. de donat. Bal. conf. 70. in princ. lib. 1. Socin. cit. conf. 264. Affl. decis. 370. nu. 14. ubi Ursil. in terminis, de quibus agit num. 7. Franc. Beccius conf. 52 num. 55 Mart. vot. 39. num. 15. Barz. decis. 83. num. 13. Cassil. decis. 72. nu. 20. Reg. Rouit. decis. 3. num. 9. & alij penes Gratian. loco cit. num. 67. & Mascart. d. concl. 559. num. 17.

5 Tertia, & uehemens considerabatur simulatio, cum post peractam donationem remanserit pater donans in possessione domus donatae, illam uti propriam locans, pensiones annuas percipiens, ad fauorem Constantini de Vitis astrictis usri hypothecae submitrens, ac demum pro dotibus literis filiae in dote assignans, quo casu omnes conueniunt, donationem presumi simulatam, ex l. scilicet superuacuum, ff. quib. mod. sign. vel hypoth. sol. iudq; Bart. num. 5. & in d. l. post contractum, num. 4. Bald. cit. conf. 70. num. 4. Raphael Cuman. cons. 155. Dec. conf. 187. in tra. num. 18. vers. secundum efficac, & conf. 648. ante num. 4. vers. non obstat, quod venditor, Ballem. decis. 715. ubi tamen dicit, non per hoc solum, quod donator post factam donationem rei donatae possessioni insitit, potest dici, donationem in fraudem factam fuisse, nisi aliqua alia fraudis indicia appareant, Mascart. loco cit. num. 3. 4. 5. 6. & 17. Giurb. decis. 22. num. 11. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 36. num. 9. Marant. disput. 9. num. 25. Peguer. decis. 50. num. 4. Valasc. decis. 71. num. 7. Borrel. cons. 35. num. 29. Auel. Amat. conf. 93. Rouit. decis. 3. num. 11. Gratia. loco cit. num. 63. Theodor. alleg. 78 nu. 6. D. Reg. Capyc. Latro decis. 46. num. 5. & 7. & alij per me relati lib. 1. cap. 47. num. 14. qui fere omnes loquuntur, etiam in donationis contractu appositum esset constitutum, & precarium, & Notarius pro filijs donatariis stipulatus esset, ut adhuc simulationis, & fraudis vigeat presumptio, alioquin facile esset legem circumuenire donando, & retinendo.

6 Nec huic incontrouersae conclusioni in

aliquo obstare, dicebam actum, qui praesupponebatur per patrem donantem post celebratam donationem gestus, nimirum capturae possessionis dictae domus, nomine, & pro parte filiarum, sicque per hoc non aliter dici potuisse, remansisse illum in possessione rei donatae; sed uti patrem, & legitimum administratorem bonorum filiarum possedisse, in hunc modum causam possessionis mutando; nam respondi, actum hunc quartam simulationis coniecturam importare, ut ex Bal. in l. 1. vers. ex hoc patet, C. de donatio. ante nups. & in l. 1. vers. sed quae est ratio, C. de suffrag. Ang. in d. S. superuacuum, vers. fallit, quando talia, & aliis in terminis terminantibus, imo fortioribus docet Prosp. Rondel. in comment. ad Const. Saucimus, s. causa verò dotis, n. 49. de iure prothom. quo loci simulatam ostendit donationem de aliquo fundo nouiter acquisito à patre filiae factam in causam futurae dotis, sic simulationis, ut reuocatum retractum euitaret, & per consequens esse locum in hoc casu retractui; quamuis protestatio accedat à modo administratoris nomine possidere, mutata sibi possessionis causa; quicquid hac in re dubitet Camil. Salern. ad Napod. in d. Consuet. Si quis emit, in addit. quae incipit quid autem, si pater, ubi videtur pro filia tenere; sed ex ratione, quam assignat, eo fortius casus propositus indubitatus reddebatur, dum dicit, non esse locum iuri reuocatus, si pater rem emptam filiae in causam futurae dotis donauerit, quamuis in rei donatae possessionem remanserit, si tamen protestatur, quod tanquam pater, & non ut Dominus administrat, ne filia ipsa donataria alias indotata remaneret, quia pater amplius non donaret, & pecuniam consumeret, haec ratio cessabat prorsus in casu, de quo agebatur, dum pater, qui duabus filiabus donationem fecerat domus emptae ducatis quatuor mille, & quingentum, collocauit demum filiam donatariam, quae in hoc iudicio erat aetrix cum dote, ut supra annuimus ducatorum sexmillium, sicque maioris importantiae exitit dotatio, quam prior simulata donatio, istamque quam tuemur sententiam pariter amplexus fuit, & in puncto Auel. Amat. conf. 48. cum seq. qui omnino videatur.

8 Secundo, obiectioni factae respondi, nullo pacto affirmari posse, patrem donantem ex actu captae possessionis filiarum nomine, non uti donantem; sed uti patrem, et legitimum administratorem possedisse; etenim dicebam, super re à patre filio donata

sicut pater ipse usufructum habere non potest, *glos. magna in l. frater à fratre, & ibi Bar. num. 16. & las. num. 44. ff. de condit. indeb. D. Præs. de Franch. decis. 4. n. 17. & alij*, ita nec potest esse legitimus administrator, *Io. Vinc. de Anna alleg. 73. à num. 3. ad 8. D. Reg. Romit. omninò videndus decis. 3. num. 13. & seq. D. Reg. Capyc. Latro cit. decis. 46. num. 7. id, quod generale est, & in omnibus casibus, in quibus patri non queritur usufructus, legitimus administrator esse non possit, glos. communiter recepta in *Authen. excipitur, C. de bonis, qua liber. las. in l. si infanti, C. de iur. delib. Camil. de Modic. cons. 98. nu. 51. & 53. & hoc etiam si filius esset minor, cum eo casu sit illi dandus curator, glos. in l. si longius, S. 1. in verb. dignitatem, circa finem, vers. item si est minor, & ibi Aug. num. 7. ff. de iudic. Bal. cons. 408. lib. 3. Card. Tusch. pract. concl. lit. P. concl. 125. num. 1. & 2. vnde cum donans in casu proposito donatam domum possidere non potuerit uti pater, & legitimus filiorum administrator, consequens erat dicere, ut tanquam Dominus possederit, sicque fiebat locus conclusioni firmate, que concurrentibus alijs iudicijs contradictorem non habet, nimirum, ut quoties donans in possessione rei donatae permanet, donatio pro simulata, & fraudulenta habenda sit, quam quidem simulationem, & contractus nullitatem potuisse per patrem conuenitum excipiunt allegari, ex recentioribus dixerunt *Tiraquel. antiquis relatis de retract. lignag. S. 1. glos. 18. num. 24. Honded. cons. 46. num. 31. & seq. Magon. decis. Lucens. 25. num. 35. Mut. decis. 73. num. 26. & seq. Iacob. Gallus cons. 126. num. 14. Mangil. de euiction. q. 1. 10. nu. 3. & alij, vnde, &c.***

10 Post hæc scripta, circa conclusionem paulò antè firmatam, nimirum, ut pater cæteri non possit legitimus administrator in casibus, in quibus super bonis filij usufructus ei non queritur, obseruauit *D. Io. Angelum Pisanellum* Iuriconsultum præclarissimum, & in hoc Regno primæ classis, in patre filij feudatarij infantis aliter firmasse, ut tam in feudo, in quo, certum est, quòd non habet usufructum, quam in cæteris bonis, in quibus ei usufructus non queritur legitimus censendus sit administrator, & quòd ita practitari fecit pro Domino Antonio Cantelmo Auo paterno Domini Francisci Antonij, ut vidi in eius obseru. 26. propria sua manu scripta, hic

11 imprimenda; quamuis pariter ibi asserat, habere patrem commoditatem fructuum ex feudo prouenientium, prout & alij hoc

etiam tenuerunt, tam ex nostris, quam alienigenis, quos citat *D. Præs. de Franch. dec. 10. num. 9. verum, credo, quòd hæc opinio respectu communis iuris fructuum (que quid importat explicant *Paul. Castrens. cõs. 455. lib. 2. Borgain. Causale. de usufr. mul. rel. num. 182. & Franc. Milan. decis. 3. num. 74. lib. 2.)* subitineri non potest, si bene ponderatur, que nouissime scripserunt *Reg. de Pont. & Consiliar. de Georg. ille in lect. 7. à num. 56. ad finem, in tit. de bis, qui feud. dar. poss. ille in repet. feud. al. cap. 40. à nu. 25. vers. qui sunt, qui tenent, vsque ad finem, quorum dictis proclus confutatur opinio *Aug. Aret. in S. igitur, nu. 6. vers. sed tu aduerte. l. tit. per quas perso. nob. acquiritur, quam falsam existimauerunt *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. nu. 32. Cald. de restit. in integr. in verb. las. nu. 145. & alij plures relati à *C. tit. de usufr. cap. 3. num. 58. Mastri. decis. 82. num. 5. & Pascal. de iuribus patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 9. voluit enim *Aret. licet sub dubio, patrem in casibus, in quibus super bonis filij usufructus ei non queritur, commoditatem habere, etenim nulla lege hoc cautum esse compertimus, nec modo aliquo iura, que allegat in l. plenum, S. equitij, vers. quanquam, et in l. filios familias, ff. de usu, & habitat. hoc probare defendi potest, vnde merito de hæc opinione dubitauit *D. de Franch. dec. 161. n. 8.*******

12 Quibus sic stantibus pro maiori declaratione eorum, que diximus respectu legitime paterne administrationis filij infantis, vel etiam minoris, tam super bonis feudilibus, quam cæteris aduertijs, in quibus patri usufructus non queritur, dicito semper, patrem super bonis filij minoris, in quibus ex hominis dispositione usufructus ei non queritur pro legitimo administratore haberi non posse, nam dum quis legando, vel donando tibi bona sua prohibet, ne super illis patri suo usufructus queratur, videtur certè testator, vel donator de illo diffidere, & consequenter ad legitimam eorundem bonorum administrationem admitti non potest, sed dandus erit curator, ceterum si lex est illa, que prohibet, ne pater super bonis filij usufructum habeat, ista legalis prohibitio non est tantæ importantiæ, sicut illa hominis, ut patrem à legitima administratione bonorum filij minoris repellat, sicque bene erit illud legitimus administrator; vnde cum ex comuni Feudistarum sententia sine contradicto

13 lex prohibeat, ne pater super bonis feudilibus filij eidem à matre, vel alijs obuentis usufructum habeat; item cum lex ve-

tor, nē pater usufructum consequatur super portione, ad quam fuit admittus eius filius, quando institui successerunt in bonis alterius filii premortui, *Authen. item hereditas, C. de bonis, que lib.* item cum lex pariter prohibeat, nē pater super bonis, que filio verē, & realiter omni fraude, & simulatione cessante donavit, usufructum retineat, ut probet *gl. in præc. citata in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. Anna in d. alleg. 73. nu. 3. Præf. de Franch. d. decis. 4. num. 17.* hanc dico legalem prohibitionem non importare, ut quia pater super bonis filii minoris usufructum non habet, teneat pariter ab illius legitima administratione repellendus, ita laus discreta ex *l. frater, docet Ass. in Const. Minoribus, in iur. quem sequitur Reg. do Pont. conf. 19. num. 2. & conf. 31. nu. 3. & in lib. 1. idemque ex alienigenis sentierunt Cornet. in l. cum non solimus, si in autem in secunda, num. 3. C. de bon. que liber. Cognol. in d. frater à fratre, num. 161. ff. de condit. indeb. Cald. Pereir. ad l. si cum abobis, in verb. l. ass. nu. 247. C. de in iureg. test. & alii penes Castil. de usufr. in supra cit. cap. 3. d. num. 59. ut quē; & super totum 64. est aptem D. Pisanelli observatio superius relata hanc, que sequitur.*

Iesus, Maria.

Mortuo primogenito relicto filio feudatario, sicut hereditatem, quid habere debuisset auct. paternus, nam ratione patrie potestatis de iure dicitur auct. legitimus administrator, ita quod non teneatur reddere rationem, seu computum suæ administrationis, casus est in *l. cum oportet, §. cum autē, C. de bonis, que liber.* & propterea non teneatur confiscare inventarium, ut in particulari determinat *Alber. in l. C. de bon. mater. in vers. sed nunquid pater, &* licet in bonis feudatilibus pater, seu auct. non habeat usufructum, ut voluit *Andr. in cap. 1. qui feud. pater poss. &* in *Const. Regni minoribus, &* *Bald. in cap. 2. de duobus fratribus de novo beneficio inveni. Scilicet in l. si vxor, C. de condit. insert. tamen iure patrie potestatis. patri queritur commoditas, secundum *Bald. in d. cum oportet, in prima col. in vers. quando est de feudo, dicens quod que non possunt acquiri plene, acquiruntur quoad commoditatem; pro quo facit *gl. notabilis in auth. idem est, C. de bon. que liber. que voluit quod in casibus in quibus patri non queritur usufructus, acquiritur commoditas fructuum, &* istud tenent in terminis tenet *Alex. in xpo. sil. ad Bald. in d. si vxor, in fin. de cond. insert. &* quia**

habet commoditatem fructuum, de iure dicitur legitimus administrator, ut in terminis firmat *Bald. in l. C. de bonis mater. in vers. quando, si filio, dicens, quod pater dicitur legitimus administrator, non solum, quia habet usufructum, sed quia habet solam commoditatem, quod dicit, esse notabile, nec in alienatione requisitus decretum Curia, tum quia in casibus, in quibus pater, qui est legitimus administrator filii potest alienare sine decreto, ut voluit *Bald. in l. præf. C. de transact. quem sequuntur ibi Papien. cum etiam, quia in dubio nunc occurrenti de faciendo retrovenditionem per auct. sit concurrente voluntate, &* promissione filii premortui, quo casu non requiritur decretum, ut est casus in *l. C. quando de re. non est, &* tenet *Arzo in sum. C. de lionia, que liber. quem refert, &* sequitur *Bald. in l. I. ff. de rebus cor. &* in *l. 2. C. de prædij. minor. facit etiam in h. magis puto, §. si pater, ff. eod. tit. &* in præc. cit. faci pro *Domino Antonio Cantelmo, Magnifico Francisci Antonii Cantelmi, mortuo Domino Honofrio primogenito, dum tractaretur de retrovenditione facienda feudi empti per Honofrium, cum pacto de retrovendendo.**

Et quia tractabatur de iure feudali videlicet rationem, si commater potuerit pater pro filio infante agere in materia feudali tanquam curator, vel tanquam pater, dixi quod poterat tanquam pater, sed est in *l. patri, ff. de minor. adducebam *gl. in l. tutor, in verb. infans, in l. C. de adm. d. tutor. pater, specul. super pater, §. 10. Andr. in tit. de procurat. §. conjuncta persona, vers. item que his, &* pro illa dicitur *Gregabam Bald. &* *Arg. in l. sed et, ff. de procur. &* postea per *DD. in l. exigendi, C. eod. tit. dicebant etiam, quod hoc conceditur dicitur per personam coniunctam, si illa persona non habeat tutorem, vel curatorem, ut in prædictis iuribus; &* per *Bald. in l. Senatus, C. qui auct. non poss. per illum tex. &* sic multo fortius est hoc concedendum patri, ex quo de patre est *tex. clarus in d. l. patri, &* ex hoc inferebam, quod pater licet in feudis non habeat usufructum, ut supra allegavi, &* consequenter ipse sit legitimus administrator, quia dicitur legitimus administrator, quando habet usufructum, ut per *gl. &* *Doctores in Auth. extipitur, C. de bonis, que liber. non omitto doctrinam Bar. in l. si infanti, col. 3. quam Alex. post alios sequitur in 6. notab. C. de iur. delib. ubi voluit per illum *tex. quod pater pro filio infante dicitur esse legitimus administrator, etiam in bonis, in quibus**

non acquiritur usufructus, & per consequens in isto dubio pater non modò potest comparere vt persona coniuncta, vt supra dixi, verùm etiam pro filio infante potest agere tanquàm legitimus administrator, etiam in feudalibus, in quibus patri nò acquiritur usufructus, & per consequens non video necessarium discutere, an vt curator, & ita pertransio in hac difficultate.

Io. Angelus Pisanellus.

S P M M A R I U M

- 1 Donatio nulla est, qua à patre filio in potestate fit, nisi fuerit iuramento roborata.
- 2 Pater an possit rem donatam filio absenti, Notario pro illo stipulante, ante acceptationem, reuocare, & in alium transferre, & num. 3. 4. 10. 11. & 13.
- 3 Donatio dicitur reuocata, quoties donans post donationem rem donatam in alià translatit.
- 4 Notario pro absente stipulante insillirreuocabile acquiritur.
- 5 Iuramentum supplet defectum absentie.
- 6 Dominium transfertur in donatarium ex donatione ei facta, retento usufructu.
- 7 Dominium transfertur ex clausula constituti.
- 8 Donatarij acceptatio an requiratur, ad finem vt donatio irrevocabilis reddatur.

A R G V M E N T V M

Agitur, an pater post donationem factam filio absenti, sed Notario pro illo acceptante, & stipulante, cum retentione usufructus, ac iurata promissione de non reuocando, constituto, & precario, possit rem donatam in alium transferre, antequàm filij donatarij sequatur acceptatio. Stipulatio Notarii pro absente, an illi ius acquirat antè ratificationem. Retentio usufructus in donatione an importet translationem domini proprietatis in donatariu.

Clausula constituti, & precarii apposita in cōtractu donationis absenti factæ an impediatur translatione, cum donator rem vni donatam in aliu transferre vellet.

C A P. LXX.



Donatio à patre filio in potestate existenti facta, quòd nulla sit de iure, est *tex. satis* iuligabus in l. donationes, quas parentes, ff. de donatio. inter vir. & uxor. est tamèn,

certum, quòd si iuramento roborata extiterit, omnes affirmant, ex iuramenti virtute illam validam reddi, sic innumeris congestis probantur, *Clav. in S. donatio, quab. 8. num. 8. ibique Adentes, & Rota dec. 11 84. num. 7. pœnis Seraphin.*

Hoc præsupposito quæro, si pater filio suo in potestate constituto, sed absenti, Notario tamèn pro illo stipulante, rem aliquã, usufructu retento donauerit, cum iurata, promissione de non reuocando, constituto, & precario in amplissima forma, num si res illa, priusquàm donatarij acceptatio accederet, fuerit ab eodem patre donante in alium lucratio, siuè oneroso titulo distracta, & tradita, possit filius donatarius patre mortuo rem illam sibi donatam, & à tertio possessam condicere, vel potius in hoc casu dicendum erit, esse locum vulgare dispositioni *tex. in l. quoties, c. de reuindicatio.*

Didacus Couar. de his agens in Rubr. de testamentis, par. 3. à num. 13. vers. est enim necessaria, ad finem numeri uidetur in ea reside opinione (sed non degustato articulo) id primo donatario non licere, dùm reiecta *Paul. Castrens. sententia in cons. 195. lib. 2.* existimauit, posse donatarium ex vi stipulationis Notarii, mortuo donante, donationem acceptare, sicquè ab herede donatoris rem donatam consequi, nec aliter ob acceptationem in uita donantis non factam censeri illius heredi ius quæsitum, excepto (& hic uidetur, quòd sit casus noster) nisi res donata ex titulo speciali esset in alterum translata, ut in singularem successorem, quo casu, dicitur esse illi quæsitum, & per consequens in eiusdem præiudicium acceptationem fieri non posse, al-

legat

legat. tex. in d. l. *quodis*, C. de reuindicat. & Dec. in conf. 226. quod in nouis est 225. *Mazister Ioannes*, lib. 1. & de *Didaco* in hoc loco meminit *Ros. decis.* 472. num. 6. ponens *Scraphin*. & 687. inter nouissimas diuers. par. 1. eiusdemque opinionis esse uidentur *Tiraquel. de iure constit.* in 30. limit. nu. 51. D. de *Franch. decis.* 339. num. 3. vers. *quia quando esset. ius*, & *Francisc. de Amic. de feud. fol.* 73. num. 3.

4 Ceterum in casu proposito, illius facti qualitate attenda, contrariam amplius sui sententiam, nimirum licere filio donatario rem sibi a patre donatam a possessoris manibus condicere, nec aliter potuisse patrem donantem rem illam, ut supra donatam in alterum quouis titulo transferre,
5 sic factam donationem reuocando (reuocata enim dicitur donatio, quoties donans de bonis donatis inter uiuos, vel in uictima voluntate disponeret, rox *Oldrad. de iur. ad. & alijs probat. Cancr. variar. resolut. part. 1. cap. 3. nu. 41.* *Si* quod libenter erit ab omnibus concedendam, si ex infra dicendis probabitur, dominium rei donatae instanti donationis factae, forte in filium, quamuis absentem translatum, etenim ex dictis per DD. tam antiquos, quam recentiores amenio, uerissimam, & in controuersibilem esse hodie conclusionem istam, que se habet, ex stipulatione Notarij pro absente ius irreuocabile eidem absenti acquiri, absque ulla cessione, etiam ante acceptationem, seu ratificationem contractus iniiti, nec ad actum ualidandum acceptatione opus esse, cum sat sit Notarij acceptatio pro absente, si est facta in terminis pure donationis absenti factae, Notario pro illo stipulante, omissis antiquioribus scripserunt infra scriptos, post innumeros, quos citant, de receptissima sententia, & communi practica totius Mundi attestantes, uide licet *Corn. conf.* 50. vol. 11. *Craner. conf.* 252. *Fab. Turrest. conf.* 60. lib. 2. *Roland. a Valle conf.* 19. n. 1. lib. 1. *Reg. de Ponte conf.* 120. lib. 2. *Bertranz. tract. de claus. instrum. claus.* 18. glos. 5. *Guid. Papa decis.* 49. *Cucheran. decis.* 33. *De Franchi. decis.* 335. *Canalcan. decis.* 42. a nu. 23. lib. 1. *Magon. decis.* *Florent.* 57. nu. 1. *Cesar Barz. decis.* 26. num. 10. *Theaur. decis.* 70. post num. 8. & ibi *Filius* addens, *Surd. decis.* 206. & alibi, *Stephan. Grand. decis.* *Marchia* 39. n. 9. & his addo nouissime *Iacob. Cancr. variar. resolut. par. 1. cap. 8. num. 43.* & seq. *Mancie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 7. num. 12.* & *Philipp. Paschal. de uiribus patria. potestat. part. 1. cap. 8. num. 158.*

7 Quae quidem conclusio in casu, de quo

agimus, eo magis nostram confirmat sententiam, cum donatio a patre filio absenti facta iuramento extiterit roborata, & cum promissione de non reuocando, quo casu esto, quod Notarij stipulatio deficeret, iuramentum interpositum absentiae defectum suppleret, sicque donationem irreuocabilem rem in iure, hoc n. operatur iuramentum, ut per illud ius absenti irreuocabiliter queratur, *Mant. loco cit. num. 22.* *Theaur. cit. dec.* 70. num. 8. vers. *pro concordia*, *Mancin. de effectibus iuram. part. 4. effect.* 23. num. 1. ubi dicit, non mediocre effectum esse, quem iuramentum operatur in actibus absente parte gestis, cum suppleat eius praesentiam, & valeant, ac si parte praesente facti fuissent, & paulo post num. 3. inquit, iuramentum, & equiparari stipulationi Notarij, idemque affirmat *Cancr. loco cit. num. 44. vers. & idem est, si in donatione, & par. 3. cap. 7. num. 349.* & *Paschal. ubi supra, vers. & multo fortius.*

8 Corroborantur praedicta, ac penitus indubitata redduntur, cum haec, de qua agimus, donatio a patre filio absenti facta fuerit cum retentione usufructus, quae quidem retentio iuris fictione operatur, ut rei donatae dominium in donatarium transferatur, est text. ad litteram in *l. quisquis*, & in *l. si quis argentum*, §. *sed siquidem*, C. de donation. ubi DD. omnes, *Guid. Pap. decis.* 46. & 112. *Cancr. cit. cap. 8. nu. 31* ubi idem dicit, quando in donatione adisset constitutum. (quod pariter in donatione, de qua agimus legitimus) illo enim in contractu descripto, ad donationis perfectionem nulla requiritur
9 realis traditio, ex quo clausula ista constituti est uere translata a dominij, & possessionis, eisdemque quoad dominij acquisitionem parit effectus, sicut uera, & realis traditio, uulgata. *l. quod meo*, ubi DD. communiter, ff. de acquir. possess. hinc *Alber. de Ros. in Rubr. C. de donatione* quem citat, & sequitur *Ias. in citata l. quoties*, C. de reuindic. num. 16. dixit, quod si quis testamentum faciens, dixerit, se inter uiuos donare illa, que legatarijs legauit, constituens se eorum nomine possidere, quod si demum aliquid ex illis, quae in testamento relinquerat, alteri inter uiuos donaret, & traderet, legatarium, seu primum donatarium in re illa donata secundo preferendum esse, assignat rationem, quia testator constituens se pro illo tenere, & possidere, in eundem dominium, & possessionem transtulit, idemque affirmat *Cancr. loco proxime allegato.*

10 Stantibus igitur praedictis in facto, & in iure uerissimis, quibus enire constat, dona-

tionem

tionem factam filio, quamuis absenti irrevocabilem remanuisse, ad eundem quod situm dominiū super re donata, in actu celebrata donationis translatum fuisse, quare Ego, quo iure affirmari nusquam poterit, ut opinio *Paul. Castrenf.* procedat, ubi res vni primo donata, Notarij acceptatione, accedente, in alterum demum particulari titulo, ut in singularem successorem transferretur, etenim tunc contraria sententia de plano procederet, quando versaremur in puris terminis citate *L. quotiens, C. de rei vindicat.* quam *Couarr.* ad eius dictum firmandum allegat, nimirum si vni esset hodie res donata, nulla donatarij precedente acceptatione, aut Notarij stipulatione, vel si procederet, absque tamen iuramento, & constituto, siue rei donatæ usufructus retentione, & demum oras eandem donator alteri donaret, vel venderet, & insimul traderet.

II Sed quando in prima donatione Notarij acceptatio precedit, donatoris iuramentum concurrat, & constituti clausula instrumento descripta reperitur, eoque magis & retentio usufructus rei donatæ, per quos quidem actus redditur donatio irrevocabili, & dominiū in donatarij transferretur, ut meam possem agitare sententiam, & contrariæ ad hæc de iudicem, ut particularis lex mihi allegaretur, quæ expressis verbis disponeret contrarium eius, quod supra firmavi, quod sit, ut nulla sit habenda ratio de dictis per *Dec. in d. cons. 225. Magister Ioannes*, quem *Couarr.* allegat, ubi auctoritate *Paul. Castrenf.* in citato *cons. 195. lib. 2.* dicit, irrevocabilem esse donationem absenti factam, quamuis Notario pro illo acceptante, quousque donatarij acceptatione non concurrat, sicque ante ratificationem nullum eius donatio acquiri, etenim *Paul. & Dec.* sententia magis communiter rejicitur, & ut bene aduertunt *Casberan.* in citata *decis. 33. nam. 10. vers. non quoque obstat, & De Ponte* in relato *cons. 120. num. 2.* sunt hi *Doctores* in hoc articulo tam in lecturis, quam in consilijs sibi contrarij, quod proinde allegari non merentur.

13 Et ne mea hæc sententia *Doctores* auctoritate destituta videatur, allego in terminis terminantibus *Soe. iun. cons. 118. vol. 2.* ubi donatio absenti facta proponebatur, cum retentione usufructus, donec viveret donator, Notario stipulante, & acceptante, ac donatoris iuramento accedente, demumque eadem bona alteri donata extiterant, consultus *Soc.* quis nam ex his duobus

donatarijs meliora iura foveret, pro primo respondit per supradicta, & alia, quæ videri, & ponderari possunt, subdens *Soc.* quod licet *Paul. Castrenf. & Dep.* auctoritas magna sit, tamen in hoc articulo illud de eis dici posse ait, quandoque *bonus dormiat Homerus*, nisi dicamus (addo Ego) *Paul. et Dec.* loquutos fuisse in puris terminis *d. l. quotiens, C. de rei vindicat.* prout loquutus fuit *Couarr.* loco iam dicto, et post eum *Inl. Clar.* in citato *S. donatio, quæst. 13. per totum m. 7. 3.* Hæc occurrunt.

S. V. M. A. R. I. V. M.

- 1 Donatiua gemmarum, quæ fiunt à sponso sponsæ antè matrimonium consummatum an donata censeantur, & num. 2. 4. 5. 6. 7. 13. 14. 15. 16. 18. & 19. & quid de illis donatis à consanguineis sponsi, num. 8. 9. 10. & 11.
- 3 Vxor quicquid habet in sui posse, presumitur ex bonis viri acquisitum.
- 12 Munera à Principibus Ambasciatoribus data cui acquiruntur.
- 17 Verbum dono, aliquando impropriatur.
- 20 Anulus sponsalitijs à sponso sponsæ traditus an censetur donatus, & num. 2.
- 22 Gemma modici valoris à sponso sponsæ tradita an donata censeantur.

A. R. G. V. M. E. N. T. V. M.

Agitur, an donatiua gemmarum, quæ fiunt à sponso sponsæ antè contractum matrimonium per verba de presenti donata censeantur, & quid de gemmis donatis à consanguineis sponsi. Anulus sponsalitijs in die nuptiarum à sponso sponsæ traditus an donatus presumatur, & de alijs notabilibus, ubi nouissima decisio *Sacra Rota Romana.*

C A P. LXXL



Donatus gemmarum, quæ sunt à sponso, eiusq; consanguineis sponsæ suæ in domo patris, antequam matrimonium per verba de presenti contraheretur, dubitavi *lib. 1. cap. 90.*

nam ipsæ sponsæ donata censentur, ita ut vitam in vita, quam in morte possit de illis liberè disponere, et ex pluribus, quæ exarant, versantes in re dubia, nimirum quando plene, et perfectè de sponsi animo non constat, an donare voluerit, (quia quando constat, quod sponsus donare voluit, res est sine dubio, ut nouissimè refert decisum *Reg. Leo. decis. 15. par. 3. omninò videnda*, quando de his dubitari contingerit) de non constat, quod nullatenus donata censentur, post quorundam scripta, quia in hoc articulo quamplurima inter nostros mobilia, & popularia priuati ordinis, huius supremi Senatus in contrarium prodierunt decisiones, nonnullaq; pariter obseruauit, relatas à *Lo. Baptista de Thora in compend. decis. p. 2. c. 3. in verb. donatus, in verb. penultimis missa, & in verb. vestes, ad eod. ut certo modo videatur his temporibus inducta consuetudo sic pro muliere iudicandi, cogor neque satis de mea opinione in hac Ciuitate dubitare, verum quod in puncto iuris hæc, quam tutatus sum sententia nullatenus in dubium reuocari possit, credo, facta veritatem hanc *d. cap. 90.* me demonstrasse, & ut quæ ibi dixi eo magis in præsentiarum robore recipiant, rogo nostræ iuris prudentiæ professionem, quando in posteram de his dubitari contingerit, ad eam determinationem nouissimè à Rota Romanana in hoc articulo emanatam in vrb. *Romana localium, sub die 1. Decembris anni præteriti 1641. coram doctissimo D. Merlino,* cuius quidem decisionis auctora verba, & tanto Auctore digna, ut omnibus innotescat hic imprimi curauit, & sicut tenoris sequeris.*

sub die 11. Decembris 1641.

Hæres bonæ memoriæ D. Marchionis Vincentij Iustiniani, coram A. C. petijt à D. Eugenia Spinula vxore dicti Marchionis, gemmas, & alia iocalia, quæ afferbat, fuisse transmissa, & tradita eidem Domina Eugenia, partim à Viro, partim à bonæ memoriæ D. Iosepho patre, partim à clare

memoriæ Cardinalis Iustiniano, fratre eiusdem Marchionis Vincentij, & per sententiam condemnata fuit Domina Eugenia, ad restituendum. Causa verò appellationis coram me introducta, hodiè Domini responderunt, iocalia, de quibus in sententia A. C. esse restituenda, exceptis in auribus.

Et pro resolutione, Domini duas firmanunt conclusiones; vnam in factò, alteram in iure.

Primam in factò; Quòd constat de traditione, & valore dictorum localium ex confessione ipsius Domina Eugeniæ; ex libris bonæ memoriæ Iosephi, per eandem iudicialitèr approbatis; ex depositione Domini Camilli de Maximis, nepotis Domini Marchionis Vincentij, et ex schedula eiusdem Marchionis; quæ omnia habentur in *summaria, nu. 2. 3. 4. & 5.*

Siquidè D. Eugenia in protestatione, dū exhibuit, & pœnes Patrem Carmelicam deposuit iocalia, iugente facta est, hæc iocalia tradita sibi fuisse à suis affinibus, qui nulli aliis esse poterant, quam consanguinei D. Marchionis Vincentij; quæ confessione, præsertim iudicialitèr facta, nulla maior datur probatio; Iosephus verò in libris singula iocalia descripsit, cum nomine, ac determinato pretio. Camillus autem de Maximis testatur, hanc eandem traditionem, factam Domina Eugeniæ; qui, testis, licet vnicus, tanquam de factò proprio deponens, ac nepos mariti, videtur omni exceptione maior, & ut potè, qui nullum in hac causa interesse habebat, & cum hac depositione mortuus iam est, nullum certè probat. *Bar. in l. 1. S. idem. 3. ff. de quest. Rot. apud Casar. d. Grass. dec. 3. n. 6. de prob. & in recent. dec. 311. n. 7. p. 6. fuitq; in simili firmatum in Firmana pensionis 10. Iunij præteriti coram bonæ memoriæ Pironano, Præsertim iuncta iuris assistentia, & præsumptione, quòd omnia existentia pœnes uxorem, præsumantur tradita à marito, vel acquisita de eius bonis. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. Rota coram Bisignesto dec. vnic. n. 9. de donat. inter vir. & vxor, quæ iuris assistentia indubiã testi tribuit fidem, *Abb. in c. auditis, nu. 15. de prescript. Rot. dec. 480. sub nu. 3. & dec. 512. etiam nu. 3. p. 1. recent. et demùm, Marchio Vincentius in schedula recensuit illa, tanquam existentia pœnes Dominam Eugeniæ, quæ facit nõ lenè admitticuli, cum reperiarur verificata, quòd alia iocalia, iam per eam restituta, atq; fuerit facta tempore non suspecto, & idem Marchio sub eadem assertione,**

deces.

decesserit, nec sit censendum, eum voluisse decedere cum peccato.

4 Posita autē hac probatione de traditione localium, & de eorum existentia, intrat iuris conclusio, (& hæc est altera conclusio à DD. firmata) quòd, data per Marchionem Vincentium maritum, eum sine pretiosa, & magni valoris, nequē destinata ad usum quotidianum, sed festivum, & deferendam in publicum prodiret sponsa, nō presumuntur donata, sed tantum accommodata ad usum, & causa, ac gratia ipsius mariti, eiusquē honoris, ut ornatior sponsa incederet, *l. si ut certo, §. interdum, ff. commod. ibi, vel si sua duntaxat causa commodavit sponsa fortè sua, vel uxori, quòd honestius cubita ad se deduceretur, et cõmunitè Doct. in l. penult. §. servus uxoris, ff. solus. matrim. Bal. in Authen. ex testamento, num. 30. G. de collat. Angel. conf. 339. num. 2. vers. contrarium, Auchar. conf. 181. n. 3. qui refert, ita consuluisse, ac sensisse Io. de Canamote, Raynerium de Forotiu. et alios celebres I. CC. Castrens. conf. 438. n. 2. p. 2. Boer. in Consuet. Biturig. c. 8. col. 4. post med. ubi dicit, ita pluries fuisse iudicatum contra viduas, Afflic. det. 315. n. 1. & 2. qui dicit, ita fuisse iudicatum in Consilio Neapolitano tribus vicibus contra nobiles feminas, Sardi. decis. 166. n. 4. & seqq. Card. Mant. de tactis. lib. 2. tit. 6. n. 4. & 6. ac seqq. qui de receptissima testatur sententia, latissime Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 25. nu. 10. & seq. Cyriac. controu. 120. n. 50. & 67. & Rota sequuta est hæc opinio, ut coram Bisigneto d. dec. unie. sub n. 4. vers. quodam vasa, & localia, & nu. seqq. de donat. inter vir. & vxor. in Vrbevetana localium 12. Ianij 1589. coram Orano, in Ferrariën. Lueri dotis coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ est dec. 113. par. 1. recent. et coram Sancto mem. Gregorio XV. dec. 474.*

5 Euidensque ratio est, quia, dum potest credi, maritum tradidisse hæc localia ad pōpam, et dignitatē suę familię, ut satisfaceret consuetudini Patrię (dodocus enim illi fuisset, si inculcta sponsa eius produisset) reiicienda est presumpcio donationis, quæ nunquam solet admitti, dum alia recipi potest, *l. cum de indebito, ff. de probat. Sanchez, Cyriac. et alii supra allegati, et perpendit Rota in d. dec. unie. n. 6. coram Bisigneto. de donat. inter vir. & vxor. et in d. dec. 113. num. 4. p. 1. recent.*

6 Nec verò vlla faciēda est distinctio: an illa tradita fuerint, consummatioriam matrimonio, vel antè matrimonium, prout putabat Antonius Gomez, quia, quocunque

tempore inspecto, nunquam censentur donata, quando sunt pretiosa, semper enim militat eadem ratio, non presumenda donationis, dum alia capi potest presumpcio, & bene hoc probat text. in d. l. si ut certo, d. §. interdum, ibi, sponsa fortè sua, vel uxori, ff. cõmod. Imol. in l. penult. §. servus, sub num. 12. vers. item attende, ff. solus. matrim. Rolan. conf. 10. num. 13. vol. 1. Clar. §. donatio, q. 10. nu. 3. Rot. d. decis. 113. num. 7. p. 1. rec. & coram sanctę memorię Gregorio XV. d. dec. 474. num. 2. & Rota in d. decis. 113. num. 9. prudenter dubitavit de opinione Antonij Gomez, quem postea, & insuper Montaluum, ac Matienz. malè distinguentes apertè reprobavit Gutierrez pract. quest. civil. lib. 2. q. 19. per tot. & hanc etiam reprobat distinctionem Sanchez de matrim. d. lib. 6. disp. 25. nu. 28.

7 Et hæc quidem certiora fiunt in casu nostro, quia Marchio Iustinianus, ut cautius ageret, mandavit in suo testamento, vendi localia, quæ dispositio, vel indicat, à principio nullam ipsum habuisse voluntatem donandi, & se conformasse cum presumptione iuris, vel quatenus fuisset donatio, eam revocavit, prout facere potuit, dum huiusmodi donatio morte tantum confirmabatur, *Abb. in cap. donatio, num. 3. & 7. de donat. inter vir. & vxor. bene in his terminis Corn. conf. 101. nu. 11. vol. 1. Honded. conf. 30. num. 15. vol. 2. Card. Mant. de tactis. d. lib. 2. tit. 6. nu. 15. Cyriac. d. controuers. 120. num. 78.*

8 Procedunt autem hæc etiam & respectu localium, quæ bonæ memorię D. Iosephus focer transmisit ad D. Eugeniã nurum, illa enim nequē censentur donata, sed transmissa, ut impleteret ipse partes filij, cui onus incumbere honorificè, & condecenter vestiendi, & ornandi uxorem, ita de traditis à focero nurui Bald. in l. omnimodò, §. imputari, sub nu. 4. vers. Quid ergò, C. de inoffic. testam. Surd. d. decis. 66. num. 5. Sanchez de matrim. d. lib. 6. disp. 25. num. 33. Fontanell. de presumpcial. claus. 7. glos. 3. p. 6. num. 91.

9 Hic verò, ultra hanc presumptionem iuris, habemus etiam expressam declarationem voluntatis eiusdem Iosephi foceri, exaratam in libris, in quibus expressit, se emisse pro vsu D. Eugenię, vxoris sui filij, quæ declaratio omnem excludit donationem, *Roman. conf. 146. sub num. 2. vers. Est & secundum, Fontanell. d. loco, num. 84. & 85. ubi, quòd cum sit de his, quæ pendunt à voluntate, sufficit protestatio extrajudicialis, & etiam absente parte facta.*

10 Idemquē dicendum paritèr est respectu Margaritarum, quas clarę memorię Car-

dinalis Iustinianus frater mariti eidem. D. Eugeniz transmisit, quia censentur tradita quidem vxori fratris, sed vt ornatior ipsa incederet, fratri enim intererat conferuare familie splendorem, vt fratris vxor Mundo muliebri compta prodiret in publicum, non autem eidem vxori donata censentur, sed potius fratri, ratione sanguinis, neq; enim vlla alia ratione moueri potuit Cardinalis, vt margaritas illas transmitteret, nisi charitate erga fratrem, & amore, erga propriam familiam, ita in his terminis *Bart. in l. sed si plures, §. in arrogato, nu. 4. & ibidem Alex. num. 13. ff. de vulg. ias. in eadem l. §. ad substitutos, nu. 9. vbi, quod durum est in practica ab hac opinione discedere, quz etiam, & tutior est, Castrens. d. conf. 438. sub eodem num. 2. p. 2. Roland. d. conf. 10. sub num. 11. vers. tamen in dubio, vol. 1. Clar. §. donatio, d. q. 10. nu. 2. Sanchez de matrim. d. lib. 6. disp. 26. num. 4. 6. & 11. Fontanell. de patt. nuptial. d. claus. 7. glos. 3. p. 6. nu. 92. qui testatur, ita fuisse decisum in Senatu Cathaloniz.*

XI Et quamuis in contrarium allegentur nonnulli, tamen hæc est communior opinio, & aliqui ex illis allegatis loquuntur, quando consanguineus maritus transmittit ad sponsam iocalia, & alia ratio considerari poterat, præter motiuum sanguinis, vt putat si ipsa sponsa esset benemerita de donante, & donans aliquid posset sperare ab ipsa, vel illius contemplatione, vel alia huiusmodi motiua cõcurrerent, quz, vel æquæ vrgerent, vel superarent motiuum consanguinitatis cū marito, ita vt consanguineus mariti non donauerit intuitu ipsius mariti, sed potius sponsæ, vnde eidem etiam sponsæ illa tali vrgente coniectura censenda essent donata, vt benè per *Menoch. presump. 26. num. 1. lib. 3. Gratian. discept. 189. sub n. 8. vers. Quod etiam esset in vxore, Sanchez de matrim. d. lib. 6. d. disp. 26. num. 6. & 7.* hic autem non potest considerari alia ratio, propter quam Iosephus, & Cardinalis Iustinianus donauerint, nisi quod ille pater, hic autem frater esset Marchionis Vincentij mariti.

XII Alij verò *Doctores* loquuntur in muneribus factis per Principes Ambasciatoribus, quz munera Ambasciatoribus ipsis, non autem eorum Principibus, à quibus missi sunt, censentur acquisita, quandoquidem est in his ius præcipuum, vt donatum à Principe, censeatur donatum, & acquisitum ijs, quibus res tradita est, non autem quorum contemplatione donatum est, *l. cum multa, C. de bon. qua liber. Bart. in l. si verò,*

*Sicem quicquid, sub num. 3. ff. solut. matrim. Castrens. in l. dotalem, num. 6. ff. eodem, Brun. de legat. c. 6. lib. 4. Roland. d. conf. 10. nu. 9. vol. 1. Menoch. d. presump. 26. num. 8. & 23. lib. 3. Sanchez de matrim. d. lib. 6. d. disp. 26. sub nu. 15. vers. secundò, nam in donatis, & quia, vt plurimum, huiusmodi munera, quz Ambasciatoribus traduntur, sunt proportionata conditioni Ambasciatorum, non autem Dignitati Principum, & ideo si essent munera magni valoris, & congrua Principibus mittentibus, ad eosdemmet Principes spectarent, Roland. d. conf. 10. sub num. 11. vers. vltimò non obstat, vol. 1. Menoch. presump. 27. num. 3. lib. 3. Sanchez d. disp. 26. sub num. 15. d. vers. secundò, nam in donatis, lib. 6. de matrim. in muneribus autem ordinarijs præsumitur, quod Principes, & mittentes, & donantes intelligant, vt huiusmodi munera Ambasciatoribus acquirantur. Sed hic cessat omnis difficultas, quia idein Camillus de Maximis, nepos etiam Cardinalis, & optimè informatus, deponit de hac voluntate donantium, ibi, *Tanto il Signor Marchese Vincenzo, quanto il Signor Giosepe, suo padre, & il Cardinale predetto, compiacendosi di veder comparire la Signora trà l'altre Dame riccamente ornata, &c.**

Decisio autem coram bonæ memoriæ *Cardin. Seraphin. num. 1108. num. 5. & 6.* incidentèr loquitur, quia ibi principalitèr agebatur in materia pensionis, nec constat, quod res esset pretiosa.

13 Non obstat, quod donatio iocalium præsumatur in Nobilibus, & Magnatibus, quoniam immò contraria sententia est venior, vt iocalia pretiosa, neq; in Nobilibus censeantur donata, quemadmodum de pretiosis ornamentis, traditis filiz Ducis Urbini à Roberto Malatesta coniuge consuluit *Corn. d. conf. 81. vol. 1. & sequuntur, ac approbant Laderch. conf. 118. num. 3. & 4. & Honded. d. conf. 30. vol. 2. & de Magnatibus Regni, atq; opulentissimis Viris loquitur Gutierrez pract. quest. d. lib. 2. d. q. 19. n. 4. & 9.* et de Familia Bentiuola, quz nobilissima est, emanauit decisio illa *113. p. 1. rectè.* cõtrariaq; opinio aliquam probabilitatem haberet, si coniuges disparis conditionis essent, vt notat *Surd. d. decis. 166. num. 2. Gratian. d. discept. 189. num. 19. & 20.* et considerauit eadem *Rota d. decis. 113. num. 14. p. 1. recent.* quz disparitas hic cessat.

14 Neq; vrgerit in contrarium coniectura ponderata, quia ad inducendam donationem requiruntur plures, et validissimæ, quz vim habeant probationis concluden-

- tis, *Dcc. conf. 176. sub n. m. 1. vers. vnde actor,*
Corn. conf. 11. sub num. 5. vers. qui dicit, vol. 3.
Riminal. iun. conf. 342. num. 111. Aldobrand.
conf. 99. num. 15. lib. 1. cum semper facienda
 sit interpretatio exclusiua donationis, et
 vt potius præsumatur facultas, *d. l. cum de*
indebito. ff. de probat. Bald. in l. 1. sub nu. 3. C. ad
Trebell. Menoch. de arbitr. casu 88. nu. 3. Bero.
conf. 55. num. 10. vol. 1. Riminal. iun. conf. 274.
num. 54. & seqq. & conf. 484. num. 40. Rot. de
decis. 69. num. 1. & seq. part. 7. recent.
- 15 Deductæ autem sunt leuissimæ, verba
 illa Nuncii deferentis lineam margaritarum,
Si mandano questi ceci per giocare, sunt
 verba blanda, et iocosa, ad hoc prolata, vt
 puellæ sponsæ animum, et gemmis, et verbis
 recrearet, non autem, vt inde desumi
 posset argumentum donationis, quæ imo-
 dum dicitur de verbis iactatoriis, et
 blâdis in *cap. cum venissent, & ibi Canonista,*
de instit. & in l. ita stipulatus, vbi Ias. num. 5.
ff. de verb. obligat, et in his terminis *Sanchez*
de matrim. d. lib. 6. disp. 25. sub num. 14. vers.
tertiò, quia ibi, sed urbanitatis, et officii
 gratia dicta, quæ obligationem non pariunt.
- 16 Tempus transmissionis iocalium, quod
 contingerit inter solemnia natalitia, non
 concludit, nec infert donationem, quia hæc
 iocalia erant notabilis valoris, ita vt inter
 strenas aptè referri non possent, et eo tem-
 pore tradita sunt iocalia, quia tunc contingit
 aduentus sponsæ ad Urbem.
- 17 Verba illa, quibus vsus fuit Nuncius,
 dum obtulit iocalia, *Vi dona il Signore, &c.*
 vel debent impropropriari, ita vt intelligatur
 donatus vsus, non autem proprietas, vt in
 his terminis benè *Bart. in l. 1. §. nec castrense,*
num. 10. ff. de collat. bonor. Bald. d. authent. ex
testamento, num. 31. & 32. C. de collat. Alex.
conf. 155. num. 11. lib. 7. Roland. d. conf. 10. nu.
15. vol. 1. Laderch. d. conf. 118. num. 2. Sanchez
de matrim. d. lib. 6. d. disp. 25. num. 14. & 15.
Fontanell. de pat. nupt. d. claus. 7. glos. 3. nu. 76.
p. 6. Rot. d. decis. 113. num. 11. par. 1. recens. vel
 docendum esset de facultate Nuncii, deferentis
 dicta iocalia pretiosa, vt posset donare,
Bald. d. authent. ex testamento, sub n. 32.
C. de collat. Honded. d. conf. 30. num. 35. vol. 2.
Rot. d. decis. 113. num. 1. p. 1. recent.
- 18 Quod hæc iocalia essent congrua spon-
 sæ tantum, et ad vsum mulierum ordinata,
 paruifaciendum videtur tale argumētum,
 quia, vt plurimum, iocalia, quæ dantur mu-
 lieribus tempore nuptiarum, viris non cō-
 ueniunt, et ideo hanc distinctionem, an iocalia
 conueniant soli vxori, vel marito, nō
 admiserunt, sed indistinctè, quod nūquam
- intelligantur donata uxori, sed solum ad
 usum concessa, firmarunt *Imol. in l. si pater,*
d. §. ad substitutos, sub nu. 1. 1. vers. sed certe hac
opinio, ff. de vulg. Alex. in d. l. sed & si plures,
S. in arrogato, nu. 13. ff. eodem, Roland. d. conf.
10. sub nu. 11. vers. sed quando donantur mu-
nera, vol. 1. Lup. de donat. §. 45. num. 8. & seq.
Menoch. d. presump. 26. num. 9. lib. 3. Sanchez
de matrim. d. lib. 6. d. disp. 26. sub num. 15. vers.
probabilius autem credo, et semper stat incō-
 cussa ratio illa, quod dicantur tradita, vt
 maritus, & consanguinei illius consulant
 dignitati familiæ, & quia illos pudet è
 domo eorum exire sponsam incomptam,
 & sine consueto ornatu, & capien la est
 omnis alia interpretatio pro exclusione
 donationis.
- 19 Demum cadit tota vis coniecturarum,
 quæ donationem possent arguere, dum ex
 testamento Iosephi, & Vincentij, ex schedulis,
 & alijs euidentè apparet, istos noluisse
 donare, sed tantum ad vsum accommodare,
 vnde coniecturæ pro donatione debent
 cedere cōiecturis validioribus, immò
 probationibus excludētibz donationem.
- 20 Non obstat, quod anulus, vnâ cum Ada-
 mante notabilis valoris, tanquam sponsaliti-
 us spectet ad D. Eugeniã, & ei censetur
 donatus, *Bald. in d. authent. ex testamento,*
sub num. 31. vers. item quaritur, C. de collat.
Roman. d. conf. 146. sub num. 2. vers. nunc verò
in isto casu, Natta conf. 317. num. 3. Crauet.
conf. 443. sub num. 15. vers. quintò anulus, &
 sequitur *Honded. d. conf. 30. sub num. 41. vers.*
prout & tertio, vol. 2. Cardin. Mantica. de tacit.
lib. 20. tit. 1. sub num. 17. vers. secundò est ad-
uertendum, Giurb. ad Consuetud. Messan. c. 13.
glos. 4. num. 1. Thes. iun. q. 15. nu. 2. lib. 3. Sord.
d. decis. 166. num. 1. Perez. decis. 140. sub n. 1.
vers. videamus, quid, Gratian. decis. Marchia
118. sub nu. 9. vers. adde, quod isti, qui loquuntur,
 etiam quod anulus esset pretiosissimus,
 vt *Ant. Faber in suo Codice, lib. 5. tit. 1. de donat.*
antè nupt. defuit. 2. vers. anuli nuptialis,
Fontanell. de pat. nupt. d. claus. 7. glos. 3. nu. 56.
p. 6. Cyriac. d. controuerf. 120. num. 59. & seq.
- 21 Quoniam, quicquid sit de veritate istius
 opinionis, quæ habet contradictores, nempe
Castill. ad l. Taur. 52 in fin. & Sanchez de
matrim. d. lib. 6. disp. 23. nu. 10. & videtur dubitasse
Perez. d. decis. 149. sub d. vers. videamus, quid, in fin. & Bertazzol. conf. ciuil. 59. nu.
 21. & alij, & in hoc anulo sponsaliti-
 o dūm est pretiosus, militare videtur eadem ratio,
 vt sponsus tradiderit pro seruando ritu Ec-
 clesie in nuptijs, non autem animo donandi,
 & *Doctores* illi pro communi opinione

allegati, inmittuntur *tex. l. si quis pro uxore, & l. si donata res, §. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. qui text. emanarunt eo tempore, quo anuli sponsalitiij non erant pretiosi, immò nec aurei, sed ferrei, vnde nil mirũ, si tunc censebantur donati, quasi quotidiani, & exigui valoris, omnes enim Doctores in hac materia excludunt donationem in pretiosis, & rebus festiuis, & solũ a Jmititũt in quotidianis, & modici valoris, hocq; idem senserunt Statuentes Romani, qui lib. 1. cap. 135. permiserunt donationem, & induxerunt præsumptionem illius quoad anulũ subharrationis, quatenus tamen sit sine lapide, & sic exigui valoris, in quo Statuentes videntur respexisse ad priscum illud tempus, & morem, quo Romani sponsi subharrabant spõsas anulo ferreo, & sine gemma, vt ex Plinio, & D. Hieronymo desumunt Brisson. de rit. nuptiarum, in prin. vers. his à Paulo velatam, Petr. Gregor. Tholos. syntagm. iur. par. 2. lib. 8. cap. 7. num. 3. Rosin. antiqu. Roman. lib. 5. c. 37. in prin. vers. ferreum verò anulum, Alex. ab Alexandro genialium dierum lib. 2. cap. 5. vers. anulus tamen sponsa.*

Non est opus in præsentĩ examinare huiusmodi cõtrouersiam, quia non probatur, hoc anulò pretiosò, ac magni valoris desponsatam fuisse Dominam Eugeniã.

22 Quò autem ad inares illas, cum quibusdam notis, vt dicitur, à Cifra, Domini dixerunt, illas spectare ad D. Eugeniã, quia sunt modici valoris, attenta coniugum nobilitate, & ad quotidianum vsum destinata, licet sint cum aliquibus adamantibus, qui tamen sunt exigui ponderis, vnde Domini arbitrati sunt, non congruere illis nomen rerum pretiosarum, proindeque bene posse, ac competenter spectare ad viduam, prout in similibus terminis de Torque auro, & anulis non magni valoris, & alijs inter Nobiles arbitratus est Senatus Neapolitanus, teste Affliã. d. dec. 3. 15. & admittit Menoch. esse Iudicis partes hoc arbitrari, casu 218. num. 5. de arbitr. iudic. Gutierrez. pract. quest. d. lib. 2. d. q. 19. num. 9. Cyriac. d. contron. 120. num. 54. & 72. Surd. d. decis. 166. num. 8. Castil. decis. 93. num. 9.

Et ita vtraque parte informante, ter discussa causa, resolutum fuit, &c.




S V M M A R I V M.

- 1 Electio Superiorum in monasterijs per vota secreta fieri debet, ita vt singulorum eligentiũ nomina nusquam publicentur.
- 2 Electio Superiorum an nulla censenda sit, si scrutatores publicauerint, omnium consensu electionem fuisse factam.
- 3 Nominatim fieri dicitur, quod ita exprimitur, vt de eo nequeat dubitari.
- 4 Ratio qua fuerit Concilij Trid. sess. 25. cap. 6. de regularibus, vt per vota secreta fieret electio.
- 5 Legis mens potius, quã verba sunt attendenda.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an electio Superiorum in Monasterio irrita sit censenda, attenta dispositione Concilij Trid. sess. 25. cap. 6. de Regularibus, vbi scrutatores, illam omnium consensu fuisse factam publicarent,

C A P. LXXII.

1  Lectio Superiorũ in Monasterijs quibuscunq; certum est, quod non nisi per vota secreta fieri debet, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur; sic statuit Tridentina sanctio cap. 6. sess. 25. de Regular. expressè disponens, quòd ubi contra illius Decreti cõstitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.

2 Sed audiui, in dubium reuocari, an nulla censenda esset electio, ubi uotis omnibus iam datis, unus ex uocalibus à scrutatoribus postularet, ut publicarent, si, uel nẽ electio cum omnium uotis, & cõsensu sequuta esset, cui affirmatiuè responderent, quòd omnes, nimirũ, in electum eligendo concurrerunt, an, inquam, per hanc publicationem Concilij decreto contrauentum sit?

Certè, si uerba Concilij perpendimus, uidetur, ad electionem non ritè fuisse processum, quia publicando, quòd omnes in electione concurrerunt, aliud non est, nisi implicite singulorum uocalium nomina propalare, argumento *tex. in l. 1. ff. de liber.*

3 *posthum.* ubi nominatim fieri dicitur, quod ita exprimitur, ut de eo ne queat dubitari; At si mentem Concilij attendemus, secus dicendum erit; etenim non alia ratione, teneo indubitanter, sic ut supra *Sacrofanctum Concilium* statuisse, quia cum ut plurimum, & ferè semper electio non sequatur cum omnium consensu, si uota publicarentur, sciret electus illum, qui uotum ei non dedit, & sic de facili odium inter eos nasci posset, cum ea consequentia, quæ inter Fratres, & Monachos considerari potest, hæc, inquam, ratio cessat in casu proposito, nam dum publicatur, electione unico omnium spiritu fuisse factam, non est, quod ex hac publicatione aliquid mali oriri possit: cumque mens, non autem legis uerba sint attendenda, *l. non dubium, C. de legib. & in casu notabili dixi Ego lib. I. cap. 1. num. 50.* proinde non multum dubitarem in asserendo, electionem, de qua supra rite peractam; scio tamen in facti contingencia contrarium consuluisse Virum quendam in utroque iure consummatissimum, qui demum, quæ esset hæc in re mea opinio, scire uoluit, &c.

S Y M M A R I U M.

- 1 *Emphyteuta alienans rem emphyteuticam, irrequisito Domino incidit in commissum, qua conclusio limitatur pluribus modis, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
- 8 *Emphyteuta alienans saluo assensu Domini cum clausula nec aliter, nec alio modo, an incidat in commissum, et num. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 23. et 25.*
- 9 *Clausula nec aliter, nec alio modo, quid importet.*
- 13 *Emphyteusis quando est hereditaria, transit ad quemlibet, etiam extraneum heredem, et num. 19. et 20.*
- 14 *Consensus directi domini an requiratur, quando emphyteusis in alium transfertur iure cõgruo, et num. 15.*
- 21 *Emphyteuta alienans irrequisito Domino, possessione non tradita, non incidit in commissum; sed quid si in contractu adiecta est clausula constituti, et num. 22.*
- 24 *Emphyteuta alienans irrequisito Domino; sed saluo eius assensu, an tradita possessione ad euitandum caducitatem possit pro consensu ad Dominum recurrere.*

A R G V M E N T U M.

Agitur, an emphyteuta incidat in commissum, si rem sibi in emphyteusim concessã alienauerit, saluo tamèn assensu Domini, & cum clausula *nec aliter, nec alio modo.* Emphyteuta alienans, & possessione tradens saluo assensu Domini an ad caducitatem euitandam possit Dominum prouenire, & consensum petere, & infra quãtum tempus. Casus enumerantur, in quibus emphyteuta potest rem emphyteuticã alienare sine directi domini consensu, & de alijs, ubi nouissima *decisio Sacra Rota Romana.*

C A P. LXXIII.



- 1 Emphyteuta si emphyteusim, directo Domino prius nõ requisito, alienauerit, quod incidat in commissum, cautum est utroque iure, siquidem de iure civili est *ex vulgatus* in *l. fin. C. de iur. emphyt. & de iure canonico in *a. potuit, extra de loca.* est verum, quod aliquando hæc iuris conclusio fuit à *Doctoribus* in pluribus casibus limitata, & præ ceteros primò, ut non habeat locum, quando emphyteuta in alium titulo hereditario emphyteusim transferret, ita *gl. d. l. fin. in verb. alijs vendere, Bal. & in not. in l. si domus, s. fin. ff. de leg. 1.* aliique plures relati à *Iul. Clar. in S. emphyteusis, quest. 15.* secundò, quotiens pater rem emphyteuticam pro filia collocanda in dotem daret, ut ex *Specul. Io. Andr. Ias. et Soc. probat Hippolyt. Marfil. singul. 443.* tertio non incideret emphyteuta in commissum, si tenens emphyteusim communem cum alio, in illum partem*

suam alienaret, ita ex *Bart. et Ang.* probat idem *Marsil. sing. 24.* quare nec pariter a iure suo caderet emphyteuta, si super fundo emphyteutico, domino irrequisito, servitutem aliquam imponeret, *l. 3. ff. de servit. ibique Florian. et Paul. Castrens. Cepol. de servit. vrb. pradior. cap. 14. num. 4.* quare ubi alienatio ex necessaria causa sequuta esset, *Affl. decis. 191.* sexto, alijs omissis, quoties emphyteuta sub pacto legis commissoria, vel adiectionis in diem venderet emphyteutis, *l. in d. l. fin. n. 138. C. de iur. emphyt.*

Sed insistendo conclusioni in principio firmate, quid dicendum, si emphyteuta rem sibi concessam in aliquem alienauerit, salvo assensu Domini, cum clausula *nec aliter, nec alio modo?*

Hæc est vulgata questio, eamque ex professo tractarunt innumeri *Doctores*, quos refert *Barbosa de claus. vsusfreq. claus. 81. num. 18.* apud nos autem quando de his tractari contigit, pro commissio, clausula prædicta non obstante, solet allegari *Grammat. decis. 49.* cui non contradixit *Præs. de Franch. dec. 267. & Gemens. in Praxi Archiepisc. cap. 44.* dicunt enim, quod cum hæc protestatio sit contraria facto, nil debet operari.

Pro contraria verò parte solet ponderari huius clausule vis, quæ conditionem importat, ut dixerunt *DD.* quos ad nauseam, refert *Barbos. loco citato num. 1.* unde si facta in hunc modum alienatione, ad dominum directum pro consensu recurritur, eumque ille denegaret, resoluitur alienatio, ac si nunquam facta esset, ac proinde non est, cur de commissio tractari possit, huiusmodi sententia, fuerunt nonnulli ex illis, quos refert *Barbos. loco cit. num. 18.* signanter *Aut. Grammat. decis. l. in d. l. fin. num. 4.* ubi optime *Diaz de Menas*, qui dicit, hanc magis communem esse sententiam, quamvis sequatur traditione plures contrarium teneant, quorum opinionem intelligit veram, si contrahentes post traditionem sequutam nimirum distulerint consensum a directo domino petere, nam tunc, vel protestatio, dicit ipse, fuit apposita in fraudem domini, vel tacite videtur ab illa recessisse, unde addit, ut protestatio excuset teneatur contrahentes intra modicum tempus domino denunciare, aliis in commissum caderent, & protestatio tanquam fraudulenta non iuaret, sicque esset aperta via fraudibus.

Hanc eandem sententiam, quod alienata emphyteusi cum hac clausula, notabilique mora non concurrente ad consensum a directo domino petendum, nulla subin-

teret poena commissi semel, atque iterum, anno præterito amplexa est *Rota* in vna *Romana deuolutionis domus* coram Reuerendissimo *D. P. Merlino* sub diebus 17. *Iunij*, & 20. *Novembris* 1641. quarum decisionum teor adhuc non impressus est se quens.

Luna 17. *Iunij* 1641.

12 Iudex primæ instantiæ pronunciauit, Donum esse deuolutam ad *RR. Moniales S. Siluestri*; sed introducta causa appellationis coram me, hodiè Domini dixerunt, Non constare de deuolutione, & sic sententiam esse infirmam.

13 Non constat de deuolutione, quia, aut illa prætenditur ex linea finita, & hæc prætendi non potest, cum emphyteusis sit hæreditaria, & transitoria ad extraneos, ut ex instrumento anni 1584, Et obseruatiã hoc etiam declarauit, quia transiuit de Menghio ad Menghinum, et de Menghino ad Ianuarium.

14 Aut deuolutio prætenditur, eò quod Alexander Menghinus vendiderit Ianuario, & Ianuarius *D. Abbati Paulo*, absque consensu Domini directi, nampe dictarum Monialium, cap. potuit emphyteuta, de locat. l. fin. C. de iur. emphyt. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 28. num. 1. 5. et seq. Et hæc prætensa deuolutio euitatur ex duobus.

15 Primò, quia agitur de alienatione necessaria, *D.* enim Abbas retraxit vigore *Bulle* super iure Congregi factæ *Gregorij XIII.* et Ianuarius dicitur compulsus, cum potuerit compelli; et in terminis ex hoc capite, *Rota* euitauit deuolutionem in *Romana domus* 11. *Decembris* 1587. et 22. *Iunij* 1588. et 13. *Maij* 1595. coram *Orano, Mant. de tacit. d. lib. 2. tit. 28. num. 10.* et *Gratian. discep. forens. cap. 784. num. 6. et 7.* nec ipse *Gratianus discep. cap. 544. num. 19. et 20.* contrarium dicit, quia ibi loquitur ad effectum, ut Dominus directus non priuatur laudemio, et hunc locum idemmet *Gratianus* declarat in *d. cap. 784.* ubi addendo ad *d. cap. 544. num. 19. et 20.* expressè admittit, non requiri consensum in alienatione facta vigore *Bulle Gregorianæ* in casu autem prædicti *D. Abbas*, nedum non recusat laudemium, sed a multo tempore illud deposuit. Nec hic adest suspitio collusionis, quia apparet de monitorio, et de pluribus alijs actis in hac lite super tractu iater *D. Abbatem*, et *Ianuarium*.

16 Secundò, euitatur etiam hæc caducitas, quia in instrumento venditionis *D. Abbas*, et *Ianuarius* reseruarunt expressè consen-

sum

sum Domini, ibi *Reservato in primis, et ante omnia consensu, et beneplacito dictarum Reverendarum Monialium*. Unde cessat devolutio, quia si Dominus cōsensit, non dicitur alienasse, inuito Domino, si verò dissentit, resolvitur venditio, ob non purificationem conditionis appositæ, *Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, vers. sed hic quæro, de success. feud. Curt. sen. conf. 8. num. 7. et seq. Rolan. conf. 63. nu. 16. lib. 4. Mant. d. lib. 22. tit. 28. num. 18.* Et verba huius concessionis videntur etiam inferre, quòd post alienationem sufficiat petere consensum RR. Monialium.

17 Nec obstat, quòd fuerit etiam devotum ad traditionem domus, & apprehensa possessio à D. Abbate, & propterea reservatio illius consensus Domini non suffragetur, *Corb. de iur. emphyt. tit. de caus. priu. ob alienat. ampliat. 3. num. 8. & 9. Mant. d. tit. 28. num. 21. & 24.* Quia non constat, quòd fuerit devotum ad traditionem possessionis ante petitionem consensus Domini, de quo bene deponunt duo testes; & ante legitime acceptam caducitatem D. Abbas petijt consensum, & deposuit laudemium. Nec monitorium antecedens est attendendū, quia non constat, quòd ille, qui declaravit, haberet speciale mandatum, cum tamen requiratur ad declarationem caducitatis faciendā, *Curt. iun. conf. 149. n. 7. Bero. conf. 151. num. 18. lib. 1. Corb. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 45. nu. 13.*

18 Sed cessat difficultas, quia reservatio contrahentes consensus Domini directi cum clausula; *Et non aliis, nec aliter, nec alio modo*, quæ excludit caducitatem, etiam si fuerit devotum ad traditionem, cum & ipsa traditio habeat eandem conditionem, & si iuste Dominus consensum deneger, possessio non habetur pro tradita, nec apprehensa, ita secundum magis communem opinionem *Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, sub num. 84. vers. Quinta declaratio est, & nu. 85 de consuet. Bursat. conf. 26. col. 2. Rim. iun. conf. 834. num. 29. & seqq. Grammat. decis. 49. num. 3. & seq. Guido Pap. decis. 46. pentotam. Rot. coram Card. Mantica decis. 37. num. 7. & fuit dictum in vna Senogalien. Bonotum 120. Junij 1597. coram Orano, in Romana devolutionis domus 20. Aprilis 1598. coram Ponia.* Et hæc opinio est æquior, quam & Ecclesia amplecti debet, cum & ipsa sit cultrix equitatis, & pietatis. Et quando agitur ad effectum evitandi penam caducitatis, non ob lineam finitam, semper Rota humaniorem sententiam sequi consuevit, & si fieri potest penam caducitatis declinat, teste *Card.*

Mantica, olim nostri ordinis Collega, de tit. d. lib. 22. tit. 28. num. 35.

Et eo facilius modo hic declinandæ est pena caducitatis, quia ad hunc effectum sufficit, rem esse dubiam, ut admittatur excusatio, & purgatio more, cum non sit effectum deterius ius Ecclesiæ, ut sepius Rota respondit.

Quæ dicuntur de prælazione Domini directi non sunt presentis indaginis, & Index primæ instantiæ super hoc non cognovit, nec potuit cognoscere, cum hoc RR. Moniales non petierint.

Et ita veraque parte, &c.

Mercurij 20. Novembris 1641.

19 Informantes pro Monialibus non tuebantur amplius primam sententiam extra Rotam latam ex devolutione sequuta ob alienationem factam à Ianuario in Dominum Abbatem, sed mordicus insistebant super alienatione prius facta à Menghino in Ianuarium, cum Ianuarius non petierit consensum Monasterij Domini directi. Verum noquè ex hac alienatione, cœsuerunt Domini, induci devolutionem; Et ideo steterunt in decis.

20 Primò, quia concessio huius domus ab initio facta est pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, & sic erat transitoria ad extraneos, nequè prohibita fuit absolute alienatio, sed immò permessa, reservato cōsensu Monialium, qui tamen in hac alienatione facta in Ianuarium non videbatur necessarius; Cum statim D. Abbas ab eo retraxerit domum emptam; vnde habetur, ac si Ianuarius nunquam eorum acquisivisset, *Tiraq. de retr. aff. lignag. §. 29. glof. 2. num. 5. Gomez ad l. Tauri 75. nu. 35. Burg. de Laudem. par. 2. inspect. 5. num. 5. & 6.* Et scilicet Ianuarius petivisset cōsensum pro domo, quæ penes ipsum permanens non erat. D. Abbas Abbas petijt consensum vigore monitorij & in omnem casum, etiam si non petivisset potuisset consulari, dum acquirebat domum in vim Bullæ Gregoriæ, ut iam fuit firmatum in decis. vers. r.

21 Secundò, quia si concluderetur non probatur, verè traditam fuisse Ianuario domus possessionem, caducitas prætendi non potest, *Speculor. in §. unus aliqua, num. 118. de emphyt. Alex. in l. si de pro, num. 4. vers. 2. Hostari, ff. ad l. falcid. §. conf. 72. nu. 2. lib. 2. l. si. qui de communi in l. si. num. 132. C. de iur. emphyt. Tiraq. de retr. aff. lignag. §. 1. glof. num. 45. vbi quòd ita tenet vniuersa cohors Scribentium, *Chr. S. Emphyteusis, quest. 13.**

vers.

vers. sed nunquid, vbi de communi, Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limit. 38. vbi pariter de communi, Molin. de contract. disp. 459. nu. 8. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. nu. 23. Gratian. discept. forens. cap. 38. num. 45. Giouagn. conf. 14. num. 19. lib. 1. Giurb. decis. 80. num. 16. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 388. num. 2. neq; suffragatur clausula constituti,
 22 *quia per eam non vera, & actualis traditio possessionis resultat, sed ficta tantum, quæ caducitatem non inducit, Bald. conf. 9 n. 1. in fin. lib. 1. quod est repetitum conf. 183. lib. 3. Guido Pap. decis. 101. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. ampliat. 30. num. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 66. num. 35. & 36. Menoch. conf. 38. num. 43. Schrader. de feud. par. 9. cap. 1. num. 34. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 33. Giurb. decis. 80. num. 29. Fusar. de subst. quæst. 718. num. 33. & hanc tanquam magis receptam, æquiorē, & humaniorem sequuta est Rota coram bon. mem. Manzanedo decis. 160. num. 8. par. 4. recent. & coram san. me. Gregor. XV. decis. 520. num. 6. & coram bo. me. Coccin. in Imolen. honor. 18. Iunij 1618.*
 23 *Tertio, esto etiam (veritate illa) deuetum fuisse ad actualem traditionem possessionis, hæc non obstarer, dum extat clausula, reseruatō consensu Monialium, & non aliis, aliter, nec alio modo, per quam clausulam qualificatur, nedum ipsa alienatio, sed etiã traditio, quæ fit conditionalis; nec dominus directus læditur, quia nullus ei fit contemptus, & facillimè remouet emptorem, ita communitè DD. cumulati in primæ decisione, vers. cessat difficultas, vbi etiam decisiones allegantur, & idem firmarunt Bursat. conf. 26. num. 1. 2. & 3. & conf. 181. num. 14. & vtrouique attestatur de communi, & in facto se obtinuisse in Senatu Mätuano Roland. qui pariter de communi conf. 51. num. 30. vers. verum istam partem lib. 2. & conf. 63. num. 29. & seqq. lib. 4. Menoch. conf. 38. nu. 21. & conf. 866. num. 8. Giouagn. conf. 44. num. 12. lib. 2. Ciof. conf. 9. num. 9. & seqq. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limit. 37. Redoan. de reb. Eccles. non alienat. quæst. 79. cap. 8. num. 16. & cap. 9. num. 32. Marefcott. variar. resol. lib. 1. cap. 78. num. 2. vbi similiter de communi, Rosental. de feud. c. 9. conclus. 61. Trentaciuq. variar. lib. 3. tit. de iur. emphys. resol. 8. num. 3. vers. secunda est opinio, Thesaur. qq. forens. 53. num. 2. et seqq. lib. 1. vbi de magis communi, & refert, ita decisum in Senatu Pedemontano, Gratian. discept. 633. nu. 27. vbi quod ita passim seruat Rota, Gamm. decis. Lusitana 147. nu. 4. Giurb. decis. Sicul. 80. nu.*

7. vers. nihilominus, Mart. dec. Pisan. seu not. 196. num. 2. & Riminaldum iuniorem, quo nitentur informantes, tanquam eorum. Achille in conf. 285. num. 44. & seqq. in specie reprobant Burg. de Laudem par. 2. inspect. 2. n. 30. & 31. Petr. de fideic. q. 8. nn. 19. et 20.
 24 *Nec obstat, quod Ianuarius distulerit petere consensum Monasterij, quia non adest hic notabilis mora; Vix enim effluxit integer mensis, dum ei domus vigore Bullæ retracta fuit, & posse infra sex menses denunciari venditionem domino directo, tradunt Burg. de Laudem. par. 2. inspect. 2. nu. 34. Giurb. d. decis. 80. nu. 3. & post annum admittunt Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 79. cap. 9. num. 42. vers. et facta alienatione, Bardellon. conf. 14. num. 60. Thesaur. qq. forens. lib. 1. d. quæst. 53. num. 2. Et quidquid sit in conclusione iuris, ex facto cessat difficultas, quia ita obseruatum fuit ab ipsis Monialibus, quæ dederunt consensum post sex menses Menghuno authori Ianuarij, vt in Sum. Abbas, nu. 2. Et hæc obseruantia est attendenda, vel saltem tribuit iustam excusationem pro euitanda deuolutione, cum ad hunc effectum etiam erronea causa, & irrationabilis admittatur, Rota diuers. decis. 896. num. 2. par. 4. et in recent. dec. 261. num. 5. par. 1. et par. 2. decis. 577. num. 4. et par. 3. decis. 92. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 388. num. 4. Nec inuestitura expressè declarat, an hic consensus requirendus sit antè, an post traditionem rei; vnde dubietas sufficeret ad eifugiendam caducitatem, Rot. coram Pnt. decis. 401. num. 2. lib. 3. & coram Card. Seraph. dec. 794. num. 20. & in Romana deuolutionis 12. Ianuarij 1610. coram bo. me. Penia.*
 25 *Nequè obstat, quod clausula, Non aliis, referenda sit ad solutionem laudemij. Quia lectura instrumenti contrarium suadet, ibi, Reseruatō in primis, et antè omnia consensu, et beneplacito dd. RR. Monialium impetrando, et obtinendo sumptibus communibus, et non aliis, etc. Et idè clausula hæc posita in fine refertur ad totam dispositionem, ad principalem, & ad immediatam; Cum nulla ratio vrgeat, quod referatur potius ad materiam Laudemij remotam, quàm ad beneplacitum domini directi proximè reseruatum, cap. inquisitioni, de appellat. l. salis scriptura, s. fin. ff. de legat. 1. Alex. conf. 101. num. 10. lib. 3. et conf. 212. num. 6. lib. 6. Corn. conf. 83. num. 6. lib. 2. et conf. 43. num. 5. lib. 3. Gabr. de clausul. conclus. 9. num. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 378. num. 3. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 26. num. 32. et in*

Bononiens. *successionis* 10. Iunii 1633. coram me, quæ est *decis.* 167. num. 5. *part.* 6. *recent.* et ad euitandam caducitatem capiendâ, est hæc interpretatio, cum ipsa deuolutio, quando non est ex capite lineæ finitæ, sit materia multum odiosa, et ius Ecclesiæ effectum non est deterius, et laudemium per D. Abbatem statim depositum fuit.

Oppositiones cōtrâ dicta testium à Dominis reiectæ fuerunt, et bene ab Informantibus pro D. Abbate eliduntur.

Et itâ utraq; parte informante, etc.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptio hostica nûm opponi possit contra Ecclesiam, & num. 4. & 14.
- 2 Milites actû militantes dicuntur absentes ex causa Reipublica.
- 3 Exceptio hostica an opponi possit aduersus mulierem pro dotis recuperatione agentem, & num. 15.
- 5 Ecclesia, & Ecclesiastica persona an ligentur Constitutionibus Regni.
- 6 Constitutio Regni Sancimus de iure prothom. an liget Ecclesiam, & Ecclesiasticam personam.
- 7 Statutum laicorum si aliquid continet, quod diuino, naturali, vel canonico iuri conformatur, Clericos ligat.
- 8 Clericus an ligetur in Regno dispositione text. in cap. Conuentus.
- 9 Compromissum nûm possit in Regno peti contra Clericum, pro iuris sui consequutione agentem.
- 10 Ecclesia an ligetur in Regno dispositione pragm. 4. sub tit. de possessor. non turban.
- 11 Clericus an ligetur pragm. 1. de Senatusconsult. Maced.
- 12 Clericus an ligetur disposit. one pragm. 1. sub tit. de præuent. moder.
- 13 Clericus an ligetur dispositione Consuetudin. Neap. Et si testator.
- 15 Exceptio hostica est exceptio fauorabilis.

ARGUMENTVM.

Agitur, an exceptio hostica, de qua in *Constitutione Regni exordiente Hostici exceptionem*, sub tit. de *exceptio. hostic. ponenda*, possit opponi contra Ecclesiam, & Ecclesiasti-

cam personam, pro sui iuris consequutione agentem, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. LXXIV.



Exceptio hostica, de qua in *Constitut. Regni huius Hostici exceptionem*, dubitari contigit, an opponi possit cōtrâ Ecclesiâ, & Ecclesiasticas personas? Hoc non tan-

gunt Nostrates, sed pro dubio videbatur affirmandum, cum exceptio ista sit fauorabilis, ex quo tractatur de fauore publico principalitèr, milites enim actû militantes dicuntur absentes ex causa Reipublica, l. milites, ff. ex quibus caus. maior. *Afflic. in d. Constit. num. 8.* ac proindè cum in loco, vbi conueniuntur, stante publica occupatione interesse non possint, omni iure eorum regressus est expectandus, quamuis actrix sit Ecclesia, vel Ecclesiastica persona, hinc opposita exceptione hac contra mulierem, pro dotis recuperatione agentem, eidem obstare, testatur, in Sacro Consilio *decisum Afflic. in d. Constit. num. 28.* & aliàs tempore suo *Capycius in inuestit. feud. in verb. feudat. riorum exceptiones, vers. hostes exceptione*, ea quidèr ratione, quia licèt fauor dotis sit fauorabilis, attamèn plus est fauor publicus principalitèr, quàm fauor dotis publicus secundariò, l. 1. ff. solut. matrim. & cum *Constitutio generalitèr loquatur*, debet omninò dotis causam comprehendere, ergò & Ecclesiâ, & Ecclesiasticarum personarum.

4 Ceterùm his non obstantibus, in vna facti contingentia contrariam amplexus fui sententiam, ea quidèr ratione, cum hostica hæc exceptio non sit à iure communi introducta, nulla enim lege cauetur, vt actû militans ab aliquo conuentus, possit auctori hosticam opponere exceptionem, sicquè vt Ecclesia agens, ea dispositione ligetur, sed est exceptio introducta à lege municipali huius Regni, & sic à statuto particulari, quo certum est, Ecclesiam, & Ecclesiasticam personam nò ligari, quamuis fauorabile illud esset, ad tradita in vulgato cap. *Ecclesia sancta Maria*, vbi *Canonice communiter, de constitution.*

5 Hinc videmus, quòd quando aliàs in casibus aliarum *Constitutionum*, & *Pragmati-*

carum Regni huius dubitari contigit, an illarum dispositione Ecclesia, & Ecclesiastica personae ligentur, negatiue Nosstrates respondisse comperimus, sic *Afflic.* in *Const. Baiulos*, n. 50. ubi dicit, Ecclesias, Monasteria, & alia loca Ecclesiastica non ligari illa *Cōstitutione*, tūm quia potestas secularis non extenditur ad Ecclesias, vt per *Abb. in d. c. Ecclesia Sancta Maria*; tūm etiam, quia est contra libertatem Ecclesiae, ex quo impediuntur personae Ecclesiasticae facere ea, quae à iure communi sunt eis concessa, ius enim commune in casu nostro statuit, vt quilibet omni tempore possit de iuribus suis contra quemlibet experiri, statutum autem nostrum hoc restrinxit, vt contra personam actu militantem belli tempore durante agi non possit, modò si asseueramus, hoc statuto ligari Ecclesiam, certè illa priuatur libera facultate, quam habet à iure agendi pro acquisitione, vel recuperatione iurium ad illam spectantium, & pertinentium, & sic dicitur verè *Constitutio* ista, quauis fauorabilis respectu personae militantis, odiosa tamen respectu Ecclesiae, & Ecclesiasticae personae, & per consequens contra illarum libertatem.

6 Secundò idem dixerunt nostri in terminis *Const. Sārimus, de iure probomif.* qua statutum est, vt emptores bonorum stabilium iure retractus, siuè congrui cogantur ad relaxandum bona empta pro eodem pretio ad beneficium illorū, qui in bonis illis habent prae dia vicina, cum autem dubiatū esset, an *Constitutio* ista liget clericum emptorem, negatiue responderunt *Afflic.* *ibid.* §. *fin.* n. 15. & seq. *D. de Frāch. dec.* 285. *Paul. Staib. conf.* 42. *I. ap. in d. Cōst.* n. 66. *Molfes. conf.* 27. n. 13. *Mart. in tract. de iurisdic. par. 4. casu 30. à n. 8. Squillāt. tract. de priuileg. cleric. c. 7. à n. 96.* & quāuis Ego *lib. 1. cap. 55.* contrarium, & melius defenderim, hoc dixi, non vt Clericus ligetur supradicta *Regni Constit.*, sed quia statutum, quo inductum est ius retractus extitit à iure canonico approbatum, vt in *cap. constitutus, de in integr. rest.* aduertēs n. 11. & seqq. quòd quando laicorum statutum aliquid continet, quod diuino, naturali, vel canonico iuri esset conforme, tunc clericos ligat, & comprehendit, non tamen vt ius, & statutum laicorū, sed quia naturali, diuino, vel canonico iuri cōformatur, ad quod citauimus plures *DD.* relatos per *Carol. de Grass. de effect. cler. effect. 2. n. 112.* ubi dicit, quòd tunc statutum addit, supplet, & coadiunat ius canonicū,

subdeus n. seq. Iudicem Ecclesiasticum illud seruare nō teneri vt statutum, sed ratione naturae, veluti à iure diuino, vel canonico statutū, & mandatū, vel prohibitū.

8 Tertio habemus *cap. Regni*, quod incipit *Conuentus*, quo statutū est, vt motu iudicio in actione reali, bonifq; super quibus fuit mota lis in alium translatis, possit iudicium cum reo conuento compleri, sententiaq; demum proferenda exequi cōtra nouū possessorē, sed cum dubiatū esset, an cōprehendat personas Ecclesiasticas, quae lite pendente bona illa litigiosa emerunt, negatiue de cetero testatur *D. Praef. Vinc. de Franch. dec.* 545. *Jacob. Anell. de Bont. in addit. ad precitatū cap. Conuentus*, incip. *sententia lata*, & *P. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 2. tit. de personis, q. 8. n. 32.* Ego ipse *lib. 1. cap. 256. n. 4. in fin.* quāuis postea S. C. ab hac *D. Praefid. de rish* pluriès recesserit; vt annui *lib. 1. cap. 54. n. 10.*

9 Quarto habemus *prag. 1. de arbitrua* statutum est, vt quando quis actionē aliquam in iudicio proponit aduersus consanguineum, qui quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis coniungitur, tenetur reo instante causam compromittere, sed cum dubiatum esset, an lex ista comprehendat Clericum, negatiuam partem contra *Cayc. dec.* 66. per plura media probat *Borell. in comment. ad d. prag. §. 1. glos. 3. à n. 223.* vsquē, & per totum 261. *Arnon. sing. 38.* in libro meo, *Mart. tract. de iurisdic. p. 4. cas. 40. cent. 1. n. 14. Bellet. disquisit. cler. p. 1. tit. de exempt. cleric. à stat. laic. §. 3. n. 10. Romit. in eadem prag. n. 5.* in nouissimis.

10 Quintò habemus *prag. 4. sub tit. de possessor. non turb.* vulgò dictam *edita T horis*, qua statutum est, vt nemo Rege inconsulto litem aliquam intentare praesumar aduersus possessores bonorum, qui habent causam à Regibus Aragonis, vt *pragmatica* haec nō comprehendat Ecclesias, fuisse per S. C. iudicatum, testatur *Romit. in ead. prag. num. 11.*

11 Sextò habemus *prag. 1. de Somatus cons. Maced.* qua prouitum est, vt filius familias nullum possit facere contractum abiq; cōsensu patris, vt non comprehendat clericum, dixerunt *Carau. ibi §. 9. n. 21. Borell. de comprom. §. 1. glos. 3. n. 257. fol. unhi 35.* & latè dixi Ego *lib. 1. cap. 62. per tot.*

12 Septimò habemus *prag. omic. sub tit. de praenot. moder.* qua statutum est, vt quando debitor obligatus virtute publici instrumenti, vel obligationis penēs acta vult

in iudicio p̄uenire creditorem, tenetur p̄stare cautionem de soluendo debitum in casu succumbentis, & soluere p̄nam vnciarum decem, sed cum dubitatum esset, an lex ista comprehendat clericum, negatiuè respectu cautionis p̄standæ pro p̄na, responderunt *Minad. dec. 4. & Rouit. in eadem prag. n. 3.*

13 Octauo, & tandem extat in hac Ciuitate *Consuetudo* in scriptis redacta, incip. *Et si testator*, qua dispositum est, vt moriēs sine filijs, de bonis eidem à maioribus obuētis non possit, nisi de medietate disponere, fuit dubitatum, an lege ista municipaliter ligetur clericus, fuit cētis decifum, quod nō, ex doctrina *Napod. relata à Cappc. dec. 98. à Pres. de Francb. dec. 41 1. Reg. de Pont. conf. 39. n. 11. & ab alijs*, quos habes p̄nēs *Moises. ad Consuet. nostras p. 2. tit. de personis, q. 7.*

14 Ecce igitur (vt ad casum, de quo principaliter agimus, reuertamur) tot Regni iura, quibus cum dubitatum esset, an Ecclesia, & Ecclesiastica persona ligetur, extitit semper pro negatiua sententia resolutum, cur ergo idem dicendum non erit in casu prouiso in citata *Const. Hostici exceptionē*, vt nec etiam dispositione illa Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ ligari possint?

15 Non obstant ea, quæ pro contraria sententia in principio ponderaui, nimirum q̄ exceptio ista vti fauorabilis dotis causam comprehendat, vt per *Aff. & Cappc. in principio* relatis, nam vtrā quod de dote ad Ecclesiam nulla potest fieri illatio, hæc questio, an exceptio ista competat cōuēto ad dotem restituendam, vel assignandā, non est sine difficultate, quandoquidem multum de ea fuit dubitatum tempore *Pres. de Francb. vt videre est in decis. sua 286. vbi casus ob articuli difficultatem non fuit decifus, sed ex relatis in decisione illa videtur, S. C. pro muliere inclinasse, contra decisiones per Affiēt. & Cappc. relatas, vndē, & c.*

S V M M A R I V M .

- 1 Excommunicationis sententia an ligetur Iudex laicus, si ad inflatū creditoris clerici mādauerit Inquilinis, siuē Colonis clericis, vt de quantitatibus per illos clerico debitis, faciant depositū p̄nēs ipsum Iudicem laicum, & n. 3. 4. 7. 8. & 12.
- 2 Iudex laicus neq; directè, neq; indirectè p̄t clericū ad suum Tribunal trahere, neq; super illius bonis ius dicere, et n. 5. et 6.
- 9 Citatio per edictū, si quis sua putauerit in-

teresse, nūm comprehendat, et liget personas Ecclesiasticas.

10 *Sequestrantes bona patrimonialia clerici an incidant in sententiam excommunicationis, contentam in Bulla Cœnæ, canon. 15. & num. 11.*

13 *Clericus conuenius coram Iudice seculari ad soluendū annuū censū alicui debiti, ex eo, quod dum esset laicus, condemnatus extiterat ad soluendum in præteritū, & correspondendū in futurū, nūm de Iudicis incompetētia opponere possit.*

A R G V M E N T V M .

Agitur, nūm excommunicationis sententia cōtenta in *Bulla Cœnæ Domini*, qua fancitum extitit, nē personæ Ecclesiasticæ directè, vel indirectè ad forum seculare trahantur, comprehendat casū, vbi existēte clerico alicuius debitore ex causa census, Iudex laicus mādatur Inquilinis, siuē Colonis, qui fuudū cēsui obnoxium à clerico conductum tenent, vt de quantitatibus ex causa affectus per illos debitis, siuē debēdis p̄nēs ipsū Iudicem laicū depositum faciant, & de alijs.

C A P. LXXV.

1



Excommunicationis sententia contenta in *Bulla Canon. 15.* dubitatur, an comprehendat casum, quādo existente clerico Petri debitore ex causa census, cui ob-

noxium est prædium, quod ab ipso clerico possidetur, Iudex laicus mandat Inquilinis, siuē Colonis, qui prædium illud conductum tenent, vt de quantitatibus per illos ex causa affectus clerico debitis, siuē

debendis, faciant depositum, ad finem satisfaciendi Domino census de eo, quod illi debetur? verba Canonis sunt hæc.

Quinè ex prætenso eorum officio, vel ad instantiam Partis, aut aliorum quorumcunq; personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcunq; coràm se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consiliū, vel Parlamentum præter Iuris Canonici dispositionē trahunt, vel trahi faciunt, vel procurāt, directè, vel indirectè, quouis quasito colore, etc.

- 2 Hic articulus discussione non indiget, etenim nimis clara est litera textus, casum propositum comprehendens, nam cum ex tenore huius formidabilis Pontificiæ Constitutionis cautū sit verbis expressis, nè quis ex prætenso eius officio, vel ad instantiam Partis, præter Iuris Canonici dispositionē valeat directè, vel indirectè quouis quasito colore personam Ecclesiasticam ad suum Tribunal trahere: mandando Iudex laicus, vt Colonus, vel Inquilinus clerici, de eo, quod eidem clerico pro pensione debet, faciat depositum coràm ipso Iudice laico, ad finem satisfaciendi Domino census, importat nè aliud hoc præceptum, nisi per indirectum clericum ad Tribunal seculare trahere? probatur, nam cum primū videret clericus suos inquilinos, siue colonos à Iudice laico citari pro causa, non ad illos, sed immediatè ad ipsum duntaxat clericū spectante, coactè pro sui defensione, & vt iura, quæ contra eius creditorem habet, allegare posset, coràm eodem Iudice compareret, sicquè certè per indirectum clericus ille ad Iudicem secularem traheretur, id, quod in præfata Pontificia Constitutione nimis clarè prohibetur, sub illis verbis: *vel indirectè, quouis quasito colore*, quæ quidem verba commodius, siue certius verificari non possunt, nisi quando laicus à Magistratu seculari citaretur pro re, cuius interesse non ad citatum, sed ad personā Ecclesiasticam spectaret, prout in casu, de quo agimus; nam quod inquilinus, vel colonus clerici soluat pensionem clericum, vel potiùs de illa pœnès Iudicem laicum faciat depositum, sic iniuncto præcepto obtemperans, nullum consideratur ipsius interesse, sed clerici solummodò, vnde Doctores commentâtes præcitatum canonem 15. in puncto hanc firmant sententiam; videantur, quasito, Bartholomæus Vgolius tract. de censuris Pontifici reservatis, part. 2. super explicatione dicti cap. 15. §. 2. fol. mihi 348. Marius Alterius tom. 1. de censur. dispus. 16. lib. 5. cap. 1. colūm. penult. vers. hinc sequitur,

f. mihi 681. Vincent. Filliuc. tom. 1. qq. moral. tract. 16. cap. 10. quest. 6. num. 261. vers. primò Iudex, fol. mihi 472. & nouissimè Leonardus Duardus in commentar. ad Bullam Cœna, lib. 2. canon. 15. quest. 12. fol. mihi 568. huicquè sententiæ adtipulantur etiam Anton. Thesaur. decis. 2. in fine, vers. fallit septimò, et Doctor Marta tract. de iurisdic. part. 4. centur. 2. casu 112. nu. 10. hi enim post firmatam conclusionem, cui libenter assenti, paritèr & Ego lib. 1. cap. 117. nu. 4. vt coloni, & inquilini clericorum, & Ecclesiasticarum personarum coràm Iudice seculari conuerti nequeant de fori Ecclesiastici priuilegio excipere, limitant, quotiès clerici ad colonos illos defendendum necessariò coràm eodem Iudice laico comparerent, nam hoc casu causæ cognitio ad Ecclesiasticum spectaret.

- 5 Secundò, quòd in casu proposito sit Iudex laicus pœnitens incompetēs, etiam circumscripta dispositione citatæ Pontificiæ Constitutionis, & sic versantes in puris terminis iuris cōmunis, considero, quòd cum pensiones per inquilinos, siue colonos debite ad clericum fundi dominum spectent, sicquè actio ad illas consequendas habetur inter bona, & iura ipsius clerici, certè ad ius dicendum super illis nulla Iudici laico à sacris Canonibus est tributa potestas, immò expressè denegata, nam cum bona ad clerici personam accessoria dicantur, sequitur certè dicendum, vt illa, sicut & persona à Iudicis secularis iurisdictione exempta sint, probant hoc Canonista communiter in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut. in cap. qualiter, et quando, & in cap. final. de iudic. in cap. si clericus laicum, de foro compet. & in c. quanquam, de censibus, in 6. idemq; & Iurista in Authent. ingressi, C. de sacros. Eccles. in Auth. statuimus, C. de Episcop. et cler. Maranta satis benè conf. 37. num. 5. Marta de iurisdic. par. 4. centur. 1. casu 16. num. 16. Capib. de author. Baron. pragmat. 8. par. 3. num. 18. in penult. impressione, alijquè plures ad nauseam relati per Carol. de Grassi. tract. de effectib. cleric. effect. 1. num. 10. et 13. quorum dictis prorsus confutatur aliquorum sententia, qui putarunt, in actione reali contra clericum Iudicem laicum esse competentem; nam omnes, qui hoc dixerunt sunt Ultramontani, nimirum Galli, & Germani, de consuetudine illarum Regionum attestantes, nec villo quidem tempore in nostra Italia extitit eorum opinio recepta, immò nec in Hispania religiosissima, vt ex Covarr. pract. quest. cap. 31. num. 5. in fine, pro-

bat *D. Consiliarius Carleual. tract. de iudic. disp. 2. quæst. 3. num. 154. fol. mihi 75.* in nihilo huic assertioni aduersante *Io. Gutierrez*, qui *lib. 2. præf. qq. cap. 13. num. 9.* auctoritate *Gulielm. de Cuneo, Bald. Greg. Lopez,* & aliorum affirmavit, Iudicem secularē esse competentem ad relaxandum mandatum de exequendo super re clerici pro censu, cui res illa obnoxia est, loquitur enim de censu, & tributo Principi debito, cui prædium illud priusquam ad personam Ecclesiasticam transiret, subijciatur, & sic nihil ad casum nostrum, in quo quæstio est super solutione census priuatę personę debiti. Supposita igitur exemptione hac, qua lege, quo iure, quauē ratione poterit in casu nostro Iudex laicus super pensionibus per inquilinos laicos clerico debitis iurisdictionem exercere? quod enim discrimen constitui posset, si Iudex laicus cogeret colonos, siuē inquilinos clerici, nullum in negotio interesse habentes ad depositandum, quod clerico debent pro satisfaciendo creditori ipsius clerici, vel si directō recurreret ad publicum Bācum, ubi clericus pecuniam seruata tenet, illamq; apprehenderet, & creditori eiusdē clerici liberaret? certe nullum.

7. Tertiō, hæc, quam tenetur sententia, eo magis corroboratur, considerando hoc Iudicis secularis præceptum clerici inquilinis, siuē colonis iaiunctum de depositando, factō deposito, elusorium, ac pœnitens frustrationem non poterit Iudex procedere, si ius suam unicuiq; tribuere vult, nisi clerico audito; nusquam enim vidimus, nec audiuimus, depositam pecuniam creditoribus liberari, principali debitorē non audito, ad hoc vt iura, si quæ habet, contrā eius creditores proponere posset, & hoc iure utimur; modō cum debitor sit persona Ecclesiastica, peto Ego, quam iurisdictionem habebit Iudex ad clericum citandum, ad hoc vt deducere possit quicquid sua interest circa concernentia liberationis faciendę?
8. Ulteriùs fingamus, quod clericus habitatoria de deposito per eius inquilinū, vel colonum factō, non aliter citatus compareret, sequē debitorem non esse allegaret, idquē promptum esse probare, quando aduersarius corā Iudice competente eum vocaret; hæc comparitio, queritur, an dicatur voluntaria, vel potius necessaria? certō certius necessaria dicitur, probatur, nam videns clericus ipse, se à Iudice laico spoliatum iure, quod habebat in assequendis

pensionibus sibi ab inquilino, vel colono debitis, coactē pro suorum iurium tuitione compareret, quod sit, vt verē dicatur reus necessarius; non enim priusquam fieret depositum, siuē antequam inquilinis iniunctum esset mandatum de depositando, comparere indigebat; sed postea, vnde mandatum illud, siuē depositum factum causa fuit comparicionis, & sic instigatus accessit, ac si personaliter citatus esset: hinc *Dofiores* affirmasse comperimus, citationem à Iudice seculari per edictum emanatā, si quis sua pœnitentia interesse, quæ certē arctatoria non dicitur, respectu Ecclesiasticarum personarum ex defectu iurisdictionis nullius momenti esse, nam quoties clericus dubitans, nē Iudex laicus aliquid faceret, quod sibi præiudicium inferret, compareret, reus diceretur necessarius, itā *Roland. à Valle conf. 29. num. 18. lib. 2. Dec. in cap. cum inter, num. 38. de exception. Marta de iurisd. cent. 4. casu 37. num. 16. & satis benè Phann. tract. de inuent. quæst. 240. à num. 22. cum seqq.* sub illis verbis antē num. 24. non obstat, quod dicatur reus voluntarius, quoniam istud est verum respectu comparicionis tantum, sed non respectu processus, in quo cogitur se defendere; eius respectu verē potest dici necessarius, &c. & antē num. 23. aduertit, nē Iudex secularis in hac re decipiatur, deceptusquē æternę damnationis laqueo innoderetur, falcem immitendo in messem alienam, nimirum in iurisdictionem Ecclesiasticam, quæ de iure Diuino est.

10. Quarto, hæc omnia supra iam dicta, quibus timorata conscientia vir nusquam congruē respondebit, nullum possunt recipere obstaculum, ex his, quę in contrariam scripsit *Francisc. de Petris conf. 9. à num. 1.* vsquē & per totum num. 10. ubi consuluit, non posse in hoc articulo de censurarum incursum timeri, ex eo, quod *Bulla Canon. 17.* procedit aduersus bona Ecclesiæ, siuē fructus Ecclesiastici beneficij sequestrantes, secus autem in casu nostro, in quo de sequestro rei prophætae agitur, quamuis sub dominio personę Ecclesiasticę, ad quod allegat *P. Duard. in explicatione eiusdem canon. 17. quæst. 1. concl. 3.* itemq; eiusdem canonis censuram procedere in Iudice sequestrante, secus in Partibus sequestram procurantibus, ex *Navarr. conf. 34. de sententia excommunic. in antiquis, & 37. in nouis,* de quo meminit *Dom. Episcop. Ricc. decis. 160. in fine, lib. 3.*

11. Respondeo enim, verissimam esse assertionem hanc; sed ad casum nostrum non.

applicari, nam si quis ex dispositione præcitati *canonis* 17. afferere auderet, non posse Iudicem secularem absque timore excommunicationis incursum procedere ad sequestrum fructuum bonorum patrimonialium clerici, necesse est, procedendo cum modestia, eundem rogare, ut *canonem* illum perlegat, quia demum certe hoc asserere non præsumeret; si enim *canon* de sequestro fructuum bonorum Ecclesiasticorum, sine beneficiorum loquitur, quo pacto versantes nos in materia pœnali, potest extendi ad sequestrum rerum prophanarum clerici, hoc certe nullam patitur difficultatem; sed si demum ex hoc sequestro, quod fit in bonis clericis, mandando Iudex secularis, ut coloni, & inquilini illius de eo, quod pro pensione debent, faciant depositum, resultaret, ut per indirectum ad Tribunal seculare trahatur persona clerici, qui cum videret super bonis propriis molestiam pati, ad se defendendum compareret, sit locus certe dispositioni *canon.* 15. supra relati.

12. Ultimo, minus etiam obstat, si diceretur, priusquam prædium censui obnoxium ad personam Ecclesiasticam perveniret, Iudicem secularem solitum fuisse inquilinis, siue colonis pro tempore existentibus confirmare mandatum de depositando iniungere, sicque illud idem continuare posse, postquam prædium illud ad clericum perveniret, et tamen hoc nullo iure probatur, nisi dicamus, causam fuisse à Iudice seculari præventam; sed quia præventionis termini deficient omnino, cum nulla lis inter Dominum census, & inquilinos, siue colonos in casu nostro considerari possit, ergo. Et si dicis, citationem illam ad depositandum factam iudicium constituisse inter illos, & Dominum census, sicque dici causam fuisse à Iudice citante præventam, ad *text.* in *cap. proposuisti, de foro compet.* Respondeo, hoc bene posse procedere contra inquilinum citatum, ut scilicet dicatur ille præventus; sed factum demum ab illo deposito, sic Iudicis parendo mandatis, iudicium illud cessavit omnino, nec Dominio census remansit aliquid agendum; ad tradita per *D. Consiliarium Carleual. tract. de iudic. disput. 2. quest. 7. sect. 3. num. 963. vers. præventio autem eatenus durat*; unde cum primum prædium illud censui obnoxium transeat ad personam Ecclesiasticam, à qua successivis temporibus fit locatio, vel prioribus, vel novis inquilinis, recusante clerico possessore censum solvere, opus est nova citatione ad depositandum, ad quam concedendam, quia

bona reperiuntur pœnès clericum, nec est, cur dici possit, causam fuisse præventam, sicut prorsus Iudicis secularis iurisdictio, sicque Ecclesiasticus est ad eundem, prout à simili in notabili casu doctè satis, iuxta morem ratiocinatur *D. Consiliar. Carleual. cit. tract. de iudic. disput. 2. q. 7. sect. 3. à num. 963. vsque & per totum num. 967. quo loci* 13 docet, clericum annui census debitorem à creditore suo coram Iudice seculari ad soluendum vocatum, remittendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum competentem, non obstante, quòd dum esset laicus, ab eodem Iudice seculari condemnatus extiterat ad census decursos satisfaciendum, & ad futurum singulis annis correspondendum, nullam de allegata præventionem rationem habens, ex quo lis ante clericatum super annua præstatione cepta, sententia mediante erat finita, & executioni pro censibus tunc debitis demadata, & sic amplius non pœdebat, ad *text. in l. à Diuo Pio, §. si possit additum, ff. de re iudic. & quantum in vna* facti contingentia Sacrum Consilium contrarium iudicasse referat; ex his tamen, quæ exarat, timoratus Iudex videre poterit, an sic factæ determinationi standum sit, & quòd rei iudicatæ authoritatem pondera, quæso, verba, quæ profert, nam eodem modo respondeo Ego decisioni in casu, de quo agimus relatæ per *Io. Baptistam Hodiernam in addit. ad 1. decis. Io. Petri Surdi. Vnde, &c. Neapoli Kalend. Aprilis 1640.*

S Y M M A R I U M.

1. Excommunicatus an sit, qui percussit consanguineum clerici contemplatione ipsius clerici, quem odio prosequitur, & num. 3. 4. & 7.
2. Metus illatus consanguineis clerici censetur clerico illatus.
3. Text. in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. declaratur, & num. 5. & 6.

A R G V M E N T U M.

Agitur, an excommunicationis sententia, de qua in *Canon. Si quis suadente Diabolo* 17, q. 4. procedat in percussente, & molestante consanguineum clericis, vel illius bona, propter odium, quod gerit in ipsum clericum.

CAP. LXXVI.

I



Xcommunicationis sententia, ex canon. si quis suadente Diabolo 17. q. 4. aduersus clericos, aliasuè Ecclesiasticas personas percipientes induta, aliis scio cōtrouer-

sium, an personam illam comprehendat, quæ clerico iniuriam non infert, sed eius consanguineo, contemplatione tamen, & occasione ipsius clerici, quem odio prosequitur?

Affirmant Ludou. Rom. in Rubr. ff. de recept. arbitr. num. 56. vers. vbi habes casum singularem, Hypol. de Mars. sing. 204. Andr. Tiracquell. tract. de pen. temper. causa 51. num. 74. Hieronym. Giachar. ad Iul. Clar. 9. fin. quest. 77. vers. idem in percipiente, Io. Cephal. conf. 587. num. 2. & 3. lib. 4. sub his verbis. Sed metus illatus consanguineis clerici censetur illatus clerico, c. sciant cuncti, de elect. in 6. glo. in clem. 2. in verb. quomodolibet, de sentent. excommun. & ita est excommunicatus, sicut si immediatè vulnerasset clericum, Roma. & c. Io. Baptist. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in citat. quest. 77. num. 3. ibi, Item adde, quod percipientis consanguineum clericum, respectu tamen ipsius clerici, incidit in Canonem dicti can. si quis suadente, ut per Mars. & c. Ludolph. Schrader. tract. de feud. par. 9. cap. 4. num. 16. ibi, quæ sententia & ex eo confirmatur, quod is, qui consanguineum clericum in odium, vel ignominiam clericum ledit, vel offendit, perinde ipso iure excommunicationis sententiæ incurrat, sicut is ipso iure excommunicatur, qui clericum offendit, vel ledit, Roma. & c. Carol. de Grass. tract. de effect. clericat. effect. 9. num. 116. sub his verbis, ampliatur 31. prædictus nonus effectus, ut habeat locum etiam in eo, qui non infert iniuriam personæ ipsi clerico, sed suis consanguineis contemplatione, & occasione ipsius clerici, quem odio prosequitur, quia iste talis erit excommunicatus, ac si ipsum clericum percuteret, Roma. & c. allegant omnes pro hac conclusione firmanda celebrem tex. in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. vbi hoc idem firmat August. Barbof. in collect. num. 5. & in cap. quicumque, num. 3. de sent. excommun. eodem lib. 6. per hæc verba, Paria ergo sunt aliquem vexare, opprimere, grauare, aut consanguineos ipsius, & a quæ puniuntur offendens consanguineum clericum, ac si ipsum clericum offendisset, & c. idemq; affirmat Petrus Garsia in suis dictis iuris, dicto 178.

4 E contra verò, quod hæc conclusio in d.

cap. sciant generalitèr non probetur, sed tantum in casu inibi expresso, ita vt specialis sit excommunicatio lata, dum quis tali dispositioni controuenerit, scripserunt glos. ibidem, in verb. consanguineos, Felix. in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 99. vers. sed istud, de Constitut. ibi, sed istud de vulnerante consanguineum clerici non probatur in d. cap. sciant generalitèr, sed est specialis excommunicatio lata in casu illius cap. & hinc est, quod percipientes ipsum clericum in casu illo, incurrunt nonam excommunicationem, ultra excommunicationem canon. si quis suadente, & c. Res. in l. de pupillo, §. si quis ipsi pratori, num. 12. ff. de nou. oper. nunciat. Socin. in l. mulieri, & Titio, ff. de cond. & demonstr. Duen. regul. 99. ampliatur 11. Tiber. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 15. Iacob. Menoch. tract. de arbitr. iud. casu 389. num. 18. & alij.

5 Quodq; istorum procedat sententia, ex illius Canonis lectura cerni videtur, etenim Greg. X. Pōtifex sanctissimus cupiens, vt electio, quæ fit de persona ad dignitatem, siuè superioritatem in eligentium personis libera sit, nec vt hic, aut ille eligatur, cogi possent, statuit in d. cap. sciant cuncti, vt si quis personam Ecclesiasticam, siuè illius consanguineum grauare præsumperit, ex causa, quod illum eligere noluit, quem eligi exposcebat, excommunicationis laqueo fit hic talis innodatus, & sic clarè cernitur, casum esse speciale, ponderentur, quæso, verba text. ibi, pro eo, quod rogati, & c. & hinc

6 videmus, quod Doctores, qui excommunicationes in Sexto Decretaliu cōtētas nulli referuatas connumerare voluerunt, istam in d. c. sciant simpliciter recitant, nimirum circa Ecclesiasticæ libertatis læsionem in libero vsu electionis, nullatenus extrà casum illius Decretalis generale proponendo dubiū, sic enim ratiocinati sunt Syluest. in summ. excommunicatio 9. censura 11. num. 34. Angel. excommunicatio 7. casu 14. Suar. in 3. Sancti Thoma tom. 5. disp. 23. sect. 4. Nauarr. in summ. cap. 27. num. 122. Sayr. de censur. c. 34. num. 8. Vinc. Fillinc. qq. moral. tom. 1. tract. 14. num. 55. & alij.

7 Constat igitur enixè, ab hac sententia nullatenus recedi posse, sed asserere fas esse, Ludou. Roman. illiusq; sequaces supra relatos perperam, & inconsideratè in casu prædicto loquutos fuisse, cum verè nullibi in iure generalitèr excommunicatio hæc aduersus clericorum consanguineos percipientes lata reperitur, sed aduersus molestantes personas Ecclesiasticas tantum in d. canon. si quis suadente, & in cap. non do-

bium,

bilis, cū pluribus similibus, extra de sentent. excom. in quibus Constitutionibus si Summi Pontifices de percutientibus consanguineum clerici propter odium in ipsum clericum, sentire voluissent, disposuissent, cumq; in pēnalibus versemur, & in materia rigorosa, de vno ad alium casum extēfio aliqua fieri non potest, vulgatis iuribus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Excōmunicatus an censeatur qui percussit mulieres, quæ cōmorantur in Conseruatorijs Ciuit. Neap. & n. 3. 4. 6. et 7.*
- 2 *Mulieres quæ commorantur in Conseruatorijs Ciuit. Neap.*
- 4 *Excōmunicatus censeari non potest ex cōmunicatione contenta in can. si quis suadente Diabolo 17. q. 4. nisi percussit personam, quæ ordinis caractere insignita non est, vel quæ sub aliqua Religione non viuit, & n. 5.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an percutiētes mulieres commorantes in Conseruatorijs Ciuitatis Neapolis, in quibus Deo inseruiūt, quotidie diuinum officium in Choro canendo, aliaq; peragendo diuina ministeria, incidant in excommunicationem contentam in *CANONE si quis suadente 17. q. 4.*

C A P. LXXVII.



Xcommunicationis sententia, in quam diximus *lib. 1. cap. 114. num. 12.* incurrere illos, qui violentas manus in iocere audent in mulieres tertiarias, seu mantellatas alicuius Religionis, quæ vulgò *Monache bixeebe* appellātur, audiui aliàs dubitatum, an liget, & comprehendat percutientes mulieres, quæ commorantur in Conseruatorijs huius Ciuitatis?

Ratio dubitandi in partem affirmātem

ca est, quia in his locis, vltra viduas, & virgines, quæ nubere intendunt, & coniugatas, quæ cum viris malè se habēt cōmorantur, etiam aliqua mulieres pauperes, vulgò appellamus *mortificatas*, quæ cum propter earum paupertatem condigno viro nubere non possint, vitam ducunt perpetuò in his Conseruatorijs, & quotidie in Choro Capellarum ibi existentium diuinum recitant officium, aliaq; diuina peragunt ministeria, vnde videtur quodammodo, quòd sint personæ Ecclesiasticæ, sicq; in terminis, de quibus agimus firmare videtur *Decian. tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 17. n. 12. et 13.*

3 quem citat *Carol. de Grass. tract. de effect. clericat. effect. 9. nu. 73.* sub illis verbis, & adducit alias rationes pro ista opinione, *Decian. d. c. 17. n. 12. & 13. qui dicit, idē esse dicendum de offendentibus offensione personali mulieres, quæ nō sunt professa, sed vt Deo seruiant se recludunt in vna domo, siuè loca.*

4 Hac tamen dubitandi ratione non obstante contrariam sequor sententiam, constat enim, nullo canone, nullauē Pontificia Constitutione caueri, vt percutiens personam, quæ ordinis caractere insignita nō est, vel quæ sub aliqua Religione à Sancta Sede Apostolica approbata nō viuat, siuè vnus, siuè alterius sit sexus, in excommunicationis laqueum incurrat, etenim explorati iuris est, Statum harum Mulierum à Sancta Sede Apostolica approbatū non esse, est *tex.* nimis clarus in *cap. indēnitatibus 43. §. supradicta, in fn. de elect. in 6.* si ergò approbatus non est, dico Ego, quoniam pacto quis affirmare vnquā poterit, vt percutientes personas in hoc statu viuentes, in excommunicationis incurrat censuras?

5 Nec placet distinctio, quam recitat *Rot. dec. 2. de sentent. excom. in antiquioribus,* vbi loquēdo de mulieribus, quæ Canonicæ seculares nūcupantur, & quærens, an illas verberans sit excōmunicatus, respondet, quosdam affirmatiuam, alios negatiuam, alios verò distinctiōne vfos esse, & distinctio est, vt opinio affirmatiuam procedat, donec, & quousq; hę mulieres canonicatus portent habitum, & in diuinis Deo seruiant, negatiuam autem sentētia; vt procedat, quando exierunt, & extra seruitium Deo in proprijs domibus habeant mansionem, etenim distinctio hæc caret prorsus iuris fundamentis, iura enim, quæ super hac materia prodita sunt de Clericis, Monacis, & Sancti-

monia-

monialibus tandem loquuntur, de Clericis, & Monachis loquitur *tex. in can. si quis suadente* 17. q. 4. de Sandimonialibus *tex. in cap. de monialibus, extra de sentent. ex comm. de Mulieribus* autem, de quibus nos loquimur, non solum Summi Pontifices, qui pro tempore fuerunt aliquid super hoc disponere non intellexerunt, sed quodammodo contrarium statuere, dum, ut superius diximus, Statum harum mulierum sic viuentium approbare noluerunt in *cap. indemnitatibus, §. supradicta, in fin. si ergo* nullam habemus Pontificiam Constitutionem, quae super hoc aliquid disposuerit, consequens erit dicere, ut id, quod a sacris Canonibus dispositum est aduersus percutientes Moniales, dum in materia versamur penali, & rigorosa, nullatenus extendi possit ad percutientes mulieres, de quibus agimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsi crimen grauissimum est, ita ut sub generali criminum abolitione non includatur.
- 2 Falsi suspitio in ciuilibus pro veritate habetur.
- 3 Testes falsos, & scripturas in iudicio producentes, illisque utens, causam amittit, et falsi poena punitur.
- 4 Prag. 1. de falsis, quam interpretationem receperit, declaratur, & an illius dispositio procedat in causa feudali, & n. 6. 8. 14. & 16.
- 5 Declaratio circa usum an fieri possit sub aliqua conditione.
- 7 Falsi accusatione proposita in causa ciuili, an supersederi debeat in procedendo, donec de falsitate cognitum sit.
- 9 Feudalis causa nunquam comprehenditur in dispositione, ubi expressè de feudis mentio facta non est.
- 10 Causa amissio inducitur per falsitatem in beneficiis.
- 11 Rota Romana non admittit renunciationem iuris in beneficiis, sed bene litis, & causa.
- 12 Potestas, & voluntas integrant actum.
- 13 Feudum non amittitur per renunciationem, nisi fiat in manibus Domini.
- 15 Pragm. 1. de compromiss. excepit causas feudales.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an falsos testes, & scripturas producens, instante Parte aduersa, ut declaret, si illis uti velit, possit sub aliqua clausula, vel cum aliqua protestatione declarare! *Pragmatica* 1. sub tit. de falsis, qua cautum est, ut producetes falsos testes, & scripturas vltra causae amissionem falsipena plectentur, an locum sibi vendicet in causa feudali, & de alijs notabilibus, vbi singulare *responsum D. Io. Angeli Pisanelli* ad huius *pragmatica* ornatum.

C A P. LXXVIII.

- 1 **F**alsi crimen quantum graue, & enorme, quantum atrox, & odiosum sit, nemo est, qui ignoret, non enim desunt, qui dixerint, nullum in hoc Orbe Terrarum posse patri crimem, quod maiorem irroget infamiam, statumque hominis vituperet, quam facinus hoc, ita *Paul. Castrensis. conf. 151. post princ. lib. 1. Iul. Clar. in prax. crim. in §. falsi, & in §. fia. q. 98. na 7.* vbi subdit, inter publica connumerari facinora, & propter eius grauitatem nonnulla in se continere specialia, illudque precipuum, ut sub generali criminum abolitione non includatur, ad *tex. in l. Lucius, vbi Bar. in fin. ff. ad S. C. Turpil. Gram. post alios, quos citat dec. 2. n. 18. Masfrill. de indult. c. 38. nu. 3. Ricc. dec. 132. n. 8. par. 4.* vbi plura notabilia, & in *decis. 17. par. 2.* vbi addit, solam falsi suspensionem in ciuilibus pro veritate, & falsitate haberi, ne instrumento fides detur, idemque *Capyc. decis. 30. num. 4.* vbi ad hoc allegat *tex. in canon. in memoriam 19. dist. Iul. Clar. in d. §. falsum, nu. 38. & seq. & allj.*

3 Hinc merito huius delicti atrocitate perpenſa Sereniſſimum tunc Regem noſtrum *Ferdinandum primum* pragmatica ſanctione diſpoſuiſſe comperimus, vt litigantes falſos teſtes, ſive ſcripturas in cauſis producentes, illiſque vtentes, vltra cauſa amiſſionem falſi pœnæ à iure communi introductæ ſubiſciantur, in *prag. 1. ſub tit. de falſis*, quam tamen illam interpretationem recepiſſe non ignoramus, vt ſola falſorum teſtium, & ſcripturarum productio ſat non ſit, vt producens tanta plectetur pœna, ſed expreſſa requiritur declaratio, nimirum, quòd teſtibus, & ſcripturis productis vri vult, aduerſarij colligantis inſtantia ſuper declaratione facienda præcedente, ſicque in praxi ſeruari deſumpta ex *tex in l. 3. c. de fide inſtrum. & in l. penult. vbi Bart. ff. de falſis dixerunt Afflic. decif. 189. num. 2. & 4. Foller. in praxi, in verb. item quòd commiſit falſitatem, per totum num. 45. & Ronit. in d. prag. 1. num. 4. quam quidè declaracionem purè fieri debere, non autem ſub aliqua proteſtatione, vel cum clauſula, ſi, & in quantum, ſive cum còditiõne vti velle, quatenus teſtes verum dixerint, & ſcriptura vera ſit, ſcripſerunt *Marant. in praxi p. 6. act. 8. num. 38. Cepoll. cautel. 53. nu. 1. Boſſius in praxi, tit. de falſis, num. 109. & 119. Verſill. ad Afflic. in citata decif. 189. nu. 9. Farinac. de falſis. quaſt. 169. num. 59. & 67. alijq; plures ad nauſeam relati à Ludonico Poſtio in *trakt. de manuſc. obſeru. 100. à num. 1. vſque ad 9. vbi tamen poſt Cæſar. var. reſol. lib. 1. cap. 20. num. 59. in nouis hanc declarat. concluſionem, vt illa. benè procedat, ſi pars, quæ reſpondere debet, ſit veròſimiliter de rei veritate informata, aliàs optimè poterit ſub prædictis clauſulis, conditionibus, & proteſtationibus reſpondere, ſive declarare, velle vti, donec, & quouſq; fuerat de contrario certiorata.***

6 Sed elegans inſurgit quaſtio, an huius Regiæ ſanctionis diſpoſitio locum habeat in cauſa feudali? ſuper hoc dubio à nemine ex noſtratibus, quos viderim, tacto, *D. Ioannes Angelus Piſanellus* ſua tempeſtate ſummæ venerationis Iureconſultus his, quæ ſequuntur verbis propria ſua manu ſcriptis reſpondit, prout in *quaſt. 3. ſuorum notabiliam*, quam habes impreſſam intrà *commēt. diuerſ. ſuper pragmaticis Regni, in prag. 1. ſub tit. de falſis*, ſed poſt Authoris mortē, & ex errore illius, qui etiam in illò loco, & ſub nomine commentarij imprimi curauit, diſcrptum confundens, coniungit enim *n. 9. cum hac quaſtione* aliam ſequentem, quæ

incipit, *Dicit Capycius*, materiam continens ab illa prorsus diſtinctam, & ſeparatam, prout videre eſt infra *e. 207. quod incipit, Inſtrumentum in iudicio productum.*

Ieſus, Maria.

7 Quamuis hodiè per *pragmaticam* ſub nomine Regis Catholici factam in anno 1509. ſit ſublato dubium, an per accuſationem falſi ſuperſederi debeat in cauſa, de quo per *Afflic. in decif. 229. & dùm caſus accidiffet in cauſa Terræ Oppidi* fuit decifum, vt per *Capyc. in decif. 25. & ſuper illo caſu facit conſilium Loffred. conſ. 6. nam ad remouendum iſtam difficultatem diſponitur ex illa *pragmatica*, quòd non retardetur, nec proceſſus cauſæ, nec decifio, & ſuper vtroque procedatur, donec conſiterit de falſitate, aliàs dubitauit *ſi pragmatica Regis Ferdinandi Primi*, quæ incipit *Teſtem falſum*, ſub *rubr. de falſis teſtibus*, vèdicet ſibi locum in re feudali, ſcilicet quòd conuictus de falſitate puniatur in cauſa amiſſione, dubium oriebatur, quia *pragmatica* diſponit de producente in cauſa, & ſic dat regulam in cauſis ſimpliciter prolatis, vt*

9 ſic non facta mentione de feudis, non dicantur comprehendi cauſæ feudales, ita arguit *Bald. in cap. cum ordinem, col. 2. verſ. iſtud eſt argumentum, de reſcript. quem ſequitur Felin. ibi col. 5. verſ. per iſtum textum*, & quando voluit Rex ipſe diſponere ſuper feudis, iam meminie, dùm in *pragmatica* antecedenti, incipiente *Odia*, ſub *rubr. de compromiſſis*, faciens mentionem in principio de cauſis, in quibus fieri debebat compromiſſum, exceptuat cauſas feudales, vt ſic vna pars declaratur per aliam, *l. vtrum, cum concord. ff. de petition. hered. & innuatur ex mente Conditoris eſſe*, ut loquendo de cauſis, nolit comprehendere feudales, quia ſi uoluiffet, ſicut antea in alio caſu expreſſit, ita in caſu fortiori expreſſiffet, *l. 1. §. ſi autem ad deficientis, c. de caduc. tollen. ſi enim expreſſe uoluiffet feudatarius renunciare feudum, non poſſet ſine aſſenſu, ut in Conſul. Regni Conſtitutionem diua memorie, cum concord. & qui non poteſt alienare, non poteſt pati, quòd præſcribatur, ut per *And. in c. 1. §. quid ergo, ibi, item quid in feudo antiquo, de inueſtit. de re alien. fact. per Dec. conſ. 445. num. 45. verſ. terſid principaliter*, poſuit *Rub. in conſ. 13. verſ. ſecundo principaliter*, aliàs eſſet aperire niam ſine aſſenſu transferendi ius ſuum alteri, quòd abhorrent iura feudalia, & plura exempla ponit *Capyc.**

in decis. 156. in qua causa Ego allegavi, & licet pro contraria parte potuisset allegari *tex. in cap. fin. de crim. fals. ubi in beneficiis per falsitatem inducitur amissio causæ, & beneficij, & tamen non valet renunciatio sine assensu Superioris, ut in c. quod in dubijs, & in cap. admonet, de renunciat. tamen ille *tex.* procedit, quando fuit factum pactum, & obligatio coram Ordinario, qui poterat recipere renunciationem, nedum*

11 litis, sed iuris, ut in dictis capitulis, & ita intelligit *Rot. in nouis, in tit. de renunciat. in decis. incipien. Si actor, ubi dicit, quod de facto seruatur, quod nullus Auditor renunciationem iuris in beneficiis admittit, sed bene licis, & causæ, & sentit hoc Anania in d. cap. fin. in 3. notab. ut sic videatur inferri, quod per falsitatem non potest induci renunciatio iuris, et amissio causæ, quia etsi per falsitatem videatur renunciare, et adfit voluntas, siue colligatur voluntas, tamen concurrere debet potestas, cum secundum *Boesium*, relatum à *Bal. in l. cum testamento, col. 1. C. de iuris, & fals. ignor.* potestas, et voluntas integrant actus humanos; & propterea infert *Ias. in l. Gallus, §. quidam rectè, col. penult. ibi, secundò, quia per renunciationem, ff. de liber. et posthum.* quod per renunciationem feudi non perditur feudum, nisi fiat in manibus directi domini, vel pariat alium inuestiri, latius per *Curr. seniores in cons. 50. memoriz recolèdæ, car. mihi 16. vers. ad decimum argumentum*, ibi, corrobore premissa, et parificantur in hoc beneficia, et feuda, ut sicut beneficia non possunt renunciari, nisi in manibus Superioris, ut dixi, et talis, qui possit recipere resignationem, ut etiam tenet *Felin. in cap. 1. 12. q. col. 2. vers. declara hoc primò, de offic. delegat. ita nec feuda, ut arguit *Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, col. 27. vers. secundò fallit, de constit.***

14 In contrarium occurrebat, quia de sui natura si committatur falsitas, venit perditio causæ, ut allegatur *glos. in cap. cum venerabilis, in notò tex. de religio. domib. et per *Alex. in l. diuus, col. 2. vers. item nota, ff. de re iudic. et sic statuendo Rex in dicta pragmatica, quod perdat causa, intelligatur in omni causa, postquam cum prohibitione legis communis concurrat etiam noua lex, ut arguit *gl. in l. fin. in fin. C. de reb. alienis non alienari. Bal. in l. 1. in fine 7. opposit. C. de pact. facit regulam, quia duo vincula debent magis ligare, quam ubi vnum est, Authen. itaq; C. commun. de success. cap. 1. de treugua, & pace, item quia si per *pragmaticas* prefatas datus fuit ordo in causis, et iam fuit inten-***

tionis, quando voluit excipere feudales, exprimere, sequitur, quod intentio fuit, ut esset lex generalis in omnibus causis, etiam feudales, & sic illa exceptio declarat regulam, *I. nam quod, §. fin. ff. de pign. legat. & exceptio debet esse de regula, Dyn. in rubr. de regul. iur. Bart. in l. 1. ff. de regul. iur. ut sic*

15 respòdeatur ad *pragm. de compromis.* quod fuerit intentio Regis omnes causas comprehendere, et voluit excipere causas feudales, quia sine assensu non poterat super eis compromitti, ut in *Constit. Regni Constitutione a Dina memoria*, ergò cum in illo casu noluit, *pragmaticam* intelligi, videtur fuisse intentionis, in omniibus aliis intelligi, *pragmaticas* ipsas loqui, ita arguit ex mente *Alex. et aliorum Dec. in cap. cum dilecta, col. 2. ibi, sed si constitutio procuratore n., de confirmat. utili, vel inutili, et sic licet Partes non possent contrahere sine assensu, tamen si lex dicat, quod per falsitatem perdat causa, eo ipso, quod quis falsitatem committit, lex est, quæ poenam imponit mediante facto suo, ut in simili dicitur in *cap. 1. ex quibus causis feud. amitt. et qua sit prim. caus. benef. amitt. cum concord. et videtur datus assensus, quod per falsitatem causa perdat, et postquam ita voluit Rex legem condèdo, cessat difficultas, quod renuaciatio non valeat in præiudicium Regis, cuius consensus requirebatur, ut per *Ang. in §. sit itaque, col. 5. Instit. de action. vnde eo post consensum præstante, renunciatio reconualidatur, *Alex. lib. 1. cons. 196. quod præsens, col. penult. & interim antequam Superior consentiat, renunciatio excluditur ab agendo, licet iure non priuatur, vel illud in alium non transferatur, ut per *Felin. in cap. per tuas, il primo, vit. notab. de simon. ex quo talis renunciatio inducebat vacationem beneficij, secundum *Felin. in cap. lator, col. 7. vers. considerabam secundò, de re iudic. licet possessio perderetur sine Superioris consensu, ut per *Rot. decis. 306. & in antiquis decis. 708. nota quod Auditor, & ita videretur fuisse sentitum per S. Cons. in illa causa Oppidi, dicitur, quod fuit decretum, fore suspendendum, præcipue quia in Regno est *pragmatica, quod causa perdat, ubi quis produxerit falsos testes, vnde congruit expectare finem falsitatis, ad hoc ut sciatur de amissione causæ, ista sunt verba dictæ decis. 25. & aliàs dum esset lis in Sacro Cò-********

16 silio inter Magnificum Troianum Mormilem, & Magnificam Corneliam de Marra super Caltris Cagnani, & Caprini, et tunc proposita querela falsi, fuit referente Do-

Cmino de Martiale Hispano viro doctissimo, & integerrimæ conscientie 1. Julij 1511. interpositum decretum, quod non obstantibus petitionibus super falso oblatis procederetur in causâ principali ad actus incumbentes, et nihilominus audiendas esse partes super petita declaratione amissionis causæ, iuxta Regiam pragmaticam, instantia mediante; vt sic si sentisset Sacrum Consilium, quod *pragmatica* non comprehendisset causas feudales, non itatuisset, esse audiendas super causæ perditione, iuxta *pragmaticam* prædictam, et in hac sententiam ex præfatis inclino, demum vidi *decis. Boerij* 291. ad quem me refero.
Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Fatalia an currant in S. C. et num. 7.
- 2 Prag. 1. de appell. an procedat in reclamationibus, quæ fiunt à sententijs S. C.
- 3 Fatalibus lapsis ligata sunt manus Iudicis, quantum de desertione non sit oppositum.
- 4 Appellatio habetur pro non interposita, quando fatalia sunt elapsa, & num. 8.
- 5 Iudex à quo nim fatalibus lapsis possit suam exequi sententiam, causa prius deserta non declarata.
- 6 Impedimenta quæ esse debeant, vt elapso primo fatale concedatur secundum, et num. 9.
- 10 Appellationis instantia non currit factò inter litigantes compromisso.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an fatalia currant in Sacro Consilio. Impedimenta quæ esse debeant in prosecutione appellationis, ad hoc vt elapso primo fatale concedatur secundum, & de pluribus notabilibus, ad ornatum *prag. 1. sub tit. de appell. § 53. de offic. S. R. Consilij*, vbi singularis observatio *D. Ioannis Angeli Pisanelli*.

C A P. LXXIX.



Fatalia, de quibus in *Aubenei, qui, vbi gl. in verb. manet, C. de tempor. appellat. et in Const. Regni Appellationum tempora*, quod currant in Sacro Consilio expressè statutum est

in *pragm. 1. sub tit. de appell. ita vt si in hoc supremo Tribunali appellationis causa introducta, qui appellauit appellationem non est prosecutus, sicque non fecit quantum potuit, vt in hac secunda instantia intra annum, vel legitimo concurrente impedimento intra alium annum, aut ad sumtum supposito eodem, vel nouo impedimento intra tertium alium annum lis terminaretur, sententia lata firma remanet, ac si ab illa nunquam fuisset appellatum; sed quia dubitabatur, an hæc *pragmatica* procederet in reclamationibus, quæ à sententijs S. Conf. interponuntur, vel tantum in appellationibus, quæ à sententijs inferiorum Iudicum in hoc supremo Tribunali introducuntur, & aliquando fuerat negatiuè indicatum, vt per *Laffred. conf. 14. num. 2. vers. præsertim*, & per *Pisanell. infra à legandum*, ad hoc dubium tollendum in anno 1539. fuit per modum legis condendæ, Domino tunc Prorege consulto, interpositum decretum, quod *pragmatica* prædicta, quæ mandat, appellationum tempora seruari in S. Conf. etiam circa fatalia, quod pariter obseruetur in causis reclamationum à sententijs eiusdem S. Conf. interpositarum, & interponendarum, quod quidem decretum positum est in *prag. 53. de offic. Sacri Reg. Conf. à quo quidem tempore vsque ad hodiè continuatis temporibus sic semper obseruatum nouimus, quicquid, salua pace tati Viri, in contrarium scripserit D. Reg. Capyc. Galeot. s. controuerf. illustr. lib. 1. contro. 19. sic enim suo tempore non semel iudicatum testatur *Grāmat. decis. 13. quam scripsit etiam in illa causa, in qua decretum prædictum interpositum fuit, idemque D. Io. Angel. Pisanell. in obser. hic imprimenda, Marcel. de Mauro satis bene alleg. 100. vbi Abb. Io. Hieronym. eius filius, D. Pras. de Franch. decis. 646. vbi sic centies decisum refert, & quod procedat etiã in reclamationibus ad Collaterale Consilium interpositis, D. Reg. de Pont. singulariter *conf. 62. cum seq. lib. 2. Muscatel. in lignis practicus in prax. S. C. par. 2. gl. finiendum. num. 2. D. Reg. Rouit. tam in d. prag. 1.****

- num. 2. de appel. quàm in d. prag. 53. de offic. S. R. Consilij. D. Reg. Sanfelix. decis. 144. num. 16. Nouar. in collect. ad d. prag. 1. nu. 45. de appel. doctissimus casarum patronus D. Franciscus Maria Prusus, vir quidem omnibus numeris abolutissimus in addit. ad Muscatel. in cit. glos. *siuendum*, quo loci satis bene, & eleganter, prout de more loquitur: quia omnia adeò vena esse putant D. Reg. de Pont. d. conf. 62. num. 6. & conf. seq. num. 3. post Ant. de Burr. in cap. ex ratione, num. 11. & Philip. Franc. num. 79. de appellat. vt lapsis iam fatalibus, quamuis qui in prima instantia sententiam obtinuit, in hac secunda appellationem, siue reclamationem esse desertam non allegauerit, non possit de cetero Iudex super interposita appellatione, siue reclamatione pronunciare, quia per temporis lapsum prima sententia iam firma remansit, ideoque si pronunciauerit, hæc secunda sententia ex defectu iurisdictionis nulla diceretur, ex eo, quòd habetur, ac si appellatio interposita non esset, & cum ex hoc diceretur, primam sententiam in rem iudicatam transiit fecisse, d. *Authen. ei, qui, & clement. sius appellatorem, de appellat.* diceretur sententia contra sententiam, idemque, & satis bene *Minsinger. singul. obser. lib. 2. obser. 59.* quòd loci expressis verbis dicit, quòd si appellatio est deserta, licet vtraque pars desertione non attenda, nec de ea mentione aliqua facta, appellationem vsque ad sententiam sit prosecuta, non per hoc Iudex super principali pronunciare potest, quòd si fecerit, diceretur sententia nulla, propter iurisdictionis defectum, quia prima sententia fatalibus lapsis abiit iam in rem iudicatam, ideoque subdit, ipso iure reuolatam esse iurisdictionem ad Iudicem à quo, adeò vt possit ille, addit *Fachin. lib. 1. controu. cap. 79. & Masril. decis. 282.* suam exequi sententiam, absque declaratione desertionis Iudicis ad quem, quòd tamen non placuit *Cualer. dec. 333. num. 3.* vbi dicit, per solam desertionem litem finitam dici non posse, nisi super desertione sententia interponatur, & quòd ita praxis se habeat, annuit *Reg. Rom. in d. prag. 1. num. 10.* & iure quidem, nam posset dari casus, vt prima sententia, à qua est appellatum, esset notorie iniusta, quo casu fatalium lapsu non obstante posset ex eisdem actis per Iudicem ad quem reuideri, *Rota dec. 245. pœnès Seraphin. & 317.* apud *D. Ludouif.* cui ex nostratibus adhæsit *Reg. Rom. loco proxime cit. num. 34.*
6. Sed cum elapso primo fatale, & sic anno,

vt possit appellans, siue reclamans, fatalis gaudere beneficio, necesse sit, vt consistet de impedimentis, vt in primo anno appellationis, siue reclamationis causam terminare non fecerit, & sic in secundo, & tertio, que sunt *Doctores*, impedimenta hæc, que esse debeant? ille considerando, prout considerat *Abb. in d. cap. ex ratione, & post eam Pres. de Franc. cit. dec. 646.* vel ex parte ipsius appellantis, vel ex parte appellati, vel ex facto vsque, vel & tandem ex facto Iudicis, & in quibus casibus requiratur prosecutio circa impedimenta, que se offerunt, quo minus appellatio, siue reclamatione intra prescriptum tempus non fuit terminata, consulas in factorum contingentijs *Prapof. in d. cap. ex ratione, de appel. Theff. decis. 16. Sigism. Stacc. in tract. de appel. quest. 15. & nu. 181.* *Reg. de Pont. cit. conf. 62.* vbi num. 3. docet, conclusionem esse *Doctorem* indubitam, quòd appellans ad hoc non fatalia currat, vel quòd si fuerint decursa, possit restitui, non solum impedimentum probare tenetur, sed opus habet demonstrare, totum posse fecisse, vt impedimentum tolleretur, consulas etiam *D. Prat. ad Muscatel. cit. par. 2. glos. prima, col. 1. & 2. fol. 410.* vbi satis doctè, & eruditè de his agit, consulas & tandem magnum iureconsultum *D. Io. Ang. Pisanel. obseruat.* sua manuscripta 27. & postrema, cuius verba sunt hæc.

Iesus, Maria.

7. Aliàs vidi dubitatum, nunquid in Sacro Consilio currant fatalia, & quòd non, videtur facere *tex. in Authen. sed & lis, C. de tempor. appel.* vbi postquam causa appellationis introducta est in Consistorio Principis, non currunt tempora appellationis, qui *tex. est canonizatus in decretis 2. quest. 6. in cano. anteriorum, in §. ad hæc sancimus, si quando lis, & iunitur ex Auth. de appellat. & infra qua tempor. in princ. collat. 4.* quem *sex. allegat Specul. in tit. de appel. §. 7.* sed quòd currat, facit *Regia pragmatica, qua cauetur, quòd etiam in Sacro Consilio currant fatalia, & fatalibus elapsis habetur, ac si non esset reclamatum, vel appellatum, vt in l. tempora, & in l. per hanc, C. de tempor. appel.* item facit, quia sententia Præfecti prætorio post duos annos transit in rem iudicatam, vt dicit *glos. notabilis in l. 1. C. de sentent. Præfect. prætor.* & ista opinio hodiè seruatur in Sacro Consilio per decretum latum de mense Augusti 1539. licet per prius seruaretur contrarium, vt pluriès obtinui,

unde dicitur *Affl. decis. 78. in fine, & Capyc. dicit. 109.* & sic stante ista opinione, quod currant, in facto euenit, quod in quadam causa Aquilana quidam Dominus Bartholomæus de Prata reclamauit, & pendente reclamazione habuit hæc impedimentum, quia relicto procuratore facti procurator ipse mortuus, superuenerunt induciæ concessæ Aprutinis, nam d. morte Iunij usque ad 15. diem Septembris est eis prohibitus accessus ad Civitatem Neapolitanam, propter intemperie aeris, fuerat ibi infirmus, steterat tam parte in tractatu concordia; dubitabatur, an fatalia essent decursa dicebatur, quod non, quia quando appellatio est introducta in Consistorio Principis, tunc qualitercunque appellans est impeditus, non currunt tibi fatalia, nec annale, nec biennale tempus; sola enim negligentia imputatur, ut notatèr voluit *Archid. in d. cap. anteriorum, col. 2. vers. ad hoc lis appellatiois*, allegat ipse in argumentum optimum *ff. de excof. tutor. l. scire oportet, §. sufficientis, in cap. sepel. vers. saluis, de appellat. facit tex. in cap. reprehensibilis, vers. si verò, ibi forte regle. tenet, & in cap. ex ratione, & in cap. peruenis, in fine, de appellatio. quæ iura ad hoc propositum allegauit idem *Archid.* facit, nam instantia appellationis non currit stante compromisso, quod sit inter partes, ut habetur in *Aulsen. si tamen, C. de tempor. appellat. & per Doctores, ubi hoc disputant in l. proponendum, in principio, C. de iudic. et ita in hac causa fuit in Sacro Cõsilio prononciatum, et processum fuit in causa reclamationis, quia negligentia non affuit.**

Io. Angelus Pisanellus.

ARGUMENTVM.

Agitur, an feudatario defuncto, si infra tempus à lege feudali præscriptum legitimus successor inuestituræ renouationem non petierit, ex eo, quia non ipse; sed alius feudum possedit, locus sit pœnæ commissi, dum negligenter in feudo recuperando se gessit. Feudum possidens, quod nos dicimus planum, & de tabula an incidat in commissum, si infra annum, & diem Baroni, à quo feudum tenetur defuncti feudatarii mortem non denūciauerit, vel potius teneatur ad duplicatum releuium, affertur singularis annotatio manuscripta *D. Io. Angeli Pisanelli.*

Cap. LXXX.



Feudatario defuncto præscriptum est tempus heredi, qui feudi possessionem capit, ut intra annum, & diem sub pœna amissionis feudi cõpareat coram Domino, & defuncti feudatarii mortem denunciando nouam petat inuestituram, sunt hæc iuramentis vulgata in *cap. 1. quo temp. miles, in cap. 1. qua sit prima caus. benef. amitten. & in cap. 1. de cap. Corrad.* hoc tamèn de iure continuati feudorũ, secus in Regno, in quo hæc pœna remissa est, & loco illius soluitur Regi Curie duplicatum releuium, ut in *Cap. Regni, quod incipit In nomine Domini, alias Apud Fogiam, Andr. in cap. Imperialom, §. scriba, col. 2. vers. in Regno Sicilia, de prohib. feud. alien. per Freder. & in cap. 1. §. fin. qui feud. dar. poss. Grammat. decis. 103. nu. 224.*

S Y M M A R I V M.

Tempus unius anni, & diei præscriptum est heredi ad petendum feudi inuestituram, feudatario defuncto.

Pœna amissionis feudi ob non denunciata mortem feudatarii in Regno remissa est, & loco illius soluitur Regi Curia duplicatum releuium; sed an hoc locum habeat in feudis planis, & de tabula, n. 3.

Pœna amissionis feudi an subintret, si legitimus hæres mortem defuncti feudatarii non denunciauerit, ex eo, quod feudum nõ possidet, & num. 5. & quid si negligenter se gessit in feudo recuperando, n. 6. 7. & 8.

Spoliato potest obijci de notorio defectu, etiã post spolium.

10. *Ant. de Nigr. in d. cap. Apud Fogiam, n. 26.*
 & alii communiter; sed hoc in feudis qua-
 ternatis, de quibus *tex. d. cap.* loquitur; se-
 3 cucus verò in planis, & de tabula; etenim si
 hæres vafalli feudum tenens planum, & de
 tabula infra annum, & diem post heredita-
 tem aditam inueftituræ renouationem à
 Domino suo non petierit, feudum amittit,
 & hæc est vna ex differentiis, quam posuit
Frecc. inter feudum quaternatum, & plani,
lib. 3. de subfeud. hoc tit. n. 19. in 13. differ.

4 Sed contigit aliàs dubitari, an Baro, à
 quo feudum immediate, & in capite tene-
 batur iure egerit ex hac causa pro deuolu-
 tione in casu fequenti. Decefferat feudata-
 rius ab intestato, duobus sibi superstitibus
 germanis fratribus, sed natu maiore absē-
 te, præfente verò minore, qui feudi posses-
 sionem nemine contradicēte adeptus fuit;
 maiore autem post aliquos annos reuerfo,
 quia erat ille in ienili ætate constitutus, &
 vt creditur volens rem gratam facere fra-
 tri, feudum, ad cuius fucceffionem aperto
 iure vocabatur, reiuendicare non curauit:
 At quia defuncti feudatarii mors Baroni
 directo domino nusquam denunciata fue-
 rat, egit hic pro deuolutione contra posses-
 sorem, qui cum nullam haberet defeflionis
 causam, procurauit, vt compareret frater
 suus maior natu, prout comparuit, instans,
 declarari, feudum ad se fpectare, illud què
 male à natu minore occupatum, nec tēpus
 à lege feudali præfcriptum vnus anni, &
 diei ad inueftituram petendam, super quo
 petita fundabatur deuolutio, sibi cucur-
 riffe, cum non nisi vafallo possidenti labi
Doctores dixerint, vndè meritò dubitatum
extitit, vtrà Partium mēfiora foueret iura?

5 Ego pro Barone respondi, ficquè dixi,
 factum esse calum reuersionis huius feudi
 ad directum dominum; etenim quāuis re-
 ceptiffima fit omnium Feudistarum cōclu-
 sio, nimirum, vt vnus anni, & diei tempus
 hæredi legitimo ad inueftituram petendā
 præfcriptum, non à die mortis feudatarii,
 sed aditæ hereditatis currere incipiat, &
 fic ab eo die, quo legitimus fucceffor feudi
 possessionem nancifcitur, itā vt si feudum
 illud ab alio possideretur, nullum intelliga-
 tur fucceffori currere tēpus, vt ex Nostra-
 tibus dixerunt *Andr. & Affl. in d. cap. 1. quo*
tempor. mil. in d. cap. 1. quæ fit prima causa be-
nefic. amitt. et in d. cap. 1. de capit. Corrad. Mar-
rin. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 3. author. num. 8.
Io. Thom. de Marinis de gener. & qualis. feud.
lib. 1. tit. 6. de feud. ex pacto, & prouid. antiq.
num. 63. fol. 47. Nigr. in d. cap. Apud Fogiam,

nu. 27. & ex Alienigenis alii multi ad iu-
 ficam relati per *Schrad. tract. feud. par. 6.*
cap. 2. num. 21. tom. 1. & per Rosental. eodem
tract. cap. 6. concl. 30. tom. 1. quæ fic fūte cō-
 clufione in casu propofito videbatur dicē-
 dum, quòd dum frater maior, qui defuncto
 feudatario legitimus in feudo erat fuccef-
 for, nusquam illud possederit, dici non po-
 terat, tempus ad nouam inueftiturā peten-
 dam vnus anni, & diei illi cucurrisse, ad ef-
 fectū, vt effet locus pœnæ cōmissi, attamen
 hæc omnia procedere hmet *Doctores* dice-
 6 runt, quando nulla culpa, seu negligentia,
 ad feudum recuperandum potest legitimo
 fucceffori imputari, quia si postquā agno-
 uit, prout in casu, de quo agebatur, ad ipsū
 vti legitimum fuccefforem fpectare, & ab
 alio non iure possideri, & non fecit quic-
 quid potuit, vt feudum illud recuperaret,
 tunc dicendum est, negligentie fuz omni-
 nò esse imputandum, ficquè fieri locū pœ-
 næ commiffi, itā indiuidualiter *Paul. Ca-*
strens. conf. 46. viso, & examinato puncto, n. 1.
vers. sed si queritur, lib. 2. sub illis verbis, sed
si queritur, an ex eo, quòd non petierunt se inue-
stiri infra annum, & diem, ceciderunt à iure ip-
sorum, per l. Imperialem, §. præterea si quis, de
prohib. feud. alien. per Freder. videtur ad hoc
dicendum, quòd non, quia ipsi non possidebant,
sed dictus Petrus, cui dominus Episcopus con-
cefferat, & sic videtur, quòd ei non cureret di-
ctum tempus, vt notat Bald. post Gugliel. de
Cun. in l. sollemnibus, c. de reuendic. sed in con-
trarium facit, quia illud dictum posset proce-
dere, si fecissent diligentiam in auocando pos-
sessionem ab illo, & auocare potuissent, sed quia
nullam diligentiam fecerunt, sed maliciose, vt
videtur, tacuerunt, & neglexerunt, talis negli-
gentia videtur eis debere nocere, quia videtur
fuisse in possessione, ex quo stetit per eos, quomi-
nus essent, & hoc per tex. cum glos. in cap. fin.
extra de elect. hæc ille, idemquè Affl. in d.
cap. 1. in princ. num. 10. quo temp. miles, Frecc.
de subfeud. in cit. author. 3. num. 8. Paris. conf.
23. num. 227. lib. 1. et Schrad. loco sup. rela-
to, vers. quod tamen. ficquè per Sac Conf. de-
 cifum testatur *D. Io. Ang. Pisanellus* in qua-
 dam fua annotatione manufcripta 8. in or-
 dine, & per hæc verba.

Iesus, Maria.

7 Dum essem Auditor generalis totius
 Principatus Melphiz, Ducatus Grauine, &
 Comitatus Venafri Illustriffimi qu. Domi-
 ni Principis Oranciz Viceregis huius Re-
 gni, voluit ille à me intelligere, si feudata-

rius,

rius, qui non possidebat feudū, & stetit per annum ad non petendum inuestituram, vel si commisit delictum, si utroque casu sibi præiudicauerit: dixi Sæ Excellentis, quod si iste feudatarius non fuisset negligens in recuperando feudum, sed fecerit quicquid poterit, tunc donec pender lis, non imputatur sibi, si inuestituram non petiit, & ita procedit decisio Bald. in l. sollempnibus, in fine, C. de reuindicat. dum dicit, non esse imputandum feudatario, quandiu litigat cum possessore, secus tamen si iste feudatarius fuisset negligens in recuperando feudum, nam tunc non excusaretur, ita declarat *Veronesius*, in ciuilibus, in cons. 25. col. 5. in fine. & in hanc sententiam videtur inclinare Bald. in cōs. 466. *Andreas feudatarius*, in primo dub. vol. 1. & clarius *Paul. de Castr.* in cons. 158. viso, & examinato puncto, prima col. vers. sed si queritur, secundum antiquam formam, assignat rationem, quia videtur fuisse in possessione, idem tenet *Card. in cap. 1. col. 1. quo tempor. miles*, vers. hoc tamen declaratur: et ex hoc inferebam ad secundum questum, quod propter istam negligentiam non excusatur à fidelitate, taliter, quod si fellonia committit, debet perdere feudum, quauis non possidebat, ita *Paul. ibi in vers. similiter dicendum est*, quia si iniuste feudum ab alio tenetur, idem ipse retinet dominium, & ius in feudo, unde quia remanet feudatarius, & retinet dominium, & ius in feudo, non debet sibi licere committere felloniam, & imputatur sibi, si fuit negligens in comparando pro recuperatione, & ita recte intuenti declarat *Card. in cap. si quis decesserit in fine, si de feud. fuer. controuers.* & ita arguit *Alex in cons. 11 in fine, vol. 5.* & pro ista opinione faciunt, quæ habentur in cap. item cum quis, de resus. spoliat. quod possit obici spoliato, de notoria defectu resultante etiam post spolium; & dum retulisset prædictam opinionem prædicto Illustrissimo Domino Principi, cui per quendam suum vasallum fuerat datum memoriale, quod ex errore fuit lectum in Consilio Collaterali, ex quo non erat res tangens officium Viceregis, sed proprium suum, & peruenisset ad manus Domini Sigismundi Loffredi Regentis Regiæ Cancellariæ, viri literatissimi, cum quo de ordine dicti Domini Principis de præfatis alloquutus fui, in mei præsentia dixit dicto Domino Principi, quod vera erat mea opinio, & quod ipse audierat à qu. Domino Antonio Ianuario, Domino Antonio Palmerio, & Domino Antonio de Ragho, qui fuerunt Doctores celeberrimi, & magni

Consiliarii, quod tempore Regis Ferdinandi Primi in Sacro Consilio ita fuerat pronuntiatum, Præsidente illo viro consummatissimo Domino Antonio de Alexandro, & sic per d. Dominum Principem fuit in isto casu obseruatum.

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudatarius an absq; Regio assensu possit legitimum successorem in feudo grauare, vt alicui certam pecunia quantitatem soluat, et donec non soluerit, quod possit legatarius feudi possessionem ingredi, illudq. retinere, et fructus percipere, & num. 2. 5. 8. 10. 12. 15. 16. & 17.
- 3 Feudatarius an absq; Regio assensu possit legitimum in feudo successorem grauare, vt de fructibus feudi singulis annis certam pecunie quantitatem Titio præstet, & n. 7.
- 4 Hæres grauatus ad aliquid annuum ex tali fundo alicui præstandum, num. possit fundum illum distrahere.
- 6 Legatis annuis fructibus fundi Corneliani, perinde est, ac si vsusfructus fundi legatus esset.
- 9 Legatum fructuum feudi importat constitutionem iuris in corpore feudi, quod sine assensu non permittitur.
- 11 Feudi tenentia potest nancisci ab hærede illius, qui feudum illud possidebat, quamuis non sit in feudo legitimus, ac immediatus successor.
- 13 Inuicatio est de Regalibus, sicq. Officiales Baronales dicuntur habere inuicitionem à Rege.
- 14 Fructus feudi possunt sequestrari ad instantiam creditoris assensu carentis, inuicatio autem non.
- 15 Decisiones ad propositam questionem referuntur, & num. 16. & 17.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Feudatarius in hoc Regno testamentum condens, hæredemq; in feudo grauans ad certam pecunie quantitatem alicui præstadam, possit absque Domini nostri Regis assensu disponere, & ordinare, vt donec legata quantitas ab hærede grauato sol-

uatur,

uatur, valeat legatarius feudi possessionem propria auctoritate ingredi, fructus percipere, & iurisdictionem exercere, vbi decisiones S. Conf. & de aliis.

C A P. LXXXI.



Eudatarij in hoc Regno, in quo omnia feuda sūt ex pacto cum qualitate hereditaria, quando cū legitimis successoribus malè se habent, dūm testamenta condunt, sepe sapiùs illos grauant, vt certam pecuniaz quantitatem, quaz vt plurimum ad feudi valorem ascendit, extraneo, vel remotiori consanguineo præstent, & donec, & quodusquè quantitas legata non soluitur, mandāt, vt legatarius possit feudi possessionem ingredi, illudquè retinere, fructus percipere, ac iurisdictionem exercere, vnde ob defectum assensus Domini nostri Regis non semel de huius dispositionis validitate dubitari contigit.

Dominus Consiliarius Marcellus Marcianus de his individualitèr agens *conf. 26. nu. 13.* per totum respondit, stante hac dispositione, D. Beatricem Vrsum Principis eius viri pro summa duc. octuaginta quatuor milium legatariam iure licito potuisse ingredi possessionem Terræ Montis Cauosij, nō tamen ad finem dominium acquirendi, sed tenutam, & naturalem possessionem retinendi, donec legatum solueretur, idquè nullo pacto fore inconueniens, etiam quòd dominium ad alium pertineat, cū nullibi hoc esse prohibitum legamus, ex quo Dominus Rex non læditur, neq; contemnitur.

Cæterum, pace tanti *Consiliarij*, si iuris principia strictius inuestigemus, credo, quòd contraria sententia sit magis vera, iuriquè consentanea, sicquè puto, dispositionem sic, vt supra sine Regia facultate factam expressam iuris habere resistentiā; & vt pateat de veritate est nobis breuiter inuestigandum, an per hoc legatum ius aliquod in feudo constituar, etenim illud suppono sine controuersia, nullum ius super feudo constitui, quousq; versaremur in casu, quo feudatarius heredem grauaret, vt de fructibus feudi singulis annis certam

pecuniaz quantitatem Titio præstet, ratio assignatur, quia non dicitur disponere de re feudali, sed de fructibus ab hærede percipiendis, & à solo separandis, de quibus, vt de re hæredis disponit feudatarius, heredem suum hoc modo grauando, sicquè feudum verè non tangitur, nec vllum ius super eo constituitur, ita *Bal. in cap. 1. num. 8. de suce. feud. Alex. conf. 18. lib. 5. Capyc. in. inuest. feudal. in verb. feudorum fructus, vers. futururi fructus, fol. 205. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 18. lit. V. & fol. 20. lit. F. Frecc. de sub. feud. in 21. limit. ad Constitutionem Consut. Diua memoria, Dominus Reg. de Pont. in lectionibus feudalibus, lect. 14. num. 33.* vbi sic eo referente per Regiam Cameram decretum, refert, *D. Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. & alij* ad id expendentem *textum* singularem in *l. fundi Trebatiani 38. ff. de vsufruct. leg.* vbi si hæres grauatur ad aliquid annuum ex tali fundo alicui præstandum, poterit fundum illum vendere, & legatario annuam præstare quantitatem, quam testator viuens ex locatione percipere consueuerat, quod certè prohiberetur, si legatarius ius aliquod in fundo illo acquisisset, id, quod lauius explicauit *Ego ipse lib. 1. cap. 119.*

At contrarium omninò asseuerandum, in casu proposito, in quo certæ quantitatis Caio sit legatum, eo addito, vt quòdusquè quantitas illa non soluitur, valeat legatarius feudi possessionem ingredi, illiusq; fructus propria auctoritate percipere, ac iurisdictionem exercere, hæc enim dispositio aliud non importat, nisi cōstituere ius formatum in corpore feudi, ac si vsufructus feudi esset legatus, probat hoc *tex. in l. eam ind. 41. ff. cit. supra vsufr. legat. vbi legatis annuis fructibus fudi Corneliani, perinde est (inquit I. C.) ac si vsufructus fundi esset legatus, quo sit, vt dicamus, multum interesse, an grauetur hæres ad præstandos Titio fructus fundi, de quo legatigenere loquitur *tex. in d. l. fundi Trebatiani, vbi gl. in verb. dari; vel directò legare Titio fructus fundi, de quo loquitur *tex. in d. h. eam ita, in primo enim casu, pro eo, quod ad rem nostram pertinet, consideratur tantum actio personalis hæredis ad adimplendam voluntatem defuncti feudatarij, qui voluit, vt successor in feudo tanquam eius hæres obligetur personalitèr ad præstandum legatario fructus illos ex corpore feudi separandos, siue vt burgensaticos, & hereditarios, siue vt proprios, ac proinde non est, cur de huius dispositionis validitate dubitari possit, vt bene animaduertit Dom. Reg. de Pont.***

3 *cit. loco*, & secundo verò casu, quia ex legato verbis directis facto transfertur ius in tertium percipiendi fructus propria auctoritate, dicitur constitutum ius in corpore feudi, quod sine Regio assensu, nec momento permittitur, ut communiter tradiderunt *glos. & DD. in cap. 1. de cap. Corrad. & in Constit. Constitutionem Divæ memoriæ*, sicque in puncto firmavit *Reg. Rouit. in cit. prag. 4. num. 46. de feud. vbi admittens, ut feudatarius possit absque assensu successorem granare ad præstandum alicui fructus feudi, negat omnino, vbi tractaretur de transferendo in tertium ius illos percipiendi propria auctoritate, quod sensit etiam Consiliarius de Anna cons. 46. num. 29. idemq; latè, & satis benè confirmat Horat. Montanus in comment. ad l. Imperialem, in princ. à nu. 4. ad 8. vbi num. 6. cum probare voluerit, quòd sit constituere ius in corpore feudi, dum dicitur fit legatum fructuum feudi, dicit, quòd perceptio fructuum ex fundo, vel arguit dominium, ad *tex. in l. Herennius, & in l. fructus, ff. de vsu. & in l. fructus, ff. sol. matr. & per Couar. pract. qq. c. 37. n. 5. in fin. vel arguit vsu, si vsq; ad certum vsum licet percipere, §. 1. Instit. de vsu, & habit. vel arguit vsu fructu si vsq; ad certum tempus, §. finitur. Instit. de vsufr. vnde fit vt cūq; ius formatum in illo fudo constituitur, nā q̄ Dñs habeat ius in re, patet, q̄ habeat vsuarius, est *tex. in l. fudi vsu, in fin. & in l. fin. ff. de vsu, & habitat.* quòd habeat vsu fructuarius, est *tex. in §. 1. Instit. de vsufr.***

o Secundo, pro huius dispositionis invaliditate considero, quòd illius tenore attento verè, & realitèr personæ, cui certæ numerorum quantitatis fit legatum, feudum pignori traditur, nam si vult testator, ut legatarius feudum habeat, sine retineat, donec legata quantitas illi solvatur, hoc aliud non importat, nisi pro summa legata feudum pignori tradere, etenim negari non potest, quin per legatum constituatur legatarius creditor quantitatis legatæ, ad *tex. in §. nostra autem, Instit. de legat. vbi glos. & DD. omnes, vnde si demum iubet testator, ut post mortem suam habeat legatarius feudum, donec hæres pecuniam legatam soluerit, mandat, ut pro pecunia legata feudum pignoretur, quòd sine assensu est omni iure prohibitum, ut dixerunt communiter *Fondista in cap. Imperialem, Aluarot. in cap. 1. §. aut si libellario, num. 2. in tit. quib. mod. feud. amit. Afflict. noster satis benè in Constit. Constitutionem Divæ memoriæ, num. 8. & ceteri omnes, & ex hoc oritur aliud absurdum, nam cum legatum post mortem legantis vires**

sumat, eo tempore vile dominium, quod erat pœnès feudatarium defunctum, ad legitimum eius successorem trāsstatum fuit, sicq; sine facto successoris, & hæredis, quo iure possit legatarius feudi possessionem ingredi, illudque loco pignoris possidere, donec legata quantitas ei solvatur.

- 11 Quibus sic stantibus nō obstant scripta per *Dom. Reg. Capyc. Galeot. controu. iuris lib. 1. controu. 36. à nu. 3 1. dum allegando Andr. in cap. Imperialem, §. illud, post num. 69. vers. non possunt, & post num. 70. vers. nam licet feudum, & num. 71. dicit, tenentam, seu possessionem feudi posse nancisci ab hærede illius, qui feudum illud possidebat, quamuis non sit in feudo legitimus, ac immediatus successor, loquitur enim in casu, quo cum quis haberet feudi tenentam, & sic fructuum perceptionem, ex eo, quòd propria pecunia fuerat illud ab alio emptum cum solita recognitione, instituit sibi hæredem coniunctum, qui in bonis feudalibus non erat immediatus successor, quamuis in gradu successibili, vnde contradicente proximior dicebat hæres scriptus, quòd non tractabatur de succedendo in feudo, sed tantum in ea detentione, quæ erat pœnès defunctum, id, quòd ad casum nostrum non*
- 12 pertinet, in quo supponimus, esse vocatum legitimum successorem, illumque grauatum ad certam pecuniæ quantitatem extraneo præstandam, eo addito, ut donec, & quousque quantitas legata non solvitur, quòd possit legatarius feudi possessionem ingredi, illiusque fructus percipere, & iurisdictionem exercere, quæ quidem dispositio ex supra traditis ius formatum super feudo constituit, quòd est omni iure prohibitum, nec ad rem pertinet theoricæ *Andr. relata per Dom. Capyc. Galeot. cresim Andr. in locis citatis insistenti conclusioni, de qua in eo tex. nimirum, ut feudum alienari nō possit, dicit, quòd si alienaretur in personas inhabiles, prout sunt mutus, surdus, debilitatus, mulier, clericus, religiosus, &c. qui feuda tenere non possunt, licet in illos dominium non transeat, possessio tamen sic, quia possumus possidere rem, cuius proprietatem habere non possumus, ad *tex. in can. dilectis 1. 1. q. 1. & sic nihil ad casum, de quo agimus.**
- 13 Hæc omnia supra iam dicta, quæ de plano procedunt respectu perceptionis fructuum indubitata reddunt respectu exercitij iurisdictionis, est enim iurisdictione Regalibus, *cap. 1. quæ sunt regalia*, de quæ iure publico consideratur etiam in posse Baronis, nam Officiales à Baronibus ad iusti-

tiam ministrandam electi adhuc Regij appellantur, quia cum ipsi Barones, qui eos constituunt merum, & mixtum imperium à Rege habeant, etiam eorum Officiales dicuntur à Rege iurisdictionem habere, vt per *Carau. in Ritu M.C. 49. num. 7.* & ex hoc sequitur, potestatem hanc Regalem Magistratus constituendi ab alio, quam ab eo, cui à Rege communicata est, sine eiusdem Regis consensu exerceri non posse, ita *Camill. de Medic. cons. 147. à num. 3. ad 13* quo loci citat *Affl. in Constit. Regni Scire volumus, in 4. notab. vbi dicit, omnia Regalia*

14 aperte demonstrat, ad instantiam creditoris assensu carentis posse sequestrari fructus feudi, sed nullo pacto ipsam iurisdictionem, meminit *Montan. loc. cit. vbi addit, iurisdictionem stare in Castro ex se, non tanquam fructus Castri, immò esse illam, quid maius Castro, & Castrum stare vti accessorium ad iurisdictionem, non è contra.*

15 Vltimò confirmatur hæc, quam tuemur sententia auctoritate rerum iudicarum, nam quòd feudatarius è viuis decedens instituendo in feudo personam, quæ secundum ius commune feudorum, & Regni huius succedere prohibetur, nullo pacto possit disponere, quòd vbi hæredis institutio locum nõ haberet, teneatur legitimus successor personæ institutz tantam soluere pecuniæ quantitatem, & donec, & quousq. quantitas illa legata nõ fuerit soluta, possit legatarius feudi possessionem propria auctoritate ingredi, illudquè retinere, ac fructus percipere, fuit sollempniter per S. C.

16 iunctis Dominis Consiliarijs duarum aularum decisum in causa successionis bonorum feudalium Nicolai Antonij Visconte, qui duos habens filios, testamento suo secundogenitum, etiam in bonis feudalibus hæredem instituit, cum hoc, quòd si institutio respectu bonorum feudalium iuris haberet resistantiam, sicquè succederet primogenitus, teneretur ille secundogenito soluere ducatos triginta mille, quorum solutione pendente potuisset hic secundogenitus feudum retinere, nam cum de viribus huius dispositionis dubitatum esset, quamuis per Regiam Prouincialem

Audientiã fuisset secundogenitus immisus in possessionem, seruata forma patenz dispositionis, habito tamen secus ad S. C. causam, commissa olim Regio Consiliario Joãni Baptizæ Meliori viro doctissimo fuit datus terminus in causa, & interim immisus primogenitus in possessionem feudi in actis deducti, nulla habita ratione de prefata dispositione, idquè sub die 18. mensis Nouembris 1616. pœnès Carbonum Actorum Magistrũ, de qua decisione meminit *Reg. Galeota controu. lib. 1. contr. 24. num. 37.*

16 Secundo, fuit hoc idem indicatum iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularũ in causa successionis Principis Mõtis Caneosii, super qua scripsit *Cons. Marcianus relato cons. 16.* nam cum Principissa vxor hæres, et legataria illius Terræ possessionem propria auctoritate ingressa fuisset, idquè vigore potestatis sibi à Viro tributz, donec legatum duc. 84. m. à legitimo herede grauato ei solueretur, ac etiam vigore priuilegii, quod obtinuerat Princeps disponendi de dicta Terra Montis Caneosii, tã inger viuos, quam in morte in personam extraneam, ab ipso tamen Domino Rege nostro approbandam, quia adhuc non constabat de approbatione prefatz dispositionis, quæ à sua Catholica Maiestate erat omninò facienda, seruata forma priuilegii in actis producti, fuit datus terminus in causa, et sequestratum feudum, vsq; ad

17 Tertiò, & tandem, iuxta hanc, quam tuemur sententiam fuit per S. C. iunctis pariter Consiliarijs duarum aularum iudicatum in hac die 14. Nouembris 1645. in causa successionis bonorum feudalium qu. Marchionissæ Casabonæ & Leonoræ Piscioetz, quæ cum annis superioribus ex nunc prout sequuta morte donasset Don Pompeo Campitello eius secundo viro ducatos trigintatres mille, consequendos super omnibus eius bonis feudalibus, & allodialibus, Regio assensu super feudalibus impetrato, in vltimis constituta testamento suo donationem predictam confirmans, eundem virum donatarium, tam in bonis feudalibus, quam allodialibus vniuersalè instituit hæ-

redem.

redem, & expresso, quod ubi institutio facta respectu bonorum feudalium iuris haberet resistantiam, ei liceret bona illa feudaliter retinere, fructus percipere, & iurisdictione exercere, donec, & quousque eidem à legitimo hærede solueretur quantitas in dicta donatione contenta, una cum aliis ducatis septem mille, quos in hoc euentu prælegauerat, summam facientibus ducatorum quadraginta millium, cuius dispositionis, ac donationis vigore cum prædictis Don Pöpus bonorum feudalium possessionem cepisset, instando præuia supplicatione in S. C. porrecta, in ea manuteneri, & conseruari, comparuit Cornelia Pisciotta, Marchionissa defunctæ soror utriusque conjuncta, & in bonis feudalibus immediata succeditrix, præfataque dispositionis inualiditatem allegans, Partibus plenissime per plures menses auditis, me pro Cornelia patrocinante fuit per S. C. datus terminus in causa, & in simul ordinatum, quod bona prædicta feudaliter sequestrarentur, nulla decepta possessione virtute præfata testamentaria dispositionis, ac donationis ratione habita, referent præstantissimo, & humanissimo Regio Consiliario D. Marco Antonio Cioffi, ac Præsidente in Senatu D. Andrea Marchesio feudorum interprete, qui publice in discussione causæ testatus fuit, eo patrocinante fuisse sic alias per S. C. facta relatione in Collateralij Consilio iudicatum in causa successionis Marchionis Pinelli, processus prædictarum de Pisciotta est in Banca Capriliis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Feudatarius num possit successorem pro concurrenti feudi valore grauare, & num. 10. & quid si grauamẽ verum excederet valorem, an eo casu teneatur successor defuncti voluntatem adimplere in eo, quod valor excedit, dum reperiatur persona, qua feudum emat plusquam illud valet, num. 2. 4. 8. 9. & 11.
- 3 Hæres in feudo renitens legata soluere potest cogi ad feudum vendendum.
- 5 Filius hæres in feudo non potest grauari pro concurrenti feudi valore, sed in eo, quod legitima valorem excedit.
- 6 Legitima debetur filio in corpore.
- 7 Feudum totũ dicitur filij primogeniti legitima.
- 12 Valor iustus feudi quomodo probetur.
- 13 Valor rei an per subhastationem probari possit, & num. 14.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an successor in feudo hæreditario, qui à prædecessore feudatario testamento suo extitit grauatus ad legata præstanda, vitrà feudi valorem, si legatarijs paratus est satisfacere pro summa, quæ importat veram feudi æstimationem, cogi ne possit ad feudum vendendum, ex eo, quod inuenitur emptor, qui in feudo impenderet plusquam illud valet, ob quod legatarijs omnibus integrè satisfieri posset. Valor rei quomodo probatur, & de alijs.

C A P. LXXXII.



Feudatarius, certum est, quod potest legitimũ in feudo hæreditario instituendo successorem, illi pro concurrenti feudi valore grauare, iuxta receptissimam in Regno sententiam, de qua per D. de Franch. dec. 1. & alios nostrates passim, adeo, quod ab illa recedere temerarium esse, dixit Consiliarius de Vera in voto per eum prolato in causa DD. de Grimaldis, quod imprimi curauit Rouit. in pragm. 4. num. 124. de feudis.

2 Sed in facti contingencia dubitatum audiui, si grauamen excederet verum feudi valorem, quia forsan esset grauatus hæres ad soluendum Tirio centum mille, feudum autem, iuxta æstimationem per Expertos factam, valorem non excederet octuaginta millium, sed inuenitur emptor, qui in illo summam impenderet legatam, nimirum centum mille, num hæres per hoc teneatur summam illam ducatorum centum mille, legatario soluere, vel si renitens esset, cogi

possit ad feudum vendendum, iuxta aliam decisionem Sacr. Consil. *penes eundem D. de Franch.* quæ est 704. vbi fuit dictum, heredem in feudibus ad instantiam legatariorum, & creditorum in actione personali posse cogi ad feudum vendendum, quando legata, & debita solvere recusat.

Et resolutivè præcedendo teneo indubitanter, heredem in difficultate proposita non posse à legatario cogi, nisi ad solvendum ducatos octoginta mille, æquã summam verus feudi valor, iuxta factam æstimationem ascendit, quã quidem summam si solvere est paratus, ad feudum vendendum cogi nullatenus potest, sub prætextu, quòd invenitur emptor, qui in feudo isto impenderet centum mille, etenim, vel est filius, & sic descendens hic, qui est gravatus, vel transuersalis.

Si filius, res est sine difficultate, nam cū illi super feudo debeatur legitima, gravamen modo aliquò subtrahi potest pro concurrenti feudi valore, sed tantum in eo, quòd legitime valorem excederet, vt per *D. de Franch. cit. decis. 1. nu. 99. vers. secundum quæ iura, Francisc. de Amicis in tit. de his, qui feud. dar. poss. fol. mihi 11. num. 3.* modò cum notissimè sit iuris, legitimam in corpore filio deberi, nec aliter, vt illam in pecunia numerata accipiat, cogi eum posse, quãvis testator id man. lasset expressè, vulgata *l. scimus, C. de inoffic. testam. ibique Doctores communiter, Anton. Fab. diffinit. 9. C. eod. tit. omnino videntur, Jacob. Cæsar. var. resolut. lib. 1. cap. 3. nu. 4. & alij, sine contradicere, consequens est dicere, vt super ipso feudi corpore sic filio legitima assignanda, & vt scire possimus, ad quã summam ascendat portio illa, devenitur ad feudi æstimationem, *Alex. cons. 3. num. 5. vers. constat etiam, lib. 3. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 7. num. 5. Franc. de Amic. loco citato,* non quidem ad finem illud vendendū, nam ex quo necessario, vt diximus, super ipso feudi corpore filio legitima debetur, & vt dicunt nostrates ad id feudum esse filio debitam, vt totum dicatur primogeniti legitima, ad *text. in cap. licet, de voto, Camill. de Curt. in divers. iur. feud. lib. 1. fol. 55. col. 2. Io. Andr. de Georg. alleg. 20. num. 21.* non est, cur de venditione tractari possit, sed tantum sic æstimatio, ad finem vt sciatur facta per Expertos feudi æstimatione, deductaq; filij legitima portione, quæ nam quantitas in ipsius posse remaneat, ad hoc vt ex illa legatarijs satisfieri possit, & sic estò millies, quòd inveniretur feudi emptor, qui in illo impenderet*

plusquam verè feudum valet, sicq; gravamen iniunctum integrè satisfieri posset, modo aliquò de illius distractione tractari potest, quia secus cogeretur filius legitimè sibi in corpore tangentem, in pecunia accipere, id, quòd profus expressam habet iuris resistantiam.

Si transuersalis, idem, quòd in filio dixerimus erit asserendum, nam quãvis illi super feudo, in quo ex lege investituræ successit, nulla debeatur legitima portio, vt per *D. de Franch. cit. decis. 1. nu. 99. vers. si ergo,* non tamen à prædecessore feudatario poterat gravari, nisi pro concurrenti feudi valore, & vbi ultra appareret gravatus, in eo, quòd valorem excedit, successor non tenetur, sic enim omnes nostri vno ore fatentur, modò cum successor oneri iniuncto satisfacere se offerat, nullo quidem pacto de ipsius feudi distractione tractari potest, sub prætextu, quòd invenitur emptor, qui in feudo impenderet plusquam illud valet, sicq; legatarijs integrè satisfieri posset, sic enim asserendo maximum oriretur absurdum, ex quo esset in libera feudatarij facultate legitimum successorum à lege investituræ vocatum, per indirectum feudi successionem privare, ad tradita per *Mont. de Regalib. fol. 212. col. 1.* quis namq; reperiretur adeò mentecaptus, vt vellet hæres esse in feudo, quòd valorem non excedit octuaginta millium, onusq; subire legatarijs solvendi centum mille? quòd què hoc verum sit, patet ex decis. in supra allegata *decis. 1. D. de Franch. ante num. 40.* nam cum ibi dubitatum esset de validitate dispositionis factæ per defunctum feudatarium, nimis feudum onerando legatis, fuit resolutum, posse gravamen imponi pro concurrenti feudi valore, & vt successor qui in eo casu erat collateralis, gravatus non remaneret circa legatorum satisfactionem, fuit ordinatum, esse faciendum appetitum, & eam ita exequutum esset, apparuit, successorem non modò non esse gravatum ultra feudi valorem, sed institutionem esse utilem, quòd præmò decrevit Sacrum Consilium, esse heredem cogendū ad integrum legatum legatario præstandū.

10 ratio in casu illo dubitandi fuit, cum non modica fuerit inter nostros controversia, an verè possit hæres in feudo hæreditario gravari pro concurrenti feudi valore, nec defuerit, qui negativam amplexi fuerunt sententiam, dum rationibus non vulgaribus conati sunt demonstrare, fore heredem super feudo, in quo successit tantum relia-

quendum, ut militare possit, ut constat ex
lata deductis per *Camill. de Curt. in divers.
iur. feud. fol. 54. à num. 109.* admittitur autem
contraria sententia pro receptiori, ut ni-
mirum possit gravamen iniungi usque ad
verum feudi valorem, nulla bona suadet
ratio, ut de feudi distractione tractandum
sit, quando successor gravatus ultra valo-
rem, pro concurrenti valore legatarijs sa-
tisfacere se offert, in nihilo obstare, quod
invenitur emptor, qui in feudo impederet
plusquam illud valet, ob quod legatarijs
absque legatorum diminutione satisfacere
posset, nam cum certum sit, gravamen non
posse excedere iustum valorem, semper
quod secundum illum successor in feudo
onera à defuncto feudatario imposita su-
bire se offert, ad aliud non tenetur, ut com-
muniter nostri dixerunt, & præ cæteris
Franc. de Amic. loco citato.

Quomodo autem veniat probandus ius-
tus feudi valor, ad finem ut sciatum pecu-
niæ quantitas, quam hæres gravatus lega-
tarijs prestare tenetur, habemus communem
*Bar. Egnol. & omnium practicam in l. 2. c. de rescind. vendit. ut scilicet adhibean-
tur Experti, quos in hac Civitate Tabularios
vocamus, & hi secundum regulas artis
procedunt ad rei estimationem, illamque
demum causæ Commissario in scriptis re-
ferunt, iste enim modus probandi rei valo-
rem per Expertorum electionem, est mo-
dus à iure approbatus, l. hac. edictali, §. his il-
lud. c. de secund. nupt. Rot. satis notanter de-
cis. 665. penes Scraphin. & apud nos extat
singularis decisio Sac. Consil. penes D. Pra-
sid. de Franch. in ordine 54. in qua cum mul-
lier constante matrimonio super bonis vi-
ri ob illius vergentiam ad inopiam affec-
rata esset pro concurrenti summa dotium,
& antephati, facta instantia per mulierem
illam pro appretio rerum, super quibus ex-
titerat affecrata, quamvis viri creditores
institerent, appretium esse faciendum me-
diante subhastatione, ad id allegantes Ca-
pp. decis. 41. & Ang. aliosque sequaces in
l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. vbi dixerunt,
iustum rei valorem posse per subhastationem
probari, cum per hunc modum nullum in-
ferrebat mulieri præiudicium, ex quo suum
offerebatur, & creditoribus succurre-
batur, si in subhastatione maior accedebat
oblatio, tamen his non obstantibus Sacrum
Consilium contrarium censuit, nimirum,
non esse faciendum appretium per subha-
stationem, sed esse bona estimanda per Ta-
bularios, subditque D. Praes. hanc practicam*

in dies Sacrum Consilium servare, cum ve-
ra, & communis sit omnium conclusio, per
subhastationem rei valorem non probari,
idque maxima cum ratione, ex quo solent ut
plurimum licitationes esse animosæ, l. lic-
tatio, in princip. ff. de publican. & velegat. di-
ctumque fuit, non obstare id, quod credito-
res asseuerabant, nimirum, nullam mulieri
inferri iniuriam, postquam si subhastata re
maius pretium inveniebatur, ipsa scum
consequeretur, alioquin creditoribus de su-
persuo satisfacere, dicebatur enim, iniu-
riam inferri, dum privilegio ei concessio in
materia assecurationis contra eius volun-
tatem privabatur, prout in casu, de quo
agitur, magna inferretur iniuria, & præ-
iudicium successori, si cogeretur ille ad
feudum vendendum personæ, quæ in illo
ultra verum valorem impenderet, nam ex
hoc feudi successione privaretur, vel si vel-
let feudum pro se retinere, veniret gravatus
ad onera subeunda ultra feudi valorem,
id, quod nostri communiter improbarunt,
quod proinde concludit D. Praes. de quo
meminit Staiban. cons. 73. num. 10. & seqq.
Sacrum Consilium non debere curare, nisi
de vero, & communi pretio, quod per æsti-
mationem iudicatur, & non ex eo, quod ac-
cidere posset, nimirum, quod in subhastatione
posset maius pretium offerri, id, quod
per animositatem fieri præsumendum est,
ad tradita per Imol. in l. in ratione, §. vende-
re, ff. ad leg. falcid. & satis bene per nostrum
Napod. in Consuet. Si quis omis, num. 45. circa
finem, de iur. congr. Pinell. in l. 2. par. 3 nu. 18.
ibi, nec attendi debet pretium, quod daret qui-
libet emptor, & c. de rescind. vendit. Reg. Ro-
nit. cons. 38. n. 2. ibi, ut pretia rerum non ex af-
fectione emptorum metiantur, & c. p. 2. & Con-
sil. Theodor. alleg. 92. num. 10. vbi singulariter
probat, quod quando quis offert iustum
pretium pro tuenda re iam acquisita, tunc
verus valor non ex aliorum oblationibus,
sed ex communi estimatione attenditur.

S V M M A R I U M.

- 1 Feudo alienato sine assensu sit locus in Regno
renovationi contractus.
- 2 Renovato contractu alienationis feudi ex de-
fectu assensus nam pacta in contractu illo re-
novato apposta, non feudi corpus, sed con-
trahentium interesse respicientia corrumpunt,
& num. 4. 6. 8. 9. 11. & 14.
- 3 Contractu annullato an omnia accessoria cor-
ruant, & num. 10.

- 5 Tutor, qui bona sua obligauit pro obseruantia contractus pupilli nulli demum declarati an valide dicatur obligatus.
- 7 Vtile per inutile non viciatur, sed quid in feudis, ibidem.
- 12 Vendito feudo sine assensu, si venditor euersionem promiserit an efficaciter teneatur, Domino caducitatem declarante.
- 13 Contractu alienationis feudi resolutio, ex dispositione Constit. Constitutionem Diuz memorie an venditor teneatur ad interesse ex inobseruantia pacti, quo se astrinxit, vt Dominus consentiret.
- 15 Fructus an variant cum interesse compensandi facta per emptorem reuocatione contractus alienationis feudi ob defectum assensus, & num. 16. 17. 18. 19. & 20.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an feudi alienatione reuocata, sicq; contractu resolutio ex dispositione Constitutionis Constitutionem Diuz memorie, pacta in contractu illo reuocato apposita corruant, vel potius dicendum est, illa subsistere, & in suo robore permanere. Emptore reuocante an pretium cum vsuris sit restituendum, & res cum fructibus, vel potius sit locus compensationi, & de aliis ad materiã pertinentibus.

C A P. LXXXIII.



Feudi alienationem citra Domini Regis nostri consensum sequutam posse in hoc Regno ab altero ex contrahentibus iure proprio reuocari, cautum est in vulgatissima Const.

Constitutionem Diuz memorie.

Sed reuocatur in dubium, facta reuocatione, sicquẽ contractu resolutio nũm pacta in contractu illo reuocato apposita, non feudi corpus, sed contrahentium interesse

respicientia corruant, vel potius dicendum est, illa subsistere, & in suo robore permanere?

Contingit in presentiarum de hoc disputari in causa in S. C. vertente inter Illust. Dominum Ducem Balneoli, & D. Carolũ Campori Tributarium Baronẽ, qui cum Terram Sanctimanghi prefato D. Duci sine Domini nostri Regis assensu vendidisset, curauit, apponi pactum, vt in casu reuocationis per Dominum Ducem faciendæ fructus cum interesse compensari deberent, & quod pretium nullatenus venditor ipse restituere cogeretur, sed pro eo tantum correspondere ad rationem trium pro centenariis, vnde cum post octo annorum spatium Dominus Dux emptor ob defectum assensus reuocasset, instat hodiẽ, cogi venditorẽ ad pretium exbursatum sibi restituendum, contradicit Doctor Carolus, & ad id ex vi pacti non teneri contendit, vnde quid iuris dubitari contingit; verba pacti sunt hæc.

Et quoniam Terra predicta reperitur decorata titulo Principatus, & in instrumento venditionis illius facta per Ill. Dominum Principẽ Sanctimanghi ipsi Carolo fuit conuentum, quod dictus Dominus Princeps infra annos sex a die dicta venditionis debeat transferri facere titulum predictum in aliam Terram, alias liceat dicto Carolo elapsis dictis annis sex, & translatione predicta non facta, titulum predictum transferri sumptibus dicti Domini Principis, ideò fuit conuentum, quod elapsis dictis annis sex, & non translato titulo predicto in aliam Terram, liceat dicto Domino Duci illud transferri facere ad expensas dicti Caroli, quas valeat retinere ex certis dictorum annuorum duc. 237. 1. 5. & si recepti reperirentur, illos repetere a d. Carolo.

Insuper quia tam super emptione facta per dictum Carolum, & super presenti venditione obtineri debeat Regius assensus, qui impetrari non potest ante translationem tituli predicti, propterea fuit conuentum, quod si interim dicta presens venditio, vt supra facta reuocaretur per dictum Carolum, dictus Dominus Dux, & eius heredes non teneantur relaxare possessionem dicta Terra, nec cogi possit ad illam relaxandam, nisi prius depositis per dictum Carolum dictis duc. 5000. vt supra receptis, & predictis duc. 3750. capitalis debiti per dictam Sacram Domum Spiritus Sancti, non obstante quod per dictam domum restituti non essent. Et in casu reuocationis fortẽ faciendæ per ipsum Dominum Ducem emptionis pre. dicta, aut per eius heredes, dictus Carolus possit retinere predictos duc. 5000. & predictos duc. 3750. ad

hoc enim casu resolutio contractu principali, quod accessoria non corrumpunt, ex *Andr. & Paulo Cast.* in l. cum lex, ff. de fideiussor. probat *Mangil* in suo tract. de emitt. q. 58. nu. 8. & 9. id, quod circa controuersiam procedit, quando eadem ratio, quae militat in principali, non militat in accessorio, vel quando clausula accessoria de per se stare potest, id, quod in casu nostro concurret, ratio enim, quae militat, ut feudi distractio annulletur, quod est principale, respicit duntaxat interesse Domini, hae eadem ratio non potest militare respectu pacti, de quo agimus, quod falsò accessorium appellamus, nec ius aliquod resistit, ut de per se stare non possit, ita *Bar.* in l. ita stipulatus, ff. de verb. oblig. & in l. si fideiussor, ff. de leg. 1. *Bald.* in l. non dubium, C. de legib. *Alex. conf.* 4. nu. 5. lib. 1. *Curt. iun.* in l. vnica, nu. 24. C. quando non petent. part. Dec. & *Cagnol.* in l. cum principalis, ff. de reg. iur. & alij poenens *Ant. Gabr. commun. concl.* lib. 7. tit. de claus. concl. 10. nu. 8. & 9. *Mangil.* loco proxime cit. nu. 20. & his satis ad rem ad lo *D. Conf. Arias* lib. 2. var. resol. cap. 3. 1. nu. 2. vbi regulam, quae se habet, ut sublato principali corrumpat accessorium, temperandam esse docet, ne illa procedat, quoties aliquo iure speciali principale tollitur, prout in casu nostro ex speciali fauore *Constit. Constitutionem Duce Memoriae*, nam tunc accessorium sustinetur, ad quod probandum allegat *sex. in l. fin. d. Lucius*, ff. de cotis. indob. vbi *Ias. n.* 9. & in cit. l. et si is 9. C. de praedij. minor. *Fel.* in c. cum olim, de accus. *Aret.* in l. cum in vna, in fine, ff. de app. et *Paris.* in cons. 15. nu. 112. lib. 2.

11 & ad rem nostram faciunt satis dicta per *Camil. de Curt.* in suo diuers. iuris feud. par. 2. cap. 5. nu. 130. quo loci post *Andr. & Loffred.* quos citat hae profert verba. Dubitatum praeterea fuit, quia certum est, quod instrumentum, & contractus quilibet initus super re feudali non tenet abque assensu, an confessio sequuta, & resultans ex tali instrumento, & contractu valeat? & videbatur dicendum, quod non, quasi quod lex ipsum instrumentum, et omnia in eo contenta inuvalidauerit, sed contrarium est verius, ut dicit *Loffred.* cons. 41. autè nu. 12. vers. nec obstat, *Hippolyt.* sing. 593. *Bar.* in l. tertii conditio, §. si numerus, ff. si cert. ver. et in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. *Andr.* noter in cap. 1. §. & quia, de success. feud. hae ille.

12 Quarto corroborantur hae omnia ex his, quae magis communiter dixerant Doctores in promissione, quae in instrumento venditionis feudi a venitore facta reperitur, nimirum ut in casu emptionis pretium

receptum emptori restituere cogatur, cum de huius promissionis validitate dubitatum esset, vbi contingeret, ut Dominus directus seu si ea lucitate non declararet, ex eo, quod venitor, & emptor scienter se per re feudali assensu non impetrato contraxerant, quauis *Andr.* in cap. Imperiale, *S. Imperator Lotharius*, existimauerit, promissionem hanc propter malam fidem emptoris nullius esse momenti, attamen contra *Andr.* dubitandum non est, magis esse communem opinionem, quam post alios attempta dispositione *tex. in l. si fuit sciens*, C. de emptionibus ruerit *Cesar Vrsil.* in addit. ad *Affl. decis.* 278. nu. 3. vers. an si emptori, ad finem, ubi sic contra *Andr.* in causa Comitum Marconis per S. C. decisum testatur, subteris, his non obstat obiectionem, quae fit, ut annullato contracti principali, omnia corrumpantur, nam si regulariter non respondit, hoc procedere respectu Domini feudi, secus respectu, seu intuitu venditoris de fraude participantis, qui cum emptionem promiserit, ad promissa obnoxius esse debet, & ut dicit *Curt.* in tract. feudorum ab eodem *Vrsil.* citatus, respectu venditoris emptionem promittentis contractus non dicitur nullus, sed promissa per eum sunt omnino obseruanda, maxime si iuramentum accesserit.

13 Quinto, & tandem nostram confirmat sententiam *Horatius Montanus*, qui in *rept. cap. Imperiale*, in num. 199. excitat questionem, an resolutio contractus alienationis seu si ex dispositione *Constit. Constitutionem Duce memoriae*, tenetur venditor ad interesse ex inobseruancia pacti in instrumento a se facti, nimirum ut quia promiserat se curaturum, & facturum, quod Dominus facte alienationi consentiret, & per plura, quae exarat, affirmatiue concludit, in nihilo obstat, quod licet secundum hanc obligationem promissionis, se facturum, & curaturum, & ite uti accessoria ad principale obligationem, & quod per hoc a nullateo principali, corrumpere debeat accessorium, iuribus in principio allegatis, nam satis notauerit responderi *lit. D.* hoc praeter, vbi eadem ratio a nullans principale concurret in accessorio, aliis locis, allegat *glos. in d. l. si is*, C. de praedij. minor. item quanto pacu.

14 quod in principali contractu apponitur corpus feudi respiceret, factus per hoc, quod licet contractus alienationis seu si saluo Domini assensu celebratus quod corpus feudi, dum non a tunc impetratus assensu, nullus indicetur, non tamen sequitur, probat ipse, ut annullanda sit accessio-

ria, dūm (nota) rationes prohibitionis respectu corporis feudi, & sic principalis deficiunt prorsus in accessoriis, in quibus certe Dominus non traditur, sed vasallus dumtaxat, qui contraxit, vide illum, quia doctè loquitur, & melius, ac latius hæc omnia probat, et exornat in suo *lib. controuerſiarū, cap. 15.* per totum, vbi in puncto principali per plura satis notabilia subſtinet, atque tuctur, valere pactum in contractu venditionis feudi appositum, vt in casu reuocationis fructus à feudo percepti cum interesse pretii soluti compensati intelligatur, ita vt sequuta demū reuocatione cum effectu conuentioni in ita sit standum; in contrarium allegatis per *D. Conf. Marcia. conf. 49.* per totum sigillatim respondens.

15 Sed in hoc, pro eo, quod ad casum nostrum pertinet, non insisto, sumus enim in emptore reuocante, quo casu, adhuc si hoc pactum appositum non esset, fructus cum interesse veniunt de iure compensandi, nec aliter a seuerandum, pretii soluti interesse posse emptorem prætere, ea quidem solidissima ratione, cum nulla lege cautum fuisse inueniamus, vt reuocato contractu per emptorem teneatur venditor cum pretio recepto illius vsuras exburſare: etenim *Constitutio Constitutionem Diue memorie* hoc non disponit, sed tantum alienato feudo sine assensu præbet contrahentibus facultatem contractum reuocandi; & si dices, hoc posse probari de iure communi per iura in *l. si fundus 13. §. 1. ff. de reb. cor. in l. vtere 14.* & in *l. si prædium 16. C. de prædijs, & alijs reb. minor.* quæ sæpè in hac materia allegantur ad probandum, vt data nullitate contractus emptionis alicuius rei pretium sit restituendum cum interesse emptori, & res cum fructibus venditori, respondeo, satis impertinenter iura hæc allegari, quando emptor pro contractus nullitate instat; etenim loquuntur in venditore, qui cum minor esset, rem suam non seruatis seruandis alienauit, nam si pretium in sui vtilitatem fuisse conuersum probaretur, volens prædium distractum cum fructibus condicere, doli mali exceptione repellitur, si cum pretio, quod habuit, illius vsuras non offert; vnde merito horum iurium dispositione attentata fuit semper apud nos iudicatum, vt venditore reuocante teneatur ille pretium cum vsuris restituere, consideratur enim dolus ex parte ipsius venditoris in reuocando, ex quo assensum impetrare potens, illum obtinere non curat, sed potius emptorem à feudo ei vendito ex-

pellere, sicque merito dolo, & fraude ex ipsius venditoris parte consideratis, exemplo minoris cogitur pretii recepti vsuras emptori, qui forsan contractui stare vult, exburſare.

16 Hæc omnia non conueniunt, quādo emptor reuocat, nam si verum est, prout verissimum, & indubitatum, dispositionem *d. l. si fundus, §. 1. l. vtere, & l. si prædium* fundatam esse in dolo, & fraude minoris alienantis, si dicamus in casu nostro, attētis his iuribus, posse feudi emptorem nō solum pretium, quod soluit recuperare, sed etiā illius vsuras, quia ex ipsius parte dolus pariter, & fraus in renocando consideratur, ex quo assensum impetrare posset, & obtinere non curat, sequeretur, ut ex dolo proprio beneficium reportaret, quod permitti non debet, cum ex vulgatis regulis dolus proprius nemini prodesse debeat: fac enim in casu dictorum iurium, emptorem prædii minoris velle à contractu recedere, posset nē ille petere, ut cogatur minor pretium, & illius vsuras exburſare, offerens rem cum fructibus perceptis restituere? certe non, quia contractum obseruare tenetur, *Fulgos. in l. ctm bi, §. eam transactionem, ff. de transactio. Riminal. iur. conf. 199. num. 8. & seq. Matthes. sing. 155. & alii.*

17 Quò verò ad alia iura, quæ allegantur pro restitutione pretii cum interesse, & rei cum fructibus, nimirum in *l. debet 27.* & in *l. illud 29. ff. de adilit. edict.* & in *l. item 9. vbi glos. in verb. venditoris, ff. de in diem adiect.* nec etiam ad casum nostrum applicantur; nam quòd emptor in *d. l. debet,* & in *d. l. illud* recuperet mancipij venditi pretium, ac illius vsuras, fuit summa cum ratione sancitum, nimirum propter dolum venditoris, qui seruum sciens morbosum, siue vitiosum, pro bono, & sano dolosè vendidit, vnde vitio, siue morbo detecto, repetit emptor pretium cum vsuris; in *tex.* verò cit. *l. item 9 ff. de in diem adiect.* fuit facta venditio cum pacto, quòd res sit inempta, si intra certum tempus quis meliorem conditionē offerret; vnde adueniente meliori conditione, ex pacto inuito potest venditor, si vult, à contractu recedere, & rem venditam vna cum fructibus ab emptore perceptis rehabere, addit *glos. in verb. venditori,* ergò è contra venditor ipse pretium cum vsura restituet, benè dicit *glos.* quia si venditor est ille, qui vult, vt contractus suum nō sortiatur effectum, sicquè cum fundo vendito petit fructus, quos percepit emptor, consequens est, vt restituat pretium cum vsu-

ris, id, quod ad casum nostrum non pertinet, in quo emptor nullo venditoris facto, vel fraude præcedente reuocat, sed potius dolo suo, sic à contractu recedens.

18 Quòd sit, vt dicamus, meritò Sacrum Cõsiliũ passim, emptore reuocante, iudicasse, vt fructus cum interesse compensentur, vt per *D. Reg. Tap. decis. S.C.8.* vbi post disputatum articulum *num. 20.* testatur, Sacrum Cõsiliũ in hac materia restitutionis rei cum fructibus, & pretij cum interesse, pro vero tria habuisse, primum, discrimen aliquod constituendum esse, quando reuocatio fit à venditore, & quando ab emptore; nam licet vtrumquè reuocare posse hodiè non dubitetur, respectu tamen emptoris non ita apertè per *Constitutionem* permittitur, sed potius ex Prudentum interpretatione, nam non desunt *Doctores*, & grauissimi, qui dixerint, *Constitutionem* non loqui de emptore, inter quos *Frecc. de subse. lib. 2. in quest. quæ incipit à Regnicolis, & Anna pater d. Constitutione Constitutionem Diuæ memoriae, à num. 255.* vsquè & per tot. 257.

19 vndè si huic nostrorum Prudentum interpretationi addamus, vt emptor non solum possit reuocare, sed etiam venditorem cogere ad ei soluendum vsuras pretij recepti, nouam addimus legi scriptæ dispositionè, id, quod ad Principè dumtaxat, non autem ad nos priuatos pertinet, ad tradita per *DD in l. de pretio, ff. de public. in rem actio.* cõsiderauit secundò Sacrum Cõsiliũ fraudem ex parte emptoris reuocantis, cum curam non habuerit impetrandi assensum; & tandem testatur, fuisse ab aliquibus ex Dominis Cõsiliarijs consideratum, nullam esse differentiam inter fructuum valorem, & interesse, nam licet apparentè inferior sit valor fructuum, re tamen benè perpenla sunt æquales, commoditatibus, aliisque honoribus feudi consideratis, istaquè sententiã tuetur paritèr *Capibl. de Baron. p. 2. cap. 21. à num. 14.*

20 Nec, quæso, sit vnquam pronis auribus audienda responsio illa, quam *D. Conf. Marcia. conf. cit. col. penult.* decisionibus indè sequitis tradit, nimirum vt illæ processerint ex eo, quòd super venditionibus extiterat impetratus assensus per verbum, *sic*, quamuis demùm per biennij lapsum resolutus, secus verò vbi nunquam modo aliquo impetratus; etenim cernere non video, quòd nam discrimen constitui possit, quando fuit assensus impetratus, sed demùm ex aliqua causa resolutus, & quando modo aliquo fuit obtentus; immò quòd paria sint, non


esse assensum impetratum, vel esse, & ipso iure ex aliqua legali dispositione annullatũ, in proprijs terminis reuocacionis probant *Regentes de Pont. & Rom. ille in cons. 5. num. 85. lib. 1.* iste in *pregm. 26. num. 25. de feud. post insignem Camerar. in repetit. cap. Imperialem, fol. 57. lit. A.* cum seq. de probib. feud. alien. per *Feder.*

Vnde ex his omnibus pro *D. Carolo* indicandum dicebam audacèr, & vni mecum *D. Marius Baldachinus* in causa collega, Aduocatus doctissimus, moribus, ac natalibus præclarissimus, cui propter singularitè eius in me benevolentiam tantum debeo, quantum possum.

Hæc occurrunt. Processus est in Banca Figliolæ in S. C.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pena pecuniaria an veniant in liquidatione fructuum restituendorum per emptorem feudi, cuius alienatio per venditorem fuit reuocata, & num. 5. 6. 11. 12. & 13.*
- 2 *Valor rei ex redditibus dignoscitur.*
- 3 *Fructuum appellatione an veniant pena pecuniaria, quando proceditur ad venditionem alicuius feudi Regia Curia.*
- 4 *Releuij in liquidatione an veniant prouentus ex feudi iurisdictione percepti.*
- 7 *Rei vindicationis iudicij natura est, vt veniant omnes fructus per possessorem percepti.*
- 8 *Donatina an veniant in liquidatione fructuum per emptorem feudi restituendorum, reuocato contractu alienationis virtute Constitut. Regni Constitutionem diuæ memoriæ, & quid in munere, quod singulis annis in uersitas Baroni præstitit, num. 9. & quid de eo, quod Baroni solutum fuit in recognitionè camera reservata, num. 10.*
- 14 *Pedagium vbi est commune inter duos, poterit vnus collectorem deputare, vt fraudetur.*
- 15 *Venditione facta cum pacto de retrovendendo, eo expresso, vt volente venditore redimere, teneatur ille per duos menses antè hoc emptori declarare, facta demùm declaratione, & duobus elapsis mensibus, si venditor nihil dixit, an teneatur expectare per alios duos menses, quando redimere vult.*



PROVMENTVM.

Agitur, an feudū alienatione nulla declarata, ob defectum Regij assensus, in restitutione fructuum facienda venditori veniant prouentus, siue pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iurisdictione cōsequutus est, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi singularis annotatio manuscripta D. Ioannis Angeli Pisanelli.

C A P. LXXXIV.



Feudi alienatione, ob defectum Regij assensus, venditore instante, nulla declarata, cum cogatur emptor feudum relaxare, & fructus perceptos restituere, pretio, quod soluit vnā cum interesse sibi prius restituto, scio fuisse alijs dubitatum, an in liquidatione horum fructuum veniant prouentus, siue pœnæ pecuniariæ, quas emptor ipse, & possessor ex iurisdictione consequutus fuit? dubium faciebant contra venditorem geminatae decisiones per Regiam Cameram factæ in venditionibus Terrarum domanialium,

1 nām cum pro sciendo iusto valore rei, quæ venditur necessariō sint liquidandi eiusdē rei fructus, siue redditus, *l. si quis, C. de rescind. vendit. l. si fundum 94. ff. de leg. 1. & l. si fundus, ff. de reb. eor. Io de Plat. in l. 2. num. 2. vers. & nota hunc tex. C. de prædij, & alijs reb. n. u. lib. 1. dicebat Fiscus, quod in liquidatione fructuum subintrabant prouentus, tanquā fructus iurisdictionis, sed contrarium fuit per Regiam Cameram decisum, nimirum quod appellatione fructuum hi prouentus non veniebant, idq; non solum in liquidatione pretij feudi, quod venditur, sed etiam vbi contingit feudatarium mori, ut in liquidatione fructuum pro soluendo releuio Regiæ Curie, nec etiam hi*

prouentus ueniant; itā semel, atq; iterum determinatum refert Reg. Moles decis. 9. in meis, in tit. de iure releuij, Reg. Constant. in l. 1. num. 67. & seq. C. pennis fiscal credit. prefer. & alij ex nostratibus.

5 At Ego in casu proposito contrariam amplexus fui sententiam, nec decisiones hæc unū aliquā mihi fecerunt, habent enim particulares rationes, quæ ad casum nostrum non applicantur, nām quod in liquidatione reddituum pro sciendo iusto feudi valore hi prouentus non ueniant, facit ratio euidens, quia prouentus fructus sunt incerti, & semper inæquales, quod proinde super illis nulla potest cadere liquidatio, & quod non ueniant in liquidatione releuij fuit summa cum ratione decretum, nām cum prouentus fructus sint iurisdictionis, hæc iurisdixio, quando feudum à Rege uenditur dōm uasallis, semper intelligitur gratiosè concessa, absq; quod alicui oneri remaneat obnoxia, ut bene utrumq; declarat idem Reg. Moles loco citato, quare in casu, de quo nos agimus, quod in liquidatione fructuum uenditori reuocanti restituendorum ueniant etiam prouentus, siue pœnæ pecuniariæ, quas emptor percepit, considero primò, hoc iudicium reuocationis esse illud idem reuendicationis, ut notat D. de Franch. decis. 172. num. 12. cuius natura est, ut veniant omnes fructus, quos actor reuendicans habiturus erat, hic est text. in l. præterea, ff. de reuendicat. & quamuis in decisione modò relata fuerit dictum, in hoc iudicio non venire donatiua, quæ nouus emptor, & Dominus à uasallis ratione incundi aduentus assequutus fuit, quod affirmari pariter & Ego lib. 1. cap. 125. & Pellic. ad Consuetud. Auers. cap. 8. num. 237 nec non & subuentiones, quas habuit pro emenda Terra, siue pro filia maritanda, in terminis Constit. Quamplurimum, ex eo fuit sic decisum, quia uenditor horum neutrum consequi potuisset, ut nimis clarè loquitur idem de Franch. loco cit. quod proinde, subdit, contrarium fuisse determinatum, ut nimirum ueniat in restitutione fructuum munus uniformè, quod singulis annis Vniuersitas nouo Baroni soluit, quia illud idem primo Domino feudi uenditori solutum fuisset, & ex eadem ratione meminimus olim D. Reg. Brancia Feudistam doctissimū mihi dixisse, ipso referente Sacrum Consilium aliàs iudicasse, ut in restitutione fructuum ueniat etiam id, quod soluit Vniuersitas nouo Domino in recognitionem, quia nominauit eam in Cameram re-

seruatam, quia hoc etiam fieri poterat à primo Domino, & in terminis, quòd appellatione fructuum ueniant pene pecuniariae inueni in casu forsan maioris considerationis Sacrum Consilium iudicasse, nam cum uenditum esset feudum cum pacto de retrouendendo ad rationem decem pro centenariò, eo inserto pacto, quòd si fructus non sufficerent, siq; ad summam determinatam ad dictam rationem non ascenderent, quòd teneretur uenditor ex alijs suis introitibus supplere, pretendente demum emptore, quòd fructus uere summam constitutam non imporrabant, e contra dicebat uenditor, quòd computatis penis pecuniarijs erant sufficientes, & cum super hoc esset inter Partes disceptatum, fuit pro uenditore decisum, non obstante pacto apposito, quòd prouentus cederent pro Officialis prouisione, & salario, sic attestante Magno illo Iureconsulto, & causarum patrono *D. Iouanne Angelo Pisanello* in quadam eius annotatione propria sua manu scripta, quam habeo, & per hæc uerba, & est *1. s. uxorum notabilium*.

Iesus, Maria.

12. Solemus praticare multam emptiones feudorum cum pacto de retrouendendo, euenit casus, quòd quidam Baro habens tria Castra, vendidit unum ad rationem decem pro centenariò, & quòd prouentus iurisdictionis cederent pro Officialis prouisione, & salario, & quòd si fructus non sufficerent, nec ascenderent ad summam determinatam ad dictam rationem, teneretur uenditor supplere super alijs suis introitibus, fuit orta differetia post traditam possessionem Castri, quia dicebat uenditor, quòd prouentus ultra prouisionem debebant computari in numero fructuum, item quòd ipse intendebat deputare unum, qui assisteret circa collectionem fructuum, ad finem, ne fraudaretur, & cum ambo essent mei amici, & clientes, in me compromiserunt, & discussis rationibus, quæ per ambas partes allegabatur, fuit mihi uisum, quòd ex quo pene sunt fructus iurisdictionis, ut est decisio *Bar. in l. fin. ff. solut. matrim.* posuit *Iacobin.* in sua inuestitura, in uerb. *Marchid.* col. 3. & in uerb. *de Castro*, col. 3. *Dec. conf. 4. col. 2.* quòd deductis expensis, & salario pro consueta prouisione solita dari Officialibus, omne illud, quòd ultra fuisset perceptum, deberet computari in numero fructuum, & hanc determinationem collegi

ex *Bonifacij Octauij extrauag. posita sub in. de decimis extrauagant. commun. in uers. de his quoque, que consistunt*, secundum quam ita me aduocante determinatum fuit in Sac. Consilii inter Magnificum Matium Loffredum, & Magnificam Hipolytam Casata super Terra Cassani.

14. Ad aliud dubium similiter dixi, licet dicto uenditori deputare unum pro suo interesse, ne decipiatur, hoc collegi ex simili questione de eo, qui debet habere decimam, prout iudicari fuisse testatur *Iacobin.* post *Ang. in d. uerb. de Castro*, col. 2. ibi, *quero utrum tempore guerra, propter ea Christophorus de Castellione* consuluit, quòd si pedagium erat commune inter duos, potest unus deputare collectorem, ne fraudetur in eo, quòd ad eum tangit, dicens plus, non posse per unum vendi in sui preiudicium absq; eius scientia, ut patet inter consilia *Bald. in 1. vol. secundum antiquam stampam, num. 87.* incipit, *queritur, an Dominus spinosa*, & sequitur *Bald. in seq. conf. & est in noua stampa, in 2. vol. num. 20.* & cum incidisset dubium, cuius expensis, dixi, quòd expensis uenditoris, ut tenet *Christophorus de Castro*, ubi in specie loquitur, & quia aderat pactum, quòd uenditor per duos menses ante debuisset requirere emptorem, & declarare, quòd volebat redimere, si facta requisitione, & declaratione, adueniente lapsu duorum mensium ipse emptor dixit, se paratum reuendere, & uenditor nihil dixit, quòd si demum uenditor offerret pecuniã, dixi, quòd stante mora uenditoris differentis soluere, quòd erat danda noua dilatio emptori ad retrouendendum, & sic erat expectandum per alios duos menses, hanc determinationem collegi ex *text. in l. si per emptorem, §. quòd si fundum*, cum declaratione *Paul. Castr. ubi, ff. de action. empt.* & ita iudicauit, & seruatum fuit in omnibus supradictis dubijs.

Io. Angelus Pisanelus.

S Y M M A R I V M.

- I. *Fendatario defuncto cum feudo nouo, filij secundogeniti consequuntur à primo, qui in feudo successit partem pretij in illo feudo per patrem communem erogati, sed qua actione, num. 2. Et quid si omnes filij à patre fuerint diuisim heredes instituti, num. 3. 4. 5. & 15.*
6. *Ratio que sit, ut filij secundogeniti consequantur partem pretij à communi patre in feudi emptione erogati.*

- 7 Collatio inter fratres cessat, ubi pater illam prohibuit, sed an tacite prohiberi possit, n. 8. & quæ sint coniectura, quod pater voluerit prohibere, num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.
- 16 Consuetudo est stricti iuris, & tantum habet de potentia, quantum habet de usu.

ARGUMENTVM.

Agitur, an feudi noui pretium, quod in Regno ex consuetudine iudicandi venit conferendum inter omnes defuncti feudatarii filios, & hæredes vniuersales, sit pariter conferendum, quando pater, qui feudum emit, filium primogenitum in illo hæredem instituit, secundogenitos vero in allodio, facta bonorum diuisione, & assignata unicuique sua portione, prout sibi visum fuit.

C A P. LXXXV.

Endum ubi à patre emptum fuisse constat, eo mortuo pretii erogati partem filius secundogenitis competere, est hodie in Regno citrà controuersiam, & hoc non alia actione, nisi iure

collationis, ex consuetudine præscripta sic in Regno indicandi, quæ sumpsit originem à vulgatissima theoricæ *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, à num. 39. in addit. de prohib. feud. alien. per Frider.* non quòd in Regno lex aliqua vigeat, quæ primogenitum, qui in feudo successit nouo, ad id hac, vel alia actione teneri mandet, vt bene post antiquos, & recentiores obseruarunt

Minad. in Const. In aliquibus, in rubr. n. 30. Loffr. in eodem §. præterea Ducatus. Ann. filius cons. 26. num. 10.

Monta. in repet. præcit. §. præterea Ducatus, num. 128. in princ. & in fin. & num. 131. &

2 *Reg. Rouit. aliis omiſſis decif. 38. quo loci*

respectu actionis dicit, quòd quamuis pro maiori parte Vocantium in illa causa fuerit habitum pro vero, quòd hæc pars pretij in feudis nouis nullo pacto collationis iure deberi possit, ex quo termini verè repugnāt, & quòd *Andr.* loquutus fuerit improprie; attamen quia Maiores nostri semper hanc *Andr.* theoricam sequuti fuerunt, quòd scilicet debeat hæc pars pretij iure collationis, & non alia actione, nullo pacto est ab ea recedendum, licet dicamus, fundatā esse illam in errore iuris manifesto, nam, vt dicit *Rouit.* ex vulgatis regulis communis error facit ius.

3 Hac supposita conclusione reuocatur in dubium, an illa procedat, quando filij à comuni patre fuerint diuisi in testamento hæredes instituti, sicq; certa portione unicuique assignata, v.g. si pater dixerit: Petrum filium meum primogenitum in feudo per me empto hæredem instituo, Alexandrum autem filium meum secundogenitum in bonis suis in tali loco hæredem facio, & Carolum filium tertio genitum super annuis introitibus mihi per Paulum debitis vnā cum eorum forte hæredem nomio, an, inquam, hoc casu possint Alexander, & Carolus secundogeniti, & hæredes in certis nominatis corporibus à Petro fratre primogenito partem pretij in feudi emptionem à communi patre erogati petere, & obtinere?

4 Contigit aliàs de hoc dubitari in S. C. in causa vertente inter Euaristam Furierti, & Baronem Franciscum eius fratrem primogenitum, quos cum vnā simul cum duobus aliis filiis, Troiano scilicet, & Lanfranco communis pater Aurelius diuisim hæredes instituisset, sicq; vnumquēq; in certis nominatis corporibus, videlicet: Franciscum filium primogenitum in feudo Valenzani, bonis mobilibus, auro, argento, & gemmis, in domo existentibus; in duc. 30. mil. implicatis in emptionem tot annorum introitum super gabelis Vniuersitatis Terræ Martine, ac etiam in domo palatiata existente in Ciuitate Bari: Troianum, & Euaristam insimul super domibus, iuribus, actionibus, ac integro statu illarum existentibus in hac Ciuitate, & Lanfrancum super stabilibus, & annuis redditibus sitis in Ciuitate, & Comitatu Bergomi, ac super functionibus fiscalibus ann. duc. 2300: super diuersis Terris Prouincie Terræ Bari: post tot annorum spatium, & geminatas patetæ dispositionis approbationes, insurrexit Euarista, nescio certè, quo suadere spiritu,

& mediante supplicatione in S. C. portenta, petiit à Francisco fratre suo primogenito quartam partem pretii à comuni patre in emptionem Terræ prædictæ Valenzani erogati, ad illamq; admitti instantissime rogabat, cōtradicebat Baro Franciscus, vnde dubitatum fuit, quid iuris?

Ego, qui partes Domini Baronis rei cōuenti toto corde tuebar, quodd hęc actoris Euaristæ prætenſio eſſet mere ſomnium vigilantium, ratione, & authoritate probaui, ratione & Primò, cūm hęc conſuetudo iudicandi, vt pretium à comuni patre in feudi emptione erogatum inter omnes filios æquis portionibus diuidatur, primogeniti perſona connumerata (& hoc ſac eſſet ad occurrentem controuerſiam terminandam) nullo vnquam tēpore fuerit præſtatata, niſi mortuo patre ab inſtato, vel ex teſtamento, vbi fuerint omnes filii vniuerſaliter inſtituti hæredes, nulla bonorum facta à patre particulari diuiſione, in quibus ſanè terminis loquitur *Affl. in d. S. præterea Ducatus, num. 27.* quando autem pater filium primogenitum in feudo, quod emit, inſtituit hæredem, ſecundogenitos verò in alodio, assignata unicuiq; eius portione, per tot ſecula iam elapſa poſt tempus *Andr. non legimus, nec audiuius, ſecundogenitos hanc habuiſſe prætenſionem, & tamen eſt caſus, qui in dies contingit, nām nec anni tempus in hoc Regno labitur, in quo feudatarij ſic diſponentes moriuntur, & in hac Ciuitate ex tot inſignibus Feudiſtis, qui ſcripſerunt, nemo hoc pro ſecundogenitis attentare auſus fuit, et quodd hoc ſit uerum, aded ut à Petitis controuerti nō poſſit; inueſtigemus, quæſo, rationem, quæ à Noſtratibus assignatur, quare ſecundogeniti conſequi debeant partem pretij à comuni patre in feudi emptione erogati. Ea enim communiter assignatur, quia ſi non eſſet pecunia illa erogata in emptione feudi, poſt patris mortem reperiretur in patrimonio burgenſatico, et ut aliqui aiūt, in arca, in eaq; non ſolum primogenitus, ſed omnes filij æquis portionibus ſuccederent; vnde cūm iam reperiatur conſumpta in emptione feudi, quod ex lege Francorū uti indiuiſibile ad ſolum primogenitum peruenit, iuſtum, et conueniens eſt, quodd dum non poſſet diuidi feudum, cōmunice frater primogenitus cum ſecundogenitis æſtimationem illius, ita ſanè ſcripſerunt*

Affl. loco ſuprà cit.

Marin. Frec. de ſubſeud. lib. 3. in tit. de diſſer. inter feudum ex pacto, & hæredit. in 33. diſſer.

ſol. mhi 458. verſ. ſicut ſi pecunia.

Franc. de Amic. de ſeud. in ſic. de hic. qui ſeud. dar. poſſ. ſol. 97. in cap. quod incipit Et ratio iſtius, in fine,

Marcell. de Natur. alleg. 52. nu. 4.

Cavill. de Medic. conſ. 524. nu. 8. & ibi

D. Reg. Capyc. Galeota in addit. in princ. et alij, quibus addo

*Aluar. Valaſe. ſic in terminis indiuiſibilis emphyteuſis iuxta Luſitanas ſanctiones loquentem in præxi partit. & collat. cap. 13. nu. 102. hæc ratione ſuppoſita, quæ mediante omnes filij partem pretij, aſſequuntur; ſequitur neceſſario dicendum, ut tunc ſecundogenitus pretij partem petere poſſit, uel quando moritur pater ab inſtato, uel ex teſtamento, inſtitutis omnibus filijs hæredibus vniuerſaliter, nulla bonorum facta particulari diuiſione, nām in his dumtaxat caſibus, ſicut ratiocinatur *Affl. loco citato* poſſet dicere ſecundogenitus, ſi pecunia non eſſet erogata à patre meo in emptione feudi, reperiretur in arca, et in ea ita ſuccederem ego, ſicut et frater meus primogenitus, quando autem pater in teſtamento inæqualiter filios inſtituit hæredes, uel cuiſlibet, inſtituto primogenito in feudo certam bonorum alodialium assignat portionem, nullo pacto partem pretij petere poterint, quia ceſſat ratio, propter quam pretium uenit inter omnes conferendum, nām ſi ratio eſt illa, quia ſi non eſſet pecunia erogata in emptione feudi, omnes in illa ſuccederent, quando pater facit teſtamentum, & filios inæqualiter inſtituit hæredes, nemo affirmare poterit, quodd omnes filij ſucceſſiſſent æqualiter in illa pecunia, quia conſtat iam de contraria uoluntate patris teſtantis; quare neceſſario eſt concludendum, uerè rationem illam, propter quam pretium conferretur, et inter omnes filios æquis portionibus diuiditur, locum habere non poſſe, niſi mortuo patre ab inſtato, uel ex teſtamento, inſtitutis omnibus filijs vniuerſaliter hæredibus, nulla bonorum facta diuiſione; cūm autem in caſu, de quo hic ſeruo habetur, Euarista fuerit ab Aurelio patre tantummodo inſtitutus hæres in domibus in hac Ciuitate exiſtētib; in vanū certe laborabat, petendo à Barone fratre quartam partem pretij Terræ Valenzani, quia certum eſt ex uoluntate patris teſtantis, quodd ſi pecunia, quæ fuit erogata in emptione feudi prædicti reperta eſſet in arca, non aliter præſatus Euarista in illius parte aliqua ſucceſſiſſet, dum eius pater uoluit, ut eſſet illi cō-*

tentus de certis dumtaxat corporibus, hic Neapoli existentibus.

- 7 Secundò, fratris primogeniti iustitia in casu proposito ex alio in tuto reddebatur; diximus enim in principio, & pro indubitato, licet còtra iuris regulas supposuimus, quòd hæc pars pretij non alia actione perì possit, quàm iure collationis, ex quo sic Nostrates *Andr. theoricam in d. §. praterè Ducatus* insequuti fuere, nunc addimus, axioma hoc intelligendum esse, dummodò non constet de contraria voluntate patris, collationem nimirum prohibentis; etenim cessat prorsus collatio, quotiès pater illam prohibuerit, & non solùm expressè, ad *tex. in autb. ex testamento, C. de collat. sed etiam tacitè ex præsumpta illius mente, siuè ex probabilibus coniecturis, vt habetur in l. ex parte, §. intestato, ff. famil. erciscund. & indiuidualitèr post Bald. & Socin. quos allegant, scripserunt*

Cephal. conf. 183. num. 6. lib. 2.

Dec. conf. 59. nu. 2. vers. sed tamen diligenter.

Crauet. conf. 85. num. 8. & 125. num. 5.

Decian. resp. 22. num. 15. vol. 2. ibi, Tertio collationis materia recipit declarationem, & interpretationem à voluntate patris, si appareat de voluntate eius, de cuius bonis agitur, nam etiam si sumus in casibus, in quibus debet fieri collatio, illa tamen cessat, si appareat de voluntate etiam coniecturata patris, quòd noluerit conferri.

Craff. lib. 2. recept. sentent. in artic. collatio bonorum, q. 3. num. 2.

Ant. Gamma dec. Lusit. 33. nu. 12. vbi post Dec. testatur de comuni, & his addo

*Cassan. relatum ab Arism. Tapat. lib. 2. tit. 642. c. 5. in princ. & Mangil. tract. de imputat. quest. 19. num. 5. euidenter enim dicitur voluntas, quæ ex coniecturis deducitur, l. licet Imperator 76. vbi Ias. ff. de leg. 1. latè Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. num. 39. & seq. & Petr. de Salazar de usu, & consuet. cap. 12. num. 69. vbi post glos. Bal. & Ang. in l. prator, in princ. ff. de noui oper. nunc. dicit, pro expresso haberi, quòd ex mente potest colligi, & euidenter apparere, quòd ex legitimis coniecturis apparet, *Aff. dec. 44. nu. 15. Franch. decis. 15. coniectura probabilis, & præsumpta mens patris, quòd voluerit collationem prohibere, illa communiter recipitur, nimirum quando pater voluit, vt inter liberos non seruetur æqualitas, nam cum collatio non ad alium finem à legibus sit introducenda, nisi ratione æqualitatis inter liberos seruandæ, ac discordiæ, & inuidiæ inter eosdem euitandæ, l. vt liberis, & l. illud, C. de**

collat. cessat prorsus argumentum Dec. loco citato, vers. tertio loco hoc comprobatur, quotiès pater voluit, vt seruetur inæqualitas à cessante ratione, & hoc erit, quando pater in testamento bona sua diuisit, plus vni, quàm alteri dando, prout in casu, de quo agebatur, nam Aurelius pater nõ aliter còtentus extitit Franciscum filium primogenitum in feudo tantum hæredem instituire, sed etiam in tot alijs bonis mobilibus, auro, argento, & gemmis, in Castro sup habitationis existentibus, bonis stabilibus, & annuis introitibus, in longè maiori summa illum meliorando, prout in testamento legitur, Euaristam autem insimul cum Troiano in domibus dumtaxat hic Neap. existentibus, ergò sic diuidendo clarè colligitur mens patris, quamlibet collationem prohibentis, sed quòd vnusquisquè sua portione contentus esse deberet, videatur, & omninò vltra DD. nupèr citatos

Socin. sen. conf. 127. per tot. nu. 14. præsertim sub illis verbis: Item patet, quia singularitèr diuisit multa alia bona: facit ad hoc, quòd habetur in d. §. intestato, cum glos. ex quibus còstat, quòd testator voluit, filios esse inæquales, & non æquales, vnde non possumus dicere, quòd fiat collatio ratione æqualitatis seruandæ, iuxta l. vt liberis, & in l. illud, in fin. C. de collat. quia hoc esset contra mentem testatoris, &c. idemq; scripserunt

Dec. citato conf. 59. quòd est attentè legendum.

Didacus Castelli in l. 26. Taxri, gl. I. nu. 1.

Roder. Suar. in reper. l. quoniam in prioribus, q. 5. num. 9. C. de inoff. testam. &

Parlador. different. quotid. differ. 150. §. 1. num. 9. Fachin. post alios, quos citat controu. lib. 5. contro. 78. in fine, & his addo Io. Vinc. de Anna sing. 94. vbi sic per S. C. decisum testatur, & Gruel. decis. 139. à nu. 16.

- 10 Tertio, in propria materia nostra, quòd collatio pretij in feudi emptione à còmuni patre exburfati ex mente, & coniecturis prohibita dicatur, responderunt Io. Franc. de Ponte, & Marcell. de Mauro, prout videre est in eius alleg. 52. à n. 6. ad finem, vbi ambo consuluerunt, prohibitam cènseri collationem pretij in feudi emptione erogati, quotiès pater, qui emit instituendo primogenitum in feudo, & secundogenitos in alodio, in principio testamenti dixerit, quòd volebat de bonis suis disponere, & salubritèr ordinare, nè inter hæredes, & successores post eius obitum discordia aliqua oriretur, vel & secundò vbi prohibuerit, defalcari falcidiam, seu trebellianicam, aut ali-

quid

quid pro debito bonorum subsidio, in vnoquoque enim istorum casuum firmarunt præcitati DD. quòd non solum tacite, sed etiam expressè pretij collatio prohibita censetur, cum nimis clarè constet de mente, & voluntate patris volentis, ut filiorum vnusquisque sit sua portione contentus, sic enim eius voluntas redditur indubitabilis, nam si secundogeniti pro collatione instarent, oriretur inter fratres inuidia, & permetteretur detractio, vtrumque à patre in testamento prohibitum: hoc sanè consiliū insequutus fuit Aurelius istorum litigantium còmunis pater, nam in principio testamenti non solum dixit, quòd volebat de bonis suis salubriter disponere, & ordinare, nè post eius mortem inter hæredes, & successores suos aliqua oriretur, vel oriri posset discordia, sed etiã verbis satis apertis prohibuit, detrahi, stũ aliquid defalcari ratione falcidiz, trebellianicz, aut pro debito bonorum subsidio, nec (nota) pro aliqua quavis causa, vade non erat vterius de eius voluntate dubitandum.

11 Et magis in puncto in articulo, de quo agimus individualiter hæc, quam Ego tucor sententiam amplexus fuit doctus Iureconsultus *Lel. Caput in comment. ad Consuet. nostram exordientem Si moriatur, par. 2. S. 8. per tot. num. 11. fol. 239.* quo loci attenda theorica *Andr. in d. S. præterea Ducatus* firmat verbis expressis, cessare prorsus collationem, quando pater, qui feudum emit, de burgenfaticis non ita disposuit æqualiter, vt verisimiliter iudicari, & præsumi possit, quòd eius voluntas fuerit, velle, inter filios æqualitatem seruari, & quòd tunc ex testamento collatio locum habere potest, quãdo filij secundogeniti ex intentione patris testatoris sunt vocati ad omnia bona vniuersaliter, quo casu cũ voluerit pater ipse, inter liberos æqualitatem seruari in omnibus bonis, præsumptio est, quòd voluerit similiter, vt pretium, quod in feudi emptione erogauit, conferatur, vide illum, quia doctè loquitur.

12 Vltimò, ius bonum, quod in hoc articulo fouebat primogenitus rerũ iudicararum auctoritate confirmatur, nam, quòd nullo pacto sit locus collationi partis pretij, quotiès secundogeniti essent instituti hæredes in allodio, primogenitus uerò in illo feudo, cuius pretij collatio petitur, indicauit Sacrum Consiliũ in causa filiorum secundogenitorum Michaelis Iesualdi cum primogenito, sic attestante *Dom. Regente Re-*

uertorio longè post hæc à me scripta uiso in suis decisionibus in manuscriptis *decis. 13. circa finem, lib. 2. & per hæc notabilia uerba: Licet omnes Domini de Sacro Consilio teneant, prout aliàs fuit votatum in fauorem Domini Fabij, tamen non aperuerunt supradictam difficultatem, immò pro hac ratione satis dubia in fauorem d. Fabij votauerunt, & cum alia ratione sequenti, nimirum, quia Dom. Michael in suo testamento instituit hæredem in omnibus bonis feudaliibus Dominum Fabium eius primogenitum, & signanter in Terris Peshi Pagani, & alterius Castri, videlicet Rabi, & in bonis burgenfaticis instituit hæredes omnes tres fratres, ex hac autem hæredum institutione constat de voluntate Domini Michaelis excludere alios filios à parte pretij dictarum functionum fiscalium, postquam Fabium hæredem instituit in omnibus bonis feudaliibus, & alios in burgenfaticis, & disposuit de suo patrimonio, prout in disponit, vt in feudaliibus, in quibus iure Francorum uiuitur, succedat primogenitus, iuxta Constitutionem Regni Vt de successione, in alijs uerò bonis burgenfaticis succedant omnes pro æqualibus portionibus, non enim sunt grauati alij filij, postquam à patre in burgenfaticis instituti fuere, & Fabius in omnibus feudaliibus, ideò ex eo, quòd Fabius fuit institutus in omnibus feudaliibus, oportet dicere, quòd pater uoluit excludere alios fratres à parte pretij, alijs non esset institutus in omnibus feudaliibus, quia soluendo partem pretij alijs fratribus, non haberet in effectu omnia bona feudalia, quod esset expressè contra mentem testatoris, & si mihi diceretur, licet de iure antiquo collatio non habebat locum, quando quis succedebat ex testamento, sed solum quando ab intestato, vt est text. in l. 1. C. de collatione, hodie uerò habet locum, tam ex testamento, quam ab intestato, nisi expressè per testatorem sit prohibita collatio, vt est text. in auth. ex testamento, eodem tit. Sed in casu nostro non apparet, quòd dictus Michael in suo testamento prohibuerit collationem, ergò debet habere locum, non obstante institutione*

13 facta, quia respondeo, quòd sufficit prohibitio expressa verbis generalibus, & non requiritur expressa verbis specialibus, seu in individuo, prout habetur in glos. in l. fin. C. quòd cum eo, quòd expressum dicitur tripliciter, vt per Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. ubi Aret. & omnes Moderni, idem Aret. in l. eum, qui, ff. si cert. pet. & in l. illud, ff. de acquir. hæred. in quibus duobus vltimis locis declarat, quomodo dicitur expressum illud, quod supra dixi, magis expressè confirmatur ex notatis per Aug. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. ubi dicit, quòd licet text. in §. si uerum expressum, in auth. d.

hereditas & falcidia dicat, quod testator potest prohibere falcidiam, si hoc expresse dicat, si tamen diceret testator in suo testamento, mando heredi restituere Titio totam hereditatem, ex his verbis censetur prohibita detractio trebellianica, sed falcidia, & tamen non est prohibita verbis specialibus, sed bene verbis generalibus, quod sufficit, ut ibi late per Aret. qui tenet hanc opinionem, & subtiliter discutit ibi num. 10. ita

14 est in casu nostro, quod per verba supra adducta institutionis omnium bonorum feudalium censetur prohibita saltem verbis generalibus detractio falcidia, & tanto magis est amplectenda ista opinio, cum opinio Andr. in repet. cap. Imperialem, S. pratered Ducatus, num. 29. in 2. addit: est satis dubia, ut latissime ibi ad partes eam disputat Camer. qua licet in iudicijs sit acceptata, ego tamen in puncto iuris, & de eius rigore cum ea non procederem, sed potius ex quadam aequitate, ut filij secundogeniti, qui sunt exclusi a successione feudi, in quo solum primogenitus succedit, quando in eo iure Francorum vivitur, idem voluit aequitas, ex qua movetur Andr. ubi supra, ut aliquam partem pretij, quo feudum novum fuit emptum haberent secundogeniti, quia si emptum non fuisset, hoc pretium reperissent in hereditate, in qua omnes succederent, qua aequitas in casu nostro cessat, quia iam ipsi in burgensatico heredes instituti fuerunt. Hæc ille Dom. Reg. Reuert.

15 Vnde ex his omnibus credo, ratione, & autoritate fuisse plene fundatum, consuetudinem iudicandi, ut pretium feudi novi inter omnes filios æquis portionibus dividatur, iuxta theoreticam Andr. in sæpe citato S. pratered Ducatus, num. 29. & seq. non fuisse practicatum, nisi defuncto patre acquirente ab intestato, vel ex testamento, quoties filij omnes vniuersimodum fuissent instituti heredes, quando autem filius primogenitus esset institutus hæres in feudo, & bona allodialia pater in testamento diuisit, assignando unicuique filiorum portionem sibi visam, per tot sæcula iam elapsa post tempus Andr. non legimus, nec audiimus, ut supra fuit demonstratum, secundogenitos partem pretij feudi a communi patre empti prehendisse, quo fit, ut non videam, quare consuetudo ista sic iudicandi præscripta ex autoritate Andr. in casibus dumtaxat supra enarratis, ultra suos terminos extendi possit, est enim consuetudo stricti iuris, & proprios terminos non excedit, nec extendi potest ad terminos etiam eiusdem nature, & tantum habet de potentia, quantum habet de usu, ut bene ad propositum ratiocinantur

Tobias Nonius conf. 48. num. 23.
Roland. a Valle conf. 35. sub nm. 30. lib. 3. &
Honed. conf. 87. num. 49. lib. 1. & conf. 75.
num. 46. lib. 2.

Die Martis 11. Julij 1645.

Facta relatione in S. C. per nobilissimum Regium Consiliarium Antonium Miroballum causæ Commissarium, virum doctissimum cum interuentu D. Præf. S. C. Andreæ Marchesij fuit decisum pro cliente secundum hic allegata.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum an sit ex pacto, vel potius hereditariū ex inuestitura, qua canit, concedimus tibi, & heredibus tuis ex tuo corpore legitime descendentes, &c. & num. 3. & 5.
- 2 Francorum iure attento primogenitus succedit solus in feudo.
- 4 Ius Francorum in Regnis utriusq; Sicilia ius commune est.
- 6 Feudatarij in viventibus iure Francorum an in alienatione feudi filij primogeniti consensum procurare teneantur, & num. 8.
- 7 Regnum Neapolitanum est hereditarium ob inuestituræ formam Carolo I. ab Urbano IV. & Clemente similiter IV. factæ.
- 9 Feudum quomodo dignoscatur, an sit ex pacto simpliciter, an hereditarium, an verò ex pacto cum qualitate hereditaria.

A R G V M E N T V M.

Agitur, quod nam feudum dicatur ex pacto nimirum, vel hereditarium, facta concessionem pro se, & heredibus ex corpore legitime descendentes, illa adiecta clausula, ita quod maior natu minori, & masculus femina præferatur. Examinatur, & demum rejicitur Afflic. Theorica in Constit. Vt de successioneibus, n. 69. & in c. I. an agnat. n. . .



C A P. LXXXVI.



Eudum fuit mihi quæsi-
 rum, quod nam esset cõ-
 fendum, ex pacto foras,
 vel hereditarium, vbi
 inuastura caneret, Cõ-
 cedimus tibi, & heredibus
 ex tua corpore legitimè
 descendentes, ita quod maior natu minori, &
 masculus femina præferatur? Et quod sit iu-
 dicandum ex pacto censuit *Afflic.* tam in
Constit. Vt de successioneibus, num. 69. quam in
*l. 1. num. . . in tit. an agnat. de quo ex Regni-
 colis, quos vidi solus meminit Puluerii. in
 Addition. ad eundem decis. 140. idq; propter
 verba illa adiuncta, ita quod maior natu mi-
 nori, & masculus femina præferatur, quod de-
 signare, dicit, fuisse factam concessionem
 more Francorum, quo attento primogeni-
 tus succedit solus, & filius masculus femi-
 nam excludit, ac proinde in viuentibus iure
 Francorum patrem non posse citrà filij
 primogeniti consensum feudum alienare.
 Sed certè decipitur satis *Affl.* semperq;
 hæc eius sententiã non digna tanto viro
 mihi visa fuit, & vt quanta in hoc sit eius
 fallacitã, primò aduertit, rogo, illud in hoc
 Regno certum esse, Barones alio iure non
 viuere, nisi illo Francorum, quod dicit *Can-
 net. in repetition. extrauag. Si aliquem, in cap.
 incip. sed præstat querere, in vtroque Siciliae
 Regno ius commune esse, quò (inquam) iure
 attento feuda omnia illam sumpserunt
 naturam, vt primogenitus succedat solus,
 vt masculus præferatur femina, & vt feudum
 diuidi non possit, sic ratiocinati sunt Ioann.
 Vnic. de Anna alleg. 4. tit. 13. Reg. de Ponte
 cons. 3. num. 38. 39. & 48. & in tract. de potest.
 Proreg. tit. 8. de resus. feud. post. num. 3. 1. vers.
 & vltimis in Regno, & l. 10. num. 8. Banma-
 cer in rep. cap. Titus, S. omnes filij, num. 64.
 in tit. si de feud. defuncti, & nouissime Reg. Con-
 stant. in l. ianua, num. 39. C. de Consul. lib. 12.
 vbi id pro absoluto testatur fuisse habitum
 in Collaterali Consilio ad relationem Re-
 gis Cameræ in causa tunc veniente inter
 D. Principem, & Fratres de Sabellis clarif-
 simos Romanos, & Marchionem Antre-
 dochi Bandinum nobilem Florentinum.
 Hoc posito, & pro indubitato, illud à no-
 stro *Afflic.* scire vellem, qua lege in Regno
 cauetur, vt in viuentibus iure Francorum,
 dum pater feudum alienare vult, eius filij
 primogeniti consensus requiratur? etenim
 in *Constit. Vt de successioneibus, & cap. Conside-***

rantes, secundum ordinem *Novi 188.* inpric-
 ciamus, per quæ iura magis communiter
 in Regno asserunt Nostrates, ius generale
 Francorum fuisse statutum, & verbum nul-
 lum de hoc in illis, nec in alijs iuribus iue-
 nias, quo modo ergo potuit *Affl.* hoc gras-
 tis asserere, potest ne exemplum aliquod
 trahi, vt in his Supremis Tribunalibus nul-
 la fuerit declarata feudi distractio à patre,
 absque filij primogeniti consensu facta, ex
 eo, quia in feudo illo Francorum iure viu-
 batur, certè non, immò oppositum quoti-
 diana docet praxis, & si dices, hoc vidisse
Afflic. vt ipse testatur *loca cit. num. 70.* re-
 spondeo, id verum esse, dixisse, sed in ter-
 minis, quãdo vetustissima illa vigebar opi-
 nio, maxime Sicularum (vt annuit *Reg. de
 Ponte cons. 154. num. 88. lib. 2.*) quæ se habe-
 bat, feudum censi ex pacto, si in illo Fran-
 corum iure viuatur, cumq; hodie fatuus es-
 set Regnicola hoc asserere, ex quo in om-
 nibus feudis, vt diximus, viuatur iure Fran-
 corum, & tamè hereditaria illa censetur,
 ad instar Regni, quod est Caput, & heredi-
 tarium est, ob hæc inuestituræ formam.
*Carolo I. ab Urbano IV. & Clemente similiter
 IV. successore factæ, prout post antiquos
 scripserunt Loffred. cons. 1. num. 30. & 54. &
 cons. 14. 2. num. 40. & 41. Fracc. de sub. feud. lib. 3.
 in different. 16. Anna in c. 1. vers. quidam ma-
 sculus, num. 170. de vassal. decrep. arat. Camil.
 de Curt. in 1. part. diuers. feud. pag. 45. num. 11.
 Consil. Theodorus alleg. 12. num. 11. & ceteri
 omnes, ergo quòd; hoc verum sit, videas
 in Thom. de Marin. de feud. tit. 13. de feud. iuris
 Francor. num. 15. ubi pro indubitato tenet,
 posse patrem in primogeniti præiudicium
 feudum, in quo viuatur iure Francorum alie-
 nare, nec aliter post patris mortem filium
 ipsum alienationi controuenire posse.
 Dic ergo Regnicola, & non errabis in-
 æternum, quòd quoties feudorum leges in-
 uenturas, in illisque hæredis nomen inue-
 nies, uel sit impliciter hereditaria, uel ex pa-
 cto cum qualitate hereditaria, feuda illa
 iudicabis, etsi verba quæcunq; ad dita sint
 solumq; illa ex pacto dices, ubi simpliciter
 fuit facta concessio, pro te, & filijs, & tunc
 opportuna erit consultatio pro filio, ut fe-
 dum à patre citrà eius consensum aliena-
 rum uendicare possit, dummodo cum in-
 defuncti patris hereditate se immiscuerit,
 inuentarium confecerit, quia citrà illius
 confessionem, licet feudum sit ex pacto,
 à uendicatione excluderetur, ut commu-
 niter nostri dixerunt, signanter *Andr. in
 cap. 1. de alienat. feud. patern. & in cap. 1. qui**

success.

success. beneantur, Afflic. locis cit. Loffred. dict. cons. 1. & 14. Minad. in Constitut. In aliquibus, notab. 3. num. 10. & in cap. 1. an agnat. & ceteri nostri communiter, &c.

Hæc respōdi cuidam Dōctori Romano, qui uti nostrorum feudorum qualitatem ignorans, simpliciter *Afflic.* sequendo, secundum illius opinionem consuluerat.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudo sine assensu alienato subintrat dispositio Constitutionis Cōstitutionem diuæ memoriæ.
- 2 Feudo vendito sine assensu pro mille, eoquē demum ab emptore similiter sine assensu vendito pro mille, & quingentum, primo venditore reuocante, & aduersus hunc nouum emptorem agente quod nam pretium erit exbursum, & num. 6. & 7.
- 3 Feudo vendito sine assensu ius commune statuit, ut venditor feudum, & emptor pretium amittant, sed quid seruetur in Regno, nu. 4.
- 5 Emptor feudi sine assensu, venditore reuocante non potest à sua possessione expelli, nisi prius sibi restituto pretio, quod exbursum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, facta reuocatione alienationis feudi, vigore *Constitutionis Regni Constitutionem diuæ memoriæ*, quod nam pretium sit possessori restituendum, illud, quod ipse exbursum, vel quod venditor recepit, supposito, quod emptor, & possessor non habeat causam à venditore reuocante, sed ab alio, qui priore loco feudum sine assensu emit.



C A P. LXXXVII.



Eudū quotiēs in hoc Regno, citrà potentissimi Regis nostri beneplacitum alienatum reperiretur, notissimi iuris est, posse contrahentes, & sic tam venditorem, quā emptorem factam alienationem reuocare, sic disponente vulgata *Constitutione Constitutionem diuæ memoriæ*.

- 2 Supposito hoc vulgatissimo axioma, in præsentiarum dubitari contingit, si facta feudi alienatione sine assensu, persona, quæ feudum emit, alteri demum illud vendiderit, maiori autem pretio, quo fuit facta prima venditio, sequuta reuocatione quod nam pretium sit restituendum, primum, vel secundum?
- 3 Pro huius dubij resolutione suppono primò, illud certum esse, quòd vbi feudum absquē directi domini consensu alienatur, ius commune feudorum statuisse, ut venditor feudum, & emptor pretium amitteret, ità cautum est in *c. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. & in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic.* superuenit demum *Constitutio* nostra supra citata, & benignius agendo permisit, ut contrahentes factam alienationem reuocare possent, sicquē ex peculiari illius legis beneficio venditor feudum, & emptor pretium recuperat, ità dixerunt *glas. Andr. Afflic. & communiter Regnicolæ in lege prædicta*.
- 5 Suppono secundo, ex receptissima nostratum sententia feudi emptorem sine assensu, data reuocatione nunquam posse à feudi possessione eiici, nisi prius soluto ei pretio erogato, sicquē retentionem sibi cōpetere, donec, & quousquē solutum pretium cum interesse exbursetur, ità *Petr. de Monteforse in d. Constitut. num. 9. inter comment. D. Bartholomæi de Capua, Afflic. ibidem, n. 4. 4. in fine, vers. quòd emptor, Mariu. Frecc. lib. 2. de subfeud. in quest. quæ incipit à Regnicolis fol. mihi 148. vbi dicit, sequuta reuocatione neutrum in damno esse debere, et sic nec venditorem, nec emptorem, sunt enim emptor, et venditor correlatiua, quòd proinde ad imparia non sunt iudicandi, idēquē dixit *Marcell. de Mauro alleg. 47. num. 6. et alleg. 54. num. 7. vbi Filius addens*.*
- 6 His sic suppositis, ad propositi dubij resolutionem deueniendo, distinguo personas reuocantes, an sit hic vltimus emptor,

et feudi possessor, an primus venditor, qui feudum citrà assensum distraxit, vt si vltimus sit emptor, qui reuocauit, & contra primam veditorem, dico, quod nullatenus poterit veditor ille cogi ad exburfandum, nisi pretium ab illo receptum, poteit enim dicere, ego nolo à contractu recedere, sed illi persistere, at si tu emptor, & possessor vis recedere, sicq; *Constitutionis* iuuari beneficio, nō possum tibi restituere, nisi pretium, quod habui, non autem illud à te exburfatum, quod Ego nunquam recepi, durum enim esset, & nunquam auditum, vt cogretur hic primus venditor exburfare illam pecuniaz quantitatem, quam nunquam habuit, nec recepit.

- 7 At si ipse venditor esset ille, qui alienationem reuocasset, & contra vltimum emptorem, & feudi possessorem (nam contra primum inutilis esset reuocatio, cum non posset ille venditori reuocanti restituere feudum, quod in alterius posse existit) & in hoc casu, ex eadem ratione in primo considerata teneo indubitanter, non posse huc emptorem à feudi possessione repelli, nisi prius soluto illi pretio ab eodem exburfato, nam dum venditor vult recuperare feudum à posse vltimi emptoris, & possessoris, non ex alio, quia emit ille, nullo accedente Regis consensu, non poterit, nisi restituta prius eidem illa pecuniarum quantitate, quam in assequendo feudum illud exburfauit, hoc enim pretium inuenitur in contractu vltimi emptoris, nō autem illud, quod à primo emptore fuit erogatum, sicq; cum ipsi, ex dictis per *Afflicti Frecc.* & alios supra citatos competat retentio, donec ei pretium solvatur, pretiū intelligi debet, quod ipse erogauit, non autem, quod venditor recepit, nam si durum esse diximus, quando emptor reuocaret, vt cogatur veditor, qui contractui non contrauenit, exburfare pretium, quod nunquam recepit, sic pariter durissimum est, vt reuocando venditor posset à manibus possessoris, qui à contractu non recedit, feudum recuperare, haud ei soluto prius pretio, quod in illius feudi acquisitione impendit: hæc est mea sententia pro nunc in casu proposito, si casus cōtinget, melius cogitabo.



S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissarius an, & quando possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum fideicommissi subiectorum, & legitimus sit contradictor aduersus heredem agentem ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Hadrian. tollend. & num. 2. & 14.
- 3 Fideicommissa, & legata regulariter à manibus heredis grauati accipi debent.
- 4 Fideicommissarius secundus, & tertius an possint propria auctoritate fideicommissi possessionem capere.
- 5 Hereditate vacante fideicommissarius, & legatarius possunt propria auctoritate rei legata, & fideicommissi subiecta possessionem apprehendere, & nu. 6. 7. & 8.
- 9 Fideicommissarius potest propria auctoritate fideicommissi possessionem capere, quoties restator hanc facultatem ei tribuit, siue expressè, siue tacite, & num. 10. 11. & 13.
- 12 Detractiones vbi per heredem grauatum faciendæ non sunt, potest fideicommissarius, siue legatarius rei fideicommissata possessionem propria auctoritate capere, & nu. 15.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & quando licitum sit fideicommissario propria auctoritate ingredi possessionem bonorum fideicommissi subiectorum, ac legitimus sit contradictor aduersus heredem agentem ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend.

C A P. LXXXVIII.



Ideicommissarius, siue legatarius, sepè sepius dubitari solet, an, & quando possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum fideicommissi subiectorum, ac legitimus sit contradictor aduersus heredem agentem ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend.

Contigit mihi de his differere in causa.

Magni-

Magnifici Sebastiani Marulli Patricij Barolitani cum Venerabile Monasterio Sanctæ Lucie eiusdem Ciuitatis, hærede qu. D. Ioannis Leonardi Marulli possessoris quorūdam bonorum fideicommissio subiectorū, à quo quidē Magnifico Sebastiano ad fideicommissum vocato, vt de iure responderem requisitus Ego sequentia exaravi.

Iesus, Maria, Ianuarius.

2 Cū ex his, quæ in factō deducta sunt, controuerti non possit, duo illa Tenimenta, vulgò dicta la *Matina de Lama caminata*, e la *Matina di Puzzo cupo*, nouissimè remansa inter alia bona in hæreditate qu. D. Io. Leonardi Marulli Barolitani patricij subiacerē arctissimo vinculo perpetui fideicommissi ordinati per qq. Troianum Marullum seniore, & Iacobum eius filium, eiusdem D. Io. Leonardi Proauum, & Abauum respectiue, vt cernitur ex eorum testamentis conditis in anno 1542. & 1566. & ex propria oris confessione q. Troiani iunioris, dicti q. Ioan. Leonardi patris, qui à paternis creditoribus vexatus, ad illorum exclusionem articulauit, & probauit, bona prædicta, & alia proprijs nominibus in actis Sacri Consilij deducta remansisse in hæreditate dictorum qq. Troiani senioris, & Iacobi eius filij, ac successiue subiacerē fideicommissis per dictos qq. eius ascendentes ordinatis; sequitur certè dicendum, Sebastianum Marullum præfati q. Io. Leonardi fratrem vtrinque coniunctum, cuius partes toto corde tuemur, iure licito dictorū duorum corporum particularium possessionem cepisse, ipsumque in illorum possessione conseruandum aduersus quēlibet D. Io. Leonardi hæredem, ex remedio *l. fin. C. de edito Dni Hadr. agentem.*

3 In nihilo ei obstante vulgato illo iuris axiomate, desumpto ex *l. filiam fratribus*, & in *l. facta*, ff. ad S. C. Treb. & in *l. non est dubium*, C. de legat. & in *S. restituta*, Instit. de fideic. hæred. cum alijs cumulatis per *Peregr. de fideic. art. 47. num. 78.* circa fin. *vers. & in terminis*, in quibus quidē iuribus Legislatores expressè statuisse comperimus, fideicommissa, & legata omnia ab hæredū manibus fore accipienda; etenim iuris hæc cōclusio multifariam, multiq; modis à DD. fuit declarata, & limitata:

4 Et primò pro eo, quod ad casum nostrū pertinet dixerunt DD. vt procedat in primo fideicommissario; is enim, verum est, vt non nisi à manu hæredis rem legatam, siue

restitutioni obnoxiam capere possit; secus verò in secūdo, tertio, et cæteris fideicommissariis, quoties enim primus fideicommissarius à manu hæredis acceperit, illo demum defuncto vtiles actiones ipso iure in secundum fideicommissarium transeunt, sicq; poterit iste propria autoritate capere, nec aliter opus est, vt hæres vltimi morientis restituat, videantur

Rip. in l. 1. §. de illo, num. 6. & 7. ff. ad S. C. Trebell.

Bero. conf. 54. num. 42. conf. 58. num. 3. lib. 2. & conf. 47. nu. 15. lib. 3.

Cephal. conf. 215. nu. 27. & conf. 49. nu. 17.

Decian. conf. 44. nu. 101. lib. 3.

Surd. conf. 92. num. 22.

D. Card. Tusc. pract. concl. lit. F. concl. 268. num. 69.

Cras. in §. fideicommissum, q. 43. nu. 8.

Camil. de Medic. conf. 68. nu. 13.

Argel. de legitim. contrad. quæst. 8. art. 10.

per tot,

Hercul. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 1. nu. 17.

5 vbi secundum hanc declarationem pluriès per Rotam decisum testatur; vnde in casu nostro cum versemur non modò in secundo, sed tertio, & quarto fideicommissario, ergò.

Secundò declaratur, vt procedat cōclusio supra firmata, quando hæres hæreditatem adiuit, sicquè bonorum hæreditariorū nactus est possessionem; secus verò si hæreditas esset vacans, quia nondum ab hærede scripto adita est, vel si adita, rerum hæreditariorum possessio non fuit apprehensa, ad *tex. in l. cum hæredes 23. ff. de acq. poss.* tunc enim poterit fideicommissarius rerū particulariū, siue legatarius propria autoritate rei legatæ, siue fideicommissio subiectæ possessionem capere, ita

Glos. communiter approbata in d. l. non est dubium, C. de legat.

Bart. in l. fin. num. 16. vers. ego puto, C. de edito. & c.

Rip. in cap. sepè, nu. 93. de rest. spol.

Corn. conf. 207. in fin. lib. 2.

Natta conf. 1. uol. 2.

Ant. Gabr. comm. concl. lib. 5. tit. de acqu. poss. concl. 1. num. 98.

Gras. discept. for. cap. 542. num. 1.

Staibanus noster conf. 69. num. 36.

6 *D. Consil. Theodor. alleg. 18. num. 65. & seq.* vbi de simplici legatario loquēs dicit, quòd si ille, antequàm hæreditas ab hærede scripto adita sit, possessionē rei legatæ vacantis propria autoritate ceperit, non dicitur cum vitio possidere, ac proindè in pos-

sessio-

lesione conseruandum.

Hercul. Marefc. loco cit. nu. 14.

7. Peregr. qui à prædictis non dissentit de fideic. art. 47 num. 61. vbi num. 33. dicit, quod eo ipso, quod possessor moritur, possessio dicitur vacans; quod autem in casu nostro possessio fuerit vacans, satis in facto constat, cum eadē die 27. mensis Augusti proximi præteriti, qua D. Io. Leonardus suum postremum clausit diem, Sebastianus frater dictorum duorum corporum stabiliū pacificè, & quietè nactus fuit possessionē, ipsique neminem contradixisse legimus.

8. Tertiò declaratur, vt eo magis procedant, quæ modò dicta sunt, si existente possessione vacante Iudicis officium fuerit imploratum, nimirum si Iudex viso testamēto, & de casu fideicommissi facta fide summaria, fideicommissarium in rerum vacantium possessionem immiserit, prout euenit in casu, de quo agimus, in quo Sebastianus cum decreto, & autoritate Iudicis ordinarij Reg. Cur. Ciuitaris Barolj in possessione dictorum bonorum particularium immisus fuit, vnde magis communiter vouerant DD. in hoc casu, interdictum, quorum bonorum, siue quorum legatorum heredi scripto, qui demum hæreditatem adiuuit, instatē fideicommissario, denegari, ita

Paul. de Castr. conf. 152. num. 3. vers. præterea, lib. 2.

Zuccard. in d. l. fin. num. 379. C. de edict. Diu. Hadrian.

Berous conf. 56. col. penult. vers. nec obstat, et conf. 118. nu. 39. vers. præterea, lib. 2.

Decian. conf. 44. nu. 101. & seq. lib. 3.

Nonius conf. 80. col. 3.

Bertaz. conf. ciuil. 36. nu. 30.

Menosb. de adipiscen. possess. remed. 2. n. 81. cum seqq.

Surd. decif. 333. vbi loquitur in terminis fideicommissi vniuersalis, refertque decisum, in possessionem hæredem scriptum, immitterendum non esse; sed in ea fideicommissarium, qui cum decreto Iudicis immisus fuit, fore conseruandum.

Card. Tusch. præf. concl. lit. F. concl. 268. num. 70.

9. Quartò, conclusio firmata limitatur, si testator fideicommittens dedisset fideicommissario licentiam propria autoritate ingrediendi possessionem rei, super qua fideicommissum ordinauit, idque non solum expresse, quia dixit, vt eueniente casu fideicommissi possit fideicommissarius autoritate propria rei legatæ, siue fideicommissatæ possessionem apprehendere; sed etiam

tacite, vt puta si rei alienationem prohibuerit, quia voluit, vt in familia perpetuò conseruetur, hoc enim casu, quia videtur in euentu alienationis manus iniectionem fideicommissario concessisse, bene existente possessione vacante poterit fideicommissarius possessionem rei fideicommissio obnoxiaz propria autoritate capere, & apprehendere, sic sanè scripserunt

Alciat. in l. nemo potest, nu. 43. vers. sed quid si testator, ff. de leg. 1.

Aret. conf. 37. in fine.

Marefcott. cit. cap. 1. num. 24. & seq. vers. similiter, vbi alios citat; quod autem in casu nostro rerum alienatio expressis, ac geminatis verbis prohibita fuerit, satis, superque constat ex testamento Iacobi Proauj, in quo hæc verba leguntur. *Item esso predetto Magnifico Testatore ordina, uouole, e comanda, che nulla delle sue robbe stabili non si possono, ne uendere, ne alienare, ne pignorarare in nullo futuro tempo per qual suo voglia urgente necessita, etiam ex causa dotis, ne per qual suo voglia alcuna occasione, quanto si sia necessaria, etiam si fusse rate, della quale bisognasse farne special mentione, ma detti beni si debbiano perpetuamente conseruare in famiglia masculina tantum delli descendenti di detto Magnifico Testatore, ita, et taliter, che detti beni debbiano sempre star foggetti, sottoposti, & uinculati al predetto fideicommissio contento nel presente testamento.*

10. Tacite etiam censetur data potestas fideicommissario ingrediendi propria autoritate possessionem rei fideicommissio subiectæ, si fuerit ille à testatore vocatus per verba directa, probant omnes de his discretè, ad nauicam relati per *Anz. de Amat. nar. resol. lib. 1. resolut. 39. num. 179.* & quamuis in testamento, de quibus agimus verba directa non legantur, cum fuerint descendentes vocati per verbum commune, *succedat*, nimirum, vt altero absque filijs decedente superstitis succedat; attamen est aduertendum in casu nostro, quia verbum illud *succedat* ad personam relatum reperitur; disposuit enim Troianus Abauus, dum Iacobum, & Federicum filios instituebat hæredes, vt si contingeret, alterum sine filijs legitimis, & naturalibus ex corpore legitime descendentes mori, quod succederet superstitis, & quod hæc dispositio intelligi deberet, tam in personam prædictorum Federici, & Iacobi, & eorum filiorum masculorum (sunt verba testatoris), quam etiam in personam omnium, & singulorum posterorum ex suprædictis descendentiū; Vnde ex hoc modo disponendi probauit

Ang. Aret. verbum succedat directum esse, idquè in §. extraneo, num. 7. uers. 9. uerbum succedat, de pupil. sub. & successiue importare, ut eueniente casu fideicommissi possit fideicommissarius propria autoritate rei fideicommissaræ possessionem apprehendere, & ita in puncto affirmat Dominus Consil. Capycius Latro decis. 108. num. 29.

11 Simili quoquè modo censuerunt Doctores, ut tacite sit à testatore concessa potestas fideicommissarijs ingrediendi propria autoritate possessionem rei fideicommissæ, quotiès testator ipse in ordinando fideicommissum, sicquè in vocando fideicommissarios, apposuerit clausulam, quam legimus in testamento Troiani, nimirum, *omni alio modo meliori*, ut sit illa tãti ponderis, ut ubi in casu uocationis substitutorum apposta reperitur, tacitam, & implicitam importet permissionem de ingrediendo propria autoritate, probant

Curt. Iun. in d. l. si. nu. 49. C. de edicto.

Berous conf. 16. nu. 33. lib. 2.

Grat. conf. ult. in fine lib. I.

Peregr. de fideicommiss. art. 47. nu. 54.

Hondedeus conf. 28. nu. 27. lib. 2.

Mastrill. decis. 72. nu. 4.

Mart. in sum. succ. leg. par. 4. q. 19. art. 1. n. 7.

Marescott. cit. c. I. nu. 26. uers. pari ratione.

Christof. Mart. decis. senen. 23. nu. 10.

D. Consil. Capycius Latro cit. decis. 108. nu.

33. 34. & 35. quo loci inter alios citat Morot. qui in conf. 50. num. 10. & 11. notabiliter uoluit, fauore agnationis semper intelligi concessam potestatem fideicommissarijs propria autoritate ingrediendi possessionem rei fideicommissæ subiectæ.

12 Quintò declaratur, ut tunc demum defuncti hæres interdicto, quorum bonorum, siuè quorum legatorum succurratur aduersus fideicommissarium, siuè legatarium, qui propria autoritate rem legatam, siuè fideicommissam obnoxiam apprehendit, si ab ipso hærede aliquid est detrahendum, cæterum si ex testantis prohibitione, siuè expressa, siuè tacita nulla uenerit facienda detractio, vel si locus erit detractio, fideicommissarius, siuè legatarius cautionem offerret de soluendo, quod fuerit indicatû, certè non posset sua legati, siuè fideicommissi possessione priuari, cum oblata cautio sat sit pro detrahendorum securitate, sicquè fideicommissarium legitimum contradicteorem esse aduersus hæredem inmissionem petentem, scripserunt

Corn. conf. 223.

Gabr. conf. 45. num. 27.

Cacher. decis. 34. in fine.

Surd. decis. 333.

Alex. Raudens. decis. Pisa. 30.

Fusar. de substit. quest. 613. nu. 26. & q. 672.

Gratian. discept. forens. lib. 5. cap. 954. n. 22.

ubi alios citat.

Christof. Mart. cit. decis. 23. n. 6.

13 Quòd autem in casu nostro ab asserto hærede D. Io. Leonardi nulla possit præterdi detractio, ultra ea, quæ disposita sunt in l. 1. §. denique, uers. inde Neratius, & in l. si patroni 55. §. qui fideicommissariam, ff. ad S. C. Trebell. & in l. lex falcidia 47. §. nunquam, ff. ad l. falcid. & quæ habentur per Mantiam, de coniect. ult. uol. lib. 7. tit. 12. num. 21. & Cras. in §. Trebellianica, quest. 3. num. 6. satis probatur ex tam ampla prohibitione bonorum alienationis à Iacobo Proauo facta, & paulò antè relata, cuius quidem prohibitionis importantia est, ut à fideicommissentibus semper censeatur quæuis detractio prohibita, siuè falcidiæ, siuè trebellianicæ, sic uno ore scripserunt

Bald. per illum tex. ibique Salyc. in Auth. sed in ea, C. ad l. falcid.

Aret. conf. 37.

Guid. Pap. decis. 51. num. 2.

Mant. conf. 291. num. 10.

Ruin. conf. 115. num. 25. uol. 3. & alibi.

Corn. conf. 22. & 182. uol. 2.

Paris. conf. 126. n. 34. & seq. uol. 1. conf. 17. num. 30. & conf. 51. nu. 12. lib. 3.

Bursat. conf. 13. nu. 42. lib. 1.

Grat. conf. 21. nu. 57. lib. 2.

Ant. Gabr. alios citans commun. concl. lib. 4. in tit. ad Trebell. concl. 9. nu. 1. & 2.

Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 17. n. 15.

Cras. in §. Trebellianica, q. 8. nu. 8.

D. Præs. de Franch. decis. 612. nu. 6.

D. Consil. Capycius Latro decis. 108. nu. 78.

15 Confirmantur hæc omnia nouissima nostri Supremi Senatus determinatione in causa Dominorum de Mastrillis, & in casu fortiori nostro; nam cum Marchio Sancti Marzani D. Hieronymus Mastrillus è uiuis decessisset, superstite D. Mariana sorore utrinquè cõiuncta, Don Carolus Mastrillus de eodem sanguine; sed in quinto gradu post paucas horas mortis dicti Marchionis autoritate propria nullo Iudicis accedente decreto ingressus fuit possessionem cuiusdam domus palatiaræ fideicommissæ subiectæ, ad cuius successionem ppter defectum masculorum Marchionis vocabatur; et cum pro parte D. Marianæ sororis, & hæredis uniuersalis Marchionis instaretur, immitti in possessionem omniũ bono-

rum

rum remanentium in hereditate eius fratris, et signanter dictæ domus, quæ dicebatur fideicommissio subiecta; nulla habitatione de possessione per D. Carolum capta, tanquam vitiosa, absque Iudicis auctoritate; fuit tamen D. Carolus per Sacrum Consilium iunctis Dominis duarum Aularum, etiam in gradu reclamationis in possessione conservatus; oppositionibus aduersus illum factis, nimirum, quod fideicommissum est accipiendum à manu hæredis, et aliis, quæ dabantur in facto, aliqua consideratione dignis penitus reiectis, sic testatur Dominus Consil. Capycius Latio in cit. decis. 108. per totam.

16 Et in fortioribus terminis, nimirum fideicommissi vniuersalis, quando non sunt faciendæ detractiones; sed tota hereditas est restituenda, quod tunc ad inanem circuitum euitandum sit deneganda hæredi immissio, et fideicommissarius in possessione conservandus, determinauit Ror. coram Eminentissimo Cardinali Sacrato, vt testatur *Oliuer. Beltram. in addition. ad D. Ludouic. decis. 206. nu. 12. idemque Supremus Sabaudia Senatus penes insignè Ant. Fabr. diffin. 2. C. de edicto D. Hadriani toll. vbi dicit, quod quando fideicommissarius in possessione bonorum hereditariorum sine vitio reperitur, ac de iure suo in promptu docere paratus est, non erit possessione sua priuandus; vt eam postmodum per hæredis manus recipiat, quia immo pro legitimo contradicte in hoc casu haberi debet, si aduersus eum hæres in possessionem rerum fideicommissio subiectarum immitti poterat, siue ex testamento, siue ab intestato: quod autem in casu nostro Sebastianus in possessione absque vitio reperitur, ex supra iam dictis satis bene constat, et quod de iure suo in promptu docere paratus sit, ad hoc alio non indiget, nisi vt Domini Iudicantes patienter audiant verba testamentorum in actis productorum, et pro bonorum identitate confessionem Troiani iunioris communis patris, ac probationes ad eius instantiam factas, quibus perpenis, iustitia eius tam in possessorio, quam in petitorio vndiq; tuta, luocque meridiana clarior redditur.*

Hæc occurrunt. Neap. Kal. Octob. 1641.

Donatus Antonius de Marinis.

S. P. M. M. A. R. I. N. M.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Fideicommissum reciprocum nunquam intelligitur inductum, nisi expresse illud in testamento legatur.
- 3 Fideicommissum reciprocum an cessatur inductum, quando filijs institutis sint substituti eorum descendentes, & num. 4.
- 5 Dispositio, quando suum potest parere effectum, citra multiplicationem honorum fideicommissorum, nunquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum.
- 6 Agnationis ratio à testatore considerata restringitur ad gradum expressum.
- 7 Prohibitio alienationis regulatur iuxta terminos fideicommissi precedentis.
- 8 Inuestiti si fuerint duo de feudo, pro se, et descendentes masculis, quibus deficientibus vt succedere deberent femina, si contingerit, alteram ex inuestitis filia tantum superstiti decedere, illa ad feudi successionem admittitur, & num. 10.
- 9 Argumentum de feudo ad fideicommissum validum est.

A. R. G. V. M. E. N. T. V. M.

Agitur, an institutis à patre filijs, illisque eorum liberis, & descendentes masculis in infinitum substitutis, reciprocum inter descendentes istos dici possit inductum esse fideicommissum, ita vt per deficientiam lineæ masculinæ alterius ex institutis, superstitis masculi alterius lineæ veniant admittendi, vbi decisio Sacri Consilij.

C. A. P. LXXXIX.



Ideicommissum, ius, quæ sequuntur verbis à Cesare de Maio nobili Scudilæ Montanæ, huius Cluicatis ordinati extiterat, postquam Pompeia, & Flaminium filios æquis portionibus instituerat hæredes.

Ios æquis portionibus instituerat hæredes.

Item vuole esso testatore, e così espressamente ordina, che qualsivoglia di detti suoi figli, & heredi, e loro heredi, e successori non possano, nè debbiano vendere, nè alienare in qualsivoglia modo la parte, che a qualsivoglia di essi toccherà, e spettarà delli stabili di sua heredità, nè donare, permutare, nè in modo alcuno obligare, nè sommettere a qualsivoglia peso, nè obligatione, ma sempre detti stabili habbiano da succedere a detti suoi figli, & heredi, e loro heredi, e successori, quali debbiano essere usufruttuarij tantum di detti stabili, e della parte, che a ciascheduno d'essi toccherà di detta sua heredità, ma la proprietà sempre habbia da restar libera, & in detti stabili sempre in futurum debbiano succedere li mascoli dependentino, e descendantino da qualsivoglia di detti suoi figli, & heredi, e da loro heredi, e successori, e mancando la linea masculina dependente, e descendente da qualsivoglia di detti suoi figli, & heredi, in tali casu debbia succedere in detti stabili la linea femina dependente, e descendente da qualsivoglia di detti suoi figli, & heredi, e loro heredi, e successori, e quella femina, seu femine, che in tali casu succedesse, e succedessero si debbia, seu debbiano pigliare il giusto prezzo, e così siano obligati a pigliarsi il giusto prezzo delli detti stabili di detta sua heredità, da dichiararsi ad arbitrio di communi amici, se non parenti più prossimi, douc non sia sospettione, e detti stabili nel caso predetto debbiano restare alli più prossimi di casa di Maio, che all'hora saranno delle dette femine, seu femina, che all'hora, e nel caso predetto succedesse, o succedessero, pagato che sarà il detto giusto prezzo da dichiararsi, ut supra, e tutti contratti, che sopra detti stabili, o parte di essi si facessero contro la volontà, e mente di esso testatore, e contro la sua disposizione, vuole che siano nulli, & inualidi, e che non habbiano effetto alcuno, atteso vuole, che detti stabili sempre in futurum, in perpetuum si conseruino dalla famiglia di casa di Maio masculina dependente da detti suoi figli, & heredi, e loro heredi, e successori.

Defuncto Cæsare testatore, defunctisq; demum Pompeio, & Flaminio eius filijs, & hæredibus, ambobus tamè cum filijs, Pompeio .s. superstitibus, Annibale, & alijs; Flaminio autem superstitibus Cæsare iuniore, & Portia, obiit & tandem hic Cæsar sine filijs, germana superstitè, vndè orta fuit contentio inter Annibalem, eiusq; fratres, & Portiam, vter, attèto præfato fideicommissò ad portionem bonorum stabilium, Flaminii esset admittendus, prætendebant Annibal, & fratres, attentis fideicommissi verbis, eorum iura in tuto esse, contradi-

cebat Portia, vndè dubitatum fuit, quid iuris?

Ex verbis huius fideicommissi, vt resoluti potuisset, ad quem nam spectaret portio stabilium restitutioni subiectorum in Cæsaris iunioris hæreditate remansa, an, inquam, ad Portiam germanam, an verò ad Annibalem defuncti sobrinum, illud tantum inuestigandum esse dixi, nimirum an inter descendentes masculini sexus Pompei, & Flaminii reciprocum sit inductum fideicommissum, ita vt per deficientiam lineæ masculinæ alterius ex institutis, superstites masculi alterius lineæ essent admittendi? Et cum attento dispositionis tenore versabamur in claris, nullam probabilem habuit difficultatem pro d. Portia respondere, etenim illud certissimum esse dicebam, in nulla testamenti parte legi, reciprocum fuisse ordinatum fideicommissum inter descendentes vnus lineæ masculinæ, Pompei nimirum, ad aliam .s. Flaminii, quod tantum ad illud excludendum allegare sat esse nonnullorum authoritate firmavit Rot. decis. 1023. penès Card. Seraphin. num. 1. & inter nouissimas 466. p. 4. subdens ex Cephal. conf. 430. num. 12 lib. 3. vulgares esse regulas, vt fideicommissa tanquam odiosa strictè sint interpretanda, nec aliter vltra personas, & casus expressos extendenda.

3 Secundo dicebam, illud receptissimum apud omnes semper fuisse, institutis a patre filiis, eisq; eorum liberis, & descendantibus substitutis, etiam expressa addendo verba perpetuitatem denotantia, reciprocum fideicommissum inter hos descendentes nullatenus inductum dici posse, ita vt descendentes ab vno videantur substituti descendantibus ab alio, sed tantum per talem dispositionem descendentes vnus in proprii parentis portionem vocati censentur, sic Alciat. conf. 82. nu. 2. lib. 3. Ruin. conf. 121. num. 8. lib. 2. & conf. 115. num. 12. 134. num. 7. & 141. num. 13. vers. postremò, lib. 3. Paris. conf. 18. nu. 61. lib. 2. Menoch. conf. 327. num. 33. & 489. num. 9. Peregrin. conf. 43. n. 2. lib. 2. & de fideicommiss. art. 12. nu. 72. & art. 27. num. 12. Caualecan. decis. 5. nu. 68 p. 3. Rot. loc. cit. & Fusar. ceteris ommissis conf. 1. num. 10. & latius de substit. quest. 475. num. 45. vbi dicit, de hac conclusione nullatenus esse dubitandum, quando testator descendentes vocando, ad filiorum institutorum descendentes, prout in fideicommissò, de quo supra, verba direxit, ibi, *ma sempre detti stabili habbino da succedere a detti suoi figli, & heredi, & a loro heredi, et successori, &c.* tunc enim,

dicite *Fufar*, quòd cenfetur testator descendentes vocasse ad proprii ascendētis portionem, non autem ad portionem alterius lineæ, cum verba illa *eorum, vel suos descendentes*, descensuum tantum importent fideicommissum, ita vt cuiuslibet filii ad parentis sui portionem vocati cenfeantur.

4 Nec obftare afeuerabam, verba illa immediate fequentia. *Ma la proprietà sempre habbia da restar libera, & in detti stabili sempre in futurum, in perpetuum debbiano succedere li mascoli dependentino, & dependentino da qualsuoglia di detti suoi figli, & heredi, & da loro heredi, & successori, &c.* nam vt in puncto resoluit *Rot. loco cit. num. 4.* verba ista discretiue intelligenda sunt, singula singulis referendo. scilicet vt cuiuslibet decedenti intelligantur substituti proprii cuiuslibet filii, & descendentes, subdens *Rot. num. seq.* quòd quando dispositio suum potest parere effectum citra multiplicationem novorum fideicommissorum, nunquam per eam novum cenfetur inductum fideicommissum, allegat *text. in l. pater, §. filium, de legat. 3. & alias sic decisum.*

6 Minus etiam obftare dicebam, Cæsarem fideicommittentem in fideicommisso per illum ordinato suam considerasse agnationem, nam vt eadem *Rot. resoluit loco cit. num. 9.* & alias, hoc similiter intelligitur respectu descendentium cuiuscunque lineæ, dictaq; agnationis ratio venit ad gradum expressum restringenda, subdens *num. 10.*

7 nec similiter obftare alienationis prohibitionem, cum talis reguletur prohibitio iuxta terminos ordinati fideicommissi.

Tertio, cum ex fideicommissi tenore, deficiente linea masculina descendente a quolibet hæredum institutorum, erant feminae expressæ a Cæsare fideicommittente vocatae, sub illis verbis, *Et mancando la linea masculina dependente, & descendente da qualsuoglia di detti suoi figli, & heredi, in tali casu debbia succedere la linea femina dependente, & descendente da qualsuoglia di detti suoi figli, & heredi, &c.* pro dicta Portia subintrabat individualis dispositio *text. in c. 1. de duob. fratribus à Capitan. inuestit.* quo cauetur, quòd si duo fratres, Titius. scilicet & Seuius essent de feudo à Capitano inuestiti pro se ipsis, eorumq; hæredibus, & successoribus masculis, quibus deficientibus succedere deberent feminae, si contingeret, alterum ex fratribus è viuis decedere, filia tantum relicta, illam, decidit *textus*, ad patris sui portionem admittendam esse, non

autem patrum, hic erat casus, de quo agebamus, diximus enim, deficientibus masculis descendentibus a quolibet ex hæredibus institutis, feminas fuisse expressæ a Cæsare testatore vocatas, modò extincta iam linea masculina Flamini filii, qui fuit vnus ex duobus hæredibus a patre institutis, superstite d. Portia eius filia, quis dubitare poterat, fore illam ad portionem bonorum stabilium fideicommissisuppofitorum admittendam, exclusis prorsus masculis a Pompeo patruo descendentibus? sicquæ hac feudali lege attentata, in terminis nostris (cum argumentari liceat a teudo ad fideicommissum, vt per *DD. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.*) dixerunt *Peregrin. locis cit. post alios plures, quos allegat, & Fufar. relata quasi. 475. num. 8.* id, quod etiam confirmabatur ex dictis per *Sforz. Odd. conf. 65. nu. 62. vers. secundò autem,*

9 vbi institutis a patruo duobus nepotibus, eisq; eorum descendentibus masculis substitutis, defuncto demum altero ex institutis, femina relicta, consuluit *Oddus*, illam ad patris sui successionem admittendam, exclusis prorsus masculis ab altero instituto descendentibus, sequitur *Fufar. cit. tract. de substit. quasi. 3. 11. num. 20.*

Vltimo, quòd mens, & voluntas Cæsaris fideicommittentis extiterat, vt deficiente linea masculina alterius ex filiis institutis, superstites masculi alterius lineæ nullatenus ad portionem vltimi decedentis admitti potuissent, sed quòd omnino eo casu succedere debuissent feminae proximiores, ex alio reddebatur indubitatum, dum testator vocando feminas in defectum masculorum iusserat expressæ, vt femina illa, quæ esset successura, contentaretur verum, iustumq; bonorum stabilium valorem recipere, bona autem illis masculis de familia restituere, qui ipsis feminis tunc proximiores fuissent, dicebat modò d. Portia, si testatoris voluntas extitisset, vt deficiente linea masculina alterius ex filiis institutis succedere debuisset masculi alterius lineæ, exclusis feminis defuncto proximioribus, nunquam casus contingere potuisset, vt femina, quæ expressæ fuit a testatore vocata, iustum bonorum stabilium valorem asequi potuisset, constat enim, fideicommissum non aliter fuisse ordinatum ad totius agnationis, & familiae de Maio fauorè, sed dumtaxat ab ipso testatore descendentium, & sic verè extitit considerata familia effectiua fideicommittentis, non autem contentiua, ibi in *finalibus verbis* disposi-

tionis, Atteso vuole, che detti stabili sempre in futurum, in perpetuum si conseruano dalla famiglia di casa di Maio masculina, dependente da detti suoi figli, & heredi, & loro heredi, & successori. Si igitur, attentis his verbis, transuersales agnati vocati non extiterant, sed tantum descendentes, affirmando, vt deficiente linea masculina alterius ex filijs institutis, succedere deberet masculi alterius lineæ, nunquam dabatur casus, vt foemina admitti possent ad verum, iustumq; valore bonorum fideicommissio subiectorum, quare dicebam, Casarem testatorem vere considerasse casum, qui contigit, nimirum, vt deficientibus descendens masculis alterius ex institutis, superstribus tamen foeminis, succedere deberent masculi descendentes ab altero ex scriptis heredibus, foeminis tamen, quæ superstitierunt ex illa linea, iusto, veroque dictorum bonorum valore prius soluto, & non aliter, & sic fuit decisum tam per M.C. quam per Sacrum Consilium hoc anno 1636 penes Solatiū Actorum Magistrum pro Curia.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona fideicommissio conditionali obnoxia an quousque parificetur conditio valide alienari possint, & nu. 9. & 10.
- 2 Prohibitio expressa, ne bona fideicommissio subiecta alienari possint, quos producit effectus, & num. 5. 11. 12. 13. & 14.
- 3 Fideicommissum super feudis absque assensu Domini fieri non potest.
- 4 Prohibitio facta à feudatario, ne eius successor feudum alienet, an aliquid operetur.
- 6 Fideicommissio ad fauorem vocati an fiet locus, hærede grauato delinquentè, & num. 7.
- 8 Sententia lata in contumaciam delinquentis an probet delictum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an fideicommissarius vocatus in casu mortis, vel sub aliqua conditione, possit bona fideicommissio supposita per grauatum alienata eo viuente reiuendicare. Prohibitio facta à feudatario sine assensu, ne successor feudum

alienet, an præbeat iustam causam Domino nostro Regi in casu alienationis assensum denegandi, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi nouissima decisio Sac. Rota Rom.

C A P. LXXX.



Ideicommissarius in casu mortis, aliquando fuit dubitatum, an bona fideicommissio supposita per grauatum alienata, eo viuente reiuendicare possit, vel

expectare debet, quousque fideicommissi dies cesserit? Doctores in hac materia duos casus distinguere soliti sunt, quorum primus est, quando restitutio purè, & sic statim post testatoris mortem, aut in diem certam est faciendâ, alter, quando sub aliqua conditione, vel in diem incertam; in primo casu sine pugna cõcludunt omnes, talem alienationem sustineri non posse. Secundo verò, licet glos in l. Marcellus, S. res, qua, ff. ad S.C. Trebet. & in l. fin. S. sed quia, C. commun. de legat. fuerit in opinione, de iure Auth. etiam nullum censerì, receptior tamen est contraria sententia, quòd bene valeat conditio, vel die incerta pendente, sed impleta postea conditio, vel adueniente die resoluator, & dominium in fideicommissarium transfertur, absque vlla restitutione, nam lex dat, & tribuit & ius, & vendicatione aduersus quemlibet emptorem possidentem; verum magis communiter hoc intellexerunt, nisi testator expressè alienationem prohibuerit, eo enim casu, quia duplex cõcurrit prohibitio, nimirum legalis, cum bona restitutioni subiecta lex alienari vetat, & testatoris, semper postea hærede alienante, dicitur à principio nulla alienatio, non aliter expectato, quòd fideicommissi conditio, vel hæredis grauati mors eueniat, & hic est vnus satis notabilis effectus expressè prohibitionis, scilicet quòd fideicommissum conditionale purè efficiatur, ita vt statim per vocatum illud consequi possit, ita satis notantè glos. in l. cum pater, S. libertis, in verb. ne id alienarent, ff. de legat. 2. id, quod menti tenendum dixit Paul. Castrens. in l. filius familias, S. diui, post num. 7. vers. sed contra primum, ff. de legat. 1.

Craff. in S. fideicommissum, quest. 56. per totam, ubi in fine concludit, tale alienationis prohibitionem sequuta alienatione, prescriptionem impedire, ex communi DD. sententia in d. S. Diui, quos ipse refert, Peregr. de fideicom. art. 14. num. 8. & art. 40. nu. 17. In trigl. de subst. cens. 3. quest. 73. ny. 10. Grammas. decis. 93. num. 1. Barz. decis. Bononiens. 64. num. 47. aliquid innumeri relati à Fusar. de subst. quest. 554. num. 6. & seq. ubi dicit, eum, in cuius fauorem prohibita est à testatore alienatio, posse distractione sequuta autoritate propria bona alienata apprehendere, & hic nota alium mirabilem effectum, ex hominis prohibitione resultantem: sciunt nostrates, tam iure communi feudorum, quam Regni huius attentio non posse feudatarium sine Domini assensu prohiberi, nè successor in feudo illud alienet, cap. 1. de success. feudi, prag. 4. in 6. cap. de feud. at si forte sic prohibuerit, licet heredes hac prohibitione non ligentur, tamen quia cum prohibitione legis, que feudum alienari vetat, concurrebat prohibitio hominis, hæc prohibitio infertur eo, qui habet interesse, præbet Domino nostro Regi ius causam denegandi assensum contrahentibus, videatur insignis. Feudista Jo. Vinc. de Anna, qui in vna facti contingencia, stante prohibitione prædicta, denegatum fuisse assensum, testatur in Consilio. Constitutionem diuina memoria, nu. 46. 47. 48. & 49.

5. Vltimo, conclusionem sic firmatam, nimirum quod data expressa testatoris prohibitione de non alienando, distractione sequuta possit fideicommissarius, grauatimoræ non expectata, alienationem reuocare, nouissimè amplectitur Rot. post alios, quos citat in una. Romana fideicommissi de Crispoldis sub die 4. Maij 1646. coram Illustrissimo Rege, in qua principaliter fuit dictum, fieri locum fideicommissi ad fauorem vocatorum, ubi grauatim delictum patrauerit, per quod bona sua veniunt confiscanda, dum hoc expressè testator mandauerat, siq; decisum, non aliter grauati morte expectata, potuisse uocatos bona per grauatim alienata condicere, sicutq; decisionis verba, que sequuntur.

Veneris. 4. Maij. 1646.

6. Cesar Crispoldus in testamento, sub quo decessit heredem scripsit Scipionem Iotium ex sorore nepotè, cui subditit eius descendentes in infinitum, nempe primogenitum masculum, cum expresso onere

assumendi nomen, cognomen, & familiae eius testationis, prohibensq; alienationem, & casu quo aliquis ex his heredibus committitor delictum, ex quo intereret confiscatio bonorum, voluit, quod à die delicti ipso iure intelligeretur, & affectum in incapax successione, mandantque accedere alium successorem uocatum, quo Scipione primo herede nra fidei commissi peruenit ad Casarem filium, qui ob homicidium fuit condemnatus in penam damnationis, quibus stantibus: de iuribus, & an constant de fideicommissi à quondam Cesaris Crispoldi purificati ad Scipionem Scipionia Casaria Iotij de Crispoldis filij delinquentis, & Domini affirmatiue responderunt, quia ex publica instrumento testamenti constitit de perpetuo fideicommissi ad fauorem Primogenitorum fideicommissi descendendum à Scipione nepote Cesaris testatoris, qualem se probauit dictus Scipio Cesar, ex qua uocatione perpetua remansit inductum fideicommissum perpetuum. l. fm. C. de uerb. signif. Titia Scia 87. S. Scia libertis, & l. Titia cū testamento 34. S. Titia, ff. de leg. & fid. 2. Nat. cons. 675. n. 1. Rim. Iun. cōf. 564. n. 14. & seq. Ruin. cons. 22. n. 14. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 1. n. 25. Fusar. de subst. q. 318. n. 77. cūmq; fuerit conceptum tam in casum mortis naturalis, quam delicti ab aliquo ex uocatis patraui, propter quod bona venirent confiscanda, inde fuit dictum, fuisse purificatum fideicommissum ob tale delictum, à Cesare Iuniore commissum, ad l. Imperator 12. ff. de fid. libert. Alex. cons. 23. nu. 3. & per tot. lib. 1. Ruin. cons. 129. nu. 4. lib. 2. Rim. Iun. cons. 59. nu. 95. Rot. cons. 56. n. 11. lib. 1. Oddi. cōf. 53. per tot. Gali. cons. 184. nu. 2. & 3. lib. 1. Clar. in S. fin. quest. 78. sub num. 10. Ciriac. controuers. 346. num. 18. & 19. ita & taliter, ut bona possint à tertijs possessoribus auocari, pœnens quos ante delictum distracta fuerè, ut per Peregr. cons. 40. in primo dubio, num. 3. & 4. lib. 4. late Ciriac. d. controuers. 346. num. 17. vique ad fin. Fusar. de subst. q. 584. nu. 4.

7. Præfatum verò delictum hominis probatum fuisse in præfati deductum fuit, nedum per sententiam Iudicis Criminalis, verum etiam per testes formitè in Rot. examinatos, plenè d. delictum probantes. Summaris Scipionis num. 6. Palis. in imp. ex luperis, num. 20. vers. nisi constaret de delicto, de constir. Rot. decis. 165. num. 2. post secundum vol. cons. Farinas & in Iannet. cons. 25. Iunij 1607. coram Lancel. Iotij, & in certaten hereditatis 16. Nonembri 1609. coram

nam *Prætoribus* non quæritur, quòd ique etiam homicidium præfatum fuerit appellatum, & sic dignum pona confiscationis, vt extat statutum in *Constit. Logis. lib. 4. cap. 54.* quæ renouat antiquam Ius ciuile, de quo in *l. eiusdem 3. §. legi. Cornelia §. ibi, & omnium bonorum ademptio. ff. de l. Cornelia de Sisar. & comprobatur in *l. de Sini. Quini. l. 6.* Prout pariter de confiscatione apparet tam per d. sententiam, quàm de ordine Sacr. Consulta directo Gubernatori Reatis, ad hoc vt bonæ confiscatae dimitteret filijs delinquentis, eò quòd erant numero octo, iuxta dispositionem *l. in l. §. si plures. ff. de bon. damnat. Tob. Noni. conf. 99. num. 12. Honded. conf. 110. num. 7. & seqq. lib. 1. cum alijs late congestis per *Parinac. de doct. et pon. quest. 24. num. 39. Merlin. de legio. lib. 3. tit. 1. quest. 39. num. 4.* Quæ dimissio fit facta à Fisco in casu, quo præcesserat sententia confiscationis, & ex Indulgentia *Hadriani Imperatoris* ob numerum filiorum probata in necessarium antecedens, quòd bona fuerant Fisco incorporata, cum priuatis supponat habitum, vt in terminis cessionis hereditatis *Surd. conf. 136. num. 4. vers. priuatio, tex. in l. de rem. ff. de verb. obligi. Crauet. conf. 200. num. 2. Castri. conf. 135. col. 2. lib. 11. Grat. discept. 968. num. 64. Roa. in *Callien. hereditatis. 1. Februarij 1638. concordat Eminentiss. Card. Hieronyma P. crosio, §. & ex his.****

8. Non obstat, quòd dicta sententia lata fuerit in contumaciam, nec propterea probet delictum, præsertim contra tertium, *Ederich. conf. 6. num. 4.* cum alijs in contrarium adductis, nec facti delictum fuisse commissum, nisi sequatur actus confiscationis, cum testator id vnus respexerit, ne scilicet bona ad Fiscum darentur, vt perbellè ponderatum fuit in *St. negation. fidei commissi 9. Maij 1594. coram bo. sac. Card. Arigono, impressa apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 1298. num. 21 & 3.* Nam fuit animaduersum in præsentem, non versari in terminis simplicis sententiæ contumacialis, dum in actis constat de delicto per testes formiter examinatos ex prædictis, in quibus terminis sententia etiam contumacialis probat contra omnes, *Abb. in cap. penult. num. 20. in fin. de sent. & re iudic. Rot. decis. 6. num. 3. et decis. 303. num. post secundum vol. conf. Farinac.*

9. Minus obstat, quòd bona controuersa fuerint subhastata iudicialiter pro soluendo ære alieno eiusdem Scipionis primi heredis grauati, quo viuente regulariter alienatio sustinetur iuxta *text. in l. pero 69. §.*

*præsumpt. de legat. 2. l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felice, de iur. fisc. Petr. de fidei. quest. 8. num. 319. Peregr. eod. tit. et al. ars. 40. sub num. 20. Odd. de fidei. ex prohib. alien. quest. 32. num. 8. ita & taliter, vt antè mortem naturalem dicti Scipionis heredis grauati bona distracta non possint auocari, quamuis aliqua mutatio status contingeret in eodem grauato, *Bald. conf. 286. lib. 1. Decium resp. 31. num. 23. lib. 5. Peregr. de fidei. ars. 28. num. 10. Idem què de iure fisc. lib. 3. tit. 5. num. 20. circa fin. vers. sine enim.**

10. Quia dicto obiecto fuit multipliciter per Dominos respõsum, & primò fuit præmissum, quòd dicta subhastatio bonorum nequeat dici facta ex permissione testatoris fideicommittentis, dum immò ille expresse prohibuit omnibus vocatis, ne bona alienare, aut obligare valerent, etiam ex causa dotis, alijs priuilegiata, aut quauis alia causa, ponderando verbum *quauis* comprehensiuum cuiuslibet causæ excogitabilis alienandi, *Crauet. conf. 294. sub num. 3. vers. ad idem, Roland. conf. 27. num. 15. & seqq. lib. 4. Rota decis. 440. sub num. 4. par. 1. diuers. decis. 36. num. 3. & seqq. par. 5. rec. & licet enim in testamento subdatur *ibi, Eccetto, che venendo il caso, che suffero forzati à vendere, hoc tamen non potest referri ad alienationem coactam ex causa æris alieni vocatorum, ne detur repugnantia verbis immediate præcedentibus prohibitiuis obligationis bonorum ob huiusmodi æs alienum, sed bene ad aliam solam distractionem coactiuam, prouenientem ex facto Principis, vel legis, nempe ad publicum ornatum, vel publicum bonum, quando videlicet possessor cogeretur vendere recepto pretio, vt patet, ne dicitur ex supradicta præcedenti prohibitione, verum etià ex verbis subsequentiibus, dum testator excepit à prohibitione casum venditionis coactæ, & voluntariæ ad utilitatem fideicommissarij, addèdo incontinenti conditionem, dummodo pretium reuocetur in alijs stabilibus, que faccedere debeant loco distractorum, sintque supposita fideicommissi in perpetuum, que conditio tanquam in fine posita sub eadem oratione, potest vtrumque casum exceptuatum ad vtrumque venit referenda, ad *tex. in l. talis scriptoray in fin. & ibi Bart. ff. de legat. primo. l. 3. §. filius, & ibi DD. de lib. & posthume. cap. inquisitionis, et cap. secundò requiris, de appell. Mans. de conect. lib. 6. tit. 1. §. num. 6. in fin. cum alijs congestis in *Romania electionis Puellarum. 27. Nouembrii 1644. coram bon. me. Pirouano, præsertim inspecta mente testa-****

toris

oris, conseruand; bona perpetuo in fidei-
 commissio, cum arctissima prohibitione,
 alienationis ex quavis causa, quo casu ce-
 setur prohibita, etiam usufructus aliena-
 tio, l. fin. C. de reb. alien. nō alien. vbi Bart. Bal.
 & cōmuniter Scribentes, Molin. de Hisp. pri-
 mag. lib. 1. c. 20. n. 8. ita & taliter, ut sequens
 successor etiam in vita possessoris admit-
 tatur, l. cum paten. 77. §. liberis. 27. iuncta gl.
 verbo, uē id alienarent. ff. de legat. 2. per quem
 tex. dicit Paul. de Castr. in proprio loco num.
 4. et 7. quod alienatio voluntaria facta cō-
 trā expressam voluntatem testatoris pos-
 test statim reuocari, & ad reuocandum ad-
 mittitur, qui nō alienarunt, neq; alienatio-
 ni consenserunt, non expectata die fidei-
 commissi, idem sequitur Ripa nu. 47. Claud.
 de Scysel. ibidem, num. 12. Crer. nu. 36. Anton.
 Gomez L. 40. Tauri, num. 88. Anton. de Padilla
 in athen. res. que, num. 2. C. commun. de legat.
 Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Tre-
 bell. num. 405. Grat. conf. 21. num. 34. lib. 2. ac
 si delinquens esset realit̄ mortuus, Bellon.
 Iun. conf. 11. num. 17. Fusar. quest. 683. nu. 16.
 Rot. in Bonon. fideicommissi de Bolognini 26.
 Nouemb. 1644. coram R. P. D. meo Ghislerio.

12 Secundo responsum fuit, subscriptam
 conclusionem in cōtrarium adductam, ef-
 se intelligendam iuxta DD. allegatos, nem-
 pē quando probatum fuit, quod non ex-
 bant alia bona, ex quibus xs alienum solui
 posset, quod esset ex aduerso probandum,
 Peregr. de fid. art. 40. sub num. 22. & quando
 non est facta à testatore specialis substitu-
 tio in casum mutationis status, uel confis-
 cationis, at ubi, ut in presenti fideicom-
 missum reperitur relictum, siue in casum mor-
 tis, siue delicti capitalis digni confiscatio-
 ne bonorum, qui est casus noster, licitum
 est purificato casu delicti reuocare à tertiis
 possessoribus bona prius distracta, non se-
 cus ac liceret, si solum in casum mortis na-
 turalis fuisset facta substitutio, & casus
 mortis naturalis euenisset, dum testator
 utrumquē casum in uerbis equiparauit,
 ibi, come se fosse morto, mors enim ciuili-
 equiparatur naturali, quando fuit à testa-
 tore utroquē casu dispositum, paritquē ef-
 fectum purificationis fideicommissi, l. actio-
 ne 65. §. publicationem, ff. pro soc. Ioan. Lopez
 in rubr. ff. de donat. inter vir. & uxor. §. 71.
 num. 2. Rim. iun. conf. 416. lib. 4. Menoch. conf.
 227. num. 45. & 388. num. 23. Hond. conf. 63.
 num. 40. lib. 1. quos refert, et sequitur Fusar.
 de subst. quest. 430. num. 14. & 18. & Add.
 ad Buratt. dec. 64. num. 14. et 15. et dum bo-
 na non possunt confiscari ob expressam

testatoris prohibitionem, statim admittitur, non expectata morte
 naturali, Soc. iun. conf. 49. cap. 3. num. 4. lib. 3.
 Menoch. conf. 482. num. 17. Per. de
 quest. 3. num. 11. Fusar. de subst. quest. 430.
 num. 14. & 683. num. 16. Rota in dicta Bon-
 nien. fideicommissi de Bolognini 26. Nouemb.
 1644. coram R. P. D. meo Ghislerio.

13 Tercio, quia dictus testator in casum de-
 licti, & confiscationis bonorum non pri-
 uit delinquentem per uerba particularia,
 directe ad res particulares, sed per uerba
 uniuersalia respicientia totam hereditatē,
 ibi, si privato di. detta hereditate, inde purifi-
 cato casu confiscationis omnia bona de-
 uoluntur ad dictum Scipionem Czaarem
 substitutum, quē ad heredem granatum,
 peruenere, & consequenter etiam omnia
 alia bona iam prius distracta, & in puncto
 Ciriac. contr. 246. per tot. & signanter num.
 23. & seqq. vbi ad ducit concordantes, cui
 nullus ex DD. in contrarium adductis con-
 tradicit in hoc casu, dum omnes loquuntur,
 quando non reperitur facta expressa sub-
 stitutio uniuersalis in casum confiscationis,
 sic etiam Peregr. conf. 40. sub nu. 4. lib. 4. mi-
 nus applicatur dec. 714. num. 1. par. 4. rec.
 tom. 2. quia loquitur de bonis non delatis
 delinquenti tempore confiscationis, et in
 presenti casu iam bona fuerant ipsi dela-
 ta, sed idem delinquens alienauerat, inde
 alienatio reuocatur eueniente casu fidei-
 commissi, ex supradictis.

14 Demum non obstat, quod factum hze-
 dis non debeat nocere emptoribus, quia
 hoc præiudicium non nascitur primario
 ex delicto hzeidis, sed ex dispositione te-
 statoris fideicommittentis, qui in casum
 delicti alteram substituit in omnibus bo-
 nis, prout in simili Sarmiento select. interpr.
 lib. 1. cap. 8. num. 4. & 5. Laderch. conf. 23. num.
 21. & seqq. Rot. dec. 319. n. 8. & seqq. p. 5. rec.
 Et ita resolutum, utraquē parte infor-
 mante, &c.

S V M M A R I U M.

- 1 Fideicommissum à testatore ordinatum super fundo, quem habebat communem cum here-
 de, quem instituit, an censetur impositum
 super toto fundo, & num. 4. 5. 6. & 7.
- 2 Testator potest rem hzeidis legare, vel super ea
 fideicommissum ordinare.
- 3 Heres aduendo defuncti hereditatem videtur
 quasi contrahere cum creditoribus, & lega-
 tarijs, & causam habentibus.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an imposito fideicom-
misso super re, quam testator
fideicommittēs habebat cō-
munem cum hærede, quem
instituit, censeatur illud im-
positum super tota re, vel
potiùs super parte tantum,
quæ ad fideicommittentem
spectabat.

C A P. XCI.



Fideicommissum si fuerit
à testatore impositum
super re, quam cum hære-
de, quem instituit,
communem habebat,
quæritur elegantèr, an
censendum sit illud im-
positum super tota re, vel potiùs super parte,
quam cum herede pro indiuiso possidebat?

Occurrit aliàs de hoc articulo discepta-
ri in causa in Sacro Consilio Ragni huius
vertente inter Antoniam, & Magdalenam
de Capograssis sorores, quarum partes ip-
se tuebar, & Paulum Aemiliùm eiusdem
cognominis nobiles Salernitanos, etenim
in facto supponebatur, in anno 1547. Sigil-
mudum Capograssu Archidiaconu Saler-
nitanu duos ex fratre germano pronepo-
tes vniuersales instituendo hæredes, Iaco-
bum .s. & Ascanium super duobus fundis,
altero urbano, altero verò rustico, quos
pro communi, & indiuiso cum his prone-
potibus hæredibus institutis possidebat, fi-
deicommissum pro masculis de familia sa-
tis, arctum ordinasse, & cum factus esset ca-
sus illius ob mortem sequutam Melchioris
Capograssi, superstitibus dictis Antonia, &
Magdalena sororibus, prætendebat Paulus
Aemilius Capograssus vt de testatoris fa-
milia vnicus superstes masculus, his fœmi-
nis exclusis, in fundis fideicommisso obno-
xijs succedere, contradicebant fœminæ,
præsupponentes, fideicommissum per Ar-
chidiaconum ordinatum non posse, nisi in
medietate dictorum fundorum, quæ erat
ipsius testatoris verificari, ex quo altera ad
Iacobum, & Ascanium hæredes institutos

spectabat, quorum per intermedias perso-
nas Lælij eorum patris, & Melchioris fra-
tris fœminæ ipsæ erant hæredes, sicq; con-
tendebant super medietate, quæ erat pro-
pria Iacobi, & Ascanii pronepotum ab Ar-
chidiacono institutorum, nullum censeri
posse fideicommissi onus impositum, vnde,
quid iuris dubitabatur?

2 Et pro ratione dubitandi videbatur pro
Paulo Aemilio respondendum, sicq; fidei-
commissum in casu proposito non modò
censeri impositum super medietate fundo-
rum ad fideicommittentem spectante, sed
etiam super alia ad hæredes, quos instituit
pertinente, etenim in dubitati iuris est, pos-
se testatorem rem hæredis, quem instituit,
sicut propriam alteri legare, vel super ea fi-
deicommissum ordinare, sunt iura nimis
vulgata in *l. vnum ex familia 69. §. si rem.*,
ff. de legat. 2. in l. heredum, C. de fideicommiss.
& in *§. non solam autem, Instit. de legat. cum*
millè concordantibus, & in his locis *glos.*
Cyn. Bar. Bal. Ang. Alex. & DD. communiter,
Ant. Gomez ex recentioribus variar. resolut.
to. l. tit. de legat. num. 14. Marc. Ant. Peregrin.
de fideicommiss. ar. 33. num. 5. vbi num. 8. huius
3 dispositionis assignat rationem, nimirum
quia hæres defuncti ad eundem hæreditatem
videtur suo consensu id, quod defunctus
disposuit, confirmare, & approbare, sicquè
per aditionem sequutam quasi contrahere
cum creditoribus, legatariis, & causam ha-
bentibus cum defuncto, allegat *Bald. id as-*
serentem in l. 1. num. 31. C. de legat. poterat
enim hères institutus defuncti hæreditatem
respuere, ac ita à rei propriæ præstatione se
liberum facere, vnde cum in casu, de quo
agebatur, supponeretur, fideicommissum
fuisse ordinatum super fudis, quorum me-
dietas ad hæredes spectabat, videbatur di-
cendum, vt tam super medietate ad fidei-
committentem spectante, quam super alia
ad hæredes pertinente onus illud impositum
censeatur, ex quo ius permittit, vt possit te-
stator super re hæredis fideicommissum
imponere.

4 Sed hac dubitandi ratione non obstan-
te, contraria sententia, citrà omne dubium
tenenda est, nimirum vt in casu proposito
fideicommissum non nisi super medietate
ad testatorem spectante impositum cense-
ri debeat, non autem super medietate, quæ
ad hæredes pertinebat, etenim quamuis
conclusio paulò antè firmata verissima
sit, nec de ea dubitari possit, ad casum ta-
men, de quo agimus non applicatur, pro-
cedit enim, quâdo res, super qua fideicom-

missum

missum imponitur, integra ad heredem spectat, nec ius aliquod testator in ea habet, secus autem, ubi testator partem haberet, quia tunc dum de parte heredis verbis expressis mentio facta non est, de illa portione, quæ erat in dominio testantis censetur facta dispositio, hic est *tex. a. l. literam in l. serui electione §. d. cum fundus, ff. de legat. 1. cuius verba sunt. Cum fundus communis legatus sit, non adiecta portione, sed meum nominauerit, portionem deberi constat, concordat iura in l. si domus, §. fin. ff. eod. & alia, quæ allegat *glos. in d. §. fin. in verbo habemus*, discriminis ratio inter vtrumq; casum assignatur à *Io. Fabr. in d. §. non solum, num. 2. Instit. de legat. & ea est*, quia quando legatum fit de re communi, affert illud utilitatem in portione testantis, sed in re penitus aliena nulla ratio, seu portionis diuisio fieri potest, cum nulla ratione affirmari possit, magis in vna, quam in alia portione legatum posse deberi, & idèd vt legatum emolumentum afferat, valet in totum, sicq; etiã notarunt *glos. in d. §. cum fundus, in verb. constat, & ibidem Bar. Alber. Ang. Paul. de Cast. Imol. Aret. Alex. Ias. Rip. Dec. & communiter omnes in princ. idem Paul. de Cast. in l. idem Iulianus 41. nu. 5. ff. eod. tit. de legat. 1. Ang. Aret. in d. §. non solum, nu. 3. vers. secundo casu principali, Ant. Gomez citat. tit. de legat. num. 15. Crass. in §. legatum, quæst. 14. n. 9. ubi alios citat, qui hanc conclusionem, vt legando rem censeatur legatum ius tantum, quod testator habet, ampliant, etiam si ius illud non esset de presenti formalitèr quesitum; sed debitum sub spe probabili, vt adhuc ius illud tantum legatum intelligatur, non autem tota res.**

6 Nec dices cum *Bar. in eodem §. cum fundus, num. 3. vers. item quero*, conclusionem prædictam procedere, quando testator disponit de re, quam habet communem cum alio, quam cum hærede, & sic cù extraneo, secus autem si cum hærede, quem instituit, nam eo casu, dicit *Bar.* quòd tota res debetur, ac si esset ipsius testantis, & quòd de hoc est *text. in l. cum filius 78. §. Dominus, ff. de legat. 2. etenim text. iste, vt bene aduertunt Rip. in d. §. cum fundus, num. 13. Ias. num. 22. Socin. num. 3. vers. secundo limbo, & alij, Bart. assertionem non probat, dicit *text. in 1. par.* quòd si testator alicui legaret fundum, in quo habebat nudam proprietatem, ex quo vsusfructus ad hæredem, quem instituit, spectabat, tenebitur hæres absque vsusfructus retentione legatum fundum legatario præstare, hæc decisio non applicatur, pri-*

mo, quia loquitur *text.* quando nuda proprietatis est penes testatorem, vsusfructus autem penes hæredem, ac proindè vt legatum non sit legatario inutile, dum viuere hæres, pleno iure debetur, secus autem ubi communio, quam vnus rei habet testator, & hæres consistit in proprietate, & vsusfructu, quia tunc bene in parte, quæ est testatoris, eo defuncto, potest legatarij emolumentum consistere. Secundo, quia est casus specialis in vsusfructu, nulla habita consideratione, quòd hæres institutus habeat vsusfructum, ex quo idem esset, si vsusfructus esset alterius tertij, & non hæredis, prout est *tex. ad literam in l. Meuius 68. §. fundo legato, citat. tit. de legat. 2. ubi legato fundo, in quo testator habebat proprietatè, & alius vsusfructum, tenetur hæres pleno iure relictum fundum legatario tradere, & hoc in specie aduertunt Alex. Ias. Socin. & alij supra citati.*

7 Sed vt cunq; sit, cessat hæc disputatio in casu nostro, nec alitèr pro defensione conclusionis supra firmatæ indigenius cõgruas ad *text. in d. §. Dominus* accommodare responsiones, cum attentè eiusdem *Bar. theoricæ dispositio d. §. cum fundus* de plano procedat, quoties testator disponendo adijceret pronome meum, v. g. lego Titio fundum meum Cornelianum, quia tunc, siuè fundum Cornelianum haberet testator commune cum extraneo, siuè cum hærede, non poterit nisi in illa parte, quæ erat testatoris legatum verificari, sicq; illam tantum partem deberi, & hoc in specie notauit *Bart. in d. §. cum fundus, num. 3. & post eum Paul. de Cast. num. 8. Ang. in princ. Alex. col. 1. vers. hoc tamen intelligunt, Rip. num. 14. Ias. num. 20. vers. licet Bar. Ang. Aret. in d. §. non solum, num. 3. vers. item nisi esset communis, Couarr. in cap. filius noster, num. 3. vers. quia etsi testator, de testament. Ripol. var. resol. tit. de testam. num. 74. cum seqq.* hoc pronome in casu nostro vsus fuit Sigismundus testator, qui intendens fideicommissum ordinare tam super domo, quæ dicitur *delli stellati*, quam super rure, quod dicitur *di grottola*, in quibus bonis medietatem tantum habebat, non alitèr dixit, volo, vt domus dicta *delli stellati*, & rus, quod dicitur *di grottola* nullo vnquam tempore alienari possint, &c. sed legitur in testamento sic. *Item mandauit, & voluit testator ipse, quòd domus ipsius testatoris, quæ dicitur delli stellati, &c. & demum respectu raris, Item voluit, & mandauit, quòd possessio ipsius testatoris nuncupata Grottola sit, &c.*

Vndè, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Fideiussio an sit prestanda à conuento petitione hereditatis de restituendis fructibus perceptis, et lite pendente percipiendis, et num. 3. 4. 5. 9. et 12.
- 2 Iudicium petitionis hereditatis an fructuum restitutionem importet.
- 6 Litigandi iustam habens causam excusatur ab interesse, item à pœna expensarum, nu. 7. 18. 19. et 20.
- 8 Heres grauatus an vnà cum hereditate teneatur pariter ad restitutionem fructuum.
- 10 Iuris error dubius an sat sit in possessore suos faciat fructus, et nu. 11.
- 13 Obtinens in possessorio, succumbens in petitorio an ad fructuum restitutionem teneatur, et num. 14. et 16.
- 15 Sententia lata in petitorio an absorbeat sententiam latam in possessorio.
- 17 Obtinens in possessorio iustam causam litigandi habes.
- 21 Possessor bonæ fidei an à tempore litis contestatæ efficiatur malæ fidei.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an bonorum possessor conuentus petitione hereditatis teneatur, auctore instante, prestare fideiussionem de restituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis in casu succumbentiæ, & quatenus teneatur, an procedat in bonæ fidei possessore, qui iustam haberet litigandi causam, & quæ sit iusta causa litigandi. Obtinens in possessorio si in petitorio succumbat an ad restitutionem fructuum perceptorum, & post litis contestationem percipiendorum cõdemnari possit, ac de alijs ad materiam pertinentibus.

C. A. P. XCII.



Fideiussio, reuocatur in dubium, an prestanda sit à conuento petitione hereditatis de restituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis, auctore illam petente, & prestari instante.

Pro cuius resolutione dico, necessario videndum esse primo, an hoc iudicium, reo condemnato, vere importet fructuum restitutionem; & in hoc citrà omne dubium affirmatiuè respondendum videtur ex iuribus in *litem* veniunt, *S. item non solum, in l. sed et si lege, §. si ante litem, et §. consuluis, ff. de petition. hered. et in l. 1. §. eod. tit. cum hac tamen distinctione, quia si loquimur de fructibus ante litis contestationem perceptis, & sumus in malæ fidei possessore, & tenebitur ille, non modò ad perceptorum restitutionem, sed ad illorum vsuras; sin autem bonæ fidei extiterit possessor, & teneri illum dicimus, quatenus sit effectus locupletior; si verò de illis fructibus agemus post litis contestatam perceptis, & tunc quia videtur, nullum posse adhiberi discrimen inter malæ fidei, & bonæ fidei possessores, venit fructuum restitutio, ratio assignatur, quia post litem contestatam, siuè controuersiam motam, omnes dicuntur pares, & in mala fide constituti, & cum hac distinctione transiit Supremus Sabaudia Senatus pœnès *Anton. Fab. diff. 8. C. de petit. hered. et 64. C. de fructib. et lit. expens.* & de materia est videndus *Bar. in l. et ex diuerso §. 5. à num. 5. vsquè ad finem, ff. de reuendicac.**

Hoc posito, ad dubium propositum deueniendo dico, loquum esse petitiæ satisfactioni, nam quàmvis *tex. in l. diuus, §. diuus, vbi glos. ff. de petitio. hered.* aliud non disponat, nisi quòd teneatur possessor petitione hereditatis conuentus de hereditate restituenda, & non diminuenda satisfacere, quia in hoc iudicio, ex supra iam dictis venit etiam fructuum restitutio, ex quo augent hereditatem, *d. S. item non solum, vers. fructus*, ergò de illis restituendis est prestanda fideiussio, id, quod etiam obseruauit *Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 10. nu. 317.* vbi tamen de fructuum descriptione, & cautione de illis non minuendis verba facit.

Est tamen hic diligenter aduertendum, vt conclusio hæc sic simpliciter posita procedat in eo possessore conuento, qui vere

est in mala fide constitutus, & quod bonæ fidei casus considerari non possit, de illa enim loquuntur iura supra allegata, & punctualiter *tex. in d. S. si ante litem*, nam disponendo *ibi l. Consulens*, ut teneatur possessor ad fructuum restitutionem post litem contestatam perceptorum, siue post controuersiam motam, reddi rationem, quia cepit ille scire, rem ad se non pertinere, *ibi, cepit enim scire, rem ad se non pertinentem possidere se is, qui interpellatur, etc.*

5 Secus autem omnino dicendum est, ubi in bona fide esset constitutus possessor iustam habens litigandi causam, quia tunc suos sine dubio faceret fructus, & per consequens ad fideiussionem præstandam de illis restituendis minime teneretur, quod contingere posset, si de iuris articulo ageretur, qui à Doctoribus difficilis reputaretur, uel si opinionum adesset uarietas, nec facile, quæ communis esset, discerni posset; hoc enim facit, ut reus iustam habeat litigandi causam, ut omnium latè in hac materia explicat *l. as. in l. properandum, S. sin autè alterutra, num. 8. & ibi Alex. num. 17. C. de iudic. & ex recentioribus Menoch. de arbitr. Iud. casu 177.*

6 Hinc à simili, cum ex mora debeatur interesse, quia qui iustam litigandi causam habet, à mora excusatur, *glos. communiter approbata in l. quod te, in verb. detrimētum, ff. si cert. pet. excusatur etiam ab interesse, glos. in l. in hac, in glos. magna, circa principiu, vers. nec illud placet, ff. de cond. triticar.* quam singularem appellat *Bar. in tit. qui success. tenean. lo 2. num. 6. Dec. in d. l. quod te, num. 5. Aret. cons. 150. n. 9. vers. quinimodò, & Bursat. cons. 442. num. 31. vol. 2. id, quod pro indubitato dixerunt in terminis l. I. C. de usur. et fructibus rei legat. nam cum Imperiali illa Constitutione sancitum sit, heredem ad rei legatæ usuras legatario præstandas cogi posse, post tamèn tempus litis contestatæ id negarunt, quotiès heres iustam habuit litigandi causam, ut per *glos. in d. l. 1. in finalibus verbis, & est tex. in l. 2. C. eod. & nimis clarus in l. in fideicommissi, ff. de usur. & in l. sciendum, ff. eodem.**

7 Excusat etiam iusta litigandi causa à pœna expensarum, *l. qui solidum, §. 1. ff. de legat. 2. & notatur in l. properandum, §. sin autem, C. de iudic. Menoch. loc. cit. D. Reg. Rouit. in prag. 1. à num. 6. de expens.* Item à pœna contumaciæ, *glos. communiter recepta in l. ex consensu, §. sin. ff. de appellat.* Item à pœna compromissi, *Io. Andr. ad Specul. in tit. de arbitr. §. sin. quæ omnia in proposito confi-*

derauit *Curt. iun. infra allegandus.*

8 Et magis in puncto in restitutione fideicommissi, quod per heredem statim illo purificato fideicommissario restituendum venit, cum certissimum sit, data mora ex parte hæredis, fructus quoque post moram contractam restituendos esse, ut latè post antiquos ex recentioribus prosequitur *Surd. decis. 25. per totam; in facti contingentia, condemnato heredem ad restituendum, Summus Regni huius Senatus, absoluendum esse illum à fructibus perceptis censuit, non alia ratione, dixerunt mihi aliqui ex Dominis votantibus, quia habuit hæres propter articuli difficultatem iustam litigandi causam, idque iunctis Aulis sub die 14. Maij 1630. in causa tunc vertente inter Vincentium, & Doctorem Hadrianum de Siero actores, & Liuiam, & Victoriam de Siero cõuentas Caietanæ Ciuitatis; Et quis nam fuerit articulus ille tunc disputatus deserui *Ego lib. 1. cap. 132.**

9 In indiuiduo autem, ut nimirum in iudicio petitionis hæreditatis, quando possessor conuentus iustam habet litigandi causam, data demum illius succumbetia, quod ad fructuum perceptorum restitutionem non teneatur, firmavit elegantissimè *Curt. iun. omnino videndus cons. 6. in 4. conclus. intra num. 25. usque ad 27. ubi dicit, quod licet sit inter Doctores controuersia, num titulus nullis cum iuris errore probabili sufficiat ad lucrum fructuum, subdit, communem esse conclusionem, quod sic, per text. optimu, & ibi Bar. in d. l. sed & si lege, §. scire, ff. de petito. hered. ubi loquendo l. Consultus de eo, qui testamentum valere putabat, quod non valebat, dicit, non puto hunc prædonem, qui dolo caret, licet erret in iure, ergo argumentatur *Curt.* quod voluit *tex.* quod lucretur fructus, allegat etiam *glos. & Bar. in l. si fur, §. 1. de usucapio. Abb. in cap. si diligenti, in 7. col. extra de prescriptio. & Felin. qui hanc materiam latè prosequitur in cap. de quarta, col. 9. eod. tit. & sic firmiter, & constantè tenet, quod quotiès in iuris errore dubio, et probabili versamur, sat esse, ut possessor suos faciat fructus, nec aliter ad restitutionem eum teneri, etiam si ex illis esset locupletior effectus, ex eo, quia error probabilis iuris errori facti æquipollet, *cap. cum dilectus*, quem *ibi ad hoc extollit Imol. col. 7. extra de consuet.* qui quidem facti error, secundum omnes bonam inducit fidem, cum etiam prudentissimos fallat, *l. 2. ff. de iuris, et facti ignoran. et dicitur probabilis iuris error, quando ius est obcurum,***

l. cum prolatis, ff. de re iudic. vel esset passus in iure difficilis, et alijs modis, vt per Felin. in d. cap. de quarta, num. 30.

11 Et si dices, *glos. in d. S. si ante litem, quam ibi circa finem allegat Bart. dixisse, iuris, & de iure præsumptionem esse, vt possessor post litem contestatam in mala fide constituitur quoad fructus, respondeo, id concedi posse, quando simpliciter mala fides tantum adesset, prout est in simplici iuris errore non probabili, secus autem omnino asseuerandum, vbi bona fides afflueret positiuè, quia tunc modo aliquo dici potest, possessorem suos non facere fructus, etiam si ex illis factus esset locupletior, vt idem *Curt. iur. prosequitur ante num. 27. subdens ex Felin. esse satis notandum id, quod in proposito dixerat in d. cap. de quarta, quod in dubio quis non præsumitur locupletior factus, allegat etiam Angel. conf. 258. in lib. meo 260. & multa etiam ad rem idem Curt. conf. 28. num. 6. sed circa hoc nimirum, an quis in dubio præsumatur factus locupletior, pro veritate sunt videndi Doctores pro vtraque parte relati per *D. de Franch. decis. 31. & per Addentes ibi, & quomodo probetur, quem ex fructuum perceptione effectum esse locupletiorè, an scilicet sat sit probari, possessorem in vsu proprios pro familiæ sustentatione fructus conuertisse, vel potius erit probanda species locupletionis, recurre ad Ang. d. conf. 260. Iacob. d. l. si me, & Titium, ff. si certum petatur, Io. Vinc. de Anna alleg. 113. & ex recentioribus Fachineu contron. iur. lib. 2. cap. 46. per totum.***

12 Si igitur, vt concludam in iudicio petitionis hæreditatis, quãdo possessor iustam habet litigandi causam, etiam si demum succubuerit, ad fructuum restitutionem nõ tenetur, consequens est dicere, eo casu frustratoriam esse, & inanem actoris petitionem circa cautionem præstitandam de illis restituendis.

13 Post hæc scripta, ad maiore nostræ opinionis corroboracionem obseruauit *Matthiam Berlichium*, qui in sua 7. decis. de anno 1613. per illum Senatam resolutum fuisse testatur, obtinentem in possessorio, & in petitorio succumbentem, nullo pacto condemnari posse ad restitutionem fructuum, tam ante, quã post litem contestationem perceptorum, ea quidè principali ratione, de qua supra, quia dum in possessorio obtinuit, iustam in petitorio habebat litigandi causam, sicq; semper hic conuentus extitit bonæ fidei possessor, audi, quæso, huius decisionis verba.

Decisio 7. Matthia Berlichij.

14 Quod obtinens in possessorio excusetur à restitutione fructuum per ipsum vsq; ad litem contestationem in petitorio factam perceptorum, tradit *glos. in cap. cum super 4. extra de caus. possess. & propriet. verb. restituendum, vers. & hoc possit quandoquè, & seq. Capell. Tholos. quæst. 595. in cap. an ille, qui obtinuit, num. 1. & seq. per tot. à tempore verò litem contestatæ super petitorio bene tenebitur ad restitutionem fructuum, glos. in cap. significauerunt 36. extra de test. & attestat. verb. recursum, vers. sed pone, quod, & seq. Stephan. Aufrer in addit. ad Capell. Tholos. d. quæst. 595. num. 2. post med. vers. à tempore verò litem, Felin. in d. c. significauerunt, extra de testib. n. 7. vers. & per hæc inferri potest, & n. 8.*

15 Ratio est, quia sententia lata in petitorio absorbet sententiam latam in possessorio, & eam reducit ad irritum, *glos. in cap. pastoralis 5. verb. facultatem, vers. quia sententia, extra de caus. possession. & propriet. Steph. Aufrer in addit. ad Capell. Tholos. d. dec. 495. nu. 2. vers. quod licet sententia. Si à sententia, cuius contemplatione in re possessor tenebatur, reducit ad irritum, tunc res ipsa cum fructibus restitui debet, l. filio, S. contra tabulas, ff. de inoffic. testam. Ludouic. Roman. conf. 454. incip. in re præsentis, num. 25. sub fin. vers. his tamen non refragantibus, & num. seq. Natta conf. 535. incip. quoniam adhuc, num. 2. ibi, postremo vbi ad irritum, & seq.*

16 Contrarium tamèn, quod indistinctè à restitutione fructuum etiam post litem contestationem perceptorum excusetur, responderunt *Scabini Lipsenses* mensis Aprilis anno 1613. ad consultationem A. M. sub nomine *Ciuis Delitiani*.

17 Tū, quod is, qui in possessorio obtinuit, iustam litigandi causam, & ad iudicium petitorium prouocandi habere censeatur, *Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 650. & seq. Crauet. conf. 789. incip. cum fructuum, num. 2. & seq.*

18 Qui autem iuste ad iudicium prouocat, & iustam litigandi causam habet, post litem contestationem non efficitur mala fidei possessor, nec ad fructuum perceptorum, & percipiendorum restitutionem tenetur, per text. in *l. si quis solutione 24. ff. de vsur. & fructib. vbi Bal. in lect. antiq. num. 2. in princip. Hug. Donell. lib. 19. comment. c. 14. vers. quod tamen nõ est perpetuum, & seq. pag. mihi 362.*

19 Tū, quod habens pro se possessionem, licet minus canonicam excusetur à condemnatione expensarum, *Aegid. Bellem. decis. 190. incip. habens pro se, num. vnic. per*

tot. ab usufructu autem ad fructus valet argumentum, rubr. & tot. tit. C. de fruct. & lit. expens.

20 Tūm quia, bonæ fidei possessor titulum habens etiam post litem contestatam excusatur à restitutione fructuum perceptorum, glos. in l. si naus 62. §. generaliter, verb. generaliter, vers. unde non habet, ff. de rei vendicat. l. si fundum 17. verb. non rectè, C. eodem, Schneid. in §. si quis à non domino 36. Instit. de ver. divis. & A. R. D. nu. 5. vers. quod est unum, & versic. idem est, si habuit, ergo multò magis excusabitur, si ad titulum accedat, etiã sententia in possessorio lata.

21 Tūm deniq; licet bonæ fidei possessor à tempore litis contestatæ fiat malæ fidei possessor, & ad restitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum teneatur, l. litigator 2. vers. ex eo tempore, ex quo, C. de fructibus, & lit. expens. litem veniunt 20. §. petitã, ff. de petitio. hered. l. 48. §. 2. ff. de A. R. D. Hoc tamèn verum est in illis, qui per litis contestationem verè in mala fide constituuntur, putà si res feudalis, vel emphyteutica, aut locata, aut prorsus aliena petatur, aut vendicetur ob felloniam, ob commissum, vel quia tempus locationis trãfactum sit, veraquè sit causa vindicationis, & petitionis, quam etiam scit possessor, conductor, emphyteuta, & vasallus, sed contendere obstinatè nihilominus velit, tunc meritò sit condemnatio fructuum perceptorum, & percipiendorum, secus est, si Ego ré emo ab eo, cuius esse putabam; Tu verò dicis, eam ad te pertinere, nihilq; adducis præter petitionem, & nunciationem, tunc quia bonam fidem verè habeo, nunciatio, vel litis contestatio me non verè, sed fictè efficit malæ fidei possessorem, & ob id à fructibus perceptis, & percipiendis meritò excusor, donec sententia diffinitiva feratur, & in rem iudicatam transeat, ut pulchrè, & elegantèr tradit Io. Garf. trat. de expen. & melior. c. 23. incip. serè ultimus, n. 44. ibi, quo præmisso insurgit, num. 45. & num. seq.

S V M M A R I V M.

- 1 Filia dotata an in taxatione legitima masculorū sit inter filias connumeranda, et n. 5. et 8.
- 2 Filius, qui renunciauit patri suo, an in taxatione legitima filiorum, siuè paraggio feminarū sit inter filias connumerandus, distinguuntur duo casus, & nu. 3. 4. 8. & 15.
- 6 Filius in aliqua Religione professus an in taxatione aliorum legitima sit inter filios connumerandus, & num. 9.

7 Filia dotata à patre, si ex statuto non possit succedere matri, an in taxatione legitima filiorum super bonis maternis sit inter filios connumeranda.

10 Renunciatio bonorum paternorum facta patri an sit ad hæredes patris transmissibilis, vel potius dicatur extinctiua, & num. 11. 12. 13. 14. & 16.

17 Decisio S. C. in articulo per modum legis condenda.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filius in Religione capaci professus, qui nihilo accepto renunciauit patri, eiusquè hæredibus, & successoribus, in taxatione legitima masculorū, siuè paraggio feminarum sit inter filios connumerandus. Renunciatio facta patri, eiusquè hæredibus, & successoribus in ampla forma an respectu successionis super bonis paternis sit translatiua, vel potius extinctiua, & de alijs.

C A P. XCIII.



Filia dotata, quàmuis grauisissima sit questio inter Scribentes, an in taxatione legitime masculorum, siuè paraggio feminarum, computatis dotibus perceptis, sit connumeranda inter filios, de qua latè per DD.

relatos ab Aneon. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de legit. concl. 2. & ab Antonino Thef. de c. 159. quorum meminit Præsident noster Anellus Amat. conf. 75. nu. 14. attamen pars affirmatiua, nimirum vt aggregatis in patrimonio patris dotibus perceptis, sit inter liberos connumeranda, & vt vulgò dicimus, faciat partem, licet nō admittatur ad partem, credo, quòd hodiè apud Nostrates procedit sine controuersia, vt videre est apud Afflic. in Constit. In aliquibus, num. 54. Cap. 7.

decis. 158. Reg. Reuert. decis. 1. & 366. secundum meam compilationem, Praef. de Francb. dec. 549. Reg. de Pont. cons. 67. lib. 1. Io. Vinc. de Anna sing. 214. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 4. q. 17. per totam, & alios relatos à Reg. Capyc. Galeot. in addit. ad cons. de Medicis 167.

2 Sed questio insurgit, an idem dicendum sit in filiis, qui in manibus patris amplissime cum iuramento renunciarunt, ut nimirum adhuc isti in taxa da legitima, vel paraggio aliorum filiorum, siue filiarum connumerandi sint.

3 In hoc resolutiue procedendo, iuxta communem omnium sententiam duo casus sunt distinguendi, quorum primus est, quando filius idem renunciauit, quia aliquid pro sua portione recepit, & eo casu ex communiori sententia bene hic in taxa da legitima filiorum, siue paraggio feminarum erit inter filios connumerandus, nam ex quo aliquid recepit, videtur, ac si totaliter patri succederet, ac proinde in taxa da aliorum legitima facit partem, licet ad partem non admittatur.

4 Secundus casus est, quando filius, nihilo accepto ex aliqua causa patri renunciat, id, quod, ut plurimum euenire solet, quando Religionem aliquam profiteri cupit, & in hoc casu nullatenus erit connumerandus, cum pro mortuo habeatur, ratio est patens, quia cum ex renunciatione nulla successio in bonis patris fuerit illi debita, & ut dicit Napodanus noster in Consuet. Si quis emit. n. 12. in fine, de iure congruis, non dicitur amplius de numero agnatorum, consequens est, ut nec partem, nec numerum faciat, sicque vno ore faxi sunt.

Bald. in l. vnica, ante n. 291. vers. quid de filia, C. quod non petent partes, sub illis verbis, quid de filia, qua renunciat cum iuramento in vita patris: Respondeo, si dote contenta est, tunc facit partem, quia videtur habere suam partem: si autem ex alia causa, puta quia sic placuit sibi facere, tunc habetur pro mortua in vita patris, & idem non accrescit fratribus aliquid ex connumeratione personae sororis, quia cum suae legitime dies nunquam cesserit, pro nulla debet haberi, &c.

Fabian. de Giocchis in repet. super Authen. nouissima, intra n. 218. C. de inoffic. i. sta. ubi Bald. insequendo hac dicit verba, Quid de filia, qua renunciat cum iuramento in vita patris, & resp. quod si renunciat, eo quod sit dote contenta, tunc facit partem, quia videtur habere suam partem: si autem ex alia causa, puta placuit sibi sic facere, tunc habetur pro mortua in vita patris, &c.

Io. Campeg. tract. de dote, par. 1. in 35. quaestione per haec verba, concludo, quod si filia in vita patris dixit, quod erat sua dote contenta, facit partem, quia videtur habere partem suam, si autem ex alia causa placuit sibi sic facere, non propter dotem datam, tunc habetur pro mortua in vita patris, et idem non accrescit aliquid fratribus ex connumeratione sororis, &c.

Hieronym. Gabr. cons. 135. n. 14 lib. 2. ibi, Nam quod non renuncianter simpliciter, sed dote habita, facit, ut ipsa partem faciat, ita ut residuum possit alteri applicari, quod fieri nequiret, si simpliciter renunciaisset, quia haberetur pro mortua, &c. & paulo post n. seq. licitur sic, ergo dotis receptio facit, ut filia, qua renunciauit, faciat partem, qua non faceret, si simpliciter renunciaisset, &c.

Peregr. de fideicom. art. 38. n. 12. vers. si vero in vita patris, sub illis verbis, Aut filius renunciauit, nihilo recepto, aut aliquo accepto: primo casu a tunc subdistingendum est, aut renunciatio fuit inualida, quia non iurata, ad tex. &c. & tunc quia speratur admitti, facit numerum, & partem, &c. aut renunciatio fuit valida, quia facta ex certa scientia, & cum iuramento, ad notata in d. illud, & in c. 2. de pact. in 6. & tunc, quia nulla successio sibi debetur in hereditate patris, is nec partem, nec numerum facit, sic Bald. &c.

Rot. decis. 266. n. 5. par. 1. diuers.

Surd. decis. 252. n. 2. ad finem.

Paul. Gallerat. in tract. de renunciat lib. 2. cap. 5. num. 23. circa finem, per haec verba, Quare Bald. in dicta l. vnica, et ibi Cagnol. ita distinguunt, aut filius, filiaue idem renunciant ipsi patri, quia rem aliquam accepit pro sua portione, vel pro sua dote, et hoc casu facit partem, quoniam recepisse videtur portionem suam, aut vero renunciant ex aliqua causa, et tunc procedit prior opinio, ut non faciat partem, sed pro mortuo habeatur, etc.

Mercur. Merlin. in tract. de legit. lib. 1. tit. 4. quaest. 3. num. 33. ibi, Primus est, quando Religionem ingrediatur, vel bannitus efficitur, vel renunciat nino parte, tunc pro mortuo habetur, et moriente patre non potest facere numerum, cum habeatur, ac si non sit in rerum natura, idem legitima erit taxa da iuxta numerum aliorum, non computato illo, ita, etc.

Paulus Bellonus in suo tract. de iure accresc. cap. 6. quaest. 14. num. 6. et 7. his verbis; Et tunc si quaeramus, an ita exclusus debeat in numero liberorum computari, uel ad augendam, uel ad minuendam legitimam, constat multum referre, utrum renunciatio fuerit facta gratuito, et in exa uoluntate, ac liberalitate renunciantis, in uero aliqua re mediante, puta dote, nam si

gratuitò uerius est, non computari, et sic nec partem facere, nec numerum, etc.

5 Et quòd hoc nullo pacto còtrouerti possit, ubi renunciatio nihilo recepto facta, proponitur, rogo obseruandum id, quod in principio indicauimus, nimirum quantum grauis, & ingens sit inter *Doctores* controuersa in articulo, an filia, quæ recepit dotem faciat partem; non enim desunt, & infiniti, qui pro negatiua scripserunt sententia, quorum antesignani *Ang. et Castren. in l. planè, §. si duobus, ff. de lega. 1. adeò* ut propter varias Scribentium opiniones, & rationum conflictus nonnulli affirmauerint, vtramq; defendi posse, & quòd nullam contrahat culpam Iudex ille, si in re tam dubia, & incerta in vnam, vel alteram partem inclinet, ita *Soc. cons. 150. lib. 1. Dec. cons. 607. num. 15. Petr. Gilken. in authen. nouissima, nu. 14. C. de inoffic. testam. Gabr. commun. concl. tit. de legit. concl. 2. num. 5. et Gratia. discept. forens. cap. 676. num. 10.* Hor si in filia, quæ recepit dotem tanta exitit inter *DD.* controuersa, & qui magis communiter affirmatiuam insequuti sunt sententiam, nimirum ut faciat partem, non alio clypeo se defendunt, nisi vnica illa ratione, scilicet quia ob dotem, quam habuit, videtur patri succedere, quid affirmare debemus, quando filia nihilo recepto renunciaret; non nè in hoc casu cessat prorsus ratio fundamentalis, quæ mouit *Doctores* illos, qui dixerunt, ideò filia dotata partem facere debet; quia videtur patri succedere? certè sic, quæ enim assignari potest ratio, si temerario ausu affirmare vellemus, ut faciat partem filius, qui nihilo recepto patri renunciat?

6 Corroboratur eò magis hæc communis sententia, si còsideramus vnica illam rationem, quæ à *Doctoribus* assignatur pro decisione quæstionis, quæ tractarunt in *auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* & in *l. planè, §. si duobus, ff. de leg. 1.* nimirum an filius in aliqua Religione professus in taxanda aliorum legitima sit inter filios connumerandus, dixerunt enim, quòd non est connumerandus, quotiès Religionem ingressus est incapax, secus verò si capax, illa enim ratio assignatur in primo casu, quia stante incapacitate Religionis Monasterium ex persona Religiosi succedere non potest, sicquè filius pro mortuo habetur, ut per *Hartham. quæst. iur. lib. 4. quæst. 8. nu. 3.* idemq; propter eandem rationem, quando filius esset iustè à patre exheredatus, non sic quòdo Religio est capax in communi, quia tunc Monasterium ex persona Religiosi, vel

habebit portionem, si pater mortuus est ab intestato, vel saltem legitimam, si ex testamento, ac proindè meritò partem facere debet; hac ratione attenda desumitur manifestè, quòd verè ratio fundamentalis consistit in potentia succedendi, ut tunc filius Religiosus non faciat partem, si Monasterium ex illius persona succedere non potest, secus autè si verè succedit, prout bene considerarunt *Boer. decis. 104. num. 6. & melius Aut. Fab. diff. 2. C. de Episc. & clericis, & Griuell. decis. 34. nu. 55.* hoc posico, quero, quòd nã discrimen constituit potest pro eo, quòd ad rem nostram pertinet, quando Monasterium est pœnitens incapax, & quòdo est in communi capax, attamen propter Religiosi renunciationem succedere prohibetur? certè nullum, videantur *Albert. Brun. in trakt. super statuto stantibus masculis, in 13. art. princip. num. 29. vers. facit, quod notat Bald. & Merlinus in cit. lib. 1. de legit. tit. 4. quæst. 3. nu. 32. vers. circa tertium articulum, ubi æquiparant filium in Religione incapaci professum filio, qui renunciauit, vel filio iustè exheredato, siue bannito, aut deportato; Et hæc etiam ratione attenda idem dixerunt *DD.* in quæstione, an stante statuto, ut filia dotata à patre non possit succedere matri, vel è contrà, ut dotata à matre non possit succedere patri, nam dato casu, ut sit dotata à matre, si demum defuncto patre tractaretur de taxanda legitima vni ex filiis, scemina à successione propter statutum pœnitens exclusa in filiorum numero non computabitur, ea quidem supra allegata ratione, quia nulla successio in patris hæreditate est ei debita, et successiue partem aliquam facere non potest, ita scripserunt *Bald. cons. 490. lib. 4. Paul. de Cast. cons. 286. Socin. sen. cons. 84. Crauet. cons. 199. lib. 3. Dec. cons. 603.* quos omnes citat, & sequitur *Merlin. d. q. 3. num. 29.* per tot. quo fit, ut dicamus, verè*

8 quæstionis vim in eo dumtaxat consistere, an in bonis patris sit filio, cuius persona connumerari petitur, successio aliqua debita, quia si dicamus, deberi, uel si non debetur, fingimus, ut succedat in portione, quam à patre in uita habuit, & certè connumeratur; et si nullo pacto succedere potest, nec aliquid loco portionis legitimæ in uita patris assequutus fuit, id, quòd euenit, uel quando filius nihilo accepto renunciauit, uel quando Religionem aliquam bonorum incapax ingressus est, uel quòdo fuit iustè à patre exheredatus, uel ex aliquo delicto à Iudice deportatus, et tunc quia habetur pro mortuo quòd ad potentiam

succedendi, consequens est, ut is nec partem, nec numerum faciat, ut bene obseruant *Bald.* et alii, quos supra retulimus.

9 His sic stantibus cum in una facti cōtingentia pro executione sententiæ Sacri Consilii ueniebat taxandum paragium debitum Annæ de Ligorio in bonis qu. Marci Antonii eius patris, duos illos Monachos, nimirum Don Bernardum, & Don Thomã, qui Congregationem Cassinensem ingressi, patri amplissimè, nihilo accepto renunciarunt, nullo pacto inter filios Marci Antonii respectu taxationis paragii Annæ cōnumerandos esse asseuerabam, sed pro mortuis in vita patris, illos haberi, sicquè filios Marci Antonii, qui patri superstititerunt nõ nisi ad numerum ternarium referendos, & successiuè cum paragium non possit esse minus legitima, ut per *Andr. Napod.* et alios communiter pœnès *Ioan. Francisc. de Pont. conf. 65. nu. 2. lib. I.* & cæteros recentiores, portionem Annæ debitam, attento numero trium filiorum, esse tertiam partem illius portionis, quam ab intestato habitura esset, si uti fœmina non excluderetur, ut ex *Andr. in Conf. In aliquibus docet Petr. de Gregor. cit. quæst. 29. num. 2.*

10 Nec prædictis obstare dicebam vanam aduersariorum prætensionem, dum præsupponebant, cum duobus fratribus superstitis, qui communis patris ab intestato hæredes extiterat vnuerfales, ac cum ipsa Anna esse omninò connumerandos præfatos Monachos Cassinenses, quàmuis illi nihilo accepto renunciaruerint, ex eo, quòd renūciatio illa facta apparebat patri, eiusqu; hæredibus, & successoribus, qui cum essent ipsi fratres in seculo superstites, videbatur illos in paterna hæreditate successisse etiã ex personis Monachorum renunciantium, & successiuè partem facere, non solum omnibus proprijs: sed etiam uti renunciatarios Monachorum, ad quod probandum nonnulli allegabantur *Doctores*, ex quorum dictis fratrum intentione fundari credebatur.

11 Dixi, & iterum dico, *Doctorem* aliquem ex tot, tantisque, qui hucusquè scripserunt non inueniri, ut supposita renunciatione valida, adedò quòd nullo pacto rescindi possit, affirmare ausus sit, filium, vel filiam, qui nihilo accepto patri, eiusquè hæredibus, & successoribus renunciarunt esse connumerandos inter filios, & sic partem facere, dum tractatur de taxanda legitima, siuè paragio alicuius ex filiis, siuè filiabus; etenim deciperetur satis, si quis crederet, re-

nunciationem bonorum paternorum factam patri, eiusquè hæredibus, & successoribus esse ad hæredes transmissibilem, quãdoquidem ut quis possit ad hæredes suos aliquid transmittere, necesse est, ut prius acquirat, nam sine acquisitione non potest dari transmissio; quando autem pater recipit à filio renunciationem portionis ad illum super bonis paternis spectantis, certum est, quòd nihil acquirit, eo enim tempore nihil habet filius quæsitum super bonis patris, ut illud idem per renunciationem possit in patrem transfere, nam cum acquisitionis casus respectu portionis paternæ in vita ipsius patris existeret, & euenire non possit, quia uiuentis non datur successio, vulgatis iuribus, renunciando filius portionem paternã, nihil in patrem transfert, ut dici possit, patrem portionem illam renunciatam acquisiuisse, & successiuè eandem ad hæredes suos transmississe; unde necessario dicendum, renunciationem illam esse extinctiuam omninò, non autem translationem, recipi què à patre non ad alium finem, nisi ut renuncians succedere non valeat, non autem ut per talem renunciationem ius aliquod in ipsum patrem, eiusquè hæredes transferatur, itã satis egregiè *Hieronym. Gabr. conf. 135. nu. 2. & à nu. 22. vsquè & per totum nu. 27. lib. 2. ubi ex Oldra. Corne. Aymo. & alijs discrimen constituit inter renunciationem, quæ fit fratri, & illam, quæ fit patri, ut prima translationem importet, sub illa tamen conditione, si bona renuncianta ad renunciantem deferantur, secunda autem meram, ac simplicem repudiationem, sub illis uerbis post num. 24. in patre enim idem operari nequit, quia conditio non potest existerè antè eius mortem, & sic nihil ei acquiri potest, et post num. 27. loquitur sic, idcirco concludendum est, siuè pater moriatur intestatus, siuè testatus renunciationem ei factam nihil ei iuris tribuere, sed solum efficere, ut filia nihil petere possit, *Oldrad. dicto conf. 132. cum alijs supra adductis, renunciantiones enim procurantur à parentibus secundum communem usum, ad effectum, ut filia succedere nequeant, &c.* sequitur *Georgius* omninò videndus alleg. 29. à num. 14. vsquè ad finem, *Molles. ad Consuet. Neap. in tis. de renunciatis. quæst. 6. num. 23. D. Reg. Ronit. conf. 70. num. 7. lib. 1. Medic. cit. conf. 167. nu. 2. & Dom. Reg. Capyc. Latro consult. lib. 2. consult. 76. num. 47.* qui omnes loquuntur in casu fortiori nostro, nimirum in filia, quæ dote recepta renunciauit ad beneficium patris, eiusquè hæredum, et successorum, ut talis renunciatio translatione*

iuris in patrem respectu portionis paterne importare non possit, id, quod sentit etiam *Aff. decis. 350. num. 13.*

13 Et quamvis noster *Fabius de Anna conf. 45. num. 46. 47. & 55.* demonstrare conetur, licet ad aliud propositum, quod est renunciatio, quæ sit à filia, vel filio, portione recepta importet translationem (nam quando nihilo recepto, prout in casu nostro expressè sentit contrarium *ibidem nu. 65. vers. tertio*) atamen est advertendum, quod *Doctores*, quos allegat, eius non probant sententiam, quandoquidem *Bald.* quem citat, et quem omnino legendum commendat in *l. pactum, col. 2. vers. secundò quaro, C. de collatio*, hoc non dicit, sed de illo tantum querit, nimirum, an renunciatio facta à filia ad beneficium patris noceat nepotibus, et negativè concludit, si nihilo recepto renunciavit, secus verò si dote recepta, quia tunc mortuo patre videtur, quod filia succedat in portione, quam habuit, sicquè renunciatio illa nocet sequentibus, non vi repudij, sed vi successione, et in hunc sensum loquuntur pariter *Alex. conf. 149. num. 7. vol. 7. Franc. de Aret. conf. 91. per totam primam col. et alij*, quos citat *Casanat. conf. 10. num. 8.*

14 Alij autem *Doctores*, qui ab *Anna* citantur, prout sunt *Paul. de Castr. conf. 252. lib. 1. & alibi, Soc. conf. 34. lib. 4. & Surd. conf. 244. vol. 2.* loquuntur in renunciatione, quæ sit à filia patri, eiusque hæredibus, & successoribus de hereditate materna delata, ut hæc translationem iuris importet ad beneficiũ patris, & successivè eius hæredum, & successorum, & questio erat, an in bonis maternis per filiam patri, eiusque hæredibus renunciatis, mortuo demum patre, filijs primi, & secundi matrimonij hæredibus institutis, succedere deberet tantum filij primi matrimonij, quorum renunciatus erat foror utrinquè coniuncta, veterjam filij secundi matrimonij, & quod omnes succederent, responderunt, *Peregrinus verò conf. 16. lib. 4.* quem citat *Dom. Reg. Galeos. in addit. ad conf. de Medic. 167.* loquitur de filio, qui mortuo patre cum Religionem capacem profiteri vellet, legitimam sibi à patre in testamèto relictam ad fratrum beneficium renunciavit, & cum dubitaretur, an hic filius renunciatus in taxanda legitima aliorum filiorum faceret numerum, respondit *Peregrin.* & bene, quod sic; unde constat enixè, *Doctores* prædictos loqui in casibus diversis, prout loquitur similiter *Ronis. decis. 85.* ubi fuit facta renunciatio fratri de omnibus successioneibus devolutis, & devoluentis, &

tractabatur, an renunciarius virtute renunciationis prædictæ tam ex persona propria, quam fratris renunciantis potuisset avunculo succedere, qui quidem casus à rem, de qua agimus non pertinet, quod fit, ut concludamus, omnino renunciationem quantumvis amplam factam à filio patri, eiusque hæredibus, & successoribus, siue portione aliqua recepta, siue nihilo recepto esse merè extinctivam respectu successioneibus bonorum paternorum, non autem translativam, cum eo tempore nullum jus habeat filius super bonis paternis, quod possit per renunciationem in eundem patrem trãsferre, etiam respectu legitimæ, ad tradita per *Bald. in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupill. per Afflic. in cap. 1. intra n. 4. vers. nec obstat, in tit. quemadm. feud. ad filiam* 15 *per. & latius per Me lib. 1. c. 143.* sed illud tantum considerari discrimen, quando fit renunciatio portione recepta, & quando nihilo recepto, ut quando filius renunciat aliquo recepto faciat partem in taxanda aliorum legitima, nam ex quo aliquid recepit, videtur ac si totalitèr patri succederet, & hoc est, quod voluit dicere *Bald. in d. l. pactum, C. de collatio.* estquè ratio unica, & fundamentalis illorum, qui voluerunt, ut filia dotata faciat partem, licet non admittatur ad partem, quando autem renunciavit nihilo recepto, quia tunc in patris hereditate nulla successio sibi debetur, sequitur necessariò, ut is nec partem, nec numerum faciat, & procedit theoreica eiusdem *Bald. in d. l. unica, C. quando non petem. partes*, cui non aduersantur dicta per *Ant. Fab. de erroribus pragm. decad. 12. error. 8. num. 14.* de quo meminit *Grinell. decis. Dolan. 34. nu. 61.* supponit enim *Faber*, renunciationem à filio factam nihilo recepto fore rescindendam, sicquè filium renunciantem succedere posse, etenim quando hic casus eveniret, dubium non est, quod filius, qui renunciavit, faciat partem, quia pariter stante nullitate renunciationis, ad partem admittitur, id, quod ad casum, de quo agimus, non pertinet.

16 Ultimò dicebam, quod si contra iuris regulas asseuerare vellemus, ut renunciatio hæc esset verè translativa, adhuc filius, qui patri nihilo accepto renunciavit, in taxanda aliorum legitima, siue paragio non esset connumerandus, etenim supposita translatione, sequitur necessariò affirmandum, portionem renunciatam in patris hereditate remansisse, in qua quidem hereditate cum sit taxanda legitima vni ex filijs,

efficitur

...facitur illa pinguior ex portione, qua
 mediante renuntiatione ad patrimonium
 accessit, quandoquidem magis communi-
 ter voluntant *Doctores*, portionem a filio
 patri, eiusque heredibus, & successoribus re-
 nunciatam, non nisi hereditati accrescere,
 non autem filijs heredibus, & successoribus
 quando tractatur de randa legitima
 masculorum, siue paragio feminarum, ad
 siuepore vtilia, siue illud augeretur, inter bo-
 na hereditaria includitur portio renuncia-
 ta videantur. *Ant. Fab. tit. 2. de cad. 12. er-
 roneo q. 1. in addit. ad Guid. Pap. decis. 295.
 de d. f. sub illis verbis: Veritas ergo est,
 si filius filiarum renuntiantium accrescere
 hereditati, non heredi, quod dicitur in
 de errorib. pragmat. de not. de cad. 12. error.
 q. 1. nos ubi differentiam esse dicitur maximam,
 ut dicimus heredi, an vero hereditati has por-
 tiones accrescere, nam si vocatur heredi,
 illa portiones non veniunt in restitutione nisi
 deest, nec ex illa legitima aliorum libe-
 rorum detraheretur, quod falsum est, quia verum
 est, si heredi portiones tantquam hereditarias
 restituuntur, restituitur enim bonis, & ex il-
 lis in reliquo patrimonio patris legitimam
 filiarum detrabi, &c. idemque alijs
 patris omnibus affirmant *Griuel. cit. decis.
 3. tit. 63. vers. si veris falli. sic in gratiam
 patris filij; decisum per Sac. Consil. habe-
 tur ex decisione relaxa per Roue. cit. cons.
 70. in fa. contra id, quod in ea consultatio-
 ne tribatur, quem nunc male Me insequu-
 tur. *Sacer. lib. 1. cap. 52. dim. 10. & 11.
 27. Quibus omnibus plene, ac mature di-
 scussis, in causa predicta de Ligorijs fuit
 decisum secundum hic per Me allegata, &
 interuentibus Domino Prefido S. C. ac
 sep alijs Dominis Regis Consultarijs, pro-
 motis de iure per modum legis condenda,
 quae sequuntur rectis, &c. *1644.
 de predictis verbo in S. R. C. per
 Consilium Consiliarium Andream Phoe-
 bus, & S. C. delectatum est, Fratres Mo-
 nasterio Passofis in Religionis S. Benedicti
 in restitutione paragi, siue legitima non
 esse paragam, siue renuntiatione facta
 per filios, & filios, &c.
 de predictis verbo in S. R. C. per
 Consilium Consiliarium in Banca de Amato.****

- 1. *Filia naturalis a patre minus congrue dotata an patre mortuo nulla suppetite legitima sobole, possit congrua dotationis petere. Supplementum, & num. 36. 12. & 13.*
- 2. *Filia spuria quid a patre praedens possit, & num. 10.*
- 4. *Filia debet esse contenta dote, quam pater ei assignavit, & num. 57. & 58.*
- 8. *Filia naturali nec hereditas, nec legitima debetur, ac proinde tueri ab herede non potest, & num. 9.*


A R G V M E N T U M

Agitur, an filia naturalis a patre
 congrue a patre dotata, patre
 mortuo, nullo relicto legiti-
 mo descendente, nec coniu-
 ge, possit ab herede testa-
 mentario congrua dotis pe-
 rere supplementum, maxi-
 me si in dotatione enormis-
 sima concurrat lesio. Portio
 filiabus naturalibus in bonis
 patris debita quanta sit, & an
 illis aliqua supersit actio ad
 paternum testamentum in-
 fringendum, & de alijs ad
 materiam pertinentibus.

C A P. XCIV.

Illa naturalis a patre
 minus congrue dotata,
 si patre mortuo, nulla
 suppetite legitima so-
 bole, nec coniuge, pos-
 sit ab herede testame-
 ntario congrua dotationis petere sup-
 plementum, siue proferre, nec congrue
 dotatae.

De hac questione hoc anno in Supre-
 mo Regni huius Senatu disputari contigit,
 in Banca Lucretiae de N. filio naturalis, seu
 apocryphae quondam Camilli de N. quae



cū fuisset à patre dotata, assignatis annuis duc. 70. pro capitali ducatorum mille debitorum per Marchionem Gagliati, mortuo patre, ac demum Marchione N. eiusdē Camilli nepote, & hærede testamentario, supplicationem in Sacr. Consil. porrexit, in qua asserendo, fuisse ipsam in dotatione à patre facta enormissimè læsam, petijt, cogi hæredes dicti Marchionis, hæredis Camilli, ad assignandum, & præstādum integram portionē, quæ de iure ipsi sitia debebatur, habita cōsideratione ad facultates per patrem relictas, ascendentes ad ducatos centum mille, & quatenus hæc petitio non militaret, condemnari hæredes ad congrua, & contententia alimenta præstāndum, vnde dubitari contigit, quid iuris?

1. Ego, qui hæredum iura tuebatur, pro exclusione intentionis actricis, cui omne ius resistebat, consideravi primo, quod cum ex in factō deductis, Lucretia non poterat, nisi Camilli filia spuria denominari, vt talis, si à patre in vita dotata nō edidisset, aliud ab hæredibus Camilli pretendere non potuisset, nisi vt dotaretur, quam quidem dotationem, quantitatem, & valorem alimentorum excedere non posse, scripserunt Bar. in *authent. ex complexu, C. de incest. nupt.* & in *l. ff. de his quibus, vt indignis, C. apoc. decis. 181. q. 1. Benjend. decis. 22. nu. 11. Roland. conf. 74. num. 43. lib. 1. & hoc ex summa iuris canonici equitate, & indulgentia, capicūm haberet, in fine, de eo, qui dux. in matrimoniu, quam pōllnet. per adulter. v. b. g. s. Abb. & Canonista communiter, Syrd. de aliment. tit. 1. q. 10. post nu. 5. cum de iure civili, filio spurio neq; alimenta debeat, ut in *authent. quibus modis natur. efficiant. sui, authēt. de complexu, C. de incest. nupt. l. humanitatis, & in authent. licet, C. de natur. liber.**

3 Et in filia merè naturali, quod pater nō teneatur ad aliud, nisi ad eam dotandam, pro concurrenti quantitate, ex qua viuere possit, tenuerunt Bar. in *l. de dote, num. 31. C. de iur. dot. Nicol. Everard. in loco ab impensis ad dotem, col. 2. vers. quod dicitur. Piraque. de iure primogen. q. 1. nu. 12. vers. quanquam ve tu hic, Bald. in *l. de dot. per. 6. privileg. l. 6. col. 2. vers. non sumes, possit, & 10. Campes. in *l. de dot. part. 1. q. 1. 17. vers. & tenetur in dotem dare tantum, quod ad aliment. sufficiat, vnde cum Lucretia fuerat iam dotata, & satis congruè, nam vltra dotes ducatorum mille ei assignatas, fuerant eidē legati per Marchionem N. Camilli hæredē ali ducati quatuorcentum, quæ quidem quantitates simul iunctæ faciebant sum-***

nam ducatorum mille, & quæ non videbam, quid amplius pretendere potuisset. Secundo, cessare etiam ex aliō die omne dubium, nam cum dotata fuerat Lucretia à Domino Camillo eius patre, etiam si incongruè dotata fuisset (prou contrarium manifestè apparebat) receptissima succedebat Scribentium sententia, vt remanere deberet contenta de dote accepta, nec alièr admittenda ad incongruam dotationem allegandam, ita Bar. in *authent. res, qua, num. 16. ibi, vel dic contra, quod debet stare contenta quacumq; dote, C. commun. de legat. Paul. de Castr. in d. authent. res, qua, num. 8. ibi, quia tunc ipse pater est moderator, & arbiter congrua dotis, & clarus conf. 403. num. 2. Alex. conf. 13. num. 4. lib. 4. Ias. in l. voluntatis, nu. 2. C. de fideicommiss. Dec. conf. 26. vbi num. 2. ait, dotem, quæ patri competens visa est, in dubium reuocari non posse, nec ei est referenda questio, quod incongruè dotaretur, Alcius. de presump. regul. 1. presump. 2. per notam, & num. 8. Burfat. conf. 8. nu. 5. & seq. lib. 1. Firaquell. ad l. si unquam, in presat. num. 36. quo loci citando Paul. de Castr. dicit in paterna dotatione subtilem indagacionem, faciendam non esse, Rul. conf. 52. num. 13. lib. 2. Honded. conf. 10. nu. 3. lib. 2. vbi dicit loquitur, Laderich. penult. videndus conf. 126. & seq. Camill. Salern. ad Consuet. nostras, in illa, quæ incipit Si pubriatur, in additione, incipiente Paragium, fol. mihi 96. licet. E. vbi dicit hæc verba: E. nouissime in causa Antonie Cagianæ cum Magnifico Casare, & fratribus, quæ cum habuisset dotes vnciarum quadraginta, quæ attentis facultatibus tempore mortis patris, non ascendebat ad legitimam, petijt supplementum illius, & nō obstante, quod nec eadē renunciauert, in iuris. Aulis de consensu nuptiu celeberrimorum patrum, die 9. Aprilis, 1722. fuit lata sententia, absolueno dictos conuentos ab impetitione dictæ Antonie actricis, referentē Domino Io. Andrea de Curte, feneratori tunc penes Coppulam, & idem fuit decisum in causa Lucretie Cexella cum fratribus, referentē Magnifico Scipione de Aretio, Auditorio Libano, & similiter in causa Magnifica Isabella de Rugeria cum Magnifico Math. eo filio primogenito, referentē Magnifico Io. Thoma de Mandois, Mangusio Altorum Magistro, nec vni in causa Francesscbe Casanova cum Io. Carole eius fratre. hæc Camill. Salern. Rot. decis. 940. num. 6. penes Seraphin. & dec. 432. num. 11. in posthum. Fatimac. Theaur. filius quæst. forens. lib. 4. q. 4. num. 11. & 12. Caesar Barz. dec. 29. n. 24. cum seq. Menoch. conf. 247. n. 47. & alii*

6 Fuit similiter annis superioribus secundum hanc opinionem per Sac. Consil. decisum in causa Iuliz Zito, quæ cum dotata esset à Io. Alphonso patre cum dote, ducatorum trium mille, & quingentum, patre mortuo, instituit, condemnari Dominum Anacletum Zito V.I.D. eius fratrem, communis patris heredem vniuersalem, ad paragii supplementum, allegans, paternas facultates transcendere ducatos septuaginta mille, sicq; dicebat, fuisse in dotatione enormissimè læsam, compilatoq; processu fuit Dominus Anacletus frater ab impetitis per sororem absolutus, referente Consiliario de Angulo, viro Hispano morigeratissimo, sub die 22. Maii 1627. p̄nēs Romanum Actorum Magistrum.

5 Hac stante conclusione, non obtare dicebam ea, quæ decisa refert *Gramm. decis. 101. cum seq.* nam in casu illius decisionis fuit considerata qualitas viri, cui filia à patre dotata nupserat, & cum dotes summā non transcendissent ducatorum octingentorum, & facultates patris dotantis excederent ducatos viginti mille, ac vnicus superesset filius, censuit Sacrum Consilium, petitum supplementum non nisi in alijs ducatis octingentum esse arbitrandum, & tamen legitima, quæ ad hanc filiam de iure spectabat, importabat supra ducatos tres mille, & tercentum.

6 Sed quicquid de hac conclusione sit iudicandum, cessabat prorsus omnis dubitatio in occurrēti controuersia, in qua actrix, quæ congruè dotis petiebat supplementū, non erat filia legitima, & naturalis, de cuius incongrua dotatione *Doctores* disputarunt, sed spuria prorsus, & si illi fauere velimus, naturalis dumtaxat, quæ quidem naturalis filia si à patre dotata proponitur, nemo hucusquē in dubium reuocare ausus fuit, an si dicat, se incongruè dotatam, defuncto demum patre dotante cum testamento, audiri debeat, dotis petens supplementum, ad hoc dico, si renunciatio non interuenisset, etenim si adherere velimus *Doctores* illis, qui tenuerunt, posse filiam incongruenter à patre dotatam, dotis supplementum post patris mortem petere, fallacem dicebam Partis aduersæ argumentationem, dum contendebat, quod sicut filia ex legitimo matrimonio suscepta incongruè dotata à patre, & minus legitima, potest patre mortuo, illius petere supplementum, ita filia naturalis, cui debentur duæ vnciæ, satis. n. diuersa ratio consideratur in filia legitima, quam in naturali, lex. n. sta-

tuit, vt filijs legitimis, tam ex testamento, & ab intestato, quam contra testamentum legitima debeat, vnde, qui contra magis communem, & receptam opinionem dixerunt, vt filia incongruè à patre dotata, possit dotis petere supplementum, ex illa vnica ratione hoc affirmarunt, quia fuit fraudata in legitima, sicquē dotis illud supplementum ab heredibus patris supplendum arbitrati sunt pro concurrenti quantitate legitimæ, quam semper filii petere possunt, nisi specialiter fuerit ei renunciatum, vt dicebat *Gramm. cit. decis. 101. cum seq.* hæc ratio cessat prorsus in filia naturali, cui nec hereditas, nec legitima aliqua debetur, l. 1. & toto tit. C. de natur. liber. l. 1. in princ. ff. de bonor. possess. contra tabul. Bald. in d. authent. res, qua, num. 7. ibi, item legitima debita iure naturæ, non debetur naturalibus, & quamuis ex asse toto duæ debeantur vnciæ, hoc tamen ab intestato, nulla legitima superstite sobole, nec legitima coniuge, vt in *authent. licet, C. de natur. liber. & in §. si verò filius, authent. quibus mod. natural. eff. sui, decedente* autem patre cum testamento, vbi persona, quamuis extranea instituta est hæres, naturalis filius, vel filia, quamuis præteriti de nihilo conquiri possunt, cum nulla supersit eis actio ad paternum testamentum infringendum, sunt iura in *l. humanitatis, ibi, si hoc scilicet naturalis pater voluerit, & in l. fin. ibi, sed hoc in ijs tantummodò sancimus, in quibus voluntate aliquid consequuti sunt, C. de natur. liber. glos. in d. l. 1. ff. de bonor. possess. contra tabul. Bart. in §. si quis igitur, num. 8. authent. quibus mod. natur. efficiant. sui, Bald. in d. l. fin. num. 1. C. de natur. liber. & in l. fin. nu. 8. C. vnde legit. & in l. 1. in princ. C. quorum bonorum, Franc. Marc. decis. 12. *Matrill. decis. 85. num. 19. Crass. in §. legitima, quest. 3. num. 2.* vbi quod nec etiā pater potest cogi ad filiam naturalem dotandum, *Mart. in sum. success. legal. part. 1. quest. 16. art. 1. nu. 7. & 8.* vbi alios citat, *Peregr. de iure Fisci, lib. 3. tit. 18. num. 24. Borrell. in sum. decis. part. 3. tit. de legit. num. 61. cum seq. & his addo *Salernit. decis. 9. num. 4.* sub illis verbis, quod Ego non crederem, quia pater instituendo extraneam heredem, ipsa dicitur vncijs priuatur.**

Si igitur filie naturali nulla debetur legitima portio contra patris voluntatem, quo pacto, dicebam Ego, argumentari posse à filia legitima ad naturalem?

10 Nec valet dicerè, addebam, deberi supplementum dotis filie naturali, habita consideratione ad alimenta, quæ ipsi, sc̄tūdum patris dignitatem, & facultates debentur,

nam hoc nulla lege, ratione, aut *Doctorum* authoritate probatur, quando filia naturalis est iam à patre dotata, & virum habet, videatur, quæso, notabilis doctrina *Petri de Benintend. decis. 22. num. 9.* ubi in hæc aurea, verba prorumpit, *cum igitur iudicta haberet maritum, ut constat ex processu, & habuerit dotem, dicitur habere unde se aliat, ex eo, quia maritus tenetur uxorem alere, nulla etiam dote constituta, siue data, &c.* etenim exclamabam, perniciosum satis esse in Christiana Republica introducere, ut filia spuria, siue naturalis in vita à patre dotata posset patre mortuo, ab illius heredibus testamentariis dotationis petere supplementum, sub pretextu, quod dos constituta ad subministrationem eorum, quibus indiget, non sufficiat, peto enim, quæ dos datur hodie etiam legitimis, & naturalibus, siue Magnates, siue Populares inspiciamus, ut sat sit ad ministranda ea, quæ mulieribus nuptis necessaria sunt? Illa enim controversia, quam confiteor non leuem inter *Doctores*, an in præstandis alimentis spuriiis, & naturalibus liberis, sit personarum qualitas inspicienda, vel potius habita ratione ad necessariam, & simplicem illorum sustentationem, ad casum nostrum non pertinebat; sed tantum de illius veritate indagandum, quando filij naturales masculi apud patrum hæredes instant pro alimentis; in filiabus autem, quæ dotem à patre receperant, nemo de hoc dubitavit, & merito, nam si magis communiter tenuerunt *Doctores*, ut quando dos data est à patre filiabus legitimis non sit de cætero querendum, an congrua, vel incongrua ea fuerit, quid dicemus de spuriiis, & naturalibus, quibus nulla legitima portio contra patrum voluntatem à lege tributa fuit, tum etiam, quia viros habeant, quorum onus est coniuges alere, *Jacob. de Argen. & Bal. in l. si cum dotem, §. si autem in sanctissimo; ff. solut. matr. Cyn. in l. quod in uxorem, C. de negot. gest. quos refert, & sequitur Benintend. cit. decis. 22. n. 9.*

12 His sic stantibus, non obstare, dicebam, ea, quæ decisa refert *Reg. Salernit.* in superius relata *decis. 9.* de qua aduersarij faciebant magnum festum; satis enim diximus, decisionem illam esse ad casum nostrum inapplicabilem; loquitur enim *Salernit.* de patre naturali, qui ab intestato deceffit, *Camillus* autem decefferat cum testamento, nepotem ex germano fratre instituendo, quod proinde non mirum, si *Sacrum Consilium*, secundum quod in decisione illa refertur, iudicauit, nimirum ut filia naturalis

intestato patri succedere deberet in quibus vncijs, imputatis dotibus à patre in vita receptis.

13 Inapplicabilis erat etiam *de iusto Prof. de Franck. 233.* ubi dicit, non esse iudicandum excessum, ut filia spuria ex locuplete, & clarissimo viro nata dentur in dorem ducati tres mille; etenim in casu illius decisionis pater, qui erat *Marchio, & Capitaneus Generalis*, & cum opibus ascendentibus ad summam ducatorum centum sexaginta millium fecerat in testamento huius quantitatis legatam filia spuria pro eius dotibus, de cuius satisfactione cum post mortem patris legatis controuertetur, fuit pro filia iudicatum, eo maxime perpenso, cum filia hæc erat nuptui tradenda, & in Regno spuria nisi auro onerantur, virum de facili inuenire non possunt.

Die 20. Nouembris 1638. fuit decisum secundum hæc allegata, ut videre est præter *D. Reg. Capyc. Latro decis. 99.*

S V M M A R I V M.

- 1 Filij reorum criminis læsa Maiestatis omnium successione priuantur, sed questio est, an hæc conclusio intelligenda sit in filiis ante delictum natis, num. 2. 5. 7. & 8.
- 3 Filij nati ante delictum non possunt dici processisse ante ex radice infecta.
- 4 Conceptus si quis fuisset à primis nostris partibus, originale peccatum non contraxisset.
- 6 Libertus si fuerit propter aliquod delictum in seruitutem reuocatus, hæc reuocatio non nocet filiis suis natis ante delictum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filij reorum criminis læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ ante delictum nati adhuc parentum, ceterorumque successione sint priuandi, sicut priuantur, qui post delictum à patre commissum procreati sunt, & de alijs ad materiam.

C A P. XCV.



Illos Reorū criminis læsæ
Maieſtatis diuinæ, vel
humanæ, parentum, cæ-
terorumq; aſcendentiū,
& collateralium ſucceſ-
ſione priuari, probāt iu-
ra nimis vulgata in cap.

vergentis, de hæret. in 6. & in l. quisquis, §. I. C. ad l. Iul. Maieſt. & vtrouique DD. cōmunitèr.

2 Sed quæſtio eſt non modica inter DD. an diſpoſitio hæc intelligenda ſit, non ſolū de filijs poſt commiſſum crimē procreatis; ſed etiam de illis antè delictū natis, cuius veritatem cūm indagare voluiſſem, inueni, crebrius obtinuiſſe ſententiam illorum, qui tenuerunt, pœnas d. cap. *vergentis*, & d. l. *quisquis* non niſi filios poſt patris delictū procreatos afficere; illos autem, qui antea geniti ſunt, his pœnis non ligari, rationes principaliores ſunt hæc, &

3 Prima ſe offert, quia filij nati antè delictum non poſſunt dici proceſſiſſe ex radice infecta, prout orti poſt delictū; timor enim, nè parentum mores in Reipublicæ perniciem inſequantur, nõ ita vrget in filijs antè patris crimen natis, ſicut in illis poſt delictum procreatis, ex quo ſtirps vndè primi profluere nondūm erat infecta.

4 Secunda ratio deducitur ab exēplo peccati originalis, & pœnarū, quibus nos *Adami* poſteri ob illud punimur, ſi quis enim natus, vel conceptus fuiſſet antequam *Adam* Dei præceptum tranſgreſſus fuiſſet, vtique nequè peccatum originis contraxiſſet, nec pœnis, quibus à Deo genus humanū ob illud punitur, fuiſſet affectus, probant ex *D. Auguſtino* Theologi communitèr l. 2. *quæſt* 81.

5 Tertia vrget ratio, quæ deſumitur ex *tex. in l. ex factō* 17. §. *ex factō, ff. ad S. C. Trebel.* vbi habetur, quod ſi hæredi inſtituto eſt iniunctum grauamen de reſtituenda hæreditate alicui, ſi ſinè liberis decederet, et hic talis demūm propter aliquod graue delictum deportatus eſſet, filij ex eo nati tunc demūm conditionem illam, ſi ſinè liberis facerent deficere, ſi nati eſſent poſt patris delictum, ſed deportationem, ſecus verò ſi antè, ratio aſignatur in *tex.* quia nati poſt deportationem videntur ex alio homine geniti, non ſic illi, qui antea procreati fuerunt, vndè voluit *I. C.* conſtituere differētiā inter natos antè, et poſt delictum.

6 Quarto ſtringit fortiffimè diſpoſitio

tex. in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, vbi ſi libertus propter aliquod delictum, ſinè ingratiſſimam in ſeruitutem reuocatur, hæc reuocatio filijs natis, dūm libertate fruebatur, non nocet, et ſic remanet liber, reddit rationem *tex.* per verba nimis clara, nimirum, *quia illis parentum delicta non nocēt, quos antè delictum natos eſſe conſtat.*

7 Quibus, et alijs rationibus attentis pro filijs antè delictum natis reſponderunt *Petrus, Cynus, Io. Fab. et Ang. in d. l. quisquis. Lucas de Pen. in l. 1. nu. 8. C. de petitiō. bonorum ſublatis, lib. 10.*

Io. Calder. in cap. vergentis, de hæret. & in conf. 3. eodem tit.

Io. de Anania in d. cap. vergentis.

Iul. Clar. in §. Hæreſis, num. 17. & in §. læſa Maieſtatis crimen, num. 12.

Gregor. Lopez in l. 2. in verb. ſu Izos, tit. 2. de las trayçiones, par. 7.

Molin. de Hiſp. primog. lib. 4. c. vlt. ſub n. 55.

P. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. q. 658. nu. 20. & ſeq.

Symancas de cathol. inſtitut. tit. 29. nu. 23.

Farinac. ſic deciſum referens tract. de crim. læſa Maieſt. q. 116. §. 3. ſub nu. 92.

*Ant. Gomez in l. 9. Tauri, num. 51. verſ. nec obſtat *tex.* in l. quisquis.*

D. Io. Vela de pœnis delictorum, c. 21. verſ. ſecundò puniuntur.

Hieronym. Zeuaglios comm. contra comm. q. 653. qui late, & doctè quæſtionē diſputans,

hanc defendit ſententiā, innumeros referens DD. tam antiquos, quàm recentiores, illam inſequentes, eamquè veriorē,

æquiorē, & magis communem fatetur, ſicquè, vt nullo modo, nequè in iudicando,

*nequè conſulendo ab ea recedatur, atteſtans & tandem ſub *num.* 30. & 39. ſic aliās*

in ſupremo Regis Hiſpaniarum Conſilio iudicatum.

Rot. Rom. ſemel, atquè iterum in vna Romana fideicommiſſi de Cincijs coram olim

Eminent. Virili, ſub die 17. Maij 1627. & coram D. Buccabella ſub die 15. Nouēb. 1638.

Hæc eandem ſententiā amplexi fuere

Domini de Regia Camera Regni huius in cauſa perduellionis olim Principis

Santiæ, quorum filij antè delictum nati ad gentilitium fideicommiſſum fuerunt admiſſi,

& vt dixit mihi vnus ex Dominis Vocantibus, nemine contradicente.

8 Et ad generalitatem *tex. in d. l. quisquis, §. filijs,* & in *d. cap. vergentis* ſatis benè fuit reſponſum per *P. Molin. Zeuagl. & alios ſuprà*

relatos, nimirum, quod cūm diuerſa ratio conſideretur inter natos antè, & poſt deli-

ctum,

ctum, non est inconueniens, vt iura in d. cap. *vergentis*, & in d. l. *quisquis*, §. I. indiscriminatim loquentia distinguantur, declaratur, & interpretentur secundum alias leges, aliaque iuris principia; vnde si certam legem habemus, vt delicta parentum filijs ante criminis patrationem natis nocere non possint, ut disponitur in d. l. 2. C. de libertis, & *corum liberis*, quando demum generaliter sancitum inuenimus in d. cap. *vergentis*, & in d. l. *quisquis*, ut filij hereticorum, & rebellium parentum, ceterorumque ascendentium, & collateralium successione priuentur, intelligenda, & interpretanda est hec dispositio, ut loquatur de filijs post parentum crimen natis, & non de illis antea procreatis.

S V M M A R I V M.

- I Filius abstinens se à patris hereditate potest se pœnitere, & in illa intrâ certum tempus se immiscere, & quid si iudicialiter abstentionem declarauerit, num. 2. & quid si bona hereditaria hoc medio tempore alienata reperiuntur, vel à substituto, aut à uenientibus ab intestato præoccupata, & num. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Filius immiscens se hereditati paternæ, an possit demum ab illa se abstinere, cum detegerit magno ære alieno grauata, & nu. 8. 9. & 16.
- 10 Restitutio competit etiam maioribus concurrente iusto errore, & facti ignorantia, et nu. 12. 13. 14. et 15.
- 11 Restitutio conceditur maioribus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa.
- 17 Inuētarij beneficij Florētinis non suffragatur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filius, qui mortuo patre ab illius hereditate se abstinit, possit se pœnitere, & in illa se immiscere, si infra tempus ad pœnitendum sibi præscriptum bona hereditaria à substituto, vel uenientibus ab intestato præoccupata fuere, & de vero intellectu *l. fin. C. de repud. uel abstin. heredit.*

Filius immiscens se hereditati paternæ an possit se abstinere, ex quo detegit, magno ære alieno esse illam grauata, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi nouissima decisio *Sacra Rota Romana.*

C A P. XCVI.



Filius in maiori ætate cōstitutus si paternam sibi delatam hereditatem recusauerit, poterit infra triennium, à die .i. abstentionis se pœnitere, & in illa se

immiscere, dummodò bona hereditaria hoc medio tempore distracta non reperiatur, sin autem minor sit, istud idem triennij tempus ad se pœnitendum conceditur, decurrendum tamen à die elapsi quadriennij, quod maioribus completa minori ætate ad se restituendum à iure concessum est, hoc dicit *tex. vulgatus* in *l. fin. C. de repud. uel abst. heredit.* cuius dispositione procedere teneo indubitanter, quàmuis in iudicio filius comparens abstentionem declararet, nam cum *lex* ista non distinguat, an reuocatio fuerit extraiudicialis, vel iudicialis, nec nos distinguere debemus, sicque libenter adhæreo sententiæ *Bal.* hoc firmatis in d. l. *fi. in fine*, quicquid contrarij prius sensisse videtur in *l. 2. nu. 3. C. de iuris, & facti ignor.* idemque satis bene tenet *Ias.* in eadē *l. fin. in 4. limit.* vbi dicit, limitationem à *Bal.* traditam in d. *l. 2.* falsam esse, ac ideo melius contrarium scripsisse in d. *l. fin.* hoc idē satis notanter *Gugliel. de Bened.* omnino videndus in *cap. Raynatus, in verb. mortuo itaque testatore, il 2. nu. 132.* vbi addit, iudiciorum rigorem in hoc nihil operari.

- 3 Diximus, eiusdem *l.* tenere attentio, dummodò bona hereditaria intrâ illud triennium ad reuocandam abstentionem concessum, alienata non reperiuntur, intellige à creditoribus, vt satis credo probari in d. *l. fin.* & expressè dixit *glos.* in *l. quod si minor 25. §. Sceuola, in verbo repellendum, ff. de minor.* sed quid si à substituto, quem pater filio dedit præoccupata sunt, vel eo non existente à cohæredē, vel & tandem à uenientibus ab intestato? *glos. ibi in verb. referretur*

sentij, *legis* illam intelligendam esse in filio, cui à patre substitutus, vel cohæres datus non fuit, sicquæ ipsi existentibus, cessante prorsus eiusdem l. beneficiû, secus verò in venientibus ab intestato; *Paulus* verò *Castrens.* de substituto verba faciens in d. l. *fin. num. 5. vers. mihi videtur* contrarium tenet, sicquæ contendit, substitutum adire nõ posse, quousquæ filius potest abstentionem reuocare, & adire, eoquæ pendente tempore exclusum censeri non posse, cum substitutus nunquam admitti possit, nisi excluso prius peritus instituto, l. *quandiu, ff. de acquir. heredit.* alij autem distinguunt inter substitutum, & cohæredem, vt in primo, eo ipso, quod filius abstinuit, non sit amplius locus reuocationi abstentionis, in secundo verò, & sic in cohærede idem, si hæreditatē ille adiuit, secus verò si res esset integra, ita *Ias.* post alios, quos citat in d. l. *fin. in 2. ampliat. & 7. limit.* idem quæ ex professo *Gugliel. de Benedic. loco cit. num. 127. 130. & 139.* in quibus locis loquendo tam de substituto, & cohærede, quam de venientibus ab intestato dicit, quod si bona reperiuntur distracta, vel per alium hæredem legitimum sequentem in gradu, siuè per cohæredem, aut substitutum fuerit hæreditas adita, non audietur filius volens adire, quod semel repudiauit, nisi esset minor, cū æquiparentur hæc, bona esse alienata, vel hæreditatem esse alteri per aditionem quesita, ex *Bal. in d. l. 2. num. 2. C. de iuris, & fact. ignorant.* sequitur *Cassane. in Consuet. Burgund. Rubr. 7. S. 13. in tex. par. benefice, n. 3.* quo loci abstentionis reuocationem in filio admittit, si reuocationis tempore res in eodem statu reperiuntur, quod placuit pariter *Mercurial. Merlin. tract. de legit. lib. 5. tit. 3. quest. 2. num. 8.* vbi de substituto loquens ait, penitentiam non admitti in præiudiciû eius, cui medio tempore per acceptationem, siuè acquisitionem fuit ius quesitum.

5 Ego autem nouissimus, vt dicam, quid in hac re sentij semper, dicam libenter, animum meum à *Pauli Castrens.* sententia nunquam diuertere potuisse, siuè, qui bona hæreditaria per filij abstentionem præoccupauit, sit substitutus, siuè cohæres, siuè legitimus ab intestato veniens, idquæ, ni fallor, satis probari in d. l. *fin.* nam si in eo *tex. Justinianus Imperator* abstentionis reuocationem intrâ triennij tempus in suo admittens, vnum dumtaxat excipit casum, in quo huiusmodi reuocatio filio abstinenti prodesse non possit, & erit, quando contingeret, vt reuocationis tempore bona hæredita-

ria vendita reperiantur, intellige, à creditoribus, & vbi alienata non erunt, expressis verbis *ibi* sancitur, vt reuocationi intrâ triennale tēpus fiat locus, supposito hoc, quero Ego, potest nõ dici vendita esse bona hæreditaria, si à substituto, vel à cohærede, vel à legitimo ab intestato veniente vniuersali successionis titulo acquisita illa sint? certè nullo pacto; etenim si hunc casum comprehendere voluisset *Imperator*, utiq; sicut expressit illum tantum venditionis, generalitèr disposuisset, vt concedatur filio abstentionis reuocatio intrâ triennium, dummodò bona hæreditaria alteri quaesita non reperiantur; dicere modò cum *Bal. in d. l. 2. nu. 2.* in terminis d. l. *fin.* duo ista æquiparari, bona esse alij applicata per aditionem, vel per venditionem, credo, quò d est summa ineptia, satquæ est asserere, hoc nullibi cautum reperiri, quarè omninò cõcludendum puto, quòd dum generalitèr in eo *tex.* est dispositum, vt filius à bonorû paternorum successionem, quam semel recusauit, possit intrâ triennium à die declaratæ abstentionis redire, nisi hoc medio tempore à creditoribus vendita bona illa non sint, dum verè hic casus exceptus non euenit, volente demum succedere, sit omninò ad successionem admittendus, quo modòcunq; ab alijs adita sit hæreditas, & sic siuè à substituto, siuè à cohærede, siuè à venientibus ab intestato, cum intrâ triennale illud tempus filio ad reuocandam abstentionem concessum perperam ab istis præoccupari poterat hæreditas.

7 Sed quicquid sit de his, queritur magis vtilitèr, quid dicendum in casu contrario, nimirum, si filius mortuo patre paternam adierit hæreditatem, siuè in ea se immiscuerit, num agnoscens demum, magno è re alieno esse illam grauam, sicq; ipsi damnosam, possit, creditoribus hereditarijs auditis, aduersus aditionem, siuè immixtionem illam restitutionem petere ex clausula generali, si qua mihi iusta causa? & affirmatiuè fuit singularitèr decisum per *Rotam*, & in vna *Romana*, scû *Florentina* restitutionis in integrum sub die 10. Maij 1641. coram Eminētissimo D. Cardinale *Tanzirolo*, & per hæc verba adhuc alibi non impressa.

Veneris 10. Maij 1641.

8 Cum post mortem bonæ memoriæ *Marchionis Bernârdini Capponij* sequutam in Ciuitate *Florentiæ*, D. *Vincentius* eius filius, quamplurima bona, tam in Statu Ec-

clesia-

clisastico, quā in Ditione Florentina in paterna hereditate iuuenisset, ac inter alia vigere Florentiæ rationem bancariam magni nominis, ac etiam Romæ accomanditiam, credens propterea, tam ex his, quā ex inferius deducendis, hereditatem esse maximè lucrosam, licet super illius additione nullam fecerit actum expressum, nihilominus continuando in paterna domo habitare, & bona ut prius possidere, dictum est, adiuisse hereditatem simpliciter stante *Statuto Florentino sub rubr. 20. de hereditibus, & hereditatibus debitorum connensendis*. in quo disponitur, quod hæres masculus maior annorum 18. possidens, seu detinens bona hereditaria post 15. dies à die obitus testatoris, hereditatem simpliciter, retinere intelligatur.

9. Verum cum illinc ad quatuor menses super prædicta hereditate maximum detentum fuisset æs alienum, quod de tempore supra dictæ tacitæ additionis omnino latebat, absorbens nedum totam substantiam, sed superans illius vires immodicè ducentam millibus, Ideo d. D. Vincentius, qui huiusmodi debita proptus ignorabat, omnibus præfacis bonis, vna cum illorum possessione prius liberè dimissis, obtinuit à Signatura iustitiæ, committi causam restitutionis in integrum, prout de iure aduersus creditores Bernardini patris, cū re scripto A. C. ut de voto Rotæ procederet cū clausula, *si qua mihi iusta causa*. Quapropter expressione monitis prædictis creditoribus, ut ex fasciculo citationum exhibitatum, & conformare negligentibus, eandem hodie proposita causa, resoluta non fuit, contra de causis restitutionis seriè negatum. In his enim casibus regulariter hoc remedium fit pro minoribus lesis, aut amen concurrente iusto errore, vel ignorantia facti, vel ex noua, & magna æs alienum, etiam in maioribus 25. annis, tradunt *Quædam d. de iusticiis, num. 5. vers. vel etiam si maiores fuerint de hered. qualis, & differ.* qui dicit, Præceptis succurrere potest tunc non in integrum, etiam si maiores sint, quoniam grande æs alienum latens ab adiungente quitate præter opinionem hæredis, siue sint milites, siue *Paganus, titulus de restitu. integr. c. 130. num. 6. vers. sed qui opinor, tract. tom. 5. fol. 245. vbi dicit, posse maiori succurri per restitutionem in integrum, si adfirrationabilis causa, verpat, quia hereditatis substantiam ab iniusto scire non potuit, & postea compertis, esse debitis onustam, nec longum tempus effluere permisit*

ab ea additione, cui opinio huiusmodi adscribitur, etiam *de iusticiis, in consil. Regis, tom. 2. tit. de restitu. c. 1. glof. 1. num. 33. vbi dicit, maioribus se vidisse succurrere, & d. de restitu. in integr. par. 2. quest. 62. art. 1. q. num. 133. vbi dicit, quod si maior iusto errore, vel ignorantia facti lapsus est, ad eundem hereditatem primo aspectu lucrosam, & quam quilibet oculatissimus paterfamilias talem iudicaret, & adiuisset, sed postea reperitur plena ære alieno, litibus, & periculis, audiendus est, si desiderat, aduersus dictam additionem rest. sui, & malit. huiusmodi hereditatem creditoribus relaxare, & *q. 89. art. 7. num. 52. vers. primo, ut procedat, & sub n. 73. subdit, ad hanc effectum magnam causam reputari, si maior post aditam hereditatem casu reperit, adesse magnum æs alienum, quod prius ignorabatur, tunc enim, inquit, ex capite iustæ ignorantie succurritur etiā maiori, per text. singul. in *S. extraneis, vers. sciendum tamen, iustis de hered. qualis, & differ. Capell. Tholosæ decif. 55. num. 7. Gratian. discip. 797. num. 19. & 1099. vbi de variori, Marches. de commiss. restit. in integr. par. 2. §. 3. num. 154. fol. 185. vbi dicit, quod maior aduersus non confectum inuentarium, vel eius confectio nem non restituitur in integrum, nisi magna subsistente causa, nequæ si adica hereditate reperitur magno ære alieno cõhata, quod additionis tempore ignorabatur.***

11. Et quod generaliter ex clausula, *si qua mihi iusta causa*, quæ datur ex edicto minorum, competat restitutio in integrum, etiā maiori aduersus hereditatem inconsulto adicam, *Castrensis cons. 398. num. 3. vers. scilicet, lib. 2. Corn. epist. 84. sub num. 9. vers. tamen licet lib. 3. Menoch. cons. 932. num. 11. Phenc. de inuen. p. 1. num. 20. & p. 2. num. 22. & 23. Franciscus March. decif. 291. num. 3. p. 1. Mart. claus. 366. num. 2.* Quod autem in D. Vincentio filio adfuerit iusta ignorantia, non solum ex eo bipatore visum est, quod regulariter in herede illa præsumitur, *Qui in alienis, vbi Doff. ff. de reg. iud. & in terminis restitutionis in integrum firmavit Rota dec. 43. n. 2. post modum Perus. de consil. in addit. Cavaler. decif. 141. num. 1. sed specialiter dum vidit, quod Marchio Bernardinus pater, qui pro viro summatim prudentis, & alias oculato paterfamilias communiter ab omnibus reputabatur, ut deposunt testes formiter examinati, non solum reliquit quamplurimā bona stabilia maximi valoris, tam in Scatu Ecclesiastico, quam in Ditione Florentina, cum ratione bancaria, & accomandita, prout supra di-*

cum fuit, sed, quod magis est, in eius testamento, & codicillis perpetuum fideicommissum ad fauorem descendendum masculorum ordinavit, & de opulentissima hereditate se disponere supposuit, unde nil mirum, si D. Vincentius filius lucrosam pariter paternam hereditatem crederet. Præsertim cum ipse longo tempore à patria abfuerit, & dum in ea permansit, nunquam in rebus domesticis, & multò minus in rationis baccarum administratione se ingerit, quod pro causa restitutionis in integrum aduersus aditionem etiam maiori 25. annis sufficere tradit *Odd. vbi supra, q. 62. nu. 133.*

13 Accedit, quòd idem D. Vincentius mortuo patre suas adhibuit diligentias cum Ministris per patrem viuentem retentis, pro habenda notitia virium hereditatis, & isti (qui aliàs communiter pro viris probis, & fide dignis habebantur) firmiter asserunt, hereditatem esse maximè lucrosam, vt etiam super his benè deponunt testes, aded vt cum post quatuor menses à die obitus Bernardini patris in ipsius hereditate maximum æs alienum, quod antea latebat, emerferit, superas illius vires in scuto 200. mil. negari non potest, quin appareat de iusta causa, per quam debeat in integrum restitui, iuxta mentem *Doctoy. supra allegat.*

14 Quæ quidem faciliùs amplectenda sunt, ex quo D. Vincētius nititur maxima æquitate, nè scilicet ex sola dispositione statuti, vltra vires hereditarias, soluat scuto 200. mil. ex proprio. Si enim restitutio ex iusta causa ignorantie conceditur maiori ad lucrum querendum per aditionem hereditatis, quam priùs repudauerat, *l. Pantonijs, ff. de acquir. hered. vbi Bart. Alex. conf. 169. num. 15. in princ. lib. 2. Surd. conf. 232. nu. 43.* multò fortius videtur concedenda D. Vincentio maiori agenti de damno tantum euitando, inter quos maxima viget differentia, teste *Alex. d. conf. 169. n. 14. in princ.*

15 Nec releuare visum est, quòd post mortem Bernardini Ministri rationis bancarie nonnulla cambia continuauerint, quia aut hæc fecerunt pro ratione Bancaria, quæ adhuc cantabat sub nomine defuncti, aut quando etiam id de ordine D. Vincentij filij fecissent, quemadmodum ei succurrendum est aduersus hereditatem aditam, ita pariformiter si post aditionem fecerit aliquem contractum ex eadem causa aditionis, dummodò ex eo nihil perceperit, vel paratus sit refundere, si quid perceperit, ex adductis per *Odd. d. q. 62. art. 14. num. 133.* Et facit regula, quòd maioribus 25. annis

etiam in contractibus enormiter læsis beneficio restitutionis ex hisdem supradictis causis succurritur, iuxta *l. in contractibus, C. quib. ex caus. maior. cum alijs adductis per Odd. d. q. 51. art. 1. num. 4. & seqq.* Et quidem si corrumpit aditio, omnes etiam actus ex ea dependentes corrumpere debent, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. & in his terminis est text. in l. 3. §. Seio, ff. de minor. vbi de minore, qui paternæ hereditati se immiscuerat, & maior factus pecunias hereditarias exegerat, quòd nihilominus restituitur, de quo per *Ang. in l. damni, §. Sabini, n. 2. ff. de dan. infect.**

16 Nec aduersari visa fuit opinio quam plurimorum *Doctoyum*, quòd scilicet maiores aduersus aditionem ex capite iustæ ignorantie non sint restituendi, ex quo habent beneficium inuentarii, prout iuxta *text. in §. pupillis, & in §. quia verò, authent. de hered. & falcid. tradunt Barr. conf. 154. num. 2. & 4. lib. 1. Felin. in cap. quoniam, num. 5. de Simon. Alciat. conf. 139. num. 7. lib. 9. Rol. de inuent. q. 81. col. 2. fol. 39. Petr. PecK. de testam. conuug. c. 23. num. 2. Phanuc. de inuent. p. 1. nu. 24. Mar. Anton. var. lib. 2. resol. 11. num. 19. in fin.* quia nihilominus alia opinio in presenti casu magis placuit Dominis. Tum quia es alienum, quod fuit detectum, est maximū, & propterea suadente insigni aliqua causa etiam maioribus saltè ex æquitate Iudicis officio succurrendum esse, vltra *Doctoyes allegatos tenet idem Petr. PecK. d. cap. 23. sub num. 6. vers. ego existimo, cum etiam, quia*

17 D. Vincentius beneficio inuentarii, quatenus etiam voluisset, vt non poterat propter Statutum Florentie, quòd hæres inuentario non obstante creditoribus hereditariis satisfacere cogatur, de quo tradit *Phanuc. de inuent. par. 6. num. 138.* quo casu sicut non potuit vti beneficio inuentarii, ita nec etiam priuari debuit beneficio restitutionis in integrum, vt post *Castrens. conf. 322.* quod incipit, *viso puncto, num. 3. lib. 1.* cum alijs allegatis in terminis d. Statuti Florentini tradit *Phanuc. vbi supra, nu. 138.* & certè durū admodum videretur, quòd simul, & semel denegaretur inuentarium, & restitutio in integrum, etiam quando, prout hic, semoro in hære de omni dolo, magnum es alienum latens, contra communem omnium Ciuium expectationem, & credulitatem in hereditate emergeret.

Et ita D. Vincentio solum informante, resolutum fuit, &c.

S Y M M A R I U M.

- 1 Filiusfamilias Regni huius si absq; patris consensu in Vrbe contraxerit, an conuentus in Regno iuuetur pragmatica sanctione de S.C.Macedon. & num. 2. 3. & 7.
- 4 Statutum Urbis 152. sub tit. de contractib. prohib. cum filiisfam. an sit simile Pragmaticę Regni huius, sub tit. de S.C.Maced.
- 5 Statuti Urbis 152. verba referuntur.
- 6 Statutum Urbis 152. forenses Romę contractantes non ligat.
- 8 Statutum an, & in quibus casibus forēses liget.

A R G V M E N T U M.

Agitur, an filiusfamilias Regni Neapolis, qui absquę patris consensu in Alma Vrbe contraxit conuentus in Regno super contractus obseruātia possit iuari beneficio *Pragmatica* sanctionis, sub tit. de *S.C. Macedon.* Statutum inhabilitans personas ad contrahendum, siuē dans formā contractibus an forenses liget, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. XCVII.



Filiusfamilias Regni huius si adhuc sub patris potestate existens absq; illius consensu in Alma Vrbe contraxerit, dubitatur, an in hac Ciuitate super contractus obseruātia conuentus possit iuari beneficio *pragmatica* sãctionis, sub tit. de *S.C. Maced.*?

Contigit superioribus diebus de hoc dubitati in causa quorundam mercatorum Romę degentium cum Pompeo Parlato huius Ciuitatis tractarum vini arrendatore, qui a dictis mercatoribus in his supremis Tribunalibus conuentus ad eis soluendum pecuniarum quantitates, quas intra certum tempus soluere in Vrbe se obliga-

uerat, excepit, suam obligationem nullis vitio laborare, prętextu, quod in eę obligationis tempore sub patria potestate erat cõstitutus, vnde qd iuris dubitabatur?

2 Ego mercatorum iura tuens respondi, Pompei prętensionem vanam esse satis, cum nimis vulgatũ sit nostratum axioma, nimirũ pręfatam Regiam sanctionem nullo pacto comprehendere obligationes a filiisfamilias Regnicolis extrã Regnum contractas, itã *Pras. de Franchis*, qui sic per *S.C. decifum* testatur *decif. 72. Reg. Rouic. in d. prag. num. 19. Consiliar. de Georg. alleg. 44. num. 30. Consiliar. Paschalis in tract. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 3 1. & alii.*

3 Hanc conclusionem Pompei iura tuentes non impugnabant, sed contendebant, illam procedere, quotiēs in loco extero, vbi contracta est obligatio non viget consimile statutum, quod in hoc Regno habemus, sed cum idem vigeat in Vrbe, vbi Põpeus se obligauerat, ergo a principio nulla fuit obligatio.

4 Replicauit, in toto volumine *Statutorum* Urbis me non inuenisse statutum aliquod nostro simile, sed tantũ in vno, quod est 152. sub tit. de *contractibus prohib. cum filiisfamilias* sãciturũ esse, filiosfamilias Romanos Ciues, vel Incolas ex nullo pacto posse se, aut eorum bona quoquo modo obligare, hæc enim sunt verba *Statuti*.

5 *Authoritate Sanctissimi Domini nostri Pape in hac parte nobis specialitẽr attributa statimur, vò filijsfamilias Romani Ciues, vel Incola, etiam clerici ex nullo contractu possint se, aut sua bona quoquo modo obligare, etiam si cum alio filiofamilias contrahãt, & liquidõ confecti, bona, & pecunias, pro quibus se obligauerunt, ad eos cum effectu peruenisse, sed contractas, & obligationes ab eisdem, & eorum fideiussoribus etiam principalitẽr obligatis factas nullius sint roboris, & momenti, etiam si contractus predicti quouis iuramento, quod dolo, & metu extortum esse censeatur, & nihil operetur obligatione camerali, censurarum, aut mandati executiui, siuē termini susceptione, vel quocunq; alio arctiori vinculo fuerint roborati, nec si ipsi filijsfamilias quandocunq; sui iuris effecti fuerint huiusmodi contractus unquam robur aliquod accipiant, aut conualescant. Excipimus autem, si idem filijsfamilias de consensu, & uoluntate, aut mandato patris, uel aui, in cuius potestate sunt, contraxerint, uel acceptam pecuniam in rem patris, uel aui, seu in eã, quod oneribus patris, uel aui incumbit, uerterint, aut si mercatores, negotijs prępositi, institutores sũt, aut a patre seorsum habitẽt, & publicẽ pro patribus-*

familias

familias habeantur, & reliquos casus, quibus filij familias ex causa mutui de iure communi sine iuramento, non obstante Senatusconsulto Macedoniano obligantur.

6 *Io. Bapt. Fenzonius olim Urbis Senator huius status glossator, num. 10. aduertit, consulto statuentes dixisse, filij familias Romani Cives, & Incola, ad demonstrandum, non placuisse, aduenas, seu forenses comprehendere, quia regulariter statuentium mens est proinde suis ciuibus, non autem exteris, allegat. Rot. quæ hoc probat. decis. 673. n. 2. par. 1. diuersi. & in vna Insolens. bonorum coram Domino Cardinale Pamphilio seniore 10. Aprilis 1592. si igitur, dicebam, statutum loquitur de Ciuibus, & Incolis Romanis, Pompeum, qui erat forensis, comprehendere non poterat plus addidi, nimirum statutum hoc nec etiam forenses comprehendere potuisse, adhuc si simpliciter dixissent Statuentes, vt filij familias se obligare non possint, absque quod addidissent verba illa tam clara Romani Cives, & Incola, est enim receptissima conclusio, quæ contradictorem non habet, nimirum, quod quoties statutum inhabilitat personas ad contrahendum, prout consideratur in statuto prædicto, in quo inhabilitantur filij familias ad contrahendos peragendos, forenses non comprehendit, sed tantum, quando respicit solemnitatem contractus, prout in statuto præcedenti, sub tit. de contractibus sine cert. solemn. non valis. sic vno ore faxi sunt Bar. & ceteri Scribentes in l. cunctos populos, C. de summo. Trinit. & fide Catholic. Casar. de Grass. decis. 2. num. 16. de donation. Seraphin. decis. 792. Cavaler. decis. 257. num. 4. Picus ad Statutu modo cit. de contract. sine cert. solemn. non valit. glos. 2. num. 37. fol. mihi 11. Buratt. decis. 75. num. 18. Rot. in vna Vrbes. ten. coram Motmanno sub die 23. Junij 1634. id, quod citatus Fenzon. pariter obseruauit super statuto 47. quo dispositum est, vt quis in vigesimo anno existens maior dicatur, quamuis de iure communi vsq; ad vigesimum quintum talis appellari non possit, ad tex. in l. ult. C. de his, qui veniam aetas impetruer. aduertit modo Fenzonius num. 1. & 14. hoc statutum forenses non comprehendere, allegat Perall. decis. 283. par. 1. & Rot. in Tudertina, seu Romana nullitatis 4. Julij 1614. coram Buratto, habet enim statutum, verba directa in personas, ac proinde non potest, nisi subditos comprehendere, non autem forenses. Vnde merito dicebam, Pompei prætensionem omni prorsus iuris fundamento carere, quam cum demum talem*

ipse agnouisset, mercatoribus satisfacere procurauit, illis intra certa tempora, quod debebat soluere promittens, &c.


S V M M A R I V M.

1. *Filius familias non potest esse in iudicio sine consensu patris, & quid si esset clericus beneficiatus in causis sui beneficii, ibidem.*
2. *Pater an habeat usumfructum super beneficii filij sui clerici, & si illos percepit, an ad eorundem restitutionem, filio instante teneatur, num. 3.*
4. *Pater si perceperit fructus beneficii filij sui clerici, conuenias ab illo ad restitutionem perceptorum, an possit opponere, esse compensandos cum alimentis, quæ ipsi præstitit, & n. 5.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filius familias clericus possit cogere patrem ad restitutionem fructuum, quos ille percepit ex beneficio Ecclesiastico ipsius filij, & an eo casu possit pater opponere, esse compensandos cum alimentis, quæ eidem filio clerico beneficiato præstitit, vbi singularis annotatio manuscripta D. Io. Angelii Pisanelli.

C A P. XCVIII.

1  *lius familias, quauis regulariter in iudicio absque patris sui consensu esse non possit, l. cum non solum, circa finem, C. de bonis, qua liber. in causis tamen sui Ecclesiastici beneficii, quod possit absque patris consensu in iudicio comparere, & procuratorem suo nomine constituere, est textus notabilis in c. si annum, de iudic. in 6. ratio assignatur, quia fructus beneficii filij familias clerici, patri non queruntur, l. sacrosancta, vbi Bal. C. de Episc. & cler. Boer. decis. 199. num. 4.*

C A R. XCIX.



Ilius naturalis plenarie per legitimisationis privilegium ad legitimam natalia restitutus, ita ut capax sit effectus omnium illorum, quorum capax est verè legitimus, magis communiter voluisse *Doflores* comperimus, ut patri tam ex testamento, quam ab intestato succedat, & si fuerit præteritus, potest testamenti nullitatem proponere, tenebatur enim pater in portione legitimam illum heredem facere, adhuc si in legitimisatione fuerit dictum, ut possit patri succedere in eo tantum, quod ei relinquitur, quia subintelligitur, ultra legitimam, ita sanè scripserunt *Paris. conf. 7. num. 15. & 45. lib. 2. Cephalus conf. 117. num. 7. lib. 1. Decian. conf. 49. num. 43. lib. 2. Riminal. Iun. conf. 469. num. 13. vol. 4. Menoch. conf. 737. num. 6. lib. 8. Molin. de primog. Hisp. lib. 3. c. 3. nu. 38. vers. sed quamvis, Anton. Gamma decis. Lusit. II. vbi Diaz de Mena in addit. in fine, Marsa de suces. legal. par. 1. quest. 18. art. 2. num. 8. Molsef. ad Confus. Neap. par. 2. de personis, quest. 10. num. 56.*

2 Sed dubitari solet, quid si legitimatio facta fuerit in amplissima forma, adiecta tamen clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione, an si condito per patrem testamento, fuerit filius sic legitimatus præteritus, possit ne ille testamentum allegare nullum, vel si esset in eo institutus in minus legitima, agere ad illius supplementum? & negatiuè resoluit *Rota* in vna *Bononiensi supplementi legitima* sub die 5. Maij 1638. coram Ill. D. Ghislerio, quamvis pater extraneum, non autem venientes ab intestato heredem instituisset, quicquid in hoc sibi dixerit *Costa de ratione rata, quest. 156. num. 8.* sunt autem decisionis verba, quæ sequuntur.

Veneris 5. Maij 1638.

3 Antonius Maria de Nigro Præbyter Bonon. obtinuit à sœcl. recor. Gregorio XV. facultatem testandi, vel aliàs disponedi, tam de patrimonialibus, & aliis bonis, de quibus testari, vel aliàs disponere poterat, quàm etiam de omnibus alijs bonis emphyteoticis, feudalibus, Ecclesiasticis, & alijs quibuscunque, quæ tempore mortis, seu dispositionis ab eo possiderentur, et quæ aliàs

sine tali facultate ad Cameram Apostolicam deuolui debuissent, vsquè ad summam 40000. ducatorum auri de Camera ad fauorem consanguineorum, affinium, nepotum; et amicorum, et quarumvis aliarum personarum, etiam de iure prohibitarum, et ad succedendum poenitus incapacium, et præsertim ad fauorem Antonij Mariæ filij, ex eo iam tunc in sacris constituti, ex soluta suscepti, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione; Et ad effectum præmissum obtinuit, dictum filium legitimari, et habilitari, ac ab eo omnem illegitimitatis maculam aboleri: cum autem in testamento relictis filio legitimo nonnullis bonis pro omni, et toto eo, quod ex bonis, et hereditate ipsius pretendere possit instituerit heredem vniuersalem Congregationem Verecundorum Bononiæ, et ab herede d. Antonij Mariæ pretenderetur supplementum legitime, fuit per sententiam Rotalem absoluta Congregatio à petitis, à qua interposita appellatione, et causa mihi commissa confirmando dictam sententiam tanquam validam, et iustam, iterum fuit dictum, nõ deberi supplementum legitime.

4 Quia etiam si negari non possit, quin Antonius Maria filius fuerit verè legitimatus, cum Papa ab eo absterferit omnem maculam natalium, verbum enim illud, legitimamus, quo Papa est vsus, veram atque plenariam legitimisationem importat, ut post *Anzel. in conf. 17. & Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. traditæ Ruin. conf. 75. num. 5. & 13. & conf. 86. nu. 6. vers. quinimodò arbitrator, lib. 3. Peregr. de fideic. art. 19. num. 35. & firmavit Rota decis. 626. num. 3. par. 2. recent. vbi, quod illud per se solum sufficit, ut filius ceaseatur in amplissima forma legitimatus, etiam si adiectæ clausulæ id significantes non adsint, ex ibi allegatis, et in *Romana legitima* 16. Decembris 1616. coram bo. me. Saccato, post *Merlin. de legit. decis. 62. num. 2. 3. & 4.* vbi, quod hoc procedit, etiam si Papa vsus fuerit verbo, *disponamus*, quia & ipsum potest importare legitimisationem, *Abb. in cap. per Venerabile, qui fil. sint legit. Oldrad. conf. 327. in fin. Gozad. conf. 6. num. 66. & 67.* Attamen cum legitimatio habeat clausulam sine præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione, & sic sit limitata, non solum præferuat præiudicium venientium ab intestato, sed etiam voluntatem, & dispositionem Antonij Mariæ patris, ita ut sic legitimatus teneatur illius iudicium sequi, & nullatè-*

nus ipsius dispositionem impugnate, tantquam habitatus ad succedendum in ea tantam parte, quæ patri placebit, & quatenus ei relinqueret, non autem ut succederet patri non disponenti, & contra, vel præter eius voluntatem, petendo legitimam non relictam, vel eius supplementum, ut tenet *Decian. conf. 41. num. 33. Peregr. conf. 18. num. 5. & seqq. lib. 4. Cost. de port. rat. q. 156. num. 3. cum seqq. Lup. de illegit. comment. 3. §. 1. num. 62. post med. latissimè infinitos cumulans firmat Castill. de coniect. ult. vol. sap. 22. num. 158. vbi testatur de veriori, & communiori, *Rimin. senior conf. 41. num. 9. vbi dicit, se in hoc non reperisse contradictorem, Gabr. conf. 30. num. 29. lib. 1. vbi alios refert, Rota in Rom. de Bonellis 24. Ianuarij 1635. coram me, & coram Cas. de Grass. decis. 3. nu. 10. & num. 13. vers. nequè obstat, qui fil. sint legit. & coram San. mem. Gregor. XV. dec. 135. & 301. sub num. 4. vbi sub nu. 6. subdit, non esse bonam consequentiam, legitimatus sine præiudicio venientium ab intestato, est verus legitimus, & filius, ergò illi debetur legitima, quia licet dicta clausula non limitet legitimacionem, limitat tamen successionem, cum possit dari vera legitimatio, quæ effectum successionis habeat limitatum, ut tenet *Soc. cõs. 246. n. 3. vers. secundò prima legitimatio, lib. 2. Decian. conf. 258. in fin. Ruin. Paris. & Socin. iun. in dicta decisioe allegati, & facit, quia successio non est de essentia substantiali legitimacionis, cum sint quid diuersum, nec de vno ad aliud inferatur.***

7 Et propterea censuerunt DD. gratiam, de qua agitur principaliter non emanasse super legitimacione, sed super facultate testandi concessa Antonio Mariæ patri, ut posset testari ad fauorem quarumcunque personarum incapacium, & posset in istum filium spurium hereditatem transferre, vnde sequitur, verè fuisse dispensatum, seu legitimatum, solum ad effectum succedendi ex testamento patri, cum ex tenore dispositionis pateat, in consequentiam, non principaliter factam fuisse hanc legitimacionem; Dispensatus autem huiusmodi, seu limitatè legitimatus succedit solum in eo, quod ei fuit relictum, & non in legitima, ex quo ei non est tributa facultas succedendi ab intestato, ut rectè firmatum fuit in *decisione R. P. D. mei Verospij 2. Martij superioris anni, Dec. conf. 263. nu. 3. ad med. vers. sed quidquid sit, Honded. conf. 89. num. 59. & seqq. lib. 1. vbi concludit, legitimam non deberi, quando filius legitimatus fuit ad succedendum patri, sed non ab intestato,*

Gabriel. conf. 24. num. 11. & num. 24. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 9. & latius conf. 18. num. 2. & seqq. lib. 4. vbi responderet contrarijs, Caldas in commentar. ad l. si curatorem, vers. si curatore, num. 53. C. de in integr. restit. min. cum alijs allegatis per Rotam coram me in supradicta Romana de Bonellis 24. Ianuarij 1635. ea ratione, quia filius legitimatus, qui non potest succedere ab intestato, neque potest præterdere legitimam, quæ est portio portionis debite ab intestato, ex latè deductis in dicta Romana de Bonellis. Quod clariùs assequimur ex verbis facultatis testandi, in qua post amplissima verba subiungitur. Ac ad effectum præmissum dictum filium legitimamus, & habilitamus, & c. qui effectus erat, ut in ipsum per patrem posset hereditas transferri, nec non ex clausula sine præiudicio venientium ab intestato, quæ operatur, ut talis legitimatus non consequatur legitimam, quia legitima est quota successionis ab intestato, & per dictam clausulam legitimatus excluditur à successione ab intestato, ex receptissima Doctorum sententia, Paul. de Castr. in l. gallus, §. & quid si tantum, nu. 16. in fin. ff. de liber. & posthum. Capra conf. 157. num. 43. in fin. Socin. conf. 95. num. 43. lib. 4. Ruin. conf. 72. num. 15. vers. secundò non valuit, lib. 3. & consequenter etiam à legitima, cum clarum sit, legitimam ei non deberi, qui ab intestato non succedit, cum sit portio portionis debite ab intestato, Arerin. in d. l. gallus, §. & quid si tantum, num. 21. ff. de liber. & posthum. Dec. conf. 576. sub nu. 6. Aym. conf. 11. num. 13. Rota coram Bubalo in Asculana legitima 2. Decembris 1588. impressa apud Merlin. de legit. dec. 39. in Romana supplementi legitima 8. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, impressa vbi supra decis. 36. & latè coram sanctæ memoriæ Greg. XV. d. decis. 135. & in dicta Romana de Bonellis 24. Ianuarij 1635. coram me, & verè facultas concessa per sanctæ memoriæ Gregorium XV. est restricta ad dispositionem ex testamento, nec in ea fit aliquod verbum de successione ab intestato, quæ propterea non censetur concessa, dum non legitur in facultate, Redoan. de spol. cleric. quest. 7. in princ. num. 7. Nauar. eod. tract. §. 7. num. 6. & 15. in fine.

9 Et hic intellectus est conformis tam petitioni Antonij Mariæ limitatæ ad facultatem testandi, quam concessionibus, suis in hac parte supplicationibus inclinatis, cui correspondet totus contextus indulti, ut ex lectura, ex qua apparet, totum indultum fuisse concessum ad instantiam, & contempla-

tionem patris illud petentis, ut ipse posset secundum eius voluntatem expressam in testamento, vel codicillis, aut donationibus liberè disponere ad fauorem quorumcunque, etiam incapacium, & facta fuit specialis mentio filii, ex quo illi magis resistebat ius commune, & *Constitutio* sanctæ memoriæ Pij V. non autem, ut ex hoc limitaretur facultas patri, cui post habitam mentionem filii apertis verbis datur absoluta facultas disponendi, nullis regulis limitata, per illa verba, *pro tui arbitrio, & voluntate absolutis, &c.* Concurrentibus igitur simul, quod patri data fuit libera, & absoluta facultas expressè disponendi, nullis iuris regulis limitata, & è conuerso limitata sitabilitas spurii ad succedendum sine valida dispositione, & quidem accessoriè ad indultum patri concessum, sequitur, ut dum pater ei reliquit bona, de quibus in testamento cum prohibitione aliud non petendi, non possit contra voluntatem patris prætere supplementum legitimæ, ex supra deductis.

10 Non obstat, quod clausula illa præseruet tantum iura venientium ab intestato, hic autem non fuerit institutus veniens ab intestato, sed locus Pius, quia immò censuerunt Domini dicendum, illam clausulam importare, ut legitimatus non possit succedere, etià si fuerit institutus extraneus, cum per illam legitimatus censeatur solum habitatus, ut succedat in eo, quod sibi fuerit relictum, nec possit venire contra, vel præter voluntatem legitimantis, ut fuit firmatum, ex allegatis supra, vnde non attenditur solummodò fauor venientium ab intestato, sed consideratur potiùs fauor legitimantis, ut liberas habeat habenas disponendi, & in terminis *Rota* coràm *Cesare de Grassi*, decis. 4. num. 10. & 15. cum seqq. qui filii sint legit. reprobando *Paris* cons. 7. lib. 2. nec non *Cephal.* qui eum sequitur cons. 117. lib. 1. & *Déc. cons.* 264. firmavit, talem legitimacionem cum clausula, *sine præiudicio venientium ab intestato*, etiam quod non agatur de præiudicio venientium ab intestato, non solum præseruare hoc præiudicium, sed etiam facere, ut sola voluntas testatoris attendi debeat, cum non possit sic legitimatus voluntatem paternam impugnare, per supra dicta, quæ clariora redduntur, attento, quod nêdum adest clausula, *sine præiudicio venientium ab intestato*, sed etiam alia clausula, aut alia valida dispositione, & alia clausula, aut aliàs *pro tui arbitrio, & voluntate absolutis*, quæ indubitanter concedunt

patri liberam potestatem disponendi, ita ut Papa voluerit præseruare iura sua venientibus ab intestato, & voluntate legitimantis, ita ut posset ad arbitrium disponere, & sic patet, referri debere ad Antonium Mariam patrem disponentem, ut firmatum fuit in *decisione* Domini mei *Verospij*. Valida enim erat dispositio qualiscunq; facta, fuisset per Procuratorem, iuxta formam indulti *ibidem* expressam, & sicut per successionem ab intestato succedebatur patri per consanguineos legitimos, & naturales, ita etiam alia valida dispositio intelligi debet de alia simili, per quam eidem succederetur, stante dictione, *alia*, quæ similitudinem significat, & non alternatiuam, quæ pariter ponitur inter similia, non autem de alia dispositione, ex qua succederetur alijs antecessoribus, nec ex his tollitur facultas disponendi, quocunq; modo, & forma, & solemnitate non seruata, quoniam dispositio valida intelligi debet secundum formam indulti, nõ autem prout de iure communi.

11 Pariter nihil facit, quod ista clausula non sit apposita legitimacioni, sed facultati testandi, cum non possit subsistere talis interpretatio, quia si Papa absolute præseruasset successionem ab intestato, abstulisset, non concessisset facultatem testandi, sed re vera clausula immediatè est apposita respectu successionis ipsius filij iuxta solitum, cum apponatur solum in legitimacionibus, non autem in facultatibus testandi.

12 Quoad generalitatem verborum indulti DD. placuerunt responsiones datæ in *decisione* Domini mei *Verospij*, cum quibus transierunt, quia per talem generalitatem conceditur libera facultas disponendi inter viuos, ac in vltima voluntate, non autem ab intestato, ut firmatur in *decisione* iuxta naturam facultatis disponendi, quæ de stylo non comprehendit successionem ab intestato, nisi expressè concedatur, sed quatenus etiam indultum comprehenderet facultatem disponendi ab intestato respectu patris, illa tamen fuit restricta respectu filij legitimati, ex supra dicta clausula, *sine tamen præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione*, per quæ verba prohibitum est ei contrauenire, non solum successioni ab intestato, sed etiam aliæ validæ dispositioni paternæ. Nec facultas codicillandi potest operari, ut liceat transmittere ab intestato, sed tantum, ut habens talem facultatem possit absque testamento disponere, vnde fit, ex facultate disponendi per codicillos non benè inferri ad facultatem

trans-

transmittendi ab intestato, cum sint inter se diuersa codicillaris dispositio, & simplex successio, & propterea datur casus, quod is, qui habet bona patrimonialia possit habere hæredem in eis, etiam si in alijs acquisitis ex bonis Ecclesiasticis succederet Camera, & sic ex illis verbis, *nec nõ quod omnia bona per te pro tempore relinquenda nullo modo tanquam spolia ad Sedem, & Camerã Apostolicam deuoluantur, vel spectent, seu deuolui, aut spectare dici, vel censi possint, pariter concedimus, & indulgemus, &c.* non est dicendum, Papam concessisse successione ab intestato, cum dicta uerba fuerint apposita ex eo, quod supra in principio indulti fuerat data facultas testandi, & disponendi de bonis, quæ cessante indulto spectarent ad Cameram. Ideo in hac parte fuit dictum, quod bona relinquenda nullo modo tanquam spolia spectent ad Sedem, & Cameram Apostolicam.

13 Nec prædictis obstant *decisiones in Romana legitima*, coram bo. mem. *Sacrato 57. & 62. post Merlin de legitim.* quia non applicantur, siquidem ex illarum lectura patet, in illa legitimatione contineri facultatem succedendi ab intestato, & deficere clausulam, *sinè præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione, et ad effectum præmissum*, quæ cum concurrant in isto casu, inde sequitur, illas non applicari, & nil mirum, si in illis *decisionibus* fuit firmatum, quod Robertus potuerit detrahere legitimam, non obstante patris prohibitione.

14 Denique nec releuat, quod pater filium instituendo agnouerit, ipsum habere Iuramentum, quia cum testator in institutione, usus fuerit clausula, *ac alijs omni meliori modo, quo potuit, &c.* dicendum est, illum censuisse, quod filius nullo modo posset contratabulare, ponderando, illum prohibuisse, nè aliquid amplius peteret, signum evidens, quod credidit, non posse aliud consequi, nisi ab eo fuerit relictum, non obstante quacunque legitimatione.

Ex quibus vtraque parte informante, pro confirmatione sententiæ Rotalis fuit resolutum, &c.

S V M M A R I V M.

I Filius naturalis in certis bonis à patre hæres institutus, eo addito, ut si Religionem aliquam profiteretur, non nisi certum quid annuum petere possit, si Congregationem aliquam Sacerdotum secularium ingrederetur, an fiet

locus dispositioni paterna super annua præstatione, & num. 3. & 7.

- 2 Religiosus ille dicitur, qui tria vota substantialia Regula professus est.
- 4 Congregati mōre Religiosorum an gaudeant immunitatibus Religiosis concessis.
- 5 Gabella an sit soluenda à fratribus, & sororibus tertij ordinis Sancti Francisci.
- 6 Legatum alicui relictum soluendum, si ad monachatum peruenerit, an debeat, si legatarius efficiatur tertij ordinis Sancti Francisci.
- 8 Mens potius, quam verborum vis in omni dispositione attenditur.
- 9 Religiosi noua acquirere Monasteria prohibentur, non citatis prius omnibus mendicantibus illius loci, sed an hoc procedat in clericis secularibus, qui uti Religiosi viuunt.

A R G V M E N T V M.

Agitur de filio naturali hæredem à patre in certis bonis instituto, eo expresso, quod si Religionem aliquam profiteretur, non nisi certam annuam quantitatem vitalitiam consequi possit, si hic ingrederetur Congregationem aliquam Sacerdotum secularium, qui ex permisso Sanctæ Sedis Apostolicæ uti Religiosi in Communitate viuunt, an fiet locus dispositioni testatoris quoad annuam præstationem vitalitiam ordinatam, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. C.



Filius naturalis in certis bonis hæres à patre institutus, eo addito, quod si Religionem aliquam profiteretur, professione sequuta non possit ab hærede vniuersali, nisi certam annuam petere quantitatem, dubitari contingit, si ingrediatur Congre-

gationem aliquam Sacerdotum secularium, qui ex permisso Sanctae Sedis Apostolicae uti Religiosi in communitate viuunt, certas obseruantes regulas, prout sunt in hac Ciuitate Patres Oratorii, ac Pij Operarii, nūm instando pro manutione, siue immisione bonorum, in quibus titulo particulari fuit haeres institutus, possit haeres vniuersalis aduersus illum excipere de ingressu Congregationis, & successiue, ut nō nisi illam certam annuam praestationem a patre ordinatam consequi valeat, ac si Religionem aliquam professus sit?

2 Pro ratione dubicandi videbatur pro filio respondendum, cum hic talis Religiosus nō sit, de quo verba fecit testator; etenim iuris est indubitati, illum dici, & censi verē Religiosum, qui tria vota substantialia Regulae professus est, *cap. cum ad Monasterium de stat. legal. & tract. D. Thom. in 2. 2. q. 186. art. 2. 4. & 5. ergo.*

3 Sed hac dubitandi ratione nō obstante, contrariam sequor sententiam, secundum quam pater, qui sic disposuit, si interrogatus esset, respondisset, quantis enim conclusio modo firmata verissima sit, de qua dubitari nō possit, Attamen quoad iuris effectum pro eo, quod ad casum nostrū pertinet ex germana interpretatione voluntatis patris, nullum est constituendum discrimen, quod hic filius ingressus est Congregationem Sacerdotum, in qua collegialiter, & Religiose viuunt, vel si Religionem aliquam professus sit; probō sic; certum est, & a neque conuenerit, has personas sic uti Religiosos in communitate viuentes gaudere omnibus praerogatiuis, immunitatibus, & exemptionibus, quibus verū Religiosi gaudent, sic enim in anno 1602 declarauit Sacra Congregatio Dominorum S. R. E. Cardinalium *Sueri. Trid. Concil. interpretū, cuius declarationis verba trāscripsit Cherubini in Schol. Bullar. an. 1602. Leonis X. simili 99. Bull. Pō. Ne impediatur marit. causa 27. c. 19. §. 1. Portal. in dubijs regul. in verb. Tertia, num. 70. alij; gaudent enim canonis, & fori privilegio, *Rico. post alios de iur. 88. part. 2. & Barbos. de potest. Episcopi, p. 2. alleg. 1. 3. num. 41. & a gabellarum solutionibus immunes reputantur, probat Ignat. Lasser. qui in terminis legis Regiae Regnorū Castelle, & Legionis, qua cautum est, ut ex venditione cuiuslibet rei soluat Domino nostro Regi decima pars pretij, quae vulgō *alcuala* nuncupatur, quae tamen sit soluenda a Fratribus, & Sororibus tertij ordinis Sancti Basilij, qui priuatam agunt vitam**

cum vxoribus, & maritis, & ex *Gregor. Lopez de Dico. Petre. Francisco Sarmien. & alijs* affirmatiue respondit, quia haec persona, uti iurisci reputatur, secus autem, addit, si uti Religiosi in communitate viuere, prout sunt hodie plura Monasteria, hos enim ordinē ab huiusmodi solutione exemptos, & immunes esse affirmat in suo *tract. de decima vendit. & permou. cap. 19. num. 91. & post eum Gironda de Gabell. p. 7. num. 40. & 42. Guierrez eod. tract. quest. 95. n. 5. & Riccobonit. in fine.*

6 Hoc quē adeo verum profiteor, quod cum talis dubitatum esset, an legatum alicui Religiosum soluendum, si ad monacatum perueniret, deberetur, si legatarius efficeretur tertij ordinis Sancti Francisci, in quo nulla sollemnis emittitur professio, cum distinctione fuit responsura, ut nullatenus debeatur, si priuatam duceret vitam in propria domo, quamuis cum habitu illius ordinis, secus, verō si ut Religiosus in communitate viuere, ratio assignatur, quia fatissit mentem testatoris, probat *Castill. decis. 88. lib. 1. ubi in fine subdit, distinctionem istam uti verissimam a magnis Viris in praxi uidisse receptam, & dicitur, qui in mulieribus bizotichis, in dubiis hinc affirmat part. 1. resol. uniuersal. tract. 2. resol. 84. & in additionibus secundum res. resol. 28. Nouar. de elect. & variat. foris. lib. 1. q. 661. m. 168. & alij.*

7 Qua conclusione sic stāte, si esset factum legatum huic filio, eum ad monacatum perueniret, posset utique illud assequi, ingrediens Congregationem, in qua collegialiter, & Religiose viuunt, quia diceremus latere mentem disponentis, eandem dicere nō debemus, ut haec fuerit mens patris in casu proposito, ut nō nisi testator hic filius assequi posset, eum in claustrum Religiosum uiuere elegisset, undē si diceret modo repugnant uerba disponentis, qui loquutus fuit pater de Religione, assistit tamen mens illius, quae uerē fuit, ut quoties hic filius mundum relinqueret, & uti Religiosus uideret, certam annuam haberet praestationem, quae ei pro necessarijs sit esset, quo sit ut dicamus, in omni potestate extrema dispositione potius attendendam esse mentem, quam uerborum uim, & naturam, ita docet *Big. in d. resol. pen. C. de impub. & alijs subdit. Bar. in lin. ambiguo. ff. de reb. sub. iur. Claudi. §. testamentum, quest. 76. Menoch. conf. 20. num. 10. lib. 1. & in tract. de praesumpt. lib. 1. quest. 26. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 5. Peregr. de fideicomms. art. 11. & alij praesens Fusar. de subst. quest. 237. num. 13.*

vbi num. seq. docet, in vitimis voluntatibus pro expresso haberi, quod testator expressisset, si interrogatus fuisset, vel de eo cogitasset, ad quod allegat *Ant. Gabriel. comm. concl. tit. de reg. iuris, concl. 10. Mant. de cōiect. ult. vol. lib. 3. tit. 19. Peregr. cit. art. 11. n. 32. & alios, vt ibi, quibus addo Afflict. decis. 44. num. 26. Ant. Gamm. decis. Lusit. 193. num. 7. Surd. decis. 254. num. 37. Cald. de Pereyr. de emptio. & vendit. cap. 9. num. 8. & alios penes Nouar. decis. 206. per totam, vbi in terminis Bullæ Clementis VIII. confirmatæ per Urbanum nouissimè defunctum (qua cautum est, ne Religiosi possint noua acquirere Monasteria, non citatis prius omnibus Mendicantibus eiusdem loci, & non constituto coram Ordinario, quod commodè ibi viuere possunt, absq; aliorum Mendicantium detrimento) quærit, an sub hac Constitutione comprehendantur clerici seculares, qui vt Religiosi viuunt, prout sunt in hac Ciuitate Patres, vulgò dicti *Gerominini*, ac *Pij Operarij*, qui sunt Patres Sancti Georgii Maioris, vt nimirum in erectione nonarum domorum forma Patrum sit pariter obseruanda horum huius Bullæ? & affirmatiuè respondit, vbi hi Patres ex eleemosynis viuerent, nam quamuis *Clementina Constitutio* verba faciat de Religiosis, de quorum numero *Pij Operarij* non sunt, attamen quia ratio, quæ mouit Sanctissimum illum Pontificem, fuit, ne ex nouorum Monasteriorum erectione, aliorum Mendicantium eleemosynæ diminuantur, hæc quidem ratio verificatur, tam respectu verè Religiosorum, quam Clericorum secularium in communitate viuentium, vnde quamuis verba Constitutionis repugnent, quia sonant in Religiosis, inest tamen ratio, & mens Pontificis, quæ est apta comprehendere clericos seculares Mendicantes, quæ quidem mens, et ratio est attendenda, vt dispositio, et verbis præualeat, *Surd. decis. 19. nu. 1.**

S Y M M A R I V M.

- 1 *Filio naturali legitimo à patre herede instituto an sit danda immissio virtute l. final. C. de edict. diui Hadriani opponente se proximiorè, & legitimationis defectum allegante.*
- 2 *Oppositio, quæ fit in possessorio altiore requirens indaginem dicitur impertinens.*
- 3 *Immissio non impeditur, oppositis exceptionibus petitorum respicientibus.*
- 4 *Exceptio spurietatis, inualiditatis, aut nullita-*

tis legitimationis an impediatur immissio virtute l. fin. C. de edict. diui Hadria. toll.

- 5 *Possessionis potest esse quis capax, licet demum proprietatis fiat incapax.*
- 6 *Filia est immittenda in possessionem bonorum paternorum, quamuis allegetur, bona illa esse feudalia, quorum femina de iure communi feudorum dicitur incapax.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filius naturalis legitimatus per rescriptum Principis sit immittendus in possessionem bonorum paternorum, in quibus institutus est, si agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, simulquè, ac filiationem denegans.

C A P. C I.



Illius naturalis, siuè spurii à patre mediante Principis rescripto legitimatus, ac demum hæres in sollemni testamento institutus, dubitatur, an si petierit se immitti

in bonorum paternorum possessionem virtute *l. fin. C. de edicto diui Hadriani toll. im-* mittendus sit, vel potius in iudicio proprietatis audiendus, dum agnatus proximior comparuit, legitimationis defectum allegans, simulquè, ac filiationem denegans.

Contigit in Sacro Consilio de hoc dubitari in causa Don Francisci Alderisij filij spurij quondam Don Ioannis Alderisij, sed legitimi etiam quodam successione, qui cum petisset, se immitti in possessionem bonorum paternorum, & hoc vigore paterni testamenti in actis presentati, non aboliti, nec cancellati, sed omni sollemnitate valati, se opposuit Don Pompeus Alderisius defuncti germanus frater, denegans, præfatum Don Franciscum esse Don Ioannis filium, ac multa aduersus legitimationis priuilegiū allegans, quare an esset locus in hoc casu remedio *d. l. fin.* dubitatum extitit.

Respondi vnâ simul cum Domino Francisco-Rocco Aduocato doctissimo, & inte-

primarios S.C. partes Don Francisci hæredis scripti tuentes, esse illum omninò immittendum, ac de oppositis per Don Pompeum non nisi in petitorio tractandum, etenim negari non potest, quin utraq; hæc oppositio altiore requirat indaginem, ad tradita in puncto per *Paul. de Castro in l. scriptum 11. C. de probat.* ac proinde in possessorio summatio de his videre satis esse impertinens assueveramus, constat enim, exceptiones omnes petitorium respicientes, & quæ in continenti non probantur ex receptissima Scribentium sententia immisionem ad hæredis scripti favorem non impediunt, notant omnes in *d. l. fin. & in puncto*, quòd exceptio spurietatis, & inualiditatis, aut nullitatis legitimatōis immisionem virtute *d. l. fin.* non impediatur, ratione, & autoritate probauimus, ratione, quia spurij possessionis sunt capaces, *Paris. conf. 96. num. 7. lib. 4. Keralt. decis. 341. pars. 2. in fine*, nec est inconueniens, ut quis sit possessionis capax, licet demùm proprietatis fiat incapax, autoritate, sic enim in puncto scripserunt *Ruin. conf. 87. ad finem, lib. 3. Bero. conf. 57. nu. 3. & 172. lib. 2. Soc. iun. conf. 97. num. 46. lib. 2. Roland. conf. 22. num. 15. & 36. lib. 3. Gozad. conf. 6. num. 87. cum seq. Nata. conf. 473. in princ. tom. 2. Riminal. conf. 69. num. 115. Alciat. conf. 389. Alex. Raudens. tract. de analog. cap. 36. nu. 73. Cesar Contard. in l. unica, num. 12. in fine, & num. 19. C. si de moment. possess. fuer. appell. Ferall. decis. 342. lib. 2. & satis benè Cesar Argel. alijs omissis in tract. de acquir. possess. quest. 3. art. 10. à nu. 550. vbi num. 555. utitur exemplo filix à patre vniuersalis hæredis institutz, ut ad bona hæreditaria sit immittenda, etiam si allegaretur, bona esse feudalia, quorum fœmina de iure communi feudo: um dicitur incapax, allegat *text. in c. 1. S. inter filiam, in tit. si de feud. defunct. fuerit controuers. & alios DD. ut ibi.**

S K M M A R I V M.

1. Frater succedit fratri in feudo nouo pecunia quæsita, non obstante inuestitura pro se, & hæredibus ex corpore, sed quid in feudo concesso in remunerationem seruitiorum, num. 2. 7. 8. 9. & 11.
2. Labor, & industria pretio æquiparantur.
3. Frater primogenitus sicut fratribus secundogenitis tenetur conferre pretium feudi noui pecunia quæsiti, sic etiam & pretium feudi communi patri conuerti in seruitiorum remunerationem.

5. Princeps concedendo aliquid subito in remunerationem seruitiorum, non dicitur munificentiã exercere, sed potius debitum soluere.
6. Remuneratio quando inseruienti non est promissa, Iudicis subintrat officium ad illam cõsequendam.
10. Inuestitura tenor semper attendi debet, cum quis sendo succedere velit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an frater, qui vigore nouarum gratiarum succedit fratri in feudo nouo pecunia quæsita, non obstante inuestitura pro se, & hæredibus ex corpore, possit etiam, eisdẽ attentis gratijs, succedere in feudo nouo fratris, non pecunia, sed in seruitiorum remunerationem concesso.

C A P. CII.



1. Fratrem, siuè ex utroquẽ, siuè ex altero tantum latere coniunctum posse hodiè vigore nouarum gratiarum in feudo nouo fratris sui pecunia quæsita succedere, quãuis inuestitura canat, pro se, & hæredibus, ex corpore, ratione, & autoritate probauimus *lib. 1. cap. 126. num. 44. cum pluribus seqq.*
2. Post quorum scripta dubitari contigit, an hæc indubitata conclusio procedat, vbi feudum acquisisset frater, non pecunia, sed in seruitiorum remunerationem? pro dubio videtur affirmandum, ex eo, quòd à nostratibus, infra allegandis idem semper iudicatum fuit de feudo pecunia quæsita, ac de illo in seruitiorum remunerationem à Rege concesso, cum labor, & industria æquiparentur pretio, *l. si conuenerit, S. I. ff. pro socio, can. sunt nonnulli, l. q. 1. vbi obsequia, & pecunia parẽm vim habent, Andr. in c. 1. nu. 3. in fine, de feudo guard. quem citat Rouit. in pragm. 24. aliàs 25. num. 40. de feud. hinc in Regno, sicut apud omnes indubitatum est, filium primogenitum succedentem in feudo à patre quæsita, teneri pretiũ*

à patre ipso in illius emptionem erogatū cum secundogenitis conferre, ex vulgata *Andr. theorica in cap. Imperialem, §. praterea Ducatus, in addition. num. 39. & 40. de prohib. feud. alien. per Feder.* ita pariter teneri illum conferre pretium feudi à Rege patri in seruitiorum remunerationem donati, sicq; Sacrum Consilium decreuisse, testatur *Io. Vinc. de Anna sing. 201. de quo memores fuerunt Abb. Maur. in additio. ad allegationes Marcelli sui patris, allegat. 52. Ronit. loco cit. Anellus Amat. conf. 6. nu. 13. Petr. ad Capyc. decis. 2. Borrel. in summ. decis. par. 1. tit. de feud. nu. 705. cum seq. & alij.* Facit secundò, cum in cōcessione, quæ sit propter seruitiorum remunerationem non aliter dici potest, Principem munificentiam in concessionariū exercere, sed potius debitum solvere, est *text. satis elegans in l. Attilius Regulus 27. ff. de donatio. quem de his agens allegat Borrell. loco proximè cit. subdens ex Bald. Mart. Laud. Card. Alex. Tiraquell. & alijs, feudi concessionem propter benemerita ob concessionarii ingratitudinem à concedente reuocari non posse, & glos. in d. l. Attilius Regulus, in verb. mercede satis notantèr dixit, quòd quando inseruienti remunerationem non est promissa, Iudicis subintrat officium ad illam consequendam, vnde in casu nostro, concedendo Dominus Rex noster feudum alicui in seruitiorum remunerationem, vnico actū videtur solvere inseruienti pecuniam pro præstitis seruitijs, & postea pro illa mercede in pecunia soluta feudum vendere, sicq; actus ille medijs celeritate coniungendarum actionum occultatur, ita vt iudicetur feudi illa concessio potius contractus emptionis, & venditionis, quàm mera liberalitas, *Ronit. loco cit. num. 38. & 39. & in pragm. 1. nu. 161. de titul. abus. in scrib. sublat. post Francisc. de Amic. de feud. in tit. de his, qui feud. dare possunt, in questione, quæ incipit Ex hac igitur decisione, fol. mihi 97. si igitur, vt ad calum, de quo dubitauimus, reuertamur, idem iudicarunt nostri de feudo pecunia quæsito, & de illo in seruitiorum remunerationem concesso, consequens erit dicere, vt quemadmodum frater, siue vtrinq; coniunctus, siue vterinus in feudo fratris pecunia quæsito, stante gratia prædicta potest succedere, non obstante inuestitura pro heredibus ex corpore, ita pariter in illo acquisito in seruitiorum remunerationem.**

7 His tamen non obstantibus, quamuis verissimis, crederem in hoc casu cōtrariam sententiam veriorē esse, idquē attento

tenore supplicationis gratiæ prædictæ, & decretationis inde sequutæ, nam cum Barones supplicassent Domino tunc Regi nostro, dignaretur ille gratiam concedere, vt in feudis nouis possent fratres, & sorores ad inuicem succedere, serus, & ætatis prerogatiua seruata, non obstante, quòd communis forma inuestituræ in hoc Regno, quæ se habet pro se, & heredibus ex corpore, repugnaret, vt gratiam hanc facilius assequi, & obtinere potuissent, dixerunt, quòd id non supplicabatur pro illis feudis, quæ Sua Maiestas alicui donaret, vel in seruitiorum remunerationem concederet; sed solum pro feudis, pretio acquirendis, sub illis verbis; *Et in questo non viene la Maestà Vostra à patir danno alcuno, assesto che questo non si supplica per quelli feudi, che la Maestà Vostra donasse, ò concessesse in remuneratione de' seruitij, ò per altra causa, ma solo per li feudi, che si comprano, &c. cui quidem supplicationi sequitur Regia decretatio in hunc modum. In feudis, quæ per Regiam Curiam vendi contingerit, Regia, & Catholica Maiestas vult, & iubet, fratres, ac sorores em-
8 ptoris posse succedere, &c.* Ex præfato supplicationis tenore, & prouisione inde sequuta plusquam certum est, gratiam prædictam non comprehendere feuda in seruitiorum remunerationem concessa, sed tantum emptionis titulo acquisita, confirmatur, nam cum gratia iam obtenta loquebatur tantum de feudis à Regia Curia emptis, successit dubitatio, an illa procederet, quando feudum non à Regia Curia, sed à priuatis emptum esset, quòd proinde necesse fuit aliam porrigi supplicationem, vt pariter Rex gratiam concederet, etiam pro feudis à quouis persona emendis, per hæc verba, *si degni concedere detta gratia non solo de li feudi, che si comprano dalla Regia Corte, come già la Maestà Vostra è restata seruita ordinare, ma in tutti li feudi, che si comprano da qualsiuoglia persona, &c. cui quidem supplicationi Rex assentiendo, in hunc modum respondit. Quod verò attinet ad successionem fratrum, & sororum, eorum. s. qui à priuatis personis feuda obtinuerunt a quo animo votis præfati Regni annuit, &c.* Ex quibus omnibus constat amplissimè, feuda in seruitiorum remunerationem concessa fuisse in gratiis prædictis excepta, vel saltem sub illis non comprehendi, cum Barones non solum pro gratia ista obtinenda non supplicauerunt, sed expressè in precibus oblati protestati sunt, quòd non aliter supplicabatur pro feudis in seruitiorum remunerationem concede-

dis,

dis, vnde remansit casus sub iuris dispositione, iurisq; regulis suppositus, quo fit, vt cum de eo dubitari contingerit, cogimur respondere illud idem, quod nostrates ante dicta gratia impetrationem dixere, in successione feudi a fratre pecunia quaesita cum clausula, pro heredibus ex corpore, vt nullatenus in eo feudi genere frater fratri succedere possit, cum non sit ille ex corpore acquirentis, sicq; redditur ad succedendum inhabilis, attento tenore inuestiturae, quae semper attendi debet, vt dixit Bal. que citat, & sequitur *Afflic. decis. 293. num. 2.* licet contrarium dispositum esset per *Constitutionem*, quo quidem iure attento frater, siue utrinq; coniunctus, siue ex altero tantum latere fratri suo in feudo pecunia, vel ex Principis munificencia quaesito succedit, & hoc, quia inuestitura canebat *pro se, & heredibus simpliciter*, vnde cum demum communis forma se habuit, *pro heredibus ex corpore*, qui non est ex corpore acquirentis, quamuis in gradu successibili, in vim pacti succedere prohibetur, & quamuis hodie obstet gratia, de qua supra, attamen quia illa, vt dictum est, loquitur tantum de feudis pecunia quaesitis, attento tenore supplicationis, & decretationis inde sequitur, extendi non potest ad feuda inuiciorum remunerationem alicui benemerito concessa cum clausula praedicta, *pro heredibus ex corpore*, sicq; quando casus contingerit, pro Fisco ad fratris exclusionem erit respondendum, salvo tamen iudicio rectius sentientis.

S V M M A R I U M.

- 1 Frater an succedat fratri in feudo, adhuc si coniunctus non est ex illo latere, vnde feudum prouenit.
- 2 Feudatario defuncto relicto feudo paterno, cuius inuestitura canit pro se, & heredibus simpliciter, concurrentibus fratre vterino secundogenito, & nepote ex altero fratre vterino primogenito, vter melius induat arma, & num. 4. 6. & 15.
- 3 Filij fratrum ad feudi successionem an ita demum vocentur per *Constit. Regni Vt de successione*, si feudum illud ab eorum auctore acquisitum fuit, & num. 10.
- 5 Constitutio *Vt de successione* gradus, & non personas connumerat, & n. 7. & 12.
- 8 Filij sororum vocantur per *Constit. Vt de successione*, quamuis de filiis fratrum tantum ibi mentio fiat.

- 9 Patruus, & amita, an sint vocati per *Constit. Vt de successione*.
- 11 Nepos an possit succedere patri in feudo ex largitione acquisito.
- 13 Ratio, quando est eadem in casu non expresso, quae viget in casu expresso, casum non expressum comprehendere potest.
- 14 Statutum vocans ad successionem fratrem an censeatur pariter vocasse fratris filium.

A R G V M E N T U M.

Agitur, an frater vterinus secundogenitus in successione feudi paterni fratris vterini, cuius inuestitura canit, *pro se, & heredibus simpliciter*, praefendus sit nepoti ex fratre vterino primogenito praemortuo, & de alijs ad ornatum *Constit. Regni Vt de successione*.

C A P. CIII.



Fratrem fratri in feudo tam nouo, quam antiquo succedere, siue utrinque coniunctus sit ille, qui succedere vult, siue consanguineus, siue vterinus, satis aperte probatur in *Constit. nostra Vt de successione*, quae magis communiter Nostrates intellexerit, alias demonstrauimus, adhuc si frater, qui successurus est fratri defuncto coniunctus sit ex diuerso latere, non ex eo, vnde feudum prouenit, dummodo inuestitura canat, *pro se, & heredibus simpliciter*, sic enim contra *Marini Glossatoris* sententiam ratiocinati sunt *Andr. Loffred. Reg. de Pont. Camil. de Medic. Praef. Amat. & alij per me relati lib. 1. cap. 126. num. 1. 2. & 9.* quicquid in contrarium contra communem, ac receptissimam sententiam nouissime scripserit olim noster *D. Praef. Vssin.* in suo *tract. de succes. feud. par. 2. q. 2. art. 1.*

Sed quaestio insurgit, data inuestitura modo, quo supra, *pro se, & heredibus simpliciter*, quid dicendum, si feudatarius decesserit cum feudo paterno, superstitibus sibi

nepote ex fratre vterino primogenito primogeno, & fratre vterino secundogenito, vter istorum in feudo predicto succedet, & sic an nepos patris sui premortui personam subingrediens, an verò frater secundogenitus ex propria persona?

3 Et quòd succedat tantum frater secundogenitus, nepote ex primogenito premortuo prorsus excluso, videtur affirmandum ex dispositione *Constit. Vt de successione*, quæ tunc de mùm fratrum filios ad feudi successionem vocat, si feudum illud ab eorum auo acquisitum fuit, ibi, *Filij autem fratrum his, quæ communis patris fuerunt, aut eorum scilicet idem ius, quod pater eorum habeant.* Cum autem attentò casu proposito feudum defuncto fratri ex patre suo, siuè à maioribus suæ agnationis prouenerit, nepos ex fratre vterino nullatenus succedere potest, & ita individualiter affirmat *Ioseph Cunia in cap. si aliquem, in verb. non communibus, nu. 1. fol. mihi 90.* quo loci dicit, hunc casum fuisse omissum per dictam *Constitutionem*, & cum potuisset simpliciter loqui, & clarè exprimere, & non expressit, nihil; dixit, sequitur, quòd in hoc casu disponere noluit, & per omissionem contrarium disposuit, argumento *tex. in l. penul. §. si verò talis, C. de caducis tollendis.*

4 Sed certè contraria sententia probabilior mihi videtur, nimirum vt in casu proposito potiora sint iura nepotis ex fratre vterino primogenito, quam illa fratris, vterini secundogeniti; probò ratione, & auctoritate; ratione, nam cum *Constitutio* nostra in linea collateralis gradus, & non personarum connumeret, vt satis aperte probatur in *S. in vltiori autem gradu positus, & pro indubitato affirmat glo. ibi in verb. non succedunt, (quamuis contrarium annuere videatur in verb. habeant) Andr. in vers. filij autem fratru, & in vers. idem ius, & in cap. 1. nu. 4. vers. predicta quoque Constitutio, in tit. Imper. Lothar. Petr. de Montefort. in d. Constit. num. 9. vers. & quia dicta Constitutio, & num. 13. in fine, Affl. num. 42. vers. & quòd in veritate, Loffred. in d. cap. 1. Imper. Lothar. Io. Thom. de Marinis de feud. tit. 12. num. 17. Cunia loco cit. in verbo mortis, num. 85. Anna pater. allegat. 34. num. 4. 17. & 19. omnino videndus, Anna filius còf. 113. num. 19. 20. & 21. Tap. in d. Constit. in fine, vers. in vltiori autem gradu, lib. 6. fol. 130. & alij, sequitur, dicunt omnes hi Doctores, vt subintret successio, in omnibus personis, quæ sunt infra illos gradus, quasi omnes personæ intra illos gradus existentes sint, expressè in ea Regni lege nomina-*

6 ta; vnde cum nepos ex fratre vterino primogenito, defuncto feudatario sit tertio gradu coniunctus, vsquè ad quem quidem gradum attenda dicta *Constitutione* extenditur successio, non est, cur dubitari possit, vt ab huius legis Conditor vocatus censetur, & cum ex receptissima sententia, secundum quam fuit miles iudicatum, patris sui personam subingrediatur, preferetur patruo suo secundogenito: & quòd sit verum, *Constitutionem* enumerasse gradus, & non personas, subdit *Andr. locis proxime citatis, patruum, vel amitam ad nepotis feudatarij successionem à dicta Constitutione* vocatos, siuè nominatos non esse, & tamen, quia sunt in tertio gradu, verius est, quòd succedant, sicut nepos patruo; id, quòd pariter constantè affirmarunt *glos. in verb. non succedunt, Barthol. de Capua ibidè, Petr. de Montefort. num. 6. & 13.* quo loci dicit, ex hac ratione filios sororum in d. *Constitutione* includi, quamuis de filijs fratrum, non autem sororum ibi mentio fiat, *Affl. nu. 40. 41. & 42. & in d. cap. 1. Imper. Lothar. in quibus locis glosas, quæ videntur sibi contrariæ benè declarat, & conciliat Loffred. in d. cap. 1. vbi latissimè hanc pro patruo tueretur sententiam in tit. Imper. Lothar. Gugliel. de Perno cons. 21. & in d. cap. si aliquem, Petr. de Gregor. de concess. feudi, par. 6. quest. 12. nu. 8. Rouit. in prag. 6. de feudis, quicquid demùm sibi dixerit in decis. 94. Georg. alleg. 12. nu. 9. Io. Vinc. de Anna cit. alleg. 34. Ego ipse citato cap. 1. 26. num. 73. vers. minus etiam, nec dicas, hoc absolute verum non esse, ex quo, vt patruus, siuè amita possint nepoti succedere, opus fuit, vt pro illorum inclusione, noua impartiretur gratia, quam impetrari certè necesse non erat, si à *Constitutione* vocati essent; huic enim obiectioni satis benè respondet *Io. Thom. de Marinis de feud. cit. tit. 12. num. 17. fol. 116. à ter. quo loci dicit, gratiam non aliter fuisse impetratam, quia dubitabatur, an patruus, vel amita sub Regni Constitutione* includerentur, nam cum in illa connumerentur gradus, censentur etiam enumeratæ personæ, quæ in tertio gradu reperiantur, vt sunt patruus, & amita, §. tertio gradu, *Instit. de gradibus agnationis*; Sed vt impetraretur hæc gratia, opus fuit ad tollenda dubia, quæ exoriebantur ex tenore inuestiturarum, quæ canebant, *pro heredibus ex corpore descendentibus, nam cum patruus ex defuncti nepotis corpore dici non poterat, quamuis benè ex corpore primi acquirentis, sicquè Fiscus illum, excludere prætendebat, vt tolleretur hoc**

dubiū, dicitur Io. Thom. de Marinis, opus fuisse impetrari gratiam prædictam, quæ in tit. de feud. in vol. prag. est 6. & 12.

10 Quibus sic stantibus, & pro verissimis præsuppositis ad obiectum factum respondetur, satis vanum esse asserere, nepotes ex fratribus, attentæ literæ textus non posse succedere patruis, nisi in feudis, quæ fuerunt eorum aui, ibi, *filij autem fratrum*, &c. Sicquæ nepotem ex fratre uterino, cum sit feudum defuncto patruo à patre obuentum, succedere in illo non posse, etenim huic obiectiōni bene satisfacit, si ponderemus *Andræ* Theoricam in d. *Constit. col. 6. vers. quod autem dicitur*, ubi ait, verba illa *sex. filij autem fratrum in his, quæ communis patris*, &c. non aliter fuisse appōita pro expositione *S. ex collateralis*, qui de fratre, siue ex utroque parente, siue ex altero tantum simpliciter, & indistinctè loquitur, & de nepote uerbum nullum, nam est in medio *S. coniugata*; sed idè illius legis Conditorum dixisse, *ut fratrum filij his, quæ communis patris fuerunt, aui eorum scilicet, idem ius, quod pater eorum habeant*, ad constituendum differentiam pro illis feudis, quæ patri ex Regia largitione, uel alio titulo acquisierunt, ut nimirum in illis nepotes succedere non possint, bene autem in his, quæ fuerunt aui, defuncti feudatarij patris, quod proinde eadem ratione subdit *Imperator*, in *acquisitis autem patruo ex largitione nostra, uel quolibet titulo nepotes ex fratribus non succedunt*; nec dicat *Cumia loco cit. casum, de quo agimus, fuisse omisum per Constitutionem*, nam assueperatio hæc aduersatur his, quæ alijs idem Doctor Sicularum affirmavit in eodem cap. *si aliquem, in verb. mortis, nu. 85. fol. 121. dum inhærendo sententiæ glos. & Andr. dixit, Constitutionem gradus, & non personas enumerare, sicquæ patrum, qui est in tertio gradu nepoti succedere; etenim si Constitutio enumerat gradus, nepos ex fratre uterino, qui est in tertio includitur, & sic non potest dici, casum omisum, nam ut supra diximus, Constitutio, non loquitur nec de patruo, nec de filijs fororis, & tamen quia sunt in tertio gradu, includuntur.*

11 Immo dico plus, quod si audaciter contra literam, & mentem *sex. aliquorum sententiæ* communiter reprobatae adhærere uellemus, quod Constitutio personas, & non gradus enumeret, adhuc dico, nepotis iura in tuto esse; nam quamuis in *sex. non nisi fratris persona nominata inueniatur, sub illis uerbis, ex collateralis linea uenientes, ut*

fratres, siue ex utroque parente, siue ex altero tantum, &c. attamen cum fratres nominauerit, censentur pariter nominati fratris filij, probatur, quia ratio *Constitutionis* non repugnat; nõ enim maior consideratur ratio in admittendo fratrem uterinum, & fratris uterini filium, sicquæ succedit conclusio, quod quando eadem est ratio in casu non expresso, quæ uiget in casu expresso, & Legislatoris uerba adhuc improprie sumpta casum non expressum comprehendere possunt, tunc uerba statuti late sunt accipienda, ut ad casum non expressum extendantur, sic post *Bart. Bald. & alios*, quos allegat satis eleganter ratiocinatus est *Alex. in conf. 36. à num. 11. lib. 6. ubi respondet ad obiectum, quod fieri potest, nimirum, quod in materia correctoria ex idèitate rationis extensio prohibetur, ad *sex. in l. præcipimus. C. de appellat.* respondet enim, quod in hac facti specie casus non includitur sub statuto per extensionem, sed ex omnimoda mente ipsius statuti, quia ubi in casu nõ expresso in statuto uiget ratio, quæ est in casu expresso, tunc casus non expressus dicitur uenire ex mente statuti, non autem ex extensione, allegat *glos. in cap. si postquam, de elect. in 6. & in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. & alios, ut ibi, subdens per hoc num. 11. singulare dictum pro decisione casus, de quo**

14 agimus, quod si statutum uocat ad successionem fratrem, censetur pariter uocasse fratris filium, quamuis sub lata, uel impropria significatione, quia filius fratris succedit in locum patris sui, & sic in locum fratris, ad *sex. in §. si igitur defunctus, auct. de heredibus ab intest. uenient. & §. 1. cum rubrica, auct. ut fratrum filij*. ergo, dicit *Alex.* appellatione fratris sub larga significatione debet comprehendere persona, per quam representatur frater, sicquæ Statuentes intellexisse, ut sub prouisione facta de fratribus, fratris filij comprehendantur, id, quod etiam sentire uidentur *Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de success. ab intest. Anchar. in cap. 1. de constit. & Napodan. in Consuet. Si moriatur, fol. m. 73. lit. D. conferunt scripta per D. de Franch. decis. 542.*

15 Confirmatur hæc mea sententia indiuiduali auctoritate *Andr. qui in d. Constit. de success. col. 2. & 3. in verb. fratres, vers. de contra* pro indubitato supposuit, *Constitutionem fratrem, & nepotem fratris admittere, siue ex utroque, siue ex altero parente sit coniunctus, obserua, quæso, uerba Andr. quæ sunt, de contra, quod non, quia consuetudo erat, ut remota quantumcumque suc-*

derent,

devent, quæ correctæ est, eo quod excludebat filiam, ut supra l. proxima, & hoc in alijs articulat, & tantum fratrem, & nepotem fratris admittit simpliciter, siue ex utroq; siue ex altero parente sit coniunctus, non distinguit, si sit coniunctus ex illo latere, unde est feudum, vel non, simpliciter dictis, simpliciter debet intelligi, etc.

Hæc breuiter, & tutrenti calamo scripsit, quando casus continget, melius cogitabo, quia articulus est satis difficilis.

S V M M A R I V M.

- I Fructus percepti per heredem grauatum post purificatum fideicommissum an, & quando, et à quo tempore sint fideicommissario restituendi, & num. 3. 5. 6. & 7.
- 2 Possessor fundi fideicommissi subiecti an vna cum fundo, quem possedit teneatur restituere fructus, quos bona fide percepit.
- 4 Hæres grauatus post casum fideicommissi teneatur fructus, quos percepit restituere fideicommissario.
- 8 Fructus, qui vna cū re sūt restituendi vero domino, ad quā rationē liquidatur, & n. 9. & 10.
- II Valor prædij quomodo probetur, & num. 12. 13. & 14.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & quando fructus percepti per heredem grauatum post purificatū fideicommissum sint fideicommissario restituendi. Possessor bonorum fideicommissi subiectorum à quo tempore teneatur restituere fructus, quos bona fide percepit, à tempore forsan purificati fideicommissi, vel à die litis motæ. Valor fūdi quomodo probetur. Fructus ex prædio rustico, vel vrbaño percepti, cum sint vero domino restituendi, ad quam rationem liquidantur, vbi *deciso Sacra Rota Romana.*

C A P. CIV.



Fructus percepti per heredem grauatum post purificatum fideicommissum, dum queritur, an sint vna cum re fideicommissario restituendi, communiter nega-

ritè responderi solet, vbi fideicommissarius in petendo fideicommissum fuerit negligens, siq; eius negligētia supposita, hæres illos tantum restituet, quos post petitionem, siue litem contestatam percepit: ac si negligentia considerari non potest, quia fideicommissarius idē fideicommissum non petiit, quia de illo nullam habebat notitiam, & eo casu habetur, ac si hæres à die purificati fideicommissi interpellatus esset, et consequenter ab eodem die sunt fructus restituendi, idemq; quotiescunq; bonorum fideicommissariorum dominium ipso iure absq; restitutionis ministerio in fideicommissarium trāsferretur, vt in casibus, quos enumerat *glos. in l. penult. in fine, C. ad S. C. Trebell.* in illis enim fructus sunt pariter restituendi à die euenientis conditionis, licet nulla interueniret petitio, ita sanè scripserunt *Bart. in l. in fideicommissarium, ff. ad S. C. Trebel. in l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet. & in l. qui Roma, S. duo fratres, ff. de verb. obligat. Alciat. cons. 777. in fine, Hieronym. Grat. cons. 132. nu. 7. & 8. lib. 2. Vinius decis. 262. à nu. 26. Sard. decis. 14. num. 11. & 19. Fusat. de substit. quæst. 626. Marefcott. var. resol. lib. 2. cap. 112. num. 41. & 49. & ceteri communiter in vris vulgaribus.*

2 Sed dubitatur elegantè, an in casibus, in quibus hæc fructuum restitutio à die purificati fideicommissi fieri debet, possit fideicommissarius illos pretendere, ubi possessor bonorum fideicommissi subiectorum fuerit in bona fide, quia ignorabat, bona illa fideicommissi subiecta esse, id, quod contingere potest in persona hæredis grauati hæredis, siue cuiusuis alterius bonæ fidei possessoris? & non esse illos restituendos à die purificati fideicommissi, nisi quatenus esset effectus locupletior, sed tantum quos conuentus percepit post litem motam, resoluit *Rota* in una *Auximana fideicommissi* sub die 26. Maij 1642. coram Domino *Danozeto*, & per hæc notabilia verba adhuc alibi non impressa.

Luna 26. Maij 1642.

- 3 Postquam semel, atque iterum fuit resolutum, dandam esse immisionem DD. Francisco Cino, & Federico de Simonetis vocatis ad fideicommissum quondam Federici Sinibaldi super domo, molédino, & prædio eidem fideicommissio subiectis. Dubio etiam pro faciliore resolutione in plura diuiso, ijsq; sæpius propositis acerrimè discussis, & decisis, tandem ad instantiam eorundem fideicommissariorum propositi dubium, an fructus dictorum bonorū deberentur, à quo tēpore, & ad quā sumam.
- 4 Et quoad primam illius partem, res visa fuit carere difficultate. Quia cum hæres grauatus post casum fideicommissi non capiat fructus iudicio testatoris, absq; dubio tenetur illos restituere fideicommissarijs, iuxta *l. in fideicommissaria* 18. & *ibi Doct.* & præsertim *Rip. num. 5. ff. ad Trebel. Burfat. cons. 71. num. 25. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 256. num. 25. Crass. in §. fideicommissum, q. 49. num. 4. & 5. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 85. Fusar. de substit. q. 626. num. 46.* ubi alios cumulat.
- 5 Maior difficultas fuit in secunda parte dubij, scilicet, à quo tempore fructus deberentur. Nam fideicommissarij prætendebant, deberi à die purificati fideicommissi, nempe ab anno 1589. quo per obitum Alexandri senioris hæredis grauati sine filijs legitimis, & naturalibus, factus fuit locus substitutis sub ista conditione. Placuit tamen Dominis, deberi à die motæ litis, nempe ab anno 1628. de quo tempore Alexander iunior conuentus ad restitutionem prædictorum bonorum fuit in mala fide constitutus, & excitatus ad inquirendum de iure suæ possessionis, *l. sed etsi lege* 28. *§. etiam si ante, ff. de petit. hæred. l. in interd. 3. ff. de interd. seu extr. l. nemo 10. C. de acquir. possess. Cancr. var. resol. lib. 3. cap. 16. nu. 105. Caputaq. dec. 27. num. 2. p. 2. Caualer. dec. 409. nu. 5. late Rota dec. 3. nu. 1. & seqq. p. 7. recent.*
- 6 Non obstat, quod hæres grauatus teneatur restituere fructus à die purificati fideicommissi, præsertim in hoc casu, quo statutum Auximanum mandat, ipso iure deuolui bona in substitutos absq; ministerio restitutionis, quo stante hæres grauatus non potest prætere fructus ex negligentia fideicommissarij non petentis restitutionē, *Fusar. cons. 161. num. 7. & d. q. 626. num. 53. Marefcott. var. resol. lib. 2. cap. 112. num. 49. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 84. Pacific.*

de salu. interd. inspect. 3. c. 4. num. 440. Surd. decis. 25. num. 11. & multò magis, quando fideicommissarius habuit ignorantiā fideicommissi, prout habuisse præsumitur, Bart. in l. eius, qui in Prouincia 41. num. 5. ff. si cert. pet. Ruin. cons. 122. in fin. lib. 5. Fusar. q. 595. num. 1. & d. q. 626. num. 53. cum alijs relatis in prima decisione huius causæ 22. Martij 1638. §. Et in omnem euentum, coram me.

- 7 Nam huic obiecto visum fuit Dominis, posse responderi, quod & si Alexander iunior non fecerit fructus suos ratione negligentie fideicommissariorum, potuit nihilominus illos sibi acquirere ratione bonæ fidei sui ipsius, qua stante non tenetur restituere fructus, nisi quatenus eis factus sit locupletior, text. est expressus *l. item ueniunt* 22. *§. præter hæc, ff. de petit. hæred. ibi. Eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona ad se spectare existimassent, eo usq; dumtaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent condemnandos esse, Couarr. in regul. peccatum, par. 3. in princ. num. 3. & var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 6. Odd. de restit. in integr. q. 45. art. 2. num. 18. & seqq. Surd. cons. 115. num. 19. in fin. & dec. 45. num. 15. cum alijs pleno calamo congestis per Rot. d. decis. 3. num. 38. & seq. p. 7. recent. quæ locupletatio, quia non præsumitur, debet per Allegantem probari, & quidem species locupletationis, ut inquit Curt. sen. cons. 71. num. 11. vers. septima conclusio, quem refert, & sequitur Surd. cons. 290. num. 50. & Gratian. discept. forens. cap. 101. num. 8.*
- 8 Quoad tertiam partem dubij, scilicet, ad quam summam fructus deberentur, distinctè procedendo, quoad domum cum suis pertinentijs, quæ fuit inhabitata per Alexandrum iuniorem, Domini dixerunt, deberi ad rationem annuorum scutorum 84. pro qua summa potuisse locari probatū fuit ex articulis datis per ipsummet Alexandrum inter easdem partes, in eisdem actis, & ad eundem effectum liquidationis, ex quibus licet non deducatur plena probatio, quia articulans nõ fatetur, *Greg. XV. decis. 247. num. 15.* tamen ad effectum liquidationis, in qua leuiore sufficiunt probationes, *Seraphin. decis. 955. nu. 3. Caualer. dec. 361. num. eodem, vult fuerunt sufficientes, nam articuli non dantur sine magna consideratione, Rot. decis. 320. num. 2. in fin. post 2. vol. cons. Farin. cum alijs relatis per Add. ad Greg. decis. 143. num. 5. & per Add. ad Buratt. decis. 600. num. 18. & in Persina de Alphanis 20. Maij 1624. coram bonæ memoriæ Coccino, quæ est decis. 105. num. 1. inter impress. post Merlin. de legit.*

- 9 Quodam molendinum, & prædium dixerunt Domini, deberi fructus ad rationem, quinque pro centenatio illorum valoris, prout præsumuntur reddere bona stabilia, iuxta *glos. fin. in authent. perpetua, in verb. iusta, C. de sacrosanct. Eccl.* quam passim sequitur *Rot.* vt in *decis. 512. num. 2. p. 2. recent. decis. 571. num. 6. & 10. p. 3. decis. 135. nu. 8. p. 6.* & in terminis de fructibus prædij in *Bonon. prædij 21. Maij 1640. coram R. P. D. meo Ghislerio, & 28. Ianuarij, & 7. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Pentinger, & de fructibus molendini in Beneuentana molendini 28. Iunij 1634. coram Reuerēdis. D. meo Merlino Decano, in quibus aliæ recententur.*
10. Valor autem molendini satis visus fuit iustificatus ex duobus instrumentis, altero de anno 1596. quo fuerunt per tutorem Alexandri, eidem Alexandro acquisitæ quatuor vnciæ, & sic tertia pars eiusdem molendini à Carlo Sinibaldo Condomino pro scutis 1250. monetæ illius temporis, quæ faciunt scuta 1125. monetæ currentis, & sic pro scutorum 281.25. pro qualibet vncia, altero verò de anno 1607. quo idem Alexander vendidit Iulio Cæsari Sinibaldo duas ex dictis quatuor vncijs eiusdem molendini emptis à Carlo prædicto pro scutis 565. monetæ currentis, & sic pro scutorum 282.50. pro qualibet vncia, ex quibus patet, valorem portionis huius molendini, de qua agitur, consistentis in tribus vncijs, vt fuit firmatum in *decisione super eo emanata 28. Ianuarii 1641. S. nec pariter dicatur, &c. ascendere ad scuta 847.50. nam instrumenta veterum emptionum, vel venditionum regulariter probant valorem, & æstimationem eiusdem rei, Bald. in l. 2. num. 27. vers. denuò quæro, C. de rescind. vend. Mascard. de prob. concl. 657. num. 9. Rot. in Bonon. de Guidalottis 24. Maij 1619. S. possessionem verò Bagnarola, & 55. seqq. coram Card. Cavalerio.*
11. Valor etiam prædij satis probari visus fuit ex instrumento emptionis factæ de anno 1602. per eundem Alexandrum iuniorē de aliis terris contiguis, & confinantibus eidem prædio eiusdem qualitatis salmarum sexdecim pro scutis 3350. & sic pro scutis 209.25. pro qualibet salma, cum etiam in hoc casu ex pretio prædiorum vicinorū sufficienter probetur valor alterius prædij coherentis, vt tradit *glos. in l. 2. in verb. indic. circa finem, vers. dic ergò, inspici venditiones, &c. & ibi Bart. num. 19. vers. est ergò aliud remedium, &c. & Cagnol. num. 233. vers. aut loquimur, &c. C. de rescind. vendit. & sequitur Rot. in d. Bonon. de Guidalottis coram*

Cavalier. & in d. Bonon. prædij coram R. R. P. P. DD. meis Ghislerio, & Pentinger Ac proinde liquet, prædium, de quo agitur, constans septem salmis, & tribus quartis, vt fuit firmatum in *decisione super eius identitate edita 22. Aprilis 1641. S. quo deniq; ad mensuram, &c. attenda hac æstimatione ascendere ad valorem scutorum 1621.69. verum quia dabatur etiam fides publicorum æstimatorum Ciuitatis Auximi, quòd terræ in eadē Contrada communiter valent scuta 150. pro qualibet salma, idè attēta, hac minori summa censuerunt Domini, valorem prædij esse firmandum ad eandem rationem scutorum 150. pro qualibet salma, & sic ad scuta 1162.50. in totum.*

12. Nec dicatur, quòd similia instrumenta non probant, nisi sint plura, & recentia, secundum *Bald. in l. 2. nu. 58. C. de rescind. vend.* nam hoc procederet, si ageretur de plena probatione valoris, sed vbi præsumptiua sufficit, prout hic, dicta instrumenta plenè, & concludentè probant, etiam quòd non sint plura, vt admittit idem *Bald. loco proxime citato, num. 89. Mascard. d. concl. 657. num. 7. & in his terminis Rot. in d. Bonon. de Guidalottis coram Cavalier. d. S. possessionem, verò Bagnarola, & seq. in qua desumptus fuit valor quòdam vnum prædium ex instrumento emptionis de eo factæ vsq; de anno 1577. & quòdam alterum ex alio simili instrumento de anno 1582. quam sequuta fuit *Rota in d. Bonon. prædij 7. Iunij 1641. in S. nam quicquid sit, &c. coram R. P. D. meo Pentinger.**
13. Neq; obstare visa fuerunt ea, quæ contra identitatem huius prædij opponebantur per Alexandrum, qui prætextu cuiusdam instrumenti nouitè producti instabat pro reuisione *decisionis super eo emanatæ d. die 22. Aprilis anni præteriti.* Quia Domini etiã d. instrumento maturè ponderato censuerunt, ea non obstare. Nam ex deductis in *decisione* liquet, quòd Federicus testator possedit præfatum prædium ab ipso emptū vsq; de anno 1530. & quòd illud diuisum in plures petias deuenit postea ad Alexandrū heredem grauatum, qui etiam illud locauit de anno 1536. & quòd inter eas petias, vna præcipuè aderat salmarum trium circiter, posita in Contrada Montis Freddi, iuxta viam, *detta la Traversa* ab vno latere, viam, quæ dicitur *del Vallato* ab alio, & bona eiusdem Federici testatoris ab altero. Et hanc petiam hodiè possideri ab Alexandro, visum fuit, tunc concludentè conitare ex conuenientia prædictarum demonstrationum, cum petia per eundem Alex-

drum possessa in Contrada S. Dominici inter eosdem confines, nempe à capite *la Traversa*, à pede *il Vallato*, & à latere bona eiusdem Alexandri. Et licet petia empta per Federicum testatorem dicatur existere in Contrada Montis Freddi, petia verò possessa per Alexandrum in Contrada S. Dominici, atque quia Contrada S. Dominici est limitanea cum Contrada Montis Freddi, & propter vicinitatem de facili nomina confunduntur, ideo hanc discrepantiam, presertim in antiquis, resolutum fuit, non obstare, vt in prefata *decisione*, *S. nec releuat, quod ista, &c.*

14 Quibus sic premiffis non obstat, quòd ex instrumento nuper exhibitò doceatur, Alexandrum heredem grauatum in eadem Contrada S. Dominici iuxta eadem confinia acquisiisse de anno 1544. tres salmas terrarum à quadam Diadema, & ex ista acquisitione excludi dicatur identitas dictæ petiæ fideicommissio subiectæ, propter maiorem conuenientiam, quam habet respectu Contradæ petia acquisita per heredem grauatum cum petia modò possessa per Alexandrum. Quia obiectum procedere posset, si intra dictam Contradam, & eosdem confines Alexander non possideret, nisi istas tres salmas. Verùm cum ex planta ab ipso exhibitã constet, petiam, quam ibi possidet ascendere ad vndecim salmas circiter, utiq; luce clariùs apparet, esse locum vtrique petiæ, scilicet fideicommissariæ, & acquisitæ per heredem grauatum, & cum istæ duæ insimul constituent solas sex salmas circiter, apparet etiam, quòd adhuc quinque aliæ salmæ romanent Alexandro.

Minus releuat, quòd omnes illæ vndecim salmæ dicantur acquisitæ per heredem grauatum. Quia hoc nõ probatur, quinimò ex predictò instrumento emptionis factæ de anno 1530. à Federico testatore, manifesta resultat veritas in contrarium.

Neq; obest, quòd istæ tres salmæ fideicommissio suppositæ fuerint per eundem heredem grauatum datæ in solutum Tarquinio testatoris legatario pro satisfactione legati alimentorum, & postea fuerint per eundem heredem grauatum redemptæ ad proprium commodum, nõ autem ad commodum hereditatis. Quia huic obiecto multipliciter fuit responsum in dicta *decisione*, *S. denique non obstat, quòd Federicus, &c.* quæ responsiones etiam hodiè Dominis placuerunt.

Et ita fuit decisum, vtraque parte infor-

mante quòd ad identitatem prædii, & vna tantum quòd fructus, altera tamen sepius monita, & intimata.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæres soluens creditori anteriori an super re obligata possit à creditoribus posterioribus actione reali conueniri, & num. 3. 5. 6. 8. 10. & 11. & quid si solutio facta est creditori posteriori primò venienti, num. 12.
- 2 Emens à priore creditore an possit à posteriore super re, quam possidet, conueniri.
- 4 Tex. in l. i. C. si antiq. cred. limitatur.
- 7 Exceptio discussionis inuentarij an possit opponi post sententiam.
- 9 Hæres cū beneficio legis soluens creditori posteriori, sciens, superesse anteriore, male soluit.
- 13 Hæres retinebit ex patrimonio quicquid in causam hereditatis expendit.
- 14 Creditor anterior auocat pecuniam solutam ab hærede posteriori creditori.
- 15 Decisio D. de Franch. a 72. examinatur.
- 16 Hæres vendens rem hereditariam, vt non teneatur de euiçione, debet exprimere, quòd vendit tanquam hæres, & vt emptor non possit actione hypothecaria conueniri, debet curare, quòd pretium soluatur creditoribus hereditarijs, & nu. 17.
- 18 Hæres soluens de propria pecunia creditori primò venienti an habeat bonorum hereditariorum retentionem.

A R G V M E N T V M.

Agitur, nùm hæres soluens creditori anteriori præuia iurium cessione, possit à posteriore hypothecaria, siuè iure assistendi conueniri super re, quam possidet. Exceptio discussionis inuentarij nùm post sententiam, ad illius executionem impediendam opponi possit. Hæres soluens creditori primò venienti, sciens, alium extare anteriorem, an legitimè eum soluuisse dicendum sit; & de alijs ad materiam, &c.

C A P. CV.



Heres, qui soluit creditori anteriori, à quo super re obligata iuriū celsionē obtinuit, dubitatur, nūm possit super eadem re à posterioribus conueniri actione hypothecaria?

- 2 Ratio dubitandi contra creditores posteriores ea est, quia hic, qui soluit, non potest uti hæres conueniri, ex quo uti talis nō possidet; sed potius uti emptor; minus etiā uti simplex possessor, quia absolutum est, cum, qui à priore creditore emit, non posse à posterioribus super re, quam possidet conueniri, hic est *tex.* satis vulgatus in *l. 1. C. si antiq. credit.* immò in hoc casu ex *l. 1. eod. tit.* denegatur posterioribus ius offerendi, quod aliàs à iure conceditur, *l. prior cum simil. C. qui potior. in pignor. habeant.*
- 3 Hac tamen dubitandi ratione non obstante, contrarium determinant *glos. Paul. de Castr. & communiter omnes in l. 2. C. de repud. vel abstin. hered.* ea quidem ratione, quia in hoc casu videtur quodammodo facta emptio de re propria hæredis, quæ de iure firmitatem non habet, *l. rei tuæ. ff. de contrah. emptio.* & sic censetur potius reluitio, quæ emptio; etenim inter alias limitationes, quæ à *Doctōribus* traduntur ad *tex.* in *d. l. 1. C. si antiq. cred.* illa est, ut non procedat, quando à creditore anteriore debitoris hæredi res obligata uenditur, *Negusanz. de pignor. 3. membr. 5. par. num. 5. in quinta restrictione,* sub his uerbis, *quintò restringitur dicta limitatio, quando primus creditor venderet rem hæredi debitoris, tunc enim non dicitur propriè emptio; sed reluitio, & dictus hæres poterit conueniri super dicta re actione hypothecaria ab alijs creditoribus, ista est glos. notabilis in l. 2. uers. conueniris, C. de repud. hered. quam Paul. de Castr. dicit esse perpetuò menti tenendam, et quòd de facili quilibet diceret oppositū, et ità etiam refert ibi Ias. &c. hoc idem obseruauit Bero. quæst. 63. Magon. decis. Florent. 59. num. 14. & dixi Ego lib. 1. cap. 219. num. 12. ubi ex *Morot. in quæst. de iur. offer. scripta post sua responsa num. 22.* firmaui, subintrare in hoc casu ius offerendi ad posterioris creditoris beneficium, & sic limitari *tex.* in *d. l. 2. C. si antiq. cred.* per rationem suprapositam.*
- 5 At est hic omninò aduertendum, hæc omnia vera esse, ubi quis simpliciter extiterit debitoris hæres; secus autem si cum

beneficio legis, & inuentarij, eo enim casu, pro eo, quod ad propositam quæstionem spectat, reputabitur ut quilibet extraneus, & uti talis actione hypothecaria super re, quam possidet, conueniri non poterit, sicq; supra iam dicta intelligenda esse aduertit *Bal. & Salycet. in d. l. 2. C. de repud. hered. Morot. loco cit. num. 22. in fine,* & nos etiam annuimus *d. cap. 219. num. 11.* hoc enim operatur inuentarium legitime confectum, ut hæredis iura sint pœnitens distincta, & ab hæreditate segregata, *l. fin. S. in computatione. uers. si uerò, ubi DD communiter, C. de iur. deliber. glos. in l. debitori, in uerb. confusa est, C. de patris.*

- 6 Hæc considerabam in casu, ubi erat iam actum hypothecaria; siuè remedio *l. fin. C. de acquir. poss.* quod nos in Regno assistentiam appellamus, & obrinnerat iam creditor, qui cum pro sententiæ executione instaret, ad illam impediendam debitoris hæres exceptionem opposuit discussionis inuentarij, vnde dubitabatur, quid iuris dicebat creditor, omninò sententiam esse exequendam, remquæ, sub qua fuerat assistentia præstita sub hasta poni, eaq; vendita in pretio omnes audiri; dicebam Ego, creditorem non esse audiendum; sed omninò ad inuentarij discussionem procedendum, per quam apparebat, hæredē ex persona creditorum anteriorum in maxima numerorum quantitate hæreditatis creditorem esse, & sic iuari dispositione *d. l. 1. C. si antiq. credit.* constat enim, exceptionem discussionis inuentarij post sententiam condemnatoriam opponi posse, illamquæ uti modificatiuam executionem impedire, *Rol. à Val. in tract. de inuent. quæst. 212. in mag. diuers. Sebast. Montic. eod. tract. q. 233. nu. 9.* similiter in *mag. diuers. Doctōr. Præf. Anel. Amat. in terminis terminantibus de sententia assistentiæ loquens, ut illius executio impediatur, opposita per hæredem exceptione discussionis inuentarij conf. 88. per totum, de quo meminit Thor. in compend. decis. in uerb. exceptio discussionis inuent. par. 1. et 2.*
- 8 Nec in casu meo obstare, dixi, quòd et processu causæ, super qua consuluit *Præf. Amat.* constabat, fuisse per S. C. decisum contra hæredem, nam priore loco, ut ipse refert, fuit determinatum, esse procedendum ad venditionem bonorum, super quibus fuerat præstita assistentia, opposita discussioni inuentarij non obstante, demum in gradu nullitatum huius decreti promissu, quòd suspensò decreto infra mensem di-

sciatur inuentarium, quo tempore præcitatum *consilium* fuit cum alijs sequentibus impressum, postea cum ab hoc decreto, quo mediante fuit admisa exceptio discussionis inuentarij, fuisset reclamatum, relata iterum causa in S. C. fuit illud reuocatum, & primum confirmatum, sicque videtur, quod contra opinionem à me modo firmatam habemus decisionem Sacri Consilij; etenim aduertendum esse dicebam, postremam hanc S. Consilij. determinationem primæ confirmatoriam in alio nõ esse fundatam, nisi, quia creditores anteriores constare fecerunt, heredem illum, quamuis cum beneficio legis, & inuentarij soluisse primò venientibus, tempore, quo plenam habebat notitiam, esse illos posteriores, aliosque superesse anteriores, quo casu cum heres sit in dolo, beneficio discussionis inuentarij iuari non potest, vt docent *glos. Bar. & ceteri* communiter in d. *S. et si præfatam*, optimè *Greg. Lopez* in l. 7. *glos. que las deudas*, tit. 5. part. 6. *Minado. decis. 9. num. 1. ibique Addentes, Vinc. Caroc. decis. 109. num. 49. Michael Grass. lib. 2. recept. sentent. in articulo Inuentarium, quæst. 20. num. 4. Aluar. Valasc. decis. 52. num. 38. vers. sed queritur*, vsque ad finem, *Jacob. Cancer. var. resol. lib. 3. in tit. de inuentar. num. 146. Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 53. num. 6 Gasp. Thes. quæst. forens. lib. 2. quæst. 16. num. 17. Gait. noster tract. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1358. Mangil. de subbas. quæst. 112. nu. 3. & alij*, & ex hac eadẽ ratione processit his diebus alia eiusdem S. C. determinatio contra Io. Vincentium Macedonium, filium, & heredem qu. Andrez, referente humanissimo patritio Domino Io. Baptista Filingerio Regio Consiliario, omnibus numeris absolutissimo, etenim creditores in factò demonstrarunt, præfatum Io. Vincentium, qui bonorũ hereditariorũ prætendebat retentionẽ tempore solutionum factarum creditoribus primò venientibus sciuisse alios superesse creditores anteriores, ex quo per prius aduersus omnes creditores separationẽ opposuerat bonorum hereditariorũ à bonis proprijs ipsius heredis, ad hoc vt super hereditarijs bonis creditoribus omnibus satisfieri potuisset, & cum omnes creditores tam anteriores, quam posteriores in S. C. institissent pro satisfactione quantitatum ipsis debitarum, cernitur, omnia bona hereditaria sequestrata fuisse, vnde merito dicebatur, non potuisse heredem illũ post litem motã, illis soluere creditoribus, quibus melius illi placuerat, sic obseruau ex

Allegationibus in factò, & in iure, quas pro creditoribus doctissimè scripsit Dom. Ioseph Magaldus Aduocatus præstãtissimus, & inter primarios Sacri Consilij summæ integritatis; at (vt reuertamur ad casum nostrum) quãdo solutio fit ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij de propria eius pecunia creditori anteriori cum iuriũ cessione, vsque adhuc non inueni Doctorem, qui contra hæredem sic soluentem responderit.

12 Idemque addo, si solutio facta est creditori posteriori primò venienti, concurrente tamèn bona fide ex parte heredis penitus ignorantis, quod alius superesset anterior, nam si verum est, ex dispositione d. *S. & si præfatam* emptorem rei hereditarij, cuius pecunia fuit dimissus creditor posterior, qui diligens primò ad heredem pro sui consequatione accessit, securum esse à molestia creditorum anteriorum, cur idem nõ erit dicendum, quando heres cum beneficio legis bona fide ex sui pecunia præuia iurium cessione soluit primò venienti, quãuis posteriori? demonstraui enim ex *Bald. & Salycet. in cit. l. 2. C. de repud. hered.* nullum considerari discrimen inter emptorem extraneum, & heredem, cum beneficio tamen legis, & inuentarij, cuius pecunia fuit dimissus creditor hereditarius, hoc enim priuilegium *Imperator Iustinianus* tribuit heredi inuentarium legitimè conficiendi, vt pro omni eo, quod in necessarias causas hereditatis expenderit, velit tot bona hereditaria retinere, hic est *tex. in S. in computatione*, qui est continuatiuus ad *S. & si præfatam*, id, quod longa manu comprobatur *Amat. loco cit. à num. 2. ad 12. nec in hoc anterior potest conqueri, si heres ei nõ soluit, quia diligens non fuit, prout posterior, sicque sibi imputandum, vulgata l. pupillus. ff. qua in fraud. credit. vnde contentus esse debet condicere, siue auocare pecuniã illam posteriori solutam, quod est vnicum remediũ, quo ponitur à iure, prout est *tex.* satis clarus in d. *S. & si præfatam*, vbi *DD.* communiter, *Barbos. in l. 1. par. 6. num. 25. ff. solut. matrim.* & in terminis nostris *Thes. fil. cit. quæst. 16. num. 16.* vbi benè loquitur, idemque *Gait. d. cap. 4. quæst. 11. nu. 1355.**

15 Vltimo hic videre puto necessarium, si que aduertenda monuit *D. Præses de Fræcb. dec. suã 272.* quem sequitur *Cancer. loco cit. num. 148.* iuris habent fundamentum, dicit *Dom. Præses ante num. 3. vers. item diximus*, vsque, & per totum *num. 4.* quod heres cum beneficio legis, & inuentarij, quando cre-

ditori soluit primò venienti, debet declarare, quòd soluit vt heres cum beneficio legis, ac de bonis hereditarijs, idemq; quòd corpus aliquod vendit hereditarium, vt exprimat, quòd vendit tanquam heres cù beneficio legis, & inuentarii, nam si credēs maius ius consequi, soluit creditoribus primò venientibus, & dicit soluere de propria pecunia, curans per hoc sibi fieri cessionem iurium, decipitur satis, quandoquidē superuenientibus demum creditoribus anterioribus, & super bonis hereditarijs satisfieri petentibus, heres condemnabitur, nec poterit opponere de solutione facta creditori primò venienti, cum cessione iurium obtenta, hæc aduertit *D. Praeses*, sed legem aliquam non allegat, super quo monitum istud fundetur, laudat tamen in authorem huius dicti *Paul. Castrens.* tam in d. *S. Et si prefatam*, vbi etiam *Cornel.* quam & melius, vt ipse dicit, in *S. licentia*, in *fine*, & *Aluar. Valasc. consult. lib. 1. consult. 52. in quinta utilitate inuentarij, num. 40. vers. secundò declaratur*, subdens, addendum esse *Magon. decis. Florent. 59.* quia confert ad huius puncti decisionem, quibus *Doctores Cancer.* addit *Celsum Hugonem conf. 110. num. 1.* quare videndum est de veritate huius opinionis, sicq; an *Paul. Castrens.* ceteriq; *Doctores* modò relati probent id, ad quòd allegantur: obseruauit istorum doctrinam, nec aliud eos dixisse inueni, nisi, quòd ad finem ut heres cum beneficio legis, & inuentarii uendens rem aliquam hereditatis non teneatur de euictione, nec emptor possit à creditoribus hereditarijs hypothecaria actione conueniri, debeat heres uendere ut heres cum beneficio legis, & inuentarii, non autem uti propriam, & pro satisfaciendis creditoribus hereditarijs; emptor autem bene aduertere, ut exprimat in instrumento emptionis, quòd talis heres ut heres cum beneficio legis, & inuentarii pro satisfaciendis creditoribus hereditarijs uendit, simulque curare, ut pretium, quòd exbursat, uerè creditoribus, & legatarijs soluat, de alia autem conclusione, quam *D. Praeses* firmat, ut nihil profit heredi, si creditoribus hereditarijs soluit de propria pecunia cum iurium cessione, sicque ad finem ut rectè soluat, debeat soluere ut heres cum beneficio legis, et inuentarij, & de bonis hereditarijs uerbù nullum *Doctores* prædicti, quos refert, protulerunt.

17 Quò ad primam conclusionem, dico, uerissimam esse, satisq; probari ex dispositione d. *S. Et si prefatam*, sicque, consultò dixi-

se *Paul. Castrens.* & affectas, vt heres quòdo vendit, debeat declarare, quòd vendit vt heres cum beneficio legis, & inuentarij, & emptor curare, quòd pretium creditoribus hereditarijs soluat, quia aliàs si venderet heres rem hereditariam uti propriam, semper de euictione tenebitur, & emptor posset actione hypothecaria à creditoribus hereditarijs conueniri, idemq; vtrà *Doctores* supra citatos uoluerunt *Rola. à Val. in tract. de inuent. quest. 159. nu. 3. in tract. diuers. quo loci ex Bar. addit* notabile dictum, & iudicio meo, menti tenendum, nimirum satis dici probatum, heredem vendidisse pro satisfaciendis creditoribus hereditarijs, quòdo creditori satisfactum reperitur, *Sebastian. Montic. eod. tract. quest. 223. nu. 155. & quest. 232. num. 28. diuers. Vinc. Carac. tract. de excus. bonor. p. 2. q. 59. num. 1. & alii.*

18 Quò uerò ad alteram conclusionem, nimirum, quòd heres soluendo, debeat soluere ut heres, credo pariter, quòd sit indubitatum, & hoc bene probari posse ex d. *S. Et si prefatam*, sed quòd soluēs ut heres, si soluit de propria pecunia primò venienti non fit securus respectu creditoris anterioris, ita ut per hoc, bonorum hereditariorum, pro quantitate soluta non habeat retentionem, hoc dico, nullò iure, ratione, aut auctoritate probari, immò quòdamodò aduersari dispositione eiusdem *l. fin. S. in computatione, C. de iur. deliber. ibi* enim uerbis admodum claris, & expressis sancitum habemus, quòd si heres, qui sollemniter inuentarium confecit, ab aliquo creditore hereditatis conueniretur, poterit contra illum excipere, & ex bonis hereditarijs retinere quicquid in funus defuncti testatoris, vel in testamenti insinuatione, vel inuentarii confectione, vel, nota, in alias necessarias causas hereditatis de propria eius pecunia expenderit; hac legis dispositione sic stare, quero, potest nè ratio aliqua diuersitatis assignari, cur possit heres bona hereditaria retinere pro quantitate de propria pecunia in causam hereditatis soluta, nullatenus uerò, quando soluit pariter de sua pecunia creditori hereditario bona fide, & ab omni dolo procul, certè nulla, immò affirmare possumus, hoc expressè dispositum *Imperatorem* subalij uerbis, *vel in alias necessarias causas hereditatis approbauerit sese persoluisse*; necessaria enim causa est creditori soluere, vt bene in his terminis probat *Bero. quest. 63. nu. 4. Et Praes. Amat. d. conf. 88. num. 11. vers. necessaria autem causa, & nu. 19. 20 21. & 22. uide dicendum est, D. de Franch.*

verè in hac re sensisse, vt non profit solutio facta ab hærede de propria pecunia, quando soluit vt extraneus, nam si idem sentisset, quãdo soluit de propria pecunia vt hæres cum beneficio legis, & inuentarii, hoc eius dictũ aduersaretur dispositioni d. s. in computatione, & autoritatibus Doctõrum, qui contrarium scripserunt, id, quod non est de tanto Viro dicendum, vt prudenter dixit *Præs. Amat. loco cit. num. 17. in fine*, nam quòd hæres cum beneficio legis, & inuentarii soluens de propria pecunia creditori primò venienti, bonorum hereditariõrum habeat retentionem aduersus quemlibet creditorem anteriorem, dixerunt in puncto *Bero. Rom. Phanuc. & alii relati ab eodem. Amat. loco cit. num. 12. Vndè, &c.*

S V M M A R I V M.


- 1 Hæres scriptus si petierit hæreditatem vigore testamenti an possit variare, illamq; petere vigore codicillorum, & num. 3. & 4.
- 2 Electione vnus ex vijs contrarijs, alterius inducitur renunciatio, & num. 7.
- 3 Textus in l. fin. C. de iure codicill. an sicut limitatur in linea ascendenti, & descendenti, ita pariter quando in minus sollempni testamento fuerit pia causa hæres instituta, & num. 6. & 8.
- 9 Clausula codicillaris vis qua sit, & num. 10.
- 11 Actionum species si diuersa se offerunt, & dubitetur, quæ actio actori competat, pro declaratione Iudicis arbitrio remittitur.

A R G V M E N T V M.

Hæres scriptus petens hæreditatem vigore testamēti, quod fuit detectum nullum, an, & quando possit variare, & petere iure obliquo ex eadem scriptura, vt ex codicillis. *Tex. in l. fin. C. de iure codicill.* (quo sacitũ est, quem nõ posse ex eadem scriptura petere hæreditatem ex testamento, & ex codicillis, sed vna via intentata alteram tolli) an si-

cut limitatur inter descendentes, & ascendentes, ita pariter fauore piæ causæ, vbi singularis decisio *Sacr. Rot. Rom.*

C A P. CVI.

- 1  Hæres scriptus in testamento nullo, si ex ea scriptura hæreditatem sibi decerni petierit, agnoscens postea se obtinere non posse, vel etiam si in ea petitione succubuerit, nullatenus ei licebit viam, quam elegit testamēti deserere, & ad clausulam codicillarem in ea minus voluntate scriptam recurrere, vt nimirum cogantur venientes ab intestato hæreditatem adire, eamq; ipsi restituere, hoc dicit *text. vulgatus*, sed singularis in l. fin. C. de iure codicill. cuius dispositionis ratio ea est, quia per electionem vnus ex vijs cõtrarijs, alterius inducitur renunciatio, sicq; per hanc renunciationem ius fuit quæsitum ab intestato venientibus, vt bene per *Roman. conf. 225.* qui addit, huic conclusioni fieri locum, si uè scriptus hæres scienter, si uè ignorantèr testamento viam elegit, quia hic error nullo pacto prodesse potest, cum cadat circa electionem vnus ex duabus vijs, ex eadem scriptura causatis, itemquè, quod est notabile dictum, si hic hæres actionem propositam ex testamento, antè litem contestatã mutare vellet, cum per solam petitionem hæreditatis ex testamento ita intelligitur viæ codicillari renunciatum, vt statim hæreditas ad successores ab intestato incipiat pertinere, ita *Boer. decis. 33. num. 13. & 14. D. Camill. de Medic. conf. 40. nu. 19. D. Capyc. Galeot. conf. seq. D. Merlin. controu. cent. 1. cap. 12. num. 4.* vbi in fine per M. C. pro venientibus ab intestato decisum refert, est tamen verum, quòd hæc omnia locum habere nostrates dixerunt in actore, secus verò in reo, qui potest plures exceptiones etiam contrarias opponere, prout est casus iudicialis in *decis. Afflic. 134.* quam exornat *D. Consil. Marcian. conf. 1. nu. 8. lib. 2.* nec contradicunt *De Medic. loco cit. nu. 43. vers. indè etiam non obstat, & D. Consil. Theodor. alleg. 17. num. 18. & 20.* qui omnes in vna, eadèq; causa, sed ad inuicè pugnantes scripserunt.
- 5 Sed cum in *text. cit. l. fin.* limitatio tradatur, & est, vt permittatur variatio in agnatis,

tis,

tis, & cognatis per lineam ascendentem, & descendentem, vt præcitati DD. obseruauerunt, quæritur elegantèr, an procedat limitatio hæc, quando in minus sollempni testamento fuerit pia causa hæres instituta, vt ei postquam testamenti viam elegerit liceat demùm ad aliam codicillorum reuertere? & satis singularitèr affirmatiuè decusum comperimus per *Rotam* in vna *Calliens. hæreditatis* sub die 15. Aprilis 1639. coràm Eminentissimo *D. Cardinale Verospio*, tunc illius Sacri Auditorii Consenatore, & per hæc notabilia verba adhuc non impressa.

Mercurij 15. mensis Aprilis 1639.

6 Orta fuit dubitatio in expeditione huius causæ, an Congregatio Patrum Oratorii hæres ex testamento Cæsaris cogi posset eligere alteram ex duabus vijs, quæ ei competebant occasione dicti testamèti, quia cum obtinere possent immiſsionem super ea hæreditate iure directo, & iure obliquo ex tacito fideicommissio, quod cõtinebatur in clausula codicillari, quæ erat in eodem testamento, dicebatur, non posse Ecclesiam super vtraq; via insistere, sed teneri vni earum adherere, quod cautum dicebatur in *l. vlt. C. de codicill.* in qua continetur rescriptum *D. Theodosij*, quod in illius *Cod.* est sub *tit. 4. lib. 4.* & in eo expressè prohibetur, vt non possit quis eandem hæreditatem petere ex testamento, & ex codicillis, si testator voluerit, idem testamentum valere etiam iure codicillorum, adeò vt electione vnus viæ censeatur alteri renunciatum. Huic exceptioni causam dedit nullitas eiusdem testamenti ex iniusta exheredatione matris, cuius causa in vltima *decisione* facta sub die 10. Decembris anni præteriti dictum fuit, vt quando idem testamentum non posset subſtineri iure directo, adhuc Ecclesia persequi potuisset eandem hæreditatem ex vi clausulæ codicillaris, cuius occasione censebatur illam restituere ipsi Ecclesie, qui aliàs successuri fuissent Cæsari ab intestato, vt deductum fuit in eadem *decisione* ex doctrina *Bart. in authentica ex causa, num. 24. C. de liber. præterit.* & in *l. i. nu. 9. ff. de iure codicillorum*, quibus addi poterit *Bal.* qui in specie loquitur in casu nullitatis testamenti propter matris præteritionem in *cons. 191. lib. 4. in fin.* & ita cum Ecclesia prosequeretur petitionem eiusdè hæreditatis ex testamento, dicebatur, non debere esse liberum, aut in illius facultate redire ad iura, & viam fideicommissi, quan-

dò contingeret, declarari nullitatem eiusdem testamenti, nè aliàs exitus iudicii diceretur pendere à futuro euentu cum præiudicio alterius partis, argumento *text. in cap. vt quis duas, de electione, lib. 6.* & notant DD. super eadem *l. vlt.* & voluit ibi *Bart. n. 2.* & in *l. Clodius 96. num. 2. ff. de acq. hæredis. Roman. cons. 125. Boer. decis. 33. num. 13.* & tenuit *Rot. in decis. 506. nu. 4. lib. 3. p. 3. decis.*

8 Verùm pluribus modis huic exceptioni responsum fuit, & primò considerandum, quòd dispositio eius *text.* limitari debebat in pia causa, quia cum expressè in eo *text.* declararetur, vt non procedat prohibitio in illo contenta in liberis, & descendentibus, idem dici debebat in Ecclesia, cuius privilegium, & fauor non erat minor, quàm esse fauor liberorum, vt notatur in *authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. et tradit ibi Bald. num. 6. Ias. in l. vlt. num. 7. C. de codicillis*, et voluerunt *Alex. in cons. 92. num. 12. lib. 3. Dec. cons. 426. nu. 6. Abb. cons. 11. col. 3. in princ. lib. 1.* et alii, qui referuntur per *Cardin. Mantica. de coniect. vltim. volum. lib. 5. tit. 15. num. 36.* et adducitur in eodem *text.* ratio, quare illius prohibitio non habeat locum in filiis, quia non potest in illis considerari acquisitio alicuius lucri, cuius causa censeatur adempta facultas variandi, sed potius datum, siuè amissio eiusdem lucri propter ius, quod eis competit super hæreditate suorum parentum, et ex hac ratione limitat *Arthid.* dispositionem eius *text.* generalitèr in omnibus casibus, in quibus agatur de iure iam quæsito, non autem de nouo acquirendo in *d. cap. vt quis duas, de elect. lib. 6.* quam sequuti fuerunt *Lap. ibi n. 1. Io. Andr. & Butr. num. 3. Gemin. nu. 5. Franci. num. 3. Prob. in addit. ad Monach. num. 1. Calder. cons. 7. num. 2. eod. tit. de elect.*

9 Secundò respõsum fuit eidem exceptioni, quòd consideranda erat vis eius clausule codicillaris propter diuersas illius formulas, quibus concipi solet, quia aliquando ita exprimitur in testamento, vt apta sit aperire heredi vtramquè viam, dum nimirum illius electioni promittitur, vt etiã non rupto testamento agere possit ex codicillis, et clausula ita concepta est, vt testamentum valeat, et vti testamentum, et vti codicilli, et hoc casu erit in libertate heredis eligere, quam viam maluerit, cuius fauore prodita sunt hæc duo remedia, vt notatur in *l. si quis seruo, ff. de manumiss. testamento*, et in *l. recensare, §. Titius heres, ff. ad Senatus cons. Trebell.* et in his terminis procedunt disposita in *d. l. vlt.* vt potestas, quam

habet

habet hæres eligendi Iudicis officio, conuerti debeat in necessitatem, vt aduertit *glos. super eadem l. in verbo potestatem*, & colligitur ex eodem text. dum considerat casum, quo testator faciens testamentum iusserit, illud valere debere etiam pro codicillis. Aliud est, quando eadem clausula concepta fuit sub conditione negativa, vt si testamentum iure testamenti valere non posset, valere deberet iure codicillorum, quia hoc casu non potest operari effectum futurum, nisi in subsidium, cum scilicet compertum fuerit, idem testamentum non valere, & non sustineri posse iure testamenti, & non habebit hoc casu hæres electionem vniuersi, vt declarat *glos. super eadem l. in verbo valere, & in verbo praesuisse*, eo quia nihil proprie esse dici possit electio, dum vna solus via patere debeat hæredi, antequam declarata sit nullitas testamenti, & hæc distinctione apposte considerauit *Bart. super eadem l. vltima, num. 4. Bald. num. 14. & in cons. 69. num. 3. lib. 2.*

10 In casu vero huius decisionis testator fecundo hoc modo expresserat eam clausulam in suo testamento, quia vt ex illius inspectione apparebat, ita ille in eo cauerat, quod volebat, illud valere in vim testamenti, & quando hoc modo valere non posset, volebat, illud valere in vim codicillorum, seu donationis causa mortis, vnde videbatur constare de voluntate testatoris, vt effectus eius clausula non deberet pendere a potestate, aut electione hæredis, sed a futuro eventu, & casu, qui contingere poterat, vt idem testamentum non subsisteret, vt optimè declarat *Bald. in d. cons. 69. eod. nn. 3.* argumento text. in *l. cum pupillus, §. vlt. ff. de condit. & demonstrat. & in l. si hæredi plures, ff. de codic. institut.* quod est magis dicendum erat, considerata natura eorum verborum, vt si testamentum eo modo non valeret, valere deberet iure codicillorum, quia illa tanquam apta sui natura significare tempus futurum, poterant exprimere, & referre effectum eius clausula ad tempus, quo constaret de nullitate, aut validitate eius testamenti, vt dicitur eadem clausula, quãdã est ita concepta per verba futuri temporis, vt possit conuerti in fideicommissariam substitutionem directam, quæ sola continebatur in testamento, vt super ea considerauit *Rip. in l. Lucius, num. 45. ff. de vulgari, Soc. sen. cons. 6. num. 5. lib. 3. Soc. iun. cons. 166. num. 11. ante fin. lib. 2.* & quod illa ita concepta possit operari effectum fideicommissi in casu agnationis posthumi, ita

vt eius natiuitate non rumpatur testamentum, voluit *Alex. in cons. 142. num. 9. lib. 2. & cons. 30. num. 1. lib. 3.*

11 Addebat vnus ex DD. aliam responsonem ex doctrina *Bart. in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. qui in §. si eius, in fin. sub num. 5.* voluit, quod si diuersa actionum species se offerant, & dubitetur, quæ actio competat actori, non possit ille cogi hoc declarare, sed satis esse, si relinquatur arbitrio Iudicis, qui id definiat, & notauit *Pomat. in addit. ad eundem Bart. in l. I. §. I. ff. quorum legatorum, Alex. cons. 182. num. 4. lib. 2.* quæ confirmari poterant, ex deductis in causa *Lunen. Iarsen. Capellaniæ 20. Iunii 1601. corã Cardinali Sacro, in qua decisione firmatum fuit, quod si quis habebat duas præensiones, poterit vtraq; vti, si incertus sit, quam eligere debebat, propter ignorantiam iuris tertij, & idem refertur decisum fuisse in vna *Forohuien. S. Mercurialis 10. Iunii 1582. corã Bubalo.**

Et ita, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum in iudicio productum, cuius fides est semel approbata, debet iterum produci, dum aduersarius vult illud de falso redarguere, quod quomodo intelligatur, ibidem.
- 2 Tex. in l. fin. C. de fid. instrum. an procedat in testibus, & num. 8. & 9.
- 3 Testes an sint iterum producendi, dum aduersarius illas de falso redarguere vult, & num. 4. & 7.
- 5 Index vnus potest per alium exequi facere sua præcepta.
- 6 Consilium Neapolitanum de ordine Casaræ Mæstatis reformatum in anno 1539.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an instrumento in iudicio producto, sicut tenetur producens ex dispositione text. in l. fin. C. de fid. instrum. illud iteratò producere, sic instante parte ex aduerso de falsitate redarguere volente, ita pariter teneatur presentare testes, quos pro se testimo-

nium ferre curauit, dum illos aduerfarius, falso deposuisse probare se offert, & de alijs notabilibus, vbi singularis obferuatio Dom. Io. Angeli Pisanelli.

C A P. CVII.



Instrumentum in iudicio productum, cuius fides semel est approbata, instante parte, contra qua fuit presentatum, & iuramentum prestante, quod illud de falso redarguere vult, erit iterum per producentem exhibendum, hoc dicit *to. x. in l. fin. C. de fide instrument.* hic *tex.* necessariò intelligendus est, quando scriptura fuit in iudicio producta, & remansit in actis exemplum, tunc enim si persona, quæ de falso redarguere vult, instat pro exhibitione originalis, quod est pœnes producentem, cogitur ille iteratò producere, & exhibere, ita notabiliter aduertunt *Aff. decis. 330. nu. 2. vers. 2. limitatur. & Minado. decis. 40. nu. 3.* at si originale non esset pœnes eum, qui edidit; sed pœnes Notarium, apud quem hodiè omnia instrumenta, quæ stipulantur, reperiuntur, tunc hic *tex.* locum habere non posset; sed fieret locus, reiecta *decisione Capycij 40.* aliàs *decisis per S. C. pœnes D. de Frauch. decis. 194. vbi. Ad dentes, Cachex. decis. 16. Top. in annotatio. ad Constit. Regn. Instrumentorum. vbi. Pisanell. de pat. nupt. tom. 2. claus. 13. glos. vbi. a. num. 13.* qua de re latius per me lib. 1. cap. 186.

2 Sed queritur vtiliter, an *tex. in d. l. fin.* sicut loquitur de iterata instrumenti productione, praticari possit in reproductione testium, vt scilicet qui testes pro se deponere fecit, instante demum aduerfario, & de falso illos redarguere volente, teneatur ad iterum illos in iudicio presentandum, sed de v. presentatione non sequuta, nulla sit eis adhibenda fides, tangit hoc *Bal. in d. l. fin. nu. 11.* & post eum *Capyc. decis. 60.* & *Foster. in quæ. in verb. item. quod commisit falsitatem, nu. 43.* sed late, & notanter insignis *obferuatio Angeli Pisanelli*, qui affirmatiuam insequendo sententiam per hæc verba, quæ ad penam habeo in 4. questione scriptum est, vbi *confusa. & ex errore*

post eius mortem impreda inter *duos super prag. Reg. in rubr. prag. 1. de falsis. cy. 9.* prout notauit supra cap. 78. propositæ dubitationi respondit; audi, quælo, *Præceptorem sic ratiocinantem.*

Iesù, Maria.

3 Dicit *Capycius decis. 60.* quod potius amittitur, quam aliter, dum tractatur de falsitate testium fuit decretum, quod producas teneatur illos presentare, ad eorum depositionibus nulla fides adhiberetur: aliàs dicit ego esset. Adnotans *Magnifico Capitanij Rosales*, qui ligabat in *Vniuersitate Asculi de Marca Anagnina.* & tractaretur de repulsa, immò quod erant testes falsi, & quod teneatur Vinceritas illos presentare, aliàs quod de eis non haberetur ratio, allegabam pro ista opinione *Imol. in l. cum ab initio in hoc ff. quemadmodum testem aper. vbi in testibus extra iurisdictionem dat cautelam.* quod per indirectum. Iudex cogat partem ad faciendum, quod illi compareat, & hoc scilicet non audiendo eum quoad receptionem testium, & licet loquatur quoad receptionem testium exterorum, ratio sua riget in hoc casu, quia si non reprodueit eos, non audiet partem, scilicet in non adhibendo fidem, vel denegabit audientiam, si est actor, & istud infirmi dixit *Alex. in cons. 3. col. 1. vol. 2. dicit in actore, qui tenebatur edere, & fuit iussus à Iudice, vt ederet, si non edit, denegabitur audientia, & quod si testes dicuntur falsi, quod teneatur iteratò producere, allegabit *Bal. in l. fin. col. fin. vers. quæro, nunquid fuit iteratò, C. de fid. instrum. colligebam etiam hoc ex decisione eiusdem *Bal. in l. nullum, C. de testib. dum dixit, quod si Iudex Perusinus commisit exames Iudici Florentino, & testes dicuntur falsi, quod Iudex Perusinus cognoscit, & inquit; nõ enim posset puniri, & cognosci, si non presentarentur Iudici Perusino; ponderabam etiam eundem *Bal. in d. l. fin. C. de fid. instrum. dum post Nicolau de Massarell. assignando rationes, quæ re testes, qui dicuntur falsi, sunt iteratò producendi, dicit, quod in eis requiritur presentia, & subdit etiam, quod continetur non noceret, & sic parum operaretur, quod virtute *pragmatica Regis Ferdinandi L. sequentis de falsis testibus essent committentes, dicebam, quod nisi ita diceremus, esset inuenire fraudem, vt examinarentur testes extra Regnum, qui nunquam possent puniri, nec posset *pragmatica de amissione causæ praticari, nec mihi videbatur magis******

id, quod dicebatur, se non habere facultatem producendi, quia sicut habuit facultatem, ut ex commissione Iudicis Regni, alius Iudex examinaret, ita potuit impetrare, quod Iudex, qui examinavit, & habebat iurisdictionem in testes, cogat eos, & illos transmittat, ita dicebat *Andr. in c. 1. §. quod si veritatem*, ibi, ratio autem, in *tit. si de inuestit. inter Dom. & vasa. questio oriatur*, idem annuit in *Constit. In pecuniarijs*, p. col. ibi, quod uero dicitur, allegabam etiam id, quod dicitur in *l. a diuo Pio, §. 1. ff. de re iud.* quod vnus Iudex potest per alium exequi facere sua precepta, facit *tex. optimus in cap. 1. §. contrabentes*, de foro compet. in 6. & cum posset mediante Iudice testium providere, & removere impedimentum, non opitulabatur allegare, non habere facultatem, ut docet *Bal. et alij in l. quibus diebus, in princip. ff. de condit. & demonstrat.* ubi *Imol.* proprie in testibus loquitur, et in simili allegabam *Felin. in cap. qui perpetuus, in fine, de fid. instrum.* circa diligentiam, qua uti debet appellans pro habendo sententiam a Notario; et sic per Sacrum Consilium in dicta causa fuit decretum, quod Vniuersitas Asculi procuraret, quod testes venirent, extat processus pœnens nobilem Pyrrum Antonium Loferium Actuarium omnium causarum Rebellium, & tunc pœsidebat in Sacro Consilio ille integerrimus vir Patritius Neapolitanus D. Ciccus Loffredus, et aderant antiqui doctissimi, et practici Consiliarij. Et dum demum per visitationem factam ordine Cæsareæ Maiestatis Sacrum Consiliū in mense Decembris 1539. esset reformatum, nām ipse Dominus Ciccus fuit assumptus in Regentem Regiam Cancellariam, essentque deputati aliqui Consiliarij, partim Hispani, partim de Regno, & oriretur simile dubium inter Ill. Iuliam Gonzagam, & Ill. Dominam Principissam Sulmonis, nām examinati erant aliqui testes exteri de Terra Iennazani ad instantiam ipsius D. Iuliz, qui dicebantur falsi pro parte d. D. Principissæ, & fuisset petitum, quod presentarentur in Regno, ad finem ut potuisset de falso procedi, de qua falsitate etiam ex lectura aliquorum testium pœfatorum cœperat constare, & ad euitandum pœdictam pœsentationem iurabatur per D. Iuliam, habere difficultatem, volens ipsa uti remedio *l. fin. c. de fid. instr.* per me pro ipsa. D. Principissa fuerunt allegata omnia supradicta, ac fuit ostensum decretum factū in pœdicta causa Capitanei Rosales, & dicebam magnam potetiam ipsius D. Iuliz,

quæ tam in Regno, quàm extra Regnum potens erat opere, & sermone, ut omnibus notum erat, ita quod non erat permittendum, sub hoc velamento deludi iura, & falsitates impunitas pertransire; non potui tantum cātare, quod ipsa potentia per me allegata non obtinisset, nām ipsi noui Consiliarij decreuerunt, esse in causa procedendum, reiiciendo petitam pœsentationem, & sic totum contrarium eius, quod a tot. cōsummatissimis Viris erat determinatum; sed quia in multis causis, quæ iam erant ventilatæ in Tribunalibus Neapolitanis erat perfectè cognitū, qualis, & quantus fauor fuerat pœstitus dictæ D. Iuliz, & Sacrum Consilium vendicauit sibi auctoritatem Regiam, & dare arbitrium, cui forsā æquum sibi visum fuerit, ita quod in causa ipsa voluit illa facultate uti, nō multum curauit, si ut pœtendebam contra veras rationes, & alia decreta fuisset determinatum, nam de iure non poterat aliter dici, quia cum esset oblata probatio falsitatis, cessabat regula *l. fin. c. de fid. instrum.* ut in specie docet *Cypol. in cautela 148. regula est, q̄ ammissio*, quæ cautela tantò fortius procedit, pro quanto etant pœsumptiones cōtrā D. Iuliam, nām ipsa erat magna Domina, quæ multò pollebat fauore in partibus Iennazani, & cum summo Pontifice, qui Terram ipsam tenebat, erat consanguinea omnium Dominorum de Gonzaga, item Illustrissimi Ducis Urbini, taliter quod de facili poterat obtinere, ut testes cogerentur ad veniendum, per totum *titulum de testibus cogendis*, & sic cessabat dispositio dictæ *l. fin.* ut per *relatos per Eum in decis. 330.* deciditur per *Maxzeum*, & cum tractabatur de magna causa, & tota substātia cōsistebat in illis testibus, & tractabatur de magno pœiudicio, ut sic cessare debebat decisio d. *l. fin.* ut per *Alex. in l. huiusmodi, §. si ita, versus finem, ff. de legat. 1.* & quia scire debebat ipsa D. Iulia, quæ habebat peritissimos Aduocatos, cum quibus omnia in facto cōsulebat, & volebat de iure resolui, quod per *pag. Regni*, & de iure poterat agi contra testes, & producentes de falso, & quod ad finem, ut contra testes potuisset agi, vel repulsa fieri, cogebatur ad illos in iudicio producendum, & exhibendum, ut in specie decidit *Lucas in l. quotiens, col. 2. c. de naufrag. lib. 11.* & sic videbatur, esse in culpa, si non producebat, & per consequens cessare debebat illa *lex finalis*, ut declarat *Felin.* post alios in *cap. accepimus, versus finem, de fide instr. facit tex. in l. cum si exhibuisset, ubi Bart.*

& alij, ff. de publicanis, & profectò si alia persona litigasset, essentque omnes Iudices sine exceptione personarum, vnanimi consensu, fortè, immò sine fortè non fuisset ita decisum, & ego, qui et antiquos Consiliarios, & nouos cognoui, et quorum omnes de nouis nostri Regni fuerunt mei Collegæ in quamplurimis causis, fateri clarè possum, quòd hoc arbitrium in hac causa datum fuit ex facultate Regia, qua vtitur Sacrum Consilium, non autem ex iuris dispositione, quia ex suprâ allegatis poterit discerni, si de iure sententiatum fuisset, qui melius, an primi, an noui Consiliarij determinassent?

Io. Angelus Pisanelus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Instrumentum nùm incusari possit in foro creditoris ex pacto precedente, & n. 3. 4. & 6.
- 2 Iudex fori creditoris nullam habet iurisdictionem in debitorem alterius fori.
- 3 Iurisdictioni quibus modis prorogari possit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an instrumentum creditore instate possit in eius foro incusari cõtrà debitorem alterius fori, state pacto, quòd vbi debitor fuerit in mora soluendi, possit conueniri in foro creditoris, in quo extitit destinata solutio, & certa domus pro citatione assignata. Iurisdictioni quibus modis prorogari possit, & de aliis.

C A P. CVIII.



Instrumentum stipulatum inter creditorem, et debitorem, qui sunt diuersi fori, eo speciali inserto pacto, vt incusari possit in foro creditoris, in quo extitit destinata solutio, et certa domus pro citatione assignata, si cum effectu fuerit in illo foro in-

cusatum, dubitatur, nùm incusatio de iure subsistat?

- 2 Pro ratione dubitandi videtur, nullitèr ad incusationem fuisse processum, ex defectu iurisdictionis, vulgata *l. fin. ff. de iurisd. omnium Iudic.* nullam enim iurisdictionem habebat Iudex fori creditoris in debitore, contrà quem in causa incusationis processit, ergò: hinc aliàs cum esset incusatum instrumentum in loco contractus contrà debitorem alterius fori, ex quo in illo clausula legebatur, & amplissima facultas debitorem conueniendi vbique locorum, & in omni Curia, loco, & foro, fuit tam per M. C. quam per S. C. nulla declarata incusatio, testantur *Francisc. de Petr. cons. 25.* per totum, ipso patrocinate, *Io. Baptista Thor. in compend. decif. Reg. par. 3. in verbo instrumentum,* & in voto *84. num. 155.* & *Io. Maria Nouar. in pragmat. 1. col. 2. num. 4. de instrumentorum liquida.* quibus ex alienigenis addo *Chartar. decif. Rot. Gen. 6.* per totam.
- 3 Sed hac dubitandi ratione non obstante contrarium respòdi, nimirum in casu proposito ritè, & ritè fuisse ad incusationem processum, dnobis potissimum perpensis, & primò, quia in foro creditoris fuit destinata solutio, sicque illius Iudex ratione destinatae solutionis fuit effectus competens, vt coràm eo debitor conueniri possit, hic est *tex. in l. contraxisse, 20. ff. de actio. & obligat. Barr.* satis benè in *l. non utiq; §. si quis ita, nu. 3. vers. concludo ergò, ff. de eo, quod cert. loco, Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 4. num. 248.*
- 4 Secundò, licèt verum sit, vt pactum illud generale in instrumèto appositum, vt possit debitor in omni Curia, loco, & foro conueniri, nullius sit importantiæ, ac eo non obstante sit debitor coràm suo Iudice citandus, & non coràm alio, vt per eundem *Bart. loco* proximè citato, attamen quando fuit electus certus forus, & debitor priusquam fuerit coràm illius Iudice conuētus, pactum illud nõ reuocauit, prout poterat, ex nimis clara dispositione *tex. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omnium Iudic.* tunc nõ est, cur dubitari possit, Iudicem esse competentem illum, quem in instrumento debitor
- 5 elegit; est enim vulgatissimum, iurisdictionem Iudicis nedum de tempore ad tēpus, de re ad rem, & de loco ad locum prorogari posse, sed etiam de persona in personam, nimirum vt Iudex vnus Ciuitatis ius dicere possit in sua iurisdictione inter duos alterius loci, & sic non subditos, sunt iura nimis vulgata, tam in *d. l. si conuenerit* à con-

trario sensu, quàm in l. I. § 2. S. conuenire, ff. de iudic. Marant. in Spec. par. 4. dist. 12. nu. 3. et alii communiter. Vnde in casu proposito cum debitor ex speciali pacto remanserit contentus, vt conueniri possit in foro creditoris, certam domum ibi pro citatione designans, prorogauit iurisdictionem illius Iudicis, qui non valens de iure contra eundem vti non subditum procedere, ex eiusdem consensu fuit effectus competens, vt ius dicere possit, sicque iurisdicatio illa, quæ erat limitata inter personas illius territorii tantum, ex partium consensu fuit extensa, et prorogata ad alias personas non subditas, vt bene declarat Marant. loco cit. ac proinde non est, cur ambigi possit, ritè, et rectè Iudicem illum ad instrumenti incusationem processisse.

S V M M A R I V M.

- I Maritus, uxore mortua, si erit morosus in restituenda dote mulieris hæredibus tenetur ad interesse; sed quid si in non restituendo iustam habuerit litigandi causam, & n. 2. 3. 5. 8. et 10.
- 4 Debitor non dicitur esse in mora, quando iustam habuit litigandi causam.
- 5 Interesse denegatur, vbi mora non cõtrahitur.
- 6 Causa iusta litigandi dum excusat à mora, excusat etiam ab interesse.
- 7 Hæres, qui est in mora satisfaciendi legatum testatoris tenetur ad interesse lite contestata; sed an hoc procedat, quando iustam habuit litigandi causam.
- 9 Mora non subintrat ad affectum, vt debeat interesse, vbi, quis, quod soluere debet, ignorat.
- XI Causa iusta litigandi que sit.
- 12 Debitor nunquam censetur esse in mora, quando creditor ab illo petit plusquam debet.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an interesse ratione moræ debeat illius fortis, ad quam debitor diffinitiuam sententia fuit condemnatus, si iusta concurrat litigandi causa, & quæ sit hæc iusta litigandi causa, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CIX.



Interesse dotis, quæ in pecunia consistit infra annum mortis mulieris per virum non soluta, reuocatur in dubium, nùm viro ipso ad restitutionem condemnato, debeat, dum in non restituendo iustam habuit litigandi causam?

De hoc articulo disputari cõtingit in Sacro Consilio in causa hæredum qu. Mariæ Griffæ cum Regio Consiliario Scipione Theodoro, pro quo hoc breue, quod sequitur, scripsi responsum.

Iesus, Maria.

- 2 Dominum Consiliarium Theodorum ad dotium interesse per hæres qu. Dominæ Mariæ Griffæ petatum non teneri, facti, in quo versamur qualitate attenda, breuiter, ac apertissime demonstrare conabor: Et si enim, tam iuris communis, quàm nostri municipalis dispositione attenda; vbi dos, quæ in pecunia consistit, infra annum mortis mulieris, illius hæredibus non restituitur, constituatur vir in mora, quæ sortis interesse parit, ad tex. & ibi dicta per Doctores in l. unica, S. ex actio. C. de rei vxor. actio. & in Consuet. Si mulier, de iur. dot. tamèn in casu nostro præfatum D. Consiliarium ex causa restitutionis non factæ nunquam morosum censerì posse, indubitanter affirmo, quod vt pateat, attendamus, quæso, antè omnia, si tẽpus inuenire possimus, quod D. Theodorum in mora dotem non restituendi cõstituerit, & priusquam hoc videamus, illud in facto pro verissimo est supponendum, in continenti motæ litis per hæres prædictos, Dominum conuentum de restitutione iam facta excepisse, publicum præsentando instrumentum, omni sui parte roboratum, quo mediante dotium restitutionem Dominæ Mariæ factam esse apparebat; hoc stante, si iuris illud tempus, quo dos in pecunia consistens venit restituenda, siuè litis motæ inspiciamus, & certum est, moram cõsiderari non posse; cõstat enim, D. Theodorum calumniosè ad restitutionem non teneri, haud excepisse; sed iusta ductum causam, quia verè coniugi dum viuebat, restituerat, & de restitutione publicum apparebat documentum, quod proinde ad aliud non teneri, iuste contendebat: vnde illa apud omnes incontrouersa subintrat iuris con-

clusio;

- 4 clusio, nimirum moram debitorem cense-
 ri non posse illum, qui iustā litigandi cau-
 sam habet, est *tex. satis clarus in l. si quis so-
 lutioni, ff. de usur. cuius verba sunt. Si quis so-
 lutioni moram fecit, iudicium autem accipere
 paratus est, non fecisse videtur moram, utique si
 iuste ad iudicium prouocauit, &c. per quem
 tex. hoc in specie notarunt glos. ibi in verbo
 prouocauit. Roma. cons. 244. num. 5. Rip. in l.
 quod te, num. 55. ff. si cert. pet. & ibi Purpur. nu.
 72. Corne. cons. 176. num. 18. lib. I. cons. 40. nu.
 12. lib. 2. & cons. 77. num. 3. lib. 3. Alex. cons.
 48. col. 1. in fine, lib. 2. Curt. iun. cons. 28. num.
 20. cons. 34. in fine, & cons. 132. num. 11. Me-
 noch. de arbitr. casu 220 num. 50 & cons. 381.
 num. 46. lib. 4. Riminal. iun. cons. 52. num. 6. &
 643. n. 6. vol. 6. Gizzarell. decis. 20. n. 33. vers.
 debitor siquidem, & alij citra controuersiam.*
- 5 Si ergo data iusta litigandi causa, mora
 considerari non potest, consequens est di-
 cere, quod nullū debetur interesse, vbi enim
 mora non contrahitur, interesse denegatur,
 sunt iura satis clara in l. 2. §. si nauis, ff. ad l.
 Rhod. de iact. & in l. lecta, ff. si cert. pet. & ibi
 Doctores communiter, Crauet. cons. 87. nu. 5,
 Couarr. post alios lib. 3. variar. cap. 4. num. 5.
 Aut. Gabr. commun. concl. tit. de solution. concl.
 10. Nauarr. in comment. de usur. num. 46. & alij
 relati per eundem D. Theodorum in eius sol-
 lemni alleg. 40. nu. 43. cum seq. & in puncto,
- 6 quod iusta litigandi causa, dum excusat à
 mora, excuset etiam ab interesse, dixit glos.
 in l. in hac, in glos. magna, circa princ. vers. nec
 illud placet, ff. de condit. triticar. quam singu-
 larem appellat Bald. in tit. qui success. teneant.
 lo secundo, num. 6. Dec. in d. l. quod te, num. 5.
 Aret. cons. 50. num. 9. vers. quintum, & Bur-
 sat. cons. 442. num. 31. vol. 4. idque etiam pro
 indubitato dixerunt in terminis l. 1. C. de
 usur. & fructibus rei legat. nā cum Imperiali
 illa Constitutione sancitum sit, hæredem ad
- 7 rei legatæ vsuras legatario præstandas co-
 gi posse, post tamē tempus litis contesta-
 tæ, id negarunt, quoties hæres iustam habu-
 it litigandi causam, vt per glos. in d. l. 1.
 in final. verbis, & est *text. in l. 2. C. eod.* & ni-
 mis clarus in l. in fideicommissi, ff. de usur. &
 in l. sciendum, ff. eod. dum dixit ibi I. Consultus
 non omne, quod differendi causa optima-
 ratione fiat, morę annumerandum esse, qui
 enim sine dolo malo ad iudiciū prouocat,
 moram facere non videtur, l. qui sine dolo,
 ff. de regul. iur. & absquē dolo intelligitur,
 quando Conuentus iustam excipiēdi cau-
 sam habet, vt dicebat *ibidem Dec. in princ.*
- 8 Constat igitur, inspecto hoc primo tem-
 pore, moram in casu, super quo versamur,

nullatē nus considerari posse; sed quid dicē-
 dum, si sententię tempus inspiciamus, dum
 per illam de præfata restitutione non fuit
 habita ratio? & hoc etiam inspecto tem-
 pore securius dicemus, nec moram subin-
 trasse, etenim illud hac in re Dominos Iu-
 dicantes reminisci rogo, nām lata hac sen-
 tentia, quia nimis D. Theodorum grau-
 uerat, coactus fuit, nullitē, & contra casum
 tot iurium prolatam fuisse, demonstrare,
 alios iuris excitando articulos, quibus ve-
 rē nulla reddebatur, cumq; seruatis seruā-
 dis, ea de re iterum in Sacr. Cōsil. ageretur,
 votorum prodiit parilitas, aliquibus ex
 Dominis putantibus, sententiam esse nul-
 lam, aliquibus id negantibus, peto modō,
 vsquē ad hoc aliud tempus potest dici,
 D. Theodorum in mora constitutum? cer-
 tē nō, quid enim restituere debere sciebat,
 si pars Iudicum, qui in sententia votarunt,
 illam nullitē prolatam extitisse putauit,
 non nē per hanc parilitatem effectus fuit
 D. Theodorus ignarus, penitēsq; inscius
 super eo, quod verē esset restitutus, si
 ignarus, vbi ex sui parte mora considerari
 potest, vt ad interesse teneatur? & sic illa in

9 hac re succedit iuris conclusio, nimirum,
 moram non subintrare, ad effectum vt in-
 teresse debeat, ubi quis quod soluere de-
 bet, ignorat, itā dixerunt Doctores in l. iustā
 lam, ff. de verb. obligat. & in l. vnica, C. de sen-
 tent. quæ pro eo, quod in. tr. Cepoll. cauel. 27.
 & alij, quos citat, & sequitur idem D. Theo-
 dor. d. alleg. 40. num. 45. quibus addo Afflit.
 decis. 205. ubi Addentes, fuit. n. latē tunc di-
 sputatus articulus, nempē, assignata dote
 in tot debitorum nominibus, eo inserto
 pacto, quod soluto matrimonio sit in ux-
 oris, uel eius hæredis electione accipere, &
 rehabere, uel nomina illa debitorum assi-
 gnata, uel pecuniam in contactū, cuius nām
 illorum periculum constante matrimonio
 esse deberet, uiri nimirum, uel uxoris, et sic
 in illis nominibus assignandis quod nām
 tempus esset attendendum; an dotis confi-
 gnationis, uel potius restitutionis? (quæ de
 re latē dixi Ego ipse lib. 1. cap. 91. per totū)

10 Et si dices, datis demum pro paritate,
 dirimenda adiunctis, allegatas nullitates
 non obstat (nescio tamen, quo fato) fuisse
 declaratum, uides, quod cum esset ab hoc
 decreto petita in integrum restitutio (quæ
 alias diximus Dominis Consiliariis cōpe-
 tere lib. 1. c. 309.) iterum relata causa, alia
 prodiit parilitas, et cū pro hac ultima tol-
 lenda paritate, iterum ea de re ageretur, de-
 cretū prodiit, per q̄ sentētia reformata re-

manfit,

manfit, et sic enixè apparuit, iustam illum habuisse litigandi causam, quæ uerè à Do-
 11 **1** *Et* *horibus* consideratur, quando iuris articu-
 lus difficilis reputatur, prout in præsentì
 causa per Dominos Iudices habitus fuit,
 uel quando opinionum adefset uarietas,
 nec facilè, quæ uerè communis sit, discerni
 posset, ut omnium latè in hac materia ex-
 plicat *Ias. in l. properandum, §. sin autem alte-*
ruera, num. 8. et ibi. Alex. num. 17. C. de iudic.
et ex recentioribus Menoch. de arbitr. iud. ca-
su 177. peritorum, traduat et alia exempla
Ruin. cons. 27. num. 28 lib. 3. et Bursat. cons. 9.
num. 5. & cum seq. vol. 1.

12 Non etiam his attentis ex altero capite
 potest considerari, D. Theodorum in mora
 constitutum fuisse, cum in litis exitu appa-
 ruit, actores plus ab illo petiisse eo, quod
 fuit iudicatum, quo casu debitorem nun-
 quam morosum tengeri posse, nec etiam
 respectu partis, quæ in omnem euentum
 uenit omniò soluenda, dixerunt *Bart. in l.*
qui solidum, in princ. ff. de legat. 2. Paul. Castr.
in l. 2. C. de usur. & fruct. rei legat. Amol. in d. l.
qui solidum, Guid. Pap. dec. 496. optimè pro-
ut de more Couarr. var. resol. lib. 1. c. 2. nu. 5.
 et nouissime ex nostris *Gizzarell.* omniò
 uidendus relata *decis. 20. num. 5. 15. et seq.*
 ubi illud magis esse dicit, quod poterit eo
 casu debitor in iudicio uocatus simplici-
 tèt totum negare, ex eo, quia iustam liti-
 gandi causam habet, *Marcian. cons. 61. lib. 2.*
 quicquid nullo iuris fundamento sussultus
 sibi dixerit *Carauit. super Rit. M. C. 166. nu.*
24. ver. sextò nota ibi.

Vndè in præsentì inspectiõne remanet,
 ut illud tantum considerent Aduersarii tẽ-
 pus, quo postremum Sacri Consilii prodiiit
 decretum, ab illo enim die moræ in non-
 soluendo locus fuit, illudq; interesse ab eo
 tempore decursum peti posse, non ambigi-
 tur, et quousq; uerè iudicata fors soluta nõ
 fuit, quam iam ad præsens non mediocri
 D. Theodori honorum iactura, et detrimẽ-
 to satisfactam nouimus, hæc occurrunt.

Donatus Antonius de Marinis.

S V M M A R I V M.

- 1 Interesse quantitatis debita nunquam debetur, ubi mora non subintrat.
- 2 Administrator alicuius bonorum, qui in rationibus reddendis morosus extitit, an teneatur soluere interesse illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor appareat, & num. 3. & 7.

4 Tutor, qui postquam pupillus ad pubertatem, peruenit, in tutela rationibus reddendis moram fecerit, ad reliqua soluere cum usuris tenetur.

5 Administratores alicuius bonorum, qui ratione de administratis certo tempore reddere teneantur, à pœna excusantur, si statuto tempore computa præsentant.

6 Mora non subintrat, quoties quis, quod soluere debet, ignorat.

8 Interesse pro modica quantitate non debetur.

9 Interesse, quod Iudicis officio debetur an possit duplum quantitatis debita excedere.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Administrator alicuius bonorum, qui in rationibus reddendis morosus extitit, teneatur soluere interesse illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor apparuit, quæ tamen quantitas nunquam fuit liquida. Interesse quantitatis infra summam dactorum centum an peti possit item an interesse, quod Iudicis officio debetur, possit duplam quantitatis debita excedere, vbi Decisiones Sacri Consilij.

C A P. CX.



Interesse quantitatis debita, certum est, quod à creditore peti non potest, ubi debitor non est in mora soluendi, notat omnes per illum text. in *l. mora, ff. de usur.* & in *l. lecta, ff. si cert. petat.* & idem, quoties quid soluendum sit, debitor ignorat, quod propriè contingit, quando debitum non est liquidum, nam quousq; liquidetur, non dicitur esse in mora, & per consequens cessat interesse, *DD. in l. insulam, ff. de verb. obligat. Paul. de Castr. in l. 3. in fine, ff. de eo, quod cert. loto, Theodor. alleg. 40. num. 45.*

2 Sed quid dicemus in Administratore, qui certo tempore ex pacto, vel legis di-

spostione rationem de administratis reddere tenditur, si adueniente tempore illam non praestiterit, nūm conueniens demum, & ad reliquorum restitutionem condemnatus, cogatur simul illorū interesse soluere. Et ex supra iam proximè dictis videtur negatiuè respondendum, ex quo mora considerari non potest, dū illud, quod restitui fuit iustum, liquidum non erat, ergo.

3 At in cōtrarium est veritas, nām statim, atque, quod cessit dies redditionis computorum fuit mora contracta in non reddendo de administratis rationem. *Afflitt. decis. 150. ante num. 4.* quare perniciosum est, reliquorum restitutionem absq; interesse fieri, si computa post diem, quo reddi debebant, illinc ad notabile temporis spatium redderentur, etenim si hoc sub eo pretextu admitteremus, quod reliqua non erant liquida, posset Administrator computorum redditionem ad longum protrahere tempus, cum esset tutus, illud, in quo vetè debitor appareret, absq; interesse exbursare, & si mora, quæ per se est delictum, ei prodesset, ex qua ratione credendum est, hoc I. C. determinasse in tutore, dū censuit, tutorem, qui postquam pupillus ad pubertatē peruenit, in tutelæ rationibus reddendis aliquandiu moram fecit, ad reliqua soluere vnā cum usuris teneri, id, inquam, in *l. si posteaquam 10. ff. rem pupill. sal. for.* ergo idem ex identitatis ratione in omni administratore dicendum est, prout loqui videtur *Escobar tract. de ratiocin. c. 4. num. 21.* per totum, & antè eum *Cepoll. in tract. de cautel. cautel. 27.* dū cautelam tradit, ad hoc vt Mercatores, & negotiorum Factores, qui ratione de administratis certo tempore reddere tenentur, à pœna excusentur, debent computa presentare, seq; paratos offerre, omne totum soluere, in quo rationibus calculus verè debitores apparerēt, immo plus voluit *Cesar Vrsill. in additio. ad Afflitt. decis. 205. num. 4.* dū dixit, illud, quod dicitur, quem non esse in mora, dū quod soluere debet, ignorat, intelligendum esse, quando quis aliqua debere est p̄nitus ignarus, nā si vniuersaliā sciret, scire etiam posset, se in aliqua parte debitorem esse, & liquidum offerre teneretur, & pro alio offerre, verbo saltē, cū cautione, ad quod allegat *Imol. in l. prator. sit. S. si quis paratus, ff. de non. oper. nunciat. & Alex. in l. si mora, num. 4. fallent. 3. ff. solut. matrim.*

7 Et ne rerum indicatarum auctoritate careamus, dico, secundum hanc opinionem hoc anno 633. iudicasse Sacrum Con-

filium in causa vertente inter heredes quondam Ostanij Carafa Marchionis S. Erasmi cū Vniuersitate, & aliquibus particularibus Casalibus Pasceolarum, nam cum essent conuerti Aerarij, qui pro tempore fuerunt Baronium Istroscium dicti Casalibus ad reddenda computa, & demum condemnati ad reliquorum restitutionem vnā cum interesse, Vniuersitas prædicta (de cuius interesse agebatur, ex quo facta cū Aerarij discussione, illisq; non soluendo repertis, tenebatur de proprio dicto Marchioni vtili domino satisficere) à condemnationis sententia petijt, se in integrum restituat, lesionē fundandō, quia fuerunt Aerarij condemnati ad interesse soluendum quantitatis, quæ antè sententiam nunquam extitit liquida, & tandem per prædicta Decreto S. C. prouisum fuit, non esse deferendum, respectu interesse partitarum excedētium summam ducatorum centum, secus autem respectu illarum infra ducatos centum, cum rectè p̄missum sit, non deberi interesse pro modica quantitate, ex rationibus traditis per *Cesar. Vrsill. in addit. ad Afflitt. decis. 291. num. 6.* quem sequitur *Theodor. alleg. 40. nu. 37.* & cum demum fuisset de nullitate dictum, nullitatibus propositis, & in Sac. Con. relatis sub die 14. Martij 1634. decretum fuit, illas non obstare, in quarum nullitatum discussione fuit etiam discussatum, an interesse, quod Iudicis officio debetur, possit duplum quantitatis debite excedere, & pro parte negatiua allegabatur *text. in l. i. C. de sentent. que pro eo, quod inter. vbi sic decidi videtur, Alciat. lib. 6. par. erg. l. 15. circa finem, vers. si ergo,* quæ magno applausu citat, & sequitur *D. Carolus Antonius Noccia* Iurisconsultus, vitæ moribus, doctrinæ præstantia, æ generis nobilitate p̄clarissimus in *fyli. casus forens. c. 29.* sed contrarium fuit decisam ex dictis per *Cagnol. & DD.* magis communiter in eo *sex.* qui iuxta omnium placita loquitur de interesse singulari, seu affectionis, non autē de illo communi, quod Iudicis officio debetur, vel conuenio, vt *ibi* per *DD. & satis notanter Alex. Trentacinq. var. resol. lib. I. in tit. de interesse, resol. 1. num. 41.* & *Card. Tusch. pract. conclus. lit. I. concl. 313.* in *prim.* vbi expressis verbis dicit, interesse commune posse ad quamcunq; summam ascendere, ac proinde si per plures annos deberentur, tunc decursi temporis spatium taxatur, vide etiam *P. Salus de contract. sit. de usur. dub. 10. nu. 12. vers. pro foro ausero externo.* Acquarius fuit causæ prædictæ Simeonius pro Fylice.

S Y M M A R I V M.

- 1 Inventarium vt legitime confectum iudicetur, opus est, vt in illius confectioe omnes creditores hereditarij citentur, & nu. 2 & 3.
- 4 Citationis defectus in confectioe inuentarij respectu creditorum absentium an sit releuans, & num. 5. & 6.
- 7 Inventarium an proffit heredi, vbi ex creditoribus aliqui sunt citati, aliqui non.
- 8 Inuentario declarato valido cum vno ex creditoribus, alijs non citatis an noceat.
- 9 Regula, res inter alios actas tertio non nocere, an habeat locum, quando inuentarium cum vno ex creditoribus est validum declaratum.
- 10 Inuentarij discussio facta cum vno ex creatoribus an alijs noceat.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an nullum censendum sit inuentarium ab herede confectum, vbi aliquis ex creditoribus defuncti citatus non fuerit. Hæres an vt inuentarium ei non proffit, conuinci debeat, habuisse scientiam creditoris in confectioe non citati. Regula res inter alios actas tertio non nocere, an procedat, quando inuentarium cum vno ex creditoribus est validum à Iudice declaratum, alijs non auditis. Inuentarij discussio facta cum vno ex creditoribus an proffit, vel noceat cæteris, & de alijs.

C A P. CXI.



Inuentarium, vt ab herede legitime confectum iudicetur, inter alias, quas requirit sollemnitates, illa potissimum consideratur, vt in illius confectioe defuncti creditores citentur, ad hoc vt in actu aditionis compareant, eorumque iura, si que

habent, vt inuentarium, quod conficitur, heredi non proffit, proponant, sic enim se habet communis Schola Scribentium in l. fin. C. de iur. deliber. & præ cæteris Bal. in S. cum igitur, & Salycet. in S. sin autem dubius, Roland. de inuent. q. 89. nu. 3. in tract. diuers. Marant. in spec. p. 6. in verb. recte concipiatur citatio, n. 98. Loffred. conf. 32. n. 8. Phanic. de inuent. q. 240. n. 12. Ant. Fab. diffin. 26. & 37. C. de iur. delib.

2 Verum cum receperissima, & à nemine controuersa hæc conclusio sine dubio procedat, quando hæres defuncti creditorum noticiam habuit, dubitari solet, an ad finem vt respectu creditoris non citati inuentarium non proffit, requiratur præcisè, vt de scientia conuincatur hæres, sicque illum de creditore non citato noticiam habuisse, & affirmatiuè est respondendum, nam secus nemo sani capitis affirmare poterit, vt sit citandus creditor, cuius hæres non habet cognitionem, sed eo casu sat esse citationem per edictum, ita satis clarè desumitur ex Cypre. decis. 101. vbi Sacrum Consiliu contra inuentarium pronunciauit, ex eo quia creditor, qui inuentario se opposuerat, demonstrauit, heredem habuisse noticiam de eius credito, idemque scripserunt Salycet. in d. S. sin autem dubius, num. 8. in fine, & alij, Rot. decis. 151. num. 6. penès Coccinum, vbi Salycet. autoritate dicit, difficile esse asserere, aliquem esse certum creditorem, immò plus voluit Rot. nimirum vt citationis defectus nullius sit importantiæ, adhuc si creditores essent certi, si tamen illi aditionis tempore absentes reperirentur, nam tunc sat esse citationem per edictum, decreuit in decis. 371. penès Card. Seraphin. sub illis verbis nu. 4. & 5. Tertiò opponebatur defectus citationis ex eo, quòd cum Episcopus esset certus creditor descriptus in inuentario, non sufficiebat generalis citatio, sed fuit per Dominos approbata responsio, qua datur ex aduerso, quòd absentes non sunt specialitèr citandi, & fuit igitur, authent. de hered. & falcid. & c. idemque elegantissimè eadem Sacra Rota affirmauit in vna Carpenteraten. bonorum sub die Lunæ 18. Decembris 1617. coram tunc Illustrissimo D. Pamphilio, nunc Sanctissimo Domino nostro Papa Innocètio X. prout videre est in decis. 597. par. 2. in posthum. Farinas. vbi nu. 3. Sanctissimus iste Pontifex, qui Sanctam Ecclesiam mirificè regit, ouesque suas pascit opere, & exemplo, hæc aurca profert verba. Defectus citationis ex eo, quòd cum Domini Cay, & Berton. essent creditores certi, deberent nominatim citari, visus fuit Dominis admodum leuis, quia non constat, quòd illi tunc

essent presentes, cum alijs absentes non sint specialiter citandi, & fuit igitur, authent. de heredibus, & falcid. Seraphin. d. decis. 371. num. 5. eo minus, quod creditum ipsorum esset notum heredibus, & certum, & tamen difficile esset asserere, aliquem creditorem certum esse, Salycet in l. fin. §. sin autem dubius, num. 8. in fine, C. de iure delib. & fuit dictum in causa Romana inventarij 19. Ianuarij 1604. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, hæc ille Sanctissimus, de quo memores fuerunt Beltram. in additio. ad Gregorium XV. sanctæ memoriæ decis. 473. num. 22. & Ioan. Franc. Ferrentil. in addition. ad Buratt. decis. 750. qui conclusionem assumunt, tunc inventarium citatos non afficere, quando interesse est certum, & notum, nec sat esse probare, creditores esse certos, sed etiam illos esse presentes, per hæc enim verba loquitur Ferrentillus. *Inventarium non citatos non afficit, quando tamen interesse est certum, & notum, & in his terminis loquuntur adducti in hac decisione, & coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis. 473. num. 1. & dixi supra ad decis. 637. num. 17. Reuerendissimus Dominus Coccinus Decanus dec. 151. num. 5. in princ. & fuit dictum in Romana census 25. Iunii 1629. coram R. P. D. Verospio, verum non sufficit probare, creditores esse certos, quod difficile reputatur per Salycet in l. fin. §. sin autem dubius, num. 8. in fine, C. de iure deliber. fuit dictum in Romana census 22. Iunii 1609. coram bonæ memoriæ Penia, Reuerendiss. Coccin. decis. 151. inter eius impressas num. 6. & post cons. Farinac. decis. 199. Zacch. de obligat. camer. dec. 96. Marches. de commissio. to. 1. fol. 731. & fuit dictum in præfata Romana census coram D. Verospio, sed probari debet, illos esse presentes, nam absentes, etiam certi non sunt specialiter citandi, Seraph. decis. 371. n. 5. fuit dictum in Carpentoraten. bonorum 18. Novembris 1617. coram Eminentiss. D. Cardinale Pamphilio, & in decis. 151. num. 5. coram Decano, in Romana census coram Penia, & in d. Romana census coram D. Verospio, & c. hæc ille, & magis in puncto, ac in fortioribus terminis hæc omnia confirmat D. Pras. de Franch. decis. 229. num. 5. vbi ex sententia Bart. in cons. 154. docet, quod quando est confectum inventarium, & plures sunt citati, & aliqui non, quod inventarium proderit, etiam respectu aliorum non citatorum, cum lex non sit omnino contempta, nam pro modico peccato quis tantum dānum pati non debet, & quod hoc est æquū, & rationi consentaneum, contrariaq; procedere, quando nullum penitus est confectum inventarium, id, quod placuit pariter*

Gratian. discept. forens. lib. 4. c. 797. num. 16.

8 Hæc breuiter in vna facti contingencia in Sacro Consilio allegabam pro Magifico Iulio Comite quodā Petri Antonii patris sui hærede cum beneficio legis, & inuentarii, aduersus quem cum iniurxisset Donna Eleonora Grifone, inuentarii nullitatem respectu sui allegans, ex eo, quod existens illa creditrix dicti Petri Antonii defuncti, in inuentarii confectioe citata non fuerat, ob quod prætendebat, d. Iulium de proprio teneri, nec aliter inuentarii beneficio succutendū; sed per hæc supra iam dicta in vanum eam laborare demonstrari, eoquē magis, quod cum antea alii creditores hoc idem prætendissent, allegantes, neminem penitus fuisse citatum, sed tantū contra incertos emanatam citationē per edictum, dato termino super allegata nullitate inuentarii, ac & tandē compilato processu, Sacrum Consilium, iuocis Dominis Consiliarijs duarum Andarum sub die 8. Iunii 1618. decreuit, propositam exceptionem nullitatis, & inualiditatis inuentarii non obstarē, prout constat ex processu Hectoris Caraccioli fol. 559. in Banca nunc Solawii, nec suffragari D. Elionora, addidi, illud, quod in hoc replicabat, nimirū, quod hæc Sacri Consilii determinatio ipsi nocere non poterat, vti res inter alios acta, nam respondi, quod cum hæc decisio persone conditionem afficeret, nam faciebat, vt dictus Iulius denominaretur hæres cum beneficio legis, & inuentarii, creditoribus etiā non vocatis, nec auditis nocumentum afferebat, ad quod individualem supremi Sabaudia Senatus decisionem allegabā, quæ refert insignis Ant. Faber diff. 1. C. res inter alios act. & satis ad propositum, quæ exaratur D. Reg. noster de Pont. cons. 7. lib. 1. vbi consulat, discussionem inuentarii factam cum vno ex creditoribus, cæteris omnibus nocere, & prodesse, adhuc non citatis, nec auditis, taliter quod iterata discussio nullatenus facienda sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex secularis requisitus pro imploratione brachij super executione sententia lata per Iudicem Ecclesiasticum in causa matrimoniali concernenti separationem Thori, & dotis restitutionem, an de illius viribus cognoscere possit respectu restitutionis dotis, & num. 4. & num. 8.
- 2 Iudex Ecclesiasticus non solum super dinotio,

sed

- 3 *sed etiā super dotis restitutione est competēs.*
- 4 *Dos est causa incidens, & accessoria ad matrimonium.*
- 5 *Præsumptio est pro sententia.*
- 6 *Iudex secularis quādo dicitur mixtus exequutor sententiæ Iudicis Ecclesiastici.*
- 7 *Iudex secularis mādāt, fieri dotis restitutionē, statim atquē Iudex Ecclesiasticus pronūciat super separatione matrimonij.*
- 9 *Appellans à sententia Papa ad Iudicem secularem est excommunicatus.*

ARGUMENTVM.

Agitur, an Iudex secularis requisitus pro imploratione brachij super exequutione sententiæ, per Iudicem Ecclesiasticum in causa matrimoniali latæ, matrimonij separationem, & dotium restitutionem concernentis; possit respectu restitutionis dotis de viribus sententiæ cognoscere, & de alijs ad materiam.

CAP. CXII.



Iudex secularis requisitus pro imploratione brachij super exequutione sententiæ, per Iudicem Ecclesiasticum in causa matrimoniali latæ, concernentis matrimonij separationem quoad thorum, & dotium restitutionem, contigit alias in supremo Regni huius Senatu dubitari, an respectu restitutionis dotis, viro instante, de viribus sententiæ cognoscere possit, vel absque causæ cognitione tanquam merus exequutor auxiliū suū exhibere teneatur? Respondeo, Iudicem secularem in hoc casu, sententiæ Iudicis Ecclesiastici non nisi merum exequutorem considerari, sicq; illum teneri absque vlla causæ cognitione, virum ad dotis restitutionē cogere, & ita passim in S.C. Regni huius seruatur, quādo huiusmodi sententiæ in illo Tribunali præsentantur, quæ vt plurimum in Romana Curia proferuntur, prout his temporibus

practicatū vidimus in causa D. Principissa Hyeracij cum D. Principe eius viro, cuius decreti verba imprimi curauit *Thorus in compend. decis. part. 3. in verbo fructus dotis*, idemq; seruatum in imploratione brachij perita pro parte Dñe Barbaræ Spinulæ contrā eius virum, nec de hoc dubitatur, supposita Iudicis Ecclesiastici in his determinandis competētia, de qua in *cap. 1. 2. & 3. de donat. inter vir. & vxor.* quibus sanctionibus generalitèr statutum est, vt possit Iudex Ecclesiasticus non solum super diuortio, sed etiam super dotis restitutione pronūciare, & hoc siuè matrimonium quoad fœdus, siuè quoad thorum separetur, istoq; iure vtimur, nec habemus Catholicū Doctorem huic conclusioni aduersantem, ratio assignatur in iuribus præfatis, quia in hoc casu dos est causa incidens, & accessoria ad matrimonium, cum dos sine matrimonio esse nō possit, & generale est, vt Iudex causæ principalis sit paritèr Iudex causæ incidētis, & accessoriæ, vt per *Canonistas* per illa iura in *cap. tuam, de ordin. cognit. & in cap. lator. qui filij sint legit.* scripsit satis benè, & in terminis, de quibus agimus *Cancer. variat. resolut. lib. 3. cap. 1. à n. 169.* vbi plures refert, & decisum testatur, huicque sententiæ adhæsi paritèr & Ego, *lib. 1. cap. 349. num. 8.* Supposito hoc.

4. Quod Iudex secularis in casu proposito sit merus exequutor, nec vllam in his possit habere causæ cognitionem, probatur euidentissimè, nam cum iustitia restitutionis dotis ab illa separationis matrimonij habeat necessariā dependentiam, sicq; vt ita demum sit locus restitutioni dotis, si secundum ius ad matrimonij separationē fuerit processum, modò volēs Iudex secularis de iustitia restitutionis cognoscere, cogitur necessariò degustare iustitiā separationis, cuius quidem cognitionis, cum versetur super re spiritali, redditur certè pœnitus incompetēs; vnde ex hoc oritur, quod cum præsumptio sit pro sententia, *l. sermo inuito 65. §. 1. ff. ad S.C. Trebell.* nec de illius validitate, vel nullitate corā Iudice seculari dubitari permittitur, nullo pacto in dubium reuocari potest, an in hoc casu Magistratus secularis sit merus exequutor, cum mixtus tunc demum dici possit, quando alias esset competens in cognoscēdo de iustitia eius, de quo Ecclesiasticus principalitèr cognouit, in quibus sanè terminis loquuti sunt *Abb. Ant. de Butr. & ceteri in cap. 1. de offic. iudic. ordin.* alijquē, quos ex recentioribus allegant *Gayl. præf. obseru. lib. 1. obseru. 115.*

Aluar. Valasc. decis. 48. nu. 13. Pet. Garz. dec. 2. D. Capyc. Latro decis. 82. & Franc. Molin. alijs omisiss de brach. secul. lib. 1. cap. 12. nu. 471.

7 Et quod hoc sit verum, patet, nam cum aliàs contigisset, Iudicem Ecclesiasticum super matrimonij separatione simpliciter pronunciaſſe, nulla circa dotis restitutione prouisione facta, Sacrum Consilium visa sententia Iudicis Ecclesiastici, nulla de illius iustitiæ cognitione habita, mandauit, dotem esse restituendam, reuideatur *Dom. Prasf. de Franch. decis. 312.* vbi duo in hac materia pro indubitatis fuerunt habita, primum, quod quomodocunq; matrimoniū soluat, dummodo dos non amittatur, est facienda dotis restitutio, idq; ex decisione *Abb.* per illum *text.* qui generaliter loquitur, in *cap. 1. de donat. inter vir. & uxor.* quem idem *Prasf.* aliàs allegauerat in *decis. 244.* vbi de his similiter egit, alterum, quod dotis restitutio veniat in consequentiã separationis matrimonij, ita vt quoties separaretur matrimonium, subintret dotis restitutio; nec de hoc legimus, vllò vnquam tẽpore dubitatum fuisse, nam cū dos propter onera matrimonij sustinenda viro tradatur, *l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. sod. quoties Iudex Ecclesiasticus à simultanea cohabitatione, thoroq; maritali coniuges separat, illosq; à mutua obligatione de obsequijs ad inuicem prestandis absoluit, quia cessat causa, propter quã dos fuit tradita, est sine dubio faciendã illius restitutio, quia aliàs vir dotis fructibus fruere, abique quod matrimonij pondus sustineret.*

8 Quibus sic stãtib; dum mulier ad Magistratum secularem recurrit pro imploratione brachij super executione sententiæ separationis, & dotis restitutionis, ab Ecclesiastico prolata, est illud omninò impartendum, nec erit vir audiendus, si quoquo modo aduersus sententiam illam se opponere vellet, nam cum ex supra enarratis Iudex secularis nõ nisi merus, nudusq; executor cõsideretur, adhuc si corã eo sententię nullitas allegaretur; nullitatem illã reijcere tenetur, vt post *Innocent. in cap. cum olim, de priuileg. Bal. in lecti non cognitio, C. si contra ius, vel util. publ. Cardin. in cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg. & in clem. 1. §. pen. in 5. quest. de for. comper. & Angel. in l. si ut proponis, C. de execut. rei iudic. probat satis bonè Frater Michael de Agia in tract. de exhiben. auxil. concl. 8. casu 1. fol. mihi 150. id, quod sine vlla controuersia procederet, si sententia fuerit prolata à Summo Pontifice, à cuius determinatione si quis se gra-*

uatum senserit, ad eundẽ recurrere debet, aliàs si ad Magistratum secularem confugeret, impediendi causa executione decreti Pontificis, siue Sacri Romani Auditorij, alligaretur certè excommunicationis sententia, de qua in *Bulla Cœna cap. 13.* vbi excommunicantur omnes, qui per appellationem, vel quouis alio modo ad Curias seculares recurrerẽt, sic literarum Apostolicarum executionem impediẽtes, vt satis doctè probat *Mar. Alter. tract. de censur. tom. 1. disp. 14. lib. 5. cap. 1. fol. mihi 653. col. 1. vers. qui preterentes,* quo loci hæc verba profert. *Vbi enim quis sentit se grauatũ d. literis Apostolicis, seũ ex decreto Papa, ad eundem recurrere debet, cap. meminimus, cap. ad hac, il secundo, de appellationibus, illudq; quoq; est animaduertendum, Summum Pontificem in hoc loco, vocẽ appellationis significare velle omnem modum, quo quis salẽt ad Curias seculares confugere, siue id faciat per appellationem, siue per recursum, aut supplicationem, aut inuocando brachiũ seculare, vel quouis alio modo, semper enim incurritur excommunicatio, itũ quia nulla assignari potest ratio diuersitatis, in etiam quia id probari videtur ex dictione illa. *Aut, &c.* Hæc ille, cuius sententiã nouissime adhæret *P. Duard. in explicitis, eiusdem Bullæ lib. 2. cap. 13. q. 2.* quem omninò vide. Hæc considerabam in vna facti contingentiã pro Marchionissa Machiagodenz, pro qua tamen obtinere non potui.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Iudex de numero ordinariorũ nouissimũ an precedere debeat supernumerariũ antiquiorẽ, & num. 3. 11. & 12.
- 2 Temporis prioritas in materia procedentiã attenditur.
- 4 Supernumerarij vox quid suadet.
- 5 Canonicus receptus vltra numerum an gaudeat iuribus canonicalibus.
- 6 Supernumerariũ in Collegio an dicatur esse de corpore Collegij, & num. 7. 9. & 10.
- 8 Legatum factum Canonicis non debetur illis, qui sunt vltra numerum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Iudex alicuius Tribunalis intrã numerum ordinariorum nouissime receptus, precedere debeat Iudicem

super-

supernumerarium, in illo munere antiquiorem. Iudices supernumerarij an potiantur eisdem beneficijs, & immunitatibus, quibus ordinarij gaudent, & de alijs, ad ornatum text. in l. 1. §. quod autem, C. de Collegiatis, lib. 11. in l. unicuique, C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. & in l. final. C. de apparitoribus Magistrorum militum, eod. lib.

C A P. CXIII.



Iudex alicuius Tribunalis de numero ordinariorum, dubitari contingit, num in sedendo, & in alijs actibus publicis, & secretis præcedere debeat Iudicem supernumerarium, in illo munere antiquiorem?

Ratio dubitandi in partem negantem ea est, cum regulariter in materia præcedentis temporis prioritas sit semper anteferenda, ut qui prior, seu antiquior est in tempore receptionis, cæteris præferatur iunioribus, hic est text. in l. unicuique in princ. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. ibi, ut nemini penitus liceat, num sit posterior tempore locum præcedentis ambire, sicq; vno ore fatentur Ioan. de Plat. Luc. de Pen. & DD. omnes, tam ibi, quam in l. 1. C. de consulib. lib. 12. alijsq; relati per Fab. de Anna conf. 40. num. 17. & 23.

Sed hac dubitandi ratione nõ obstante, contrariam sententiam in casu proposito omninõ amplecti debemus, ut nimirum Iudex de numero ordinariorum, supernumerarium, quamuis in officio antiquiorẽ præcedere debeat; etenim licet conclusio modò firmata in se verissima sit, perperam tamen ad rem, de qua agimus, venit applicanda, cum ea dumtaxat, cæteris paribus, procedat; secus autem probant iura prædicta, & ibi DD. communiter, quoties inter contendentes de præcedentia disparitas aliqua consideratur; quæ quidem disparitas, ut in casu, de quo agimus, innotescat, infra scripta breuiter se offerunt ponderanda.

- 4 Et primò, nam cum contetio sit inter Iudicem ordinarium, & supernumerarium, suadet vox ista, *supernumerarij*, ut sit ille extrà numerum illorum, qui sunt in Collegio, glos. & DD. in cap. cum M. Ferrariensis, de conf. Barhos. in tract. de canon. & dignit. cap. 3. num. 6. si extrà numerum, dicitur mihi, quo pacto præcedere poterit illum, qui est de numero, & corpore Collegij? hinc Felin. post Abb. in d. cap. cum M. Ferrariensis, nu. 23.
- 5 notabiliter dixit, quòd quamuis receptus ultra numerum Canoniorum, iuribus gaudeat Canonicalibus, attamen limitatur, quando à Capitulo extitit expressè declaratum, ut sit supernumerarius; tunc enim, quia noluit Capitulum frangere numerum, sed tantum quodam ius extraordinarium dare, taliter receptus non dicitur habere ius integrum; sed tantum obtinere quodam ius præparatorium, ad futurum ius integrum consequendum, subdens proindè, quòd ex quo numerus non frangitur, non potest supernumerarius cum alijs connumerari, id, quòd etiã firmare videtur Io. de Plat. in d. l. unicuique, nu. 1. vers. & sic nota, C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. vbi dicit, quòd quando supernumerarius loco alicuius numerarij in Collegio subrogatur, subrogari debet quantum ad incorporationem, ut nimirum sit incorporatus, sicut numerarius erat, sicq; supponit, supernumerarium, antequam ille in locum alicuius numerarij subrogetur, non esse de corpore Collegij, si igitur de corpore censei ille non potest, quo pacto intrà corpus collocari possit, ut inter numerarios sedeat, sicquẽ ex illis aliquem præcedere? non nõ maximum oriretur absurdum, illudquẽ esset, ut scindatur corpus, & inseratur membrum, quòd non est de corpore illo.
- 7 Quòdqu; hæc omnia vera sint, videmus; iure communi, ac generali consuetudine cautum esse, eos, qui supra numerum ad Collegium admittuntur, eiusdem Collegij beneficijs, & immunitatibus haud potiri; non enim consueta stipendia illorum, qui sunt intrà numerum consequi eis permittitur, est text. in l. 1. §. quod autem, vbi Bar. Rebuff. & omnes, C. de collegiat. lib. 11. Corset. sing. 315. idem Rebuff. in l. decurionibus, num. 7. C. de silentiarijs, & decurionibus, lib. 12. quo loci dicit, quòd si appareret factum legatum Canonici S. Saturnini, in illiusq; Ecclesia essent aliqui ultra numerum, quòd illi nil de legato debeant participare, sequitur Mastrell. decis. 156. num. 31. 32. & 33.
- 8 Item fori priuilegium Collegiatis de

numero

numero concessum, supernumerarijs denegandum esse statuit *tex. in l. fin. C. de apparitoribus Magistr. milit. lib. 12. vbi Audi. de Barul. Luc. de Pen. & omnes, sicq; per S. C. Regni huius decisum testatur D. Pras. de Franch. decis. 234. num. 6. D. Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. 4. de regalibus impositionibus, §. 8. num. 54. Aloys. de Leo in l. 4. num. 11. C. de sacros. Eccles. & Ioan. Maria Nouar. ceteris omissis in tract. de elect. & variat. fori, sect. 4. quaest. 35. vbi regulam constituendo, vt electionis, & variationis fori beneficium per miserabiles personas nullatenus aduersus Officiales Regios allegari possit, illam declarat, vt procedat in Magistratibus de numero ordinariorum, secus autem in Officialibus supernumerarijs, quos, certum esse dicit, gaudere non posse priuilegijs, & immunitatibus illis de numero concessis, inferens singulariter *num. 7.* quod quamuis per *Ritum M. C.* Regni huius de delictis Officialium sola M. C. cognoscat, hoc non procedat in delictis Officialium supernumerariorum.*

11 Ex his omnibus sequitur, quod dum priuilegia, quae conceduntur Iudicibus de numero ordinariorum, denegantur supernumerarijs, & signanter quoad consequutionem stipendiorum, sequitur, inquam, dicendum, vt semper ille, qui est de numero, praecedere debeat supernumerarium; ius enim statuit, illum semper praecedere debere, qui maiora obtinet stipendia, probat hoc mihi tria iura concordantia, nempe *text. in l. 2. in fin. C. de offic. Mag. Offic. ibi, vt is gradu ceteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit antecire, in l. 1. C. de agentibus in rebus, lib. 12. & in l. fin. C. de Tyronib. eod. lib. D. D. communiter in l. cum quid, ff. si cert. pet. vbi Alex. num. 8. Ias. nu. 15. Abb. in cap. clericici, de iudic. & alij, quos citat, & sequitur Iacob. Menoch. conf. 784. num. 2. lib. 8. vbi consuluit, & bene, Lectorem ordinarium, extraordinarium praecedere debere, ex eo, quia meliora consequebatur stipendia.*

12 Concludendum est igitur ex praedictis, Electum intra numerum ordinariorum, quamuis iuniorem, supernumerarium, quamuis antiquiorem, vt extra numerum existentem praecedere debere, & ita iudicandum, saluo, &c.



S Y M M A R I V M.

1. *Iudex an possit recusari, ne interueniat in causis alicuius pupilli, ex quo tutoris est inimicus, & num. 5.*
2. *Iudex an possit recusari, ne interueniat in causis alicuius Ecclesiae, ex quo est consanguineus Praelati, & num. 3. & 4.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an tutor possit recusare Iudicem, qui est suus inimicus, ne in iudicando interueniat in causis sui pupilli Iudex, qui est consanguineus, vel inimicus alicuius Praelati an possit interuenire in causis illius Ecclesiae.

C A P. CXIV.

- I**udex, alicui dubitatum, num possit recusari, ne in iudicando interueniat in causis alicuius pupilli, ex quo tutoris est ille inimicus? *Specular. in tit. de Iudic. deleg. 5. superest. numer. 9. de quo meminit Rom. decis. 80. nu. 2.*
1. mouet questionem, an quis vt Iudex possit interuenire in causis alicuius Ecclesiae, cuius est Praelatus consanguineus eiusdem Iudicis, & ex sententia *Egidij* affirmatiue concludit, nec aliter in hoc casu recusationi locum esse, ea quidem ratione, cum non sit causa Praelati, sed Ecclesiae, ad quod multa iura allegat. Oppositum tamen firmarunt *Io. Andr.* tam ibi in *Additio.* quam in *cap. insinuante, de offic. & potest. Iudic. deleg. in glos hoc videtur, & Abb. in cap. postremo 36. num. 6. de appellat. & alij plures relati per Rom. loco cit. num. 4. & Io. Chrystos. Suelnes conf. cent. 1. conf. 23.* (vbi tamen pro Praelato decisum refert, ex eo, quod no agebatur de materia pecuniaria, sed solu preheminentie) rationem assignant, nam etsi principaliter causa dicatur Ecclesiae, consequentiue tamen honor, & emolumentum ad Praelatum spectant, ac proinde inconueniens est, vt
 2. eius consanguineus, vel inimicus interue-

niat,

mat, & hec sententia verior est, quam nouissimè recenlet *Apicel. in tit. de suspit. Offic. num 89. & 90. vers. quòd si Iudex est; & c.*

5 In quæstione autem proposita, siue pro ea decidenda *Specul. siue Io. Andr. & Abb.* attendamus sententiam, dixi in facti contingentiâ, nullo modo Iudicis recusatione subintrare; si enim *Specul.* ad stipulemur, causâ dicitur pupilli, non autem tutoris, ac proinde Iudex, qui est tutoris inimicus recusari non potest, sin autem *Ioan. Andr. & Abb.* asseratur, idem, illi enim ideò dixerunt, Iudicem Prælati consanguineum recusari posse, quia emolumentum ad illum pertinet; secus autem sine dubio respòdisent, ubi Prælati commodum non consideraretur, in hoc autem casu cum nullum tutoris consideretur interesse, ex quo utile, & damnum est pupilli, ergò non est, vt coniecturari, & credi possit, Iudicem velle malè se aduersus pupillum gerere, ex quo illius tutoris est inimicus, impius enim hic talis esset, maximâq; dignus animaduersione.

S V M M A R I V M.

- 1 Baro an extrâ proprium territorium valeat in subditos suos iurisdictionem exercere.
- 2 Baro an possit esse quis vnus territorij, & alter in illo habere iurisdictionem, & num. 6.
- 3 Iurisdictione cohæret territorio, sicut nebula super paludem.
- 4 Barones præcis temporibus nullam habebant iurisdictionem.
- 5 Feudum nihil cômune habet cû iurisdictione.
- 7 Iurisdictionem habere cum titulo, vel cum legitima præscriptione idem est.
- 8 Præscribens iurisdictionem in subditos in alieno territorio an possit punire forenses ibi delinquentes.
- 9 Tempus quod nam requiritur ad præscribendum iurisdictionem.
- 10 Feudum an in Regno præscribi possint ob Regis absentiam, & num. 11.
- 12 Præscriptio immemorabilis æquiparatur privilegio Principis.
- 13 Præscriptio prohibita nunquam centenaria prohibita intelligitur.
- 14 Assensus Regius per quod nam tempus præsumatur.
- 15 Turbatus an cogatur suæ possessionis ostendere titulum in possessorio summarissimo, & num. 16, 17. & 18.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an in Regno præscriptione aliqua quæri possit, vt Baro vnus Ciuitatis, vel Castri cõtentiosam iurisdictionem exercere valeat in alieno territorio inter subditos illos, qui illuc traxerant domicilium. Item an iurisdictione sit à territorio separata, vel potius cohærens territorio, An sit præscribibilis, & per quatum tempus. Et deniquè an in possessorio summarissimo turbatus suæ possessionis cogatur ostendere titulum, præsertim cum versemur in materia iurisdictionali, & de alijs ad materiã pertinētibus.

C A P. CXV.



Iurisdictionem in subditos extrâ proprium territorium exerceri non posse, cautum est in *l. fin. ubi glos. & DD. omnes, ff. de iurisdic. omnium iud. & in l. fin. ff. de offic. præfect.*

urbis, & Canonice per illum tex. in cap. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6.

Sed cum ex privilegio id fieri posse admittant omnes in *l. Imperium, ff. eod. cit. tit. de iurisdic. omnium iud.* aliàs dubitari contingit, an in Regno præscriptione aliqua quæri possit, vt Baro vnus Ciuitatis, vel Castri cõtentiosam iurisdictionem in alieno territorio exercere valeat in subditos illos, qui illuc traxerunt domicilium?

2 Pro cuius dubij resolutione, dixi, videntum esse primò, an ius aliquod resistat, vt vnus sit Baro vnus territorij, & in illo alter habeat iurisdictionem; cognita enim huius rei veritate, facilis erit propositi dubij resolutio. Et in hoc dicimus, quòd quam-

3. nis regulariter loquendo iurisdictione cohaereat territorio, sicut nebula supra paludē, siue, vt rectius loquar, sicut seruitus in fundo, tamen negari non potest, quin sint duo prorsus separata, non dico separabilia, idq; in Regno nemo hūc hūc dubitauit, attendente *Constitutione*, quae incipit *Ea, quae ad speciale decus*, ex qua constat, antiquitus Barones non extitisse, nisi simplices feudorū possessores, absque aliquo iurisdictionis exercitio, ex quo omnis iurisdictione erat penes Regem, & per Magnam Curiam in subditos omnes exercebatur, sicque seruatum legitimus vsque ad Regis *Alphonsi I.* tempora, qui primus Baronibus merū, & mixtum imperium cōcedere cepit, quod prius per d. *Constitutionem* erat illis denegatum, vt ibi post *Affl.* satis eleganter differendo notat *Reg. de Tap. nu. 11.* & ante eum *Franc. de Amic.* omnino videndus de feud. in tit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 47. vbi etiam dicit, feudum nil commune habere cum iurisdictione, & quod si quis habens Castrū emerit in eo iurisdictionem, iurisdictione illa stabit per se, cum Mōnia Castrū possint esse vnus, & iurisdictione alterius, sicque dari dominum feudi respectu reddituum, simulq; & alium respectu iurisdictionis, id, quod prius dixerant *Innocent.* in cap. ceterum, nu. 4. de iudic. Bal. in c. 1. S. e. contrario. & ibidem *Aluarot.* de inuestit. de re alien. fact. *Oldrad.* conf. 121 & in cap. 1. de allodys, *Capyc.* decis. 27. nu. 36. & alij, & nō ad hanc probandam conclusionē tempus tereamus, dico, quod adhuc temporibus nostris in quamplurimis Regni huius locis praeticari agnoscimus, quem possidere feudum cum valallis, in illoque alterum criminalem habere iurisdictionem, quam omnimodam appellat *Franc. de Amic.* loco cit. n. 1. scimus etiā, in hac Prouincia fellicis Campaniae Dom. D. Prosperū Suardū ex Comitibus Bergomi Ducē Castrū Ayrolae uti Baronē feudi, quoulgō dicitur *della Cerra* in pertinētijs Capuae iurisdictionem exercere in homines uiginti septem familiarum, in Ciuitate, & territorio Capuano commorantium, & cū annis superioribus illius Ciuitatis Gubernator praetensionem habuisset cognoscendi personas illas, uti in eius iurisdictione commorantes, ibique delinquentes, fuit per Collaterale Consilium ad relationem olim Domini Regentis Constantij immortalis memoriae diffinitiuo decreto ordinatum, vt Gubernator abstineret; & cum demum vnus ex dictis subditis reperiretur in Magna Curia inquisitus, & carceratus

de vulnere illato in personam cuiusdam Birruarij Regiae Curiae dictae Ciuitatis, cōcurrentibus super remissione d. D. Duce, & Gubernatore Capuano, obtinui Ego pro Barone, referente Domino Consiliario Constantio, tunc eiusdem M. C. Iudice ocularissimo, ac iterum in S. Conf. in alia facti contingencia ad relationem eiusdem Domini Constantij; in tantum, vt concludam, super hoc nulla potest cadere controuersia.

6. Qua cōclusionē sic stante, propositi dubii facilis erit resolutio, nam si verum est, nullum resistere ius, immō assistere prorsus, vt quis sit Dominus territorij respectu reddituum, & quod in eo alter iurisdictionem habeat; sequitur certē dicendum, quod quemadmodum ex priuilegio, siue aliqua alia concessione, vel lucratiua, vel onerosa potest haec iurisdictione in alieno territorio acquiri, pari modo & praescriptione, probant Canonistae communiter per illum tex. in cap. fin. vers. de pacifica sic obtenta consuetudine, extra de offic. Archid. in cap. cum contingant, vers. consuetudine speciali, de foro compet. & in cap. 1. de offic. Ordinarij in 6. & Legistae omnes per illa iura in l. Magistratus, ff. ad municip. & in l. probatorias, C. de diuers. offic. lib. 12. DD. in d. l. Imperium, Bar. conf. 189. Bal. conf. 429. lib. 3. & alij, quos citat, & sequitur *Peregr. de iur. Fisc.* lib. 1. tit. 2. num. 64. quibus addo Ego *Camil.* de Curt. in suo diuers. iur. feud. par. 1. in quaest. quae incipit, declarata igitur materia, nu. 94. fol. mihi 73. *Mart. tract. de iurisd.* par. 2. cap. 31. num. 13. vbi bene loquitur, *Iacob. Cancr.* var. resol. par. 3. sit. de manutenu. num. 43. vbi auctoritate *Arroch.*

7. in locis per eum citatis equiparat, habere iurisdictionem cum titulo, vel cum legitima praescriptione, sicque spoliū praesupponit, quando Princeps aliquem sua iurisdictione spoliat, dum titulum ostendit, vel legitimam praescriptionem; idq; adeo pro indubitato firmavit *Io. Franc. Balb.* tract. de praescrip. 2. par. princip. num. 38. fol. mihi 57. vt dicere ausus sit, praescribentem iurisdictionem in subditos in alieno territorio posse punire etiam forenses in illo territorio, vbi iurisdictionem praescripsit, desinquentes, ad quod allegat *Bald.* in additio. ad *Specul.* in tit. de iurisdic. omni. iud. §. fin. *Florian.* in l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendic. & *Felin.* in cap. auditis, de praescriptione. & his addo *Capyc.* nostrum decis. 209. num. 32.

9. Est tamen aduertendum, conclusionem hanc esse sanē intelligendam, vt illa procedat, non in praescriptione decem, viginti,

triginta, vel quadraginta annorum, sed necesse est, ut sit talis, quæ habeat eandem vim, quam habet Principis concessio, per quam verè acquiritur iurisdictio, ita ut pro titulo præsumptionem inducat iuris, & de iure, & hæc erit præscriptio immemorabilis, ut pluribus relatis docet *Peregr. loco cit. num. 65. & lib. 6. tit. 8. num. 15.* ubi dicit, tanti temporis usum vim privilegij habere, tantæq; efficaciam esse, quod iuris, & de iure inducat præsumptionem, contra quam in contrarium non admittitur probatio, sicq; asserendum, ut omnia quælibet privilegia, immemorabili tempore quærantur, hoc idem *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 17. Rot. decis. 322. num. 5.* in re collectis per *Post. in suo tract. de manuten. Montan. tr. de Regal. in prælud. num. 31.* per totum, & in verb. potestas constituendorum Magistratum, num. 45.

10 Idq; eo magis in Regno procedere dicimus, in quo licet ob Regis absentiam in feudis non detur præscriptio, ut per *Annum sing. 194. Georg. de feud. c. 27.* & alios per me relatos *lib. 1. d. 234. num. 12. & 13.* id tamen contra Fiscum, secus verò contra priuatum, constat eam, præscriptione per triginta annos continuata, bona fide, & præstatione seruitij directo Domino concurrētibus, feudatario tamen præsentem, feudum contra priuatum in Regno præscribi, ut nimis clare determinatur in *Consil. Consuetudinem prauam habentem*, ad cuius ornatum dixi aliqua Ego loco cit. Idq; addo verum, ut quæ-

11 tuis eadem attentata *Consuetudine*, res particularis feodi pro franca, & sic, & seruitio libera, nullo quidem tempore præscribi possit, aduertit tamen *ibi Marin. de Caraman.* & post eum *Rom. in pragm. 4. num. 37. de possessor. non turbat.* quod hoc non intelligitur de præscriptione immemorabili, nam cum

12 illa Principis privilegio æquiparetur, iam hoc iure, *S. de aqua, ff. de aqua quorund. & astina, cap. super quibusdam, & præterea, de verb. signif. afflic. in prælud. Consil. quest. 2. nu. 2.* omnia potest præscriptio ventenaria, quæ Principis privilegium potest, ubicunq; enim lex, vel statutum prohibet præscriptionem, illamq; reijcit, & reprobat, nun-

13 quam immemorabilis prohibita dicitur, sed semper illa excepta intelligitur, allegat *Martin. ad hoc Arg. in l. 1. & in l. omnes, ff. de præscript. 30. vel 40. annor. in l. 1. ff. de annal. except. in l. 1. ff. de quæstion. præscript. & in archidia. de cetero non faciunt, & 1. & Roman. in l. 1. c. de susceptio. & his addo Ego alios, quos refert, & sequitur *Ball. cit. tract. de præscript. 2. pars. 3. principalis, in 6. quæst.**

num. 21. fol. mihi 121. & Capyc. decis. 4. n. 20. vers. & quod exclusa præscriptione.

14 Nec, quæso, pro hac centenaria præscriptione roboranda, Regis assensum requiri dicamus, sicquæ illum à præscribente exhiberi, opus esse, cum per tãti temporis spatium in qualibet feudi acquisitione semper interuenisse præsumatur, probant *Paris de Put. de reintegrat. feud. in quæstio. quæ incipit Reperitur, Ecclesiam possidere, num. 30. Frecc. lib. 2. de subfeud. quæst. 28. num. 4. De Ponte, conf. 155. num. 12. & seq. lib. 2. qui omnes dicunt, quod quamuis in Regno, regularitèr loquendo, Regius assensus non præsumatur, tamen ex immemorabili tempore, & longissima possessione interuenisse præsumatur, ex eo, quia præscriptio tanti temporis, ut supra diximus, vim habet privilegij, & sollemnis concessionis, & de hoc nemo ex nostris dubitavit.*

15 His sic stantibus, superest, ut pro huius materiæ plena cognitione, videamus, an omnia supra iam dicta, quæ in proprietatis iudicio, & sic in petitorio obicem aliquem nusquam receperunt, procedant quodquæ, simulq; locum habeant in summarissimo possessorio, quod interim nuncupatur, ut nimirum, qui iurisditionem in alieno territorio in subditos suos ibi commorantes exercuit, ab illius territorij Domino turbatus, sit ne à Iudice manutenendus, dum per tēpus immemorabile in possessione, seu quali iurisditionem exercendi stetisse allegat, & in hoc quæmuis pro manutenzione respondendam videatur, cum in possessorio summarissimo sit ab omnibus receptissimam; illam fore manutenendam, qui in rei possessione reperitur, possessionis iustitiam, vel iniustitiam non alitèr attendendo, ut pluribus relatis docet *Franc. Antiasens. decis. 1. num. 98. & 99. & decis. 3. nu. 178. 179. & 180. lib. 1.* attamen pro eo, quod pertinet ad materiam nostram, inuenio, Doctores duos constituisse casus quorū

16 Primus est, quando Dominus territorij, qui turbat, est Princeps Supremus, qui dicitur Regni, siue aliquis Status directus Dominus, & in hoc communitèr omnes affirmasse compertimus, manutenzioneem esse denegandam, quousq; allegata immemorabilis probetur, nisi titulus ostēdatur, utitur enim in hoc casu Princeps iure suo, ita *Luc. de Penn. in l. 2. nu. 2. fere per totum, C. de fund. limetrophis, lib. 1. 1. Roland. à Valle conf. 89. num. 24. cum seq. lib. 2. Conarr. præf. quæstion. c. 17. num. 6. vers. primum, ubi de iuribus, Iacob. Cancer. var. resol. par. 3. c. 14. n. 42.*

Peregr. de iure fisc. lib. 5. tit. 8. num. 24. & alij, est tamèn verum, communem hanc conclusionem in Regno nostro, ob Regiam benignitatem, nunquam fuisse practicata, hucusquè enim nec vidimus, nec à maioribus audiimus, Regem nostrum possessores earum rerum, quæ sunt de Regalibus de facto spoliasse, sed praxis in Regia Camera inoleuit, vt citentur possessores ad ostendendum titulum eorum, quæ possident, sine iurisdictionis, quam exercent, & hoc tam contra Barones, quam contra Regni Vniuersitates, quæ comparèdo, ex quo titulum ostendere nequeunt, immemorabilem allegant, sicq; absq; quòd Fiscus ad aliquem actum procedat, destinatur Commissarius in partibus ad capiendam informationem de allegata centuararia, illaque demum capta, & in Regia Camera presentata, constituto de allegatis, mandat supremum illud Tribunal, vt Contentus de cetero non molestetur, & hoc iure vtimur.

17 Secundus est casus nostræ controuersie, nimirum, quando Dominus territorij turbans non est nisi priuatus, & in hoc non inueni Doctorem, qui affirmare ausus sit, esse mentionem denegandam, ex eo, quia turbatus suæ possessionis, seu quasi non ostendit titulum, dum immemorabilem allegat, cum sit pro manutentione concedenda, si ex actibus possessiuis, qui afferuntur, apparet, possessorem reperiri, non dico in immemorabili, sed tantum in diutina possessione, quæ est decem annorum, quæuis illa ad obtinendum in possessorio plenario non esset sufficiens, ita *Menchac. controuer. illust. cap. 89. num. 9. Iacob. Cancen. loco cit. num. 45. & antè istos Lucas de Penna loco cit. antè num. 3. sub illis verbis. Secus si inter alios priuatos causa de bonis bis venditur, tunc enim possessor suæ possessionis titulum, & ius ostendere non cogitur, &c. Mart. satis bonè tract. de iurisdic. par. 2. cap. 5. nu. 39. vbi dicit hæc verba, Et serè omnes prædicti Doctores loquuntur in possessorio iurisdictionis contra Dominum, qui ex iuris presumptione fundatur, & si quis in genere loquitur, quòd spoliato quasi possessione iurisdictionis sufficiat iustificare possessionem ex titulo colorato, intelligi debet de spoliato ab ipso Principe, vel Domino, quia contra priuationem nulla est necessaria probatio tituli, etiam colorati, &c. idemq; dixit num. 36. vers. ex qua conclusione, sic pariter firmavit Iacob. Menoch. de retinend. possess. remed. 2. num. 593. vers. hoc enim intelligitur, vbi declarando conclusiones numeris præcedentibus firmatas, nimirum, vt in interdi-*

18 to retinendæ teneatur quis edocere de titulo illius rei, quam sine titulo possidere non potest, vtputa in laico, qui decimas possidere dicit, in Abbate prætendente, se esse in quasi possessione iurium Episcopaliū, vel in eo, qui asserit, se iurisdictionis quasi possessionem habere intrà fines territorij Baronis, vel Principis, hæc omnia intelligenda esse admonet, quando possessio, quæ allegatur, est recens, secus verò quando appareret diutina, quia tunc de titulo edocere, qui possidet, necesse nõ habet, sicquè etiam intelligèdos esse dicimus omnes Doctores, qui in possessorio summarissimo possessionem sine titulo non admittunt, nam qui perfunctoriè, & indigestè id non dixerunt, loquuti sunt, vel in Principe turbante, vel si inter priuatos, in terminis recentis possessionis, vel antiquè producto titulo infecto, vel in materia nostra, quando allegatur prescriptio iurisdictionis in alieno territorio in subditos Domini illius territorij, in quibus sanè casibus à nostro longè satis diuersis loquuti sunt *Rov. & ceteri quos allegat in præg. 1. de iurisdic. inuicem non turbas à num. 29. vbi què, & per totum num. 33. post Reg. de Pent. decis. 40. Hæc occurrunt.*

S. P. M. M. A. R. I. V. M.

1. *Falsi species proponitur.*
2. *Agnatus præfertur extraneo in traditione feudi ex pacto antiquo, secus autem in feudo ex pacto nouo, vel hereditario antiquo. & num. 3 & 6.*
4. *Fendatarius in vita potest Agnato suo in feudo hereditario præiudicare, & in morte illius gravare pro concurrenti feudi valore, at secus in feudo ex pacto, num. 1.*
7. *Rationes à Doctorebus assignatæ, cur in feudi distractione præfertur Agnatus extraneo emptori, vbi citantur, & quæ sit vera, demonstratur, num. 8.*
9. *Prælatio cessat, quando Agnatus proximior assentijs traditioni de feudo factæ.*
10. *Decretum Iudicis in contractibus minorum interpositum facit, vt minor non possit recedere ab eo, quod gessit.*
11. *Minor quando possit restitutionem petere aduersus contractum per ipsum factum, in quo Iudicis decretum interuenit.*
12. *Decretum Iudicis in contractibus minorum potest præcedere, & subsequi contractum.*
13. *Iuramentum supplet defectum minoris ætatis.*
14. *Decretum Iudicis non requiritur in contractibus*

bus minorum, qui cum iuramento promittunt, à promissis, & conuentis non recedere.

25 Minor Curatorem habens; si absq; illius interuentu cum iuramento contraxerit, an validè eum contraxisse dicendum sit, & quid si contrahere esset ei prohibitum, ibidem.

16 Pralatio an competat Agnato in venditione feudi, quando partem pretij recepit.

17 Ius retractus, quod iure sanguinis competit in venditione feudi, non est cognitum à iure Regni, sed tantum à iure communi feudorum.

18 Femina de iure communi feudorum est incapax successione feudi, secus de iure Regni.

19 Tempus unius anni est præfixum Agnato, ut possit in venditione feudi pralationem petere, sed an currat minori ipso iure, num. 20.

21 Minor ad hoc ut possit restitui aduersus lapsum temporis, læsionem passam probare tenetur, & num. 22. & 23.

24 Minor restituitur aduersus lapsum temporis ad retrahendum præscripti, si tamen læsionem probauit, sed quid probare tenetur, nu. 25.

26 Andr. Fachini sententia in cons. 64. n. 15. ab aliquorum oppositionibus defenditur, & num. 29.

27 Intellectus traditur ad tex. in l. si in emptio- nem 36 ff. de minoribus, & num. 28.

30 Ius retractus, quod competit iure sanguinis, illi competit, cui competit alienantis intestata successio.

31 Extraneus semper dicitur, qui ab intestato non succedit.

32 Successorium editum non habere locum in iure retractus, quod in venditione feudi competit Agnato, demonstratur, & num. 38. 40. 43. & 46.

33 Rationes sunt ponderandæ in decisionibus causarum, potius, quàm Doctorum numerus attendendus.

34 Ius retractus est strictissime interpretandum, cum iuris communis regulis repugnet.

35 Iura omnia feudalia de retractu loquentia proximiora tantum vocant, non autem remotiora, & num. 37.

36 Ius retractus, pretio restituto, secundum communem sententiam non competit alienantis filijs, & num. 42.

39 Tex. in c. 1. §. Titius, si de feud. defun. & cō- trou. sit explicatur, & num. 40.

41 Ratio agnationis conseruanda, qua considera- tur ab aliquibus in iure retractus, reijcitur.

43 Proximior consanguineus si nolit defuncti hē- reditatem adire, admittitur sequens.

44 Successorium editum quare à iure communi introductum.

15 Tex. in cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. declaratur, simulquè demostra-

tur Rosentalli error in illius intelligentia.

47 Pralatio ubi competit est deneganda, quando res, super qua præferri petitur in petitis posse non est tempore duratura.

ARGUMENTVM.

Agitur, an ius retractus, quod in venditione feudi ex pacto competit Agnato, vigore tex. in cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. in cap. 1. §. parò, qu. 21. olim poter. feud. alien. & in cap. 1. §. Titius, si de feud. defun. controuers. sit inter Dominum, & Agnat. locum habeat in feudo hereditario; Et quatenus in hoc feudi genere procedat, an iure illo uti possit Agnatus, qui tempore minoris ætatis alienationi assentiit, pretijq; partem factus maior recepit. Itē an minor, læsione non probata, restitui possit aduersus lapsum temporis ad retrahendum à iure præscripti. Ius retractus an competat vltiori Agnato, quando feudatarius cum proximioris cōsensu feudū alienauit, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CXVI.



Us retractus, quod in venditione feudi ex pacto competere Agnato diximus lib. I. cap. 233. nu. 1. non semel in supremo Regni huius Senatu disputari contigit, an locum habeat in feudo hereditario mixto?

Scripsi aliqua super hoc articulo in causa pralationis petita per DD. Carolum, & Liuiam Zattara super Terra Mariliani, à D. Cesare Zattara D. Iulio Mastrillo tunc Magnæ Curie Fisci patrono, nunc Regio Consiliario, & Duce Mariliani dignissimo vendita, in qua de pluribus notatu dignis disputari occurrit, & signanter, an in hoc reuera Æus iure sit locus successorio edito, & per hæc verba, quæ sequuntur Dom. Iulij partes tuens, super omnibus dubijs respõdi.

Iesus, Maria, Iannarius,

3 D. Iulius Mastrillus Magnæ Curie Fisci Patronus intèdens superioribus annis emere Terram Mariliani; sub vtali dominio Cesaris Zattara tunc existentem, postquam, cum venditore super pretio, & quoad modum, & quoad tempus solutionis se conuenisset, ita vt nil remaneret agendum, nunquam ad contractus stipulationem deuenire voluit, nisi venditioni faciendæ assentirent mater, & fratres venditoris, prout ita extitit exequutum; apparet enim, sub die vigesimo septimo mensis Septembris 1633. dictum Casarem, publico mediante instrumento, omni solemnitate vallato, & cum Regio assensu in forma consueta expedito vèdidisse Terram prædictam D. Iulio pro pretio ducatorum centum quattoraginta millium, præsentibus, eorumque consensum præstantibus Io. Augustino, Octauio, & Carolo Zattara fratribus, ac D. Eugenia Catanea matre, vt ex instrumento, fol. 6. in processu liberationis depositi.

Demum elapsis fere annis tribus, pretioque integro satisfacto, Carolus Zattara supplicationem in Sacro Consilio porrexit, qua mediante institit, prout ad præsens instat, præferri D. Iulio in emptione prædicta pro eodem pretio, vt ex supplicatione fol. 1. Indèque ad paucos dies comparuit D. Liuia Zattara dictorũ fratrum soror vtrinquè coniuncta petens similiter præferri, quatenus tamen iudicaretur, dicto Carolo pralationem nõ competere, vt ex alia supplicatione fol. 4.

Et cum ex communi partium consensu esset prouisum, procedendum fore ad expeditionem causæ absque termino, ex quo tractatur de simplici iuris articulo, nullam facti mixturam continente, restat solùm modò, vt Sacrum Consilium uideat, prout de more, vter litigantium in motis iudicij meliora foueat iura.

3 Contendunt Actores, potiore eorum esse causam, nam vt Agnatus in emptione

feudi à maioribus obuenti, extraneo emptori pro eodem pretio præferatur, extant iura nimis vulgata in cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. in cap. 1. §. porro, quilibet olim feud. poter. aliena. & in cap. 1. §. Titius, si de feud. defunct. controuers. sit, &c. & in his locis DD. communiter.

At Ego, qui D. Iulij emptoris iura tueor, libenti animo onus assumo demonstrare, & facili quidem modo, quam inanis sit actorum præfatio, sine ratione, & fundamento, ipsiusque Conuenti quam patens sit eius iustitia, luceque meridiana clarior.

3 Et vt, iuxta ordinem instituti iudicij, Caroli instantiam prius rejiciamus, dico primo, iura prædicta pro occurrentis controuersie resolutione allegari non posse, loquuntur enim in terminis feudi ex pacto antiqui, siue paterni, non autem hereditarij, de quo nos agimus, vel ex pacto noui, in cuius quidem feudi hereditarij, vel ex pacto noui distractione pralationi locum, non esse, tenuerunt infra scripti mox allegandi, ea quidem patenti, ac palpabili ratione, cum in feudo hereditario, vel ex pacto nouo possit pro suo arbitrio feudatarius Agnato præiudicare, nam in vita potest cum consensu Domini feudum in extraneum transferre, nec de hoc poterit vquam Agnatus conqueri, cum nulla ei supersit actio ad alienationem factam reuocandam, & quamuis in morte teneatur Agnatus proximiorum in feudo hereditario heredem instituire, potest tamen illum pro concurrenti feudi valore grauare, sicut; tanquam hæres tenetur habere ratum factum defuncti; sedus autem in feudo ex pacto antiquo, vel paterno, in quo mortuo alienante, infra annos triginta iure proprio, vt à primo acquirente vocati possunt venire Agnati ad reuocandum alienationem per defunctum feudatarium factam, illique demum succedere dicuntur, non quidem, vt hæres ultimi morientis, prout succeditur in feudo hereditario; sed tanquam hæres primi acquirentis, vnde dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, ex pacto nimirum acquirentis pro se, & descendentibus, & prouidentia concedentis, quod proinde nõ mirum, si in huius feudi distractione ad fauorem proximioris Agnati à primo acquirente vocati locus est iuri retractus; sic sanè scripserunt

Ex nostris

Andr. in d. §. Titius,

Aff. ibid. n. 4. & in Const. Prædecessorum. Paris de Put. de reintegrat. feud. in questio.

incip. an se vendantur res feudales, in fine, num.
17. fol. mihi 135. à ter.

Grammat. decis. 103. num. 207.

Camerat. in cap. Imperialem, car. 89. & 90.
col. 3. vers. quarta conclusio.

Loffred. conf. I. num. 202. & conf. 14. nu. 51.
& in d. S. Titius.

Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. diff. 2. inter
feud. ex pacto, & heredit.

Lanar. conf. 96.

D. Praef. de Franch. decis. 1. num. 29.

Balzaran. in d. S. sed etiam res, per quos fiat
inuestit.

Bammacar. in d. S. Titius, in princ. num. 14.
fol. 187.

D. Consiliarius Theodor Alleg. 92. num. 1.

D. Reg. Capycius Latro ad saturitatem,
consult. lib. I. consult. 27. à num. 11. & in con-
sult. seq.

Ex Alienigenis

Alex. conf. 26. num. 9. vers. non obstat, lib. 7.
Dec. conf. 144. & 390.

Alber. Brun. cōf. 80. inter conf. feud. diuers.
Zaf. de feud. par. 8. num. 61.

Rol. à Vall. conf. 57. num. 76. lib. 3.

Cephal. conf. 133.

Ruin. conf. 1. num. 15. lib. 1.

Riminald. iun. conf. 5. num. 54. lib. 1.

Gozad. conf. 9. num. 53.

Menoch. conf. 745. num. 43.

Craff. comm. opin. quest. 27.

Cannet. in cap. volentes, §. prospexit etiam,
num. 11.

Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 51. num. 11. &
cent. 2. art. 32. num. 4.

Mastrill. conf. unico impresso post 1. lib.
decisionum, num. 63.

Thef. decis. 99. in princ. & alij.

6 Et quamvis per Collaterale Consilium
contrarium iudicatum referat olim Reg. de
Ponte decis. 11. vbi Ronit. in responso ibi im-
presso, vt nimirum ius retractus etiam in
feudo hereditario competat, idq; in causa
Iulie Musceptule cum Murio Simonetta,
dicere tamē solebat olim Dominus Regens
Constantius immortalis memoriæ, qui il-
lius causæ extitit Commissarius, quod Iu-
dices, qui in illa votarunt potius mederi
voluerunt, sicq; Matronam illam consolari,
quàm per iuris tramites articulum iudica-
re, & quod omnes Iudices, excepto Domi-
no Reg. de Ponte, in articulo generali con-
uenerat cum ipso, qui semper in feudo hæ-
reditario prælationem agnato denegandā
esse asseuerabat, satisq; impatienter audie-
bat Iudices illos, & causarum patronos,

qui contrariæ sententiæ inhærebant, vnde
merito in alia facti contingentia supremus
Regni huius Senatus iunctis Aulis recessit
à decisione prædicta, idquæ sub die 16. De-
cembris 1626. in causa D. Annæ Mariæ Ca-
rafa cum Don Alonso Sancio, vbi fuerunt
vndecim Votantes, & vt audiuius, omnes
concordes, quod in feudo hereditario non
7 habet locum prælatio, etenim ratio illa in
honestate fundata, quam assignant contra-
riæ sententiæ lectatores numero duodecim,
quos refert Ronit. loco cit. num. 73. & in vubr.
pragm. de feud. num. 32. idè in feudi distrac-
tione concedi agnato prælationem, quia
fuit res maiorum, quæ sanè ratio sicut mi-
litat in feudo ex pacto, militat quoquæ in
feudo hereditario mixto, est prorsus falsa,
nam si vera esset, sequeretur, vt in feudo
merè, & absolute hereditario, ac in omni
re, quæ fuit maiorū nostrorum, dum à Do-
mino, & possessore illa venderetur, omnes,
qui à primo illius rei acquirente descende-
rent, possent prælationem prætere, id,
quod idem Ronit. negat omninò cit. respon-
so, num. 47. nec ad rem faciunt iura, quæ pro
contraria sententia allegantur in l. si in em-
ptionem 36. ff. de minor. in l. libertus, qui solu-
do, ff. de bonis libert. & in l. lex, qua tutores,
C. de administrat. tuor. vbi interest nostra,
penès nos conseruari ea, quæ nostrorum,
maiorum fuerunt, loquuntur enim in casu
à nostro satis diuerso, vt ex illorum iurium
lectura patet euidentè, est etiam falsa ra-
tio altera, quæ assignatur ab Andr. Fachin.
contron. iur. lib. 7. c. 17. vbi dicit, idè in feu-
dis ius retractus introductum fuisse, credè-
dum est, vt feuda in agnatione, & familia,
conseruentur, hæc enim ratio, si vera esset,
sequeretur, vt facta venditione in vnum ex
agnatis, quamvis remotiorem, proximiori
8 prælatio non competeret, quod est falsum
omninò, & contra text. in d. S. Titius. Vnde
semper Ego existimaui veram, iurique con-
sentaneam rationem iurium supra allega-
torum disponentium, in venditione feudi
antiqui agnatum pro eodem pretio præ-
ferri extraneo emptori, illā esse, nimirum,
quia feudatarius feudū, quod à maioribus
habuit non potest vendere, nisi proximiori
agnato, nec vnquam alteri absquæ eiusdem
proximioris consensu, & vbi citrà agnati
consensum extraneo venderet, idem pro-
ximior agnatus post alienantis mortem,
iure proprio vt à primo acquirente voca-
tus feudum illud sic alienatum à cuiusuis
manibus recuperat, id, quod nimis clarè
probat in d. S. sed etiam res, & in d. S. Titius,

quæ

quæ quidem ratio in scudo ex pacto tantum procedit, cum in eo, iure proprio succedatur, non autem in illo hereditario, in cuius alienatione sufficit tantum supremi Domini consensus, nec aliter, ut agnatus proximior consentiat, opus est, ut supra probauimus.

9 Secundo, quando impertinenter asserere velimus, iura prædicta etiam in feudo hereditario procedere, illa dicimus Carolo actori nullatenus opitulari posse, cum expressè venditioni factæ suum præstiterit consensum, renunciando emptori, non modo ius illud prælationis, quod ipsi Carolo in emptione prædicta competere potuisset, sed etiam omnia, & quæcunque alia iura, omnesque actiones, obligationes, & hypothecas, quæ, & quas super dicta terra tenebat, ut ex instrumento fol. 31. lit. A. in processu liberationis depositi, quo casu prælationi locum non esse, expressè dispositum extitit, tam in *d. S. porro*, quam in *d. S. Titius*, & ibi DD. omnes.

Nec poterit in hoc se tueri Carolus, tempore contractus initi, præstiteritque consensus fuisse illum in minori ætate constitutum, constat enim ex fide Baptismatis in actis præsentata fol. 10. quod adhuc decimum septimum non expleuerat annum, quando quidem super præstito consensu Magna Curia præuia causæ cognitione suam interposuit decretum, & iudicariam præbuit auctoritatem, quam in venditionis instrumento respectu ipsius minoris reseruauerant contrahentes, quatenus tamen opus esset, & non aliter, & sic fuerunt omnia ritè, rectèque tractata, & gesta, iuxta ordinem à iure præscriptum, quod sat est, ut minor ab eo, quod gessit recedere non possit, nec in integrum restitui, dum lesionem, quam allegat, non probat, prout in casu nostro, sic *Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendit. 5. quæst. princip. tit. de sollempnit. in alienat. rer. minor. num. 95. in fine*, *Abb. in cap. constitutus, nu. 8. de restit. in integr.* vbi notabiliter dicit, Iudicis decretum in minorum, & Ecclesiarum contractibus interpositum presumptionem inducere, ut omnia sint legitime acta, quamuis presumptio illa dici non possit iuris, & de iure, cum in contrarium adinstitatur probatio, id, quod etiam dixerunt infiniti relati per *Odd. Simocell. tract. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 1. & seq.* & per *Sforz. Odd. tract. de restit. in integr. part. 1. quæst. 22.* qui omnes unanimi consensu probant, tunc demum, decreto non obstantè, minori in

integrum restitutionem posse concedi, si lesionem allegauerit, illamque insimul plene probauerit, & non aliter, quæ quidem lesio cum in casu nostro non sit modo aliquo probata, ergo.

12 Nec Parti suffragari potest, decretum hoc, quod cum causæ cognitione interposuit Magna Curia, non aliter fuisse interpositum antè contractus stipulationem, sed postea, stat enim in ore omnium conclusio, in contractibus minorum posse Iudicis decretum præcedere contractum, interuenire in contractum, & subsequi contractum, *Paul. de Cast. in l. actor, ff. rem rat. habe. Alex. in l. sciendum, num. 28. ff. de verb. oblig. Jacob. Mandel. cons. 4. num. 50. vbi indistinctè dicit, decretum quodlibet Iudicis posse sequi ex interuallo, Nat. cons. 126. n. 6. vol. 1. Viuius decis. 130. num. 1. cum seqq. vbi dicit, hanc communem esse sententiam, *Vrsill. ad Afflic. decis. 353. num. 9. Cost. de retrotra. tion. c. 8. casu 10. num. 8. & D. Praef. de Franch. alijs omissis decis. 242. num. 6. vbi ait, de hac conclusione Sacrum Consilium nunquam dubitasse, quando causa cognita interponitur decretum, prout in casu nostro, in quo tot fuerunt examinati testes de utilitate deponentes, quam dictus Carolus, qui ad præsens est in iudicio, ceterique venditoris fratres asequuti fuerunt ex venditione Terræ Mariliani, et ex renunciatione facta hypothecæ, quam super illa tenebant, et iuris prælationis, quod ipsis uti agnatis competere potuisset, legatur, quæso, testes viri digni, timorati, et omni exceptione maiores fol. 17. 18. 19. 20. 21. et 22.**

13 Tertio, quando pro contractus confirmatione Magnæ Curie decretum subsequutum non esset, ex alio dicimus, minoris ætatis defensionem Carolo non prodesse, cum prælationi, quæ ei uti agnato competere potuisset, sollempni iuramento renunciauerit, hic est enim vnus ex pluribus iuramenti vulgatus effectus, ut minoris ætatis suppleat defectum, minorem maioremque representet, contractumque ex defectu ætatis in validum, validum, firmum, & substentabilem faciat, hic est *tex. lippis*, & consoribus notus in *authent. sacramenta puerum, c. si aduers. vendit.* cuius dispositionem, dicunt ibi DD. non modo procedere in contractibus reciprocis, & sic vtrò, citròque obligatorijs, quales sunt venditio, locatio, societas, & similes, sed etiam in non reciprocis, quales sunt donatio, renunciatio, cessio, fideiussio, & similes, sic *Alber. ibi num. 14. Curt. n. 41. Corne.*

num. 24. *l. 1. num. 71. Bertran. conf. 175. num. 1. lib. 1. Caldas in l. si curatorem habens, C. de in-
tegr. restit. min. in verb. contractum fecisti, nu.
23. ubi dicit, Iudicis decretum in contra-
ctibus minorum non esse necessarium, quando
iuramentum interuenit, Imol. in cap. cum con-
tingat, de iure iur. Cardinal. Puce. *l. 1. 2. 4. 5. lib. 3. Sforz. cit. tract. de restit.
in integr. par. 1. quest. 26. art. 6. num. 3. fol. mihi
288. Polidor. Rip. obseru. 30. num. 4. l. 1. dec.
66. ubi minori, qui curatorem habens con-
sanguineo suo maiorem partem suorum
bonorum donauerat, petita restitutio ad-
uersus factam donationem obtinuit per Sen-
tentiā illius delegata, ex quo illam iura-
mento firmatas. Paul. Bellin. tract. de po-
testate, qua sunt incantinen. c. 1. 57. num. 1. 2.
& 3. Scip. Romit. in pragm. 2. 139. de minorib.
15 ubi auctoritate triginta quatuor Doctorū,
quos refert, probat conclusionem prædictā
ad hoc procedere in eo minore, qui curato-
rem habens sine illius auctoritate sibi iu-
ramento contraxerit; (quod tamen mihi
non placet) idemque dicendum esse affirmo,
ubi minor prohibitionem haberet de non
contrahendo, ut si cum iuramento contra-
xerit, valide, ac iuridice eum contraxisse
dicendum sit, siq; communem Canonista-
rum, & Legistarum sententiam seruare,
pluribus relatis docet *l. 1. in d. ambros. Sa-
cramenta puberum, n. 5. 1. vers. quid tendendum,
ubi rationem assignat, quia quando lex, vel
statutum aliquid præcipit, quod tantum
respicit sexum eius, cui præcipit, consiliū
potius, quam præceptum illud dicitur, ac
proinde contractus iuramento firmatus erit
omnino seruandus, id, quod satis eleganter
firmat etiam Gomarr. in cap. quantum potest
2. post *l. 1. §. 2. num. 7. vers. primum.****

16 Quare, & tandem accedat prædictis
contractus ratificatio, quam Carolus ma-
ior effectus facto peregit, verbis potentio-
rem, dum a Casare venditore, inquit, cum
alijs fratribus partem pretij Terræ prædicte
assequutus fuit, quod facit, ut si ab alio D.
Iulius super Terra prædicte molestiam re-
ciperet, sicque sequeretur omnis, posset
utique Carolam actione, ex scripto conuen-
nere, hic est ex. satis notabilis in *l. quidam
ex parte. 1. ubi Bar. & communiter Doctores,
ff. de emption. Baldus idem in noua additio.
asserens, quod æquiualeat dicere, vendi, &
dicere, pretium recipio, quia subintelligi-
tur vendo, Mangil. de emption. quest. 1. 13. n. 3.
& 17. In tantum, quod dicere possunt, in*

presenti causa obstare Carolo regulam
vendicantem, ff. eod. tit. de emptione. Vnde merito
in signis Tirag. in terminis terminatibus,
attenta dispositione, *tex. in d. l. quidam ex
parte, voluit, repellendum esse consanguineum
a iure retractus, dum rei venditæ partem
pretij recepit, idq; in tract. de retract. li-
gnag. §. 1. gl. 9. n. 160. fol. mihi 128. quamuis
contrarium firmare videatur Rot. dec. 657.
nu. 2. & 3. pœnes Cavalerium. Hæc satis pro
repellendo Carolo.*

17 Quò verò ad D. Liuiā, in qua credo omnē
Aduersariorum spem residere, ex pluribus
etiam demonstrabo, esse illam a petito præ-
lationis iure excludendam, quamuis sit in
facto verissimum, in venditione a Casare,
fratre facta, ad consensum præstandum nō
interuenisse; id, quod, ut fiat manifestissi-
mum, dico primo, illud certum esse, ius hoc
retractus, quod dicimus, iure sanguinis in
feudi venditione Agnato cōpetere, ab hu-
ius Regni iure non esse cognitum; nullam
enim legem in Regno habemus, quæ in
feudorum venditione hoc ius retractus in-
daxerit; sed tantum communi iure feudo-
rum id tantum esse inuenimus in d. *Sed
etiam res, in d. §. porro, & in d. §. Titius;* dico
modò, si Actrix hoc iure attento præterit
in petitione sua obtinere, inueniet certè,
hoc idem ius non modò ei non assistere;
sed prorsus resistere, est enim absolutum,
18. ius commune feudorum foeminam non
cognouisse, cum, ut in feudis succedere illa
possit, expressè prohibuerat in c. 1. *§. hoc
autem notandum, de his, qui feud dar. pos. c. 1. §.
filia, de succes. feud. cum alijs cumulatis per
Consil. de Georg. in suis repetitio. feudal. cap. 9.
nu. 34. & cap. 5. l. 1. n. 1. & sic quādo ius istud
commune feudorum ius retractus induxit,
certè ut illud competere foeminis, quas
succedere prohibuerat, sentire non posuit;
Et si dices, fuisse demum illas per legem
Regni in aliquibus, effectas iam feudalis
successionis capaces, non per hoc sequitur,
ut insimul dici possint capaces iuris retra-
ctus, quod iure Regni, ut dixi, est positus
incognitū; & sic concludo, D. Liuiæ uti fo-
minæ in petita prælatione nullum ius assi-
stere, non commune Romanorum, quia eo
attento nullū datur ius retractus, *l. dudum,
C. de contrabe. emptio.* non illud feudorum,
quia iure illo foemina non est cognita, c. 1.
§. hoc autem notandum, cum alijs supra rela-
tis; non & tandem nostrum municipale; cū
nullam in Regno legē inueniamus, de hoc
retractus genere loquentem, ergò.*

19 Secundo, si diceremus, sub dispositione iurium in d. S. sed etiam res, in d. S. porro, & in d. S. Titius, expressis verbis foemnam comprehendendi, prout certum est, quod non comprehenditur, adhuc dico, D. Luia in petitione sua ex alio succumbere debere, cum eisdem attentis iuribus ad petita obtinendum tempora non largiantur; Cõstat enim ex iuribus predictis, tunc demum ius retractus Agnato proximiori competere, si intra vnus anni circulum, post perfectam venditionem, pro illo instaret, & non ultra, idque, siue alienatio in agnatum remotior, siue in prorsus extraneum sequuta sit, vt satis bene explicarunt Harthm. Pistor. libi 2. quæst. 8. §. q. 12. num. 18. 19. 20. 21. & 22. Andv. Fachin. controuers. iur. lib. 7. cap. 9. vers. postremõ, & cap. 15. verb. ego puto, Ioan. Kop. dec. 54. n. 98. & 59. & Romit. aliis ommissis in prag. 63. num. 8. de offic. procur. Casar. in nouissimis, illud autem, quod DD. dixerunt, vt intra triginta annorum spatium possit agnatus redimere, ad eum tantum pertinet casum, quando defuncto feudatario alienante, Agnatus proximior ex propria persona vti in investitura comprehendis, nullo refuso pretio, feudum recuperare vult; secus verò quando viuo alienante agere vult iure retractus, in cuius exercitio pretium venit omninõ exburbandum, tunc enim annus tantum conceditur ad retrahendum, vt nimis clarè probatur in d. S. Titius, in fine; & probant Doctores supra relati, cũq; in casu nostro passa sit D. Luia, sicut & Carolus frater ius hoc retractus exercentes serè trium annorum spatium habi, ergo.

20 Nec dicant Aduersarij, extitisse semper D. Luia in minori etate cõstitutam, prout ad presens extat, cam adhuc vti nata de mense Martij 1619. decimum octauum non expleuerit annum, nam respondetur, quod non per hoc, quia tempore venditionis erat in minori etate constituta, vnus anni tempus non fuit lapsum, est enim receptissimũ tempus vnus anni, de quo in iuribus præfatis ad retrahendum Agnato concessum, minori ipso iure currens, vt videre est pœnes Schrader. de feud. par. 8. cap. 7. num. 49. seqq; Rosental. de feud. cap. 9. concl. 92. nu. 14. & in additio. ibidem lit. Q. & Harthm. Pistor. post alios quæst. iur. lib. 2. quæst. 12. num. 33. vbi num. seq. huius dicti rationem assignat, cum regulariter in præscriptionibus, que licrum tantum excludunt, ut in hoc casu, tempus contra minorem currat, allegat Bart. in l. etiam, la. 2. in vlt. quæst. ff. de minor. &

in l. fin. c. in quib. caus. in integr. restitu. non est necess. Ant. de Butr. & Abb. in cap. constitutus, de restitu. in integr. & Tiraquel. de præfatis. S. i. glos. 9. quicquid in contrarium scriptum sit noster Assl. in d. S. porro, num. 73; vbi auctoritate Bald. præsupponit, hoc tempus minori ipso iure non currere, nam, vt aduertit Pistor. loco cit. ante num. 36. Afflictus non satis protandè in hac re loquutus fuit, cum Bald. de pupillo, non autem de minore loquutus fuerit.

21 Et quamuis non ignorem, subintrare in hoc, & similibus casibus in integrum restitutionis beneficium, attamen rãt demum illi locum esse, est asserendum; cuius minor, qui aduersus temporis lapsum petit, se in integrum restitui, lesionem probet, quam Actrix in occurrenti contubuerit, in modo non probauit, sed nec etiam in eius supplicatione allegauit; e contra enim, nulla lege eausri, minore esse restituendum, ex eo, qui minor, sed quia lesionè passus est, item non dicitur posse lesam minorem eo ipso, quod passus sit, tempus ad aliquid faciendum, lege concessum, sed tenetur legitimis probationibus de lesionis edocere, quam allegat minor ipse se passum esse, alioquin ad id non potest, sic sanè scripturum dicitur, non posse d. S. si minor, num. 6. ff. de iur. iur. ubi q. Ang. nu. 3. Salyc. n. 7. Alex. num. 8. Bellemer. in candidis, num. 8. de restitu. in integr. dicitur r. 2. nu. 1. & in cod. de Sepul. r. 14. num. 3. 13. lib. 3. Cachet. omninõ videndus decif. 158. num. 9. vers. contraria verò, & num. 13. vers. non etiam nocet; aliq; plures relati per Vini decif. 534. num. 42. & Spor. Odd. in trac. de restitu. in integr. par. 1. quæst. 36. art. 4. vbi dicit, communem hanc esse sententiam, illamq; tunc demum limitandam, quando constat Iudici, quod ex solo temporis lapsu minor lesus sit, & verè ab hac sententia nullo modo recedi potest, maxime cum minor de lucro captando agat, prout in casu nostro, sicq; in hac materia placuit mihi semper Raphael. Cuius sententia, quam, dicit Paul. de Cast. omnem tollere dubitationem, quæ accidere posset, in l. fin. num. 5. & 6. c. in quib. caus. restitu. in integr. non est necesse. & Alex. cons. 115. circa finem, lib. 5. & ea est, vt nunquam sit minori concedenda restitutio, si lesionem non probat, quando minor ipse in restitutione petita est Actor, secus autem si Reus, & cù hac distinctione iudicatum in Senatu Pedemontano refert Cachet. cit. dec. 158. in fin.

24 In casu autem nostro ad firmatam conclusionem probadam, per tot suffragia va-

gari, est prius tempus terere, cum ut vnius anni tempus iure sanguinis ad retrahendū Agnato competens currat contra minore, & quod tunc demum sit illi concedenda restitutio, si lationem probauerit, & non aliter, est *tex. ad literam in c. constitutus, de in integr. restit.* vbi *gl. in verb. constiterit, & Canonista* communiter; vnde cum in eorum præfessionibus D. Liuis, & Carolus ad præsens pro iure retractus instantes tempus ad retrahendum à feudalibus consuetudinibus præscriptum labi passi fuerint, nec aliter, id, quod in instituto iudicio probandum erat, costare fecerunt, quis sane mentis vir non affirmabit, ab impetitione facta fore Conuentum absoluehdum? Cessat tamen omnis admiratio, si Actores isti in eorum saluari defecerunt, cum probatio, qua in moto iudicio indigebant, non modo apud ipsos erat difficilis; sed prorsus, penitusq; impossibilis; quid autem probare tenebantur, non minus doctè, quam elegantè explicat, simulq; docet insignis

25 *Andr. Fachin. conf. 64. visis actis, ante num. 15. vers. venio ad quartum, lib. 1. vbi dicit, probandum esse, quod tempore adiectionis minor poterat emere, quod habebat in promptu pecuniam, & quod talis retractus fuisset ei utilis, ad idq; summe aduertendū, ex quo esse posset, vt aliquando non sit minoribus utile aliquid emere, vel quia non habent pecuniam, vel quia ære alieno oppressi sunt, vel quia ad alios vsus magis necessarios pecuniam erogare sit magis expediens, subdens demum, neminem affirmare posse, minori utile esse aliquid emere, si ad hoc faciendum necesse haberet pecuniam sub vsuris accipere, vel alium damnosum facere contractum.*

26 Nec dicès, contra conclusionem istam à Fachineo firmatam insurrexisse *Franc. Ant. Conf. conf. 94. num. 36. Marium Giurba decis. 78. num. 13. & Castil. decis. 244. num. 2. & 12. lib. 3. afferentes, lationem satis esse in hoc casu probatam, si res, ad quam retrahendā petit minor restitui, suorum maiorum fuerit, sicque sat esse, passum fuisse minorem adiectionis interesse, ad *tex. in l. si in emptionem 36. ff. de minorib.* triplici enim modo huic obiectioni respondetur, & primò, *Doctores* omnes, quos inuenieris sic se Fachinei sententiæ opposites alloquutos esse contra casum *tex. in cap. constitutus, de in integrū restitutio.* vbi Summus Pontifex tunc demum permittit restitui consanguineum minore aduersus omisam petitionem iuris retractus, quod infra annum, & diem à tempore*

contractus alienationis, secundum hanc consuetudinem proximiori consanguineo competet, si lationem probauerit, & non aliter, ibi, & eos *laos esse constiterit, &c.* quæ *tex. verba gl. ibidem* explicando, sic loquitur, *probabunt ergo isti, se esse minores, & laos, alias non audientur.* Secundò respondetur, *tex. in d. l. si in emptionem,* ex quo colligitur interesse adiectionis, quia res fuit maiorum, ad casum nostrum non applicari, ibi enim tractatur de auocanda re de manu minoris, qui rem, quæ fuit maiorum emerat cum pacto adiectionis in diem, & sic agit minor de damno vitando, hic de lucro captando, & de damno inferendo tertio rei possessori, vt bene explicat *Curt. sen. conf. 58. & Soc. iur. conf. 45. num. 8. & 9. & conf. seq. num. 42. vers. quantum verò ad secundum, lib. 4.* Tertio respondetur, quod in *tex. d. l. si in emptionem,* secundum explicationem *gl. ibi in verb. audietur,* supponitur, potuisse minorem tempore adiectionis tantum offerre, quantum alius dare obrulit, & recusauit, quæ quidem potentia de reali, & effectiua, nimirum per pecuniarum numerationem, nõ autem de verbali est certè intelligenda, vnde stante hac potentia, quam neglexit minor, statuit *Iurisconsultus,* vt succurratur illi hoc restitutionis auxilio, sed fac, vt minor, qui cum hoc pacto emerat, tempore, quo alius intra tempus statutz adiectionis maius obtulit pretiū, pecuniā ab illo oblatam non habuisset, potuisset ne rem ab ipso emptam assequi? certè non, quia deficiebat in satutari, nõdò supposita hac impotentia, peto Ego, potuit ne in eo *tex. sentire A. C.* esse minorem illum restituendum, ex quo omisit offerre, quod alius obtulit, certè non, quia etsi obrulisset, frustratoria extitisset oblatio propter ipsius impotentiam, ergò, dico Ego, necessaria intelligenda est restitutio, de qua in *tex.* prædicto, cum minor realitè, & effectiue per pecuniarum numerationem offerre potuit, quod alius obtulit, & neglexit; nunc videamus in casu nostro, dum Actores petunt, se in integrum restitui aduersus omisam petitionem iuris retractus, si verè intra annum à die emptionis factæ per D. Iulium conuētum iure illo vsi essent, habuissent ne promptam summam, & quantitatem centum, quatragesima millium, pro ea D. Iulio emptori exbursanda? considerent, quæso, hoc Domini Iudicantes, & demum solita corū integritate videant, si in præsentia causa, attemptata dispositione *tex. in d. l. si in emptionem* possit de in integrum restitutione tractari?

29 Ex his ergò vides, quantum vera, iurique consentanea sit supra relata *Fachinei* sententia, dum existimauit, in hac retractus restitutione assequenda necessarium fore, vt minor, qui aduersus temporis lapsum restitutionem petit, probet, pecuniam habuisse promptam alienationis tempore, sicque illum potuisse retractum exercere, & neglexit, nam si dari posset casus, vt minor audiri non posset, etiam si offerret intra tempus ad retrahendum præscriptum, & hoc propter ipsius impotentiam, quo nam pacto posset, elapso tempore restitutionis auxilio subueniri; dicendum est ergò, requiri necessarium, vt constet de potentia, qua mediante deceditur læsio, sicque Iudicem arbitrari posse, an minor, qui restitutionem petit aduersus temporis lapsum, tanto beneficio dignus sit, iuxta disposita in d.c. *constitutio*, cui congrua responsio dari non potest.

30 Tertio pro exclusione D. *Liuiæ* aliud etiã in medium affertur, considerando, illud in hac materia certum esse, ius hoc retractus, quod competit iure sanguinis, illi tantum competere, qui in re vendita, Agnato venditore defuncto, ab intestato successurus esset, nõ enim potest ius retractus competere, cui intestata venditoris successio non cõpetit, sic *Guliel. de Bonedic. in cap. Raynut. in verb. & uxorem nomine Adelastam, n. 636. in antiquis, & 74. in 5. decis. in nouis, Reudel. in Constit. Sancimus, §. in primis, in verb. socij, num. 12. fol. 112. & Simon Pistor. in addis. ad Genit. quest. 12. circa finem, sub illis verbis, si enim intuitu successiois ius retractus introductum est, reliquæ sequitur, ei, cui successio non competit, nec ius retractus competere, &c.*

31 de semper diceretur extraneus, quantum ad hoc, qui ab intestato non succedit, *glos. in l. hereditas, in verb. extraneis, & DD. communiter per illum tex. C. de pact. conuen. super dot.* Hoc posito videamus, si in Terra *Mariliani*, *Cæsare* venditore, sine filijs ab intestato defuncto, successisset D. *Liuiæ* soror, & nulli dubium est, quòd non, cum persona adfuisset in medio, quæ ratione ætatis, & sexus illam excludisset, nimirum *Ioannes Augustinus* frater secundogenitus; si ergò, dico Ego, *Cæsari* venditori ab intestato D. *Liuiæ* soror non successisset, quo pacto ad petitum ius retractus potest admitti, quod non nisi ab intestato successuro competere potest?

32 Nec dicant Aduersarij, quòd quando persona, quæ ab intestato venditori succederet, negligit, vel non potest prælationem

consequi, sit locus successorio edicto, vt nimirum admittatur sequens in gradu, iuxta *Affl. sententiam in d. §. sed etiam res. num. 2. & in d. §. porro, nu. 31. vers. sed aduerte*, quem plures sequuti fuere, inter quos nouissime *Andr. Fachin. contruers. iur. lib. 7. cap. 17. per totum, Henric. de Rosent. de feud. memb. 2. concl. 82. & alij relati per Romit. in cit. responsio impresso post decis. 11. Reg. de Pont. num. 92. nam responderetur, quòd si in causarum*

33 decisionibus rerum rationes sunt ponderanda, potius quam Doctorum numerus attendendus, iuxta Imperatoris præceptum in *l. vnica, §. sed nequæ, C. de veter. iur. enucle. de quo post alios meminit D. de Franch. decis. 30. dicam audacter, Domini Iulij iustitiam in tuto esse, quòd autem Affl. & sequacium sententia sit prorsus omni destituta fundamento, satis doctè, & elegantèr post *Cuiac. in d. §. sed etiam res. tit. 4. lib. 2. defendit præstantissimus Haribm. Pistor. quest. iur. lib. 2. quest. 12. num. 66. vers. verumtamen in contrarium*, ubi rationibus, quibus congruè responsum nusquam vidi, docet, nullatenus Agnatum remotiorem ad ius retractus in feudi distinctione admitti posse, quando proximior iure illo non utitur, uel uti non potest; & supponendo in primis, hoc ius re-*

34 tractus strictissime interpretandum esse, uti de per se odiosam, cum iuris communis regulis repugnet, ut dixerunt DD, communiter in *l. dudum, C. de contrab. emptio. Tiraquel. de utroque retrac. in præfatio. num. 60. & alij, quos refert Reudel. in rubr. Constit. Sancimus, cum. 27. ponderanda esse admonet iura omnia feudalia, de hoc retractu loquẽtia in d. §. sed etiam res, in d. §. porro, & in d. §. Tifins, quæ proximior tantum Agnatum ad ius istud uocant; de remotioribus autè uerbum nullum, quos si includere uoluissent, dixissent, prout in alia iuris retractus specie dixit Imperator *Freder. in Constit. Sancimus, & Consuetudo Gallorum apud Tiraquel. de retract. lignag. §. 14.* sicque affirmare modo, quòd quando proximior non potest, uel negligit pro hoc iure instare, fiat locus sequenti in gradu, aliud non est, nisi iuribus prædictis addere alium casum ibi non prouisum, id, quod non ad legum Interpretes; sed tantum ad legum Conditores spectat, sicque cum sit extensio in re stricta, & rigorosa, nullo modo est recipienda; id enim, quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, uulgata *l. de pretio, ff. de publicia. in rem actio.* hinc nonnullos affirmasse comperi-*

35 mus, ius hoc retractus filijs alienantis, dum eorum pater uiuit, etiam pretio restituro,

non competere, docent idem *Harthm.* eod. lib. 2. *quest. 3. ff. ult. de feud. cap. I. m. 881 & Fachin. controuer. iur. lib. 7. cap. 19.* illa principali ratione moti, cum nulla feudalis lex afferri possit, ex qua ius istud alienantis filiis obiceretur, demonstrari possit, quicquid nulla legis auctoritate contrarium presupposuerit *Rodulfus Scrad. de feud. par. 8. cap. 7. num. 54.* nam quod attinet ad *tex. in d. §. Titius, ibi* verbum nullum, quod hoc ius filiis competat, sed tantum Agnato proximiori, & cum versetur in materia stricta, non potest late fieri interpretatio, ex quo ius illud iuris regulis maxime aduersatur, *d. l. dudum*; immo attentè considerato *tex. in dicto §. Titius*, aperte in eo contrarium probatur.

37 Addit aliud *Harthm.* huius rei veritatè ex alio patere, cum in iuribus prædictis hoc verbum *proximior* bis repetatur, adeò quod propter hanc geminationem dicere fas sit, illorum iurium Authores vim quandam in proximior fecisse, ut ad alios extensio fieri non posset; sed tantum in materia tam exorbitanti simpliciter standum esse verbis dictorum iurium, ad tradita per *gl. in clement. 1. vers. diocesanis, de iure parro. & per Ias. in l. si constante, num. 83. ff. solu. matr.* etenim si verè uoluissent iura prædicta agnatos omnes etiam remotiores ad ius hoc retractus inuitare, quando dixerunt, ut sequuta feudi distractione, proximior Agnatus alienationem illam reuocare posset, dixissent utique, id licere agnatis omnibus, gradus, & ætatis prærogatiua seruata; hic namque extitisset disponendi modus, ut ad hoc ius admitti potuisset remotior Agnatus, negligente, vel renunciante proximior.

38 Considerat denique *Harthm.* quòd attempta dispositione *tex. in d. §. Titius*, impossibile sit, ut illius dispositionis Authores sentire uoluissent, in feudi distractione pro iure retractus esse locum ad fauorem agnatorum successorio edicto, cum sic asserendo frustratoria prorsus, nulliusque utilitatis esset pro Agnatis remotioribus talis prouisio; etenim dicit *text.* quòd cum Titius feudum haberet (secundum *Andr. ibi*

39 autum ex pacto, & prouidentia filiis, & successiuè Agnatis debitum) de feudo illo partem concessit extraneo, & partè Agnato remotiori, fuit dubitatum, an id in præiudicium Sempronii proximioris Agnati fieri potuisset, & concluditur, quòd mortuo Titio alienante sine filiis, Sempronius Agnatus proximior feudum alienatù, nullo dato pretio recuperabit, dicit modò *Pi-*

stor. si per hunc *tex.* remotior Agnatus, cui fuit feudum alienatum, absque ulla erogati pretii recuperatione feudum proximiori Agnato relaxare tenetur, quid utilitatis esse illi unquam poterit, si exercendo ius retractus uti Agnatus, sicquè à posse extranei emptoris feudum consequendo, in omni casu, cum ueniet proximior, gratis tenetur illi feudum relaxare, non ne hac stante dispositione dicendum est, frustratoriam prorsus esse huiusmodi retrahendi facultatem, nulliusque momenti? certe sic; nec, quæso, dicat *Fachin.* contingere posse, ut remotior Agnatus se transigat cum proximiorè, nè mortuo uenditore questionem ei moueat, sicquè uile ei esse feudum emisse; hoc enim est natiuinarè potius, quam per iuris tramites differere.

40 Insupèr his omnibus addo Ego, quòd nõ solum ex præcitatis iuribus nullatenus fundari potest, in feudi distractione, pro iure retractus fore locum ad fauorem agnatorum successorio edicto; sed si benè ponderatur *tex. in d. §. Titius, in fine* totum contrarium in eo probatur; diximus enim, probari in eo *tex.* quòd quando feudum est alienatum, de functo demùm alienante sine filiis, posse Agnatum proximiorè, nullo dato pretio illud ab emptoris posse recuperare, subiuxit demùm *tex.* id licere Agnato proximiori etiam in uita alienantis, qui filios haberet, pretio tamen emptori reddito; concludit & tandem, quòd si proximior hic Agnatus factæ alienationi consenserit, uel per annum tacuerit, de cætero ad retrahendum non admittitur; hoc posito uellem Ego scire, dispositio hæc, ut repellatur agnatus proximior à iure retrahendi, quando alienationi consentiit, uel per annum tacuit, potest nè aliud importare, nisi securum reddere emptorem ab omni molestia, quam ex causa iuris retractus pati posset? certe, non aliud; si ergò aliud, quam hoc importare non potest, quoniam pacto poterit demùm pro eodè iure instare remotior agnatus ab hac feudali lege non uocatus; sic enim instando, non diceretur emptor securus, quem certè talem facere uoluerunt illius *tex.* Authores; & si dices, *tex.* prædictum emptorem reddidisse securum, ut molestari non posset ab illo proximiorè Agnato, qui alienationi consentiit; dicam Ego, habemus, nè aliam feudalem dispositionem, quæ prouisa sit esset, ut quando non potest retrahere proximior, quia consensit, possint retrahere remotiores; hanc dispositionem uellem, ut con-

trariae sententiae Sectatores mihi afferrent
sicque cum illis concurrerem libenter, sed
hoc nullo iure cauetur, ergo.

- 41 His sic stantibus corruunt prorsus *Fachinei* argumenta pro contraria sententia allata, & ad primum, in quo dicitur, dum ius retractus introductum fuisse credendum sit, ne feuda ab acquirentis familia exeant, ratio exposcit, ut ius illud non tantum proximiori, sed etiam remotiori de familia competat, triplici namque modo huic argumento respondetur, & primo pro eo, quod attinet ad casum, de quo agimus, in eo illud prorsus cessare dicimus, nam cum persona, quae pro retractu instat sit femina, licet agnata, finis tamen est agnationis suae, sicque cum primam nupsit, ad alienam transit familiam. Secundo alias diximus, rationem hanc, ut competat retractus agnatis etiam remotioribus, ne feuda ab acquirentis familia exeant, falsam esse, quandoquidem si vera illa esset, sequeretur, ut facta alienatione in remotiorem agnatum, proximior eo iure uti non posset, quod falsum
- 42 est omnino. Tertio *Fachinei* argumentum proprijs armis conuincitur, nam si audacter defendit eod. *lib. 7. cap. 19.* supra citato alienantis filium, qui agnatus dicitur, *l. filius, ff. de suis, & legit. heredib.* patre vivente hoc iure uti non posse, quia nulla feudalis lex proferri potest, ex qua ius illud filijs competere, demonstrari possit, & cum iuris communis regulis repugnet, venit stricte interpretandum, quo ergo pacto, iura praedicta, quae de proximiori tantum loquuntur, extendi possunt ad remotiorem, de quo verbum nullum fuit inquam prolatum?
- 43 Ad aliud, in quo asseritur, ius commune statuisse, intestati hereditatem proximiori deferendam esse, id est ei, quem nemo antecedit, *l. post consanguineos, S. hereditas, & S. legitima, ff. de suis, & legit. heredib.* At illo adire recusante, eodem iure cautum esse, eum, qui in gradu sequitur, adire posse, quasi iam proximior sit, *l. i. S. proximus, ff. unde cognat. l. i. C. de successor. editi. S. placebat, Insti. de legit. agnat. successio.* supposita hac conclusione pro vera, argumentatur *Fachin.* eandem interpretationem adhibendam esse in hoc iure retractus, ut proximior retractu recusante, vel non valente, sequens quasi proximus redimere possit? Respondetur, argumentum hoc non esse tanto *Vipodignu*,
- 44 nam ut hereditas deferatur ad remotiorem, quando proximior adire recusavit, suis a

iure statutum, ne bona hereditaria remanerent vacantia, & sic sine possessore, quod multum interest, ad hoc ut defuncti creditores habeant quem convenire, vel ut sciatur, an bona illa uti vacantia ad Fiscum spectent, hic est *text. in l. i. in princ. ff. de success. editi.* quae quidem ratio ad ius retractus applicari non potest, nam quod iure illo proximior agnatus non utatur, nil dici potest vacans remanere, est enim hoc beneficium ad proximioris agnati fauorem introductum, cui, quidem beneficio ipse idem proximior agnatus, absque quo nemo conquiri possit, renunciare potest; addendo in casu, de quo agimus, quod agnatus proximior, cui ius hoc competebat, eo usus est, dum illud publico mediante instrumento cesserit emptori, cui potest valide cedi, quamvis tertio non, fac enim in terminis edicti successorij, ut proximior, cui consanguinei hereditas delata est, ius illud ad eundem alteri cedat, poterit ne vaquam, qui in gradu sequitur hereditatem illam preoccupare? certe hoc nullo iure cautum esse inuenies, ergo.

- 45 Corruit similiter *Rosental.* ponderatio citata *concl. 82. num. 11.* quo loci in hoc articulo remotioris agnati partes sublinens, dicit, pro illo esse *text. in d. S. sed etiam res, per quos fiat investit.* sub illis verbis, *tibi, vel alij proximiori, quasi tibi dispositum esset, non licere feudatario feudum antiquum alienare, nisi tibi agnato suo, vel alij proximiori, (addit *Rosental.*) intellige, quam tu es, ut si tu volis, alij post te proximiori vendere permittatur, fateor, prout ante me factus est Simon Pistor infra allegandus, Rosentallus virum alioquin doctissimum, in huius *text.* intelligentia satis fuisse hallucinatum, & quis hoc non videt? dicit verbo proximiori addendum esse, *quam tu es*, hoc est non licere feudatario feudum vendere, nisi tibi agnato suo, vel alij te proximiori, demum volens id melius declarare incidit in foueam, quam vere in hoc articulo fecit, dum dicit, quod si tu agnatus nolis emere, liceat venditori alij agnato vendere, qui post te est proximior, bone Deus? supponebat prius feudatario alienanti adesse agnatum te proximiorum, sub illis verbis, *vel alij agnato proximiori intellige, quam tu es, & mox hanc proximiorum facit remotiorem, ibi Ut si tu nolis, alij post te proximiori vendere permittatur, unde merito uterque Pistor, explicando, quid vere senserit in eo *text.* illius Author, dicunt, quod ibi habetur sermo cum uno ex agna-**

tis feudatarij, qui feudum vendere cupiebat, & de hac futura venditione discedo, noluit dicere Author ille, non licere feudatario vendere, nisi tibi agnato suo, quia esse potest, alium adesse te proximiorum, quod proinde addit tibi, vel alij proximiori, quod idem est, ac si dixisset, non licere vendere, nisi tibi, dummodò proximus sis, siminus, alij, qui proximior est te, & sic bene verba textus pòderata bis ad proximiorum redacta, prout & alia iura concordantia, in quibus de remotioribus verbum nullum, aperte nostram fundant sententiam, tantis fucitatis rationibus, quam post Harthman. nouissimè longà manu defendit Simon filius in additio: ad eadem supra citatam quest. 12. vbi omnibus rationibus, & argumentis pro contraria parte adductis ad eò doctè, & copiosè respondit, illaq; me longè melius absoluit, vt aliud pro huius articuli veritate desiderari non possit, quam partem fuit etiam amplexus Herm. Vult. de feud. lib. 1. c. 11. m. 101. vbi successorium edictum ad feudorum successionem tantum admittendam esse docet, vt nimirum recusans, vel non valès proximior agnatus defuncti feuda præcapere, sequès in gradu admittatur, at secus in reuocatione, quæ fit iure prothomissos, vt proximiorè feudum alienatum retrahere nolente, vel non valète, nullatenus admitti possent sequentes, enixè admonens, ab hac sententia, vti veritati iuris magis consentanea, neq; docendo, neq; consulendo, neq; iudicando recedendum esse, hæc proferens verba, Atq; in reuocatione, qua fit iure successoris, nullum est dubium, quin in reuocationis si proximior agnatus eo vti noluit, aut non possit, ad sequentes in gradu ex capite edicti successorij deuoluatur, sed an idem sit in reuocatione, qua fit iure prothomissos, vt proximiorè nolente retrahere feudum alienatum, admittantur sequentes proximiores, & licet cõmuniter placuerit admitti, atq; ad eò in casu etiam reuocationis, qua fit iure prothomissos successorium edictum locum habere, Affliè. in d. 5. sed etiam res, num. 2. & in d. 5. porro, num. 81. Sonsber. part. 13. num. 119. Cacher. decis. Pedemont. 177. num. 4. vers. hinc fit, negatiuè tamèn amplexus est, & defendit Harthm. Pistor. 2. q. 12. num. 62. vsq; ad finem, qua ipsa etiam veritati iuris magis est consentanea, & neca quidè sententia non docendo tantum, sed consulendo etiam, & iudicando sequenda, &c. hanc eandem sententiam amplexus est noster Fab. de Anna pract. obseru. dec. ad. 1. obseru. 10. post opusculum collectaneorum, vbi Harthman. & Vult. locis citatis

insequendo, dicit, sic de anno 1603. disse-
ruisse cum doctissimo Viro, & in feudis ver-
satissimo, & quòd miratus fuerit de aliqui-
bus illius temporis Aduocatis, qui contra-
rium affirmare ausi fuere, hoc idem nouis-
simè firmavit Iul. Casar Gallup. in suo me-
thodo iur. feudat. part. 2. c. 11. num. 25. fol. 33.
quibus omnibus sic stantibus, decisio se-
quuta in causa Iulie Musceptulæ, etsi etset
rationabilis, & in iure fundata, D. Iulio ob-
stare non potest, ex quo venditori erat illa
proximior, & in feudis immediatè succe-
ditrix.

Quartò, & tãdèm, hæc omnia supra iam
dicta, quibus Aduersarij nūquam congruè
respondebunt, indubitata redduntur, & pe-
nitus sine vlla controuersia, ex impotètia,
in qua versatur tam Carolus frater, quam
D. Liuia soror in emendo Terrã, super qua
extraneo emptori hodiè præferri petunt,
constat enim, ex diuisione inter fratres
omnes, & sororem facta de pretio Terræ
Marilyani, quæ in communis patris hære-
ditatè remansit, cuiuslibet portionem ad
summam non ascendere ducatorum quin-
decim millium super sũctionibus fiscalibus
diuersarum Terrarum, ac certis debitorum
nominibus situatorum, vt ex diuisionis in-
strumento fol. 15. in processu prælationis,
pretium autem Terræ prædictæ ad ducatos
centum quadraginta mille, vltra meliora-
tiones per emptorem factas, quæ certè sũ-
mam transcendunt ducatorum decemmil-
lium, hoc postè uellem scire, quibus me-
dijs poterunt actores Terram prædictam
consequi? etenim nullo est pacto creden-
dum, Carolum, qui uigesimum adhuc non
excedit annũ, itemq; & D. Liuiam, quæ ad-
huc in decimo octauo persistit ahuo cum
alterus pecunia sub usuris certè accipien-
da feudum tanti momèti pro se ipsis eme-
re uelle, sicq; exigere demũ ad rationem
quatuor, & creditori correspondere ad mi-
nus ad rationem septem pro centenariò,
quòd proinde credidi semper Ego, iudiciũ
hoc prælationis de Casaris uenditoris or-
dine motum, ut notum est Deo, & Homi-
nibus, nõ ad alium finem fuisse institutum,
nisi, uel ad defatigandum emptorem sub
spe, ut in temporis progressu oriri posset
id, quod oriri solet, quando Rei Iudicis
sententiam expectare timent, & in uanum
laborant, uel & secundò, ut obtenta præla-
tione, possint Terram alteri, cum quo for-
san secretò se conuenerunt, uendere, sitq;
lucrum aliquod consequi, & in hoc ius re-

47 silit exprefsum, est enim receptiffimum, quod ubi competit praelatio, (quam in casu, de quo agimus, ut demonftraui, certum est, non competere) est illa prorsus deneganda, quando res, super qua praeferri petitur, in petitis posse non est permanfura, allegant omnes *Guid. Pap. decis. 411.* & ex nostris satis disertè id docet *Cesar Vrsill. in addition. ad Afflic. decis. 238. num. 6.* ubi in casu maioris considerationis, nimirum in uenditione emphyteusis ab emphyteuta extraneo facta, concessa per sententiam Sacri Consilij praelatione directo Domino, qui demum rem illam, in qua praelationem obtinuit, alteri concessit, idem Sacrum Consilium, sententiam, qua mediante fuit directo Domino concessa praelatio, reuocauit, factamq; primo loco ab emphyteuta uenditionem confirmauit, & sic habuit pro absoluto, in casibus, in quibus de iure competit alicui praelatio, non esse illi locum; quoties res illa, super qua praeferri petitur non est permanfura in dominio praelationem petentis, prout sine dubio, ut oculis uidemus, & manibus palpatum contingeret in hoc casu, adhuc si diceremus, actores in articulo, de quo agimus, bonum fouere ius, prout fouent pessimum, & desperatum, id, quod etiam satis benè ad rem nostram aduertit *Andr. Gayl. pract. obseru. lib. 2. obseru. 19. à num. 8.* ubi connumerando, requisita, quae concurrere debent, ad hoc ut fiat locus retractui, quod competit iure sanguinis, num. 10. dicit haec uerba. *Tertio requiritur, ut sibi retrahat, & in usum suum, non in utilitatem alterius, & in fraudem emptoris, nam hac in re perniciosè quandoquè peccatur, & c.* sequitur *Io. Baptista Costa de rat. portio. quest. 100. n. 3. Castill. decis. 89. num. 16.* sub illis uerbis, & de iure ut aliquis obtineat in retractu est necesse, quod sibi retrahat, & in usum suum, non uerò ad alterius utilitatem, uel aliter in fraudem emptoris, & c. *Marius Giurb.* omninò uidèdus *decis. 51.* ubi num. 11. plurium auctoritate docet, hac in re Iudicis partes esse in cognoscendo, si pro alio, uel in sui utilitatem consanguineus uelit retrahere, idq; dignosci posse ait ex qualitate personarum, rerum, & locorum, subdens, quod ad simulationem hanc probandam leues sufficiunt coniecturae, ex *Becc. conf. 52. num. 50.* & seq. ubi dicit, ad Iudicis arbitrium hoc esse remittendum; sed illam credit *Giurb.* potissimam esse simulationem, quam scripsit *Verat. dec. 143. lib. 1.* in casu, de quo nos agimus, literis aureis adnotandam, nimirum si pauper sit retrahens, & ad soluendas pe-

cunias pro retractu necessarias inhabilis, adeò ut mutuo pecunias ab alio esset recepturus, quae quidem simulatio cum in casu illius decisionis concurreret, prout concurrat in casu nostro, supremum illud Siculum Consistorium confirmando sententiã Magnae Regiae Curiae, praelationem Agnato denegandam esse censuit, emptoremq; ab impetitis absoluit, prout pariter in occurrenti controuersia Dominum Iulium tore absoluendum, illiq; in tanta uexatione succurrendum, spero indubitanter.

Donatus Antonius de Marinis.

Die sexta Mensis Iunij 1637.

Facta de his omnibus relatione in Sacro Consilio per D. Petrum Antonium Caraita Regium Consiliarium, & causae Commissarium fuit per S. C. decisum, ex causis discussis non competere praelationem Carolo, & D. Liuae Zattara, & sic fuit Dominus Cliens absolutus, ut uidere est penes D. Consiliarium Capycium Latro, nunc Regentem meritisimum, qui in hac causa elegantissimam scripsit decisionem, & est 57. in ordine.

S V M M A R I V M.

1. Ius retractus au competit Baroni iurisdictionis civilis, quado venditur iurisdictione criminalis, & nu. 6. 11. 18. 19. & 20.
2. Praelatio non competit, nisi concurrente altera ex tribus causis, quae enarrantur.
3. Dominus directus praefertur, quando emphyteuta, seu feudatarius uult extraneo feudum, siue emphyteusum vendere.
4. Agnatus proximior praefertur, quando feudatarius vendit extraneo feudum.
5. Vicinus praefertur, quando venditur res sibi collateralis.
7. Ius retractus in feudis ratione vicinitatis denegatur.
8. Vniuersitates Terrarum Regni Neapolis possunt petere domanium, quando ad illarum uenditionem proceditur, immò illas praeferi, quando venditur à Rege particularis iurisdictionis, puta criminalis, secundarum causarum, & c.
9. Vniuersitatibus ad domanium prouocantibus, uidentur quodammodo ipsum Regem principaliter tale ius exercere.
10. Iuris retractus natura qua sit, explicatur.
12. Emptor rei cum pacto de retrouendendo au sit praefendus in cessione iuris luendi, à uenditore extraneo facta, & nu. 15. & 16.

- 13 *Emphyteuta completo concessionis tempore, præfertur extraneo, cui directus Dominus re illam similiter in emphyteusim concedere vellet, & sic de feudatario, volente Domino denuò in feudare.*
- 14 *Cōductor primus prædiorum fiscalium præfertur secundo conducere volenti.*
- 17 *Emphyteuta an præferatur in venditione directi domini.*
- 21 *Prælatio an competat, quando venditur iurisdic-tio criminalis.*
- 22 *Ecclesia nunquam competit prælatio in feudis, quia feudum deueniret in manus mortuas; sed quid si Ecclesia instaret, vt poneretur in manus secularis.*
- 23 *Titulus, C. plus valere, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, non procedit in feudis.*
- 24 *Prælatio denegatur, quando est elapsum tempus intra quod petenda est, vbi exempla.*
- 25 *Lasio est probanda, quando petitur restitutio in integrum aduersus lapsum temporis iuris retractus.*

ARGUMENTVM.

Agitur, an ius retractus competat Baroni iurisdictionis civilis, quãdo venditur iurisdic-tio criminalis ab illius Domino . Prælatio quibus ex causis cõpetere potest. Ius retractus cuius naturæ sit. Emptor rei cum pacto de retro- uendendo an præferendus sit in cessione iuris luendi à vè- ditore, pretio mediante alteri facta . Ecclesia si in feudi venditione præferri non posset ex eo, quòd dicitur manus mortua, an petere possit, vt feudum illud ponatur in manus personæ secularis. *Titulus C. plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, an procedat in feu-*

dis. Persona priuilegiata, læ- sione non probata, nùm resti- tui possit aduersus lapsum temporis ad retrahendum à iure præscripti, & de alijs.

C A P. CXVII.



Ius retractus, siue præla- tionis, dubitatur, nùm exerceri possit per Bar- onem iurisdictionis ci- uilis, quando Dominus iurisdictionis crimina- lis iurisdictionem illam

in alium uenditionis, siue locationis titulo transfert?

Contingit aliàs in supremo Regni hu- ius Senatu de hoc dubitari in causa præla- tionis petite pro parte Reuerendi Capitu- li Sancti Protectoris mei Nicolai Baren- sis, utilis Domini in ciuilibus Terræ Sancti Nicandri super uenditione, cum pacto de retrouendendo, siue decenniali locatione, iurisdictionis criminalis à Domino Comite Molæ Domino Frãscisco Grifono facta; & non esse ius hoc præfato Capitulo con- cedendum, ratione, & autoritate respõdi.

- 2 Ratione siquidè iuris tramitibus attẽ- tis, prælatio, siue ius retractus non nisi altera ex tribus causis competere potest, pri- mò nimirum ratione directi domini, quod quis habet in re, quæ in alium distracta proponitur, & de hoc iure est *tex. in l. fin. C. de iur. emphyt.* vbi directus Dominus in vè- ditione emphyteusis extraneo emere vo- lenti præfertur, & in materia nostra est *tex. de iure cõmuni feudorum in cap. 1. §. por- rò, in tit. qualiter olim poter. feud. alien. ibi* enim expressis verbis illius feudalis sãctio- nis Authores statuissè comperimus, vt in venditione feudi à vasallo feudatario fa- cienda, directus Dominus extraneo em- ptori præferatur. Secundò potest esse lo- cus retractui ratione sanguinis, & de hoc est *tex. in cap. 1. §. Titius, in tit. s. de feu- do defun. & in cap. 1. §. sed etiam res, in tit. per quos fiat inuest.* vbi agnatus proximior in
- 4 venditione feudi à feudatario agnato re- motiori, siue prorsus extraneo facta præ- fertur. Tertiò, & tandè subintrat retractus ratione vicinitatis, & de hoc est *text. de iure canonico in cap. constitutus, de in integr. restit. & de iure Regni huius in vulgata*

Const.

Constat. Sancimus, de iur. probom. nam de iure
 ciuili ius hoc ratione vicinitatis expresse
 prohibitum habemus in *l. dudum, C. de con-*
trab. empt. sic enim quamuis in alio casu ra-
 tiocinatur Dominus Camill. de Curte in suo
 diuers. iur. feud. in questione, quæ incipit licet
 6 autē verissima, n. 40. fol. 8. d. terg. modo in ca-
 su nostro, siue primam, siue secundam, siue
 alteram ex his causis consideremus, cessat
 prorsus petita prælatio; cum nullum ex
 parte Baronis in ciuilibus directum domi-
 nium, siue ius sanguinis consideretur, &
 quatenus vicinitatis termini essent appli-
 candi, prout sunt inapplicabiles, obstat di-
 rectio communis Scholæ Scribentium, dū in
 7 feudis ius retractus ratione vicinitatis,
 nemine contradicente, denegarunt, vt per
Affl. in d. Constat. Sancimus, in princ. nu. 7. & 37.
Tiraq. Pras. de Franch. Reg. de Pour. Rosne. &
 alij per me relati *lib. 1. cap. 233. num. 2.* qui-
 bus addo *Mastrill. in cons. univ. post 1. p. dec.*
 8 *nu. 35.* & quamuis nulla ex prædictis cau-
 sis vigente in venditionibus Ciuitatum,
 Terrarum, & Castrorum Regni huius, Vni-
 uersitatibus ipsarum, siue cuilibet particu-
 lari ciui ius hoc prælationis ad emptorum
 exclusionem passim fuerit concessum, im-
 mo adhuc si vendita extiterit particularis
 iurisdictio, nimirum ciuili, siue criminalis,
 secundarum causarum, Sicilæ, Portulaniæ,
 &c. vt constat ex relatis per *Dom. de Franch.*
dec. 17. D. de Curte loc. cit. num. 65. 66. & 67.
 & *D. Camil. de Med. cons. 164. n. 3.* post alios,
 quos citant, quo fit, vt dicamus, etiam in
 casu, de quo agimus, ius hoc retractus
 exerceri posse; respondetur enim cū eodem
D. de Curte n. 47. et 54. quod hoc procedit ex
 inueterata consuetudine sic iudicandi; quæ
 legis vicem obtinet, non quod iuris termi-
 ni assistent, quæ quidem consuetudo ex eo
 potest tueri, ne dicamus, illam iuris dispo-
 sitioni funditus contradicere, cum certo
 modo petens Vniuersitas ad hoc ius se ad-
 mitti, videatur quodammodo ipsum Regē
 9 vt Dominum directum principaliter tale
 ius ad sui beneficium exercere, quamuis
 mediante pecunia Vniuersitatis, ex quo ne-
 gari non potest; Vniuersitate ad domaniū
 admissa, vtile dominium, quod per prius
 erat penes Baronem, consolidari cum di-
 recto, quod est penes Regem, vt satis bene
 post *D. de Curte loc. cit. n. 52.* notat *Mastrill.*
cons. univ. supra relato, n. 71. id, quod tem-
 poribus nostris occasione instantis belli
 proprijs oculis vidimus, & adhuc vide-
 mus, ac manibus palparamus; passim enim
 Ciuitates, & Terræ, quæ propria pecunia

fuerunt ad domanium admissæ, venduntur,
 & alienantur, vt bona ad D. Regem nostrū
 spectantia, quæ omnia in casu, de quo nos
 agimus, nullatenus considerari possunt, ac
 proinde non est, cur prælationis termini ad
 propositam questionem sint applicandi.
 10 Secundo, quod retractus, siue prælatio-
 nis termini in casu, de quo agimus, sint pe-
 nitus impertinentes, huius iuris naturam
 considero, quæ est, vt quis rem suam alteri
 vendere non possit, nisi prius requisito illo,
 cui prælatio competit, si emere vult, sic
 post Authorem, damnatæ memoriæ scripsit
D. de Franch. cit. dec. 17. num. 9. vnde si dici-
 mus, directum Dominum semper præferri
 extraneo vtile dominium emphyteutz emē-
 ti, ex dispositione *l. su. C. de iur. emphyt.* id ex
 eo procedere, quia eadem lege attentā
 Dominus directus est prius requirendus, an
 velit emere pro illo pretio, quod ab alio
 offertur, sic etiam, quando quis vult distra-
 here rem alteri collateralē, siue vicinam,
 nam antequam vendat, vicinum requirere
 tenetur, an ipse velit emere, vt nimis clarè
 legitur in *d. Constat. Sancimus*, idēq; in iure re-
 tractus, quod competit iure sanguinis; si
 enim feudatarius feudum alienare vult, le-
 ge feudali cautum est, vt non possit, nisi
 agnato proximiorē prius requisito, vt ex-
 pressis verbis habetur in *d. cap. 1. §. sed etiam*
res, per quos sint inuestit. hæc requisitiō, siue
 denunciatio in casu occurrentis cōtrouer-
 siæ cessat omnino, cum nulla lege in hoc
 Regno cautum sit, vt Dominus iurisdictio-
 nis criminalis, illam vendere intendens te-
 neatur prius requirere Dominum iurisdi-
 ctionis ciuili, an emere cupiat, ergo.
 11 Tertiō ad demonstrandum, quod ius re-
 tractus, siue prælatio nullatenus praticari
 possit, nisi cōcurrente altera ex tribus cau-
 sis in principio enarratis, quæ in casu no-
 stro cessant prorsus, rogo aduertatur, quod
 si in reuolutione cartarū inuenies ius hoc
 in multis casibus à DD. admissum, quam-
 uis nulla ex prædictis tribus causis concu-
 rat, id non nisi legis autoritate scriptum,
 semperquē denegatum reperies, quotiēs
 ex legis, siue statuti prouisione permissum
 non extitit, videatur, quæso, synodalis deci-
 sio *Sac. Rot. Rom. pro casu nostri resolutione,*
attentè legenda, & est 547. tom. 4. in re-
collekt. per Farin. vbi cūm dubitatum esset,
 12 an emptor rei cum pacto de retrouēden-
 do audiendus sit, si præferri petierit in-
 cessione iuris luendi à veditore, pretio me-
 diante alteri facta, quamuis videbatur af-
 firmandum, quia sic æquitas suadet, nimirū

vt ille, qui ita emit, debeat pro æquali pretio præferri cessionario d. pacti, prout à si-

13 mili in emphyteuta, qui completo concessionis tempore, siue generatione finita, præfertur extraneo, cui directus dominus rem illam similiter in emphyteusim concedere vellet, & sic de feudatario, volente domino denuò alteri infeudare, ad tradita per *Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & astu.* & è contrà de infeudato fructus feudi extraneo vèdere volente, vt Dominus præferatur, *Luc. de Pen. in l. 1. num. 2. vers. item faciat hac lex, C. de metallar. lib. 11.*

14 & de primo conductore prædiorum Fiscalium, vt præferatur secundo còducere volenti, *Boer. dec. 107. num. 3. Reg. de Ponte cons. 23. nu. XI. lib. 1. Gizzar. decis. 5. in princ. & per alios vbiqùe; contrarium tamen Sac. Ror. se.*

15 mel, atquè iterùm determinauit, existimàs, quòd quicquid sit de istarum còclusionum veritate, si verè sunt, erit (nota) quando ita particularitèr reperiretur iure cautum; vnde cum in casu; vbi venditor cedit alteri ius luendi, nihil reperiatur lege aliqua prouisum, vt emptor rei cum pacto de retrouendendo cessionario huius pacti præferatur, non videtur, quòd propter imaginariam æquitatem sit hic nouus laqueus priuatorum rebus iniiciendus, cum potius æquitas

16 suadeat, vt quis sit rerum suarum moderator, & arbiter, ad *text. in l. in re mandata, C. mandat. & experientia docet, vt difficilius vendatur res, in quibus competit alijs prælatio, ex quo nemo dum emit, cupit viuere in suspenso, donec quis declaret, an velit super re empta præferri, subdens Rota eodem citato loco in fine, ob has rationes*

17 aliàs denegasse audientiam emphyteutz, qui instabat pro prælatione super venditione directi dominij, à directo Domino alteri facta, id, quod etiam decisum habemus in *S. C. pœnes D. de Franc. decis. 17 num. 8. cum tantum sit iure cautum, vt directus Dominus præferatur, quando emphyteuta vendit vtile dominium, d. l. fin. C. de iure emphyt. è contrà autèm nulla lege cauetur.*

18 Huius decisionis rationes, negari non potest, quin propositam quæstionem determinent, nam si idè emptori cum pacto de retrouendendo fuit denegata prælatio super cessione iuris luendi, à venditore extraneo facta, ex eo, quòd nulla lege prouisum reperitur, vt præferatur; item quia suadet æquitas, vt quis sit rerum suarum moderator, & arbiter, & quòd priuatorum bonis nouus laqueus non inferatur; sed quòd potius illa sint in libero còmercio, cur idem.

non erit dicendum in casu nostro, in quo istæmet rationes, & longè maiores militat. quo enim iure, petebam Ego, quauè lege prælatio à Reuerèdo Capitulo petita iustificari, siuè defendi potest? insupèr, quæ ratio suadet, vt emptor, siuè conductor huius criminalis iurisdictionis post tantum tempus, tanto eius detrimento, tantoquè interesse eiiciatur, sic propria bona, quæ ibi possidet deserendo?

19 Autoritate etiam annuimus hanc probari sententiam in casu fortiori, & in puncto; in casu fortiori sic decisum habemus per Senatùm Burdegalensem; etenim cum duo vnus Castri essent Domini, quorùm alter partem suam extraneo vendiderat, petijt Consors super parte vendita pro æquali pretio præferri, sed fuit ei denegata prælatio, sic testatur *Arnold. Ferron. Reg. Consil. in comment. ad Consuet. Burdegal. lib. 1. tit. 1. de retractu, §. 2. vers. quod attinet ad consorem, fol. mihi 28. sub illis verbis. Sed tamen pro opinione Ias. & Ang. Senatus noster nupèr iudicauit in causa Regis Nauarra, & Domini Casij viri nobilissimi, qui tanquam consors ad Castri partem venditam, cuius pro parte erat dominus, admitti volebar, nec est admisus, magnaquè ratione motus amplissimus ordo ita statuit, &c. quàm quidè sententiam ex nostris amplexus fuit *Præs. Lanar. in addit. ad Patrum in repct. §. sed etiam res, per quos fuit inuest. nu. 7. fol. 317.**

20 In puncto autèm, & sic in indiuiduo casus nostri *Prosper Rendel. in tract. de iur. probrom. Sin prim. s. num. 54. vers. fortius dico, fol. mihi 126. vbi refert, quòd cum Baro iurisdictionis criminalis Terræ Citermini Barèsis Prouinciæ iurisdictionem illam pro certo pretio conuento vendidisset Io. Vincètio de Tolsa, Vniuersitas petijt prælatione, & obtinuit, ex eo, quòd Cathedralis Ecclesia Monopolitana, quæ eiusdem Terræ ciuilem, & mixtam iurisdictionem habet, prælationem præterdere non poterat, quia quando res ad Ecclesiàm deuenit, incidit in manum, vt vocant, mortuam, quòd proindè non patitur Dom. Rex noster, ita ipsam Ecclesiàm còsolidationem, & acquisitionem fieri, allegat *tex. in cap. 1. §. 1. de alien. feud. Spec. in tit. de locat. §. olim, Mansuer. in sua prac. de loc. & iur. emphyt. num. 14. vers. item si res, & Cassan. in Consuet. Burg. rub. del manus mort. §. 10. in prin. num. 54. vers. ex quibus omnibus, & quatenus citatus Rendel. si non esset Ecclesia, in qua militat manus mortuæ ratio, supponat, quòd si Baro iurisdictionis ciuilem esset merè laicus, posset**

pretendere, præferri emptori iurisdictionis criminalis, & quòd ita fuerit in S.C. decisu, penes Marin. *Frec. lib. 2. de subfeud. in 2. auth. Baron. num. 26. Modernos Addent. ad Napod. in proem. nostrarum Consuet. S. præfati, lit. F. & Vinc. de Franch. decis. 17. rogo, aduertatur, quòd Rend. in hoc satis fuit deceptus; nunquam enim hic articulus penes citatos DD. nequè alios, quos vidit, fuit in S.C. decisus, minusquè vilo vnquam tempore, discussus, illud enim, de quo verba fecit Marin. *Frec. est, an vasallis competat prælatio, quando venditur iurisdictionis criminalis, & negatiuè concludit, quia cum sint vasalli alterius habentis iurisdictionem ciuilem, cessat ratio And. in S. sed nec dominus, de prohib. seu. alien. per Fed. & Io. Fabr. in S. dominus, Instit. de noxal. sed etiam in hoc casu fuit demùm in Reg. Cam. decisum contra Frec. & in fortioribus terminis, nimirum cõpetere prælationem uasallis, etiam in casu, quo Dominus iurisdictionis criminalis, iurisdictionem illam Baroni iurisdictionis ciuilis uenderet, testatur D. Cam. de Curte lac. cit. num. 67. quò sit, ut dicamus, Rendel. sententiam, ut denegetur prælatio Baroni iurisdictionis ciuilis, quando uenditur criminalis, procedere, siuè Baro iurisdictionis ciuilis sit Ecclesia, siuè merè laicus, cum in utroquè militent rationes, & causæ, de quibus supra.**

23 Dico plus, quamuis nõ necessario, quòd si certa lex reperiretur, quæ ius retractus, de quo agimus, Baroni iurisdictionis ciuilis concederet, in casu nostro ob vrgentissimam rationem à Rend. consideratam esset illud omninò denegandum, cui quidèr rationi satisfieri non posset, si Capitulum pateretur, prout se offert, scopulum videns ineuitabilem, vt iurisdictionis ponatur in tertium laicum; etenim ex hoc maximum oriretur absurdum, & inconueniens, illudquè est, vt prælatio verè huic tertio concederetur, non autem Capitulo, probatur, cum vtile iurisdictionis dominium in hunc tertium transferatur, non autem in Capitulum, à quo licèt exbursaretur pecunia pro prælatione obtinenda, non tamen est in consideratione, ex quo in feudorum acquisitionibus non attenditur, de cuius pecunia feudum est emptum; sed consideratur dumtaxat persona, in quam Dominus cõsentit; hinc in Regno inoleuit praxis, vt si quis careret successore, siuè esset exterus, aut bonorum feudaliu incapax, puta Monasterium, & vellet feuda emere, illa de propria pecunia emere procurat ab habè-

tibus successores, à quibus demùm obtinet instrumentum, quod nos appellamus recognitionem, quæ quidèr recognitio respectu Regis nullius est considerationis, sed attenditur tantum persona, quæ feudum 23 emit, titulus enim C. plus valere, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, in feudis non procedit, quia attenditur, quod est scriptu, quamuis simulatè, & non aliter, quod verè actum est, probant hæc omnia D. Reg. de Ponte in cons. 45. num. 18. & 22. & D. Reg. Capyc. Galeot. controu. lib. 1. cotrou. 28. num. 1. 7. & 17. vnde in casu nostro licet verè prælatio concederetur Capitulo, & simulatè tertio, qui à Capitulo nominatur, simulatio tamen est illa, quæ attenditur, non autè veritas, sicqu; tertius nominatus verè diceretur prælatus, non autèr Capitulum.

24 Vltimò, vt nihil remaneret intactum, nõ quòd suaderet necessitas, illud omninò animaduertendū dicebã, quòd si in casu nostro concurreret altera ex tribus causis in principio enumeratis, sicquè versaremur in puris terminis iuris retractus, siuè prælationis, adhuc D. Franciscus conuentus ab impetitis per Capitulum esset aboluendus, cum pro assequendo, quod Canonici petunt, tempora non largiantur, constat enim, alienationem, siuè locationem iurisdictionis, de qua agimus sequutam fuisse in anno 1637. instantiam verò Capitulo pro retractu in currenti anno 1640. & sic post trium annorum spatium; unde cum unius dumtaxat anni tempus sit à Legislatoribus præscriptum ad hoc ius exercendum, eo elapso amplius peti non potest; sic quando est locus prælationi ratione directi domini, statutum est in cit. cap. 1. §. porro, qualiter olim pos. seu. alien. ubi expressis uerbis determinatur, prælationis beneficium denegandum omninò directo Domino, qui passus fuit, labi annum ad illud petendum; idemquè in agnato, & sic in retractu iure sanguinis debito sancitum est in citato cap. 1. §. Titius, si. de feud. defun. controu. sit, & c. sic & tandem in eo retractu ratione simplicis vicinitatis competente, nisi obstaret particularis loci consuetudo, diffinitum habemus in Const. Sancimus, S. scriptum est, ibi, post annum verò nullum probomisi habent, & c. & pluribus relatis probat Rend. citato tract. de iur. probomif. in §. transiente autem, per tot. nu. 10. fol. 286. & in d. S. scriptum est, vrrf. vnus anni, fol. 311. Istudmè vnus anni tempus ad domainum prouocandum absquè ulla restitutionis in integrum spe Vniuersitatibus Regni huius præscriptum esse cõ-

stat ex Pragmatica sanctione, quæ est 64. §. 1. & 5. de offic. Proc. Cas. 10. Vinc. de Anna alleg. 27. num. 22. & alijs omiſſis Cam. de Curte loc. cit. fol. 9. à ter. nu. 56. cum pluribus seqq.

25 quamvis antè huius legis promulgatione fuerit dubitatum, an elapſo anni circulo potuiſſent Vniuerſitates aduerſus temporis lapſum in integrum reſtitutionem petere, & qui pro Vniuerſitate reſponderunt, hoc admiferunt, dummodò læſio probata ſit, prout in minore eſt tex. nimis clarus in cit. cap. conſtitutus, vbi gloſ. in verb. conſtituti, de in integr. reſt. quia nullibi in iure legimus dici quem læſum eo ipſo, quòd paſſus ſit ſibi tempus ad aliquid faciendum à lege conſeſſum, ſed cogitur inſtrum, ſi reſtitutionem aſequi vult de allegata læſione edocere, ita Bart. in l. nam poſted 9. §. ſi minor, num. 6. de iur. iur. vbi Ang. num. 3. Salyc. num. 7. Alex. num. 8. Vin. deciſ. 934. num. 42. & alijs illud autem, quod in hoc iudicio venit probandum explicat Io. Vinc. de Anna cit. alleg. 27. num. 24. & ſatis elegantè And. Fachin. conſ. 64. antè num. 15. ver. venio ad quartum, lib. 1. nimirum, quòd intra tempus ad retrahendum præfixum, perſona privilegiata, cui hoc ius competebat, habebat in promptu pecuniam pro retrahètu exercendo neceſſariam, & quòd res erat ei utilis.

Huius cauſæ exitum habes pœnès Dom. Reg. Sanſelic. in additiombus ad ſuam deciſ. 322. & apud D. Reg. Capyc. Latr. dec. 168. p. 2.


- 10 Gabella, quæ ſoluitur de quolibet animali naſcente in territorio, debet etiam ſolui, ſi naſceretur extra, quando Dominus in fraudem animalia cõduxit extra territorium ad pariendum.
- 11 Ciues conuiciniõrum Ciuitatis Neapolis nullo gaudent priuilegio, quia Neapoli nati ſunt, ex quo eorũ patres in fraudem uxores prægnantes ad Neapoli pariendum duxerunt.
- 12 Actus prohibitus in territorio, ſi fraudulenter fieret extra, habetur ac ſi in Ciuitate factus eſſet.
- 13 Vaſalli, circumſcripto iure prohibendi, quod Barones habere ſolent, non poſſunt deſerere molendina Baronalia, & extra territorium ad molendum accedere.

ARGUMENTVM.

Agitur, an ius prohibendi, quod Barones in eorum dominiis habet, nè vaſalli ad alia Molendina, Furnos, & Tapeta accedant, quàm ipſorum Baronum, procedat, ſi vaſalli accederent ad Molendina, Furnos, & Tapeta extra territorium exiſtentia, & de alijs notabilibus ad materiã pertinentibus.

C A P. CXVIII.

- 1 Ius prohibendi, quod Barones habent, nè vaſalli ad alia molendina, furnos, et tapeta accedant, quàm ipſorum Baronum, an procedat, quando vaſalli accederent extra territorium, & num. 2. 3. & 4.
- 2 Prohibitum, quando aliquid eſt, à lege, vel ab homine, omnis ſequela; per quam peruenitur ad id prohibita cenſetur.
- 3 Ius prohibendũ, quod habent Barones in furnis, molendinis, & tapetis tangit perſonas vaſallorum, illorumq; offiſibus aſſiũ dicitur.
- 4 Mulier nupta, qua vigore ſtatuti non poſeſt ſe obligare ſine certa ſollemnitate, ſi in fraudem ſe obligauerit extra territorium, ſollemnitate nõ obſeruata, nullitèr obligata dicitur.
- 5 Sententia, qua perſonam afficit, vbiquè vim ſuam extendit.
- 6 Episcopum prohibens ſub pœna clericis ſuis armorum aſportationem, ſi extra Diocèſim reperitur clericus cum armis, incidit in pœnam edicti.

1  vs prohibendi, quod nõnulli Barones Regni huius ex ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine legitime præſcripta in eorũ Ciuitatibus, Terris, & Caſtris habent, nè vaſalli ad alia molendina, furnos, & tapeta accedant, quàm ad illa ipſorum Baronum, aliquando controuerſum audiui, an procedat, ſimulquè locum habeat, quando vaſalli ad molendina, furnos, & tapeta exterorũ extra territorium exiſtentia accederent?

2 Ioannes Franc. Capiblæcus, qui in ſuo tract. de author. Baro. iuribus Baronalibus quantũ potuit, detraxit, putauit in prag. 14. n. 17. ius illud prohibendi intra Baronis territorium tantum verificari, non autem extra, ſicquè licere ſubditis ad molendina, furnos,

& tapeta exterorum extra territorium existentia accedere, cuius cōclusionis laudat in Authores *Rip. de remed. ad conferu. libert. num. 301. & Soc. conf. 272. vol. 2.* quos cum videre voluissem, non inueni, eos dixisse id, ad quod allegantur.

3 *Novarius* verò in *trakt. de grauam. vasall. par. 1. grauam. 62.* videns hanc *Capiblan.* sententiã non tutam, existimauit, tunc illam procedere, quãdo ius hoc prohibendi prescriptione esset à Barone quãsitum, quã cū odiosa sit, videtur, quòd extensionem non recipiat; secus verò si ex privilegio ius illud haberent Barones, eo enim casu putauit, vasallos nullatenus ad molendina, furnos, & tapeta extra territorium existentia accedere posse.


4 Ego autem nulla habita ratione de *Capiblan.* sententia, quã ratione, & Doctorum autoritate caret, simulq; & de *Novar.* distinctione, quã verè non probatur, dico indistinctè, dato hoc iure prohibendi, nullatenus vasallis licere ad molendina, furnos, & tapeta exterorum accedere, tam intrã, quã extra territorium existentia, sed necessariò illis tantum suorum Baronum vti; probatur primò ratione palpabili, quia aliã elusorium prorsus ius illud prohibèdi esset, ac de vento seruiret, cum liceret vasallis alibi se conferre, sicquẽ Baronem suo iure priuare, eũdemquẽ respectu ipsius pareret effectũ accessus ad furnos, & molendina extra territorium, quã intrã, vnde vt ius istud à Barone privilegio, vel prescriptione quãsitum suum fortiaur effectum, necessariò dicendum est, esse prohibitum accessũ, tam intrã, quã extra territorium, etenim iuris regula se habet, quòd quando aliquid à lege, vel ab homine prohibetur, omnis sequela, per quã peruenitur ad id, prohibita censetur, hic est *tex. in cap. cum quid 39. de regul. iur. in 6.* & clariùs in *cap. cum quid vna via 84. eod. tit.* vbi determinat Sum. Pontifex, quòd quando aliquid vna via est mihi prohibitum, ad illud alia via non debeo admitti, id, quod satis bene exornat *Bellug. in Spec. Princip. rubr. I. num. 10. & rubr. I 2. §. quadam, nu. 20.* & 32. si enim una via prohibitum est vasallis accedere ad coquendum, vel emendum panem in alio furno, quã Baronis, quomodò alia via possunt se à prohibitione, eximere, habendo accessum ad coquendũ, suẽ emendum in furnis exterorum, extra territorium existentibus? Hãc namq; prohibitio vasallorum tangit personas, non autem locum, & sic territorium, illorumq;

offibus affixa dicitur, undè quòd illi vadunt, assistit prohibitio, hinc merito *Doctores* affirmasse comperimus, quòd quoties quis faceret actum extra territorium, qui quidẽ actus intrã esset prohibitus, considerata fraude, habetur ac si in Ciuitate factus esset, ponunt exemplum; dicit statutum aliquius Ciuitatis, quòd mulier nupta, sub nullitatis contractus pona, absquẽ duorũ propinquorum consensu se obligare non possit, hoc statutũ quamuis videatur, quòd non se extendat extra territorium Statutis, ad *tex. in c. vt an imarum, §. 1. de Constit. in 6. in cap. à nobis de senten. excomm. & in l. s. ff. de iurisd. omnium iudic.* attamèn si in fraudem statuti, & sic ad illius sollempnitatem, euitandam mulier extra territorium absq; proximorum consensu se obligasset, nulla cõsetur obligatio, ac si in Ciuitate, vbi prohibitum statutum vigeret, facta esset, reddunt rationem, quã casum nostrum determinant, & ea est, quia sententia, quã personam afficit, ubiquẽ vim suam extendit, ita opinati sunt *Petr. de Auchar. in repetit. cap. Canonum statuta, in 12. quest. de Constit. Franc. Aret. conf. 54. Alex. conf. 41. num. 8. et seq. lib. 5. Rol. à Val. conf. 33. vol. 3. Paris. conf. 99. nu. 58. vol. 1. Canalca. decis. 42. num. 35. par. 1. & alii, quos refert, & sequitur Ricc. decis. 124. par. 1. vbi in puncto principali decisũ fuisse testatur, Edictum Curie Archiepiscopalis huius Ciuitatis armorum asportationem clericis prohibens, ligare clericum illum diocesanum, qui extra Dioccesim in fraudem edicti propè sinem arma asportauerit, pro cuius decisionis confirmatione, ad fraudes euitandas refert in *suã singulari, dictum Bar. in L. cum satis, num. 12. C. de agricol. & censu lib. 10.* vbi voluit, quòd si in aliqua Ciuitate statutum extaret, vt pro quolibet animali nascente in territorio, teneatur Ciuis, qui Dominus est animalium gabellam soluere, si animalia pregnantia extra territorium Dominus asportauerit, vt ibi parerent, quia id in fraudẽ statuti peractum fuit, adhuc gabellam soluere tenebitur, nam aliã gabella exactio elusoria redderetur, sicquẽ Ciuitas fraudibus opprimeretur; hinc propter eandem merationem, fraudis euitandẽ, non semel Regiam Camerã determinasse inuenimus, Ciuẽs conuiciniõrum huius Ciuitatis Neap. cogẽdos esse ad soluẽdum eorum Communitatibus gabellas, aliasquẽ fiscales fundiones, non obstante, quòd in hac Ciuitate, quã aliã redderet illos immunes, nati sint, ex quo demonstratur, eorum patres, qui vxores ha-*

bebant

bebant prægnantes in fraudem ad huc pariendum duxisse, testatur D. Moles in suis decisionibus manuscriptis, quas recenset Novar. in prax. elect. fori, sect. 3. quest. 63. nu. 27. & probavit Gratia, discept. forens, lib. 1. cap. 75. nu. 17. Si ergo in casibus prædictis actus
 12 gesti extrâ territorium habentur, ac si intus gesti essent, sicquæ semper fieri lo cum statutis prohibitiuis, idè patitèr citrà omne dubium dicendum erit in casu proposito quæstionis, vt eadem ad beneficium Baronis vigeat prohibitio intus, quàm extrâ territorium, sicquæ accedens vasallus ad emendum panem in furno extrâ territorium existente, fieri locum pœnis statutis aduersus subditos illos, qui ad alium furnum, quàm Baronis accederent.

13 Secundo confirmantur hæc omnia ex his, quæ in casu fortiori dixerunt Nostrates in puris terminis prag. 14. de Baronibus, & sic ubi ius hoc prohibendi Baro non haberet, vt adhuc, quando teneret ille furnum, tapetum, vel molendinum in Oppido, vel in territorio aptum, & ex accessu ad illa vasalli damnum, siuè interesse aliquod nõ paterentur, quia idem ius exigitur in furnis, vel molendinis, siuè tapetis Baronis intus eius territorium, vel in Oppido existentibus, quod exigitur in illis exterorum extrâ territorium sitis, non poterunt certè eo casu subditi, circumscripto iure prohibendi ad alia molendina, furnos, & tapeta extrâ territorium accedere, sed præcisè illa Baronum adire coguntur, quia alias diceretur, ad æmulationem, & in damnum Baronialium introituum id fieri, quod tolerandum non est, sicquæ pluriès Sacrum Consilium determinasse inuenimus, & testantur Marin. Freq. de feud. lib. 2. in 41. author. Io. Vincent. de Anna in repetit.ubr. de vasal. decrep. acat. num. 69. & seqq. Fab. de Anna in addit. ad patrem sing. 557. Scip. Rouit. in cita ta prag. 14. num. 5. de Baron. Fulvius Lanar. in addit. ad Reg. patrum, in repet. 8. si quis per triginta, si de feudo defun. contr. sit. & c. nu. 68. vers. vnum tamen est notandum in praxi, f. 529. & Io. Maria Nouar. aliis omissis citato tract. de grauam. vasall. grau. 58. num. 4. lib. 1. modo quid dicendum in casu proposito quæstionis, in qua supponimus, Baronem ius prohibendi habere? hæc occurrunt, & c.



S V M M A R I V M.

- 1 Pactum in compromisso adiectum, vt de nullitate laudi proferendi dici non possit, an de iure subsistat, & num. 3. 4. 6. 7. & 8.
- 2 Pacta, qua bonis moribus non aduersantur sunt omninò seruanda.
- 5 Appellatio an possit pacto renunciari.
- 9 Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratorum quando peti possit.
- 10 Marchionum Torrecusij, eorumquæ filiorum laudes.

A R G V M E N T V M.

Agitur, nùm laudū ab Arbitris prolatum allegari possit nullum, si in compromisso facto fuerit speciali pacto inter Partes conuētum, vt de nullitate dici non possit, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CXIX.



1 Audum ab Arbitris de litigantium voluntate electis prolatum, aliquando dubitatum extitit, an nullum allegari possit, si in compromisso iuri dicendi de nullitate expressè renunciatum fuerit.

Cōtigit mihi annis superioribus de hæc quæstione differere in causa D. Marchionis Torrecusij cuius partes ipse pro viribus tuebar, cum D. Principe Montisherulis, & Vniuersitate Vitulani super exequutione laudi ad beneficium D. Marchionis prolata, circa declarationem per Arbitros factâ territorij, ad iurisdictionem Terræ Torrecusij spectantis, nam cum laudi prædicti pro parte D. Principis, eiusq; Terræ Vitulani fuisset de nullitate dictum, quia id omne pacto aduersabatur in compromisso adiecto, per quod extiterat expressè vetitum, nè ad istud nullitatis refugium, aliuduenè recurri posset, propositarum nullitatum supplicationes reiiciendas esse, deque illis nullam haberi posse rationem, breuiter ratione, & authoritate demonstraui.

2 Ratione, cum pacta omnia, quæ bonis moribus non aduersantur, sint omnino seruanda, sic enim nostri *Iurista* vno ore fatentur in *l. iurisgentium*, *¶ Prætor ait*, per illum *text. ff. de pact. Signorol. Conf. 187. in princ. Neuzan. inter conf. Brun. Conf. 12. num. 23.* vbi dicit, quod illa Prætoris verba, *pacta d' omnia seruabo*, ab ore Dei procedunt, subdens *num. seq.* nullam terti posse maiorem iustitiam, quam pacta seruare, & *Cocilium Africanum*, pacem seruandam, pactaque custodiendam mandauit, studio seq; agendum, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur, sic habetur in *cap. 1. & 3. extra de pact. Abb. Conf. 62. lib. 2.* cumque certissimum sit, hoc pactum, quod in compromisso apponitur, vt laudi profertur de nullitate dici non possit, bonis moribus non aduersari, venit omnino illud seruandum, maxime cum roboratum extiterit iuramento, à cuius obseruantia, citrà animæ detrimentum, iuxta omnium placita in *cap. cum contingat*, & in *cap. si verò, de iureiur.* recedi modo aliquo potest, quid enim pactio hæc laudi nullitatem exclusiua importaret, si de ea non esset habenda ratio, non ne frustratoria redderetur, nullo iure id dicente? Dicit quis, pactum hoc iuri naturali repugnare, & quo renunciando quis nullitatis, siue appellationis remedio, futuræ simul renunciaret defensionem, quam iure naturæ introductam agnoscimus, vulgatis iuribus, cui quidem naturali iuri pacto renunciari non potest, dixerunt *Dolores in l. si vnus, §. pacta, qua turpem. ff. de pact.* ergo contra bonos mores, huic enim oppositioni, respondet satis notanter *Angel. infra citandus*, duplicem considerando defensionem, cui quis renunciare potest, aliam nimirum, quæ fieri posset aduersus illicitam oppressionem; & hæc pacto renunciari non potest, proceduntque dicta per *Dolores in d. §. pacta, qua turpem*, aliam vero esse, dum quis defensionem renunciat, aduersus licitam, honestamque, & à iure permissam oppressionem, qualis est illa, quæ per Iudicis sententiam fit, & huic, cum iusta sit oppressio, renunciari potest, nam quamuis id, quod continet sententia iudicari posset multam, oppressionis tamen modus est iustus, pendet enim sententia à supræma potestate totaliter opprimendi, ac proinde aduersus hanc oppressionem potest quis sibi met præcludere viam, appellationi, iuris dicendi de nullitate, omnique remedio renunciando, cum modus iste à iure inductus sit, quodque hoc verum sit, videmus sic in renouatione iuris

appellandi, expressis verbis decreuisse Imperatorem in *l. fin. §. fin. C. de tempor. appellat.* dum dixit, quod vbi litigantes inter se, scriptura interueniente conuenirent, nemini parti licere prolata sententia ad pronouationis auxilium peruenire, eorum pacionem firmam esse, ceteri debere, assignat *Iustinianus* rationem, nimirum, ad hoc vt legis austeritas litigantium pactis mitigetur, quæ sanè ratio sicut militat in renouatione iuris appellandi, procedit quoque in illa, quæ fietet iuris dicendi de nullitate, vt per *Cesar. Ursill. in addition. ad Afflic. decis. 91. num. 12.* vbi allegat *Anani. Conf. 50.*

6 Authoritate etiam annuimus, hanc probari sententiam, siquidem conclusionem, hanc, vt non possit quis de nullitate dicere, dum pacto promissit, nullitatem non allegare, firmarunt *Ang. Conf. 187. Alex. Conf. 32. num. 5. lib. 2. Ruin. Conf. 14. num. 9. lib. 2. Io. Vinc. de Anna in Constit. Constitutionem diuina memoria, num. 283. & sing. 299.* vbi dicit, semper vidisse exequi laudum, allegata nullitate non obstantem, quando fuit in compromisso nullitatibus renunciatum, sicque in *Sacr. Confil. decisum* tetratur *Fab. de Anna in addition. ad Etacum sui Genitor. sing. 299. Reg. Redit. in Pragm. 2. num. 14. de arbitr. Ruginell. in app. §. 3. c. 3. in princ. Vinc. Mancin. tract. de iurament. p. 4. effect. 242. n. 3.* vbi dicit, quod quando partes laudo per Arbitrarij ferendo cum iuramento stare promiserunt, & aduersus illud quacunque ex causa non venire, quamuis laudum nullum ceteri posset, quia tamen in compromissi instrumento iuratum extitit, quod fuerit laudatum obseruare, nulloque pacto contrauenire, ob iuraturandi vinculum est omnino obseruandum, neque impugnari, ad quod allegat *Lopez in cap. per vestras, in fine, num. 30. de donat. inter virum, & uxorem, & Gozad. Conf. 100. num. 17. & 20.*

7 Hæc indubitata conclusio, ratione, & authoritate fundata, nullum potest recipere obiectionem, ex *Minad. sententia decis. 19.* de qua memores fuerunt *Reg. v. p. lib. 3. in. Regni, tit. de arbitr. pragm. 2. num. 5. fol. 25. & Consiliar. Theodorus allegat. 77 num. 9.* dum dixit, esse impediendam laudi executionem, illo nullo allegato, non obstante, quod in compromisso fuerit nullitatibus renunciatum, quandoquidem si mihi dicere fas est, conclusionem hanc, nec ratione, nec authoritate probauit *Minadous*, nam quamuis *Alex. allegauerit Conf. 35. vol. 2.* nullatenus hoc in eo responso legitur, & si forte dicemus, corruptè fuisse allegatum, cum de

his egerit *Alex. conf. 32. cod. vol. 2. legatur, quæso, quia expressis verbis nostrâ fundat sententiam, quo verò ad Specul. quem similiter refert in tit. de Arbitr. §. 1. vers. quidam, nec etiam hoc dixit, nec per multum, quòd elaborassem in illum percunctando, hoc alibi dixisse reperi, at stando authoritati rei iudicatz. quam allegat, simulq; & rationi, super qua dicit Reg. Tap. fundari posse Minad. sententiam, nimirum, quia sententia contra ius licigatoris lata non valet, iuxta Joannis de Arnon. dictum sing. 83. necessariò assenerandum est, tunc demùm opinionem istam procedere posse, cum aduersus laudam nullitates illz allegentur, ex quibus verè venit illud nullum declarandum, non obstante, quòd nullitatibus in compromisso sit renunciatum, & hæc plures à Doctoribus fuerunt consideratz, ex quibus in casu, de quo agebatur, nulla extitit ab Aduersarijs proposita, & Primò, quoties nullum allegatum r laudum ex Arbitrorum potestatis defectu, puta quia super re, & causa sententiarum in compromisso non deducta, & incognita, compromissi famam excedentes, idemq; vbi Partes compromiserunt super re, de qua ad eorum libitum disponere non possunt, prout de re feudali, citrà directi Domini consensum. Secundò, vbi laudi nullitas allegaretur ex Aduersarij dolo, quia Arbitros, siuè Arbitratores pecunia corumpit. Tertiò si ex laudo perplexitas, & repugnancia oriretur, cum etiam Legislator repugnantem actum in esse producere non possit, ad *tex. in l. vbi repugnancia, ff. de regul. iur.* Quartò si elset laudum contrà minorem indefensum prolatum. Quintò, & tandem, si nullitas ex ipso sententiæ tenore appareret, & ex iuris errore expresso, quia forsan euidens enormissima concurreret læsio, in his enim dumtaxat casibus, dixerunt Doctores, laudi nullitatem allegari posse, non obstante, quòd in compromisso fuerit illis renunciatum, sic sanè dixerunt *Ang. cit. conf. 187. in fine, Io. de Arnon. à Reg. Tap. relatus, Camill. Borrell. in tract. de compromiss. §. 7. glos. 1. num. 1. Ruginali. omninò videndus loco supra relato fol. 191. Ioseph Ludou. decis. Lucens. 27. Iacob. Camer. par. resol. par. 1. de arbitr. num. 9. Casar Barz. dec. 86. num. 11. 12. & 13. & decis. 112. num. 4. quas memorauit Reg. Romit. loco cit. Iacob. Anson de Manr. alleg. 2. num. 3. Gratian. decis. 6. num. 44. & seq. & nouissime Flamin. Monach. ad allegatam Minad. decis. 19. nu. 3. extra verò hoc casus, nemo ex nostris iurisprudentiæ Professoribus asserere ausus fuit, nosse de lau-**

di nullitate opponi, vbi in compromisso pactione fuerit iuri dicendi de nullitate renunciatum, cumque, vt diximus, ex his iam relatis, in laudo, de quo agimus, nullitas aliqua non esset allegata, cum verè allegari non poterat, remanet vndiq; roborata conclusio per me fundata, vt standum sit pacto.

9 His stâtibz, laudi nostri executionem minus controuerti potuisse, dicebam, sub eo prætextu, quòd ad boni viri arbitrium subintrabat reductio, siquidem stantibus amplissimis clausulis in compromisso adiectis, vt possent electi Arbitratores de facto secundum eorum voluntatem arbitrari, & ab vna parte tollere, & alteri dare, tam inmodica, quàm in magna quantitate, reductio hæc ad boni viri arbitrium peti modo aliquo potest, sic ex *Panorm. sententia in c. 1. nu. 4. per illum text. de his, qui sunt à prelat. sine conf. Capit. doctè satis, prout de more firmavit Reg. Romit. in relata pag. 2. num. 6. vbi similiter allegat Dec. in l. captatorias, n. 7. C. de testam. milit. quo loci dixit, eum, qui liberam habet voluntatem, iniquum æquo præferri posse, subdit demùm idem D. Reg. num. 8. quòd licet clausula hæc de duplici possit intelligi voluntate, de regulata nimirum, secundum iuris communis dispositionem, de altera verò regulata secundum sensualitatis voluntatem, tamèn in dubio dicit, semper intelligi debere de hac postrema sensualitatis, ad quod allegat *Gemin. in can. habeo liberum, nu. 6. dist. 16. & his conferunt scripta per Io. Bapt. Perus. in tract. de arbitr. lib. 3. c. 16. dum dixit, quòd quando in compromisso est actum, vt valeat Arbitratorius vnus auferre, & alteri dare, Arbitratorius potestatem omni casu importare, vt possit pronunciando lædere, pro bono pacis, & concordiz, & lib. 10. cap. 14. dicit, quòd quoties verbum de facto ad cognitiones, & decisiones causarum refertur, posset tunc Arbitrator ad sui libitum gratis remittere, & de iure vnus auferre, & alteri dare.**

10 Hæc scripsi, vt paterem Dominæ Marchionissæ Torrecusi Donnæ Victoriz Raualcheriz ex Lauantiæ Comitibus, Heroïne præstantissimæ, recolendæ memoriæ, in cuius interitu summæ tum prudentiæ, tum pietatis exemplar nobis ereptum defleuimus: assiduis ad eò se precibus intentam præbuit, vt nusquam inaniter loqui, ac pia non meditari videretur; rem domesticam tanto consilio, & cura gessit, vt in ea nihil desideraueris viri; in egenos benignissimâ semper se dedit; deniquè fato cessit die Lu-

na: vigesima septima Aprilis, hora noctis quarta circiter, anno MDCXXXVII. annū agens quadragimum secundum, quam superstites exceperet Carolus Maria, Hieronymus, Philippus, ac Syluia Maria filii, è nobilissima Caracciolorū Prosapia. Primus Dux Sancti Georgii, Ordinis Calatrauz, atque acerrimæ indolis miles, cū vix quartum supra decimum ageret annum, patrē insequens Regiæ militiæ nomen dedit, primò apud Belgas, & Germanos, mox apud Hispanos equestris exercitus Dux Generalis, vbi florente adhuc æuo, dum in perduelles Cathalaunios summā tum spectim robore inueheretur, tormēti idu percussus, immature nimium occubuit, annum agens vigesimum quintum, iactura sanè intolerabili, nisi ætatem impletet meritis, ac virtute. At verò Hieronymus Ordinis Alcátarz titulo fratris, ac funeri superstes, dum hæc scribo, Torrecusii Marchio, Dux Sancti Georgii, Capaniæ Princeps, Paraldæ Commendatarius, Regis clavis aureæ cubicularius, & inter Hispaniarum Magnates nulli postremus, animo, ac strenuitate, quam hereditariam veluti hauserat, ceteris irā antecellit, ac præstat; vt facem solus præferre inclyti, tum consilii videatur, tum animi, inter recentiores turbas, quas Plebs Neapolitana seditiose excitauerat, Regias partes, vt par erat, tutatus sepe acerrimè, ac tantè se prætulit virtutis, ac roboris ducē, vt inter primos in eam Urbis partē, quam proterua Plebs occuparat, fortissimèq; tuebatur, audacter se, suosque immitteret, & Castrum, quod Capuanum vocat primus itidem in Regiam iurisdictionem redegit, die mihi, huicque præclarissimè Ciuitati summæ letitiæ, sexta Aprilis instantis anni MDCXLVIII. Philippum adolescentulum immaturū æuo inter Equites Hierosolymitanos adscriptum mors abripuit, fato nimis properato, annum agentem decimum octauum. Syluia Maria hodiè Sæcti Marci Marchionissa matrē præclarissimam non tam ore refert, quam consilio, ac virtute, è qua hausisse non tam sanguinè visa est, quam prudentiam, viuat diu feliciter. At silentio prætereundum haud duxerim horum Dominorum inuidum Ducem, & parētem Carolum Andream Caracciolum, Torrecusij Marchionem, qui supra triginta feliciter, ac strenuè peractis annis, quibus pro Rege vbique militauerat, inter Hispaniarum Magnates adscriptus, supremi Ordinis Consiliarius, quem Status vocant, creatus, ac denique in Cathalaunios,

& Lusitanos perduelles Capitanei generalis dignitate condecoratus, de mūm in patriam non tam annis, quam victorijs grauis reuersus est, vbi dum degeret, cū à Galis Coffa, seu Orbitellum longa, ac valida, obsidione premeretur, dies inter, quos vocant caniculares Regis commodo vitam deuouens libentissimè illuc cum exercitu Imperator tam feliciter se contulit, vt in turpissimam fugam Gallū militem quātocyus verterit; mox in Urbem hanc Regiam reuersus, concepto, qui latuerat, morbo apertius correptus, quā auspiciatissimè occubuit die Dominica quinta Augusti, hora vigesima secūda circiter, anno MDCXLVI. annū agēs sexagesimū tertiuū, proh dolor ?

S V M M A R I V M.

- 1 Legato factō Ecclesiæ pro missis celebrandis, ad quem nam spectet ius illud consequendi.
- 2 Testator si ordinauit, celebrari quotidie in tali Ecclesia Missa sacrificium pro eius anima, et vt teneatur hæres facere assignamentum certi corporis pro elemosyna, ad quē nam spectet ius eligendi Sacerdotem, & num. 3. 4. 7. 8. 9. & 11.
- 5 Capellani electio pro Missis celebrandis est de præcipuis iuribus administratoris.
- 6 Laici an sint capaces iuris eligendi Capellani pro missis celebrandis, & num. 7.
- 10 Testi deponenti de proprio iudicio nulla fides adhibenda.

A R G V M E N T V M.

Agitur de legato factō certæ Ecclesiæ pro missis quotidie celebrandis, & quòd pro elemosyna teneatur hæres assignare sortem, cuius fructus Sacerdoti celebranti perfolui debeant, facta hac assignatione, ad quem nam Sacerdotis electio spectare debeat, an ad ipsum hæredem, vel potius ad Rectorem Ecclesiæ pro tempore, & de alijs; vbi decisio Sac. Rot. Rom-

C A P. CXX.



Egato factō alicui Ec-
clesiæ certę pecuniarū
quantitatis pro missis
celebrandis, cū fuisset
dubitatum, ad quę
nam ius illud exigendi
spectaret, an ad Eccle-
siam, seu eius Oecono-

mos, an verò ad Sacerdotem eiusdem Ec-
clesiæ Rectorem, ex pluribus resoluit *Ricc.
decis. 210. par. 4.* ad Rectorem spectare, cū
legatum pro missis celebrandis semper fa-
ctum censeatur contemplatione personę
Sacerdotis, qui missas celebrare debet; cō-
trarium tamē videtur firmasse *Imol. in
cap. officij, num. 26. extra de testam.* quem se-
quuta est *Rot. decis. 1149. num. 7.* pōnēs *D.
Seraph.* vbi quòd in dubio Ecclesię intuitu
factum videtur, non autem personę parti-
culari, quę missam celebret, vel celebrare
faciat, idemquę *Perr. de Vbqld. in tract. de ca-
non. portio. cap. 7. num. 57.*

2 Sed quicquid sit de hoc, quæritur elegā-
tèr, si fuerit per testatorem ordinatum, vt
in tali Ecclesia quotidie pro eius anima
missę sacrificium celebraretur, & pro elec-
mosyna, vt teneatur hæres, quōm instituit
assignare sortem, cuius fructus Sacerdoti
missam celebranti persolui debeant, facta
hac assignatione, ad quem nam Sacerdotis
electio spectare debeat, an ad ipsum hære-
dem, vel potius ad Rectorem Ecclesię pro
tempore? & ad istum spectare elegātissimè
resoluit *Rota in vna Lucanę legati sub die 6.
Iunij 1644.* corām Reuerendissimo *D. Pen-
tingero,* & p̄ hæc verba adhuc nō impressā,

Luna 5. Iunij 1644.

3 Io. Petrus de Comitibus legatū pro mis-
sa in Ecclesia S. Chrystopori pro eius
anima quotidie, & quatenus ibi nō pos-
sit, in Ecclesia S. Iustinę Lucę celebranda
reliquit, mādans, per hæredem suum ad
officiū abundantię scuta: 1200. deferri,
cuius fructus Sacerdoti missas celebranti,
mediāte fide dictę Ecclesię Rectoris, per-
solui deberent, ac contentione inter hære-
dem, & præfatę Ecclesię Rectorem orta,
ad quem ipsorum Sacerdotis electio spe-
ctet, dubio proposito, Dōmini resolverunt,
electionem ad Rectorem Ecclesię S. Chry-
stopori pro tempore spectare, ea ratione,
quia cū agatur de simpliciter legatō missę,
Ecclesię relicto, pro celebranda missa,

nullum videtur, cōpetere posse ius heredi.

4 Sed eidem Ecclesię, cuius cōtemplatio-
ne, vt in ea missę celebrentur, legatum fa-
ctum est, vt voluit *Imol. in cap. officij, nu. 26.
de testam.* vt tradit *Felin. cons. 45. nu. 6.* & fir-
mauit *Rot. corām Seraph. decis. 652. & dec.
1149. num. 7.* hic enim non agitur de iure
aliquo patronatus, nec de deputacione ali-
cuius Capellani certi, & perpetui, quo casu
ius nominandi tāquā illi annexum, dūm
de eo particularitèr non fuit dispositum,
censeri debet ad fauorem hæredis disposi-
tum, per *tex. in cap. nobis, de iurepat.* in quo
sensu loquitur *decis. Romana iur. nominandi
10. Febr. 1640.* corām *R. P. D. meo Royas* cū
aliis per Informantes contrā Rectorem,
pro hærede allegatis, quę huic casui, vbi
Capellanus non est certus, & perpetuus, nō
rectè applicantur, & hanc fuisse mentem
testatoris, docent illa testamenti verba, &
*in tutto questo lascia effecutore di questa sua
volontà li Signori Rettori,* &c. quę tanquā
vniuersalia excludere, & prohibere solent
quamcunquę detractionem. Maximè quā-
do sunt directa in Executores, qui habent
facultatem eligendi, seu nominādi, in quā
causā bona a testatore, pro anima relicta,
conuerti debeant, vt consuluit *Abb. cons.
11. nu. 3. par. 2.* accedit etiam, quòd electio,
5 seu deputacio Capellani est de præcipuis
iuribus administratoris, vt firmavit *Rota
d. decis. 264. par. 2. diuer.* & corām Reueren-
dissimo *Vrgellen decis. 454. num. 3.* vndè cū
testator totam curā circa huius legati exe-
cutionem ab hærede ademerit, & in Re-
ctores dictę Ecclesię transtulerit, ac potis-
sima pars executionis in electione Sacer-
dotis consistat, consequentèr hæc quoquē
eorum fidei censetur commissa, iuxta *tex.
in l. alio, ff. de alim. & cib. leg. & in §. si quis au-
tem pro redemptione, in auth. de Eccles. tit. &
ibi glos. in verb. compleri, glos. in cap. Religio-
sus, in verb. mortuo,* vbi notant *Doct. de te-
stam. in 6.* & in specie tradit *Ioan. de Anan.
cons. 86. incip. pro expeditione, num. 1. Cephal.
cons. 628. num. 11 & seq. Simon de Prat. de
interpr. vlt. volunt. fol. 489. num. 70. Gratian.
discept. 220. num. 1.* Immo hoc rationi ma-
ximè congruit, & magis conuenit hoc mi-
nisterium qualitati Rectoris, sub cuius di-
rectione Sacerdos electus missas celebra-
re debet, quā heredi, itā ut testator in hoc
exercitio Rectorem meritò prætulit, vt
probat *Curt. iun. cons. 305. num. 23. & seq.*

6 Non obstat, quòd laici non sint incapa-
ces huius iuris eligendi, secundū *Feder. de
Sen. cons. 45. num. 1. vers. item super eo, quod*

quaritur, Lambert. de iur. patr. lib. 2. par. 1. q. 5. art. 5. num. 5. & par. 7. art. 6. num. 3. vers. si verò. Vnde dicendum sit, hoc ius transire in hæredem cum vniuersitate bonorum, secundum Abb. in cap. cum seculum, de iure patron. Lambert. de iure patron. par. 2. lib. 1. q. 1. ar. 15. Vgolin. de potest. Episc. cap. 5. num. 6. cum aliis per Informantes pro hærede allegatis.

7 Quia huiusmodi autoritates, & rationes non procedunt, quando constat, aliam fuisse testatoris voluntatem, quæ ex modo deputationis Executoris perpetui, & verbis testamenti dignoscitur: tunc enim voluntas testatoris præ cæteris attendi debet, l. ille, aut ille, ff. de leg. 3. Seraph. decif. 762. n. 1. Rot. in d. Romana iuris nominandi 10. Febr. 1640. coram R. P. D. meo Royas. Et sumus extrâ omnem difficultatem, quia pertinentia nominationis non solum prouenit ex officio executionis, sed ex natura legati, in quibus terminis nemo ex allegatis contradicit, immò quòd Rector, seu Executor possit nominare Sacerdotem alienigenum, tradit Franc. Capr. tract. de exec. & commiss. testam. lib. 2. cap. 19. num. 11.

8 Nec refert, quòd accepto hoc intellectu, fraus fieri possit voluntati testatoris, dum legatum pinguius ius Sacerdoti celebranti redderet, quàm aliàs pro celebratione missarum erogare solet, quia vltra, quòd nemo de hoc conqueri potest, dum sic iussit testator, omnes fructus pecuniæ depositæ solui Sacerdoti celebranti, saltem dum non mādauit, vt pecuniæ, quæ supersunt in aliam causam conuertantur, censetur voluisse, illas in suffragium animæ suæ cedere Ecclesie, iuxta distinctionem Bald. in l. si quis, num. 11. C. de Episc. & cler. & serè in similibus terminis tradit Genuens. in pract. Eccl. q. 336.

9 Et parum facit obiectum, quòd sequeretur inconueniens, si Rector, retento hoc sensu per se ipsum missas celebraret, & fructus pecuniæ consequeretur, quia si in iure non prohibetur, nullum sequitur absurdum, cum anima testatoris æquè subleuetur per sacrificium Rectoris, quàm alterius Capellani, & quemadmodum hæres, si ad ipsum deputatio spectaret, posset deputare Rectorem, ita Rector, huiusmodi facultatem distribuendi habens, pro celebratione missarum se ipsum deputare potest, ex allegatis per Mart. resp. 18. num. 22. lib. 2. Peralt. in repet. l. vnum ex familia, num. 27. ff. de leg. 2. M. Anton. de Amat. decif. Ferrar. 78. num. 37. & 38. Viu. decif. 305. Flau. Amendol. in addit. ad decif. Franc. 484. num. 4. secundum impressionem Taurinen.

10 Nec contrarium suadet depositio Sacerdotis in *summario heredis*, num. 3. qui testamentum scripsit, & notam habuit intentionem testatoris, quòd noluerit, Rectores habere hanc nominationem, sed suos hæredes, &c. quia legenti totum huius testis examen patet, ipsum potius deponere de proprio suo iudicio, & credulitate, vnde fides illi adhiberi non debet, Greg. dec. 190. num. 2. Ruin. conf. 12. num. 45. lib. 5. nec rationes per eum allatæ concludunt, etiam si ipse scripserit testimonium, vt in fortioribus de Notario dixerunt Angel. in l. Imperator, num. 1. in fin. ff. de stat. hom. vbi ceteri Scrib. etiam sequuntur Rimin. iun. conf. 610. num. 54. Iacob. Ferret. conf. 113. num. 15. Peregr. decif. 112. num. 5. & seq. bon. mem. Coccin. decif. 24. num. 7. & 8.

11 Itaque Domini, ius nominandi Sacerdotem, non ad hæredem, sed Rectorem pro tempore Ecclesie S. Chrytophori spectare censuerunt, vtraquæ parte informante,

S V M M A R I V M.

- I Facti species enarratur.
- 2 Tutela excusatio an legati priuationem inducat, & num. 3. & 4. & quid quando excusatio prouenit ex legitima causa, nu. 5.
- 6 Legatum annuæ quantitatis pendente solutione sortis an peti possit à die mortis, vel potius à die petitionis debeat, & n. 7. & 9.
- 8 Interesse legati an à die mortis, vel petitionis debeat, &

A R G V M E N T V M.

Agitur, an legatum relictum filiis Petri, qui in eodem testamento relictus fuit tutor filiorum legantis, possit de iure peti, si Petrus ipse tutelæ onus subire recusauit. Insuper an vsuræ quantitatis legatæ à testatore taxatæ, vt ab hærede præstentur, quousq; legatum fuerit solutum, debeat à die mortis testatoris, vel potius à die petitionis, &c.

C A P. CXXI.



Egatum, his verbis à patre duoabus eius neptibus factum proponebatur, *Itē in segno de amo: e-uoletza lascio alla Signora D. Maria mia carissima nipote, & alla Signora D.*

Felice smilmente mia carissima nipote, figlie del Sig. Gio. Battista mio fratello docati mille per ciaschuna, quali se li debbiano pagare quando unquē alli miei herodi parerà, & piacerà, & interim, & insino all'effettiuo pagamento di essi se li diano docati cinquanta per ciaschuna per ragione de interesse à cinque per cento ogni anno, terza, per terza.

Legataria cum post quinque annorum spatium annuos ducatos quinquaginta pro ipsarum qualibet à die mortis testatoris à scripto hærede petiissent, fuit de duobus dubitatum, & primò, an legatum prædictum de iure peti posset, ex quo Ioannes Baptista legatarium pater cum tutor filiorum testatoris, ipsiusque nepotum relictus esset, tutelam assumere recusavit, quã quidē recusatōnem, dicebatur, de iure relictæ priuationem operari.

Secundò, quando hoc legatum de iure peti posset, an annua illa quinquaginta in causam interesse relictæ, à die mortis testatoris deberentur, vel potius à die petitiōnis, suæ litis contestatæ; dūm in solvendo hæredum mors considerari non potest.

Ego de his consultus ad primum respondi, legatum omninò deberi; nec tutelæ excusationem relictæ priuationem inducere; probatur, nam quãuis in iure sine controuersia procedat, ut qui in testamento datus est tutor, amittat legatum sibi à testatore factum, si tutelæ onus subire recusat, ut nimis clarè habetur in *l. desennius 35. ff. de excusat. tutor.* & in *l. post legatum, §. amittere, ff. de his, quibus ut indignis,* & in specie, quòd hoc procedat, adhuc si filius ipsius relictæ tutoris legatum factum esset, ut habetur in *l. qui tutelam 28. ff. de testament. tutel.* attamen pro eo, quod ad casum propositum pertinet, triplici ex causa tutelæ excusatio relictæ priuationem non induxit, primò respectu ipsarum testatoris neptum, quibus legatum factum fuit, nam attendita litera *tex. in d. l. qui tutelam.* conclusio ex allegatis iuribus desumpta procedit, quando patris contemplatione legatum relictum esset, secus si propria, ibi in *d. tex. modò si lega-*

ta filij, non affectione propria, sed in honorem patris mesuerunt: quòd autem in casu, de quo agebatur, non patris; sed filiarum affectione legatum fuerit relictum, satis constat ex verbis factæ dispositionis, dūm testator dixit, legatum facere in signum affectionis, quam erga dictas eius neptes gerebat, illas sibi carissimas vocans.

3 Secundò, quando patris contemplatione, & affectione, inuò si ipsimet patri legatum factum esset, conclusio suprã firmata limitatur cõmunitèr, cum testator aliàs fuisset relicturus, ut quia ille, quem in tutorem elegit, esset ipsius legantis sanguine coniunctus, prout in casu nostro, & ita iura suprã allegata, ac *tex. in §. his omnibus, Auth. de hered. & falcid.* interpretati sunt *Bal. conf. 356. col. 1. vers. secundo casu, lib. 4. Ang. conf. 166. Paris. conf. 84. num. 27. & conf. 87. num. 21. lib. 1. Couar. in cap. Ioannes, num. 3. de testament. Spino in suo spec. testam. glos. 29. nu. 26. Gutier. omninò videndus in tract. de tutel. & curts, cap. 22. nu. 12. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 124. num. 5. Galter. in prax. tutel. par. 1. rubr. & vel se à tutela excuset, num. 35. vers. limita tertio, qui omnes ad hanc limitationem probandam allegant *tex. in l. tutor 91. §. 1. ff. cit. de excusat. tutor.**

4 Et quãuis non desint Doctores, qui attendita dispositione nouissimi iuris *Auth. in d. §. his omnibus* tenuerint, ut nullatenus debeatur legatū, dūm legataris tutelæ onus subire recusavit, siue testator aliàs fuisset relicturus, ut sanguine coniunctus, siue nō, ut videre est pœnès citatos per *Menoch. loco suprã relato num. 7.* attamen, quòd sententia modò per nos firmata sit verior, & receptior, nullo pacto dubitari potest; etenim in *d. §. his omnibus* nullibi legitur id, ad quod *tex.* ille allegatur, sed tantum ibi habetur, ut honoratus commodo hæreditario priuetur, si testatori fuerit inobediens, unde ex nostro capite non est iuri nouissimo addendum illud, quod ibi non legitur, siquē per *Bononiense Collegium* fuisse tentatum, testatur *Salycet. in l. fin. intra nu. 6. vers. hodie verò, C. de fideicommissis.* & quòd ab hac opinione, nequē in iudicando, nequē consulendo sit recedendum, admonet *Ant. Piag de tutore, & curatore, quæst. 10. num. 3. & 4.* quem citat, & sequitur *Gutier. loco cit. per totum num. 14.* id, quod in casu nostro eo fortiùs sine controuersia procedere dicebam, cum ut sit locus priuationi legati, requiratur, ut ille, qui tutor est relictus, sit monitus, & interpellatus ad onus tutelæ subeundum, iuxta *tex. in auth. hoc amplius,*

C. de fideicom. quod in casu, de quo agebatur, deficiebat omnino, probant hoc *Alex. in l. si legatarius, in fin. C. de legat. is. & Menoch. loco cit. num. 8.*

5 Tercio, ex alio legatum deberi affirmavi, cum excusatio à tutela processerit ex causa; in facto enim demonstrabatur, Ioānem Baptistam tutorem relictum, à Cæsare eius patruo prohibitionem accepisse, nè aliorum tutelam, etiam consanguineorum assumere auderet, & si secus, fore priuandū successionem bonorum, ad quā illum admiserat, & sic excusatio processit ex hac causa, qua existente, & per Magnam Curiam, admissa, legatum debetur, etiam si extraneo relictum esset, quia adhuc si voluisset tutelam assumere, non potuisset, ita ex *tex. in l. ab administratione, C. de legatis* scripserunt *Aug. cit. cons. 166. Gutierr. loco cit. num. 10.* ubi alios refert, *Menoch. similiter loco relato, num. 12. & Galter. ubi supra, vers. limita secundò*, considerabatur etiam alia excusationis causa, nimirum decrepita etatis ipsius tutoris relictī, quæ legitima dicitur, ut disponit *Imperator in S. item maior, Instit. de excus. tut.* Hæc pro resolutione primi dubij.

6 Ad secundum, in quo fuit dubitatum, an quinquaginta illa annua in causam interesse relicta possint à legatariis peti à die mortis testatoris, vel potius à die petitionis, iuxta *tex. in l. 1. & fin. C. de usur. & fructibus legatis*, cum ante petitionem nulla hæredum mora in soluendo considerari possit, & peti posse à die mortis testatoris, teneo indubitanter, ad quod de iure probandum, sciendum est primò, testatorem in legato, de quo agimus, usum fuisse eisdem verbis, quibus usus fuit *Iulianus in l. 3. S. fin. ff. de annuis legat.* ubi sic legitur. *Si cui certa quantitas legatur, & quoad prædictum, in singulos annos certum aliquid, veluti usuras iusserit testator præstari, legatum valet, etc.* huius *tex.* tenore attento, extitit magna controuersia inter *DD.* an illius dispositio sit hodie à nobis recipienda, cum ex hoc *tex.* usuræ per ius canonicum prohibita permittantur, sunt enim, qui existimarunt, nullo pacto legatario licere annua illa legata, donec hæres sortem soluerit, exigere, nam aliis usura committeretur, & hi sunt *Aren. cons. 151. Barbat. cons. 66. lib. 2. Ias. in l. cunctos populos, in prima lect. num. 60. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Cagnol. & alii, quos refert Menoch. cons. 441. num. 20. lib. 5.* quo loci in hoc articulo tres *Doctorum* sententias recitat: è cõtra verò, quòd quando annuum illud in-

causam interesse relictum legitimum usurarum modum non excedit, iuxta licentiam *tex. in d. S. fin.* quòd iure permittente exigi possit, donec hæres sortem non soluerit, scripserunt *Bar. Bal. Rip. & alij, quos refert, & sequitur Couar. variar. resol. lib. 3. cap. fin. num. 9. Alciat. lib. 5. paradox. cap. vii. Felician. de censibus lib. 2. cap. 5. num. 3. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 78. Roder. de annuis reddit. lib. 3. quæst. 6. nu. 8. & alij relati per Menoch. loco cit. n. 10. vers. prima fuit eorum, &c.* principalis ratio, quæ ab his *Doctoribus* assignatur, ea est, cum legatum sit alternatiuum; hæredique debitori data fuit electio soluendi quantitatem legatam, vel annuatim usuram, sicque legatarius, qui dicitur creditor, nullo pacto potest summam principalem legatam petere, ergò nõ est usura, cum in legato alternatiuo, probat *Doctores* prædicti, usura considerari non possit; hoc posito dico Ego, si legatum est alternatiuum, de quo verè dubitari non potest, in alternatiuis duo sunt in obligatione, *l. illud, aut aliud*, ubi *glos. ff. de constit. pecun. glos. in l. si duo 128. in verb. quia, ff. de verb. obligat. Bar. in l. 2. ff. de reb. dub.* sicque in casu nostro tam quantitas ducatorum bis mille legatorum, quàm annua centum in causam interesse relicta, in obligatione continentur: si utrūque distinctè in obligatione continetur, sequitur certè dicendum, ut legatum respectu interesse dicatur omnino annuum, quòd cum petatur, ut fors in obligatione contenta à die mortis testatoris debetur, non autem à die petitionis, prout est *tex. ad litteram in l. nec semel, ff. quando dicit legat. testat.* secundum cuius dispositionem in vna facti, contingente *Sacrum Consilium* iudicasse testatur *Dom. de Franch. decis. 634.* de qua memores fuerunt *Mosès ad Consuet. Neap. per 4. quæst. 3. num. 14. Reg. Rouit. decis. 90. nu. 1.* Ego ipse *lib. 1. cap. 100. num. 3.*

8 Non obstat *tex. in l. 1. & vlt. C. de usur. & fructibus legat.* ubi interesse legati non nisi à die petitionis, siue litis cõtestatæ debetur, nam procedit in illò interesse, quòd petitur uti accessorium ad sortem, & quòd venit à Iudice liquidandum, nec aliqua actio debetur, sed Iudicis officio dumtaxat, ut dixerunt communiter *DD. ibi*; secus autè in casu proposito, in quo interesse annuum petitur ut fors, & illa actio, qua petitur legatum, de quo in *S. 2. Instit. de legat.* nec venit à Iudice liquidandum, cum sit iam à testatore liquidatum: & nè mea hæc sententia indiuiduali authoritate destituta videatur, sicque, ut quando usuræ rei legatæ à te-

statore taxatę fuerūt, debeātur à die mortis, non autem petitionis, siuē litis contestatę; dico affirmasse *Aut Fabr. diff. 1. C. de vsur. & fruct. legat. vbi vulgarem illam firmando conclusionem, quę desumitur ex d. l. 1. & su. vt vsurę, & fructus legatorum nō nisi à die petitionis peti possint, eam limitat, nisi ipsi quoquē fructus, siuē vsurę in legato sint, & in allegat. ibidem num. 6. subdit notabile dictum, nimirum, aliud esse quærere de fructibus, & vsuris legatis, & aliud de fructibus, & vsuris legatorum, idēquē affirmat in diff. 12. eod. tit. quo loci enumerando casus, in quibus legatorum fructus, & vsurę à die mortis testatoris debeātur, sic loquitur in principio. Excipiēdi tamen sunt casus illi, in quibus iam dictū est in superioribus, idest si fructus ipsi, aut vsurę legatę in legato sint, &c. sequitur Riccius collect. 589. Vndē, &c.*

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum omnium librorum alicui factum an comprehendat libros, quos testator post conditum testamentum acquisiuit, & nu 2. & 9. & quid si esset factum coniunctę personę, num. 17.
- 3 Legatum factum amico de eo, quod Titius testatori debet, an comprehendat illud, quod Titius debebat in diem, vel sub conditione.
- 4 Legatum factum à creditore debitori suo de omni eo, quod debet, an comprehendat debitum illud, quod testator ab eodem acquisiuit post testamentum.
- 5 Legatum argenti an comprehendat argentum post testamentum quesitum.
- 6 Legatum pecunię in Banco repositę an comprehendat pecuniam ibi repositam post testamentum.
- 7 Legatum factū à viro uxori omnium bonorum mobilium an includat mobilia postea acquisita, & num. 10. 11. & 15.
- 8 Legatum factum tertię partis omnium bonorū an includat bona postea quesita.
- 12 Prohibitio testatoris de non alienando bona extrā familiam an comprehendat bona, quę testator post testamentum acquisiuit.
- 13 Legatum certarum rerum an comprehendat, nisi res, quę testamenti tempore extabant.
- 14 Legatum vniuersale omnium bonorum indefinitę an comprehendat bona post testamentum quesita.
- 16 Legatum vsusfructus locorum montium an includat loca montium postea quesita.
- 18 Legatum factum earum rerum, quę vsu consu-

muntur, si testator eas consumpsit, & alias acquisierit, an super illis verificetur.

- 19 Legatum factum de certa re loco pio an favore pię causę comprehendat augmentum factum per testatorem super illa re.
- 20 Legatum factum rei, quę recipit augmentum, & diminutionem an includat, quod post testamentum acquisitum est.
- 21 Legatum factum bonorum stabilium an comprehendat bona illa acquisita per testatorem post testamentum cum ea pecunia, quę testamenti tempore habebat promptam pro emēdis stabilibus.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an legatum earum rerū, quę in pondere, numero, & mensura consistunt, comprehendat augmentum super eisdem rebus post testamentum à testatore factum, & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

C A P. CXXII.



I Legatum his, quę sequuntur verbis à Domino D. Iosepho Minadoi huius maioris Ecclesię Neapolitanę Canonico Illustrissimo olim Polignanoensi Antistiti, nunc dignissimo Surrētino Archiepiscopo factum proponitur. *Item lascio à Monsignor Illustrissimo Don Antonio del pezzo Vescono di Polignano tutti li miei libri, in segno solo, che in questo estremo mi ricordo di lui, qual tanto teneramente hò amato in vita.*

Dubitatur, cam præfatus testator post conditum testamentum per aliquos annos superuixerit, multosq; emerit libros, an in legato prædicto comprehendantur, non solum libri, quos testamenti tempore habebat, sed etiam illi, quos demum de nouo acquisiuit?

2 Respondi, libros post testamentum conditum acquisitos in legato prædicto non esse comprehensos, sicq; hæredem ad illos legatario præstandos cogi non posse, sed tantum, quos testamenti tempore legans habebat, probatur primò ex celebri I. C. re-

sponso

2. sponso in *h. si ita scripisset* 47. ff. de legat. 2.
 3. ubi habetur, quod si quis amico suo legaverit, quicquid Titius ei debet, illud dumtaxat legato contineri, quod Titius testamenti tempore pure debebat, adeo, quod si post testamentum aliquid aliud Titium debere constiterit, vel etiam si testamenti tempore debebatur, non tamen pure, sed in diem, vel sub conditione, in legato non continetur.

4. Secundo probatur ex text. in *l. Aurelius* 29. §. testamento, il primo, ff. de liberat. legat. ubi *Secuola* respondet, quod si creditor debitoribus suis, quod debent legaverit, non censentur debitoribus liberati à debitis post testamentum contractis, id, quod bene observavit *D. Card. Mant. de coniect. ultim. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 5.*

5. Tertio strictius, & individualiter hoc probatur in *l. si ita legatum* 8. & in *l. fin. ff. de aur. & argent. leg.* ubi deciditur, quod si ego amico meo argentum meum legavero, illud solum argentum legatum dicitur, quod testamenti tempore habebam, non autem, quod post testamentum acquisivi, ratio est in promptu, quia regulariter quando quis disponit, non potest cogitare, ut in dispositione comprehendatur, nisi id, quod habet, tenet, & possidet de presenti, non autem id, quod adhuc non acquisivit, & sic quod in esse non est, quibus quidem sanctionibus attentis, ita nonnullos iuris Interpretes in similibus, & longè maioribus factorum contingentijs respondisse comperit, & præ ceteros hi sunt

6. *Paul. de Cast. in l. cum stipulamur* num. 3. ff. de verb. obligation. ubi cum quidam Hospitali legasset quicquid de suis pecunijs, solutis debitis remaneret in Monte Florentia, & tempore testamenti restabant mille, ac postea per testatorem fuerunt in monte illo alia duo mille reposita, consuluit *Paul. de Cast.* mille solum Hospitali deberi, quia satis est, quod legatum aliquid operetur, & valeat pro quantitate, quæ reperiebatur testamenti tempore, subdès ita Florentia iudicatum, id, quod placuit *Alex.* in eadem *l. cum stipulamur*, & *Felin.* in cap. ad hoc, col. 2. vers. & ista important, extra de rescript. *Card. Mant.* loco cit. num. 6. *Menoch. de presumption. lib. 4. præsumpt. 127. num. 12.*

7. *Fulgos. conf. 100.* ubi consuluit in legato à viro facto uxori omnium, & singulorum bonorum mobilium, non includi ea, quæ post testamentum acquisita fuerunt.

8. *Alex. conf. 171. num. 1. & seq. lib. 6.* ubi cum testator reliquisset amico tertiam partem

omnium ipsius testatoris bonorum, consuluit, legatarium consequi non posse, nisi tertiam partem bonorum existentium tempore testamenti, non autem mortis.

9. *Ludovic. Rom. individualiter* de legato librorum, immò in casu fortiori de legato *singul. 503.* ubi quærit, si quis testamentum condens libros suos alicui legaverit, & demùm alios emerit libros, aliudq; condiderit testamentum, primum reuocans, sed legatum librorum confirmans, an in legato librorum contineantur, non solum libri, quos testator habebat tempore primi testamenti, sed etiam illi, quos demùm emit, & quos tempore secundi testamenti habebat, respondit, illos tantum libros legato contineri, quos testator tempore conditi primi testamenti habebat, subdès, de hoc esse casum singularem in cit. *l. Aurelius*, §. testamento, ff. de liberat. leg. istudq; dictum amplexi sunt *Curt. iun. conf. 277. num. 6. Iacob. Menoch. de presumption. lib. 4. præsumpt. 127. nu. 16. & 17. & nouissimè D. Confiliar. Arias var. resol. lib. 3. c. 11. num. 10.*

10. *Marianus Soc. in conf. 99. lib. 3.* ubi in legato facto à viro uxori vsusfructus, ac totius commodi, & utilitatis sue habitationis una cum omnibus, & quibuscunque bonis mobilibus, & suppellectilibus, & massarijs quibuscunque, nec non & bestijs, ac animalibus quibuscunque, ad ipsum testatorem, quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, consuluit *Socin.* in legato prædicto non contineri bona illa mobilia, quæ post conditum testamentum vir legans acquisiuit.

11. *Michael Crass. recept. sentent. in §. legatum, quest. 29.* ubi probauit, in legato vsusfructus omnium bonorum non comprehendi vsusfructum illorum bonorum post testamentum acquisitorum.

12. *Petr. Garz. à Toletto dec. 24.* ubi decimum refert, prohibitionem factam à testatore inter hæredes de non alienando bona extra familiam, non comprehendere bona illa post testamentum quæ sita, idq; auctoritate *Alex. Cyn. Ang. Bal. & Imol.* quos ibi citat, & *Laurentij Silua. in conf. 49. nu. 85. lib. 1.*

13. *Borghinus Caualcen. in tract. de vsufruct. mulieri relicto. num. 86.* de his agens, nullatenus dubitandum esse dicit, quod quando legatum sit certarum rerum, prout in casu proposito, attenta dispositione text. in *dl. si ita, cum ibi* notatis per *Bar. & DD.* quod in legato non continentur, nisi res, quæ exabant tempore testamenti, non autem, quæ demùm acquisitæ fuerunt, & hoc quatumcunq; factum sit legatum verbis generalibus,

bus, & vniuersalibus, vtpotà relinquo omnia bona mea mobilia, illud autem, de quo
 14 dubitatur, est, quando fit legatum vniuersale omnium bonorum indefinitè, siuè vsusfructus omnium bonorum, nàm sunt, qui *Bar. in d. l. si ità* interpretantur, vt in hoc legato quæsitã post testamentum comprehendantur, ità *Menoch. cit. præsumpt. 127. num. 28.* id, quod est ipsa veritas, si vniuersalem titulum institutionis importaret, secus autem dato hærede in proprietate, nã tunc legatum vsusfructus omnium bonorũ diceretur certæ rei, sicq; ille, cui est factum relictum, loco legatarij haberetur, & successiue vti legatum particulare acquisita post testamentum non comprehenderet, ità sane scripserunt *Borghinus loco cit.* post alios, quos allegat, quibus addo *Peregrin. Sforz. Odd. Castill. & alios*, quos citat, & sequitur *D. Consiliar. Arias loco supra cit.*

15 *Theſaurus decis. 163.* vbi contigit, testatorem vxori suæ reliquisse vsusfructum omnium bonorum, tam mobilium, quàm immobilium, cumq; in Senatu dubitatum fuisset, an censeretur relictus vsusfructus bonorum post testamentum acquisite, refert *Theſaur. Senat.* illum litigantes ad concordiam reiteratis vicibus persuasisse, illis tamen renitentibus, tandem re bene discussa, & intellecta, in legato prædicto vsusfructus bonorum post testamentum à testatore quæsitõrũ non cõtineri iudicauit.

16 *Doctor Marta vot. 6.* vbi decisum testatur, in legato vsusfructus omnium locorũ motiũ, non venire vsusfructum illorum montium post testamentum à testatore acquisite, adhuc si legatarius esset locus pius, vel coniuncta persona.

17 Et quàmuis non ignorõ, cõclusionem sic supra firmatam aliquas à *Dolitoribus* recepisse limitationes, at tamen illis bene perpensis, nullam inueni ad casum propositum applicabilem, ea enim à *Dolitoribus* fuit tradita prima limitatio, vt non procedat conclusio prædicta, quoties legatum esset factum coniuncte personæ, que cum ratione coniunctionis sanguinis, et debeat attendi tempus mortis, non autem tempus testamenti, dixit *Bar. in d. l. si ità, & in l. si cognatis, ff. de reb. dub. quem sequitur Joseph Ludovic. decis. Perus. 61. num. 39.* vbi dicit, *Bar. sententiam esse veriore, & quietiore, & cõmunicem*, illamq; pariter insequutum *Bero. conf. 44. num. 22. lib. 2. & Crass. cit. quest. 29. vers. intellige tamen*, sed etiam in hoc contrarium sentierunt *Cagnol. in l. fin. num. 229. C. de pallis, Ad dentes ad Roma. in d. sing. 503.*

Sforzia conf. 69. à num. 28. lib. 1. Castill. de vsufruct. c. 44. num. 11. Fachine. contron. iur. lib. 12. c. 76. Honded. conf. 63. num. 67. vers. ex prædictis igitur, lib. 1. Marta d. vot. 6. num. 18. & Consiliar. Arias loco cit. num. 28. in fine, vbi dicit, nullam efficacem rationem esse, quæ inconiunctis personis magis euincat, quibus me subscribo.

18 Secunda traditur limitatio, si esset legata res, quæ vsu consumitur, puta granum in horreo existens, vinum, quod reperitur in cella, vinaria, & quid simile, nãm si post factum testamentum testator illa consumpserit, & alia subrogauerit, non tempus conditi testamenti, sed mortis inspicitur, ità *Bar. in d. l. si ità, num. 8. ff. de auro, & argen. legat. & in l. quidam hæredem, num. 2. ff. de tritico legat. Card. Mant. cit. lib. 3. de coniect. tit. II. num. 16.*

19 Tertia accommodatur limitatio, si legatum factum esset loco pio, veluti Ecclesie, vel Hospitali, vt in eo mortis tempus sit attendendum, ità *Bar. in l. placet, in fine, ff. de liber. & posthumis, Soc. sen. in l. 1. in 5. notab. num. 9. & 10. ff. de rebus dubijs, Bero. cit. conf. 44. num. 45. lib. 2. Mant. loco cit. nu. 28. Genues. in practicab. eccles. q. 177. num. 2.* sed contradicit *Mart. loco cit.*

20 Quarta datur limitatio, si legatum factum esset rei, quæ recipit augmentum, & diminutionem, vtpotà si legatum esset peculium, grex, & quid simile, hic est *tex. in l. grege 21. ff. de legat. 1. & in l. peculium 67. ff. de legat. 2. Bar. in d. l. si ità, num. 4. Menoch. loco cit. nu. 26.*

21 Quinta, & singularis traditur limitatio, quando quis faciens legatum bonorum stabilium, habebat pecuniam promptam, ex qua decreuerat alia emere bona stabilia, prout cum effectu post conditum testamentum emit, nãm vt in legato prædicto spectandũ sit tempus mortis legantis probat *Hieron. Gabr. conf. 130. num. 8. & seq. lib. 1.* Hæc occurrunt.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facti species proponitur.*
- 2 *Familiaris vs quis dicatur alicuius Principis, quæ concurrere debent, & num. 3.*
- 4 *Libertus matris meæ an possit esse particeps legati, quod Ego feci liberis meis.*
- 5 *Familiaritas ea dicitur, quæ corporis & dentibus fit.*
- 6 *Familiaris potest quis esse alicuius Principis, quàmuis sit absens, si eiusdem Principis voluntas talis est.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, nūm de legato certæ pecuniæ quantitatis à Cardinale familiæ suæ relicto possit esse particeps ille, quem Cardinalis per literas familiaritatis familiarem suum declaravit, nulla tamen ei victus portione assignata, sed eo expresso, vt quamuis ab actuali seruitio esset absēs, haberetur pro præsentē, & actu inseruiente, sicq; omnibus gaudere prærogatiuis, ac si actuali seruitio vacaret.

C A P. CXXIII.



Legatum his verbis à Domino Cardinale Hippolyto Altobradino superioribus diebus defuncto familiæ suæ factum pponebatur. *Familiæ suæ scuta sex mille*

arbitrio heredis eius, & pro ea infrascriptorum Administratorum, iuxta personarum, ac seruitij qualitatem, temporisque, quo inseruierunt diuturnitatem distribui, ac vestes lugubres, solitamque quadragenam præstari mandauit, &c.

Cuius quidem legati tenore sic stante, fuit à me quæsitum, an huius legatæ quantitatis particeps esse posset Alexander de Magistris de Sonnino, qui post diuturna obsequia olim Cardinali Petro Altobrandino præstita, in anno 1612. à dicto Domino Cardinale Hippolyto nepote literas obtinuerat familiaritatis, quibus mediante Cardinalis declaravit, ut prædictus Alexander, quamuis absens gaudere deberet omnibus prærogatiuis, immunitatibus, priuilegiis, & exemptionibus, quibus actu inseruientes potiebantur, & cum declaratione, quòd obsequia per eundem præstanda Domine Ducissæ Mondragonis Cardinalis sorori germanæ, existimabantur, ac si præstarentur propriæ personæ eiusdem Car-

dinalis, quia sic erat eius voluntas, vnde attendita hac voluntate, sic per literas familiaritatis declarata prætendebat dictus Alexander vti de familia Cardinalis testatoris, esse illum capacem ad participandum de legato prædicto.

- 2 At Ego, statim quæstione proposita, negatiuam amplexus fui sententiam, nec aliter mihi persuadere potui, Alexandrum verè dici, & ceteri posse de Cardinalis testatoris familia, sed fidè tantum, etenim illud in hac materia sine controuersia est, vt quis verè dicatur familiaris, siuè de alicuius Principis familia, duo debent copulatiuè concurrere; nimirum, vt seruiat actu, & viuat expensis Domini, hic est *tex. in cap. fin. in fin. vbi 10. Andr. Archid. Gemin. & omnes, de verb. signif. in 6. Ludovic. Gomez. in cōment. ad Regul. Cancel. in regul. de impetras. benef. vacant. per obitum famil. Card. q. 13. in princ. vbi sic coram ipso in vna Senescen. per Rotā de mōse Februarii 1538. decisum testatur, Card. Tusch. pract. conclus. lit. F. concl. 72. num. 4. & 29. Rot. decis. 464. num. 2. lib. 1. & 403. num. 1. lib. 2 in postib. Farinac. & 593. pœnēs Erratt. Addentes ad Ludouif. decis. 164. num. 10.*
- 3 cæterum si Princeps aliquem familiarem suum nominat, vel reputat, illi tamen alimenta non ministrat, non verè, sed fidè familiaris dicitur, ac proindè familiarium prærogatiuis gaudere nō potest, itā satis egregie *Paul. de Castr. conf. 340. num. 2. lib. 1.* quo loci ad hoc probandum, inter plura, quæ allegat iura, citat *tex. in l. alimenta, §. libertis, ff. de aliment. & cib. legat.* vbi voluit *Iurisconsultus*, libertum matris cuiusdam testatoris, qui legatum alimentorum, ac quorundam fundorum omnibus libertis suis fecerat, non posse de legato illo esse particeps, quamuis ostenderet, testatorem illū sic legantem literis mediantibus libertum eius matris, libertum proprium semper nominasse, illa enim, ait *Geminia. in d. cap. fin.* dicitur vera familiaritas, quæ corpore, & dentibus fit, sequitur *Gomez. cit. quæst. 13. in princip. & post. num. 3.* vbi ex *Felia. in cap. clerici, de iudicij* loquendo de familiaribus Cardinalium, dicit, quòd si quis actu seruiret Cardinali, sed Cardinalis expensis non comederet, non per hoc familiaris diceretur, ad effectum, vt sub regula illa comprehendi posset, & quamuis idem *Gomez. num. 9.* quem citat *Tusch. loco cit. num. 40.* asserat, actuale seruitium non esse necessariū, quando Cardinalis voluntas talis est, vt sit absens, cum sufficiat, quòd per familiarem non stet, quòminus inseruiat, sicq; patien-

tiam

tiam illam Cardinalis loco seruitii haberis, attamen hoc affirmat, dummodò Cardinalis huic tali ex domo sua præstet victus portionem, & non aliter, vnde (vt concludam) cum in casu nostro Alexander, non expensis Cardinalis, sed Ducissæ fororis hic Neapoli commorantis per plures annos vixerit, prout ad præses viuit, per hæc, quæ breuiter disserui mihi visum fuit, eundem in pretensione sua nullum bonum fouere ius, salvo tñ iudicio rectius sentientis.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum censetur ademptum per alienationem rei legata.
- 2 Facti species enarratur.
- 3 Legatum nominis debitoris postea à testatore exactum an debeatur, & num. 4.
- 5 Legatum certa pecunia quantitatis soluenda ex tali corpore quando dicitur demonstratiuum, vel taxatiuum, & quid in annuis præstationibus legatis, num. 6. 7. 8. 9 & 10.
- 11 Baro si mandauerit, solui provisionem Officiali suo ex prouentibus iurisdictionis, si contingerit in illo anno, nullos, vel paucos fieri prouentus, an ex alijs introitibus supplere teneatur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an legato facto alicui de mille, quæ per hæredem solui mandauit testator ex simili, vel maiori summa, quã cõsequi dicebat à Cæio, censetur nè illud ademptum, si demum testator ipse tale debitoris nomen exegerit. Item annua præstatione relicta ex certo fundo percipienda, si cõtingerit postea, tot non percipi fructus, vt annum illud legatum satisfieri possit, nùm hæres de alijs bonis hæreditarijs supplere teneatur, & quid si semel est legatum præstandum.

C A P V T CXXIV.



1 Egarum, quòd censetur ademptum per alienationem rei legata, est *tex. nimis clarus, & vulgatus in l. rem legata 18. ff. de adimen. lega. licet cum aliquibus declarationibus, de quibus per Rom. sing. 435. queritur, & Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. num. 25.*

2 Sed circa hanc materiam contigit hoc anno dubitari in Sacro Consilio super dispositione quond. Ferdinandi Imperati, & casus erat, nam cum Hieronyma Imperata testamento suo (quod confecerat de anno 1612.) Ferdinando patre hærede instituto, Isabellæ nepti tempore maritagi in suarum dotium augmentum ducatos biscentum quinquaginta legasset, percipiendos ex annuis redditibus per Ciuitatem istam ei debitis, anno sequenti 1613. dictus Ferdinandus pater, & hæres sum condens testamentum, quia dicta Isabella legataria non nubere, sed vitam ducere cœlibem declarauerat, disposuit, quòd singulis annis ab eius hærede eidem soluerentur fructus fortis legate à die mortis dictæ Hieronymæ, percipiendi ab annuis redditibus dotalibus eiusdem. Defuncto demum Ferdinando in anno 1620. & aperto testamento, institit Isabella, sibi exbursari redditus capitalis legati à die mortis Hieronymæ, seruata forma testamenti Ferdinandi; Cõtradicebat eius filius, & hæres, Franciscus nomine, dicens, non nisi à die mortis Ferdinandi, quo tempore illius testamentum vires sumpsit, nam & si fructus, vt à die mortis Hieronymæ deberentur, fuerat ordinatum, ipse idem testator vsquẽ dum vixit redditus omnes hæreditatis filie exegerat, & sic pro eo tempore videbatur voluisse annum illud legatum adimere, fuit dubitatum, quid iuris?

3 Et videbatur pro hærede iudicandum, per *tex. in l. penul. S. fin. ff. de adimen. lega. vbi apertè probatur, per exactiõnem quantitatis, siue summæ legata, legatum illud à testatore, qui exegit, ademptum censi, ergò idem in casu proposito, dum Ferdinãdus, postquam legasset fructus ducatorum 250. à die mortis Hieronymæ persoluendos, vt perciperentur ex annuis redditibus eiusdẽ, ipse idem donec vixerat, illos exegit, quomodò ergò potest cogi Franciscus hæres;*

non nē per exactiōem illam cēsetur facta legati ademptio.

- 3 Sed contrarium Sacrum Cōsiliū iudicauit hodiē 20. Decembris presentis anni 1632. referente Domino Cōsiliario de Franchis pōnēs Scacciauentum, vt scilicet fortis legatæ fructus ad rationem sex pro centenariō à die mortis Hieronymæ, Isabellæ debeantur, per *tex. rotundum in l. quidam testamento 99. ff. de lega. 1.* ubi probatur, quod si centum alicui legentur, quæ soluere habeat hæres ex summa per Titium testatori debita, si demūm testator nomen illud debitoris exegerit, adhuc eodem testamento defuncto, legatum debetur, ratio assignatur, quia vt soluerentur ex summa per Titium debita fuit causa demonstrationis, nō autem taxationis, prout in casu dicti *§. fin.* vbi fuit à patre legatū filiz in potestate existēti nomen debitoris, quod erat eiusdem filiz peculium, & demū pater ipse nomen illud exegerat, respondit *Iurisconsultus*, hæredem ad nihilum teneri; aliud enim est dicere, *lego Titio illa mille, qua mihi debet Caius, & lego Titio mille, qua hæres soluet ex simili, vel maiori quantitate, quam mihi debet Caius*, in priori casu legatū sit gratia taxationis, & procedit *tex. in d. §. fin.* in secundo verò gratia demonstrationis, & procedit *tex. in d. l. quidam testamento*, cum quo concordat alter in *l. Paulo Calpurnio 27. §. si. ff. de legat. 3. Bald. optimè conf. 151. lib. 5. Jacobin. in l. si fideicommissum, §. tractatum, num. 7. ff. de iudic. Loffred. conf. 46. m. 5. Felin. in cap. super literis, num. 4. de rescript. Rot. decis. 369. num. 8. de testam. in antiq. Ferrer. ad Guid. Pap. decis. 8. Ronit. decis. 57. m. 11.*
- 4 Quibus iuribus attentis ex sententia *Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram, num. 6. ff. de verb. oblig. & Casir. in conf. 338. lib. 1.* idē dixerunt *Addentes ad Guid. Pap. decis. 8.* nimirum *Ranch. & Ferrer.* in annuis pensionibus relictis, vel donatis, siuē assignatis super certo corpore, vt si demūm contigerit, corpus illud non esse in tanto fructu, vt annum illud relictum satisfieri possit, & dubitetur, an hæres ex aliis corporibus, siuē redditibus legatario supplere teneatur, sit recurrendum ad distinctionem, de qua supra, & pōnēs *Anel. Amat. conf. 32.* per eorum, an corpus sit causa demonstrationis assignatum, vel taxationis, nam si annuæ pensionis legatum præcederet, demūmq; locus, vel res aliqua, vnde solui debeat, subiicitur, & eo casu locus demonstrationis gratia adiectus intelligitur, dat exemplum *Ferrer. si testator, vel donator dixerit lego*

vel dono Titio annua decem, qua ex fundi Seiani fructibus solui volo, si enim fundus ille, Seianus chasmate periret, vel fructus ad pensionem soluendam non sufficerent, nihilominus cogetur hæres ex aliis bonis legatum persoluere integrum; sin verò vnica tantum esset oratio, rem legatam, aut donatam significans, & designans, & locum, ex quo solui debeat, & tunc locus taxationis gratia adiectus intelligeretur, ita vt hæres vltra quantitatem fructuum, qui ex loco illo percipiuntur, soluere nō cogetur, & si fundus chasmate perierit, nihil debetur, exemplum esset, si testator, vel donator dixisset, *ex fundo Seiano decem annua solui volo, & dari Titio*, hanc eandem distinctionem amplexus est *Surd. tract. de alimen. tit. 4. quest. 26. num. 5.* vbi allegat *Bart. eadē in d. §. sacram, num. 6.* quā in *l. Lucius, ff. de alimen. & cib. legat. & Castrenf. conf. 330. n. 3.* & alios, vt ibi.

5 Ego autē, vt in hac re dicam, quid sentio, non video, quo nam modo distinctio hæc in annuis præstationibus subsistere possit, nec huculque mihi persuadere valui, aliud esse dicere, *lego Titio annuos decem frumenti modias ex illo, quod colligitur ex Rure meo Seiano, & asserere, ex fundo meo Seiano solui volo Titio annuos decem frumētī modios*, non nē in effectu eadem sunt verba? Dic proinde, & non errabis, sic distinguendo; aut enim vnicum est legatū semel ex fructibus, vel redditu alicuius fundi præstandū, vt putā *ex vino, quod in presenti anno in Rure meo colligetur, lego Titio dolia decem*, vel è conuerso *lego Titia dolia vini decem de eo, quod nascetur in presenti anno in Rure meo, & in hoc casu, si sex, vel octo tantum dolia colligerentur, hæres ad integrā decem supplenda non tenebitur, est *tex. satis clarus in l. cum certus 5. ff. de vitico, vino, & ole. legat. cuius verba sunt, Cum certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natū esset, non amplius deberi placuit, & quasi taxationis vicem obtinere hæc verba, quod natum erit.**

6 Nec obstat *tex. in l. Firmio 26. ff. quan. dies lega. ced.* vbi videtur, quod si legatum ex fructibus prædij in illo anno per testatorem designato, integrè satisfieri non possit, ex fructibus sequentis anni præstari debet; in hoc enim *tex.* vt bene aduertit *Cuiac. in d. l. cum certus*, quem refert *Ferrer. vbi supra, in vlt. addit.* certa pecunia relictā est ex fructibus fundi, hoc anno nascituris, ibi, *Firmio Halidoro fratri meo dari volo quinquaginti.*

ex reditu pradiorum meorum futuri anni, &c. & sic apparet, testantis mentem fuisse, vt omnino quinquaginta soluantur; At in d.l. cum certus, non pecunia; sed fructus ad modum illorum, qui nascuntur, legati sunt, credens testator, tot fore colligendos, quos legauit, ac proinde non natis fructibus, nihil debetur, uel si minus percipiatur, id solum, quod perceptum est, esse præstandum, & ut dicit glos. in d.l. Firmio, in verbo fructibus, in dicta l. cum certus aliud ex testatoris mente apparere: puto etiam in casu proposito, quando legatum esset semel præstandum certæ quantitatis fructuum, non esse contemnendam eiusdem Cuiac. distinctionem, quã similiter refert Ferrer. vbi supra, in finalibus verbis, nimirum, aut testator dixit, lego Titio decem pondera olei ex fundo meo; uel ex eo, quod nascetur hoc anno ex fundo meo, ut primo casu fit locus suppletioni legati, secundo uerò non item.

10 In annuis uerò præstationibus, uel in pecunia, uel in fructibus legatis, siue testator dixerit, lego Titio annua decem, quæ ex fundi Sciani fructibus solui uolo, siue dicat, ex fructibus fundi Sciani annua decem Titio dari uolo, si demum contingerit, ex fundo illo uno anno non percipi, nisi quinque, illa tantum percipiet legatarius, ac sequentis anni expectet ubertatem, & tunc præcedentis quinque, decemque instantis obtinebit; uideantur, quæso, iura, quæ ad literam hoc dicunt in l. legatum ita 17. S. 1. ff. de annuis legat. & in l. ex eo uino 13. ff. de trit. uin. & oleo legat. quam conclusionem eo magis procedere dic, si annum legatum pro alimentis, uel in aliam piam causam factum esset, ut tunc integrum semper præstet heres legatum, prout est tex in l. Lucius 12. ff. de alim. & cibis legat. Guid. Pap. d. decis. 8. & ibi Ferrer. in 1. annotatione, qui omnino uideatur.

11 Post hæc scripta, ex dispositione tex. in d.l. Firmio, ff. quand. dies lega. cedat, inferebã ad alium calum, super quo consulere habui: in hoc enim Regno dum Barones in eorũ Terris, & Castris Gubernatores pro iustitia ministranda eligunt, communitèr in literis commissionalibus decernunt salarium, uulgo prouisionem appellant, ibiq; addunt, ut percipere habeant ex prouentibus per eisdem Officiales faciendis, contigit illo anno, nullos, aut paucos fieri prouentus, ex quibus Officialis constitutum salarium consequi non potest; fuit dubitatum, an Baro ex aliis introitibus supplere teneatur, & affirmatiuè ipse respõ. li. nam cum salarium Officiali omnino debeatur

pro onere, quod sustinet in iustitia ministranda, illudque ut soluatur constituit Baro, quamuis dixerit, ex prouentibus per vos faciendis, id statuit potius demonstrationis gratia, quam taxationis, ac proinde nullis factis prouentibus, ex aliis redditibus supplendum est.

SUMMARIUM.

- 1 Liber rationum priuati an faciat fidem pro scribente, & num. 2. & quid in libris Ecclesiarũ, Collegiorum, &c. num. 3.
- 4 Liber tutoris an faciat fidem pro scribente.
- 5 Libris Aromatariorum an fides sit adhibenda.
- 6 Liber rationum priuati an faciat fidem contra scribentem.
- 7 Librorum priuata persona si petatur exhibitio, num. possit is, à quo petitur excipere, quòd aduersarius caueat de stando dictis libris, & num. 8. 9. & 11.
- 10 Ratio continens capitula contingẽtia an possint pro parte acceptari, & pro parte non.

ARGUMENTVM.

Agitur, an si libri rationum priuatae personae peteretur exhibitio, possit is, à quo petitur, offerens se paratam exhibere, insimul excipere, quòd aduersarius exhibitionem petens, caueat de stando dicto libro, non solum in his, quæ pro se faciunt, sed etiã in his, quæ faciunt contra, & de alijs, vbi singularis obseruatio D. Io. Ang. Pisanelli.

C A P. CXXV.

I  ber rationum priuati in iudicio productus, dum queritur, an fidem faciat pro scribente, siue producente regularitèr negatiuè est respondendũ, ita glos. in l. publica, S. fin. ff. de pos. Bar. in l. admonendi, col. 6. ff. de iureiur.

- & in *l. Aurelius, S. idē quasijs, ff. de liber. legat. Abb. in c. 2. de fide instrum. Roman. conf. 346. in hac causa, num. 4. Rip. in l. admonendi, num. 121. & seq. ff. de iureiur. vbi tamē aliquas subnectit limitationes, quas pariter recensent Guid. Pap. decis. 441. Mascard. de probat. concl. 975. Surd. decis. 200. num. 11. Ros. decis. 344. num. 9. penēs Buratt. & alij passim in locis vulgaribus; huius conclusionis ratio assignatur à *Grammat.* post alios, quos citat *conf. ciuil. 82. num. 1.* nimirum, quia non plus priuatæ scripturæ mercatoris, quàm eiusdē viuz voci credi potest, at si quis viua voce pro se deponeret, nil ei crederetur, *l. omnibus, C. de testib.* ità nec eius scripturæ pro se nihil plus credi debet, id, quod affirmarunt *DD.* procedere, non solum in libris rationū priuatæ personæ, sed etiam in libris rationum Ecclesiarum, Collegiorum, Canoniorum, Episcoporum, & similibus, quos quidē libros nec pro scribentibus probare, dixerunt nonnulli relati à *Mascard. de probat. tom. 2. concl. 976. num. 48.* inter quos noster *Afflic. decis. 364. num. 7.* vbi ait, quòd si Monasterium in libro suo scriberet, rem meam esse ipsi reddititiam, talis scriptura nihil mihi noceret, *Rota decis. 159. num. 2.**
- 4 penēs *D. Ludouif.* idemq; in libris tutorum, curatorum, exequutorum, negotiorum gestorum, & procuratorum, vt pro scribentibus fidem non faciant scripserunt & alij ab eodem *Mascard.* relati *d. concl. 976. num. 60.* inter alias autem limitationes, seu declarationes, quæ ad firmatam regulam à *Doctoribus* traduntur vltra positas per *Christoforum Martium dec. Senens. 88.* illa est, vt non procedat, quotiēs in aliquo loco consuetudo vigeret, vt libro priuati mercatoris plena sit adhibenda fides, etiam in his, quæ faciunt pro scribente, ità post alios *Escobar traët. de ratioc. cap. 11. num. 14.* vbi tamen ex *Couarr.* addit, consuetudinem hanc non esse temerè admittendam, sed tunc demum, cum aliquot ex causis, & circumstantijs iustificaretur, idemq; noster *Borrell. conf. 82.*
- 5 vbi dicit, in hoc Regno consuetudinem vigeret, vt libris Aromatariorum circa medicamenta, quæ ibi scripta inueniuntur, fuisse alicui tradita, plenè adhiberetur fides, ad quod citat *Foller. in addit. ad Marant. in praxi iudic. part 6. actū 6. num. 44.* quamuis contrarium sentire videatur *Grammat. dist. conf. 82.* at quando casus contingerit, consulas *Purpur. conf. 31. vol. 1.* & *Nicol. Genua. de script. priuat. lib. 4. in tit. de libris Aromatariorum, fol. mihi 254.* quando autem liber
- 6 rationum priuatæ personæ aliquid conti-

neret contra scribentem, non est dubitandum, quòd contra scribentem plenam fidē faciat, ratio est manifesta, nimirum, quia non est verisimile, quòd contra se quis aliquid scribat, nisi veritas ità se haberet, ità *glos. in l. quadam, S. nummularios, ff. de edend. & in clem. 1. §. ceterum, in verb. rationum, de usur. Bar. in d. §. nummularios, num. 2. & in d. l. admonendi, num. 26. ff. de iureiur. vbi etiam DD. omnes, & alibi, quos ad nauseam refert *Nicola. Genua. cit. traët. de script. priuat. lib. 4. tit. 1. num. 95. fol. mihi 188.**

- 7 Sed questio insurgit, an si libri rationum priuatæ personæ peteretur exhibitio, possit is, à quo petitur, offerens se paratum exhibere, insimul excipere, quòd aduersarius exhibitionem petens caueat de stando dicto libro, non solum in his, quæ pro se faciunt, sed etiam in his, quæ faciunt contrà? *Bar. in d. §. nummularios, Ias. in d. l. admonendi, num. 129. noster Foller. ad Marant. d. actū 6. num. 33. alijq; relati à Mascard. d. concl. 976. num. 79.* dicunt, quòd si in libro rationum plura connexa, & indiuidua capitula reperiuntur, quæ commodè separari non possunt, & aliqua sunt pro scribente, & aliqua contrà, teneri in hoc casu eum, qui librum exhiberi petit omnimodò approbare ea, quæ pro scribente faciunt, dum approbat ea, quæ faciunt pro se contrà scribentem, sicquē aiunt, librum rationum in casu isto probare pro scribente ratione connexitatis, at *D. Io. Angelus Pisanellus* de proposito dubio interrogatus consideratis, quæ pro vtraquē parte se offerebant, in effectu concludit, quòd ad dubitationem tollendam bona esset responsio, si exhibitionem petēs se paratū offerret stare libris in omnibus, quatenus de iure stare teneretur, subdens, sic pariter respondisse *Purpurat.* in *l. 1. C. de edend. audi.* quæso verba Magistri in sua *observatione 21.* quam propria eius manu scriptam habeo.

Iesus, Maria.

- 8 Dum esset lis in Curia Romana inter Reuerendissimum Dominum Fabium Arcellam Archiepiscopum Capuanum cum certis Mercatoribus, petensq; procurator dicti Domini Fabij, vt dicti Campsores ederent libros, iuxta ea, quæ habentur per *Bart. in l. quadam, S. nummularios, ff. de edend. qui Campsores excipiebant, quòd si volebat ipse procurator editionem, quòd caueret de stando dicto libro, non solum in his, quæ facerent pro suo principali, sed etiam in his, quæ facerent contrà, & dubitabatur*

de hoc Romæ, dicit Dominus Fabius voluit à me intelligere, quid sentirem, dixi, quòd de iure tales libri non faciunt fidem pro scribente, sed solùm contrà scribentem,

9. vt per *Bar. in d. §. nummularios*, si ergò ius dat hoc beneficium, quòd eis non stetur, videtur, quòd non possit astringi ad ità cauendum, pro contrario tamen se offerebat decisio *Matthesil. in notab. 78. incip. nota doctrinam mirabilem*, vbi videtur tenere, quòd quando liber continet data, & accepta, quòd teneatur quis stare libro, etiam in partitis contrarijs sibi, & si vult quis editionem, tenetur cauere de stando etiam in contrarijs, sed dixi, quòd *Matthesil* loqui videtur in actore petente à reo librum rationis ad eius fundandam intentionem, prout sunt verba sua, nò tamen dicit, quòd teneatur cauere, & si rectè consideretur illud *notabile*, non videtur verum, quia *Bar. in d. §. nummularios*, quem ipse allegat, vult,

10 quòd tunc non possit ratio pro parte acceptari, & pro parte non, quando continet capitula contingentia, sed capitula contingentia sunt illa, quorum vnum venit tanquam qualitas ad alium, *Bar. in l. Aurelius, §. idem quesit. in fine, ff. de liberat. legata, v. g. promitto sub conditione, & similia*, præterea inter epistolam, & rationem non est differentia, vt voluit expressè *Albèr. in c. 2. col. 5. de fide instrum. & sentit Bar. in d. §. nummularios*, loquens de rationibus, in fine allegat *l. publicia*, loquentem de epistola, & vide *Apostillam in d. notab. 78.* & sic fuit mihi nisum ad tollendam dubitationem, quòd esset bona responsio, quòd promittat procurator stare libris, quatenus de iure teneatur stare, & cum optaret, quòd Ego scriberem uotum meum pro instructione Magnificorum Aduocatorum suorum in Curia Romana circa hoc incidens, licèt respondissem, quòd erant peritissimi Viri, et aliorum adminiculo non indigebant, tamen quia ità uoluit, ità scripsi, et respondi, et addidi particularem decisionem *Purpur. qui irà dat cautelam respondendi, et letatus sum, me habuisse eundem spiritum cum tanto Viro in l. 1. col. 4. ibi, vidi practicando, C. de edend. ubi dicit hæc uerba. Vidi practicando, cum editio petitur à Mercatore, fieri interrogatorium à Mercatore, an petès editionem vellet stare pro, & contrà, quia si respondeatur quòd non, dicit Mercator se non teneri exhibere, sed soleo respondere, quòd volo stare, si, & prout iuris, & non aliter, & ista responsio iusta est, quia de iure non est standum, nisi in capitulis connexis, secùs in separatis, secundùm *Bal. hic**

col. fin. vt ibi latius per eum, & c. et ità demùm Rome fuit practicatum.

10. Angelus Pisanellus.

S Y M M A R I U M.

- 1 Casus proponitur, & nu. 2. & 3.
- 4 Filiorum appellatione veniunt femina, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus, & num. 5.
- 6 Masculinitatis qualitas in vna parte testamēti apposta an censeatur in alia repetita, & nu. 7. 8. 9. 11. & 15.
- 10 Filia femina an faciat desecere conditionem, si sine filijs decesserit.
- 12 Masculinitatis qualitas an censeatur considerata ex grauamine illato per testatorem, vt hæres illius nomen, & arma deferre debeat.
- 13 Femina an censeatur exclusa, quando testator vocauit filios filiarum viuentium, & non ipsas filias.
- 14 Prohibitio alienationis, ad hoc vt bona conseruentur in familia, an feminatum exclusionem inducat.
- 16 Relatum est in referente cum qualitatibus suis.
- 17 Verbum, filij legitimi, & naturales, ex sui generalitate comprehendit feminas.
- 18 Masculis vnius persona vocatis, si dispositio in filios masculos primi gradus suum fuerit fortita effectum, an ceteri descendentes masculi sub illa dispositione comprehendantur, & num. 19.
- 20 Masculorum vocatio an sit apta ad inducendū fideicommissum in fauorem descendentium, ex primis masculis, & nu. 21.
- 22 Fideicommissum non est somnians in casu, de quo testator non sit loquutus.
- 23 Substitutio ordinata, casu quo institutus sine filijs masculis decesserit, an locum habere possit, si institutus mortuus est cum filio masculino, qui demùm decessit, superstiti tantum sibi filia femina.
- 24 Femina, vt à Maioratus successione excludi possit per masculum, quæ requiruntur.
- 25 Feminatum exclusio apertissimis verbis, aut euentissimis coniecturis ostendi debet, & num. 26.
- 27 Femina an sit excludenda à successione Maioratus ex simplici vocatione masculorum.
- 28 Masculus ex femina an ad Maioratus successione admitti possit, vbi expressim fuerint exclusa femina, & nu. 29.
- 30 Masculorum appellatione an masculi ex feminis comprehendantur.
- 31 Femina ad Maioratus successione admitti-

tur,

- ...tur, quāvis fuerit ille constitutus pro masculis, si nullus superfit masculus descendens per lineam masculinam à primo vocato.
32. *Masculus remotior an feminam proximiorē à Maioratus successione excludat.*
33. *Masculus ex femina alterius lineae nūm à Maioratus successione excludat feminam ex masculo, si reperiuntur in eodem gradu coniuncti ultimo possessori transuersali.*
34. *Masculus ex femina ad substituti exclusionem admittitur, quando ex primo vocatis nemo superfit, nisi ipse.*
35. *Masculus ex femina remotior an à Maioratus successione excludat feminam ex masculo proximiorē.*
36. *Masculus remotior, ut feminam proximiorē à Maioratus successione excludere possit, quae requirantur, & nu. 37.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an in Maioratus successione, concurrētibz masculo remotiore ex femina orto, & femina proximiorē ex masculo nata, si tractatur de succedēdo ultimo possessori transuersali, potior sit masculus ex femina remotior, quā femina ex masculo proximior. In cōtractibus, maximē iuratiuis an filiorum appellatione veniant feminae. Masculinitatis qualitas adiecta in vna parte testamenti respectu filiorum Petri, an in alia respectu filiorum Antonij simpliciter vocatorum, repetita intelligatur. Feminae an censeantur exclusae à Maioratu ob grauen ab Instituto adiectū, vt successores teneātur ferre illius nomen, & arma. Exclusio propriarū

filiarū an masculinitatis qualitatem iaducat, vt neptis succedere non possit. Vocatis filijs masculis nascituris ex Petro, nūm vocatio hęc sit apta ad inducendum fideicommissum in fauorem descendētiū ab illis. Masculus ex femina an capax sit successione Maioratus constituti pro masculis cum perpetua exclusione foeminarū, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CXXVL



Maioratus in successione concurrentibus masculo remotiore ex femina orto, & femina proximiorē ex masculo nata, si tractatur de succedēdo ultimo possessori transuersali, dubitatur, nūm

potior sit masculus ex femina remotior, quā femina ex masculo proximior?

De hoc articulo contigit dubitari in supremo Aragonum Senatu apud Potentissimum Dominum Regem nostrum residentē, in causa ibi vertente inter Dominum D. Franciscum Ledda Comitem Bonorbe, & Dominā D. Theodoram Carrillo Marchionissam Toraluze in Regno Sardinie, à qua cum de voto essem Ego requisitus, vt tantę Matronę pro viribus parerem, sic respondi.

Adsit Gratia Spiritus Sancti.

Dominus Bernardus Simon Regens in Regno Sardinie quinque habens filios, tres masculos, nimirum Ioannem Michaelem primogenitum, Marcum Antonium secundogenitum Canonicum Barcinonensem, & Andream tertio genitum, ac duas feminas, D. Annam scilicet, Domino D. Michaeli Carrillo desponsatam, & Dorotheam nondum nuptam, cupiens naturaliter generis, proliquesque suę perpetuo-

nem,

nem, vt Dominus Ioannes Michael primogenitus dilectissimus uxorem duceret, curauit, eique heredibus, & successoribus quibuscunque causa, & contemplatione matrimonii contrahendi cum Domina D. Elena Bellel nonnulla magni momenti bona irreuocabiliter inter uiuos, sequuta tamen eius morte, publico mediante instrumento donauit, eo uero inserto uinculo, lege, conditione, prohibitione, ac reservatione, & non aliter, ut prefato filio donatario cum filiis masculis, legitimis, & naturalibus e uiuis decedente, super bonis donatis filii ipsi masculi nascituri, & post eos illorum filii in infinitum, donatarii nepotes, ac donantis pronepotes, primogenituræ ordine seruato succedere deberent; Illis autem deficientibus, Marcum Antoniũ filium secundogenitum uocauit, cui uti Omnipotentis seruitio addicto, sub paternæ obedientia iniunxit, ut bona donata Andreæ filio tertio genito, ipsiusque Marci Antonii Germano fratri, ac filiis masculis eiusdem legitimis, & naturalibus in infinitum, cum eodem ordine primogenituræ renunciaret, post quorum deficientiam filios masculos legitimos, & naturales in infinitum ex filiabus dicti Ioannis Michaelis descendentes inuitauit, cum hoc tamen, vt perpetuò nomen, & insignia ipsius Domini donatoris assumere tenerentur; Et ubi hi similiter deficerent, filios masculos ex filiabus Andreæ legitimos, & naturales, usque ad infinitum descendentes, cum eodem onere assumendi nomen, & arma, uocatos esse uoluit; Quibus omnibus deficientibus nulla masculinitatis, nec perpetuitatis expressa qualitate, uoluit, ac expressè ordinauit, vt super bonis donatis primogenituræ tantum ordine seruato, filii legitimi, & naturales Domine D. Annæ filie, quæm Nobilis Domini D. Michaelis Carrillo coniugem nominauit, succedere deberent, eo adhuc expresso onere, assumendi Domini donatoris nomen, & arma; uocauit & tandem, his non superexistentibus, filios masculos, usque ad infinitum descendentes ex Domina Dorothea filia similiter eiusdem Domini donatoris, cum eodem ordine primogenituræ, & onere, vt supra, deferendi nomen, & arma prædicta; Adiecit postremò generalem prohibitionem filiis, & successoribus ad dicta bona uocatis, eorumque descendentes in infinitum, nè bona donata perpetuò alienari, pignori, uel quouis modo distrahi possent, ex quo uolebat, ut perpetuò in ipsius dona-

toris familia conseruarentur, absque aliqua legitime detractioe, ut ex instrumeto donationis latius, & plenè constat,

2. Hac peracta dispositione, cum qua Dominus Regens donator mori uoluit, euenit, Deo sic uolente, ut ex omnibus prenomiatis filiis masculis, ac etiam ex Dorothea filia descendentes non superstit erint, quòd proinde factus fuit casus uocationis filii primogeniti Domine D. Annæ, qui D. Sebastianus Simon Carrillo nominabatur; Hic cum in bonis, vt supra donatis ex aucta dispositione pleno iure successisset, uxorem duxit, ex qua duos suscepit filios, D. Ioannem scilicet primogenitum, & D. Isabellam secundogenitam familie de Ledda nuptui traditam, & cum demum ex D. Ioanne nati essent duo alij filij, nimirum D. Ignatius, & D. Theodora, & ex D. Isabella procreatus esset D. Franciscus de Ledda, D. Ignatius, qui in bonis, vt supra, donatis successerat, tandem absque filiis, sicut Altissimo placuit, postremum suum clausit diem, superstiti sibi dicta D. Theodora sorore germana, quæ putans absque obice ad fratris sui plenariam successionem aperto iure uenire, se opposuit dictus D. Franciscus de Ledda frater amittinus prefate D. Isabellæ filius, cuius persona propter eius subsequutum obitum à D. Francisco Iunioris eius filio hodiè representatur, & præcedit successionem bonorum à Domino Rege donatorum per mortem D. Ignatii ultimi possessoris, ad ipsum tanquam masculum, licet à Domina Isabella femina descendente spectare, & pertinere, exclusa prorsus Domina D. Theodora, uti femina, quamuis ex masculo nata, quæ licet considerata persona ultimi possessoris sit proximior, attenta autem illa Domini Regis donatoris est in pari gradu cum ipso D. Francisco, omnes enim sunt donatoris abnepotes, unde dubitari contingit, uter istorum Dominorum meliora foueat iura?
3. Respondi de hoc consultus, adeò potiora esse iura Domine D. Theodoræ, & sine ulla controuersia, vt patet absque librorum reuolutione, sed sumtaxat ex lectura contractus donationis pro ea fore iudicandũ; Siquidem, si contentio huius successionis causetur ex eo, quòd qui D. Francisci Iunioris partes tuentur, putant, bona, vt supra donata, adhuc masculinitatis uinculo subiacere, & successiuè esse illa obnoxia, restitutioni ad fauorem ipsius D. Francisci, in cuius persona ipsa masculinitatis qualitas consideratur, quamuis à femina

descen-

descendente, & certè decipiuntur, quãdo quidem ex lectura dispositionis constat enixè, bona hæc à masculinitatis vinculo libera transiisse, non dico solùm in personam D. Ignatij, de cuius successione agitur, & D. Ioannis eius patris; sed etiam D. Sebastiani Aui, qui fuit D. Annæ filius prior loco vocatus; Etenim Dominus Regens in defectum filiorum masculorum Ioannis Michaelis, & Andree, ac etiam masculorũ descendentiã ex filiabus eorundem, filios legitimos, & naturales D. Annæ eius filie simpliciter absque masculinitatis qualitate; sed tantùm inter illos primogenituræ ordine seruato, vocauit, & nominauit, vnde ex hac vocatione sic simpliciter facta filiorum, negari non potest, quin sub illa, tam masculi, quàm femine comprehendantur, cum in iure sine controuersia procedat, vt filiorum appellatione veniant feminae, *l. si quis ita, ff. de testam. suc. l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. l. qui duos, & l. femis, ff. de leg. 3.* quæ quidem iura licet in vltimis voluntatibus prodita videantur, idem tamèn dicendum est in contractibus, maximè lucratiuis, & sic in cõtractu donationis, de qua nos agimus, vt satis benè probant *Angel. conf. 162. In. in l. si quis id, quod. num. 23. ad fin. vers. 4. tu limita, ff. de iurisd. omni. iud. Dec. in l. femina, num. 107. vers. 3. ff. de reg. iur. & in conf. 32 num. 3. vers. & retenta ista opinione, & conf. 607. num. 14. Rom. conf. 98. Coru. conf. 127. num. 4. lib. 4. Burg. de Paz. conf. 29. num. 33. & 34. & elegantè Dominus Card. Mantie. de tacit. et ambig. conuent. lib. 13. tit. 21. à num. 7. ad 12. qui omnes affirmat, in donatione facta filijs Petri, filias eiusdem comprehendendi; & quòd in contractibus masculinum concipiat femininum, probarunt *Bart. in l. 1. ff. de verb. signif. Bald. in l. 1. C. de iure emphyt. ibique Saye. num. 17. Imol. Dec. & alij, quos refert Fusar. tract. de substit. quest. 311. nu. 90.* Et si dices, sensisse Dominum Regentem, de filijs D. Annæ masculis, ex quo in precedenti oratione, dum vocauerat filios Ioannis Michaelis, & Andree, semper cù hac masculinitatis qualitate illos nominauit, ergò idem præsumendum in vocatione filiorum D. Annæ, iuxta nonnullorum sententiam, quos refert *Anson. Gabr. commun. concl. tit. de testam. conclus. 10. num. 1. & Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 59.**

6 Respondetur, hoc non procedere sine maxima controuersia: non enim desunt, qui contrarium tenuerunt, nimirum quòd vbi verbum filij in vna parte fuerit expressum, cum dictione masculi, & in alia parte sim-

PLICITÈR fuerit prolatum verbum filij, etiam filias comprehendit, nec intelligitur de masculis, quoniam si disponens de masculis intelligere voluisset, id expressisset, sicut in precedentibus expressit, huius namque sententiæ fuerunt nonnulli magni nominis Doctores ab eodem Anton. Gabr. relati loco cit. num. 6. & à nostris Io. Vinc. de Ann. alleg. 138. num. 13. & Mart. in sum. success. legalis, part. 4. quest. 6. art. 3. num. 8. & 9. vbi dicit, hanc esse magis communem sententiam:

7 sed citrà præiudicium veritatis, admittit, pro nunc prima opinione pro vera, quæ certè ex hinc indè dicitur per Doctores redditur valde dubia, pro eo, quod ad casum nostrum pertinet, secunda contraria procedit indubitanter, & sine controuersia, nam sententia illorum, qui tenuerunt, verbum masculi in vna parte dispositionis adiectum, in alia repetitum fore censendum, semper declarationem recepit, vt procedat, quando verbum masculi cum effect adiectum in filijs certæ personæ, demùm in eadem oratione de filijs eiusdem simpliciter absque adiectione verbi masculi mentio facta fuit, & in his terminis loquuti sunt Doctores relati per D. Valenz. conf. 113. num. 33. & 34. lib. 2. at si in vna parte dispositionis de filijs masculis vnus facta esset mentio, & in alia de filijs alterius simpliciter, prout in casu, de quo agimus, tunc qualitas masculinitatis respectu, & contemplatione vnus apposita, non censetur repetita respectu alterius personæ, quin filiz feminae succedere possint; ita sanè scripserunt *Ioan. de Anan. conf. 22. Curt. Sen. conf. 63. num. 11. Socin. Inn. conf. 100. num. 20. lib. 1. Anton. Rub. Alex. conf. 14. num. 7. conf. 31. num. 6. & conf. 71. nu. 6. Carol. Ruin. omnino videndus conf. 124. num. 5. in fine, vers. sed istud posset procedere, & conf. 168. per tot. num. 13. lib. 3. Bero. conf. 114. nu. 14. lib. 2. Rola. à Val. conf. 38. nu. 56. & seqq. lib. 4. Emil. Ferret. conf. 11. num. 9. Simon de Prat. conf. 90. num. 23. in fin. Decian. conf. 12. num. 39. 40. 41. 43. & seq. lib. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 60. Surd. conf. 21. nu. 9. & 10. lib. 1. Monoch. conf. 95. num. 83. lib. 1. Rustic. ad leg. cum auus, cap. 10. num. 159. lib. 3. sub illis verbis, predicta conclusio maximè procederet, quando testator (vt sapè Ruin. scripsit) in vna parte testamenti fecisset mentionem de filijs masculis vnus, et in altera parte de filijs alterius simpliciter, nam in secunda parte de filijs masculis, & feminis intellexisse diceretur, &c. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 30. & 33. Dom. Mantie. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 9. conf.*

non omitto, *Honed. conf. 57. nu. 33. lib. I. Ber-
ta2. conf. 96. num. 18. lib. I. Casanat. conf. 6. nu.
21. conf. 38. num. 103. & conf. 47. num. 54. Fu-
sar. de substit. quast. 385. num. 29. & 403. num.
25. Addentes ad Molin. de primog. lib. 3. cap.
5. num. 59. vbi alios quàm plures refert, Rot.
Rom. coràm Domino Ludouif. dec. 514. nu. 6.*

8. quæ loquitur in propria materia nostra,
nimirum quando in vna parte dispositio-
nis sunt vocati filij filiorum testatoris cum
qualitate masculinitatis, & in alia parte fi-
lij filiarum simpliciter, vt in istis masculini-
tatis qualitas repetita non intelligatur, cū
diuersa ratio consideretur in vocatione fi-
liorum filii testatoris, & filiorum filiarum eius-
dem, subdens nu. 13. & 14. nullam habendā
esse considerationem de exclusione
propriarum filiarum ipsius testatoris, ex
quo ista coniectura non sufficit ad exclu-
sionem neptis: id, quod in casu nostro verè
in dubium refricari non potest, cum ex cō-
textura dispositionis constet patentèr, no-
luisse Dominum Regentem donatorè ma-
sculinitatis vinculum apponere respectu fi-
liorum D. Annæ, nām in illorum vocatione
non solum, vt diximus, verbum *masculi*
non legitur, nec substitutionem ad feudrē
descendentium ab illis, prout peregit, quā-
do alios inuitauit, quibus eorum descendē-
tes substituit, sed demum quando in illorū
defectum vocauit filios Dorotheæ eius fi-
liæ vltimogenitæ, & descendentes ab ipsa,
adhuc mentionem faciens de filijs D. An-
næ, masculinitatis qualitatem omisit, & il-
licò, eodemquē instanti vocādo filios Do-
rotheæ, qualitatem hanc adiecit, sic dicen-
do. *Et si dicta D. Anna (quod Deus non permit-
tat) absque filijs decederet, &c. tunc, & eo casu
bona donata perueniant ad filios masculos de-
scendentes in infinitum ex Domina Dorothea
filia ipsius Domini Donatoris, &c.* Insupèr,
quando in vocatione dictorum filiorum
D. Annæ cum ordine primogenituræ adie-
cit grauamen ferendi nomen, & arma ip-
sius Domini Donatoris, dixit, quod si ille,
qui in bonis donatis succederet, hoc onus
subire recusaret, tunc, & eo casu bona præ-
dicta peruenire deberent ad propinquio-
res descendentes ipsius D. Annæ, qui in as-
sumendo onus prædictum, se offerrent, nul-
la etiam in hac alia parte factæ dispositio-
nis masculinitatis qualitate adiecta, sicquē
ex tribus vicibus, quibus D. Reg. filios, et
descendentes D. Annæ vocauit, nusquam
9. verbum *masculi* adiecit; Signum euident,
dico Ego, quod vbi masculinitatis quali-
tatem donator apponere voluit, apposuit,

et vbi illam non expressit, noluit, nām si
voluisset, expressisset, arg. *text. in cap. ad au-
dientiam, extra de decimis, & in l. vnica, §. fin
autem ad deficiētis, vbi Paul. de Castr. C. de ra-
duc. toll. et in terminis terminantibus Ioan-
nes de Anan. Curt. Sen. Decian. & Rustic. locis
cit. qui dicunt, ex geminata mentione fi-
liorum absque masculinitatis qualitate,
argui deliberatam disponentis voluntatē,
quod noluit illos cum hac qualitate voca-
re, idemquē satis benè scripsit Ludonicus
Bologninus *conf. 53. num. 17. lib. 4. Inter consi-
lia Alex.* quo loci hæc notabilia verba di-
cit, *nunc opere pretium est, vt ostendam, quod
etiam istud fuit de mente testatoris in casu no-
stro: quod primò probo sic: testator in prima
institutione dictorum suorum filiorum mascu-
lorum natorum, & nasciturorum fecit mentio-
nem de filijs masculis, excludendo filias pro-
prias, dotando eas; similiter fecit in substitutio-
ne Alexandri, & in substitutione Ludonici, in
quibus substitutionibus, & gradibus substitutio-
num semper expressit illam qualitatem mascu-
lorum: dum etiam in secundo gradu fecit men-
tionem de filijs illorum trium filiorum, non se-
mel, sed etiam bis nusquam expressit illam qua-
litatem: immò eam tacuit, quam exprimere sci-
uisset, & potuisset, si voluisset, sicut expressit in
alijs gradibus; vnde manifestè apparet ex hoc,
quod noluit excludere neptes, non apponendo
sibi illam qualitatem, quam apposuit in omni-
bus gradibus institutorum, & substitutorum, &
istud erat facile apponere, vnde non dixit ipse,
& ergò nec nos dicamus, l. si seruum, §. non dixit
Bretor, ff. de acquir. heredit. l. de pretio, ff. de
publica. l. 2. §. generaliter, ff. de legat. præstand.
& eò maxime dicendum est, hanc fuisse mentē,
& voluntatem dicti testantis; nām geminando
istum actum, & ista verba sine filijs legitimis, et
naturalibus, commemorando filios filiorum suo-
rum, semper tacuit illam qualitatem mascu-
lorum; quæ geminatio multum operatur. l. 1. §. I.
ff. de constit. pecun. &c. Hæc ille, et hoc ma-
xime procedit in casu nostro, dum donans
erat persona, quæ nostram profitebatur lu-
ris prudentiam, et benè dubitare poterat;
quod disponendo simpliciter, ut si D. Anna
moreretur sine filiis, succedant filij masculi
Dorotheæ, quod si moriebatur cum filia
femina, hæc ad substitutorum exclusionem
conditionem deficere faciebat, ut probant
Doctores communiter in l. 1. C. de condit. in-
sert. Thesaur. decis. 188. Magon. decis. Lucens.
5. num. 7. Anton. Gaum. decis. 137. num. 11.
Surd. decis. 66. num. 7. Rot. decis. 880. prænes
Dom. Seraphin. et decis. 483. 484. 485. &
507. lib. 4. in select. per Farinac. D. de Franck.**

decis. 586. Barz. decis. 11. Giurb. dec. 32, poterat etiam scire, quod si quandoque ab hac conclusione ex vrgentissimis coniecturis fuerit recessum, quando casus est dubius, pro fœmina est iudicandum, vt scripserunt *Bursat. conf. 300. num. 40. & seqq. lib. 3. Honded. conf. 57. in fine, Molina de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 32. & Fusar. de substitut. q. 402. num. 114.* Vndè ad tollenda hæc dubia, quæ eius voluntatem destruere poterat, si verè voluisset, vt filij D. Annæ masculini sexus tantum succederent, & quod fœminæ repellerentur, dixisset utique, prout in eodè instanti loquutus fuit de filijs Dorotheæ, & paulò antè de filijs Ioannis Michaelis, & Andræ, adeò quod præsumi non potest obliuio, & in Viro tanta prudentia, & doctrina decorato, qui, vt paulò antè diximus, nostram legalem philosophiam profitebatur, id, quod indiuidualiter considerauit *Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 2. dubit. 1. solut. 3. nu. 79. fol. 147. in impressis Venetijs de anno 1582. quo loci autoritate Socin. Fulgos Curt. Sen. Roma. Cagnol. Riminal. Decian. & aliorum probauit, masculinitatis qualitatem in vna parte dispositionis adiectam, in alia nunquam censerit repetitam, quando disponens exiit Iurispræritus, sequitur *Fusar. de substit. quest. 403. nu. 291.* eoquè magis, adde tunc in casu, de quo agimus, in quo vocatio filiorum D. Annæ non solum consideratur in diuersa oratione donationis, in diuersis personis, & in diuersa linea, sed etiam in diuersa familia, & progenie, quæ ipsi donatori erat certa, & benè cognita: vndè non video, cur in vocatione personarum huius nobilissimæ familiæ possit quis sanè mentis dubitare, an qualitas masculinitatis adiecta in filijs Io. Michaelis, Andræ, & Dorotheæ, repetita censeatur in filijs D. Annæ, de quibus D. Regès donator tot vicibus simpliciter meminuit, absquè huius qualitatis repetitione, nec vllò pacto addito verbo vsquè in infinitum, quod in aliorum vocatione adiecerat, cum qua voluntate mori voluit, dum omnia in præfata donatione contenta, virtute potestatis sibi in eo contractu reseruatæ, testamento suo confirmauit, sicquè nullatenus dubitari potest, quin de Domini Regentis voluntate plenissimè constet, vt in linea D. Annæ masculinitatis qualitatem adijcere noluerit.*

Et ex his cessat prorsus fallax argumentatio, siuè obiectum, quod ex aduerso fieri potest, nimirum D. Theodora non posse in bonis donatis succedere vt fœminam,

ex quo D. Regens donator semper loquutus fuit de masculis, & in nulla parte factæ dispositionis vocauit fœminas, nam opportuna esset hæc oppositio, quando Dom. D. Theodora, ac Dom. Comes D. Fræciscus eius aduersarius essent de descenditibus illorum, qui cum masculinitatis qualitate, vocati fuere, non autem in casu præfenti, in quo vterq; descendit à persona, absquè masculinitatis qualitate vocata, & in quo satis dici potest, vocatas esse fœminas sub simplici vocatione filiorum legitimorum, & naturalium, vt paulò antè tantorum Iurisconsultorum autoritate probauimus.

12 Secundo, cessat & alia, si quæ fieret oppositio, nimirum in vocatione filiorum, D. Annæ dubitari non posse, masculinitatis qualitatem fuisse consideratam, ex quo Dominus Regens donator grauauit illos, vt ipsius nomen, & arma deferre deberent, ex quo quidem grauamine agnationis, siuè masculinitatis præsumptionem elici scripserunt *Corn. conf. 41. nu. 12. lib. 4. Grat. conf. 5. num. 16. & 67. num. 19. lib. 2. Curt. iun. conf. 39. intra num. 16. vers. quinimum & fortius, & alij, etenim dictum hoc, quod fuit nostrorum Itatorum in Regnis Hispaniarum non recipitur, ibi enim cum generali consuetudine receptum sit, vt nominis, & armorum grauamen æquè à fœminis, ac à masculis adimpleri possit, dicunt *Doctores Hispani, nunquam visum, nec auditum, ex tali grauamine masculinitatis qualitatem, aut conseruandæ agnationis coniecturam elici, ex quo nullo pacto effici potest, quod quis sit agnatus, qui in rei veritate, & natura non fuerit, & quod licet aliqui *Doctores Itali in contraria fuerint sententia, fundamentum sumentes in statutis nostræ Italiæ, tamen in Regnis prædictis, in litibus, & controuersijs iudicialibus, quæ hæcenus euenerunt, nunquam fuit illa recepta, ita sanè vno ore attestantur *Molin. cit. traç. de primogen. lib. 2. c. 14. num. 9. et lib. 3. c. 5. num. 78. Auendan. omninò videndus ad l. 40. Tanti, glos. 9. à num. 25. ad num. 28. Mierex traç. de maioratu par. 2. q. 6. num. 23. vbi punctualiter scripsit, per grauamen à Maioratus Institute adiectum ferendi illius nomen, et arma, fœminas nullo pacto excludi, idemquè *Burg. de Paz conf. 29. num. 75. cum pluribus seqq. Garz. de nobilit. in diuisione operis, nu. 41. et satis benè *Dom. Valenz. conf. suo 97. à nu. 120. vsq; ad 124. lib. 1. Castill. rom. 5. controu. c. 136. num. 75. & c. 160. num. 6. Addentes ad *Molin. lib. 2. c. 14. num. 3. & 9. vbi alijs relictis ex *Raudens. inquit, hoc grauamen in Regnis********

Hispaniæ familiæ conseruationem, in genere tantum respicere.

13 Tertiò, minus etiam obstat, si opponeretur in hac, de qua agimus dispositione, non nisi masculos contemplatos, siuè vocatos esse, & nusquam fœminas, ex quo Institutio proprias habēs filias, potiùs uoluit filios illarum vocare, quàm ipsas, sicq; nitidissima elicitur coniectura, sub uocatione filiorum D. Annæ masculinitatis qualitatē subintelligi, quia si uoluisset includere fœminas ex D. Anna nascituras, illam priùs uti propriam filiam, & magis dilectam uocasset, & ex hoc sequitur, Dominā D. Theodoram censi exclusam uti fœminam, quāuis ex masculo natam, & D. Franciscum inclusum uti masculum, quamuis ex D. Isabella D. Annæ nepte descendētem, etenim huic obiectioni respondent *Doctores*, satis leuem esse masculinitatis coniecturam, modò indicatam, ut ob illam recedi possit à communi conclusione, quæ se habet, ut fœmina ex masculo proximior nullo pacto à Maioratus successione excludi possit, propter existentiam masculi uterioris gradus, & lineæ, nec ad illam excludendam sat esse uulgatum illud, quod desumitur ex *tex. in l. si una marre, C. de bon. marrem.* nè scilicet minus dilecta melioris sit conditionis, quā magis dilecta, non enim incontentiens est, ut melioris conditionis sit neptis, quàm filia, ita *Ludouic. Bologniu. cit. conf. 93. ante nu. 18. vers. & si quis dicet, & de tex. in l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. & in l. 2. tit. 15. part. 2. et in l. 140. Tauri*, probat in proprijs terminis nostris *Burg. de Paz relato conf. 29. num. 81. de quo memor fuit noster Pres. de Franch. cit. decis. 586. ubi sic pluries per S. C. Regni huius indicatum refert, idemq; Molin. cit. 05. num. 52. vers. has autem exaltius*, et generalitèr, quòd regula, quæ elicitur ex *d. l. si una marre*, nullas sit thomèti, et quod *Rot. Rom. passim* illam non admittat, testatur *Seraphin. decis. 880. & 1216. et Dom. Ludouis. decis. 514. nu. 13. & 14. et per eandem Rotam* fuit dictum in vna Florentina de Guidaciis coram Reuerendis Patre Duhozet, sub die 21. Iunii 1628. quam Ego uti singularissimam imprimi curauit *lib. 1. cap. 279. num. 19. Mantie. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 10. & lib. 11. tit. 14. num. 6. Fusar. conf. 15. num. 23. & conf. 16. nu. 5. vers. non obstat*, quorum dictis prorsus confutantur scripta per *Dom. Valenz. conf. 113. nu. 35. vers. ulterius, & num. 40. lib. 2.* quo loci uerè loquitur contra communem.

14 Quartò, nec paritèr obstat prohibitio

alienationis bonorum donatorum, expressa ratione, quia uolebat donator, ut illa perpetuò in eius nomine, et familia conseruari deberent, nam non per hoc masculinitatis qualitas fuit inducta ad finem, ut fœminæ succedere non possint, quinimodò, quòd ratio conseruationis bonorum in familia, stirpe, progenie, domo, parentela, etc. comprehendat tam masculos, quàm fœminas, sicquè, ut fœmina admittenda sit ad successionem bonorum, quæ testator mandauit, ut perpetuò in eius familia essent, ex pluribus probat *Socin. iun. conf. 2. à num. 13. ad 18. lib. 2. & in terminis Maioratus pro indubitato scripsit Burg. de Paz incit. conf. 29. à num. 73. ad 80. & in proem. leg. Tauri*, in quibus locis dicit, de generali còsuetudine Hispaniæ fœminas familiam, genus, & arma tueri, illaque uti defunctorum proximiores ad successionem Maioratum quamplurimum, & præcipuarum domorum admittas esse, idemquè docent *Molin. lib. 3. cap. 4. num. 10. de Hispan. primogen. ubi Addentes, Reg. Leo decis. 60. Auendan. elegantissimè ad l. 40. Tauri, glos. 9. à num. 15. ad 20. & Fusar. conf. 17. num. 141. omninò videndus.*

15 Quintò, nec obstat uana consideratio, quam aduersus D. Theodoram fieri audio; nimirum fœminas descendentes ex D. Anna in Maioratu, de quo agimus, succedere non posse, ex quo si hæc fuisset Dom. Donatoris mens, & intentio, expressis uerbis dixisset; nam si cum masculinitatis qualitate uocauit descendentes ab alijs filijs, facile quippè ei orat uocare filios D. Annæ, etiam fœminæ seu; etenim, respondetur, nullius momenti esse argumentum hoc, nam satis dicitur expresse uocatas fœminas ex D. Anna descendentes, dum simpliciter illius filios uocauit, ut iuribus, & Doctorum auctoritatibus probatum fuit supra *num. 4.* Immodò retorquetur argumentum, nam si tam facile fuit D. Regenti uocare filios Io. Michaelis, Andree, & Dorotheæ cum qualitate masculinitatis, sic facilièr cum hac qualitate uocare poterat filios D. Annæ; unde dum illos sic non uocauit, certò certius est, quòd noluit, sicq; subintrat conclusio superius firmata à *num. 7. usquè & per totum num. 11.*

16 Sextò, nò obstat aliud, quod sit obiectum, nimirum, negari non posse filios D. Annæ cum masculinitatis qualitate uocatos fuisse, ex quo illorum uocatio relativa fuit ad substitutionem filiorum filiarum Io. Michaelis, qui cū masculinitatis quali-

tate vocati fuerunt, dixit enim D. Regens (vtor latino sermone) *cum eisdem pactis, oneribus, et conditionibus appositis in filiis filiarum Io. Michaelis, etc.* vnde dicunt aduersarij, dum hæc vocatio est relativa ad substitutionem filiorum filiarum Io. Michaelis, illi cum masculinitatis qualitate vocati fuere, ergo & isti ex D. Anna descendentes, ut relatum sit in referente cum qualitatibus suis, *l. assototo, ubi Bar. et DD. ff. de hered. instit.* Pro responsione huius obiecti, ut debita utar modestia, qua certè in motiuo tam leui, & puerili vti non deberem, rogo Dominos Iudicantes, ut uerba uocationis filiorum D. Annæ integralitèr legent; sic enim fiet clarum, argumentum hoc omni prorsus fundamento carere, absquè quòd aliam iuris quætionem ingrediamur, de qua per *Bero. consil. l. 15. num. 22. vers. postremò, relatu per Addeutes ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 64. 65. et 66. vers. caterùm;* etenim Dom. Regens donator uerba illa, *cum eisdem pactis, oneribus, et conditionibus appositis in filiis filiarum Io. Michaelis, etc.* illicò, eodemquè instanti continuato sermone declarauit, ut intelligatur, filios D. Annæ adstrictos esse, ac omninò teneri ad suscipiendum nomen, & arma ipsius Dom. Donatoris cum conditionibus supradictis, sub pœna priuationis honorù donatorum; sic enim dixit (utor paritèr latino sermone) *cum eisdem pactis, oneribus, & conditione appositis in filiis filiarum dicti Dom. Io. Michaelis, hoc est (nota) vt teneantur supere nomen, & arma dicti Dom. Donatoris cum conditionibus prædictis, sub pœna priuationis, &c.* Hoc enim pactum, onus, & conditionè apposuerat Dom. Regens in substitutione filiorum masculorum filiarum Io. Michaelis, aliamquè conditionem, sine modum adiecerat, ut si contingeret, dictos filios filiarum Io. Michaelis in alia hæreditate succedere, quòd possint illi aliud nomen, & arma addere, dummodò illa Dom. Regentis præcedant, & in dextera manu collocentur, quare cernitur apertè, relationem ad substitutionem filiorum filiarum Io. Michaelis aliud non importare, nisi onera, & conditiones prædictas tam benè à disponente declaratas, sicquè nullo pacto referri potest, ad masculinitatis qualitatem, quam in tota dispositione respectu filiorum Io. Michaelis, & Andræ, ac filiorum filiarum eorundè conditionalitèr fuisse appositam non legimus; nullibi enim scriptum comperimus, dixisse Dominum Regentem, *volo, vt succedant filij Io. Michaelis, vel Andrea, & filij filiarum ipsorum cum conditione, quòd sint ma-*

sculi, vel si erunt masculi; sed illos simpliciter masculos uocauit.

17 Septimò, & tandè non obstat alia vana oppositio, nimirum fœminas ex D. Anna descendentes non posse in bonis per Dom. Regentem donatis succedere, quamuis uocatio filiorum D. Annæ legitimorum, & naturalium ex sui generalitate etiam fœminas comprehendere possit, ex quo fuit expressa ratio cõseruandæ agnationis, sicquè verba illa, *filij legitimi, & naturales* sũt coarctanda ad filios masculos tantum, quia per fœminas, in quibus illarum familia, & agnatio finitur, cõseruari non potest; quibus maximè suffragatur (addant Aduersarij) rei iudicatæ authoritas in lite mota, & discussa inter D. Sebastianum Carrillo, D. Annæ filium, ipsiusquè D. Theodoræ auum contra Ioannam filiam posthumam ex Io. Michaeli Simon primo donatario susceptam, ac Mariam, & Leonoram ex Andrea Simon secundo donatario natas, quæ tanquam fœminæ licèt ex masculis descendentes à d. D. Sebastiano, D. Annæ filio exclusæ fuerunt; ergo dicunt aduersarij, sic paritèr est excludenda hodiè D. Theodora uti fœmina per D. Franciscum de Ledda uti masculum. Attendamus responsionem, benè quædam confitetur ex aduerso, vocationem filiorum D. Annæ legitimorum, & naturalium ex sui generalitate esse aptam, comprehendere fœminas, id, quod videntes aduersarij, de iure negari non posse, quærun, esse illam coarctandam ad masculos propter rationè cõseruandæ agnationis, quæ per fœminas cõseruari non potest, sed vellem Ego scire, vbi est masculus de familia de Simon, sine de Carrillo, per quem possit cõseruari agnatio hæc? si dices, extat Don Franciscus, respondeo, hunc non esse de agnatione, nequè de Simon, nequè de familia Carrillo, in qua D. Regens in defectum descendentium ex Io. Michaeli, & Andrea voluit suum nomen, & arma cõseruari, sed est de familia Ledda, quam vti prorsus extraneam Donator ipse nunquam in cognitione habuit, nec de ea per somnium sentire potuit; quo ergo pacto potest affirmari, quòd si esset exclusa Dom. D. Theodora, quia fœmina, & per quam agnatio cõseruari non potest, sit includendus masculus ex fœmina descendens? qua enim lege, qua ratione, quanè Doctoris authoritate hoc fundari potest? nonnè sine contradictore procedit illa communis conclusio, quòd vbi est exclusa fœmina propter rationem cõseruandæ agnationis, cense-

tur pariter exclusus masculus ex foemina descendens? sic enim vno ore facti sunt *Baldus, Gregor. Lop. Molin. Anton. Gom. &* alij infra relati *num. 28. 29. & 30.* Nec ad hunc casum pertinet exemplum rei iudicatae inter *D. Sebastianum, D. Annæ filium, & filias Io. Michaelis, & Andree,* ex quo illæ à Donatore nusquam vocatae fuere; sicque ad successionem concurrebat *D. Sebastianus* expressè vocatus in defectum masculorum *Io. Michaelis, & Andree,* & masculorum nascendorum ex filiabus eorundem, quod casus iam euenerat; unde volentes filia *Io. Michaelis, & Andree* ad successionem venire, benè eis replicabatur, de vobis non loquitur substitutio; sed tantum de filiis masculis à vobis descendentibus, qui cum adhuc in rerum natura non essent, succedere non poterant.

18 His sic stantibus, ad maiora deuenientes, singamus, *D. Annæ* filios cum masculinitatis qualitate expressis verbis vocatos fuisse, prout certum est, quod cum hac qualitate vocati non sunt, adhuc dico, bona donata post mortem *D. Sebastiani* libera à masculinitatis vinculo in *D. Ioannem* eius filium transiisse; nam cum *D. Sebastianus* *D. Annæ* filius ad succedendum in bonis donatis, tanquam masculus fuerit admittus, voluntati quæ Aui donatoris in assumendo illius nomen, & arma paruerit libetè, vinculum illud masculinitatis, quod antea *Dom. Regens* in vocatione, propriorum filiorum, et ab illis descendentium apposerat, simulque expresserat, poenitus extinctum remansit, probatur hoc ex communi illa conclusione, quæ se habet, quod quando quia fideicommissum super bonis suis ordinauit, et in defectum illorum, ad quorum beneficium fuit illud principaliter institutum, alios vocauit, cum primùm, qui ultimo loco vocati sunt, ob defectum primò vocatorum ad bona fideicommissa admitti fuerint, vincula omnia apposita statim extinguuntur, ita post *Barsol. Alex. Aret. Fulgos.* et alios, quos citant, probant *Ioan. Cephel. conf. 88. num. 34. lib. 1. Petr. Anguiscola,* omninò videndus *conf. 80. per tot. lib. 6. Ioann. Botta conf. 50. Ludovic. Bell. conf. 15. num. 6. vers. quod quidem, ubi citat Bart. in l. liberorum, num. 18. ff. de verber. signif. quo loci dicit, quod si in aliqua dispositione reperiuntur vocati filij nascituri ex tali, prout in casu, de quo nos agimus, in huiusmodi uocatione, si dispositio in liberos primi gradus suum fuerit sortita effectum,*

nepotes, et alij descendentes nullo pacto comprehenduntur, id, quod pariter in contractibus procedere, multorum autoritate probat *August. Barbof. de appellat. verborum, appellat. 99. num. 82. & 86.* eoque magis, si persona, quæ disposuit discretiue loquuta fuit, prout in casu nostro, uti in terminis Maioratus probant *Addentes ad Molin. lib. 1. cap. 6. ad num. 28. & 29. in fine, vers. secundò fallit;* et paulò post idem *Bellus loco proxime citato,* ad rem nostram individualitè affirmat, ut hoc procedat, adhuc si filij nascituri cum masculinitatis qualitate vocati essent; nam, dicit ipse, uocatione istam masculorum non esse aptam ad inducendum fideicommissum in fauorem descendentium ex primis masculis, citat *Card. Mantica. de coniectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 6.* cui addo hoc idem asseuerantes, quos refert, et sequitur *Ioan. Botta cit. conf. 50. num. 73. idemque Dec. conf. 286. nu. 7. vers. proprius,* ubi expressis uerbis dicit, testatoris dispositionem factam in fauorem masculorum restringendam esse ad personas dumtaxat, de quibus testator loquutus fuit, et ad alios non extendi, *ibique Nicolaus Grauatius in adnotationibus sic iudicatum, testatur, subdens, malè circa hoc Curtium. Iun. conf. 121. num. 16. consuluisse contra Dec. illumque reprehendisse, idemque satis benè affirmavit Card. Paris. conf. 44. nu. 16. 17. & 18. lib. 2. et nouissimè noster Reg. Scipio Rouit. conf. 7. lib. 2. ubi consuluit, ex substitutione facta à me filio meo Iacobo, ut illo absque filiis masculis quandocunque decedente in certis bonis alter filius meus Paulus, eiusque filij masculi succedant, nullo pacto per hanc masculinitatis qualitatem non semel repetitam, censi inductum fideicommissum pro masculis descendentibus in perpetuum ad exclusionem foeminarum, quæ ultimo bonorum possessori reperirentur proximiores, sicque probat *Rouit.* quod si ex filio meo Iacobo superessent plures descendentes masculi, et ille, in cuius posse peruenerunt bona substitutioni obnoxia, decederet cum filiabus foeminis tantum, istæ ad exclusionem aliorum masculorum remotiorum, quamuis ex filio Iacobo descendentium, in bonis prædictis succederet, assignat rationem, quam irrete fragabilem appellat, nimirum, quia ego testator de hoc casu loquutus non fui, ac proinde fideicommissum ex nostro capite non est somniandum, allegat utrumque *Soc. Gozad. Decian. et alios, ut ibi num. 5.* Et quis est, qui in casu nostro hanc ueritatem non*

fateatur? fac enim, quòd D. Sebastianus cū
 23 masculinitatis qualitate vocatus mortuus
 esset cum filia foemina, nullo relicto ma-
 sculo, superstitisset nè persona, quæ illam à
 bonis donatis excludere potuisset? certè
 non, nam si in medium adfuisset filij ma-
 sculi Dorothez, qui post filios D. Annæ vo-
 cati erant, & nullo pacto poterant admit-
 ti, cūm vocationi eorum fiebat locus in al-
 tero ex duobus casibus, & Primò si D. An-
 na sine filijs masculi defuncta esset: Secun-
 dò, si filij illi masculi essent nati, sed Don-
 atoris nomen, & arma sumere recusassent,
 cūmquè istorum casuum neuter euenerat,
 nam D. Anna decesserat cum filio masco-
 lo, qui nomen, & arma Donatoris assūpsit
 ergò nullo modo filiam, si quam D. Seba-
 stianus reliquisset, excludere potuissent, ad
 tradita per *Oldra. in vulg. conf. 21.* ab omni-
 bus canonizato (quod licet in Hispanorum
 primogenijs, secundum aliquos, locum nō
 habeat, benè tamen procedit, & locum ha-
 bet, ad hoc vt masculinitatis qualitas re-
 petita non censeatur, probant *Addentes ad
 Molin. lib. 1. cap. 6. ad nu. 26.* omninò viden-
 di) per *Crau. conf. 98. à num. 4. ad fin. & Pe-
 regi in tract. de fideicom. art. 29. num. 37.* dico
 modò Ego, ecce casus, in quo ex descendē-
 tibus lineæ foeminae D. Regentis dona-
 toris supersunt foemina, & masculus, & ta-
 men foemina à masculo non excluditur,
 quo ergò pacto Comes D. Franciscus de
 Ledda à D. Isabella D. Sebastiani filia de-
 scendens, sub vano, et figurato qualitatē
 masculinitatis prætextu, D. Theodoram
 ex D. Ioanne eiusdem D. Sebastiani filio
 natam excludere poterit? nullo quippè.

24 Vterius, vt videar materiam ex omni
 parte per suos tramites degustasse, dico,
 quòd cūm controuersia sit super successio-
 ne istorum bonorū per subsequutum obi-
 tum D. Ignatij vltimi possessoris, ad cuius
 plenariam successionem D. Theodoram
 vti sororem germanam vnicam superstitē
 iura diuina, & humana vocant, vt possit
 D. Franciscus de Ledda remotior consan-
 guineus tanquā masculus, illam vti foem-
 inam excludere, necesse est, vt exclusionē
 25 demonstret, vel ex clara dispositione ho-
 minis, vel ex dispositione certæ, & particu-
 laris legis; quandoquidē iure communi
 attento foeminarum exclusio apertissimis
 verbis, aut euidentissimis coniecturis con-
 trariæ voluntatis ostendi debet, sic enim
 scriptum est in l. 1. ibi, nisi alia defuncti volū-
 tas euidenter probetur, C. de condit. insert. in l.
 cūm ita, §. in fideicom. ibi, nisi specialiter, ff. de

leg. 2. in l. nuptura, ibi, nisi euidentissimè contra-
 rium probetur, ff. de iure dor. in l. libertas, §. fin.
 ibi, nisi aliud sensisse patremfamilias rationibus
 probauerit, ff. de manumiss. testam. & in l. si plu-
 res, ibi, nisi alia forte fuerit mēs testatoris, quod
 vix credendum est, nisi euidenter fuerit expres-
 sum, ff. de vulg. & pupill. substit. quæ iura in
 propria materia nostra sigillatim refert
 D. Valenz. cit. conf. 97. num. 71. vbi num. 111.
 addit, satis esse odiosum, vt foemine propter
 masculos remotiores, aut alterius lineæ
 excludantur, & vt intelligamus, quòd adit
 foeminarum exclusio, vbi illam expressè nō
 legimus, & *Molin. cit. lib. 3. de primogen. c. 4.*
 26 num. 32. ait, foeminarum exclusionem aper-
 tissimè probandam esse, quia alias in dubio
 semper est pro foemina iudicandum, & de-
 mùm num. 37. & 38. addit, non nisi euident-
 tissimis, & clarissimis coniecturis, & talibus,
 quæ nihil aliud, quā foeminarum exclu-
 sionem inducere valent, censentur exclu-
 sæ, nam cūm foemina pro se præsumptionē,
 & iuris regulas habeat, masculus remotior,
 vel alterius lineæ, qui foeminam excludere
 conatur, durioribus probationibus onera-
 tur, adeò quòd ex tribus statibus, quos ma-
 ioratus successio fortiri potest. Primo claro
 pro foemina, alio claro pro masculo, & al-
 tero dubio, non nisi in casu medio certo, &
 indubitato potest obtinere masculus, id,
 quod etiam vno ore facti sunt *Mierex de ma-
 iorat. part. 2. c. 6. num. 96. & seq. Ludouic. Ca-
 fanat. conf. 47. nu. 4. & D. Valenz. cit. conf. 97.*
 nu. 71. 72. 73. & 74. & his addo *Garsin. trad.
 de nobilit. in diuisione operis, nu. 18. 19. & 10.*
 quo loci authoritate *Greg. Lopez, & Ludouic.*
 27 *Molin.* affirmat, quòd quamuis in maiora-
 tus constitutione vocetur masculus, atta-
 men si Institutor expressè foeminas non
 exclusit, non per hoc existimandum est il-
 las exclusas esse, citat patitèr *text. à Molin.*
 relatum in l. 2. tit. 15. part. 2. vbi probatur,
 masculinitatis expressionem, foeminarum
 exclusionem nō inducere, sed prælationem
 dumtaxat in eodem gradu, id, quod etiam
 animaduertit *Parlador. q. 1. post librum
 quotid. differ. num. 6.* sub illis verbis. *Cum igitur
 l. Regia expressim cautum sit, tunc masculos
 excludere foeminas in successione maioratus, cū
 eiusdem sint lineæ, & gradus, non tam subre-
 motioris, vt diffinitum extat in d. l. 2. & c. idēq;
 scripsit Dom. Valenz. cit. conf. 97. num. 108.*
 omninò videndus, & nouissimè *Falsar. de
 substit. quest. 385. num. 39. & Addentes ad Mo-
 lin. lib. 3. c. 4. num. 34. 41. & seq.* vnde cūm in
 casu occurrentis controuersie Comes D.
 Franciscus, D. Theodoræ exclusionem, nec

est dispositione hominis, non dico clara, sed nec etiam dubia, neque ex dispositione legis ostendere, ac demonstrare possit, non video, quo suadente spiritu illius apertissimis iuribus se opponere ausus fuerit, nam si ius bonum fouere credit, ex quo ad bona, de quibus agimus, fuerunt inuitari filii D. Annæ masculi, & cum ipse sit masculus, quāuis ex femina præferendus sit D. Theodoræ uti sceminae, quamuis proximiori, & ex masculino descendenti; & certè, ex supra discussis, constat patentèr, prætensionem, hæc esse merè omnium vigilantium, quādoquidè non solùm demonstrauimus, filios D. Annæ cum masculinitatis qualitate vocatos nō esse, sed etiam quando illi cum hac qualitate vocati essent, D. Theodoram à bonorum donatorum successione excludi non posse.

- 28 Hæc nunc ad saturitatem addimus, quòd data expressa uocatione filiorum masculorum ex D. Anna descendentiū, cum expressa exclusionè sceminarum, adhuc iustitia D. Theodoræ in tuto esset, ex quo bona, de quibus agitur, libera à masculinitatis vinculo ad ipsam deuenirent, cum D. Ignatio ultimo masculino possessori, cui succeditur, non superstitere masculus ex D. Anna descendens, nam & si D. Frācisus de Ledda uideatur esse masculus descendens ex D. Anna, attamen supponendo, quòd sint exclusæ sceminae, quia ipse ex scemina descendit, quamuis sit masculus, attento tenore Maioræ succedere non posset, sic elegantèr ratiocinatur insignis *Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. col. 7. in fine, vers. sed an exclusis sceminis, fol. mihi 89.* quo loci citat *Bald.* quem dicit semper ad hoc allegari in *l. 1. ff. de Senat.* ubi ex hoc inferit, quòd dum
- 29 filia Regis Francorum ex rationabili illius instabilis Nationis consuetudine in Regnis Gallie succedere non potest, sic pariter & eius filius, quāuis masculus, ratio assignatur, quia non potest plus uirtutis esse in causato, quàm in influenti potentia causæ, nam si scemina ipsa uiuens à successione excluderetur, similiter etiam masculus ab ipsa descendens, id, quòd alijs relatis comprobant *Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 61. Michael ab Aguirre de success. Reg. Portugalie, part. 3. num. 31. fol. mihi 78. Menoch post multos, quos citat *cons. 1219. num. 20.* ubi de maioratu loquitur, *Molin. cit. lib. 3. c. 5. nu. 45. 46. & 47.* ubi conclusionem firmat, quòd quando in aliqua dispositione vocatur filij, seu descendentes masculi, dispositio illa de masculis descendentibus ex ma-*

sculis, non autè de masculis, qui à femina descendunt, intelligenda est, nam eo ipso, quòd uocantur descendentes, cum expressione masculinitatis, censetur contemplata agnatio, & cum masculi descendentes ex scemina non agnati, sed cognati appellentur, consequens est, dicit *Molin.* ut illi in dispositione, in qua agnatio consideratur, nō comprehendantur, & quāuis demum *nu. seq.* hanc limitet conclusionem, quoties nō esset contemplata agnatio, ut tunc sub appellationis masculorum, masculi ex sceminis descendentes comprehendantur, hoc intellige, prout declarat *num. 71.* dummodò non concurrat scemina ex masculino proximior, quia si concurreret, illa præferretur, ultra quòd in casu nostro, præsupposito, ut diximus ad saturitatem contra facti ueritatem, quòd sint uocati filij masculi descendentes ex D. Anna, cum perpetua exclusionè sceminarum, benè censeretur contemplata agnatio de Simon, quam Dominus Regens in agnatione de Carrillo, sibi dilectissima cōseruari, & perpetuari uoluit, ut ex tenore dispositionis clarè constat, sicque esse in casu considerato per *Greg. Lopez in loco paulò ante relato, ut masculi ex sceminis nullo pacto succedere possint, quo fit, ut cum D. Frācisus, huius contem-*

31 *platæ agnationis non sit, & D. Ignatio nō superstitere agnatus masculus, nec alij, quibus forsitan ex mandato, & dispositione Domini Regentis donatoris esset facienda restitutio maioratus, sine dubio à masculinitatis vinculo liber remansit, ac successiue D. Theodora uti proximior agnata, quāuis scemina ad plenariam germani fratris successionem admittitur, uideatur, quæso, *Molin. lib. 1. cap. 6. num. 38.* præsertim sub illis uerbis: *Sed tota differentia assignanda est in hoc, utrum scilicet dispositio finiatur in ipso descendente ex uirili sexu, & tunc scemina comprehenditur, an uerò ad alios descendentes pertransire debeat, & tunc sicut descendentes ex scemina excluduntur, ita & ipsa scemina excludi debeat.* Hæc ille *Gaspar Thesaur.* satis benè in *addit. ad Genitorem decis. 37.* ubi decisionem refert, & *Castill. controuers. tom. 6. cap. 143. à num. 4.**

32 Vnde restringèdo materiam, tres casus in occurrenti controuersia constituo, quorum Primus est, quando ad Maioratus successione concurrunt masculus, & scemina eiusdem agnationis, & sic per lineam masculinam à primo Instituto ambo descendentes, sed ultimo possessori, cui in Maioratus succeditur (ad tradita per *Molin.*

lib. 1. c. 6. num. 47. & lib. 3. cap. 9. & per alios Hispanos passim) fœmina est proximior, & in hoc dico, attendendum esse tenorem cõstitutionis Maioræ, quia aut Institutor dixit, vt succedant omnes eius descendentes, nulla expressa masculinitatis qualitate, & in hoc casu, quia indifferenter admittuntur masculi, & fœminæ, est attendenda prioritas gradus, & tunc masculus præferatur, quando ultimo possessori in pari gradu existit cum fœmina. Ceterum, si fœmina est proximior, ipsa admittitur, aut verò descendentes cum expressione masculinitatis vocati fuere, & vt bona conferentur in familia, & tunc masculus remotior fœminam in gradu propinquiore excludit, quia in hoc casu voluit Institutor agnationem suam conseruare, ita sanè pluribus relictis *Doktoribus* scripsit *Gregor. Lopez* in cit. *l. 3. tit. 13. p. 6. col. 7. vers. in hoc tamen videtur latius considerandum, fol. mihi 89. Motin. lib. 3. de primogen. c. 4. num. 12. Parlador. q. 1. nu. 2. post lib. quotid. differ. Dom. Valenz. cit. cons. 97. num. 68. lib. 1.*

33 Secundus casus est, quando tractatur de succedendo ultimo possessori collateralis, cui tam masculus ex fœmina, qui est alterius lineæ, quam fœmina ex masculo, quæ est eiusdem lineæ defuncti in æquali reperiuntur gradu, & in hoc multi opinati sunt, masculinitatē uincere agnationem, & sic masculum ex fœmina, fœminæ ex masculo in successione præferri, & hi sunt *Anchar. Fabros. Aret. Ias. & Tiraq.* quos refert, & sequitur *Auendan. ad l. 40 Taur. g. 9. num. 75. fol. mihi 115. à ter. Caldas de iure emphyt. lib. 3. cap. 15. num. 39. Anton. Comm. dec. 51. vbi Addent. alijq; per Me relati lib. 1. cap. 126. num. 66. in nouiss. & ita intelligo dicta per *Gregor. Lop.* in cit. *l. 3. col. 6. vers. sed quid si ex dispositione Maioræ, & per Reg. Lanar. cõs. 1. quod tamen admitti posset, dummodò in constitutione Maioratus nõ sit contẽplata agnatio, quia si esset expressa ratio conseruationis agnationis, procederet conclusio superius ex *Gregor. Lopez*, & alijs firmata, vt masculus ex fœmina succedere non possit, & benè admitteretur fœmina ex masculo, si alii de agnatione, licet remotiores non extarent, ad tradita per *Molin. & Gaspar. Thesaur. loc.***

34 cit. Admitteretur etiam masculus ex fœmina, quando ultimo possessori transfertali non superesset fœmina ex masculo proximior, sed alii masculi descendentes à substitutis, & vocatis in alio gradu substitutionis; tunc enim masculus ex fœmina, quia descendit, quamuis per lineam fœminam

à primo instituto, benè excluderet masculum descendentem à substituto; nam donec superest persona, quæ prouenit ab instituto, siuè per lineam masculinam, siuè fœminam descendens, nõ potest esse locus substitutioni factæ ad beneficium aliorum uocatorum, & hic est casus, super quo latissime scripsit *Larrea dec. 34.*

35 Tertius est casus ille, de quo agimus, si imprudenter contra facti veritatē supponere volumus, D. Reg. vocasse filios ex D. Anna eius filia descendentes cum expressa masculinitatis qualitate, & quod fœminæ excludantur, verum non dixit, velle eas exclusas, et propter masculos remotiores, & in hoc casu si ad defuncti collateralis successione concurrerent masculus ex fœmina remotior, & fœmina ex masculo proximior, ista præferretur; ratio est, quia exclusio illa fœminatam à Maioratus Instituto expressa, intelligenda est propter masculos eiusdem lineæ, & gradus, non autem propter masculos alterius lineæ remotiores, ita ut masculo eiusdem lineæ, & gradus deficiente; fœmina proximior in illius defectum, remotis alijs quibuscunque ad Maioratus successione admittitur, præbant conclusionem hanc doctissimus *Couar. lib. 3. variat. cap. 5. num. 5. circa finem*, sub illis verbis: *Ex quibus diuini Petri Perticensis opinionem sequuntur, ipse colligo, fœminam proximiorē ei, qui ultimo maioratum obtinuit, præferendam fore masculo remotiori, & qui eiusdem lineæ particeps non est, simul, & gradus, &c. Motin. cit. cap. 5. num. 71. Aluarad. de coniect. mente defuncti, lib. 2. cap. 3. S. 4. num. 31. vers. quod quosicq; Burg. de Paz omninò videndus cons. 29. num. 8. 9. 10. & 41. & in Proamio legum Tauri, num. 120. cum seqq. Mier. tract. de maiorat. par. 2. quæst. 6. nu. 97. Petr. de Salaz. in tract. de usu, & consuetud. cap. 12. num. 68.*

36 vbi expressis verbis affirmat, ad hoc vt masculus remotior fœminam proximiorē à Maioratus successione excludere possit, opus esse, quod vltra vocationem masculinitatis exprimat, quod succedat masculus, etiam in gradu remotior, & fœminæ præferatur, idemq; latius scripsit *Parlador. cit. q. 1. num. 5. 6. 7. & 8. vbi dicit, tunc masculum alterius lineæ, & remotioris gradus fœminam ex masculo, siuè ab ultimo possessore descendentem à Maioratus successione excludere, si ita constat de expressa voluntate Institutoris, quia sic voluit; Ceterum si de aperta eius voluntate non constat, quod fœminam propter masculos alterius lineæ excludere voluerit, sed simpli-*

citèr masculos illis prætulit, inherèdo *Molin.* sentètiæ existimat, in hoc casu masculù alterius lineæ remotiorem fœminam proximiorè, siuè ab ultimo possessore descèdètem excludere non posse, Dominus *Valenx.* cit. *conf. 97. nu. 68.* sub illis verbis: *Et solùm posse illis præferri masculum eiusdè lineæ, & gradus, & non remotiorem, aut alterius lineæ, &c. Ioseph Ramon. conf. 100. n. 483.* per tot. *fol. mhi 954. Molin. Iesuita iolignis de Iust. & iure, disp. 625. n. 5. conf. secundo loco post lineam Castil. tom. 5. controuer. c. 92. nu. 53. & c. 143. S. unico, nu. 13. Io. Petr. Fontanel. omninò videndus decis. 35. n. 11. Adden. ad *Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. c. 4. n. 41. & 42. & cit. c. 5. n. 71. & seqq.* quo loci conclusionè hanc in Regnis Hispaniarum, tam in iudicàdo, quàm in consulendo verissimam, atq; receptam esse testatur, & his magni nominis Hispanis Doctoribus ex nostris Italis addo præstantissimum *Surd. conf. 316. n. 11. & seqq. & conf. 317. n. 38. lib. 3. & Fusar. tract. de substit. q. 385. n. 12. & 30.**

Hæc, credo, sat esse ad demonstrandam iustitiã Domini *D. Theodoræ;* puto enim, Deo auxiliatore, satis sèlicitèr ratione, grauiissimorumq; Juris Consultorum auctoritate, tria à me fuisse plènè probata. Primù, *D. Annæ* filios eum masculinitatis qualitate non fuisse vocatos. Alterù, quando quis temerariè, & imprudentèr contrariù asseuerare attentaret; masculinitatis vinculù per mortem *D. Sebastiani, D. Annæ filij* penitus remansisse extinètum. Tertiù, & tandèm, quando illud adhuc duraret, ac data etiam fœminarum exclusionè: in successione Maioratus, de quo agimus, *D. Theodoram* vi ex masculo descèdentem, vltimoq; possessori proximiorè, *Comiti D. Francisco* ex fœmina orto remotiori consanguineo omninò fore præferendam. Omnia autem sub correctione, & censura Amplissimi, ac Supremi Senatus, ad quem de his videre, & iudicare spectabit. Neap. die 20. mensis Octob. 1642.

Donatus Antonius de Marinis.

SVM MARIYM.

1. Mandatum factum puella de nõ contrahendo matrimonium an dicatur spretù, sponſalia contraxerit, & num. 3.
2. Matrimonio prohibito an censètur prohibita sponſalia, & n. 4.

Mulier vidua si contraxerit sponſalia intra annum luctus an subiaceat pœnis à iure civili impostis mulieribus infra annum luctus nubentibus.

4. Tex. in l. oratio, ff. de sponſal. declaratur.
5. Legatum puella factum sub conditione non nubendi an amittatur, si sponſalia tantùm contraxerit.

ARGVMENTVM.

Agitur, an mandatum à Iudicè puellæ factum, nè sub certa pœna, ipso Iudice inconsulto matrimonium contrahat, spretum dici possit, & successiuè pœnæ exactio subintret, si ad stipulationem capitulorum matrimonialium post mandatum iniunctum processum fuerit.

C A P. CXXVII.

Mandatum à Iudice puellæ, vel eius parentibus iniunctum de non contrahendo matrimonium, ipso Iudice inconsulto, scio alijs dubitatum, an spretum dicatur, ita vt pœna pecuniaria in illo contenta exigi possit, si ad stipulationem capitulorum matrimonialium tantùm processum fuerit?

2. Pro ratione dubitandi videbatur affirmatiuè respondendù, per *tex.* nimis clarù in *Loratio 16. ff. de sponſal.* vbi *Wlpian.* respondit, quòd quando nuptias, & sic matrimonia contrahi prohiberetur, censentur quoq; sponſalia prohibita, ex quo *tex. Bar.* & ceteri *DD.* ibi vulgatam illam desumunt conclusionem, nimirum, quòd vbi aliquid prohibetur, omne prohibitum censetur, per quod peruenitur ad illud, & è contrà quando aliquid est permissum.
3. Sed hac dubitandi ratione non obstante, contrariam in casu proposito amplexus sui sententiam, primò, per *tex.* in *l. solet 10. ff. de his, qui not. infam.* vbi quàmuis mulier vidua sub ceteris pœnis à iure civili prohibeatur intrà annù luctus matrimonium contrahere, attamèn si sponſalia contra-

xerit, nulla ligatur pœna, ibi in *text. intra id tempus sponsam fuisse non nocet*, reddidit ibi rationem *glos.* quia odia sunt restringenda, & magis in pũcto. quod pœna apponit, nẽ matrimonium cõtrahatur, ad sponsalia extendi non possit, dixit satis notantẽr *glo. in clem. unica, in verb. contrahere, de consanguin. & affin. & Adden. ad Bart. in d. l. oratio, nisi post simplicia contracta sponsalia carnalis copula sequeretur.*

4 Ad *text. in d. l. oratio* respondemus, legem illam esse specialem contra Senatores, ad ins dicendum electos, vt matrimonia contrahere non possint, & per consequens sponsalia, sicq; in *eo text.* prohibitio est perpetua, secus autem, si temporalis, prout in casu nostro, vt bene aduertit ibi *Bald. in prima lectura antiqua.* Secundo responderet, quod *text.* ille non loquitur de pœna, sed tantũ disponit, quod si Senatores, quibus matrimonium contrahere est a iure prohibitum, sponsalia contraxerint, nullius momenti illa erunt, id, quod bene obseruauerunt *Adden. ad Bart. loco cit.*

5 Corroboratur hæc mea sententia ex dictis per *P. Sanchez tract. suo de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 44.* quo loci eleganter probat, legatum mulieri relictum sub conditione non nubendi, non aliter amitti, si sponsalia tantũ fuerint contracta; audi quæsc verba Magistri, *Circa ultimam disputationis partem, an id legatũ amittatur, si secunda illa nuptie non sunt consummata, id certum videtur non amitti per sponsalia de futura, quod cum tunc nondum fit secundum matrimonium in initum, minimẽ defecerit conditio adiecta legato non transeundi ad secundas nuptias, nec dispositum in matrimonio. quod ad pœnam ex eo incurrendam procedit in sponsalibus, &c.* hæc ille, faciunt dicta per *Andr. in Const. Honorem nostri diadematis, in princ.*

SVM MARIVM.

- 1 Mater nũm possit filium instituendo, maritum bonorum administratione tacitẽ priuare, & per consequens usufructu, & num. 1.
- 3 Usufructus an tacitẽ prohibitus censeatur, vbi vxor filium instituendo ordinauerit, nẽ illius pater possit bona sua administrare, & n. 4.
- 5 Mater potest expressẽ ordinare, nẽ vsuf

fructus suorum honorum, in quibus filius succedit, marito quaratur, sed antalis prohibitio operetur respectu fructuum legitima, ibid. & num. 7.

- 6 Usufructus, quem habet pater in bonis filij, eo delinquente confiscabitur.
- 8 Mater filios habens Neapoli non potest disponere, nisi de decima parte suarum dotium; sed an in illis nouem possit maritum usufructu priuare, & n. 9.
- 10 Pater non potest imponere onus in legitima filio debita.
- 11 Dicitio, tantũ, est restrictiua.
- 12 Lex municipalis est restricti iuris.
- 13 Pater an possit filium pupillum instituendo tutoris computorum redditionem remittere, & n. 14.

ARGVMENTVM.

Agitur, an mulier Neapolitana, quæ filios habens non potest, nisi de decima suorum bonorum parte disponere, possit testamento suo prohibere, nẽ marito filiorum patri in reliquis nouem partibus queratur usufructus, qui alias ex iuris dispositione ad illũ spectaret, & de alijs, &c.

CAP. CXXVIII.

- 1 **M**ATER an possit filium instituendo heredem, tacitẽ maritum bonorum administratione priuare, & per consequens illorum usufructu, non parum a Doctõribus controuertitur, quandoquidẽ inter nouissimos Scribentes *D. Garf. Mastrii, dec. 59.* per illud Siculum Consistorium decisum refert, ex datione tutelæ a matre facta in personam eius patris, & soceri, censei patrem bonorum maternorum filij usufructu, & administratione priuatum; contrariam autem amplexus fuit sententiam *Ioan. Petr. Fontanel. modernus Hispanus in tract. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 6. part. 3. num. 14. 25. & seq. vbi dicit, magnam de hoc fuisse in illo Cathaloniz Senatu altercationem, & tandem ad patris fauorem declaratum,*

quod

- 3 quòd scilicet per administrationis prohibitionem vsufructus prohibitus non censetur, rationibus, vt per eum, quicquid in contrarium, dicit ipse, inuolucré firmasse *Mastril. loco cit.* admonens, attentè illum legendum, ac omnibò videndos *Doctores*, quos allegat, an id probent, ad quòd allegantur, idemquè prolixiùs voluit *rom. 2 gl. 1. part. 3. claus. 4. à num. 42. vsquè ad 51.* vbi alias referens Senatus decisiones, constàtèr post n. 50. còtendat, ab hac opinione,
- 4 quòd per administrationis prohibitionem vsufructus prohibitus nò censetur, haud esse recedendum, cui me subscribo.

- Sed quicquid fit, negare non possumus, posse expressis verbis matrem filium instituendo, eius patrem vsufructu priuare, ad
- 5 *tex. in Authen. excipitur, C. de bon. qua liber.* sed an totius hereditatis, dabitur *Doctores*, & frequentius negatiuà præualuit sententia, nimirum, vt talis prohibitio non possit ad legitimam extendi filio in dictis bonis debitam, ità *Bart. & alij in d. Authen. excipitur, Alex. in l. mulier, ff. ad S. C. Trebel.* vbi dicit cum *Bar.* communem esse *Doctore* opinionem, *Ant. Gomez in l. Thauri 48. num. 11. Riminal. Iun. in §. 1. nu. 152. Instit. per quas person. nob. acquir. Guier. in repetit. c. quatinus, in verb. nullam, num. 20. vers. immò, quod est fortius, de pact. in 6. Fachin. lib. 5. controuer. cap. 21. Viuius decis. 187 num. 10. & seq. Garganett. de condit. & demonstrat. par. 2. cap. 1. quest. 58. num. 2. & 3. Roder. Suar. in repetitio. legis quoniam in prioribus, in prima limitat. nu. 10. & seq. G. de inoffic. testam. quo loci*
- 6 verbis tenet expressis, patre delinquente, ità & talitèr, vt eius bona veniant confiscàda, confiscandum esse etiam vsufructum, quem in bonis habet filij, nisi ipsi fuisset prohibitus, quo casu tantum Fiscus habebit vsufructum in legitima, ad quam talem prohibitionem extendi non posse affirmat, sequitur *Cualcan. de vsufr. mulier. reliet. num. 236.* asserens, hoc esse notatu dignum, & allegat *Ruin. cons. 194. sub num. 3. vol. 2. & Bar. vbi supra, Fachin. elegantissimè controuerf. lib. 5. cap. 21.* quibus ipse etiam me subscribo.

- Quicquid in contrarium scripserit *Dom. Pras. de Franch. decis. 161.* vbi decisum fuisse
- 7 testatur, potuisse matrem filios instituendo hæredes, eorum patrem bonorum dotalium vsufructu priuare, talemquè prohibitionem etiam respectu legitimæ filiis à iure naturæ debitæ operari, adhærendo sententiæ *glos. in Authen. vt liceat matri, & auia, in verb. participium, quam communem*

esse, magisquè filijs fauorabilem dicit *Boer. decis. 194.* ab eodem *D. de Franch.* citatus; sed certè, pace nostræ supremæ Senatus, decisio hæc omni prorsus caret fundamento, nam cum sit tantum illa in filiorum fauore fundata, non potest illorum tantus esse fauor, vt mater in eo filijs prospiciat, quod in sua libera dispositione non est; si enim verum est, prout verissimum, & indubitatum, filiorum legitimam parètum debitum esse legale; quando mater filium in legitima hæredem instituit, id persoluit, quod de iure naturæ debet; si igitur debitum filio soluit, quo pacto ad illius fauorem potest inducere, vt fructus ex corpore legitimæ percipiendi sint proprii ipsius filij, adeò vt in illis ius patri non queratur; non enim ridiculum esset, vt soluens ego creditori meo mille, quæ ei debeo, dicerem illi, volo vt creditores tui super hæc mille nihil pretendere possint? hic propriè est casus noster, mater è viuis decedens filij debetrix in legitima reperitur, pater filij est creditor, sic à iure ciuili declaratus in bonorù omnium aduentitiorum vsufructu, modò, quo nam iure cautum esse demonstrare poterimus, vt mater soluens filio legitimæ debitum, dicere possit, volo, vt in huius legitimæ vsufructu pater illius legalis creditor nil pretendere possit? si enim hoc matri liceret, existente filio re alieno grauato, posset similiter disponere, vt illius creditores super legitima nil prætere possint, id, quod omninò fatuum esset asserere, & sic còcludo, matrem, vel patrem in vltimis còstitutos nò posse, nisi simpliciter filijs legitimæ debitum persolvere, qua satisfactio sequuta, legis subintrat dispositio, vt qui in ea ius aliquod habet, exerceat illud.

- Ex his in facti contingencia, in terminis *Consuetudinis* huius Ciuitatis, quæ incipit
- 8 *Si qua moriens*, per quam statutum est, matrem filios habentè de bonis sibi ab Agnatis, & Cognatis obuentis disponere non posse, nisi de decima illorum parte tantum, (idquè etiam si naturales essent filij, vt per *Anel. Amat. cons. 43.*) ità vt necessariò reliquas nouem filijs relinquere teneatur, ex quo in illis intestabilis reputatur, & vt dicit *ibi Napod. in vers. tantum*, habet labia
- 9 clausa, manus ligatas, & arbitrium refrænatum, non posse, ipse dicebam, filium instituendo, illarum nouem partium vsufructu maritum priuare, etiam in filij beneficium, quia cum succedant filij in illis vti filij, & non vti hæredes, vt per *Camil. Saler. vlt. addit. ad d. Consuet. in verb. ex hac Consuetu-*

dine, *vers.* sed an in istis nouem partibus, & per *Molfes*, in *comment. part 7. de iur. quar. quast.* 14. num. 3. regulari debent in hoc casu eisdem regulis, quibus & legitima, nam quæ admodum in legitima non potest mater eius virum communium filiorum patrem illius portionis usufructu priuare, vt supra fuit demonstratum, ita etiam & in his nouem partibus, quæ filiorum legitima censentur, & sicut in legitima aliquod non potest imponi onus, nequè fideicommissum, *glos. Bar.* & communiter omnes in *d. l. quoniam in prioribus*, *Crass. in §. legitima, quest. 38.* ita etiam & in his nouem partibus, vt per **11** *Napod. loco proxime citato*, vbi ponderando dictionem illam *Consuetudinis, tantum*, quæ restrictiua dicitur, inquit, taliter in nouem partibus mulierem intestabilem esse, vt nec etiam in casu mortis filiorum possit de illis disponere, cum indistinctè, & simpliciter de reliquis nouè partibus *Consuetudo* prohibeat, ergò indistinctè etiam intelligenda, *l. si vero, §. de viro, ff. salus. ma. 12. trim.* & lex municipalis cum stricti sit iuris, Interpretationem non recipit extensiuam, *l. Constitutionibus, ff. ad municip. & l. ut gradatim, ff. de muner. et honor. id.* quod ex alio etiam corroboratur, nam licet grauis sit inter *DD.* controuersia, an possit pater **13** filium pupillum instituendo eius tutori computorum redditionem remittere, de qua late per *Escobar tract. de Ration. cap. 5.* quicquid tamen de illius veritate sit, receptissimum est, non posse, nec talem remissionem extendi debere ad bona legitimæ filii, ut notanter *ibi* firmat *Escob. nu. 22.* vbi ex *Ferdinan. Lances in repetitio. l. filiusfamilias, §. diui, num. 7. ff. de legat. I.* docet, inventarii conficiendi remissionem à patre in **14** testamento tutori factâ, iuxta *text. in l. fin. §. fin. C. arbitr. tutel.* quoad bona legitimæ filii non extendi, nec quoad eam tenere, quâ sententiam tenet etiam *Comarru. lib. 2. var. cap. 14. num. 4. in fine*, & ratio secundum ipsos *urgentiſſima* est, quia aliàs pater per indirectum filii legitimam, contra *text. in d. l. quoniam in prioribus* grauare posset. Et sic concludo in terminis dictæ *Consuetudinis*, cum nouem partes eisdem regulentur regulis, quibus & legitima regulatur, teneri matrem in illis portionibus filios simpliciter hæredes instituere, nec posse in eorundem beneficium aliquid in dispositione addere, per quod pater illo iure veniat priuandus, quod à lege super bonis debitis de iure naturæ filiis est tributum. Hæc occurrunt, saluo, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Mater per substitutionem pupillarem à patre filio factam an à legitima excludatur in Ciuitate Neap. & nu. 2, 3, 4, 5, 12, 13, 16, & 17.
- 6 Consuetudines Neapol. de successione tam ex testamento, quam ab intestato loquentes cessant, patre, vel matre in medio existentibus.
- 7 Filius Neapolitanus tenetur legitimam super bonis antiquis parentibus relinquere.
- 8 Neapolitanus condens testamentum, bonaque possidens antiqua non potest ceteri testam. decedere, nisi in medietate tantum bonorum.
- 9 Substitutio facta à Neapolitano non nisi in medietate bonorum reſcribatur potest.
- 10 Substitutus filio in pupillari ætate, in qua ibi decessit, succedit in omnibus bonis defuncti pupilli, sed an procedat in Ciuitate Neap.
- 11 Neapolitanus attento iure consuetudinario potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 14 Statuto existente, vt mater non possit succedere filio morienti, superſtitibus fratribus carnalibus, an succedere possit, si filius fecerit testamentum, & fratre præterito extraneum non indignum instituerit hæredem.
- 15 Statutum quoties alieni intestatam prohibet successionem, ex testamento contra defuncti voluntatem nihil præuendere potest.
- 18 Pater de iure consuetudinario Ciuitatis Neap. non potest filio pupillo super bonis antiquis pupillarem ordinare substitutionem.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an mater, quæ iuxta receptissimam Scribentium sententiam per pupillarem substitutionem à patre filio ordinatam excluditur à legitima, quæ de iure ad filium super bonis prædefuncti patris spectabat, sit pariter excludenda, attento iure municipalis huius Ciuitatis Neap. ad ornatum *Consuetud. Si aliquis moriens.*

C A P. CXXIX.

M

Atrem, per substitutionē pupillarem à patre filio ordinatam, repelli à successione legitimæ portionis, quæ ad filium super bonis prædefuncti patris spectabat, ex receptissima Scribentium sententia diximus

lib. I. cap. 265.

Modò occurrit dubitari, an conclusio hæc procedat in hac Ciuitate, attento illius iure municipali, quod incipit *Si aliquis moriens*, ubi disponitur, decedente Ciue aliquo cum filijs, posse illum de bonis per eundem quæsitis pro voluntatis arbitrio disponere, liberis debito bonorū subsidio reseruato, de bonis autem antiquis, non nisi de medietate tantum, cum reliqua, ex eiusdem Consuetudinis prouidentia spectet ad ipsos filios, ita vt in ea non possit moriens pater plus vni, quam alteri ex filijs relinquere, modò fac, vt pater filium habēs pupillum, vniuersalem illum instituat hæredem, eiq; in pupillari ætate decedenti aliquem substituatur, casu eueniente, vt hic filius in pupillari ætate decedat, matre superstitē, nūm mater ipsa itante hac expressa pupillari, à legitima excludatur?

Et resolutiue procedendo, puto, duos distinguendos esse casus, quorum primus est, si pater decedens bona tantum per ipsum quæsitā in eius hæreditate reliquit, & in hoc teneo indubitanter, matrem excludi, cum circa hoc nihil sit per ius municipale immutatam, quod est de iure communi, videatur *Ant. de Alex. in d. Consuet. Si aliquis moriens*, in additio. quæ incipit, *Immo videtur*, qui licet loquatur, quando cum substituto concurrunt agnati, ratio tamen, quam assignat, verificatur etiam, quando concurrit mater, sub illis verbis, *hoc autem videtur absurdum, quòd pater in bonis quæsitis per se ipsū non possit imponere legem, quam vult, & eam relinquere filio pupillo, ita quòd post mortem pupilli alius sit hæres.*

Secundus est casus, quando bona, super quibus pater filium pupillū hæredem scripsit, eiq; pupillariter substituuit, non sunt per ipsum quæsitā, sed antiqua, & sic à maioribus ei obuenta, & in hoc putauit *Ant. Capyc. in Consuetud. Filiusfamilias*, in additio. quæ incipit *Quid autem*, quem sequitur *P. Molfes. par. 2. de bonis, quæst. 23. num. 5.* matrem non solum excludi à legitima super

medietate, de qua potuit pater disponere, quod non est dubium, sed etiam ab altera medietate, quam, dicit, exclusā matris, spectare ad proximiores agnatos, adeò vt semel exclusā per pupillarem ab illa medietate, de qua poterat pater disponere, censeatur etiam exclusā ab altera, sicq; fieri locum proximioribus agnatis, ac si mater ipsa in medio non extaret, eandemq; opinionem implicite amplecti videtur *Afflic. de cis. 3 10.* dūm dicit, substitutionem pupillarem à patre filio factam de bonis antiquis, defuncto demum filio in pupillari ætate, non posse verificari, nisi in medietate bonorum antiquorum, cum altera medietas spectet ad proximiores agnatos, quæ propriè illorum legitima consuetudinaria appellatur, & quòd illa magis sit debita agnatis, quam matri in bonis filij, à qua potest mater per patrem priuari, sic filio pupillarem ordinando substitutionem, ad *tex. in l. precibus. c. de impub. & alijs substit.* cum alijs per eundem *Afflic. allegatis.*

Sed certè, salua pace tatorum Virorum, à contraria sententia nunquam animum meum diuertere potui, nimirum, vt in hac Vrbe Regia præclarissima nullatenus mater à legitima portione, de qua infra ob expressam pupillarem substitutionem à patre pupillo filio ordinatam excludi possit, & hoc supponendo pro verissimis duas conclusiones, de quibus nusquā nostrates dubitarunt, quarum prima est, *Consuetudines nostras tam de successione ex testamento, quam ab intestato loquentes cessare prorsus, matre, vel patre in medio existentibus, ita vt si quis ab intestato decesserit cum bonis antiquis paternis, matre, & proximioribus ex parte patris superstitibus, mater ad integram filij successionem admittitur, & agnati proximiores excludantur, sicq; non esse locum Consuetudini, quæ incipit *Si quis, vel si qua*, vt benè declarat *Napod. ibi num. 132. & 180. Capyc. Minado. De Franch. & alij per me relati lib. 1. c. 70. num. 5. & 6.**

7 & c. 142. in princ. & si cum testamento filius decesserit, tenetur parentibus legitimam super bonis antiquis relinquere, vt in *Consuetud. Filiusfamilias*, vbi *Napod. vers. si nolit, num. 18.* & in *Consuetud. Et si testator, in verbo proximiores*, vbi *Ant. Capyc. in additio. quæ incipit *Si ergò habet patrem, vel matrem, 104. Ang. Pisanell. in additio. incip. Vide in proxima consuetudine, & Pras. de Franch. dec. 606. num. 9.* vbi dicit hæc verba, *An pater, vel mater sint in medio, postquam eis, moriente filio cum filijs, nihil debetur, cuius contrarium est, quando**

moritur

moritur sine filijs, quia tunc, cum eorum sit prima causa, vel debetur successio tota, vel pars ipsius, morientibus filijs ab intestato, vel legitima eius decedentibus cum testamento, &c.

- 8 Secunda conclusio est, Neapolitanum, cum bonis antiquis decedentem, condito testamento, non posse censi testatum decessisse, nisi in medietate tantum dictorum bonorum, ex quo in reliquo intestatum decedere dicitur, siue supersint filij, siue agnati, qui ab intestato in medietate succedere dicuntur, ita *Napod.* tam in *Consuetud. Et si testator, num. 26.* quam in *Consuetud. Filiusfamilias, num. 11. in finalibus verbis, Marin. Frec. in d. Consuet. Et si testator, in additio.* quæ incipit *Nota, quod potest quis decedere, & Scipio Buciu. ibidem in additio. sequenti, vers. tamen durum est contra stimulum calcitrare,* hinc communiter dixerunt, substitutionem ab uno ex nostris civibus in testamento ordinatam, non nisi in medietate bonorum verificari posse, siue filius, siue proximior agnatus hæres institutus fuerit, ita *Napod. in d. Consuetud. Si aliquis moriens, num. 22.* ubi loquendo de substitutione pupillari filio facta, si contingeret, filium institutum in pupillari ætate mori, substitutum non nisi in medietate bonorum succedere posse, cum in reliqua medietate succedant proximiores agnati, subdens, hanc esse veritatem, idemq; latius asserit in *Consuetud. Filiusfamilias, in verb. possunt,* ubi dicit, quod licet
- 10 ad substitutos pupillares, non solum bona paterna spectent, sed etiam materna, ac undecunq; filio obuenta, ad *text. in l. sed si plures, §. ad substitutos, ff. de vulgar. & pupill.* attamen cum filius in pupillari ætate decedat, proximiores ex parte matris bonorum maternorum medietatem auocabunt, ac si ipse filius testamentum cõdidisset, id, quod satis bene explicat etiam *Molfes. par. 4. de successio. ab intestat. quæst. 61. a num. 15. ad finem,* quo loci supposito secundum *Consuetudines nostras* posse quem decedere pro parte testatus, & pro parte intestatum, dicit, substitutionem pupillarem à patre filio factam non posse habere locum super bonis præmortuæ matris, vel aliunde filio obuentis, primò, quia substitutio recipit declarationem ab institutione, & in illis bonis facta censetur, in quibus fuit facta institutio, iuribus per ipsum citatis. Secundò
- 11 cum iure isto municipali attento, possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sequitur necessariò dicendum, vt substitutio à patre filio facta ita interpretari debeat, vt valeat quoad illa

bona, de quibus poterit & pater, & filius disponere, nec obstat, subdit *Molfes.* pupillarem substitutionem trahi etiam ad bona pupilli, ad *text. in d. S. ad substitutos,* de quo tamèn aliqui dubitarunt, sed malè, vt bene per *Vinium commun. opin. lib. 2. opin. 864. n. 6.* quem *Molfes.* non vidit, nam vt idem *Vinius* aduertit, hoc procedit ad tollendum inconueniens, de quo in *l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* nimirum ne diceretur pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse, quod quidem inconueniens, cum attento iure nostro municipali cesset omnino, sequitur certè dicendum, vt de hac oppositione curandum non sit, & successiue, vt pupillaris substitutio verificari non possit, nisi quoad ea bona, de quibus pupillus maior effectus disponere potuisset.

- 12 Quibus sic præsuppositis, ad propositi dubij resolutionem deueniendo, dico sic, si verum est, prout verissimum, substitutione, quæ à Neapolitano fit, filio, vel agnato hærede instituto verificari non posse, nec aliter locum habere, nisi in medietate tantum bonorum antiquorum, de qua liberè poterat disponere, adhuc si filio pupillo facta esset, eueniente casu substitutionis, sicq; in casu nostro moriente filio in pupillari ætate, superstitibus substituto, matre, & agnatis, substitutus præcapit tantum medietatem illam, super qua cadit substitutio, & de hoc nemo dubitat, in alia autem medietate, in qua substitutio cadere non potest, concurrentibus ad illam acquirendam agnatis, & matre, certè agnati, vt succedere in illa possint alio iure se tueri non possunt, nisi dispositione *Consuetud. Si quis, vel si qua,* sed quia dispositio illa cessat omnino ex dictis in prima conclusione; patre, vel matre existente in medio, sequitur certè dicendum, vt mater, agnatis prorsus exclusis, in medietate illa succedat, semper enim, quòd mater cum agnatis prædefunctori filij cõcurrit, si sumus in causa intestati, omnes excludit, sin autem in causa testati, tenetur filius legitimam illi relinquere, vt supra fuit demonstratum, & pro indubitato affirmat *Præs. de Franch. decis. 606. nu. 9.* supra allegata, *vers. an pater, vel mater, ergò.*
- 13 Nec mea hæc sententia obstaculum aliquid recipere potest, quia *Anton. Capycius* loco in principio citato contrarium sentit, quem sequutus fuit *Molfes. cit. quæst. 23. n. 5. par. 2. tit. de bonis,* gratis enim *Capyc.* aduersus matrem respondit sine lege, ratione, aut *DD.* auctoritate, citat *Bar. in l. 1. §. si pater, antè num. 3. vers. ex hoc concludo ad aliam*

afflictionem, ff. de coniugat. & emancipat. liber. uem etiam retulit in *d. decis. 210. num. 5.* uis theorica est satis ad casum nostrum applicabilis, querit *Bart.* an stante statuto, ut mater non succedat filio morienti, perhibitis sibi fratribus carnalibus, succedere possit, si filius fecerit testamentum, & fratre præterito, extraneum non indignum instituerit heredem, arguit primò, uòd succedere debeat, quia frater tunc non succedit, ex quo præteritus, sed concludit contra, quia frater in hoc casu priatur successione factò defuncti, & actus riuationis non præcedit actum translationis in alterum, benè dixit *Bart.* quia existentia fratris, vigore statuti facit excludere matrem, in terminis verò nostrarum consuetudinum totum oppositum, quia existentia agnatorum nullius considerationis est matre superstite. Secundò in casu *ar. statutum* est illud, quod excludit matrem intestati filij successione, stante fratre, cum propter fratris existentiam, ab intestato nulla matri debeat legitima portio, sic etiam ex testamento, quoties enim ex, vel statutum alicui intestatam prohibet successione, certè ex testamento, contra defuncti voluntatem nihil pretendere potest, *Alex. in l. gallus, §. & quid si tantum, um. 16. ibi, quia non admittitur ad rumpendū, ui non succedit ab intestato, ff. de liber. & postum. ibiq; Bal. & DD. communiter, Mart. uor. 3. num. 10.* in casu autem nostro, & sic a tenore iure municipali huius Ciuitatis, & ab intestato, & ex testamento defertur matri successio, ergò.

Nec similiter obstat decisio relata per *afflict.* in *d. decis. 310.* ibi enim non fuit de hoc articulo dubitatum, ex quo mater non erat in medio, sic què agnati aperto iure, & absq; aliquo obstaculo successerunt in medietate bonorum, super qua pupillaris substitutio cadere non poterat, & quantumvis *afflict.* asserat, posse priuari matrem legitima, faciendo pater pupillo filio pupillarem substitutionem, hoc tamèn affirmat in terminis iuris communis, ad quod allegat *l. precium, C. de impub. & alijs substit. & super bonis,* in quibus pater liberam habet dispositionem, uolens demonstrare, quòd in hac Ciuitate, ubi pater familias de bonis antiquis non potest disponere, nisi de medietate, non possit super alia medietate in præiudicium agnatorum filio pupillarem ordinare substitutionem, & sic in casu illius decisionis quæstio erat inter agnatos, & substitutum, non inter agnatos, & matrem, put in casu nostro.

17 Et quatenus *Afflict.* asserat, alio iure deberi legitimam istis agnatis, & alio iure legitimam matri, ex quo ista medietas debetur agnatis per successionem uirtute *Consuetudinis*, sicq; dicit, magis esse illis debitam, quam legitimam matri in bonis filij. Respondeo, uerum esse, medietatem deberi agnatis uirtute *Consuetudinis*, & quòd illa sit magis debita agnatis, quam de iure communi debetur legitima matri, ex eo, quòd agnati nūquam medietate ista priuari possunt, secus mater, quæ de iure communi potest priuari legitima, in illo tamen dumtaxat casu, quando pater filio pupillo pupillarè ordinauit substitutionem, sed quòd attentò iure consuetudinario, concurrentibus ad succedendum in medietate agnatis, & matre, potior sit causa agnatorum, quam matris, sicq; magis medietatem illam dici debitam agnatis, quam matri, nec *Afflict.* nec alius ex nostraribus, quantumuis magnæ autoritatis Vir defendere nusquam poterit, probo, nam si apud nos procedit sine controuersia conclusio supra firmata, nimirum patrem in medietate bonorum antiquorum non posse filio pupillo pupillarem ordinare substitutionem, prout potest de iure communi in legitima filio de iure natura debita, dico Ego, quòd quando fit casus substitutionis, & substitutus succedit in medietate, super qua cadit substitutio, remanet alia medietas absq; substitutione, in eaque subintrat intestata pupilli successio, ad quam acquirendam, si instant agnati iuris municipalis prouidentia muniti, opponente matre, fit certè locus vulgato nostratum axiomati, ut parentibus in medio existentibus idem ius municipale cesset, & successiue mater illos excludit, ut supra fuit latius demonstratum.

Vndè, &c.

S Y N N A R I U M.

- 1 *Dos est restituenda uxorì vna cum antefato matrimonio separato quòd Thorum culpa mariti, sed an insimul cum dote, & antefato sint restituendi fructus, quos maritus licet pendente super diuortio ex corporibus dotibus percepit, nu. 2. 3. 6. & 18.*
- 4 *Sententia operatur, ut omnia ab initio retrahantur, & nu. 7.*
- 5 *Mater tenetur in subsidium alere filios.*
- 6 *Sententia à Iudice Ecclesiastico super diuortio prolata an declaratoria censenda sit, vel potius priuatiua, & num. 11. & 13.*

- 8 Sententia quæ dicitur declaratoria, & quæ priuatiua, & nu. 9.
- 10 Feudatarius occidens fratrem, ad hoc vt in cõmuni hereditate succedere possit, feudo priuatur.
- 12 Vxor potest petere separationem Thori, viro adulterante.
- 14 Clericus homicida beneficio priuatur, sed an ipso iure.
- 15 Clericus Beneficiatus beneficio sententia mediante priuatus an fructus medij temporis suos faciat, & nu. 7.
- 16 Feudatarius committens crimen læsæ Maiestatis, an quomquæ feudo per sententiã priuatur, fructus feudi suos faciat.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an separato matrimonio quoad Thorum culpa mariti, possit mulier, nedum repetere dotem, & donationem propter nuptias, sed etiam fructus dotis, quos maritus lite pendente super diuortio percepit. Sententia quæ dicitur declaratoria, & quæ priuatiua, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi *decisiones Sacr. Rot. Rom.*

C A P V T CXXX.



Matrimonio quoad Thorum, propter viri adulterium, vel sequitiam in vxorem, Iudicis Ecclesiastici sententia separato, esse locum restitutioni dotis, & donationis propter nuptias, siue antefati, fuit semper apud vtriusque iuris probatos Authores, cõtra controuersiam; sic enim probant *Caronista* communiter per illum *text. in cap. 1. de donationibus inter vir. & vxor. & Iurista* in *S. mitiores, Auth. de nupt. Seraph. decis. 1315. Vincent. de Franch. decis. 244. & 312. Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 455. num. 13.* & alij plures relati per *Riccium, & Nouar. in additio. ad D. de Franch. locis citatis.*

- 2 Sed elegantèr dubitatur, an infimul cã dote, & antefato possit vxor petere fructus, quos maritus lite pendente super diuortio ex corporibus dotalibus percepit?

Negant *Paul. de Castr. cons. 65. col. vlt. vers. secundò, quod non est verum, Barbof. in rubr. ff. solut. matr. par. 2. num. 45. & seq. Coler. de alimen. lib. 1. cap. 10. num. 28. cum seq. Gratianus discept. forens. lib. 2. cap. 244. num. 19. & 20. & alij asserentes, nullatenus licere mulieri in calu proposito dotis fructus petere, quos lite pendente super diuortio maritus exegit, si tamèn pro illo tempore alimenta assequuta est, ex eo, quia maritus antè Thori separationem verus dominus dotis dicitur; pro hac etiam sententiã afferri posset *authoritas glos. in d. cap. 1. de donatio. inter vir. & vxor. in verb. totam,* dùm quærens, an infimul cum dote, separato matrimonio, sint etiam restituendi fructus dotis, dicit, quòd non restituuntur, nisi illi, qui antè matrimonium obuenerunt, quia illi ipso iure augent dotem; sed post matrimonium obuientes fiunt mariti propter onera matrimonij substinenda, ergò argumentari potest, quòd dùm *glos. sentijt,* non esse restituendos, nisi fructus obuentos ex corporibus dotalibus antè matrimonium, non autè illos constante matrimonio perceptos, implicite negauit restitutionem lite pendente super diuortio perceptorum, dùm antè separationis sententiam adhuc matrimonium constans dicebatur.*

- 3 Contrariam verò sententiam pro muliere semel, atquè iterum probauit *Rota* primò in vna *Ianuenf. fructuum* sub die Lunæ 15. Maij 1634. coràm Illustrissimo Domino *Coccino Decano,* & in alia *Ianuenf. separationis Thori* sub die Lunæ 3. Iulij eiusdè anni coràm Illustrissimo Domino *Pironano,* his, inquam, principalioribus fundamētis, nimirum, quia lite pendente extitit vir in mala fide, quæ per litis contestationem contracta fuit, sicquæ cœpit scire, dotem ad se non pertinere, nec eum æquitate aliqua iuari posse, ex quo æquitas illa semper contra Virum vrget, quòd in legem matrimonij deliquerit, ac proindè non debet ex delicto fructum consequi; nec obstare, dictum fuit, quòd vxori lite pendente fuerunt præstita alimenta, quia non per hoc dici potest, plenariè substinuisse virum onera matrimonij; sed tantum pro illa rata alimentorum, quæ similiter pro rata inter dotis fructus excompntanda veniunt; nec aliquid facere *Barbof. & aliorum asseritionem,* quòd lite pendente maritus sit do-

minus dotis, quia cum per litem motam constitutur in mala fide, sequuta demum Thori separatione, sicut tenetur dotem restituere, sic etiam & fructus, cum hoc operetur sententia, ut omnia usque ab initio retrahantur, nec & tandem aliquid ob stare, sustinuisse Virum onera matrimonij, computando onus alendi communes filios, nam cum Thori separatio facta fuerit culpa mariti, ad ipsum filios alere spectabat, non autem ad mulierem, quæ solum in subsidium tenetur, §. *illud, Auth. ut liceat matri, & auia, Auth. si quando, C. de diuort. Gutierr. Canonic. questio. lib. 1. cap. 24. nu. 19.* sicque in eadem Rot. iudicatum coram eodem Illustrissimo Domino Decano in vna Romana fructuum dotis sub die 12. Maij 1625. hæc sunt principaliora motiua, quæ Sacrum illud Auditorium semel, atque iterum mouerunt ad sic pro mulieribus decidendum.

6 Quid autem dicendum? huius articuli resolutio, iudicio meo, pendet ab inuestigando, an sententia super diuortio propter viri scuitiam, vel adulterium à Iudice Ecclesiastico prolata, declaratoria censenda sit, vel potius priuatiua, nam si declaratoria, non est dubium, quod fructus dotis lite pendente per Virum percepti sunt vxori in simul cum dote, & antefato restituendi;

7 si verò priuatiua, secus; sententia enim declaratoria ad tempus commissæ culpæ, vel saltem litis motæ semper retrahitur, priuatiua verò non, *Costa in tract. de retrahac. cap. 8. casu 7. num. 14. ubi allegat Capyc. nostrum decis. 162. num. 15. id, quod ut fiat manifestissimum, sciendum est, illam dici sententiam declaratoriam, quando lex, uel statutum disposuit, ut si quis tale patrauerit crimen, sit ipso facto, uel ipso iure reus talis pœnæ, uel mox, siue statim incidat in talem pœnam, modò patrato illo delicto, sententia, quæ à Iudice profertur pro executione illius pœnæ, declaratoria appellatur; declarat enim, Titium tale commississe delictum, propter quod pœnam à iure impositam meretur; exemplum inter multa poni potest in clerico beneficiato delictum famosum committente, puta assassinium, propter quod cum à sacris canonibus statutum sit, ut ipso facto censeatur excommunicatus, ac ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio depositus, cap. pro humani, de homicid. in 6. sententia, quæ contra talem clericum profertur, declaratoria appellatur; sic etiam in committente crimen læsæ Maiestatis, pro quo statutum est, ut ipso facto, ipsoque iure tā-*

ti facinoris Reus bona amittat, ut in cap. Regni Bona proditorum, secundum ordinem 9 Nigri 171. sententia uerò priuatiua illa dicitur, quoties lex pro aliquo commisso delicto pœnam imponit; sed non disposuit, ut sic delinquens ipso iure in pœnam illam incurrat; sed mandat priuari; exemplum est etiam in clerico simplex homicidium patrante; pro quo delicto statuerunt Sacri Canones, ut ab Ecclesiastico Iudice beneficio priuetur, cap. cum non ab homine, de iudic. cap. clericus, ne clerici, vel monaci, cap. ex literis, de excess. prelatorum, modò sententia, qua mediante hic clericus beneficio priuatur, dicitur priuatiua; est etiam aliud exemplum in cap. 1. in tit. an ille, qui inter-

10 fec. fratrem, &c. in vsibus feud. ubi si feudatarius fratrem suum occiderit, ad hoc ut in communi hæreditate succedat, feudo priuabitur, at non ipso iure, prout si occidisset Dominum suum; sed à Iudice per sententiam, quæ priuatiua dicitur, idemque in filio uasalli dominum offendente, si enim uasallus à Domino requisitus, ut filium sic delinquentem coram ipso exhibeat, & non obediens, feudo priuabitur, cap. Imperialem, §. insuper, de prohib. feud. alienat. per Feder. quæ amissionis feudi sententia inde ferenda, priuatiua etiam appellatur, secundum Iacobin. de feud. in verb. dictique uasalli, nu. 9. uideantur, quæso, Doctores, qui hos terminos bene declarant in cap. 1. de feud. sine culp. non amitt. ubi Bald. num. 3. Affl. num. 3. Aluar. optimè eod. num. & in cap. 1. §. item si fidelis, num. 8. & ibi Præpos. num. 4. in titul. quib. mod. feud. amitt. Felinus omninò uidentus in cap. Rodulfus 35. num. 35. per totum, de rescriptis, idem Affl. in Constit. Si dubitatio, num. 14. Crauet. conf. 212. num. 2. Serader. elegantèr de feud. tom. 1. 2. par. 9. princip. sect. 8. num. 47. Garz. in tract. de benefic. par. 11. cap. 10. num. 58.

11 His sic cognitis inuestigemus illud, de quo supra dubitauimus, nimiram an sententia super diuortio prolata quoad thorum, sit declaratoria diudicanda, vel potius priuatiua, & quod nullatenus declaratoria appellari possit, sed tantum priuatiua, affirmo indubitanter; nullo enim iure, nullo uè Canone, aut Pontificia Constitutione cautum esse inuenimus, ut propter Viri adulterium, vel scuitiam in vxorem sit ipso iure locus diuortio quoad thorum, & successiue restitutioni dotis; nam quantum attinet ad adulterium, nec Canonem habemus, quo dispositum esset, ut viro adulterante possit coniux petere diuortium; om-

nes enim Canones (quibus cauetur, vt propter adulterium sit locus diuortio, & successiue restitutioni dotis) de vxoris a dultério loquuntur, vt in *cap. ex literis, de diuortijs, in cap. plerunq. de donatio. inter virū, & vxor. & cap. tna. de procur. cum aliis concordant. nām quantum attinet ad *tex. in cap. i. vt lite non contest. in quo vxor accusat virum de adulterio, non fait ibi dubitatum, an esset locus diuortio, sed aliud determinatur, vt videri potest, minus etiam id probatur in *can. Christiana Religio 37. quest. 6. ibi enim de diuortio verbum nullum, sed tantum in eo dicitur, quod Christiana Religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat; sed illud autem a sacris Canonibus statutum esse comperimus, vt viro spirituale committente adulterium, & sic a Christiana Religione recedente, possit vxor diuortium petere; est tamen verissimum ex communi *Doctorum sententia, posse mulierem propter viri adulterium separationem petere, sicq. millies decimum ex identitate rationis, vt videre est pœnes *Rico decis. 5. par. 3. sed non quod ita sit expresse a iure dispositum; quantum verò atinet ad scuitiam, tantum abest, quod propter illam non est locus diuortio ipso iure, vt particulari *Constitutione statutum sit, nē valeat coniux a viro recedere, lite super diuortio pendente, & ubi propria recesserit auctoritate, posse virum restitutionem petere, cum semper presumpcio sit contra eam, quæ sine iudicio Ecclesiæ, sed sua tantum temeritate recessit a viro, sunt verba *textus in vulgato *cap. literas, de restit. spoliat. ubi hoc tantum limitat Sum. Pontifex, quoties tanta esset viri scuitia, vt mulieri tepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, tunc enim non solum, non est marito restituenda, sed ab eo potius amouenda; Dico ergo in utroq. calu, a dult********

12

13

terii iniuriam, & scuitiæ, nullo iure cautū esse, ut viro sic delinquente, ipso iure, vel ipso facto sit locus diuortio, ita ut sententia, quæ inde proferretur, dici possit delicti declaratiua, sicq. cum talis nullo modo, nulloq. pacto censeri possit, cogimur affirmare, ut non sit, nisi priuatiua, quod trahit secum necessarium consequens, ut fructus, qui ex dote percipiuntur lite pendente, ad virum spectet irrevocabiliter, nō autem ad uxorem, quousq; per sententiam fuerit super diuortio pronunciatum; probatur hoc axioma ex cōmunitèr dictis per *Canonistas, signatè recentiores in materia beneficiati, quod quamuis a sacris Canoni-*

14 bus, vt supra annuimus, statutum sit, ut clericus homicida sit beneficio priuandus, quia tamen non ipso iure, sed per sententiam, ut in *c. cum non ab homine, in c. clericis, & in *cap. ex literis supra allegatis, dixerunt omnes, quod donec per sententiam prouetur, suos facit fructus irrevocabiliter, quia si potest usque ad sententiam beneficium licitè retinere, poterit & fructus licitè percipere, & suos facere, ita *Cardin. in clement. Constitutionem, §. ceterum, in fine, de election. Felu. in cap. de quarta, num. 33. de prescript. Boer. decis. 98 num. 4. Navar. cons. 41. de homicid. cons. 69. & cons. 97. de Simon. & cons. 14. de cler. excom. 10. Vel. de panis delict. cap. 15. vers. secundo ex prædicta doctrina. Guier. lib. 2. canonic. quest. cap. 5. à nu. 7. Zaccagl. com. contra com. quest. 569. vbi sic decusum testatur, glos. allegando insignem, quam, dicit *Io. Vela paulò ante citatus a nemine ante ipsum fuisse allegatam in *S. i. in verb. imminere, in fine, de incest. nupt. quæ uult, priuatiuum per sententiam suos fructus tacere medijs temporis perceptos, & alii plures, quos citat, & loquitur *Garz. de benef. par. 1. cap. 10 num. 48. ubi numeris sequentibus multorum auctoritate docet, secus esse in clerico famosum patrate delictum, pro quo ipso iure dicitur beneficio priuatus, ut in *Galasso, in occidente Episcopum, prop. r. Prælatum, Cardinalem, &c. in his enim casibus, quia sententia, quæ inde proferretur, declaratoria appellatur, sicque ad tempus delicti retrahitur ad differentiam priuatiuæ, quæ retrahi non potest, ut ex *Costa supra diximus, fructus omnes post delictum a clerico ipso perceptos suos se-********

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

si delicti percepti ad Fiscum spectabunt; at in alijs criminibus, pro quibus delinques bonis suis per sententiam priuarur, fructus, non à die commissi delicti; sed à die sententiæ prolatæ Fisco quæruntur, sicque medijs temporis perceptos suos facere delinquentem, subdens *Peregr.* ità distingueret *Curt. Sen. cons. 60. num. 30.* sicque etiam seruari apud Serenissimum illud Venetum Dominium.

18 Vndè pro marito in occurrenti contro- uersia firma remanet nostra sententia, quâ in foro fori supposita alimentorum præ- statione lite pendente, nullam posse pati difficultatem constanter affirmo, licet in foro interiori satis de ea dubitarem, maxi- mè quando separationis iudicium ad lon- gum tempus, viro calumniosè dilatante, fuerit protractum, prout in casibus dictarû *Rota decisio num.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Matrimonium iure communi attentò quomo- dò celebratur; & quid attenda dispositione Sacri Trid. Conc. & nu. 2.*
- 3 *Denunciations pro matrimonio celebrando an sint de substantia matrimonij.*
- 4 *Matrimonium vt legitime contractum dica- tur sat est Parochi præsentia, quamuis dis- sentiat.*
- 5 *Matrimonium attenda dispositione iuris com- munit an dicatur legitime contractum, si scriptura aliqua mediante vir, & mulier de- clarauerint, quòd inuicem matrimonium con- trahunt, & nu. 6. 7. 9. 10. 12. & 14.*
- 8 *Consensus est causa efficiens, & substantialis matrimonij.*
- 11 *Distio inuicem, & vicissim quid importat.*
- 13 *Concilium Tridentinum non fuit publica- tum in Ducatu Montensi Archiepiscopatus Colonia.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an matrimonium, atten- to iure communi legitime per verba de præsentì con- tractum dici possit, si scri- ptura aliqua mediante vir, & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium con-

trahunt, nec se fore sep aran- dos, quousquè Deus, & mors separet, sic declaratio nem hâc propria manu subscribē- tes, vbi *decisio Sac. Rot. Rom.*

C A P. CXXXI.



Matrimonium iure com- muni attentò, quòd le- gitime contractum in- telligatur absquè alia sollemnitate, eo ipso, quòd vir, & mulier inui- cem promittunt, quòd

ab eo tempore se pro coniugibus habebût, est *textus* satis clarus, & vulgatus in *cap. ex parte, extra de sponsal. & matrim.* idemquè si vir dixisset, nolo aliam, nisi te in vxorem habere, & mulier per eadem verba respon- derit, vel si dixerit vir, promitto, quòd non dimittam te pro meliori, vel peiori, sic pa- ritèr muliere respòdente, ità post *Hostiens. & Ang. docet Syluest. in summ. in verb. matri- monium, il. 2. num. 10.* vbi addit, quòd quan- do de contrahentium mente, vel intentio- ne constat, quòd voluerint masculus, & fe- mina matrimonium contrahere, de verbis quòd ad Deum, & in foro conscientiæ curâ- dum non est, quia quotiès contrahere in- tendunt, quocunquè signo concomitante, semper est matrimonium, adhuc si verba, in consensum de futuro sonarent; hoc ta- mèn, vt dixi, de iure communi, secus verò attenda dispositione *Sacri Trid. Conc. sess. 24. cap. 1. de refor.* quo sancitum habemus, tunc dici matrimonium legitime contra- ctum esse, quando peractis à proprio con- trahentium Parocho in tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum sollemnia tribus denunciationibus, vt Po- pulo innotescat, inter quos etit matrimo- nium contrahendum, nullo se offerente impedimento, vir, & mulier in facie Eccle- siæ se præsentant, & coràm Parocho duo- bus, vel tribus testibus præsentibus eorum mutuum consensum ad eiusdem Parochi interrogationem præcedentem declarent, quo intellecto, dicat Parochus *Ego vos con- iungo in matrimonium, in nomine Patris, &c.* est tamèn verum pro intelligentia huius sacrosanctæ dispositionis, denunciations non esse ità de substantia, aut forma, vt ea- rum omisso vitiet matrimonium sine illis

contractum, sed tantum grauitèr peccare Parochum sic matrimonium sine legitima causa celebrantem, ita Nauar. in summ. cap. 23. nu. 70. vers. secundò aduertendum, & conf. 17. num. 4. de sponsal in nouis, Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 5. Rot. decis. 390. num. 5. par. 2. in collect. per Frinat. & 247. num. 12. in collect. per Postiū post tract. de manutenn. & alij infiniti, quos refert Barhof. in collect. ad Conc. Trident. d. cap. 1. num. 28. & 29. Sic pariter nec dici potest, matrimonium non fuisse legitime contractum ex eo, quòd Parochus virum, & mulierem de eorum mutuo consensu non interrogauit, cum ad substantiam matrimonij sat sit eius presentia tantum, quamuis sit ille compulsus, & dolose ad certum locum ductus, dummodò probè intelligat contrahentiū verba, licet ipse nulla verba proferat, immò aures claudat, & affectatè contrahentium consensum non audiat, nequè intelligat, ita pluribus relatis docet Rot. dec. 431. tom. 2. par. 4. recent. vbi Addentes, & 625. tom. 3. eiusdem part. 4. recentior. Ricc. part. 1. prax. Ecol. resol. 255. & de anno 1591. declarauit Sacra Concilij Congregatio ad interpretationem d. cap. 1. & per hæc verba, Congregatio Concilij censuit, matrimonium coram Parocho, & testibus contractum, nisi aliud obstat, validum esse, quamuis Parochus inuitus interfuerit, & alia de causa, quam ut matrimonio interesset à contrahentibus accessitus fuerit, cum tamen ad actum matrimonij verè, & formalitèr fuerit adhibitus.

Sed attenda in matrimonijs contrahendis dispositione iuris communis, quo nulla est certa forma determinata, & in illis Catholica Religionis Prouincijs, in quibus hoc Sacrum Tridentinum Concilium Ecclesie Sancte Dei lumen non fuit publicatum, quaritur elegantèr, an matrimonium legitime per verba de presenti contractum dici possit, si scriptura aliqua mediante, vir, & mulier declarauerint, quòd inuicem matrimonium contrahunt, nec se fore separandos, quousquè Deus, & mors separet, sic declarationem hanc propria manu subscribentes, & affirmatiuè resoluit Rota sub die 22. Ianuarij 1640. in vna Coloniens. Matrimonij coram Eminentissimo D. Cardinali Patziolo, tunc Sacre Rote dignissimo Auditore, & per hæc notabilia verba, adhuc alibi non impressa,

22. Ianuarij 1640.

- 6 Degenardus, & Margarita apocam exararunt per hæc verba, Nos Degenardus à Buren, & Margarita à Bauruinkel profiteremur coram Deo, & hominibus, quòd nobis inuicem matrimonium addicimus, & contrahimus, nec nos separaturas, quousquè nos Deus, & mors separet, quòd promitte Ego Margarita, vicissim Ego Degenardus sub priuatione salutis vtriusquè nostrum, atquè ita commendamus nos inuicem in fidem, & patrocinium Altissimi, etc. quæ apocam propria manu subscripserunt.
- 7 Cum autem Degenardus instaret, quòd Margarita sibi vti verò coniugi obsequia præstaret, Margarita verò prætenderet, quòd apoca solum contineret promissionem de contrahendo, non autem matrimonium ratum, Degenardus eam conuenit coram Officiali Coloniens. qui seruatis seruandis pronunciauit, apocam prædictâ continere matrimonium ratum, non autem promissionem de contrahendo, quæ sententia fuit postea tã à Domino Nuncio Apostolico ibi degente, quã tertio loco ab Episcopo Ruremundenfi confirmata, ac demum illarum executio Archiepiscopo Mogunino in vim rescripti sanctissimi demandata, quatenus ei constaret de veribus, prout de illis constare pronunciauit.
- 8 Verum quia prædictis non obstantibus Margarita causam mihi coniugi obtinuit, sub prætextu restitutionis in integrum ex capite notorie iniustitiz, dedi dubium, an inter prædictos constaret de matrimonio valido, & post plures cause propositiones, pro affirmatiua responsum fuit, quia ex dicta apoca vtriusquè manu subscripta visum est apparere de mutuo eorundem consensu, importante matrimonio, qui consensus est illius causa efficiens, ac substantialis, cap. cum locum, cap. cum apud, cap. cum tu e, de sponsal. & matr. can. sufficiat 27. q. 2. Card. in cap. ad id, nu. 1. vers. ratio decidendi, vbi Abb. num. 4. de sponsal. l. nuptias, ff. de reg. iur. Paris. conf. 86. nu. 39. lib. 3. Spino in spec. testam. glos. 1. num. 1. & seqq. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 1. num. 4. Gutierr. cod. tract. c. 46. num. 1. Mantie. de tac. lib. 20. tit. 1. num. 8. & tit. 3. n. 7. Grat. discept. 754. num. 39. Rot. decis. 687. n. 2. par. 2. ver. ita vt tante consensu copula non requiratur, l. nuptias, ff. de reg. iur. Abb. in cap. licet. n. 4. de spons. duorum, Cavaler. dec. 166. n. 4.
- 9 Quòd autem apoca contineret mutuum consensum importante matrimonio, de presenti, ex eo deducebatur, quòd coniuges vtuntur his verbis. Nobis inuicem matrimonium addicimus, & contrahimus, & qui autem coram Deo profiteretur, se matrimo-

nium contrahere, dicitur prestare consensum actui de presenti, non autem promittere actum de futuro, ad probandum enim matrimonium sufficit, quod verba inter coniuges prolata possunt importare mutuum consensum, inspecta eorum significatione, iuxta text. in cap. ex parte, c. ex literis, cap. de sponsal. glos. in can. si quis 30. q. 1. & dixit Rot. in Granaten. matrimonij 28. Aprilis 1636 coram R. P. D. meo Prospero, ea ratione, quia cum ad contrahendum matrimonium de iure non sit determinata certa forma, satis sit, quod consensus quoquo modo exprimitur, Card. in elem. univ. nu. 10. ad fin. vers. quia nulla sunt, de consang. & affn. l. 2. p. alleg. 5. num. 17. Rot. decis. 74. nu. 2. ante med. ver. nulla enim, par. 4. recent.

10 Præterea ponderabatur, quod statim post verbum *contrahimus* subdunt coniuges illa verba, *nos nos separabimus, quousque nos Deus, & mors separet, &c.* cum enim nolunt se posse separari ab alio, quam à morte, signum est, quod se in dissolubilitate in matrimonium coniunxerunt, cum de essentia matrimonij tam rati, quam consummati sit durare usque ad mortem, ut in cap. univ. de voto, in 6. & statuit Sac. Concil. Trid. sess. 24. de matrim. late Sanchez in suo tract. lib. 2. disput. 13. sub num. 4. quem etiam intellectum fortius confirmant illa verba apocæ, ibi, *quod promitto Ego Margarita me observaturam, vicissim Ego Degenardus sub priuatione salutis vtriusque nostrum* hæc enim mutua responsio inter contrahentes videtur importare matrimonium de presenti, non autem sponsalia, iuxta tradita per Doct. in cap. ex parte, de sponsal. l. 1. in l. actione, sub nu. 4. vers. item ad prædicta, vbi Dec. sub num. 7. testatur de communi, C. de tractat. Alex. de Nevo. cons. 8. num. 4. vers. qui deponunt, Dec. cons. 162. nu. 1. vers. non ne estis, lib. 1. Ferrer. cons. 79. num. 7. in fin. cum seq. lib. 1. Caputq. decis. 24. lib. 2. in manuscript. Seraphin. decis. 270. num. 1. vbi etiam de communi, & reprobat opinionem Couar. contrarium tenentis.

11 Vtremque mutuum consensus inter prædictos clare videbatur elici ex dictionibus *invidem, & vicissim*, soppis in tam breui apocæ repetitis, ibi, *invidem matrimonium addimus, & ibi, vicissim Ego Degenardus, & ibi, atq. in commendamus nos invidem, &c.* ita ut de mutuo consensu non liceat dubitare, cum simus in matrimonio, & in dubio pro eo sit præsumendum, ut post Bur. in d. c. ex parte, nu. 10. post med. vers. si sine dictione, de sponsal. tradit Menoch. lib. 3. præsumpt. 3. in fin.

12 Non obstat, quod apocæ, de qua agitur

cum sit Germanico sermone concepta, verbum *vertrauen* in ea appositum à Scribentibus pro Margarita dicatur importare sponsalia, non autem matrimonium, quia vtrū quod ex tribus sententijs cõformibus prolatis in partibus ad fauorem Degenardi constat de contraria dicti verbi intelligentia, nihilominus cum agatur de causa matrimoniali, pro cuius decisione nulla diligentia videtur superuacanea. Domini ordinarunt, ut apocæ à duobus Viris omni exceptione maioribus de partium consensu eligendis interpretaretur, prout partes vnanimi consensu ad hoc elegerunt Patrem Assistentem Germanicæ Societatis IESV, ac Patrem Pœnitentiarium inferioris Germanicæ in Ecclesia S. Petri de Vrbe, cum facultate in casu discordiæ eligendi tertium Peritum de partibus vicinis Colonie, qui Patres vnanimi voto apocæ interpretati sunt, prout superius posita sunt, affirmantes insuper, d. vocem Germanicam *vertrauen* se non esse interpretatos per verbum *desponsamus*, quod latius patet, quam idiotissimus patriæ, hoc est Germanicæ inferioris patiatur, sed per verbum *contrahimus*, quod dictionis *vertrauen* propriam, ac genuinam significationem in materia consensus in matrimonium ex usu patriæ plenè reddit, & exhaurit, & proinde Idiotæ præsertim, & Vulgares homines malint hoc sermone *vertrauen* in matrimonij cõtrahendis vti, quam alijs quibusvis plenioribus, & simplicioribus verbis, puta *in uxorem, & maritum accipere*, postquam interpretationem cum Scribentes pro Marganita allegauerint, quod prædicti Patres interpretati quidem fuerint apocæ, que reperitur in processu confecto in prima instantia coram Officiali Colonienf. nõ autem illam, que est in processu coram me producto, Domini ordinarunt, ut ad interpretationem apocæ coram me deueniretur, quocirca Patres prædicti retulerunt, singularem Germanicam ab ipsis interpretatam esse eiusdem omninò tenoris, & de verbo ad verbum concordare cum alia, que reperitur in processu coram me producto, ita ut eadem interpretatio vtrique conueniat, quapropter cum ex verbis apocæ resultet matrimonium ratum, non autem sponsalia, ut supra firmatum fuit, procedendum est iuxta terminos cap. ex literis, il primo, de sponsal. matr. vbi quod verba obscure prolata ad communem intelligentiam, sunt reducenda, ita ut qui illa protulerant, cogantur postea in eo sensu retinere, & fa-

- cit. text. in l. non aliter ff. de leg. 3. Couar. in epit. super 4. decret. p. 2. c. 4. §. 1. num. 4. vers. vel si communis; Gutierrez. cau. quæst. lib. 1. c. 21. nu. 3. ubi de communi, Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 18. in fin. & num. 26. Rot. dec. 121. nu. 23. vers. vel quando, par. 1. diuers. Seraph. dec. 140.
- 13 Nec refragatur, cum hoc matrimonium non fuerit contractum iuxta formam præscriptam à Sac. Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. non videatur attendendum, quia cum in Ducatu Montensi Archiepiscopatus Coloniz Concilium non fuerit publicatum, ut constat ex attestazione in forma authentica transmissa, Concilij dispositio non ligat, ut habetur in fine decreti publicationis in eo appositi, & ideò sufficit, si matrimonium sit contractum iuxta dispositionem iuris antiqui, ita Saurbez de matrim. lib. 3. disp. 18. num. 1. Ponz. de Leon. eod. tract. c. 7. u. 7. lib. 5. Seraphiu. decis. 189. num. 3. Rot. decis. 610. num. 4. p. 5. recent.
- 14 Minus releuat, quòd Margarita à Degenardo non requisita spontè aliam apocam confecerit, ex qua videtur colligi, quòd inter ipsos non intercessit matrimonium de præfenti, sed tantum sponsalia, quia apoca prædicta videtur potius continere transactionem super lite facta occasione dicti matrimonij, quam recessum à matrimonio, idque euidentè ex eo constat, quòd Degenardus post assertam concordiam litem, prosequutus est, & pro validitate sui matrimonij tres sententias fauorabiles reportauit, & in Rota illarum confirmationem, ac executionem instantèr petit, vltra quòd quando etiam Degenardus à matrimonio recedere voluisset, non potuisset, cum non sit in potestate partium à matrimonio recedere, iuxta vulgat. *quos Deus coniunxit, homo non separet*, §. 1. Instit. de nupt. cap. illud, in fin. de præsumpt. cap. super eo, de eo, qui cognouit consang. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 1. num. 1. & 8. Mantica de tacit. lib. 12. tit. 17. num. 7. cum seq. & in terminis, quòd non possit transigi super matrimonio iam contracto ad illud dissoluendum, est text. in cap. fin. & ibi glos. verb. Sacram. de transact.

Non obstat, quòd si Margarita verè cum Degenardo matrimonium contraxisset, ad alias nuptias nõ conuolasset, nec cum alio se carnaliter copulasset, quia credulitas Margaritæ quòd primæ non essent nuptiæ, sed sponsiones, non facit, quòd ipsa licitè ad secundum matrimonium deuenire poterit, cum in hac materia, non opinio partium, sed veritas per Ecclesiæ iudicium sit attendenda. Et ita, &c.

S V M M A R I U M.

- 1 Matrimonium si quis malis artibus contraxerit an pœna aliqua puniri possit.
- 2 Consensus parentum an requiratur in matrimonijs perficiendis.
- 3 Mala multa oriuntur ex matrimonijs, quæ malis artibus contrahuntur.
- 4 Statutum puniens matrimonium contrahentem cum aliqua puella absq; illius patris consensu an subsistat.
- 5 Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, quandoq; Deo Omnipotenti gratum non est, ex sententia Card. Bellarmin.
- 6 Liberum esse ad malum faciendum potius imperfectio est libertatis.
- 7 Sponsalia si malis artibus contracta sunt, omninò veniunt dirimenda.
- 8 Iustitia ad malum faciendum non obligat.
- 9 Constitutio Regni Sancimus sub tit. de matrim. contrahendis quid disponat, annuitur.
- 10 Matrimonium contrahere absq; parentum auctoritate est contra ciuilem, & naturalem rationem.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an si quis furtim, ac malis artibus matrimonium contraxerit, nullo præcedente patris, vel matris puellæ consensu, Principis secularis arbitrio pœna aliqua puniri possit.

C A P. CXXXII.

- 1 **M**atrimonium furtim, ac malis artibus si quis contraxerit, nullo præcedente patris, siue matris puellæ consensu, dubitatur, an Principis secularis arbitrio pœna aliqua puniri possit?

Respondeo, citrà omne dubium affirmatiuè, ratione publici scandali, & iniuriæ, quam parentes passi sunt; nam quamuis attento nouissimo iure Sacri Trid. Conc. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. nullus parentum consensus in matrimonijs perficiendis requiratur, indèque statutum, ut matrimonij essentia in solo coniugum consensu, & Parochi præsentia cum duobus, vel tribus testibus consistat, attamen ex rece-

præmissa DD. sententia negari non potest, quin hi tales, qui sic factim, & malis artibus contraxerunt, mortaliter peccauerint, ita post *Sanch. Agid. de Coniuch. & Vazqu.* docent *Casp. Hurt. ad. de matrimo. disput. 6. diff. 21. 20. & Augustin. Barbof. in collect. ad præcit. cap. 1. Sac. Trid. Conc. num. 2.* etiam matrimonia hæc dum secretò celebrantur, & ut plurimum per procuratores, quos puella parentibus inscijs constituunt, certo modo clandestina appellantur, indeque scandalum Reipublicæ, odium parentum, in filios, dissensiones inter consanguineos, ceteraque magni ponderis mala oriuntur, videatur, quælo, *Didacus Perez Doctor Hispanus*, qui hæc omnia bene obseruauit ad *l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinam.* ubi etiam notabiliter dicit, quod quamuis laicorum statutum puniens contrahentem matrimonium cum aliqua puella absque patris, vel matris consensu non subsistat, ex *Io. Andr. in cap. statutum, de hæret. in 6. atramèn,* quia bonos mores omnium concernit, & maximè prudentum, tenet, non quia matrimonii substantiam vetet (hoc enim solius summi Pastoris est) sed quia punit malos mores, & in Republica facinora feminantes: Hinc magnus *Cardinalis Bellarm. de matrimonij sacram. lib. 1. cap. 26. col. 3. vers. sic igitur,* existimauit, matrimonium, quod inter fideles contrahitur quandoque Deo Omnipotenti gratum non esse; si enim, dicit ipse, ad libidinem explendam temere, sine patris, vel matris consilio coniugium ineatur, non erit auctor Deus, sed Diabolus, vnde Princeps secularis debet quantum potest tale matrimonium, quod absque ratione iugitis parentibus, & consanguineis contrahitur, impedire, & Index Ecclesiasticus non solum ex obligatione correctionis fraternæ; sed etiam ex proprio pastoralis officio talia conubia dissuadere teneretur, docet *P. Rebellus de obligatio. iustit. lib. 2. tract. matrim. quest. 14. sect. 1. col. 3. vers. at dicit;* nec ex hoc, addit hic *Doctor,* matrimonij libertatem lædi, nam potius illa regulatur, & perficitur, dum pater, vel mater ex officio, quo tenetur, curat, ut filia non male, sed bene nubat, etenim esse quem liberum ad malum faciendum potius imperfectio est libertatis, & defectus, quam conditio necessaria, alioquin si necessarium esset ad libertatem, ut quis posset facere malum, nec Deus, nec Angeli Sancti liberi dicerentur, ut ait *D. Bernard. lib. de gratia, & libero arbitr. siquidem nec Deus, nec Angeli possunt male vri sua libertate, cum ta-*

mè perfectissima libertate præditi sint, sicque concludit *P. Rebellus,* nullatenus ab Ecclesia bonorum morum, ac probitatis magistra facultatem filiabus in parentum potestate manentibus concedi debere, ad cum peccato contrahendum, idemque affirmat *P. Basil. de Leon. lib. 2. de matrim. cap. 1. §. 2. num. 27. & 28. & Iacob. Menoch. conf. 96. lib. 1. d. num. 32.*

7 Quibus sic consideratis, putarunt aliqui, quod si malis artibus sponsalia essent contracta, illa omnino dirimenda esse, si exinde graues inimicitia, & odia inter consanguineos sponsi, & sponsæ oriri possent, ita *Bonac. quest. 1. punct. 2. tract. de magno matrim. sacram. & Nauar. eod. tit. cap. 32. n. 27.*

8 circa finem, ratio assignatur, nam iustitia, ad malum faciendum non obligat, quod autem malum sit matrimonium cum aliorum scandalo celebrare, exclamant *P. Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 14. num. 2. Emmanuel Sd in verb. restitutio, num. 24. & Azor. de restit. cap. 3. §. 1. dub. 2. num. 17. Reginal. lib. 3. tit. num. 255. & 264. Coniuch. disp. 23. dub. 8. num. 68. Azor. instit. moral. 3. par. lib. 5. quest. 3. & alii poenens Io. Guaierr. de matrim. cap. 4. num. 4.* qui loquitur etiam, ubi virginis defloratio sub matrimonii spe sequuta esset, & quod inter contrahentes nulla sit disparitas, quod pariter placuit *Sanch. disp. 14. num. 3.* vnde

9 *Rogerus olim Rex nosster* volens mala hæc in hoc Regno euitare, particulari lege sanciuit, necessitatemque sub grauissimis poenis vniuersis hominibus Regni imposuit, & maximè nobilibus, ut matrimonia sollempniter, & publice celebrentur, ita cautum est in *Constit. Saucimus, sub tit. de matrim. cōtrah. & habetur etiam in Cap. Regis Roberti, quod incipit Non sine mortalis, ubi Io. Ant. de Nigris num. 49. ex Bald. in l. vnica, num. 17. C. de rapt. virg. notat, eum, qui cupit aliquam in uxorem ducere, teneri tam de iure, quam*

10 de consuetudine puellæ parentes requirere, nam contra civilem, & naturalem rationem esse absque parentum auctoritate nubere, scripsit *Imperator in §. 1. Instit. de nupt.* quis enim non videt, ex matrimonio, inscijs, vel inuitis parentibus puellæ contracto eisdem grauem iniuriam inferri, saltem propter iacturam virginalis pudoris propriarum filiarum, ad tradita per *D. Ambros. in can. honoratur 32. quest. 2. & per Couar. de sp̄sal. 2. par. §. 8. num. 1. & successiuè dum quis sic temere contrahit, ut ad aliorum exemplum trahatur, Principis arbitrio venit omnino puniendus.*

S U M M A R I V M.

- 1 Meliorationes in feudo factæ, si inseparabiles sunt, defuncto feudatario meliorante cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero in allodio, illarum æstimatio ad hæredem in allodio spectat, sed quod nam tempus in æstimatione faciendâ sit inspiciendum, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. & 16.
- 2 Successor Maioratus, qui illum melioravit recuperat valorem, & æstimationem meliorationum secundum tempus solutionis.
- 3 Emphyteuta, emphyteusi finita, meliorationes in re factas à drecto domino recuperat, restitutionis inspecto tempore.
- 4 Possessor alicuius rei hypothecaria conveniens, eoque condemnato recuperat meliorationes in re factas, iuxta æstimationem temporis condemnationis.
- 7 Maritus, qui matrimonio constante melioravit fundum dotalem, eo demum soluto, recuperat meliorationum æstimationes, habito respectu ad tempus restitutionis dotis.
- 8 Exceptio meliorationum opposita post sententiam condemnatoriam ad relaxandum, an illius executionem impediat, & num. 19.

A R G V M E N T V M.

Agitur, quod nam tempus veniat inspiciendum in æstimandis meliorationibus inseparabilibus in feudo factis, quæ per hæredem in feudalibus hæredi in allodio soluendæ sunt, tempus nimirum restitutionis, an verò iuxta illud, quo impensæ factæ sunt; tuius occasione latè tractatur hæc meliorationum æstimatio, pro ornatu, & declaratione *tex. in l. in fundo 39. ff. de rei uendicat* & in *l. Doms 61. ff. de legat. 1.* Item exceptio meliorationum an sententiæ executionem impediat.

C A P. CXXXIIL.



Meliorationes in bonis feudalibus factæ, si inseparabiles sunt, defuncto feudatario meliorante, cum duobus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, certum est de iure, quòd illarum æstimatio ad hæredem in allodio spectat, ita *Reg. de Pont. cons. 52. num. 34. ad finem, Scader. tract. de feud. 2. par. 11. principal. quest. 5. an. 47. & per alios passim.*

- 1 Sed quæstionis est, quo nam modo sit faciendâ æstimatio hæc, ut scilicet illud solvatur, quòd impensum est, vel potius meliorationum valor sit attendendus, mortis feudatarii tempore inspecto?

Doctores nostri in articulo generali proponunt quæstionem, cum meliorationum æstimatio sit possessori melioranti solvenda, vel eius hæredibus, quòd nam sit tempus attendendum, an præteritum, factæ nimirum meliorationis, quòd est quantum in meliorando expensum est, an verò præsens quanti meliorationes æstimantur? sunt enim, qui putarunt, præteritum tempus esse inspiciendum, & sic ut illud tantum solvatur, quòd in meliorando impensum est, ita ut si centum expendero, ob quam impensam res est in biscentum meliorata, centum dumtaxat debeantur, & è contrâ, si expendero biscentum, sed fundus non nisi in centum fuerit melioratus, ut non nisi centum repetere possim; sic sanè attenta dispositione *tex. in l. in fundo 39. ff. de rei uend. scripserunt gl. ibidem in verbo plus precio, Abb. in cap. 1. de restit. in integr. & in cap. quod quibusdam, de fideiussor. Felin. in cap. cum causa, num. 28. de re iudic. & in cons. 42. num. 9. vbi dixit, quòd si plantata reperitur vinea, quæ præfenti inspecto tempore fertilissima est, id, quòd nunc valet, plantanti soluendum non est, sed id tantum, quòd in plantatione impensum est. Paul. de Castr. cons. 270. col. 2. vers. & per l. in fundo, lib. 2. Curt. iun. cons. 144. num. 7. lib. 2. Ant. Capyc. decis. 93. num. 9. Bursat. cons. 11. num. 40. & cons. 71. num. 22. Brun. cons. 106. in fine, Sylvan. cons. 49. num. 75. Marzar. tract. de fideicom. quest. 65. vers. regula enim est, vbi dicit, ita per Rotam Florentinam iudicatum, Negusanx. tract. de pignor. 4. membr. 5. par. nu. 11. Alciat. cons. 186. num. 7. Joseph Ludovic. decis. Perus. 58. num. 15. Garz. tract. de expens. & meliorat. cap. final. num. 1. Tiraqueti. tract. de*

retract. conuent. §. 7. num. 8. *Ant. Gam. decis.* 137. *Petr. tract. de fideicom. quæst.* 15. nu. 271. *Gratian. decis. March.* 225. nu. 19. *vers. licet secundum alios, vbi plures citat, Fusar. tract. de substat. quæst.* 669. num. 4. aliiquæ passim.

4 Contrariam verò sententiam, nimirum, vt in æstimandis meliorationibus sit restitutionis, & sic præsens tempus attendendum, non autem quod in meliorando impensum est, per *tex. expressum in l. domos 61. ff. de legat. 1. fundarunt ibidem Iacob. de Aren. Bart. Bald. Ang. Paul. de Cast. Imol. Alex. Ias. & alii, Boer. det.* 44. num. 12. *Crauet. conf.* 792. num. 12. *Rol. conf.* 28. num. 14. lib. 1. *Natt. conf.* 28. & 321. num. 11. lib. 2. *Aluar. Valasc. de iur. emphyt. quæst.* 25. nu. 28. *Bertaz. conf.* 79. num. 15. *Dom. de Franch. decis.* 109. *Thef. decis.* 251. in fine, vbi sic. *decisum testatur, Ruin. conf.* 117. lib. 3. *Mench. de arbitr. casu* 258. num. 51. vbi pro hac opinione viginquinque connumerat *Doctores, & de recup. remed.* 15. num. 557. *Molin. de Hispan. primog. cap.* 26. n. 13. lib. 1. post *Gomez. in l. 46. Taur. num. 2. Cost. de remed. subsidiar. remed.* 99. n. 6. *Gayl. præf. obser. lib. 2. obser.* 121. num. 12. & alii pœnès *Marescot. variar. resol. lib. 2. c. 14. num. 4. & 5. & Barz. decis.* 23. num. 15.

5 Quid dicendum? inuenio Recentiores nostros de his agentes pro dictarum opinionum ad inuicem pugnantium conciliatione, varia vsos esse distinctione; sūt enim, qui putarunt, distinguendum esse inter meliorationes in prædio rustico, & inter illas in vrmano factas, vt primo casu procedat prima opinio, in secundo verò altera, distinctionis rationem assignant, quia in prædio rustico factis expensis in meliorando, incrementum, quod ex illis demùm cõtigat, causatur a solo, ac proindè æstimatio fieri debet, detracto melioramento successiuo ab ipso solo, & sic peractæ impensæ tempus venit attendendum, non sic in prædio vrmano, vbi augmentum ex alio causari potest, sic enim ex sententia *Casar. de Vrsit. in add. ad Asjl. decis.* 87. nu. 3. & aliorum distinguit *Mangl. tract. de cunctio. cap.* 176. num. 27. post *Barz. decis.* 23. nu. 16. *vers. in quorum omnium æstimacione.*

6 Alii autè distinguunt inter augmentum pretii, & valoris fundi contingens ex causa melioramentorum supra mensuram impensarum, & alium contingens in pretiis rerum in fundo expositarum, vt primo casu restituendum sit impensum tantum, et reliquum cedat Domino rei; in secundo verò restitutionis tempus esse attendendum, sic ratiocinatus est *Peregr. tract. de fideicom. art.* 50.

num. 72. de quo memor fuit *Maceraten. var. resol. lib. 1. resol.* 23. num. 11.

7 Alii fuerunt in opinione, vt distinguendum sit inter expensas voluptarias, & necessarias, vt primo casu procedat prima opinio, vt nimirum sit attendendum, quod impensum est, & sic tempus erogatæ impensæ, in secundo verò altera, tempus scilicet restitutionis, & cum hac distinctione, Senatum Pedem. trãsiisse, dicit *Gasp. Thef. in addit. ad Patrem, relata decis.* 251.

8 Alii & tandem in huius controuersie resolutione existimarunt, esse totum in Iudicis arbitrium remittendum, qui Iudex tempora omnia, & qualitates cõsiderare debeat, sic ex aliorum sententia putauit *Macerat. citat. resol.* 23. num. 15.

9 Sed his reiectis distinctionibus, quæ verè sunt de vento, dic, *Doctores* pro vtraquæ opinione relatos (si benè illorum perpendamus dicta) rectè loquutos fuisse, etenim illi, qui putarunt, tempus factæ meliorationis esse attendendum, & sic vt illud tantum soluatur, quod impensum est, non autem quod melioratum, si plus est, pro eorū fundanda sententia allegant *tex. in d. l. in fundo, ff. de rei vend.* dic tur in terminis illius *tex. ab hac opinione recedi non posse; loquitur enim in conuento reiuendicatione, & disponit, quod quotiès quis hoc iudicio conuenitur, qui putans se esse dominum, cum verè non esset, rem, super qua mota est controuersia bona fide meliorauit, cõdemnato ad relaxandum, quod in meliorationibus impensum est, venit illi per rei dominum exburbandum, huius dispositionis ratio est manifesta, quia expensæ à Domino factæ non fuerunt, sed tantum à simplici possessore, qui propter dominium, quod nunquam habuit, aliud recuperare non potest, nisi quod verè expendit, ad instar negotiorum gestoris, nam quod est melioratum, cedit ei, qui dominium habet, & ita itando in puris terminis dictæ *l. in fundo, primam opinionem incõtrouercibilem esse dico.**

10 Illi autem, qui contrariam firmarunt sententiam, vt nimirum sit attendendum quod est melioratum, non autem quod impensum, benè etiam responderunt; loquuntur enim in hærede grauato, qui bona grauamini subiecta conditione pendente meliorauit, & ex dispositione *tex. in d. l. domos 61. ff. de legat. 1.* secundum magis communem intellectum, non quod impensum est, sed quod pretiosior facta res est restitutionis tempore fideicommissarius soluere tene-

tur, & quò minus noster *Prasde Franch.* in allegata *dec. 109.* in terminis *d. l. domos* afferat *num. 1.* per Sacrum Consiliam nò fuisse decisum, quid veniat solvendum, quòdo meliorationes excederent pretium, quòd impensum fuit (quia dicit ipse) quòd raro accidit, id bene dixit in casu suo, dum loquitur de meliorationibus in predio urbano factis, ubi in tēporis progressu potest estimari augmentum minus eo, quòd impensum est, sed in rusticis, in quibus semper tempus contrarium operatur, ac proinde id etiam in illis prediis, nimirum, ut id solvendum sit, quòd est melioratum afferere debemus, rationem assignant *Doctores* dispositionis *d. l. domos*, quia in his hæres cōsideratur habere dominium, quòvis resolvable, quòd non est in possessore, attendente dispositione *d. l. in fundo*. & si hæc ratio dominii facit, ut in estimandis meliorationibus per hæredem gravatum factis, restitutionis tempus sit attendendum, a fortiori erit idem dicendum in omni persona, quæ uti rei dominus, & verè habens dominium melioravit, ut bene resoluit *Flav. Diaz de Men.* in *addit. ad cit. Ant. Gam. dec. 117.* circa finem, ibi, *Communis resolutio est, quòd possidens cum titulo valido, & ut Dominus latèrem usibus deducit valorem melioramentorum, secundum tempus præsens; possidens verò pro possessore, & cum titulo invalido solù deducit, quòd expensum est, nisi expensa sit maior, quàm præsens melioramentorum valor.* & sic dicit praticari *Aluar. Valasc.* ubi supra, & iuxta eius dicta intelligenda est præsens decisio, aliàs contra communem opinionem loqueretur. Hæc ille.

11 Et sic clarè patet, quòd ubi, qui melioravit, rei habebat dominium, meliorationum deducit valorem, præsentis inspecto tempore, non autem eo præterito, quo in meliorando impensum est, quòdque hoc verum sit, videmus sic semper *Doctores* in casibus particularibus respondisse.

12 Et primò, in successore maioratus tradit post alios *Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 16. num. 13.* per hæc verba. *Hæc autem estimatio semper iusta, ac vera, secundum tempus solutionis præstanda est; non autem ex eo, quòd expensum est, estimanda, ac consideranda, suè eodem tempore plus valeat, suè minus, l. domos hereditarias, &c.*

13 Secundò, in emphyteuta, qui rei, quam in emphyteusim tenet vtile habet dominium, ut adhuc emphyteusi per temporis cursum finita, vel per generationem completam a directo domino meliorationes in

re factas recuperet, restitutionis inspecto tempore, non autem habito respectu ad tempus factæ impense, probat multorum auctoritate *Alvar. Valasc. de iur. emphyt. quest. 25. num. 18.* per totum, manens in eisdem verbis. *Ceterum in melioramentis factis ab emphyteuta (ratione opinionum, quam tenuimus supra num. 16.) non debet inspicitur valor rei tempore, quo facta fuerunt impense, sed habitus, & valor præsens componere restitutionis, unde si eodem tempore minus valeat, quàm sit impensum, ille duntaxat valor debetur, & idem si plus valeat, quàm sit impensum. & hoc idem affirmat *Mart. res. 61.* quem omnino vide.*

14 Tertiò idem determinatum invenimus in tertio possessore, contracto actione hypothecaria, ut scilicet condemnato, instanto creditore, ad rei relaxationem ad effectum vendendi, vel ad iudicandi, & vnos dicimus præstita assistentia, deducet meliorationes in re illa factas, habito respectu ad tempus præsens, scilicet condemnationis, quia facta dicuntur à domino, & res non auocatur iure dominii, sed iure hypothecæ, est *text. satis clarus in l. Paulus 19. §. domus, ibi, sed bona fidei possessores non aliter cogendum creditoribus ad fiduciam restituere, quàm si sumptus in extructionem erogatos, quòd res pretiosior res facta est, recipere, &c. ff. de pignor. & dixit *Nogues*, hoc tamen *text.* non allegato in *tract. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 11. vers. & intellige affirmationem, rei, sed de eo memor fuit *Barbos. in l. ditorio, §. fin. num. 96. vers. cum dicitur hoc augmentum, ff. solus matr. ubi etiam allegat *Donar. idem tenentem per res. sol. lib. 1. cap. 9. num. 1.****

15 sicquè in pãcto per nostrum Sacrum Consiliam decisum restatur *Anna pater singul. 182.* cuius notabilia verba hic inserere volui, ut sequitur.

*Expense in melioratione fundi quo tempore appretiarì debet, ut valent tempore, quo sũt, aut quo restituitur fundus, l. domos ff. de leg. 1. ubi Bald. Paul. de Cast. & las. optime concludunt. Ego autem soleo distinguere. Aut alium est reivindicacione, et fuit iudicatum pro alio, quia expensa non fuerunt facta à domino, sed tantum à possessore, qui nunquam fuit dominus, & tunc expensa restituenda sunt, ut tempore erogationis, sin minus, quàm hodie valent, si verò hodie restitutionis tempore minus valerent, minus restituitur; sed si expensa facta sunt à Domino, et res non auocatur iure dominii, sed iure hypothecæ, quia sũt facta à Domino, et in re propria, appretiantur, ut plus valent tempore restitutionis, ita colligebam ex *text. et Rip. in l. ubi purè, §. in distrabendis, ff. ad Trebell. et isã renocari**

feci decretum: latum per D. Ioan. Andream de Curtis Regium tunc Consiliarium in causa Lucretiae Caudera agentis hypothecaria, qui appretari iusserat arbores pastinatas in anno 1518. prout tunc valebant ducatorum quatuor; At Sacrum Consilium decrevit, attēdi valorem anni 1561. ducatorum 45. tempore Alonsi Sāzillani Præsidentis integerrimi Sacri Consilij, Eglicis de Ruberis, Ludovici Quadræ Regiorum Consiliariorum omni laude meritorum, Balsamus Actorum Magister. Hæc magnus ille Anna.

16 In quaestione autem in principio à me proposita, idem dicendum esse, sine dubio est afferendum, nam cum feudatarius utilis sit feudi dominus, qui ut talis melioravit, cum æstimatio meliorationum, quæ sunt allodiales, æstimandæ sint, ut hæredi bonorum huius naturæ solui possint, certè præsens tempus erit attendendum, mortis scilicet vasalli, quod expressis verbis annuit Dom. Reg. de Pont. decis. 12. & cons. 52. nu. 31. sub illis verbis. Non attendendo quid fuerit expensum, sed quid fuerit melioratum, ex regula rex. in l. domus, &c. id, quod etiam firmare videtur Iul. Clar. in §. feudum, quaest. 88. nu. 2. ibique expressius Addentes, Reg. Const. in tit. C. pan. fiscal. cred. præfer. num. 152. per totū.

17 Idem etiam esse dicendum puto in marito, qui dotalem fundum melioravit, nam cum dicatur ille cōstante matrimonio dominus dotis, l. doce ancillam, C. de rei vendic. illo soluto, quod est in fundo melioratum, solui debet. diuortio, §. fin. vers. planè, ff. solu. matr. Ant. Gomez in l. 46. Taur. num. 3. & illud, quod inspecto tempore soluti matrimonij, seu restitutionis dotis venit æstimandum, & ex hac eadem ratione dominij, illud idem dico in usufructuario, qui fundū, in quo usufructum sua vita durate habebat, melioravit.

18 Hæc dum scriberem amicus quidam voluit à me scire, an exceptio meliorationum post sententiam condemnatoriam ad relaxandum opposita, illius executionem impediatur? Respondi, ut inter nouissimos Scribētes videret Marescot. cir. lib. 2. var. resol. cap. 112. num. 18. sic dicentem. Octauo, dicta conclusio ampliatur, ut procedat, licet quis in iudicio non allegauerit huiusmodi impensas, & meliorationes à se factas, ideòq. Iudex condemnauerit, rem restituere, nam adhuc potest in executione sententiæ, vel rei indicatæ excipere de dictis melioramentis, & illa probare, & rem retinere; donec ei persoluantur, cum talis exceptio non impugnet sententiam, sed respiciat illius executionem, quæ fieri non debet, nisi solu-

tis melioramentis, ita Bart. in d. l. in fundo, nu. 16. ff. de rei vendic. Specul. in tit. de exequu sent. §. postremo, vers. quid si bona edificauit, & ibi late Io. Andr. in addit. Rip. in l. ubi purè, §. qui in distrabendis, ff. ad Trebel. Aymon cons. 158. num. 2. Rol. cons. 28. num. 3. lib. I. Tiraquell. de retract. comment. §. 7. glos. 1. num. 14. Negus. de pignor. d. 4. membr. 5. par. num. 10. vers. 2. conclusio, Beninten. decis. 77. num. 1. Boer. dec. 43. num. 7. & fuit resolutum per Rot. in dicta causa Romana domus coram Cardinale Pamphilio, & in alia Romana Saluiani interdicti 19. Nouembris 1593. coram Penia, in qua fuit dictū, quod si exceptio hæc in executione non admittatur, poterit legitime appellari, per cons. Alex. 85. num. 6. vers. præterea etiam, lib. 5. hæc ille, cuius dictis addo Doctorum cathologum relatum per Anton. de Amat. var. resol. lib. 1. resol. 14. num. 42.

19 Sed an eo casu, dum victus ad sententiæ executionem impediendam de meliorationibus opponit, possit per actorem replicari, offerendo cautionem de soluendo quicquid fuerit circa meliorationum æstimationem iudicatum? vide Pute. dec. 461. lib. 2. Mastril. decis. 98. lib. 1. & Viuum decis. 192. num. 3. lib. 1. post alios, quos ipsi citat, qui in effectu concludere videntur, quod si melioramenta essent liquida, uel incontinenti liquidanda, & tunc, ut sententiæ exequatur, cautionis oblationem non prodesse, si uerò essent illiquida, & eo casu sat esse pro sententiæ executione, ut cautio præstetur, nisi forsan in sententiæ expressè fuerit dictum, solutis prius meliorationibus, tunc enim, esto quod illiquida essent meliorationes, de sententiæ executione tractari non potest, sub prætextu oblatæ cautionis de soluendo quicquid fuerit, liquidatis melioramentis, iudicatum; noster uerò Præs. de Franch. de hijs agens decis. 112. testatur, quid circa hæc materiã apud nos in S. C. practicetur, hæc, quæ sequuntur suggerens uerba nu. 15. ibi. Adde etiam ijs, quæ supra dicta sunt circa retentionem pro meliorationibus, quod hodie in Sac. Conf. ad finem impediendi, vel non impediendi executionem sententiæ, quando sunt factæ meliorationes in re, ad cuius relaxationem quis est condemnatus, seruatur, quod si meliorationes sunt deductæ antè sententiam, indistinctè impeditur ipsius executio, donec cum effectu fuerit facta solutio pretij ipsarum, siu autem opponitur de eis post sententiam, fit executio sententiæ cum fideiussione, de quo vide, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Meliorationes factæ per possessorem feudi, qui fuit condemnatus ad illud relaxandum, num solvendæ illi sint, vel possit dicere victor, quòd remaneant, ad commodum meliorantis.
- 2 Mala fidei possessor an recuperet meliorationes per eum factas, & nu. 7.
- 3 Meliorationes necessariae qua dicantur, et quæ utiles, num. 4.
- 4 Meliorationes factæ in feudo per vasallum, eo mortuo absquè liberis, hærede extraneo instituto, an per Dominum solvendæ sint, & nu. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. & 19.
- 5 Meliorationes quo tẽpore inspecto aestimantur, & num. 14.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij assensus, cogatur venditor, qui feudum reacquisivit soluere emptori victo pretium meliorationum ibi per eum factarum, vel possit dicere, dùm sunt meliorationes, quæ per se subsistunt, quòd remaneant ad commodum ipsius emptoris meliorantis. Feudo reuerso ad Dominum ob lineam finitam, si meliorationes ibi factæ reperiuntur, num hæredi in alodio soluendæ sint, & de alijs pro intellectu, & ornatu cap. 1. §. si vasallus, hic finitur lex, vbi decisio Regentis Moles.

C A P. CXXXIV.



Meliorationes in feudo factæ per illius emptorem, qui fuit condemnatus ad illud venditori relaxandum, pretio prius restituto, stante venditionis reuocatione, vigore Constit.

Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ, dubitatur, an præcisè soluendæ sint per uenditorem, qui feudum recuperauit, vel possit ille dicere, dùm non sunt melioramenta, quæ fundos feudales meliores reddant, quòd remaneant ad commodum, & beneficium ipsius victi emptoris meliorantis?

Super hac quæstione à nemine ex nostris, quos viderim, tacta, semel meum proferre iudicium mihi contigit, non in materia iudicij, reuocationis, sed in alia reintegrationis: fuerat enim quodam Castrum à capite Baroniz, citrà Regis nostri assensum dismembratum, cumque successor particularis in Baronia Castrum illud vti dismembratum membrum ad caput reintegrari petisset, prout diffinitiuè extitit sententiatum, prætendebat Reus iam victus, sibi exburbandum esse pretium per eundem erogatum in emptionem, cuiusdam domus palatiatæ, ac cum Iardeno, & Vineæ eidem domui adiacentibus, à Particularibus Ciuibus eiusdem Castri emptis, contradicebat vëditor, vnde fuit dubitatum quid iuris?

- 2 Dixi, non incongruis rationibus defendi forsitan potuisse, has meliorationes, si tamen hoc nomine merentur, tanquam in casu, de quo agebatur à malæ fidei possessore factas amissas censeri, sed quia æquitati semper adhaerendū est, videndum esse primò considerabam, quæ nam meliorationes illæ essent, & sic an necessariæ, an verò utiles, quia si necessariæ, cum communi omnium sententia, non obstante, quòd Castri dismembrati emptor malæ fidei possessor extiterit, illas reintegrationem petentem soluere teneri, est affirmandum, ex *tex. in l. domum, C. de reuend. & in l. planè, ff. de petitiõ. heredit. & tradit Bar. in l. in fundo, num. 2. ff. de reuendicat. que in sequitur Boer. decis. 44. nu. 7. Alciat. in l. impensa, ff. de verb. signif. & communem esse dixit Menoch. remed. 15. de recuper. posses. num. 5 14. quos omnes refert, & sequitur Ioseph Ludou. in sua notabili dec. Perus. 24. nu. 13. quibus ipse addo Io. Garz. de expens. & meliorat. cap. 2. circa princ. & Peguer. decis. 104. Quæ autem sint meliorationes necessariae, connumerantur in l. 1. 2. & 3. & in l. impensa, ff. de impens. in rebus dotal. fact. vt vetera ædificia, quæ ruinam minabantur restaurare, flumina auertere, vites propagare, siuè in locum demortuarum substituere, & similia facere, quæ nisi factæ fuissent, res in totum, vel in partem periret, vt dicit glos. in d. l. impensa, quam sequuntur Doctores supra citati.*
- 3 Harum meliorationum species in casu

proposito considerari non poterat, cum nulla ex enumeratis per conuentum confecta apparebat: emerat enim feudi possessor, vt supra fuit enunciatum, quandam domum cum Iardeno, & Vineis, ad hoc vt ibi cum familia commodius morari potuisset, & sic feudi melioramenta appellari non poterant, sed dato, quod hoc nomine emeruissent, illas vtiles, & non necessarias censeri oportet; illas enim dicunt vtiles **4** *Doctores*, signanter *Bar. loco cit.* quæ absque nulla præcedente necessitate fiunt, quam enim necessitatem (ipse dicebam) dismembratū Castrum habebat, vt domus, & hortus ipsi ab eius malæ fidei possessore emeretur? certe nullam: etenim Baronia habebat Palatium, vbi commodè eius utilis possessor inhabitare potest, vnde non erat opus alio in dicto Castro, præsertim, quia Baronia erat, & est tam vnita, vt nec militare interfit inter vnā, & alteram feudi partem: tamen emptor in prædictorum emptio pecuniam erogatam amitteret, alij bona prædicta vendere cum posse, dixi, vel ibidem morari, & si dedignaretur, abasione vti potuisse, nam & hoc remedium, quod est vnicum consequatur à iure, & eius communi Interpretum sententia, quam docemur ab allegatis *Doctores*, signanter à *Io. Garz. loco cit. ante num. 2. & à Marefcot. variar. resolut. lib. 2. cap. 109. cum duobus seqq.* & in terminis nostris est *text. in cap. 1. § si vasallus, in tit. hic finitur lex, vbi statuitur, mortuo vasallo sine filio masculo, hærede extraneo relicto, licet feudū Domino aperiatur, tamen si meliorationes ibi fecit, Dominus aut patiatur ædificium tolli, aut hæredi vasalli melioramenta soluat, & sic non cogitur præcisè Dominus illas soluere, quia hæres apud se retinere potest, tanquam ad feudum non pertinentes, & idem determinatur in *cap. 1. § ex contrario, de inuestit. de re alien. fact.* vbi si quid fuerit à vasallo feudo additum, siquidem tale additum sit, quod per se subsistere possit, id est, vt per se censeatur, vt prædium, id non accrescit feudo, non tamen decedit, id à Domino hæredi soluendum esse, idem quoque statuitur in *cap. 1. § si quis de manso, de controuers. inuestit. quæ iura doctè perpendit, post Bal. & communiter Doctores ibi Paris de reintegrat. feudor. in quaestione de meliorationibus factis in bonis feudalis, à num. 14. fol. 10. in impressis hic Neapoli, & nouissimè id comprobant *Reg. de Pont. conf. 52. à num. 31. vol. 1. & Iul. Clar. in § feudum, quæst. 88. vbi apertis verbis, ex citatis iuri-***

6 bus firmat, in domini electione esse, vel soluere vasallo æstimationem ipsarū meliorationum, vel pati, quod ædificium tollatur, quæ iura, vt vides, in fortioribus terminis casus nostri militant, dum de feudatario, qui legitimè possedit, loquuntur, ita vt in casu nostro, illud, quod à principio significauit, bene defendi potuisset, cum non à bonæ fidei possessore domus, & hortus, quem melioramenta emptor victus vocabat, empta fuere, & sic dum probauimus, illa non fuisse necessaria; sed vtilia, conuentus vt malæ fidei possessor amittebat, ita in terminis *Hercul. Marefcot. cit. cap. 110. num. 41. & 42. id ex pluribus iuribus, & Doctores firmans, signanter ex text. in l. adeo, §. ex diuerso, ff. de acquir. rer. domin. & in §. ex diuerso, Instit. de rerum diuis. ex Corne. conf. 243. num. 6. lib. 2. Neuzan. conf. 78. in fine, & ex Rot. in vna Sutrina melioramentorum sub die 9. Decembris 1589. coram D. Seraphino, vbi in puucto principali fuit dictum, melioramenta lite pendente facta non deberi, si vtilia sint; sed tantum necessaria.*

8 Verum, quicquid sit de his omnibus, quæ apud me de plano procedunt, quando venditor reuocationis, vel reintegrationis iudicio feudum recuperat; aliter tamen æquitate inspecta dicendum est, quando feudum reuertitur ad Dominum ob lineam feudatarij finitam; nam quamuis attentata rigorosa dispositione dicti *§. si vasallus* videatur in Domini electione remanere, vel ædificium in feudo factum pati, quod tollatur, vel vt illius soluatur æstimatione; tamen suadet æquitas, vt realitèr hæredi defuncti vasalli succurratur ad æstimationem consequendam; immò & ipsa iustitia, bene considerata dispositione dicti *§. si vasallus*, sicquæ in facti contingentia per Regiam Cameram Regni huius decisum testatur *Reg. Moles in suis decisionibus manuscriptis, in tit. de iure deuolut. quæst. 4. vbi plura in hac materia pro ornatu dicti §. si vasallus inuenies notabilia, & signanter, quod*

9 in appetiendis his meliorationibus restitutionis tempus sit inspiciendū, licet plus fuerit impensum, & quod hæredi vasalli quousquæ fuerit sibi de meliorationū valore satisfactum, competat feudi retentio, id, quod etiam satis benè possit *Assl. & alios in d. §. si vasallus* comprobant *Reg. de Pont. decis. 4. num. 37. & decis. 12. Scader. tract. de feud. par. 2. vndecima principalis, sect. 2. quæst. 5. num. 30. concl. 7. Reg. Constant. in tit. C. panis Fiscal. credit. præfer. nu. 152 lib. 10. & 10. Petr. Mognat. in tract. de retent. quæst. 104. &*

vt studiosis Feudistis latius, & clarius hæc omnia patefiant, rogo illos, vt quando hic casus acciderint, ad suprâ relatâ *decis. Reg. Moles*, quæ in hac materia est notabilissima, recurrant; est enim illa tenoris sequentis.

Decisio D. Regentis Moles.

10 Quando feuda deuoluuntur ad Curiam, dubitatum est in Regia Camera, si intelligantur deuoluta etiam ea, quæ per feudatarium constructa, meliorata, vel impensa sunt in feudo; in qua quæstione consuevit Camera decidere, quod si sunt impensæ, nõ ad perpetuam utilitatem feudi; sed temporalem illius, vel præcedentis anni, quo moritur, vel pro aliqua commoditate feudatarij, tunc hæres illas non repetit, ex quo ad feudatarium impensas illas facere spectabat, vt deciditur in fundo dotali, l. 3. §. nos generaliter, ff. de impens. in rebus dotalibus fact. idemquæ si fuit impensa, ad quam feudatarius pro utili suo dominio tenebatur, iuxta text. in l. habentus, ff. de usufruct. ita firmat *Andr. in cap. 1. §. si vasallus, hic finitur lex, vers. secus si ad presentis anni, & ibi Præpos. & omnes.*

11 Si uerò expensæ factæ perpetuam feudi utilitatem concernunt, tunc si quid est emptum per feudatarium, quod meliorem reddat feudum, tamèn id extrâ feudum est, nec cum feudo unitum; putâ erat fundus feudalis, uel domus, & feudatarius alium fundum confinem, & conuicinum, uel aliam domum iunctam emit; tunc licet destinatione patrisfamilias unicum feudum fuerit reputatum, tamen feudo deuoluto, non deuoluitur illud, quod à feudatario fuit emptum, ex quo non extitit feudo unitum, ut eandem feudi qualitatem sortiretur; sed remanet in dominio hæredis inburgensaticis, tanquam res extrâ feudum, & separatam conditionem habens, & ideò diuerso iure censeretur, de quo est casus in cap. 1. §. è contrario, de inuestit. de re alien. fact. in 1. responso: quod idem diximus in quacunque alia re empta per feudatarium pro feudo, uel in beneficium, aut in augmentum feudi, probat text. in l. sed addes, §. si inquilinus, ff. tocat. quem allegat *Aret. conf. 111. in fin.* hoc tamèn si illa res poterit considerari separata, uel separabilis à feudo, per regulam generalem, quam dat text. ad literam in d. §. è contrario, in princip. ubi *Bal.* firmavit idem in iurisdictione quæstita nouo titulo in Castro feudali, postquam potest considerari ut res à Castro separabilis, & quæ nihil commune habet cum eo,

per ea, quæ dixit *Bald. in l. à procuratore, c. mand. & Oldrad. in conf. 179.*

12 Si uerò aliquid est emptum, uel melioratum in feudo, quod adeò annexum est ipsi feudo, vt ab eo separari non possit, putâ quæstita est seruitus realis fundo feudali, tunc dicitur idem text. in d. §. è contrario, in secundo casu, quod eodem iure debet censeretur, prout ipsum feudum, quia eadem res est seruitus fundo debita cum ipso fundo, vt notat *Bart. in l. 1. ff. de usu, & usufruct. leg. ite.* quia ædificium in ipsa re feudali factum, ex iuris dispositione ipsi rei cedit; & statim acquiritur domino directo quoad dominium directum, & quoad uasallum subiacet utili dominio, prout ipsa res feudalis, vt dixit etiam *Bal. in c. 1. §. si quis de manso, de cõtrouers. inuestit.* ideò si feudum deuoluitur, hæc omnia etiam intelliguntur deuoluta, per iura prædicta.

13 Attamen in isto secundo casu cautum est per text. in c. 1. §. si uasallus, in tit. hic finitur lex, quod uasallus non amittat id, in quo suis expensis feudum uerè melioratum est, quia, vt dicit *Andr. in d. §. si uasallus*, quod licet, qui scienter impendit in re aliena, perdit impensam, *Instit. de rer. diuis. §. certè, & §. cum in sua*, tamen in uasallo est secus, quia utile dominium, quod habet uasallus in re feudali, facit, vt possit repetere expensas, prout maritus in re dotali, l. in fundo, ff. de reuendicat. & ideò dixit *glos. in d. §. si uasallus*, quod ineptè loquuntur, qui dicunt, has impensas ad dominum pertinere, nam non esset iustum, dominum locupletiosem fieri impensis uasalli, qui bona fide, & citrà animum donandi in re sua tunc, & ad perpetuam ipsius rei utilitatem ædificauit, & ideò omnes *Doctores* indistinctè tenent, quod ope exceptionis, & per retentionem succurritur hæredi pro expensis prædictis contra dominum, vt per *glos. & Andr. ubi etiam omnes Doctores in d. §. si uasallus, & in d. §. è contrario*, omnes *Ciuilista* in l. *Senatus, §. Marcellus, ff. de legat. 1. Bald. in aubent. excipitur, c. de bonis, qua liber. Ias. in l. 2. c. de iur. emphyt. firmanant Consulentes omnes, nimirum Paul. de Castr. conf. 237. vol. 1. Cuman conf. 57. Alex. conf. 76. vol. 2. & cõf. 44. vol. 3. Dec. conf. 483. & 528. Brun. conf. 106. & in tract. de augmen. concl. 70. Guid. Pap. dec. 169. & 438. & nouissimè Moderniores, Boff. in praxi, tit. de Principe, Capyc. in inuestit. feudal. in verb. feudorum augmenta, & *glos. Parisiens. in tit. 1. de materia feudali, §. 1. glos. 5. num. 44. 67. & seq. ubi latè examinat materiam, & Bero. in quæst. 96. Iul. Clar. in §. feudum, q. 88.**

14 Verum licet Camera indistinctè teneat, has impensas, & meliorationes deberi heredibus vasalli, vidi tamèn quandoquè dubitari circa duo. Primum, quantum sit id, quod debeatur, an id, quod fuit expensam per vasallum, licet tanti res empta, vel meliorata non valeat.

Et in hoc iudicandum est, prout in alijs meliorationibus bona fide factis solet iudicari, quòd attendatur valor ipsius rei, licet plus expensum fuerit, & ita iudicauimus in causa Magnifici Violantis de Sangro heredis Magnifici quondam Pardi Pappacoda, me referente in Collateralì Consilio die 26. Aprilis 1572. per *text. in l. domos, ff. de legat. 1. vbi Bar. Bald. Alex. Ias. et omnes DD.*

15 Secundum, quòd dubitauimus in Camera est, postquam *text. in d. §. si vasallus* dicit, esse in electione Domini, vel soluere estimationem melioramentorum, vel pati, quòd ædificium tollatur, an possit dicere Dominus, nolo soluere estimationem, sed eligo, quòd tu tollas ædificium.

Aliqui Doctores tenuerunt, quòd sic, stante dispositione *text. in d. §. si vasallus*, et ibi videtur firmasse Bald. in *d. authent. excipitur, C. de bonis, qua liber.* quòd uideretur sequi *Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt.* et Boer. in *d. quest. 96.* ubi subdunt etiam, quòd propter hoc Dominus poterit dicere, nolo soluere estimationem rudium, et pretium ædificij diruti, postquam tanti, et nõ ampliùs interfit vasalli, quibus addebant aliqui ex Dominis Presidentibus, ipsos non legisse aliquem Doctorem dicentem, quòd Dominus compellatur præcisè ad soluendum estimationem meliorationum.

16 Sed his non obstantibus decidimus contrarium, sequuti regulam *Andr. & glos. in d. §. si vasallus*, tenentium, quòd Dominus ope exceptionis tenetur ad estimationem meliorationis, & quòd *text. in d. §. si vasallus* non dat electionem Domino, nisi quando meliorationes possunt separari integrè à feudo, puta si esset aliquod ligneum, vel ligatum, quòd tolli, & refici integrè possit, vt dicit *ibi Andr.* alias non posset dici, quòd habeat aliquam electionem Dominus, postquam idem *text. in d. §. si vasallus* subdit indistinctè, idem esse dicendum in seruitute, in qua non est dubium, quòd non potest Dominus pati, quòd seruitus penitus extinguatur, hoc satis esset durum intelligere, cum induceretur per indirectum, quòd heredes excluderentur à pretio meliorationum prædictarum, quòd est contra decisionem illius *textus*, qui dum disponit, quòd Domi-

nus tenetur ad expensas, aut vt patitur ædificium tolli, debet sanè intelligi, quòd non per hoc Dominus indistinctè habeat electionem, nisi in casu, vbi cadere potest electio, scilicet quando ædificium integrè tolli, & refici potest, vt intellexit *Andr.* si benè eius verba considerantur, & cum hoc intellectu non est necessarium dicere, quòd *text. in d. §. si vasallus* à Barbaris, & Imperitis fuerit compilatus, vt dixit *glos. Parisië.* loco supra allegato *num. 98.* & ita semper iudicauit Camera, quòd teneatur Dominus Rex soluere heredi in burgenfaticis id, quòd meliorationes factæ valent, appretiarì, & æstimari possunt, secundum verum, & rectum Expertorum, & boni Iudicis iudicium, per *text. in d. l. domos, de legat. 1. & l. in fundo, ff. de reuendicatio.* & ita fuit iudicatum in dicta causa heredis quòdam Pardi Pappacoda, in qua condemnauimus Fiscum ad pretium ducatorum 8000. & in causa heredis quondam Marchionis Padulæ appretiauimus meliorationes in duc. 14000.

17 Hæc omnia limitationem recipiunt, et intelligi debent, vt procedant in ædificijs, quæ expensis, & industria hominis facta sunt, secùs in his, quæ à natura cum fundo feudali sunt vnita, puta si rei feudali per alluionem aliquid accrescit, vel ex tempore fundus feudalis interuentum suscepit, nam tunc idem fundus est, et acquiritur, et deuoluitur eo iure, quo ipse fundus, per *text. in l. aded, §. 1. ff. de acquir. rer. domin. et l. si ego, §. idem ait, ff. de publican. in rem action.* et probat *text. in c. 1. §. si quis de manso, et §. rursus, de controuers. inuestit.* vbi *Bal. et alij*, et in tali casu feudo deuoluto nullum ius remanet heredi in burgenfaticis.

18 Secundò, hæc omnia prædicta limitantur, non procedere, quando feudum deuoluitur delicto, aut alia culpa vasalli, ita omnes DD. intelligunt hanc materiam in *d. §. si vasallus*, argumento ab emphyteusi, per *text. et glos. in l. 2. ff. de iur. emphyt. Bal. in c. 1. §. si quis de manso, de controuers. inuestit.* et in *l. fin. C. commun. de legat. et omnes alij DD. in locis supra allegatis*, vbi hanc materiam tractant, distinguentes hunc casum à præcedentibus, nimirum, vt in isto casu expensarum refectio non debeatur.

19 Ego autem miror, quòd Doctores in hac materia posuerint hunc casum pro limitatione ad regulam, quia verè hæc limitatio non est de regula, postquam culpa vasalli in crimine rebellionis habet suam penam, vt tam feudalìa, quam allodialìa amittantur, et tamen meliorationes factæ in feudo

deuoluuntur ad dominum ex crimine rebellionis, non quia diuersi sint, vel diuerso iure censeantur, sicut quando per lineam finitam feudum deuoluitur, quia aut meliorationes sunt separatae, et non possunt in feudo deuolui, per *tex. in d. c. 1. S. de contrario*, aut sunt vnite fundo feudali, et tunc deuoluuntur in omni casu cum feudo, licet ope exceptionis Rex teneatur ad expensas, vt supra est relatatum, quod non procedit, quando committitur crimen rebellionis, ob q̄ bona, iura, et actiones, quęcunq; sūt, ad dominū deuoluūtur, et confiscātur.

S V M M A R I V M.

- 1 Miles dūm se militem adscribit, perpetua seruitute ligatur.
- 2 Milites multa mala in bello patiuntur.
- 3 Cause quę statuta sunt, quibus milites dimitti possunt.
- 4 Miles veteranus, qui honestam obtinuit missionem nūm gaudeat priuilegijs militibus concessis, signantē circa fori declinatoriam, & num. 7. & 8.
- 5 Miles veteranus quis dicatur.
- 6 Tempus captiuitatis an militi connumeretur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an miles veteranus, qui honestam, vel causariam obtinuit missionem priuilegijs gaudere possit militibus actū seruientibus concessis, signantē circa fori declinatoriam, & vt ad munera personalia, & onera realia non teneatur, & de alijs.

C A P V T CXXXV.

Miles dūm se militem adscribit, perpetua seruitute ligatur, cūm voluntariē à Militia absq; Superioris permisso se liberare nequeat, *l. non omnes, S. qui in pace, ff. de re milit.* et probat *Ioann. de Plat. in l. nē cui, C. de comment. lib. 12.* est quoq; verum, quod Milites

in militia tot, tantosq; labores, languores, et sudores patiuntur, vt vix exprimi ea possint, et quod peius, ex militia, nec pro consanguineo adiuuando, nec pro se ipsis à mortis periculo liberandis, sine Supremo Ducis licentiā discedere possunt, adeo q̄ si discesserint, vti militię desertores graui pena puniuntur, prout hęc omnia bene, et elegantē probat *Iul. Ferret. suo tract. de antiq. instaur. & illustra. militia*, quare sanctissime iura ciuilia quatuor tãcummodò causas statuisse inuenimus, quibus milites dimitti possunt, honestam nimirum, quę tēpore militię impleto datur, causariam, cūm quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militię renunciat, ignominiosam, cūm quis propter delictum Sacramento soluitur, vt est *tex. in l. milites agrum 13. §. 1. vers. missionum, ff. de re milita. et in l. 2. §. ignominiosē, ff. de his, qui notan. infam.* vbi additur quartum genus missionis, vtputā si quis euitādorū muerum causā militiam subiisset, vt *ibi, de quibus est etiam videndus Reg. Rouis. in pragm. 3. de milit. num. 18.*

4 Ex his breuiter inuestigandum mihi est de quęstione illa, de qua interdū controverti solet, et est, nūm Miles veteranus, qui honestam, vel causariam missionem obtinuit, dūm tot, tantosq; labores passus est, gaudere debeat priuilegijs militibus concessis, itā vt ad munera personalia, et onera realia Communicati nō teneatur, foriq; priuilegio potiri valeat?

5 Respondeo, illud in hac re certissimum esse, Militem dici veteranum, veteranorūq; priuilegia consequi, qui viginti annorum spatio in legione, seu vexillatione militauerit, secūs in cohorte, vt sunt Milites nouę militię, ad *text. in l. veteranis, C. de his, qui non implet. stipen. Sacram. solu. sunt, lib. 10. vbi Bart. & l. viginti, C. de re militar. lib. 12. & ibi B. Reg. Constant. num. 15. & 16. vbi hoc tempus necessarium esse, ait, vt Milites premia, & emerita, quę Veteranis debentur consequi possint, in eoquē captiuitatis tempus connumerari multorum autoritate probat, modò si huiusmodi veteranus Miles prefato tempore elapso honestam, vel causariam obtinuerit missionem, iuxta *text. in l. 2. cit. tit. de his, qui non implet. stipen.* à minoribus personalibus immunis censebitur, prout est *tex. in d. l. veteranis*, nec ad onera extraordinaria, siue ad nundinarum vexigalia, aut pedagij solutionem cogi poterit, *l. 1. C. de veteran. lib. 12.* secūs tamē quod ad onera realia, & patrimonialia, vt *ibi glof. & Io. de Plat. notarunt, estq; tex. in l. 2. ff. de priuileg.**

milie. milit. veteran. respectu tamèn penarū pariter erit privilegiatus, vt mitius, & honestius puniri debeat, gaudet etiam alijs prerogatiuis, de quibus in *l. i. cum seq. ff. eod. tit. de privileg. milit. veteran.* et per *D. Reg. Constant. in tit. C. de filijs Official. militar. qui in bell. mor. lib. 12. num. 14. cum seq. vbi* inter cetera iuribus, et autoritatibus probat, pro assignandis premijs Veteranis, ac emeritis Militibus licere Principi Priuatorum prædia capere, pretio Dominis soluto, et ipsis militibus concedere.

8 Quò verò ad fori declinatoriam expressè statutum inuenimus, vt nec volens, nec inuitus Veteranus miles, qui militare desijt à Militum Magistro cognosci possit, ita vt sententia ab illo fortè lata nulla censetur, est text. in *l. fin. C. allegato tit. de veteran. lib. 12. vno tantum excepto casu, nimirum quando lis antè missionem coràm militum Magistro esset inchoata, quod etiam aduertit Andr. in Constit. Regni Magister Insuperiarius, in verb. & alios Official. et D. Consil. Marciani. conf. 63. lib. 2. vbi secundum hanc sententiam circa fori præscriptionem pro Ill. Principe Casertæ, contra quendam eius vasallum veteranum militem pronunciatū annis superioribus extitisse, testatur.*

S V M M A R I V M.

- 1 Minor effectus maior nūm possit rescindere donationem factam tempore minoris ætatis iuramento roboratam, & n. 6.
- 2 Pupillo interdicta dicitur omnis bonorū alienatio, nisi aliquibus concurrētib. sollemnitatibus.
- 3 Pupillus nec cum tutoris auctoritate donare potest, immò nec cum Iudicis decreto, et n. 4.
- 5 Lex vbi remouet potentiam ab actū, ibi ex traditione non transfertur dominium.
- 6 Text. in Authen. Sacramenta puberum, quomodo procedat, & num. 19.
- 7 Iuramentum minoris quando contractum, vadat.
- 8 Iuramentum ad ignorata non trahitur.
- 9 Sollemnitas extrinseca non presumitur.
- 10 Ignorantia iuris in minore, muliere, & rustico toleratur.
- 11 Certioratio licet proficiat adulto, non tamen pupillo iuuat, etiam pubertati proximo.
- 12 Absolutio à iuramento necessaria non est, ubi in contractu enormissima læsio interuenit, & qua sit ratio, n. 13.
- 14 Minor sine causa se obligans errare censetur.
- 15 Iuramentum tres comites habere debet.
- 16 Læsio presumitur ex immodica donatione.

- 17 Donatio est magna deceptio.
- 18 Læsio qua in donatione consideretur.
- 20 Decisio ad questionem refertur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an minor maior factus possit ad Iudicem recurrere pro rescissione donationis à se factæ iuramento roboratæ tempore, quo quartumdecimum adhuc non expleuerat annum. Absolutio à iuramento nūm necessaria sit, vbi in contractu enormissima concurrat læsio, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi decisio Sac. Conf.

C A P. CXXXVI.



Inor effectus maior, questionis est, nūm possit rescindere donationem à se factam tempore minoris ætatis iuramento roboratam, & quid si absolute non obtenta agere cœperit, an per hoc periurus sit censendus?

Ex pluribus in facti contingētia pro minore effecto maiore resolutum fuisse scio, donationem scilicet sic factā inuolidā esse, & per consequens dominium in donatarium minimè translatum, in periurium donantem super contractus rescissione, agentem non incidisse, nec aliter à iuramento absolutionem impetrare necessarium fuisse, ex quo illud in facto verum erat, donationis tempore donatorem illum nondum quartumdecimum annum expleuisse, in tantum, quò adhuc pupillus dicebatur, cui omnis bonorum alienatio interdicta est, nisi præcedentibus octo sollemnitatibus, à iure requisitis, quæ notabiliter scribuntur per *Affl. in Const. Regn. Minorum iura, col. fin. num. 24. & in decis. 249. ex mente Bal. licet ille nonam addat, & Iodoc. in tract. de substat. cap. 2. num. 11. dicat vndecim necessaria ad alienandum rem minoris, cui*

est omnis alienatio interdicatur, l. obligari cum simil. ff. de author. tutor. præcipue tamen donatio interdicta est etiam tutore auctore, l. 1. in princ. vers. sed si non mortis, ff. de tutel. & ratio distrah. l. tutor ad utilitatem, ff. de administra. tutor. l. non solùm, C. de præd. minor. quæ nec cum Iudicis decreto permitteretur, l. fin. C. si maior fac. argumento l. ab agnato, & l. fin. C. de curat. furios. Bald. in d. l. fin. cum donare sit perdere, l. filius familias, ff. de donatio. argumento l. contra litris, S. si filius, ff. de pact. l. prohibere, S. plane, ff. quod vi, aut clam, & nulla iusta, aut vrgens causa considerari potest in donationibus à minoribus faciendis, quæ semper in alienationibus minorum exigitur, l. magis puto, S. ne passim, ff. de reb. eor. l. lex, quæ tutores, C. de administra. tutor. Bald. & Salycet. in l. 1. C. si advers. donat. Paul. de Castr. in l. 2. C. eod. Petr. de Archat. cons. 69. col. 1. Ruin. cons. 207. nu. 12. lib. 1. Menoch. cons. 29. num. 14. lib. 1, & in tract. de recup. possessione, remed. 15. num. 162. Rola. & Val. cons. 14. nu. 29. lib. 2. quæ propter siue interueniant autoritas, & decretum, siue non, idem esset, quia perperam interpositum decretum absque iusta causa censetur, Paul. de Castr. in d. l. 2. in fin. C. si advers. donat. per d. l. ab agnato, & donatio etiã nulla remaneret, & ex ea nullum dominium in donatarium translatum intelligeretur, text. est, qui id ad literam dicit in d. l. si. C. si maior. fac. quem ad id expendit Cald. trac. de restit. in integ. in verb. contractum fecisti, nu. 37. ex quo succedit regula, quod ubicunq; lex remouet potentiam ab actu, ibi extraditione non transit dominium, l. quemadmodum, C. de agricol. & cens. lib. 11. cum alijs ad hoc adductis per Bald. in cap. 1. sub nu. 9. in tit. quid sit inuest. & dum loquimur de donatione, quæ inducit pttuationem, paria sunt quoad nullitatem ipsius, eam fieri ab impubere, seu pubere, & adulto, cum etiã in adulto requireretur curatoris autoritas ad eam conualidandam, & nulla poterit considerari iusta causa dandi curatorem ad donandum, Bald. in d. l. 1. C. si advers. donat. Rola. & Val. d. cons. 14. nu. 30. cum tribus seq. lib. 2. Octau. Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 2. de donat. qui multos congerit, ergo semper donatio nulla remanet.

Nec opitulatur, donationis contractum firmum remanere ex iuramento, minori ætate non obstante, per text. in authen. sacramenta puberum, C. si advers. vend. nam respondetur, dispositionem istam locum sibi vendicare in pubere annis quatuordecim maiore, secundum veriore[m] Legistarum

opinionem, vt per Affl. in S. item sacramenta, sub num. 4. de pac. iur. firm. quæ opinio licet secundum Canonistas habeat in se aliquid difficultatis in impubere doli capace, & forsitan his temporibus receptor sit, vt per Cald. trac. de restit. in integ. in verb. minoribus, d. num. 8. cum pluribus seq. tamen, quia ista qualitas capacitatis est facti, nisi probetur, non præsumitur, a text. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. quare stãdum esset Legistarum opinioni, quam tenet etiã Andr. in d. S. sacramenta, ante nu. 40. vers. quid ergo dicit, & num. 40. accedente etiã outu tunc demum iuramentum minoris contractum validum, per d. authen. sacramenta puberum, quando minor, qui iurauit esset certificatus, & certioratus de beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum, quod sibi cõpeteret, & nihilominus iuraret, sed minore ignorante, & non certificato, prout in casu, de quo agebatur, iuramentum non obest, quia ad ignorata non statuitur, l. fin. ff. ad mancip. l. mater, ff. de inoff. testam. l. qui cum tutoribus, S. fin. de transact. & ita limitat, & intelligit d. auth. Din. cons. 9. quem sequutus fuit Imol. & Ant. de Butr. in cap. penult. de emptio. & vend. Feder. de Sen. cons. 199. post Cyn. in l. 2. quæst. 6. num. 6. C. de rescind. vend. Marian. Soc. iun. cons. 48. col. 7. lib. 1. qui opinionem hanc magis veram, & communem dicit, & Petr. Bellug. in Spec. Princ. in tit. de iuram. rubr. 12. §. quadam, nu. 90. cum seq. quæ certioratio quando non constat, quod fuerit facta, non præsumitur, subdès idem Bellug. num. 93. quia hoc, quod sit certioratus, est facti, & est sollempnitas extrinseca, quæ non præsumitur, l. quicunq; §. fin. ff. de public. in rem act. notatur in d. l. sciendum, ff. de verb. oblig. & debet probari, quod quis aliquid mente agitauerit, Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, in princ. 2. col. in tit. ex quibus caus. feud. amitt. & ignorantia iuris in muliere, minore, et rustico toleratur, l. cum de indebito de probat. l. regula, §. 1. ff. de iur. & fac. ignor. à qua opinione, quamuis multi autoritate Bar. recesserint, ita vt nequeat cognosci communior opinio, cum Dis. tamen est verior, quam sequuti fuerunt antiquiores Doctores, et qui Bar. sequuti fuerunt adeo eam difficilem existimant, quod cautelam addiderunt, vt tutius esset in contractibus minorum adijcere, quod fuerint certiorati, quæ certioratio licet prodesset adulto, impuberi tamen, et pupillo etiã pubertati proximo prodesse non potest, cum quicquid agat, ex imbecillitate ætatis ignoret, vt experientia docet, et perinde

- iuramentum impuberi non obesset.
- 12 Nec absolutio à iuramento necessaria est, enormissima, sine enormi concurrente læsione, secundum communem opinionem, de qua per *Curt. iun. conf. 141. Dec. conf. 180. Sylvan. conf. 13. Nat. conf. 173. antè num. 8. vers. quinimodò, Capyc. decis. 159. nn. 21. Rip. resp. 4. tit. de donation. Rola. d. Valle conf. 7. nu. 43. Riminal. iun. conf. 5. num. 120. Cephal. conf. 208. num. 18. lib. 2. Cagnol. in l. 2. num. 98. & 109. C. de rescind. vend. Ioseph. Lodou. decis. Perus. 18. num. 67. Gabr. comm. concl. tit. de minor. cõcl. 5. n. 7. cõtentus sola autoritate*
- 13 *Curt. iun. d. conf. 141.* ratio est aperta, quia ubi adest enormissima læsio, dicitur intervenisse dolus re ipsa, *l. omnes, S. Lucius, ff. qua in fraud. cred.* qui quidem æquiparatur dolo ex proposito, *Dec. d. conf. 180. et Ludou. d. decis. 18. num. 59. cum seq.* et propterea iuramentum non obligat, fortius in minore, muliere, et rustico, quibus de facili propter personæ qualitatem iura subveniunt, *d. l. regula, ff. de iur. & fact. ignor.* quod rationabile visum fuit *Corne. conf. 189. col. 1. lib. 1.* ex qualitate enim personæ minoris de facili arguitur dolus, quando læsio est evidens, *l. si superstiti, C. de dolo, ibi, si lasas es immodicè.*
- 14 Hinc notabiliter dicebat *Bal. in rubr. C. de rer. permut. vers. item quare donatio,* minorem promittentem, et sine causa se obligantem, potius errare, et per simplicitatem censeri promississe, quam ex mera liberalitate, vel donandi animo, *d. l. cum de indebito, ff. de probation.* ad quod si super tali promissione iuramentum minor præstitisset, id captiosum, et iniustum præsumeretur, et propterea relaxandum; quandoquidem iuramentum licet repræsentet quem maiorem, non tamen facit prudentem, et sagacem, idem videtur sentire idem *Bal. cõf. 283. punctus talis est A. B. C. lib. 1. & Silu. d. conf. 13. num. 7. et num. 10.* cum iuramentum
- 15 tres comites habere debeat, veritatem nimirum, iudicium, et iustitiam, *can. animadvertendum 22. quæst. 2.* quæ non possunt cõcurrere in iuramento à minore præstito, per prædicta, et notat *Rola. d. conf. 7. nu. 48. Rip. d. resp. 4. num. 7.* cum alijs per dictos allegatis, quæ brevitatis causa omittuntur, cum sint notissima; donatio in casu proposito fuerat à minore facta, quasi ad totam ipsius substantiam ascendens, quare dicendum est, quod ex immodica donatione, et excessiva, læsio præsumitur, *Cephal. conf. 142. n. 53. lib. 1. Mandel. conf. 77. n. 22. et conf. 100. num. 5.* contra illud, quod

dicebatur, in donationibus non dari læsionem, cum ex mera liberalitate procedant, quod non erit verum in minore per dictos *DD.* qui non præsumitur, quod sciat valorem suæ substantiæ, et proinde iuramentum etiam relaxari debet, *Alex. in quodam suo consilio non impresso, relato tamen per Ruin. conf. 107. num. 16. cum seq. lib. 1. conf. 170. nu. 21. cum seq. eod. lib. conf. 60. num. 24. lib. 3. Curt. iun. d. conf. 141. num. 16. Nat. ad conf. Alex. 125. lib. 1. Gramm. decis. 103. num. 53.* quapropter dicebat *Ant. de Butr. d. cap. penul. in fine, de empt. & vend.* quod donatio

17 est magna deceptio, et læsio, et nisi minor iuraret, et renunciaret, quod vellet contractum valere, etiam si esset læsus in maxima quantitate, iuramentum, et renunciatio non teneret, et omittendo tractare, quæ *Doctores* tractant, prout refert *Simoncel. citat. tract. de decre. tit. de donatio. inspect. 3. nu. 27.* nimirum, quæ læsio debeat considerari in donatione, cum nullum adsit pretium, ut possit dici læsio ultra sextam, vel dimidiam, attamen cum donatio sit perdere, ut supra dictum fuit, et explicavimus *lib. 1. cap. 144. num. 9. & 10.* integra donatio est læsio, cum donando minor lædatur, et in nostris proprijs terminis in donatione iurata dixit notabiliter *Alciat. resp. 107. num. 11.* quod quando quis donat ultra dimidiam bonorum suorum, dicitur enormiter læsus, et eo casu non procedit *authent. sacramenta puberum*, quia minor per talem contractum fraudatur, *d. l. si superstiti, C. de dolo,* cum paria sint, quod dolus ex proposito, vel re ipsa interueniat, *l. si quis eum aliter, ff. de verb. obligat.* cum alijs adductis per *Alciat. ibidem*, quod etiã firmavit *Abb. conf. 107. num. 4. lib. 2.* ubi quod quis donando omnia sua bona materna ascendenti ad summam duorum millium florenorũ, dicitur enormissimè læsus, accedente etiã legis prohibitione, ætate, et fragilitate, quo casu iuramentum nihil operaretur, et ita

20 in his terminis inveniisse per *S. C. Regni* huius decisum in quædam aulis, sub die 29. Martii 1588. referente olim Regio

21 Consiliario Põpicio Salernitano, ad fauorem Domini Ferdinandi de Rossis, qui in minori ætate constitutus Comiti Calatiæ eius fratri contèplatione matrimonij totã eius substantiam donauerat, ad summam ducatorum triginta millium ascendentem, quam donationem effectus maior rescindere intendens, sententiam in sui fauorem reportavit, prout apparet in processu pænens Fællicem *S. C. Actorum Magistrum.*

SYMMARIUM.

- 1 Minor curatorem habens, si contraxerit præter illius consensum, sed cum decreto Iudicis an contractus validus sit censendus.
- 2 Auctoritas Iudicis an suppleat defectum tutoris, vel curatoris.
- 3 Minor curatorem habens absq; illo contrahens cum iuramento an contractus validus sit censendus, & num. 4.
- 5 Minor equiparatur prodigo.
- 6 Iuramentum non confirmat contractum prodigi.
- 7 Minor potest præsentare clericum in beneficio, quod est de suo iurepatronatus, itemq; pupillus maior septennio.

ARGUMENTVM.

Agitur, an contractus minoris iuramento roboratus, absque tamen curatoris auctoritate de iure subsistat. Iudicis decretum an suppleat tutoris, vel curatoris defectum. Pupillus maior septennio num possit absq; tutoris auctoritate præsentare clericum in beneficio, quod est de eius iurepatronatus, & si duplex concurreret præsentatio, nimirum pupilli, & tutoris, quæ nam præualebit.

CAP. CXXXVII.

Minor curatorem habens, si absq; eius auctoritate contraxerit, sed cum decreto Iudicis, dubitatur, an contractus validus sit censendus?

Glossa in l. si curatorem habens, c. de in integr. restit. minor. 29. annis, in verb. absimilis, in fine, pro validitate respondit, Bart. tamen ibidem num. 6. quem omnes ferè sequuntur, distinguit, & melius, dicens, quod quidam sunt actus, in quibus requiritur Iudicis, & curatoris, sicut tutoris autho-

ritas, ut in alienatione bonorum immobilium, tot. tit. C. de præd. minor. & auctoritas sola Iudicis non sufficit, quia unum deficit ex substantialibus, allegat *tex in L. om. bi. s. si prator, ff. de transact.* quidam vero sunt actus, in quibus curatoris tantum auctoritas sufficit, & tunc dicit *Bar.* aut celebratur actus necessarius, & Indigis auctoritas sufficit, aut actus voluntarius, & tunc si loquimur in curatore, auctoritas Iudicis curatoris supplet defectum, secus vero in tutore, quia tunc necessarium est, quod eius interueniat auctoritas, nisi forsitan de patili tutor haberi non posset, eo. n. casu Iudex posset illius suppleri defectum, subdit tamen *Bar.* notandum esse in praxi, quod ubi cunq; Iudex supplet defectum tutoris, debet Notarius de hoc in actis expressam facere mentionem, dicens, sciens, & cognoscens dictum Iudex, eum esse minorem, & prædicta sine tutoris auctoritate facere, suum interponit decretum.

3 Sed quid dices, si minor curatorem habens contraxerit ipse solus, iuramento interueniente, an procedant supra enarrata, ita ut actus cum iuramento gestus, illius vigore validus censeatur, iuxta disposita in *authent. Sacramenta puberum, c. si advers. v. d.* Respondeo, in hoc casu Doctores satis varissime, nonnulli enim existimantur ex vi iuramenti, etiam si minor curatorem habuerit, dum cum iuramento contrahit, ritè, & rectè eum contrahere, pro qua opinione videndi sunt *Cynus in d. authent. Sacramenta puberum, in l. 1. quæst. Crauet. conf. 7. num. 16. Soraphin. de privileg. iuram. princ. 83. num. 78. vers. doctrinæ optinend. & privileg. 129. num. 2. & alij relati per Mantuanum, cum quibus ipse pertransire videtur in tract. de iur. att. quæst. 15. i. effectus, num. 2. & per Rom. prag. l. 1. nu. 33. de minoribus, illamq; solam afferunt rationem, quia ubi adest iuramentum, de curatoris auctoritate non curatur, sed qd procedat *tex in d. authent. Sacramenta puberum.**

Contrariam tamen opinionem sequuti sunt *Barrigay. relatus ad Imob. in c. cum contingat, nu. 48. ad iur. citat. Curt. in n. conf. 53. n. 6. Tobias conf. 57. num. 20. afferentes, minoris contractum absque curatoris auctoritate celebratum, quæcumque iuramento roboratum, nullius esse efficacit, nec fore locum, *authent. sacramenta puberum, istamq; sententiam receptiorem esse testatur Paris. conf. 96. nu. 12. & seq. lib. 1. quæ opinio mihi semper visa fuit iuri consona, quia secus frustratorius esset actus dationis curatoris minori, cum semper contrahere posset cum**

ARGUMENTVM.

Agitur, an Monasterium ex persona Monachi tempore grauissimæ infirmitatis professi, & in ea defuncti, possit agere super bonis paternis, & maternis pro cõsequutione legitimæ portionis, quæ huic Monacho super eisdem bonis competeat, vbi decisio Sacri Consilij.

C A P. CXXXVIII.

Monialis si emiserit professionem tempore grauissimæ infirmitatis, ex qua mortua est, elegans est indagatio, an possit Monasterium in bonis paternis, & maternis sic professæ legitimam portionem filie huic competentem petere? Et negatiuè respondendum videtur, cum vigore *Tridentinae sanctionis sess. 25. c. 15. & seq. de Regular.* expressè cautum sit, Nouitios post annum probationis, si inhabiles illi inueniantur pro Dei, & Religionis cultu ad professionem non esse admittendos, cum igitur hæc monialis professionis tempore reperiat quasi de salutè desperata, ergo pro Religione inutilis, & proinde etsi professæ sit, parentibus tamèn nocere non debet.

Secundò cum valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, & signanter quodam dote, *Bal. in l. fin. C. de dotis promiss.* sicut .n. dõs datur marito propter matrimonium carnale, pro oneribus eiusdem substinendis, *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* adeò quòd si maritus onera matrimonij non substineat, eidem fructus dotis nullo modo debentur, *glos. in cap. salubriter, in verb. onera, de vsur. Bart. in l. si antè, num. 3. ff. solut. matrimõn.* ità in matrimonio spirituali, vt Monasterium non possit fructus dotis consequi, quando onera alimentandi monialem non substinuit, neq; substinet.

Tertiò vera est *Dollorùm* conclusio, quòd quando constitutus in articulo mortis facit actum, per quem præiudiciũ inferatur

ei,

5 iuramento, & sic actus valerent, & curator ad nihil desertiret, item cum minor prodigo æquiparetur, vt probat *tex. in d. l. si curatorem habens*, ex quo est ille à Iudice bonorum administratione priuatus, si cum iuramento contraxerit, adhuc contractus nullius est roboris, ex doctrina *Bart. communiter recepta in l. si quis cum aliter, ff. de verb. obligat.* ergò idem dicendum est in minore curatorem habente, vt nimirum iuramentum confirmare nõ possit contractum ab eò initum, dum citrà curatoris cõsensum celebratus extitit.

7 Limitantur tamèn hæc omnia in actu per minorem explendo circa presentationem clerici in beneficio, quod est de suo iurè patronatus, poterit enim minor curatorem habens, itemquè pupillus maior septennio absquè tutoris, siuè curatoris auctoritate clericum præsetare in beneficio, quod est de eorum iurè patronatus, immò, quod est plus, si duplex concurreret presentatio, tutoris nimirum, & pupilli, prævaleret pupilli presentatio, probant *Lambert. de iurè patron. lib. 2. part. 1. quæst. 2. art. 9. & 10. sol. mihi 9. ceteriq; relati per Viuian. in prax. iuris patro. p. 2. lib. 5. c. 3. n. 15. c. seqq.*

S V M M A R I V M.

- 1 Monasterium nam ex persona Monachi professi tempore grauissima infirmitatis, & in ea mortui possit in illius patris bonis petere legitimam portionem, qua ei tangebatur, & nu. 8. 9. & 10.
- 2 Nouitius non est ad professionem admittendus post annum probationis, si pro Religione inhabilis reperiretur.
- 3 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est.
- Actum faciens in articulo mortis, per quem præiudicium fit tertio, nullum producit effectum.
- Ingrediens Religionem mortis tempore, presumitur id factum in fraudem substituti.
- Profruens Religionem in mortis articulo, salutè recuperans non potest se pœnitere.
- Matrimonium quis potest contrahere cum concubina ad effectum filios legitimandi.
- Deiõ ad quæstionem refertur.



- ei, qui habet ius in re, prout in casu nostro, in quo si professio effectum produceret respectu bonorum præiudicium affert Parētib; hoc sanè casu actus ex hoc solo, quòd fit in articulo mortis, nullum producit effectum in tertij præiudicium, argumento *text. in l. filia mea emancipata, & agra 60. ff. solut. matrim. Alciat. in l. post contractum, ff. de donat. num. 61.* qui in puncto expressè voluit, ingredientem Religionem mortis tempore in substituti fraudem præsumi ingressum fuisse, & proindè non remanebit substitutus ille exclusus, sequitur *Crauet. conf. 82. num. 3. & tenuit Menoch. conf. 266.*
- 5 Sed in contrarium pro Monasterio facit *tex. in cap. sicut nobis, de regul. & transeunt. in religio.* vbi professio in mortis articulo emissa valet, per quem *tex.* pro indubitato hoc affirmat *Io. Andr. in cap. sine culpa, num. 1. vers. quinto multum, de regul. iur. in 6.* subdens, tam matrimonium carnale, quam spirituale in articulo mortis contractum, haberi, ac si fuisset in sanitate contractum, ergò si nalet professio, bona monasterio acquiruntur.
- 6 Secundo, in tantum est verum, quòd professio in mortis articulo valeat, quòd si talis profiteri volens salutem recuperauerit, non potest se poenitere, sed Regulam obseruare compellitur, vt in *d. tex.* probatur, ergò si ad obseruantiam compellitur, professio dicitur sollempnis, & per hoc profitentis bona monasterio acquiruntur.
- 7 Tertiò, si licitum est, vt supra diximus arguere de matrimonio carnali ad spirituale, & vera, ac magis recepta est *Doctõrũ* conclusio, licitum esse infirmo in articulo mortis existente matrimonium cum concubina contrahere, ad effectum filios legitimandi, vt per illos substituti excludantur, prout multis autoritatibus concludunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. num. 28. vers. caterum, & de Pont. conf. 114. num. 2. vers. nec de agitudine,* ergò & permissum est moniali in mortis articulo profiteri, etiam vt eius bona monasterio acquirantur.
- 8 Quid dicendum? Ego in hac quæstione distinguendo responderem, nimirum, aut professio fuit emissa antè completum annum probationis, attenda *Bulla Py V.* emanata sub die 23. Augusti 1570. aut post annum completum, vt primo casu procedat, & vera sit prima opinio, nempe quòd per talem professionem bona monasterio acquisita non censeantur, cum per illam voluit Summus Pontifex nouitijs in articulo mortis existentibus succurrere, etiam non

completo anno probationis, ex debito deuotionis, ad hoc vt decedentes indulgentias, & alias consequantur gratias, quas & alij, aliqùe professi, seù professæ consequuntur (in tantum, quòd si nouitus ille sic in mortis articulo professus conualuerit, & sic ex ea infirmitate non decesserit, teneri eum, dixerunt *Doctõres* complere integrum probationis annum, & professionem de nouo emittere, sic *Fran. Eman. tom. 3. quæst. 15. art. 6. Petr. de Ledesm. in summ. par. 2. trac. de los stat. de los Relig. cap. 7. concl. 2. difficult. 1.* quos citat *Barboj. in remission. ad Concil. Trid. cap. 15. de regular.*) & proindè quòd factum est ad vnum finem, indulgentiarum, scilicet consequendarum, non debet ad alium, acquisitionis scilicet bonorum operari, & sic intelligendi sunt *Riccus resolut. 493. in prax. variar. resolut. &* alij primæ opinionis authores; secundo uerò casu, indubitanter tenendum est, secundam opinionem procedere, ut scilicet monasterium omni iure legitimam portionem, quæ filiz moniali taliter professæ in bonis parentum competebat, petere possit, per ea, quæ sunt supra ponderata, sicuti in facti contingētia de anno 1626. maxima discussione præcedente per S. C. Regni huius iunctis 11 aulis in Collaterali Consilio fuit decisum ad fauorē Monasterij Sancti Ioannis Baptistæ huius Ciuitatis Ordinis Sancti Dominici contra heredes, Marcelli de Iudice, cuius filia nomine soror Maria Magdalena post annū probationis incurabili præfata infirmitate, in qua mortua fuit professionem emisit, quæ per Sacram Congregationem valida fuerat declarata, & sic fuerunt condemnati dicti hæredes ad præstādam Monasterio dotem consuetam, und cum fructibus à die professionis; pœnes Cioffum S. C. Act. Magistrū, & extat *decis. 40. D. Reg. Roniti* post hæc scripta impressa.

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier soluto matrimonio per mortem viri an absque heredum viri consensu possit agere pro dotis promissa recuperatione, & n. 2. 6. 7. 8. 9. & 13.
- 2 Instrumentum in iudicio productum an fidem facias, si non est productum in carta pergamena, seruata forma Constit. Regni Instrumentorum robur, & n. 14. 15. & 16.
- 3 Refutarius an in actione personali cogi possit ad soluendum debita defuncti, non dato alio herede, & num. 17.
- 4 Actio realis an institui possit super feudo, quod

- non est specialiter obligatum, & n. 24.
- 10 Mulieri absenti in dote pro illa constituta ius perfectè quaritur, adeò ut si matrimonium illud sequi non potest, dos nullatenus per patrem de cetero diminui potest, venitque praesentibus omnibus paternis creditoribus, qui post illius dotis constitutionem contraxerunt.
 - 11 Textus in l. si pater, C. de dotis promiss. cessat, ubi in tractu promissionis dotis mulier dotata intervenit.
 - 12 Textus in anthen. sed quamvis, C. de rei uxot. actio. declaratur.
 - 13 Refutatio est praematura, siue anticipata successio.
 - 14 Refutarius refutatione facta tenetur fratribus secundogenitis vitam, & militiam praestare, & paragium sororibus, & n. 21.
 - 15 Donatarius omnium bonorum habetur loco heredis, ita ut ad omnia debita donantis, etiam in actione personali cogi possit.
 - 16 Feudum si emptionis titulo ad legitimum successorem devenit, adhuc antiquum dicitur, ita ut vasalli ad domanium provocare non possint.
 - 17 Reliquum solvitur Fisco ex refutatione omnium feudorum.
 - 18 Dicitur, &c. posita in obligatione omnium bonorum an comprehendat bona feudalia.
 - 19 Tex. in cap. 1. §. in generali, si de feud. de tuo. contro. fit an de consuetudine setuatur, & supposito, quod sic, an procedat in obligatione univ. n. 26. & an limitetur favore dotis, n. 29. vel ubi assensus hominis, vel legis praeceperet, n. 30.
 - 20 Causa feudales an agitari possint cum procuratore, qui univ. habeat mandatum ad omnes causas.
 - 21 Feudatarius si obligaverit generaliter bona sua, quo tempore non habeat, nisi bona feudalia, an illa obligata censeantur.

ARGUMENTVM.

Agitur, an mulier soluto matrimonio possit absque hæredum viri cessione agere pro recuperatione dotis viro promissæ, & non solutæ. Instrumentum, quod in iudicio in carta pergamena nõ est productam an fidem faciat, ubi geminatæ S. C. decisiones.

Refutarius bonorum feudaliu nõ dato hærede univ. an loco hæredis habeatur. *Tex. in c. 1. §. in generali, si de feudo defun. contro. fit an procedat, quando feudatarius univ. saliter bona sua obligavit, & quid si non habebat, nisi bona feudalia. Item an limitetur favore dotis, & ubi hominis, siue legis assensus præcederet, & de alijs.*

C A P. CXXXIX.



Mulier, soluto matrimonio per mortem viri, dubitatur, an absque hæredum viri cessione possit agere pro dotis promissæ recuperatione; & quid si conventus non esset dotantis

hæres; sed bonorum feudaliu refutarius, num in actione personali condemnari possit; & an cum actione personali possit insimul agere actione hypothecaria super feudis refutatis, quæ tamen pro dote promissæ specialiter obligata non reperiuntur; sed tantum generaliter?

Contigit hoc anno de his in S. C. disputari in causa Domine D. Iulie Beltrane attricis cum Domino Comite Conuersani conuenti, cuius quidem D. Iulie partes Ego tuens, sequentes scripsi iurium Allegationes.

Iesus, Maria, Ianuarius.

Domini Comitis Conuersani iura tuentes, pluribus mediis demonstrare conantur, Domnam Iuliam Beltranam repellendam esse à iustissima petitione facta ducatorum decem milium matri suæ D. Camillæ de Aquania, à Ducibus Neritoni Genitoribus dotis nomine promissorum, cum desponsaretur Don Ferdinãdo Beltrano Mysanearum Comiti, &

- 1 Primo, quia attrix ipsa caret actione, cum promissio Comiti Mysanearum eius patri facta fuerit, sicque illi, nõ autem do-

tata hæredibus ad dotem promissam consequendam competit actio, ad *tex. in l. si pater, C. de dotis promiss. & tradita per D. de Franck. decis. 33.*

3 Secundò, quia instrumentum Capitulorum matrimonialium, quo mediante constat de credito prædicto, non est in actis præsentatum in carta pergamena, seruatà forma *Constis. Regni Instrumentorum robur, & alterius incipientis Consuetudinem*, sed bammacina, & Notarius, à quo stipulatum fuit ad præsens mortuus reperitur, instatumque fuit à conuento pro exhibitione prothocolli, quod D. Iulia actrix exhibere non curauit.

4 Tertiò, quia fuit D. Comes conuentus in actione personali ad soluendum vti hæres Ducum dotantium per intermediam personam D. Catharinæ matris, quam nullatenus in processu constat fuisse hæredem Ducis patris, sed tantum Ciuitatis Neritoni refutatariam.

5 Quartò, quia actrix vltra actionem personalem, quam aduersus D. Comitem sobrinum instituit, egit in simul iure assistendi super Ciuitate Neritoni, quæ in Capitulis matrimonialibus obligata non reperitur, sed tantum generaliter dotantium bona hypothecæ submissa, sub qua quidem generali obligatione feuda non includuntur, ad *tex. in cap. I. §. in generali, in tit. si de feud. defun. & c.*

6 At Ego, qui D. Iulie iura tueor, breuiter, & facili quidem modo demonstrabo, omni iure D. Comitem in actione personali condemnandum esse, & pro petitis quantitibus super bonis in iudicio deductis assistentiam fore præstadam, oppositionibus, quæ ex aduerso fiunt in nihilo refragantibus.

7 Et quoad primam attinet, nimirum quod actrix actione careat, cum ad dotem promissam consequendam viro, sine eius hæredibus, non autem mulieri cõpetat actio, citata *l. si pater, C. de dot. promiss.* aduertatur, illud in hac re certum esse, soluto matrimonio per mortem D. Camillæ, superiitate D. Iulia actricis eius filia, D. Comitè Mysanearum, dum illam nuptui tradidit primò D. Didaco Beltrano, & demùm D. Frãncisco Pignatello; dotis nomine cessisse infra maiorem summam, eandem quantitatem duarum decem millium, sibi à Neritoni Ducibus promissorum, sicque non est, cur hodie dubitari possit, an D. Iulia actrix actionem habeat ad hanc summam, & quantitatem consequendam. Secundò, versantes nos in mero, ac puro iuris articulo, omnia

dispositione *d. l. si pater*, quæ certè, vt bene aduertit *Ant. Faber* infra allegandus, loquitur constante matrimonio, vt eo tempore non vxoris, sed marito competat actio ad dotem promissam exigendam, fateor, satis fuisse inter *DD. cõtrouersum*, an eadè dispositio procedat, quãdo matrimonium per alterius ex coniugibus mortem fuerit solutum, sed ruminatis vtriusque sententiæ fundamentis, existimo, satis, superque constare, opinionem pro muliere, vt absque vlla hæredum viri cessione agere possit, magis receptam esse, tum rationibus, tum ferum iudicatarum, ac *Doctõrum* autoritate.

8 Rationibus siquidem, & primò, quia hoc æquitas suadet, vt pro dote sua recuperanda absque cessione agere possit mulier, ad *tex. in l. I. §. videamus, & in §. accedit, C. de rei vxor. actio.* nec est nouum, vt ex æquitate actio concedi soleat alii, quàm illi, cù quo negotium gestum est, ad *tex. in l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* quam quidem æquitatem eo fortius in hoc casu omnino amplecti debemus, si consideramus inconueniẽs, quod oriri posset, si actionem, de qua agimus, mulieri denegarem, illudque est, quia posset dari casus, vt mulier indotata remaneret, cum possent viri hæredes dotis promissorem liberare, illosque demùm effici non soluendo, sicque mulieri nullo pacto esse consultum, vt bene aduertit *Fontancl. mox* allegandus.

9 Secundò, pro muliere multum stringit virtus iuramenti, à dotis promissore in Capitulis matrimonialibus præstiti, ac Notarii stipulatio, vt omnibus, quorum interest sine cessione ius acquisitum cõleatur, probant hoc *Natt. cons. 534. nu. 8. lib. 3. Rot. dec. 769.* in nouitè nouissimis collectis per *Farinac. & alii* pœnès *D. Card. Maurit. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 13. tit. 7. num. 22. & Vincent. Mancinum in tract. de effect. iuram. par. 4. effect. 23. num. 1.*

10 Tertiò, quod mulier nulla indigeat hæredum viri cessione, sed ad finem agendi sat ei esse promissionem à patre dotante, olim viro suo factam, considero actum illum dotationis, in quo pater dotem dans, vel promittens videtur illam filie donare, *l. fin. C. de dot. promiss.* Et quamuis filia sit absens, dicitur ius illi quæsitum, cum speciale fit in dote, vt ex contractu inter alios celebrato mulieri absenti in dote pro illa constituta ius perfectè quærat, reuideatur *tex. in l. unica, §. accedit, C. de rei vxor. actio.* cum aliis allegatis per *Dec.* omninò videntum *cõf. 35.* vbi per decem columnas adeo

ex promissione dotis futuro viro à socero facta filiz dotatz ius quæsitū censerī probat, vt si matrimonium illud ex aliqua causa sequutum non fuerit, dos nullatenus per patrem de cætero minui possit, sicquē in hoc casu adhuc procedere dispositionem *tex. in auth. sed quamuis, C. de rei vxor. actio.* id, quod pariter probant et alii per me relati *lib. 1. cap. 92.* quo loci retuli singulare dictum *Philippi Pascalis*, qui in suo tract. de *viribus patr. potest. par. 1. cap. 4. num. 34.* substinuit, ex dotis promissione à patre pro filia in Capitulis matrimonialibus facta ad eò ius irreuocabile filiz acquiri, vt etiā si matrimonium illud non sequatur, veniat nihilominus filia super bonis paternis, omnibus creditoribus, qui postea cum patre contraxerunt, præferenda; et demum **II** eodem *cap. 4. num. 17.* probat, cessare prorsus dispositionem *tex. in d. l. si pater*, quoties in contractu promissionis dotis interuenit mulier, quæ dotatur, prout in casu nostro, in quò uerum est, D. Camillam dotatam in simul cum Comite uiro in instrumento promissionis dotis interuenisse, quo fit, ut pro eo, quod ad nos pertinet, cesset prorsus omnis dubitatio, nam sicut ex ui interuentus D. Camillæ in stipulatione poterat ipsa agere etiam constante matrimonio, ita pariter potest nunc agere D. Iulia eius filia, & hæres.

12 Quarto, rogo aduertendum, quòd si contrariam insequeremur sententiam, sicquē diceremus, ex dotatione nullum fuisse ius quæsitum mulieri, & successiuè matrimonio soluto per mortem uiri non posse illam pro dotis exactione agere aduersus patrem promittentem, nisi prius iurium cessione obtenta ab hæredibus uiri, cui fuit dos promissa, loqueremur certè contra dispositionem *tex. in supra citata auth. sed quamuis, C. de rei vxor. actio.* disponitur *ibi*, non licere patri dotem filiz ad se per uiri mortem reuersam minuire, si filia ipsa alteri nubere uoluerit: hac dispositione sic stante, dico Ego, si ex prima dotatione non fuisset filiz ius quæsitum, quæ nam actio ei superisset aduersus patrem, ut dos illa primo uiro assignata iterum secundo absquē diminutione tradatur? certè nulla, & tamen contrarium determinatur in *text. prædicto*, ergò supposuit *Imperator*, ex prima dotatione fuisse ius filiz quæsitum, ut semper absquē alterius ministerio actionem habeat ad dotem promissam consequendam, id, quod nimis clarè dispositum erat in *lege Codicis*, prout uidere est in *d. s. accedat, ibi*

tunc præsumitur, mulierem ipsam stipulationem fecisse, ut ei dos ex huiusmodi casu accedat, &c.

- 13** Assistit etiam pro muliere, ut deueniamus ad puctualitates, rerum iudicatarum autoritas; sic enim in Senatu Gratiano-politano decisum, testis est *Guid. Pap. decis. 375.* in Senatu Parisiense *Io. Pappon. lib. 15. tit. 4. arrest. 3.* in Rota Romana *Gratian. discept. forens. cap. 49 et 362.* in Senatu Sabaudiz insignis *Ant. Fab. diff. 6. C. solut. matr.* in Senatu Cathaloniz *Fontanel.* omninò uideus *tom. 2. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 1. par. 1. à num. 20. vbi nu. 22. & seq.* huic opinioni tanquam æquiori omninò adhærendum fore suadet, quia illam tot Viri docti, & Senatus eminentissimi insequuti fuere, & hoc ad circuitum prorsus inutilem, vt ipse dicit, euitandum, idemquē affirmarunt *Io. Bapt. Laderch. cons. 131.* per tot. & *Io. Vincet. de Anna alleg. 129. & sing. 601.* vbi fatetur, olim D. Regentem Reuerterium Virum eruditissimum sibi dixisse, *Guid. Pap. decisionem* uerissimam esse, & nouissimè *Sansel. dec. 130.*
- 14** Ad secundum obiectum, probaui aliàs dum de his agerem *cit. lib. 1. cap. 186. num. 15. & 16.* in obtinendo in quibusuis iudicijs, excepto illo, in quo agitur via ritus M. C. V. sat dici, & censerī in forma probati instrumentum, quod in carta bammacina producitur, in quo nec testes per Notarium adscribuntur, nec ab illis fit subscriptio, dummodò adsit fides eiusdem Notarij, per quem cõstitetur, extractam esse copiam à proprio originale, vbi adsunt Iudex, & testes in numero opportuno, sicq; passim apud nos tam in M. C. quàm in S. C. praxim obseruare, ad idq; citauī *Minad. D. R. Tap. & alios vt ibi*, quibus nunc addo *Vrsil. ad Ass. decis. 245. num. 1. & 2.* vbi decisionem refert, *Annam sing. 246.* vbi pariter sic per S. C. in casu maioris considerationis determinatum testatur, *Ricc. collect. decis. 1322.* & *Barbat. de assisten. glos. 4. num. 9.* sicquē nostris temporibus in diuersis factorum contingentijs iudicatum inuenimus, & signanter in causa Viti Antonij de Calce, cum Iosepho, & Michaele de Calce pupillis, qui cum in M. C. quatuor proposuissent nullitates aduersus decretum assistentiz, per Curiam Salernitanam latum ad fauorem dicti Viti Antonij, illamquē præcipuam, & primam, quia instrumenta, super quibus erat fundatum decretum confecta erant in anno 1591. nec aliter redacta in forma probante, seruata forma *Constit. Reg. & Notarius*, & testes mortui erant, fuit per M. C. sub die 25.

Mensis Februar. 1630. prouisum, nullitates propositas non obstat; & cum esset appellatum ad S.C. indèq; in gradu appellationis lata esset sententia ad fauorè eiusdem Viti Antonij, petierunt pupilli, qui succubuerunt restitutionem in integrum, lesionem fundantes, quia processum erat ad rescissionem instrumentorum, quæ resumpta non erant seruata forma *Constit. Regni*, sed factò verbo in S. C. sub die 30. Iunii 1631. fuit dictum, non esse deferendum in integrum restitutioni petitz, processus est in Banca Solatij pro Curia. Idem pariter determinatum in causa Doctoris Didaci de Pace, & Portiæ de Eliseo coniugum, cum Nicolao, & Francisco Vaccaris, vbi in specie fuit oppositum, non posse tractari de executione instrumenti in actis producti, ex quo carebat requisitis *Constit. Regni Instrumentorum robur*, & tamen oppositione hac penitus reiecta, fuit per S.C. ordinatum, quòd conuenti soluerent tertias, idquè sub die 18. Maij 1632. referente olim Regio Consiliario Salgado, penès Scaccianentum actorum Mag. Idemq; hoc anno decisum in causa Doctoris Antonij, & fratrum de Fraia cum Nobilibus Puteolanis, qui cum allegassent, sententiæ reintegrationis nobilitatis pro dictis de Fraia per S.C. latam nullà esse, ex quo fundata erat super instrumentis non aliter redactis in publicam formã iuxta *Regni Constit.* insimulquè alias proposuissent nullitates, facta relatione per D. Consiliarium Sapium causæ Commissarium, fuit per S. C. iunctis Dominis duarum Aularum prouisum, nullitates non obstat, processus est in Banca de Litto: Item de hac eadem oppositione nulla per S.C. fuit ratio aliqua habita hodiè, quæ est ... mēsis Octobris 1641. in causa Francisci Antonij Scarato cum Catharina Artesia Ciuitatis Castellane; referente Doctissimo Domino Consiliario Merlino, penès Solatium actorum Magistrū pro Curia, quare de his amplius dubitare fas sit mihi dicere, dubitantem grauissima intellectus infirmitate elaborare.

Nec obstat in casu nostro, quòd Notarius, qui instrumentum Capitulorum matrimonialium stipulatus fuit tempore moti iudicii, mortuus reperiatur, etenim oppositio hæc alienius considerationis esset, si instrumentum presentatum post mortem stipulantis ab alio Notario à matrice extractum esset; sed quia ab ipso Notario dum viuebat, cessat obiectum, ut in pū-

do dixit *Gramm. conf. ciuili 70. num. 4.* sub illis verbis, ex quo quando facta est copia ab eodem Notario, qui originalem scripturam illam confecit, illa potest dici copia, & etiam potest dici originale, quia pertinet ad eius officium, cum ipse fuerit originaliter rogatus, &c. idemquè dixit *Horat. Viscont. in addit. ad D. de Franch. decis. 77.* post alios, quos citat; accedat aduersarius, insitisse pro exhibitione Prothocolli per Actricem faciendã, nam respōdetur, quòd dum in sui posse non reperitur, ad talem exhibitionem non cogitur, prout in puncto per S.C. decisum refertur *D. de Franch. decis. 194.* & alii per Me relati proximè citato *cap. 186. num. 4. & 5.*

17 Ad tertiam oppositionem, qua mediante contenditur ex aduerso, D. Comuè non aliter per intermediam personam D. Ducissæ eius matris, Dominorum Ducum dotantium hæredem esse; sed tantam Ciuitatis Neritoni refutatarium, ut ex refutatione fol. 115. aliorumquè bonorum omnium donatarium, ut ex amplissima donatione, fol. 19. à ter. sicquè hodiè condemnatione in actione personali sequi nõ posse; etenim pro responsione huius nunquam auditz oppositionis; vellè Ego videre *Doctore*, cuius autoritate possent aduersarij affirmare, refutatarium non dato alio hærede vniuersali, prout in casu nostro, pro hærede haberi non posse; omnes enim, quos vidi vno ore affirmasse inueni, refutatarium verè, ac propriè refutantis hæredem dici, cense-ri, & vocari, ac non minus talem per refutationem nominari, quam per successionem in morte, cum refutatio aliud non sit, nisi

18 præmatura, accelerata, siuè anticipata, successio, & in omnibus regulatur, prout successio post mortem, & ut dixit *Loffed. conf. 3. num. 30.* est refutatio eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius res ipsa foret, si præuentum non esset, idemquè probant *Fab. de Ann. conf. 127. num. 42. lib. 2. Marcell. de Mauro alleg. 28. num. 6. Consiliarius Theodorus alleg. 4. num. 12. Laratba de feudis, tom. 2 fol. 334. num. 70. & Camil. de Medic. conf. 49. num. 6.* vbi dicit, feudatarium in actu refutationis iura sua restringere, et tollendo eius personam de medio præmaturè feudorum successione immediato successoris consignat, ac proinde teneri refutatarium tanquam

19 hæredem ad omnia onera refutantis antè refutationem contracta, scripsit *Rouit. conf. 9. num. 9. lib. 2.* subdens *num. seq.* refutatione à patre filio primogenito facta, statim secundogenitis ad vitam, et militiam consequendam, et fororibus paragiū obti-

nendum competere actionem, idemq; dixerat in *pragm. 24. num. 8. de feud. in nouissimis Cōment.* quod per prius Sacra Conf. per binas sententias conformes determinasse, testis est *Anna pater*, quamuis contra eius; quam tuebatur sententiam *alleg. 23. & Laratha loc. cit.* et de nostratibus memores fuerunt *Mastrill. decis. 248. nu. 21. & 22. & Gurbain Consuetud. Messan. cap. 4. glos. 5. num. 26.* nec est hæc noua nostrorum opinio, quoniam in terminis donationis omnium bonorum hoc idem dixerunt et alii

30 Doctores; nimirum, vt donatarius omnium bonorum habeatur loco hæredis, et vt talis ad omnia debita donantis, adhuc in actione personali teneatur, videatur *Guid. Pap. decis. 105. & Ludovic. à Peguer dec. 121.* post alios, quos citant, quibus addo nostrum *Fahium de Anna cons. 108. nu. 27. & Intrigl. decis. 30. num. 2.*

31 Ea quod de hac communi nostrorum maiorum determinatione dubitandum non fit, pater, nam si diceremus, refutatarium ex quo habet feudum à refutante in vita non posse hæredem vocari, & ad refutantis onera persoluenda adstringi, sequeretur, vt feudum illud refutatum in ipsius refutarij persona nouum; non autem antiquum remaneret, & tamen quod remaneat antiquum, nemo huc usque dubitauit, immò, quod est plus, dixerunt communitè Feudistæ, vt adhuc feudum antiquum dicatur, si pretio mediante feudum in proximè successurum deueniret, quamuis aliàs feudum alienatum in acquirentis persona nouum dicatur, ex quo venditio illa, quæ fieret in proximè successurum, in vim refutationis resoluitur, ita ex *text. in c. 1. de vassal. decrep. etat. & in cap. 1. de eo, qui finem fec. agnat. vbi Bal. Affl. Frex. & alij, probauit lib. 1. c. 23. vbi nu. 9.* attulimus singularem decisionem Regis Cameræ, relata per *Obstauum Bammacar. in comment. ad tit. si de feud. defunct. nu. 212. fol. 244.* quo loci decisum testatur, de negatam fuisse Vniuersitati Terræ Molæ domanium, ad quod per alienationem sequentem illius Terræ se admitti petebat, ex quo compertum fuit, distractionem, quamvis pretio mediante in proximè successurum sequentem fuisse, sicque illam proprie alienationem dici non potuisse, nec vassalli in nouam redigebantur seruitutem, sed potius antiquum cōtinuabant dominium. Insuper si diceremus, refutationem ex quo illa sequitur in vita refutantis, non regulari in omnibus, prout successio post mortem, sequeretur, vt necessario super refutationis

contractu Domini nostri Regis assensus esset impetrandus, & tamen incontrouersum est, illum non requiri, ad *text. in c. 1. §. & si libellum, de alienat. feud. patern. in c. 1. de eo, qui finem fec. agnat. & in c. 1. de vassal. decrep. etat. D. Reg. de Pont. tract. de potestat. Proreg. 23 tit. 8. §. 1. num. 23. & alij*, sequeretur etiam, vt refutatarius, quando è viuis decedit refutans, (loquor de refutatione omnium feudorum) ad releuium Fisco soluendum haud teneatur, quod est contra vetustissimam Regis Cameræ obseruantiam, vbi, defunctis refutantibus, refutarij debitum releuium Fisco persoluant, vt per *Reg. Roman. in pragm. 1. num. 10. de officio Procurat. Cesaris post lo. Vinc. de Anna in repetit. rubr. de vassal. decrep. etat. n. 224. et seqq. & Reg. Moles decis. 7. in princip. tit. de iure relemi*, ad quod certe non tenerentur, si refutatio ad instar successiois post mortem non regularetur, indeque maxima oriretur fraus, possent enim feudatarij ingens es alienum contrahere, demumq; filijs feuda refutare, illosq; refutationibus, & morte refutantium sequutis, ad onera contracta persoluenda nullatenus teneri, sicq; pauperes creditores decipere, quod an pronis auribus audiendū sit, videant Senatores præstantissimi.

34 His se stantibus remanet, vt quartæ oppositioni satisfaciamus, dum audacter, & ab omni dubitatione procul pretenditur ex aduerso, Dominam adricem Dominorum Ducum dotantium bona feudalia hypothecata non habere, sicq; malè super illis iure assitendi egisse; Dixi aliàs pro responsione, quod huic oppositioni obstat factum, obstat & ius: In facto enim cōstat Dominos Duces dotantes pro dotis promissæ satisfactione omnia eorum bona obligasse cum ditione, &c. ibi in Capitulis matrimonialibus fol. 48. à t. *pro quorum obseruantia obligauerunt seipfos, hæredes, & successores, & bona omnia, &c.* quam quidem ditionem expressam, et specificam bonorum feudaliū obligationem importare, dubitandum non est, sic enim passim dicitio hæc, &c. à Notarijs huius Ciuitatis, qui peritissimi sunt, extenditur, et describitur, prout notum est, et producitur fides Notariorum de tali extensione attestantium fol. 130. sicq; omnem cessare cōtrouersiam, puto ex dictis per *Obstauum Bammacar. loco cit. in tra. num. 40. vers. sed quoniam plures adfunt*, et est de mente omnium, vt subactiula, siue ditione, &c. maxime si abbreviate à Notario scripta est, includantur omnia, quæ de stylo in similibus instrumentis ex-

tendi consueverunt, & quæ sunt de consuetudine loquentis in illa materia, vt post *Bar. Bald. Zabarell. Ias.* & alios probat *D. Cardinal. Tufcb. præf. conclus. lit. C. concl. 302.* & *Mari. de claus. par. 1. claus. 276.*

25 Secundo, quando in instrumento, quod producitur Capitulum matrimonialium simplex adesse bonorum omnium obligatio absq; dictione, &c. adhuc bona feudalia in casu nostro hypothecæ submissa esse dubitandum non est, etenim quamuis ex vulgari dispositione *text. in c. 1. §. in generali, si de feud. defunct. controuers. sit inter dom. & agnat. vasall.* in generali bonorum obligatione bona feudalia non comprehendantur, attamen ex receptissima nostratum sententia dispositio illa vt irrationabilis vbiq; non seruatur, sed tantum secundum *Andr. ibid.* vbi viget vsus, & consuetudo, quam in hoc Regno vigere nemo hucusq; affirmare ausus fuit, & ita in terminis nostri taciti assensus conclusionem hanc docet satis, prout de more comprobatur *Guzzarell. decis. 87. num. 5.* quo loci post degustatam materiam dicit, omnia scripsisse ad confusionem illorum, qui articulum tam clarum, & irrefragabilem in illa causa nostræ simili controuertere ausi fuerunt, subdens, Sacrum Consilium ab eius opinione tamquam verissima nullatenus discrepasse, vnumque ex Dominis dixisse, quod dispositio *de. 1. §. in generali* in Regno recepta non est, & quod passim contra dispositionem illam iudicatum extitit.

26 Sed circumscriptis his omnibus, non discedendo à dispositione illius *text. sed ea omnino attendita*, dico, quod pro huius causæ determinatione quatuor ad *text.* prædictum accommodantur limitationes, & illa prima se offert, nam cum illius feudalis functionis Auctores verba fecerint de generali bonorum alienatione, siue obligatione, secus erit, dixerunt magis communiter Feudistæ in vniuersali, vtputa si dictum esset, prout in casu nostro, *vendo, siue hypothecæ submitto omnia bona mea*, sicq; per Sacrum Consilium decisum tempore *Afflic.* ipse testatur in eodem *text. num. 9.* nam cum dubitatum esset, an causæ feudales agitari

27 possent cum procuratore, qui vniuersalem habebat mandatum ad omnes causas, pro affirmatiua opinione determinatum fuit, idemq; tempore suo decisum fatetur *Anna pater in repetition. cap. 1. de vasall. decrep. etat nu. 43.* & in *singul. 328.* vbi addit, quod si quis vniuersaliter renunciauerit omnibus bonis, videtur pariter renunciatum feuda-

libus, ad quod allegat *Cor. Duc. Crumet. & alios, vt ibi, idemq; sic manit in smg. 477.* & quod in Regno opinio illorum, qui reuerentur, sub vniuersali bonorum omnium obligatione bona feudalia comprehendendi, verior, atque magis communis sit, testis est *Offan. Bammacar. in eodem §. in generali, quest. 2. nu. 40.* idemq; post alios scripserunt *Mastrill. decis. 86. num. 6. de Ponte dec. 23. nu. 2.* nec dissentit *D. Consiliarius Theodor. alleg. 25. nu. 13. vers. & omiffu. disputatione, fol. 193.*

28 Secunda limitatio, quæ ad *text.* prædictum à *Doctores* traditur, illa est, nimirum, quoties qui bona sua hypothecæ submittit, non nisi feudalia habeat, prout in hac causa aduersarij affirmant, cum supponant, Ducei Neritoni non alia bona, nisi Ciuitatem illam possedisse, hoc enim casus, ne obligatio frustratoria reddatur, sed quod habeat in quo subsistere possit, recenseatur obligata feudalia viderunt *Lipontis ad illud, ad Andr. in d. §. in generali, & allegati per Guzzarell. cit. decis. 87. num. 5.*

29 Tertia limitatio datur fauore dotis, de cuius consecutione agimus, nam quod dotis fauore à rigorosa dispositione dicti *§. in generali* recedere debeamus, post *Bartholom. de Capuo, & Maria. Præf.* quos allegat, probat *P. Molfes. cons. 3. num. 33. & seq.*

30 Quarta limitatio, vs generalis dispositio etiam bona feudalia comprehendat, accommodatur, quoties adus esset talis, per quem licite bona feudalia specialiter obligari potuissent, & hoc erit, vbi assensus hominis, vel legis præcederet, prout in casu nostro, in quo ex mutua consentientia mee Regis nostri speciali gratia concessa est facultas feudatarijs Neapolitanis pro dotibus soluendis, vel restituendis bona feudalia obligare, ita dixit *Bald. in eodem §. in generali, ante num. 2. vers. quodam sunt, ibiq; Præf. in princip. Crumet. in cons. 256. num. 1. vers. & quod feudum veniat, Mastrill. citat. decis. 86. num. 3. P. Molfes. cit. cons. 3. num. 9. & Præf. Amat. post quamplures, quos citat cons. 35. man. 15. omnino videndus.*

Vnde reiectis oppositionibus, in vtraq; instituta actione pro *D. Iuliz* æterice pronunciandum fore spero indubitanter.

Donatus Antonius de Marinis.

Hæc causa non fuit decisa, ex quo *D. Comes* conuentus videns malum fore ius, cessit liti, & publico mediante instrumento quantitates petitas infra certum tempus soluere promisit.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mulier soluto matrimonio an possit agere contra heredes viri pro recuperatione dotis, que verè non fuit soluta, sed eam recepisse maritus confessus fuit, interueniente instrumento mutui, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. & 16.
- 8 Contractus venditionis anni census ex pretio rei vendite an subsistat.
- 9 Tex. in l. vir ab eo 50. ff. de iure dot. declaratur.
- 10 Exceptio non numerate dotis ubi, & quando totum habeat, & num. 11.
- 14 Pecunia dotis causa promissa an adhuc in dotem sit.
- 15 Antefatum an debeatur mulieri, non obstante, quòd dos soluta non fuit, stante, quòd maritus dotem à sacero recepisse confessus fuit, interueniente demum mutui contractu.
- 17 Ant. Capycii sententia in decis. 183. nu. 4. examinatur.
- 18 Interfurium an peti possit à viro ex contractu mutui, quòd dependet à promissione dotis, & num. 19. & 20.

A R G V M E N T U M.

Agitur, an mulier soluto matrimonio possit agere cōtra heredes viri pro recuperatione dotis, quam vir confessus fuit recepisse, sed verè non recepit, ex quo dotantes post instrumentum cōfessionis dotis, alio mediante confessi fuerunt, mutuo à viro recepisse pecuniam illam eidem ex causa dotis obuētam, quā intrā certum tempus soluere promiserunt, vel quandocūquē, & interim correspondere, vbi singularis obseruatio D. Ioan. Angeli Pisanelli.

C A P. CXL.



Mulier, soluto matrimonio per mortem viri, quandoquē dubitatū exciit, an possit agere contra illius heredes pro restitutione dotis, quam vir publico mediāte instrumento recepisse confessus fuit, non obstante, quòd liquidò constet, cōfessionem fuisse simulatam, ex quo post instrumentum confessionis dotis ad mulieris beneficium stipulatum, dotantes alio mediante cōfessi fuerunt, mutuo à viro recepisse pecuniam illam eidem ex causa dotis obuētam, quā intrā certum tempus ipsimet viro restituere promiserunt, vel in hoc casu sat erit heredibus viri se offerre paratos actionem cedere mulieri aduersus dotantes, qui per instrumentum mutui viro se obligarunt.

Antiqua est quæstio hæc, in eaque diuersimodè loquuti sunt Doctores, quandoquidē nonnulli, mulieri licere affirmarunt, aduersus viri heredes pro dotis restitutione agere, nec oblata actionis cessionem in aliquo prodesse, aliter verò funditus negarunt, alii & tandem ad bifariam distinctionem deuenerunt: etenim affirmant, & omnium primus Iacob. de Aren. in l. penul. §. si vir, ff. soluc. matrim. Bart. ibidem, num. 1. Paul. de Castr. num. 2. Alex. in princ. Bald. in l. vir ab eo, ff. de iur. dot. vbi Iacobin. optimè, Rip. in l. generaliter, num. 114. C. de renocand. donat. Cagnol. in l. 2. nu. 20. vers. ego oppositum censui, C. de pact. inter empt. & vendit. Abb. cons. 73. per tot. lib. 2. Alex. cons. 36. col. 1. lib. 3. & cons. 143. col. 1. lib. 5. Corne. cons. 151. lib. 1. Socin. sen. cons. 79. col. 4. vers. confirmatur postremo, lib. 2. & cons. 88. col. fin. lib. 4. vbi dicit, semper vidit in praxi sic seruari, Rain. cons. 197. num. 25. lib. 1. Nat. cons. 316. nu. 1. Crauet. cons. 253. in fine, & cons. 282. post n. 3. vers. septimò et cons. 285. col. penult. vers. non obstat, quòd solum, Moros. cons. 66. nu. 16. Neuzan. in sua hylia nuptial. lib. 2. num. 73. vers. redcūdo ergo ad propositum, vbi dicit, ita pro muliere contra viri heredes in Senatu Mediolani obtinuisse, Anton. Capyc. decis. 183. num. 8. et 195. num. 1. Campeg. de dot. par. 1. quest. 52. num. 3. vers. animaduertendum tamen est, & par. 5. quest. 75. 10. Ang. Pisanell. in addition. ad Affl. decis. 242. & 323: in quibus locis testatur, per istam doctrinam Bart. in d. §. si vir in anno 1516. contulisse, & obtinuisse, data cōfessione dotis, sequuto de-

mum instrumento mutui, & constituto antefato, quod mulier illud lucratur, licet dos actualiter soluta non fuerit, sic limitando, & declarando *decis. illam Affl. 241. subdcs.* ita pariter in anno 1540. in alia causa iudicatum fuisse, *Casar Vrsil. in addit. ad Affl. in supradicta decis. 323. ante num. 3. vbi pro hac opinione aliam S.C. decisione de anno 1549. refert, nimirum mulierem fore assecurandam virtute instrumenti dotis confessatae super bonis ipsius viri, & hoc non obstante instrumento mutui demum confecto de dictis dotibus, per quod clare demonstrabatur, dotes nunquam viro fuisse solutas, Iacob. Memob. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 12. num. 90. Fachin. controuers. iur. lib. 8. cap. 74. per totum, vbi hanc communioem esse sententiam testatur, Cardinal. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 20. num. 33. vbi bene loquitur, Ant. Fab. diff. 15. 16. & 17. C. de iur. dot. & diff. 8. in schol. num. 4. C. de dot. caut. non numer. Bellon. de potest. eor. qua incontin. fiunt, cap. 137. num. 4. & Polydor. Rip. alijs ommissis singul. obseruas. in, & per totam obser. 38.*

3 Negarunt & alij, contendentes, nullo pacto in casu proposito viri haeredes cogi posse ad soluendam dotem, quam liquidò constat defunctum non recepisse, sed sat esse illis, si mulieri dotem petenti offerant cedere actionem aduersus dotantes, qui per instrumentum mutui viro se obligarunt, & hi sunt inter alios *Ang. conf. 145. Roman. conf. 445. Barbat. cōf. 19. lib. 2. et Curt. sen. conf. 54. ante num. 4. vers. sed praemissis omnibus non obstantibus.*

4 Distinctione vsus est *Bal. in l. legem, num. 3. C. de pact.* an dotantis noua obligatio incontinenti sequuta sit, siue eadem die, qua vir dotem recepisse confessus fuit, an demum ex interuallo, vt si incontinenti, procedat negatiua opinio, quae in ea ratione fundatur, nimirum, quia cum ambo instrumenta vno contextu celebrata sint, propter hanc contextualitatem, & actuum vicinitatem iudicandum est, ac si vnus esset actus, ita vt quod vni actui inest, alteri inesse credatur, secus vero vbi noua dotantium obligatio ex interuallo sequuta esset, & huiusmodi opinionis esse videtur *Fotuel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 14. glos. vnic. par. 2. num. 15. 16. 17. & 18. quamuis num. 10. dixerat, Bal. in hoc communiter reprobati. Alij aliam constituerunt distinctionem, nimirum, an qui post dotis confessionem se per instrumentum mutui obligauit, sit pater, vel extraneus, vt si mulieris pater, non possit eo ca-*

su vxor soluto matrimonio à viri haeredibus dotis restitutionem petere, ac si verfaremur in terminis vulgatae *l. si extraneus, ff. de iur. dot.* secus veto, si hic, qui de nomo se obligauit, esset extraneus, ita *Casar Vrsil.* limitando quae superius dixerat in supra cit. *decis. Affl. 323. num. 3. vers. & insuper in praedictis, &c.* idemque *Masul. in additio. ad Cappyc. in cit. decis. 183. lit. C.*

6 Quid dicendum? Ego multum elaborauit, si in puncto iuris secundam negatiuam potuissem tueri sententiam, itenique distinctionem illam, an qui post dotis confessionem per instrumentum mutui de nouo se obligauit, sit mulieris pater, vel extraneus; sed certè post multa explosis prorsus secunda negatiua, ac distinctionibus factis, à prima affirmatiua animum meum diuertere non potui, non magnam vique faciendo vim, quod sit illa magis communis, & quod maiori *Doctorum* numero probetur, sed quia verè solidiore iuris fundamento fulcitur, & vt pateat de hac veritate, considerandum est primò cum communi, confessionem illam dotis receptae non aliter sub spe futurae numerationis à sponso factam esse; sed omnino sub spe illius obligationis, siue promissionis à dotante per contractum mutui faciendae, & demum post confessionem factam incontinenti sequuta, adeò quod sequuta hac promissione, siue obligatione impleta dicitur causa, sub qua confessio dotis receptae facta fuit, ita vt censeatur maritus nouam illam mutui obligationem taliter acceptasse, ac si pro dote promissoris nomen in solutam accepisset, & vt dicit *Cardinal. Mant. cit. tit. 20. num. 33.* sicut debitoris nomen potest in solutum dari, ita pariter maritus sub spe acquirendi nomen promissoris, potest cautam reddens vxorem, confiteri, dotem accepisse, idemque si post dotis confessionem verè sequuta est noua dotantis obligatio, omnis prorsus remouetur oppositio, quia promissionis causa impleta est, sicque subdit, illius nominis periculum ad maritum spectare, et successiue ad dotis restitutionem, soluto matrimonio cum teneri.

7 Consideraui secundo, in hoc contrahendi modo, ex illo primo contractu dotis promissae, & demum confessatae, ac & tandem in mutuum transfuso, fingi, pecuniam pro dote promissam fuisse verè à dotante sponso in numerato solutam, & illicò, incontinentiq; ab eodemmet sponso dotanti mutuo datam, ad *text. in vulgata l. singularia, ff. si cert. pes. & quae dixit Gutierrez. pract. quest.*

lib. 2. q. 172. num. 4. quem sequitur Reg. Galeot. controu. iur. lib. 1. controu. 61. num. 53. hi enim tuentes, substinere contractum venditionis annui census per emptorem ad beneficium venditoris constituti ex pretio rei venditæ, non obstante defectu numerationis pecuniæ, dicunt, ex hac translatione contractus simplicis venditionis in contractum census fingi pecuniam numeratam pro pretio rei venditæ, & postmodum à vilitate emptori pro censu constituendo retrodata, qua de re latè per Me supra cap. 20. per totum, quo sic stante, non est de quo dabitari possit, mulieris iura contra heredes viri pro dotis recuperatione intacto esse, & ne ad hoc confirmandum desit individualis legis scriptæ autoritas, allego *tex. ad literam in l. vir ab eo 50. in finali- bus verbis, ff. de iur. dot. ubi enim querit Iuriconsultus, si maritus pecuniam pro dote, sibi promissam accepisse iam à dotante confessus fuerit, an ea pecunia sic promissa adhuc in dotem esset, ratio dubitandi erat, quia verè pecunia illa sic pro dote promissa soluta non erat, respondet, quòd si maritus recepisse confessus non fuisset, subintraret investigatio, an culpa mariti ea pecunia exacta non esset, vt quia acceptam fecit, omninò ad eam periculum pertinebit, periurè enim est, hæc sunt verba *text. ac si acceperis pecuniam, & eandem promissori donaueris, ecce igitur casus legis, quòd quando maritus dotem sibi promissam accepisse confessus fuit, quam verè non recepit, pro eo, quod ad vxoris securitatè spectat, habetur, ac si verè accepisset, & eandem promissori donasset, & si dices, hodie iure Codicis attento superesse marito, qui sic dotem accepisse còfessus est exceptionem non numeratæ dotis, quam intrà certum tempus non solam ipse, sed heredes eius**

9
10
11
12
13

opponere possunt, *l. fin. in n. c. a. ubi dicitur sequenti, C. de dot. caus. non numer. respondeo, hoc nihil ad rem nostram, sit enim huic exceptioni locus, quando maritus confessus fuit, dotem recepisse, sub spe tamen futuræ numerationis, & ad alios actus non fuit progressum, secus verò, quando sub spe futuræ promissionis postea completæ, prout in casu nostro, in quo post dotem confessam dotans per alium contractum, nimirum mutui quantitatem illam, ad quam dos ascendit soluere promittit, eo enim casu non est, cur de hac non numeratæ dotis exceptione tractari possit, ita satis notabiliter Io. Petr. Fontanell. cit. claus. 14. gl. 2. mica, part. 2. num. 1. l. secundò, & melius respon-*

detur, exceptionem non numeratæ pecuniæ dotalis subintrare, quoties in eodem instrumento promissionis dotis, & sic in capitulis matrimonialibus vir confitetur, dotem recepisse, ita loquitur *text. in d. l. fin. in princ. C. de dot. caus. non numer. vel securitatem*

11
12
13

dum aliorum intelligentiam, quando antè confectionem capitulorum matrimonialium maritus confitetur, dotis nomine pro matrimonio contrahendo cum Berta, tantam pecuniæ quantitatem accepisse, & demùm sequatur promissio in tabulis dotalibus, secus verò quando facta dotis promissione in capitulis matrimonialibus demùm ex interuallo per aliud instrumentum maritus confitetur, dotem recepisse, eo enim casu nullo pacto superest marito, siue eius heredibus exceptio hæc dotis non numeratæ, ita ex *text. individuali in l. in contractibus, §. sed quoniam, in fine, C. de non numer. pecun. dixerunt ibi Perr. Cyn. Salycet. & Paul. de Castr. idem Salycet. in d. l. fin. in fine, Rom. in l. si constante, num. 44. ff. solut. matrim. & in cons. 445. Afflic. decis. 402. num. 2. & 12. Barbosa in l. 1. par. 6. nu. 54. ff. solut. matrim. Conar. lib. 1. var. c. 7. n. 6. Gomez in l. 90 Taur. nu. 52. aliqñe relati ab Aluar. Valase. consult. lib. 1. consult. 5. nu. 9. quibus addo August. Barbof. in collect. ad d. l. fin. num. 3. & 4. C. de dot. caus. non numer.*

12
13

Quibus sic stantibus corrui prorsus distinctio Bald. in d. l. legem, num. 3. C. de pact. nam si verum est in casu, de quo agimus, per confessionem receptæ dotis, et mutui contractum indè sequutum iuris fictione, censeri pecuniam dotalem fuisse verè marito numeratam, et demùm ab eodem dotanti mutuo traditam, ac insuper si absque vlla controuersia procedit, vt cesset funditus in casu præsentis non numeratæ dotis exceptio, non est, cur vis aliqua fieri possit, quòd vno, eodemq; die maritus confessus fuerit, dotem recepisse, et quòd dotans per alium contractum ab eodem pecuniam dotalem mutuo accepisse declarauerit, sunt. n. actus prorsus distincti, qui à iure nõ modò non improbantur, sed permittuntur.

13

Corruit pariter distinctio altera Casar. de Vrfillis, et Io. Iacobi Masulli locis cit. an pater mulieris sit ille, qui post còfessionem dotis receptæ à genero factam, per nouum mutui contractum se obligauerit, vel extraneus, vt in patre subiaret dispositio *l. si extraneus, ff. de iur. dot. etenim respondetur, huius leg. terminos à casu nostro esse valde remotos, loquitur enim ibi Iuriconsultus, quando gener dotem à socero sibi in certa*

die promissam exigere non potuit, vel non curauit, vt eo casu ad vxorem spectet dotis promissæ periculum, nec possit illa vnquã marito imputare, cur patrem non vserit, qua de re scripsimus *lib. 1. c. 14. num. 3.* at in casu nostro focer non ampliùs generi debitor ex causa dotis consideratur, sed potiùs mutui, dotem enim gener recepisse confessus fuit, quod sat est mulieri, vt dicatur de suis dotibus cauta, nec aliud inuestigare tenetur, sicq; videre, an pater suus, quod viro debebat, soluerit, hinc meritò *Iurisconsultus in d. l. vir ab eo, eod. sit. de iur. dot. in*

14 quæstione superiùs indicata, an pecunia dotis causa promissa adhuc in dotem sit, si maritus eam recepisse confessus fuerit, discrimen constituit, quando nulla interuenit confessio, et quando illa adest, vt in primo casu sit quærendum, cuius culpa dotalis pecunia exacta non sit, pro cuius decisione subintrat directò dispositio *d. l. si extraneus*, at in secundo nullatenus, cum omnimodò periculum ad virum pertineat, et perindè est, ac si pecuniam ille accepisset, nulla in *text.* distinctione facta, an maritus confessus sit, dotem ab extraneo, vel à focero accepisse, et sic casum legis habemus expressum, quòd quando interuenit confessio, semper mariti est periculum, quare existimo indubitanter, satis iuridicam, iurique consentaneam esse S. C. decisionem à *Pisanella* relata in *addit. ad cit. decis. Affl.*

242. nimirum, vt mulier integrum lucretur 15 antephatum, non obstante, quòd dos soluta non fuerit, stante quòd maritus à focero dotem sibi promissam accepisse confessus fuerit, interueniente demum mutui contractu, sicq; tètum, confessionem illam veram esse solutionem, ita declarando, et limitando decisionem illam, in qua fuit dictum, non esse aliter mulieri soluendum antephatum, nisi pro rata dotis soluta, et si nihil esset solutum, quòd nihil pariter de antephato solui debeat, dicit modò *Pisanell.* decisionem istam fore limitandam, quotiès maritus in vita dotè à focero promissam recepisse confessus fuerit, mutui instrumento indè sequuto, et sic habemus decisionem in terminis, quando pater per instrumentum mutui est obligatus, quo fit, vt dicamus, pariterq; concludamus, primã

16 affirmatiuam absq; vlla distinctione verã esse sententiã, à qua neq; iudicando, neq; consulèdo recedi possit, negatiuam autem illis dumtaxat casibus amplectendam, vbi concurreret facti species, de qua per *Affl. cit. decis. 323.* vel vbi contractatio hæc præ-

sente, vel consentiète muliere sequeretur, qua de re *Fontanell.* post *DD.* quos citat in *d. glos. vnica, num. 13. & 14.* vel et tandem, vbi speciali pacto esset conuentum, vt adueniente casu dotis restitutionis mutuo pendente, quòd mutuum illud cederet in causam restitutionis, prout in facti specie, relata per *Pisanell.* in sequenti sua annotatione manuscripta.

17 Ex his corollariè ad alia inferitur ad materiam pertinentia, etenim versantes nos in puris terminis propositæ quæstionis, existimo, satis de iure fundari *Ant. Capyc.* sententiam in cit. *decis. 183. num. 4. verj. ego eram in voto, contrario*, in qua etsi nihil per S. C. decisum fuerit, quia Partes ad concordiam deuenere, cernitur tamen apertissimè, eius opinionis fuisse, vt dato hoc contractu mutui, quamuis ab illo dotale dependente non possit vir, eo quia substinuit onera matrimonij, et solutio in tempore, præscripto sequuta nõ fuerit, interusurium exigere, ea quidem principaliori ratione, quia antequàm mutui instrumentum stipularetur, vir confessus fuit, dotem recepisse, promissorem liberando, vnde dicit *Capyc.* (de quo in hoc memores fuerunt *Lanar. cons. 18. nu. 9. et Maur. sen. alleg. 72. nu. 3.*) non vigore nouationis, sed totalis extinctionis prima censetur sublata obligatio, et quamuis insignis *Pisanell.* in hoc videatur cõtrariam sententiã amplexus, dico, qd supposita eius facti specie potest eius substineri opinio, audi, quæso, Præceptorè, qui per hæc verba in sua 17. annotatione, manuscripta suorum *notabilium* loquitur.

Iesus, Maria.

18 Omni die contrahuntur Capitula matrimonialia, per quæ promittuntur magne dotes soluendæ in certis annis, et fit pactum, quòd soluta prima paga, vir debeat confiteri, recepisse totum, et cõstituit antephatum, quòd faccedit secundum nostras *Consuetudines* in locum donationis propter nuptias, et quòd dotans debeat se obligare per instrumentum mariti soluere marito in illis terminis, in quibus dos promittebatur, et cum pacto, quòd adueniente casu restitutionis dotiù pendente mutuo, quòd mutuum excomputetur in dote, et solet in mutuo exprimi, quando dotans facit se debitorem, quòd est pecunia peruenta ad virum ex dote suæ vxoris, contigit, quòd dotans non soluit mutuum, et maritus petit mutuum vnã cum interusurio, quia substi-

nuit

nuit onera matrimonio, fuit ortum dubium inter quondam Ill. Ducem Neritoni, et Ill. Principem Bisignanò, de quodubio demò Cappycus facit decis. 183. in quã causa nihil fuit decisum, quia Partes venerunt ad concordiam: Ego tamen Aduocatus Ill. Ducis allegavi, quòd deberetur inter usurium, rationes ipse Cappycus ibi refert, et cum casus iterum euenisset, vidi pronúciatum, quòd attentis supradictis verbis, quæ solent poni in instrumentis dotalibus cesset nouatio, & sic debetur interesse, quia non est totalis recessus à prima promissione, et ita rectè iudicanti tenet Bald. qui de dote loquitur in *cons. 268. practiqz Cimitatis, vers. item dubitatur, vol. 3.* in antiqua stampa, quòd cõsiliu Ego primus allegavi ad hoc, & quòd non sit facta nouatio, *Ang. in §. actionum, col. 15. Instit. de actionibus, in vers. vltimò quoniam, & tamò magis hodiè cessat dubium, quia*
 19 quando fit instrumentum mutui, solent Notarij apponere clausulas, quòd in casu contrauentionis, & pro satisfactiõne possit presentari instrumentum iuxta formam Ritus *M. C. V.* & quòd promittuntur damna, expensæ, & interesse, et sic siuè petatur interesse propter onera matrimonij, et sic damni emergentis, siuè lucri cessantis, maximò si solitus erat facere emptiones, vel ponere ad honestum lucrum, omni capite debetur interesse, et licet *Alex. in d. l. diuortio, col. 7.* ibi, fortius subdit, ff. *solut. matrim.* impugnet opinionem *Paul. de Castr.* volentis, posse peti interesse, quando fuisset empturus fundum, quòd dicit *Alex.* procedere in eo, qui consuetus erat mercari, tamè dicit *ibi Lancell. Dec.* quòd communis opinio est contra *Alex.* et sic etiam, quòd non sit solitus facere emptionem, si erant promptæ emptiones, debetur interesse commensuratum ad illos fructus, quos ex illa emptione potuisset percipere, et illa *Pauli* opinionem sequitur idem *Alex. cons. 200. vol. 6.* vbi tangit, quando erat solitus mercari, vel tenere pecuniam ad mercantiam, mediante filio, quia illud, quòd cum honesto lucro solitus erat percipere, potest peti, et hoc de honesto lucro, late prosequitur *Bolognin. in cons. 19. et Capoll. in cons. 15. in ciuilibus, et Io. Lup. in repet. c. per vestras, col. 76. vers. vnum tamen quòd ad predicta, ibi, fatetur tamen, et opinionem Paul. sequitur contra Alex. idem Lup. in d. repet. cart. 42. ibi, idem esset, si forsan, &c.*

Io. Angelus Pisanellus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mulier soluto matrimonio si per longum tempus usuras dotis ab hæredibus viri non petierit, an illa remissa dicantur, ita vt ea mortua à suis hæredibus peti de cætero non possint, & *num. 4.*
- 2 Pater si vsumfructum, quem in bonis filij habet, in vita non petierit, eo demum defuncto eius hæredes illum petere non possunt.
- 3 Maritus si per longum tempus existens matrimonio viuens promissas usuras, siuè interesse dotis non petierit, amplius petere non potest, & *num. 4. & 5.*
- 6 Mulier soluto matrimonio si cum viri hæredibus steterit, alimenta ab illis percipiens, dotis interesse nunquam petens, censetur illud remittere.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an si mulier, soluto matrimonio per longum tempus in viduitate permanens dotis interesse nusquam petierit, ea defuncta possint eius hæredes illud petere, & de alijs ad materiam.

C A P. CXLL.



- 1 Mulier, soluto matrimonio, si per longum tempus in viduitate permanserit, dotisque interesse siuè Iudicis officio, siuè actionis iure, debitum nusquam petierit, dubitatur, num ea defuncta hæredes eius illud petere possint?
- 2 Respondeo negatiuè; hoc enim in his casibus operatur diuturnum illud silentium cum morte subsequuta; probatur primò ex text. in *l. cum oportet, §. sin autem, C. de bonis, qua liberis, vbi si pater vsumfructum, quem in bonis filij habet, in vita non petierit, eo demum mortuo hæredes eius petere non possunt, quia per diuturnam donationem, illum remisisse censetur.*
- 3 Secundò, magis in puncto probatur in *l. vir usuras, ff. de donatio. int. vir. & vxor. vbi habetur, quòd si vir per longum tempus*

existētis matrimonij viuens promissas vsuras, seu interesse dotis sibi in tempore non solutæ haud petierit, silentium illud operatur, vt harum vsurarum tacita remissio inducta intelligatur, quem *tex.* ita intellexerunt *Bar. ibi,* & communiter *DD. Roman.* satis bene in *l. in insulam, §. vsuras, num. 16. ff. soluta matrim. & in cons. 517. eodem num. 16.* in quibus locis dixit, hunc *tex.* esse bene notandum, quia est vnicus in iure, *Aret. in §. fuerat, nu. 27. Instit. de adian. idemq; Boer. decis. 196. num. 4. Cacher. dec. 132.* vbi sic patitur in Senatu illo decisum refert, *Andr. Fabrin. contro. iur. lib. 10. cap. 9.* vbi loquitur in casu fortiori, *Ant. Fab. diffin. 55. C. de iur. dotium,* cuius verba sunt. *Dotis vsuras, quæ marito solui debuerunt, si eorum petitio nulla facta sit, nec aliquo voluntatis iudicio resenta, mariti hæres, quasi tacite remissas, donatæ quæ petere nullo modo potest, &c.* ergo idem dicendum in casu præposito, cum diuersitatis ratio assignari non possit.

4. Nec hæc conclusioni obstat decisio relata per *Gramm. in decis. 70.* vbi mulier post viginti duos annos à die soluti matrimonij dotis vsuras sibi nulquam solutas petijt, & obtinuit, tanti temporis cursu in nihilo ei obstantes, nam responderetur, quod ad casum nostrum decisio hæc non applicatur, procedit enim, prout loquitur, quando mulier ipsa viuens in iudicio compareret, & vsuras dotis petit, at nos loquimur, ea mortua, & post longum tempus separati matrimonij, quo quidem casu, dum in vita non petijt, præsumptio est, quod voluit remittere, sicque ius illud ad hæredes transire non potuit, ex quo in instanti eius mortis fuit extinctum, & cum hac distinctione questionem fore soluendam, dixerunt *Cacheran. cit. decis. 132. Magon. decis. Florent. 83. nu. 10. Viuius dec. 423. in fine, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. num. 6, 7. & 10. Riccius in collect. decis. par. 1. collect. 272. Petra in addit. ad Gramm. citata decis. 70. num. 2. Fontanel. de p. nuptial. claus. 6. glos. 2. par. 6. num. 25. 26. & 28. & Dom. Capycius Latro post alios, quos citat decis. 97. nu. 18. & 19.*

5. Minus etiam conclusioni nostræ obstat dicta per *Dec. cons. 571.* vbi substat, potuisse hæredes mariti dotis fructus illi constante matrimonio non solutos petere, & consequi, iuribus in *d. l. vir vsuras, & in l. cū quidem, §. diuus ff. de vsur.* non obstantibus, nam, vt ipsemet *Dec.* aduertit, in casu, super quo consuluit, non erat diuturnum tempus elapsum, quod pro decennio intelligitur, ex *Bar. in l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. sed*

tantum septennium, quo tempore matrimonium durauit; item in casu præcitati *cons. maritus dum viuebat fructuū partem exegerat, sicque de eius volutate constabat, quod donare volebat, in casu autem, de quo nos agimus, supponimus, longum, immò longissimum tempus decursum esse, nec vnquam mulierem in vita aliquid pro interesse, siue dotis fructibus petijse, argo.*

6. Quæ omnia eo magis sine conuentione procedere affirmo, si mulier soluto matrimonio steterit cum filijs, siue mariti hæredibus, & ab eis alimenta receperit, dotis interesse nusquam petens, nam tunc ex quo vitam alimentorum elegit, non autem consequtionis interesse, amplius illud petitio potest, adhuc si mulier ipsa viuens in iudicio compareret, & pro dotis interesse instaret, sic decisum post alios, quos citat restatur *Præf. de Franch. dec. 217.* cui non aduersatur alia eiusdem 338. *Viuius commun. opin. lib. 1. opin. 360. Surdus decis. 211. P. Mol. fes. ad Consuet. Neap. par. 4. tit. de iur. dot. quest. 10. à num. 17.* vbi alias consimiles refert decisiones, *Petra ad Gramm. loco cit. & in addit. ad Capyc. decis. 24.*

Alia in hac materia ad maiorem huius sententiæ confirmationem videnda sunt apud *Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 103. Christophor. Mars. decis. Senens. 60. & D. Reg. Capyc. Latro consult. 154. num. 27. lib. 2.*

S P M M A R I V M.

1. Mulier mortuo viro nem pro dotis restitutione possit propria auctoritate ingredi possessione bonorum viri, & nu. 2. 3. & 4.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an mulier viro suo defuncto, pro dotis recuperatione possit absque iudicis permissu; sed propria auctoritate pro concurrenti quantitate ingredi in possessionem bonorum mariti sibi obligatorum.

C A P. CXLII.

- M**ulier, mortuo viro, ratione hypothecæ contractæ super bonis viri, cum constituto, & præcario pro restitutione dotium in pecunia numerata, dubitatur, nū possit propria autoritate ingredi, & capere possessionem bonorum mariti post eius mortem remansorū?
- Respondeo, quod sic; etenim hypotheca hæc tribuit ius possessionis, & facultatem apprehendendæ, retinendæ, & petendæ possessionis, prout est text. in *l. si cum venditor*, in princ. ff. de eviccion. & per illum text. hoc fundat *Albert. Brun. conf. I. num. 8.* & *Bal. in l. I. num. 4. C. de ser. pignor. dat. manumiss. Dec. conf. 231. num. 2.* & maximè, quando mulier ex causa dotis post mortem mariti causam possessionis mutare velle declarauerit, & pro dotibus possidere, dum per prius iure familiaritatis cum marito possidebat, ita præ cæteris tradit *Bal. in l. penul. ff. de pignorat. actio.* & post eum *Dec. d. conf. 231. et 400. num. 5. vers. non obstat,* & *Bal. Nouel. omninò videndus in tract. de dot. par. 8. in 6. privileg. nu. 20.* qui dicit, posse mulierem viro mortuo, propria autoritate intrare, & apprehendere possessionem bonorum mariti: etsi ab alio apprehensa fuissent, & non solum bonorum dotalium, in quibus nulla cadit difficultas; sed etiam aliorum bonorū priorum ipsius mariti, pignori incumbere volentem, quo casu mulier sine vitio intrare videtur in possessionem, ex quo stabat in quadam possessione iure familiaritatis, *Rola. conf. 77. num. 27. vol. 1. Joseph Ludovic. decis. Perus. 61. par. 2. Rot. decis. 325. à num. 12. in collect. per Postum.* & secundum hæc à maioribus audiui fuisse per Sacrum Consiliū Regni huius decisum ad fauorē *D. Barbaræ Rauascheriæ*, quæ mortuo viro, illius bonorum possessionem cepit, publicis instrumentis mediantibus, ac ita pariter per Senatum Sabaudicæ determinatum refert *Fab. diff. 4. C. sol. matrimon.* secus autem esset dicendum, ubi mulier hypothecam tantum haberet, sine constituto, & præcario, quia tunc nullatenus ei liceret absque competentis Iudicis autoritate bonorū dotalium possessionem ingredi, prout est text. ad literam in *l. dotis actione, C. solu. matr.* & eleganter pro more obseruauit *Ant. Fab. diffin. 10. C. de rei vxor. actio.*

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier, vergente viro ad inopiam potest se assicurari super bonis viri pro eius dotibus.
- 2 Creditores viri an habeant ius offerendi mulieri petenti dotium assicuracionem super bonis viri.
- 3 Mulier nūm possit petere assicuracionem suarum dotium super corpore maioris æstimationis, dum ex minori potest esse sibi consultum, & num. 5. & 6.
- 4 Creditor, qui plura corpora habet obligata, propter modicum debitum non potest rem magni valoris distrahi facere.
- 7 Glos. in l. quando, C. de distra. pignor. declaratur, & num. 8.
- 9 Muliere petente dotium assicuracionem super bonis viri, quomodo illa appetitur.
- 10 Subhastaciones solent esse animosa, & quando ad illas deueniri debet.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an mulier, quæ viro ad inopiam vergente, ex iuris dispositione potest sibi pro dotibus assicurari, valeat nē in præiudicium aliorum creditorū assicuracionem petere super corpore magni valoris, illo minoris æstimationis, super quo potest esse sibi consultum, omisso.

C A P. CXLIII.

- M**ulier ob viri vergentiam ad inopiam ex iuris dispositione, pro eius dotibus, & antefato potest se super bonis viri assicurari, ad hoc vt habeat vndè se, suosque alat, & onera matrimonij sustineat, vulgata *l. si cōstante, ff. solut. matrim. & l. vbi adhuc, C. de iur. dot. vndè oritur, vt diximus lib. I. cap. 219. num. 15.* viri creditores non posse dotes, & antefatum mulieri in pecunia offerre, cum illa non sic vera dotis restitutio; sed prouisio in matrimonij fauorem intro-

ducta, vt passim in S.C. Regni huius deciditur, a J. notata per *D. de Franch. in vulgata decis. 54. post Affl. dec. 199.* de quibus inter ceteros meminit *Bernard. Greue. pract. eccl. lib. 2. conclus. 112.*

3. Sed in hac materia occurrit mihi dubiū, & est, si diuersa bonorum corpora Vir possidet, vnum tamē altero maioris estimationis, nūm possit mulier, dum bona minoris estimationis pro dotium, & antephati securitate sufficiunt, illa respicere, & maius corpus petere, iusti pretij supplementum, viri creditoribus id repugnantibus offerendo, iuxta appretium faciendum?

4. Et quod non possit, facit *glo. in L. quandiu, C. de distract. pignor.* vbi dicit, non licere creditori plura corpora obligata habenti, propter modicam pecuniam, maximam distrahere rem, cum viuiorem distrahendo possit debitum consequi.

5. Secundò, id contra mulierem in indiuiduo dixit *Bald. Nouell. in repetition. l. 1. num. 406. ff. solut. matrim.* dum asserit, quod mulierem non decet esse in lucro in casu assicurationis in perniciem creditorum, & sic eligere magnam podere de bonis mariti, ob illius vergentiam ad inopiam, sed tantum pro quantitate, & valore dotium, & antephati.

6. Sed his non obstantibus contrarium tenendum est, vt nimirum possit mulier illud eligere corpus, quod sibi videtur, iustum supplendo pretium, quando maius eligit, idque ratione generalis hypothecæ, cuius respectu habet mulier ipsa facultatem eligendi de bonis mariti rem pretiosorem, *Bald. in authent. hoc nisi debitor, num. 1. C. de solution. est eniam peculiare mulieris priuilegium in dote, vt ius prelacionis habeat, dixit Bald. in l. 1. §. & vt plenius, num. 3. C. de rei vxor. actio. ac proinde posse bona emphyteutica, vel feudalia pro dotium assicuratione retinere, notauit *Grammat. conf. 107. num. 2. & 3.* licet illa magni sint valoris, & ultra dotem, dummodò pretij residuum soluat, iuxta appretium per Expertos faciendum, tradit *Hieron. Gabr. conf. 147. n. 1. vers. & si excederet, lib. 1.* casum in muliere constituens, assicurationem petere super quodam Casale maioris pretij dotium, oblato pretio admissa, quibus n. creditor habet electionem incumbēdi, cui voluerit, ex rebus sibi obligatis, vulgata *L. creditoris arbitrio, ff. de distract. pignor.* nec plus accipere dicitur, ex quo quamlibet rem insolidū obligatam habet, *Paul. de Montepico in repetition. l. in quartam, r. num. 129. ff. ad leg. falcid.**

7. Nec aliquid facit *glo. in d. l. quandiu* pro contrario allegata, loquitur enim in creditore, qui condemnationis sententia obtenta, debitoris bona vendere vult, tunc enim non censeretur in bona fide versari, si pro modico rem maximam, & pretiosorem vendi eligeret, dum ex alijs minus damnohis sibi consuli possit, & sic considerat *glo.* illa debitoris beneficium, penes quem reliqua bona remanent, non vendenda, quod non est in casu nostro, vbi potius tractatur de adiuvando debitore, quam de damnificando, & reliqua bona, quæ remanent ad ceterorum creditorum instantiam venditioni subiaceant.

8. Dicimus insuper *glo. prædictā, ac notata per Bar. & Doctores in l. a diuo pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* procedere in venditione Iudicis auctoritate faciendā, definitiua mediante sententia, secus autem in materia assicurationis dotium, maximè si ante pretij supplementationem in residuo, quod corpus illud electum excedit, cum tali casu dici nō possit, mulierem aliquid in creditorū perniciem lucrari, nam cum mulier iustum supplere pretium offerat, creditorum cessat interesse, ac propterea *Bar. in d. l. si constante, num. 95. vers. & illo casu, & num. 98. vers. non ergo,* dicit, quod renouatur datum mulieri pro dotium assicuratione, quatenus magni pretij bona data essent, illudque in mulieris beneficium caderet, & in creditorum perniciem, ergo si in mulieris beneficium non cadit, dum ex pretio supplet, excludi illa non potest, & ita intelligendus est *Bald. Nouell.* supra ex aduerso allegatus.

9. Nec creditores in hoc casu pretendere possunt, dum mulier pro assicuratione corpus maioris estimationis elegit, quod pretium per eam supplendum ex licitationibus, & subhastationibus publicè faciendis regulari debeat, siquidem apud nos hoc absolutū est, cum estimatio per Tabularios, & Appretiatores fieri debeat, ex plenè deductis per *D. de Franch. cit. decis. 54. nu. 2. d. b. i.* iuxta practicam, quam tradit *Bar. in l. 2. num. 20. C. de rescind. vendit. fu ad atam in d. l. hac editali, §. his illud, C. de secundis nupt.* idque optima ratione, cum, vt plurimum, subhastationes animo recte soleant, *l. locatio in princ. ff. de public. & vectigal.* aliquandò ob emptorum inuidiam, quandoque vero propter rei vicinitatem, *l. si tu fundum, ff. de leg. 1. vel quia bona vendēda antiquorum fuerunt, l. si tu emptorem, ff. de minor. ita vt Napod. in Consuetud. Si quis domum, in verb. fuerit, de iure congrui, dixerit, in subha-*

stationibus sepe fraudes fieri, ad illasq; tunc deueniri debere, quando aliud non subest remedium.

S V M M A R I V M.

- 1 Neophytus a l ordine: promoueri non potest.
- 2 Neophytorum due sunt species, & num. 3. & 5.
- 4 Impedimentum, quod consideratur in Neophytis circa ordinum susceptionem vsq; ad quod tempus durat.
- 6 Episcopus quis eligi non potest, nisi post sex annorum spatium, quo fuit sacris insignitus.
- 7 Ordinari non possunt Religiosi durans anno probationis.
- 8 Abbatissa in qua etate eligi debet.

A R G V M E N T V M.

Agitur de speciebus Neophytorum, & quando illi admitti possunt ad ordinum susceptionem, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CXLIV.



Neophyti, iuris est notissimum, quod ordinum sunt incapaces, vnum enim ex impedimentis, quae Sacri Canonis in persona promouenda statuerunt, in Neophytis consideratur, quorum (vt plena habeatur cognitio) duae sunt species, prima illorum, qui de recenti veniunt ad fidem, *can. quoniam* 48. dist. & hi nedium sacros, sed ne quidem minores ordines suscipere valent, immo neque ad secularia officia aduerti possunt, *Conarr. in clem. si furiosus, par. 1. §. 1. sub nu. 7. vers. secunda conclusio, Roman. sing. 679. alijq; relati per Aul. de censur. par. 7. disp. 4. dub. 4.*

Altera Neophytorum species est illorum, qui recentèr susceperunt Religionis habitum, *can. sicut, ead. dist.* ratio in vtraq; specie afferitur à *Dino Hieronymo super Epistola Pauli ad Titum*, nimirum, quia non licet, vt qui heri erat Cathecumenus, hodiè fiat Episcopus, qui heri erat in Teatro, hodiè sedeat in Ecclesia, qui vespere erat in circulo, hodiè ministret altari, & qui dudum fuerat Histrionum fautor, hodiè virginum consecrator existat.

4 Sed quoad primam speciem, quousque tale impedimentum duret, dubitatur, & dico, quousque dici potest de recenti baptizatus, postea verò si eius studium, & fides probabilis sit, dispensatio de facili conceditur, *Felin. in c. cum sit, antè num. 1. de iudic. & in cap. eam te, sub num. 12. de rescript.* sed quando dici possunt, non de recenti baptizati, variarunt *Doctores*, alij enim existimauerunt, post decennij lapsum, quo baptizati fuerunt, alij post triennium, alij verò, & fortè melius post biennium, cum quicquid infra biennium factum sit, videtur de recenti esse, ergò si post, non de recenti, *Hostiens. in cap. cum inter, de re iudic.* quod placuit *Campanil. in eius diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 7. post num. 4.* afferenti, eam nequaquam sibi displicuisse resolutionem, vt tandiù dicatur de recenti baptizatus, quandiù ea nescit de lege Euangelica, quae Neophyti solent ignorare.

5 Quò verò ad secundam Neophytorum speciem, discrimen aliquod constituendum erit, licet quoad Ordinum susceptionem nulla adsit differentia inter clericum secularem, & regularem, quoad temporis intervallum ab vno ad alium ordinem, vnusquisque etenim ipsorum eadem interstitia seruare debet, seruata forma *Sacri Trid. Concilij sess. 23. de reform. c. 11.* & ad Episcopatum, non nisi post sex annorum spatium, quo fuerit quis sacro ordine insignitus ascendere valeat, iuxta dispositionem eiusdem *Sacri Trid. Concil. sess. 22. c. 2. de reform.* quò verò ad cetera discrimen aliquod consideratur inter clericum secularem, & regularem, nam ille seruatis interstitijs iam dictis promoueri non impeditur, regularis autem professionis tempus expectare tenetur, cum durante probationis anno ne quidem ad minores ordines ascendere potest, *can. Monasterijs 19. quest. 3.* & in *Abbatissa, Priorissa, vel quocunq; alio nomine Praefecta* non minore annis quadraginta, vt eligi possit saltè octo annorum spatium post probationis annum erit habendum, secundum sancita per idem *Sacri Trid. Concil. sess. 25. cap. 7.*

S V M M A R I V M.

- 1 Neptis ex filio, vel fratre in terminis statuti feminas excludentis stantibus masculis, in aui, vel patris successione an amitam excludat, & n. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. et 16.
- 2 Neptis ex filio premortuo ad aui successione

de iure communi vnâ simul cum amita concurris, sed quid si auus prius mortuus est, & demùm filius, qui tamen decessit patris hereditate non adita, nu. 3.

- 6 Neptis ex filio non consideratur simpliciter femina.
 13 Statutum, siue cōsuetudo extrâ casum expressum, & vltra personas nominatas extendi non potest.

ARGUMENTVM.

Agitur latè, an attento statuto, quòd stantibus masculis feminae non succedant, neptis ex filio de iure amitam excludat, idquè tam in bonis burgenfaticis, quàm feudali- bus, & quid de iure Regni, & Consuetudinario Ciuitatis Neapolis, & quid in linea transuersali. Item neptis ex filio primogenito an à feudorum successione patrum secundogenitum excludat, & an in bonis allodialibus aequalitè concurrant, & de alijs.

C A P. CXLV.



Neptis ex filio, vel fratre, antiqua est quaestio in terminis statuti feminas excludentis, stantibus masculis, an in eius aui, vel patris successione amitam excludat; vel ambo aequis portionibus succedant?

Pro cuius resolutione, dixi semper, apud nos distinguendum esse inter successionem, quae fit in bonis aui, & sic in linea ascendenti, & alteram, quae fit in bonis patris, & sic in linea transuersali; si enim loquimur de prima, & subdistinguendum est inter ius commune, Regni, & Consuetudinarium huius Ciuitatis: Etenim quoad ius commune, in terminis statuti praedicti, com-

munis est omnium Scribentium sententia, tam antiquorum, quàm recentiorum, neptem ex filio praemortuo ad aui successionem vnâ simul cum amita aequis portionibus concurrere, nec aliter iuari; quòd fit filia masculi, qui si viveret sororem excludisset; cessat enim in nepte ratio conseruationis familiae, quae dedit causam statuto, & cum dici non possit, masculinitatis qualitatem in illam transire, ita nec legis, siue statuti dispositionem: sic firmarunt Cyn. in l. 1. C. de adulter. Bar. in l. liberorum, nu. 13. ff. de verb. signif. Salycet. Ang. & Ias. in d. l. 1. idem Salycet. Fulgos. & Alex. in l. 2. C. de in ius vocan. Alciat in d. l. liberorum, num. 27. Paul. de Cast. cons. 47. in 2. dub. cons. 85. & cons. 111. lib. 1. Alber. in 2. par. statut. q. 102. Ang. cons. 81. Aret. cons. 141. Socin. sen. cons. 116. vol. 1. & cons. 196. n. 4. vol. 2. Ruin. cons. 142. num. 3. vol. 2. Cephal. cons. 13. nu. 9. Crauet. cons. 108. num. 1. Tiraquet. de iur. primogen. quaest. 40. num. 24. Albert. Brunin tract. stantibus masculis, art. 6. num. 142. & art. 12. num. 234. Ant. Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de verb. signif. concl. 1. num. 21. Franc. Barry in tract. de succes. ab intest. in princ. sub num. 6. vers. certe neptis ex filio, Crass. in §. successio ab intestato, quaest. 2. num. 6. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 11. Mart. in summi. success. legal. part. 1. quaest. 22. art. 1. & Mangil. caeteris omisis in tract. de impu. legat. quaest. 63. sub num. 27. vbi dicit, fuisse originalem sententiam Iacob. de Aren. in d. l. 1. C. de adulter. asserētis, quòd quamuis neptis in aui successione patris sui locum praecipiat, praecipit tamèn ut femina, non ut masculus, ac proinde eius amitam excludere non potest.

3 Secus tamèn esset dicendum, si prius auus mortuus esset, et demùm filius huius neptis pater, quamuis hereditate non adita, eo enim casu dicendum est, adeundam ad filiam transmisisse, & sic amitam omnino neptis excludet, ita Cyn. in d. l. 1. in fine, Dec. cons. 131. Croc. in l. re coniuncti, num. 81. ff. de legat. 3. Crauet. cons. 185. Ias. in l. si arrogator, num. 18. ff. de adoption. Mangil. loco cit. quaest. 67. num. 32. Ant. Gabr. tit. de statu. conclus. 4. nu. 28. Crass. in §. transmissio, quaest. 23. D. de Franch. decis. 32. Alex. Trentacinq. caeteris omisis var. resol. lib. 1. tit. de stat. resol. 1. sub num. 4. vbi dicit, ab hac opinione nec in consulendo, nequè in iudicando recedendum esse.

4 Quòd verò ad ius Regni, in terminis Consuet. nostrae In aliquibus, dico, quaestionem hanc diuersimodè à nostris fuisse tractatam, & decisam, nam quòd neptis ex filio

amitam non excludat, sed quòd vnà simul
 auo, et patri respectiue æquis portionibus
 succedant, et sic vt procedat conclusio su-
 pra de iure communi firmata, dixerunt. *Affl.*
in eadem Consil. 12 aliquibus, nu. 65 Gramm.
dec. 63. vbi sup. per S. C. decifum refert, P. 1. fil.
ad Affl. decif. 61 ann. 2. sic etiam de anno
 1564. mensis Nouembris per S. C. iunctis
 aulis, referente Consiliario de Altomare,
 de quibus fuisse inueni in causa Ioannæ, et
 Benaduce de Francolino. Cinitatis Auer-
 sar. vt nimirum neptes ex filia, collatis
 dotibus maioris, vnà simul cum nepte
 ex filio ad communis aui successionem
 admitterentur, pro neptibus ex filia pa-
 trocinantibus *Bonino Vincentio de Frach.*
 qui fuit deinde eiusdem Senatus Consilia-
 rius, et Praes. et *D. Vincentio Sicco* qui
 fuit *M. G. Fisci* patronus, prout habeo ex
 originalibus allegationibus in illa causa,
 per dictas Dominos emanatis, in quibus
 propria manu praefati *D. Praesidis* notatur
 decisio per hæc verba. *Et ita decifum iun-*
ctis aulis de mense Nouembris 1564. referē-
te D. Altomare, Killela Affl. quæ Allega-
tionibus studendo post hæc scripta inueni-
te verbo ad verbum, nihil addito, exem-
platas, et impressas inter Allegationes
Claudij Turij, qui illarum se fecit Authorē,
referens etiam hanc eandem decisionem,
quam falso fingit sibi retulisse D. Rutilium
Montium P. I. D.

5 E contra verò, quòd attentæ *Constitutio-*
ne prædictæ neptis ex filio, patris sui perso-
 nam subingrediendo, amitam, tam a bonis
 feudalibus, quam allodialibus excludat, et
 quòd ita fuerit semper in Regno practica-
 tum, latè, ac doctè pro more fundat *Minado.*
in Const. prædicta, in 3. notab. à num. 118. ad
finem, vbi dicit, hoc idem firmasse Carol.
de Tocco, Andream de Barulo, Napodan.
et Ant. de Raho, quorum autoritas in hoc
Regno sibi maior videri dicebat, quam
aliorum, qui secus dixerunt, ac propterea
de Aduersarij autoritate in hoc Re-
gno non esse curandum, & precipuè de
Gramm. cui responderetur, et ibi: Neptis enim
 6 ex filio, dicit *Minado.* quòd non considera-
 tur simpliciter foemina, sed per patris re-
 presentationem, subingressiois virtutes, il-
 lius sexum assumere dicitur, quod non cõ-
 sideratur in amita, et sic de ea, tanquam de
 masculo iudicari debet, quia si aliter dice-
 remus, sequeretur, quòd neptis dote acce-
 pta, à patruo excluderetur, etiam in viventi-
 bus iure Francorum, quòd est falsum, vt
 apparet ex decisionibus relatis per *Reg. de*

Pont. et Romit. infra allegandos: nec etiam
 in aliquo obstare conseruandæ agnationis
 rationem, per quam foemina excluditur, in
 nepte cessare, quis omninò in hoc casu
 causa illa non cessat, cum neptis ista sit de
 familia, descenditque per virilem sexum,
 et masculum patrem suum representat,
 cuius memoria, et reliquæ in ipsa filia du-
 rant, et operari debent; quòdque represe-
 ntatio hæc per subintrationem in locum
 patris causata tantæ efficacitæ, ex eo
 probat *Minado. num. 130.* quia primogeni-
 tus in successionebus præfertur ad familia-
 rum conseruationem, et tamen ius primo-
 genituræ transit in filiam.

7 Hanc eandem sententiam amplexus est
D. Reg. de Pont. semper doctissimus in *tract.*
de potest. Proreg. sit 9. de success. mulier. à num.
37. vsque ad finem, vbi dicit, de hoc in Re-
gno non esse ampliùs dubitandum, vt ni-
miam neptis ex filio sui patris locum, et
personam, suè sexum subingrediatur, amit-
am excludendo; nam quemadmodum
absolutum est per tot declarationes Re-
gis, et decisiones desuper emanatas, fo-
eminas in feudalibus sexum representare,
et vt masculum succedere (Cõstitutio enim
In aliquibus de successione generaliter lo-
quens, foeminam ad succedendum habili-
tauit, masculos in gradu remotiori exclu-
dens) dicit Reg. de Pont. necessariam
oriri consequentiam, quòd vt masculus in
allodialium successione erit iudicanda, cū
 8 eadem res eodem tempore diuerso iure
 ceteri non debeat, hoc idem pro indu-
 bitato firmiter *Romit. cons. 74. vol. 1.* quem
 omninò vide, vbi loquitur tam de exclusio-
 ne amitæ à successione bonorum allodia-
 lium, quam de exclusione patris à bonis
 feudalibus, et in puncto principali, vt in
 bonis burgensaticis neptis, et patruus æquis
 portionibus concurrant, subdens in *suæ nu.*
13. hæc verba. Non omittam, hanc opinionem
ad eòd verissimam esse, vt illa fuerit vni, & mo-
ribus in foro comprobata, & recepta, nedum
in successione burgensaticorum, prout attestatur
Minado. vbi supra, sed etiam in successione feu-
dali, vt scilicet neptis ex filio primogenito
mortuo in vita patris sui, excludat patruum à
successione aui, vt attestatur. Affl. in cap. 1. de
 9 *nat. success. feud. num. 54. in fine, vers. sed con-*
 trarium, &c. hanc eandem sententiam in
 casu, vbi ad aui successionem concurrat
 neptis ex filio, et neptis ex filia, contra de-
 cisionem, vt supra adductam ad relationē
 Consiliarij de Altomare, vt neptis ex filio
 sola succedat, amplexus est *Marcel. de Maur.*

allegat. 12. per totam, ubi num. 6. expressis verbis dicit, masculinitatis qualitatem in filiam transmitti, ibi, *satis enim est, quod ista filia subiret in locum patris masculi, & sic cum subiret, representat gradum patris, ergo excludit neptem filiam filie, &c.* et num. 3. argumentatur, quod quemadmodum indubitatum est, in successione sui in feudis, neptem ex filio primogenito patrum excludere, ergo multo fortius filiam amitam omni iure exclusæ a successione bonorum allodialium excludere debet, idemq; etiã firmavit *Molles. par. 4. quest. 32.* sed allegari in hac questione non meretur, cum ad illius resolutionem confusæ, et nulla adhibita distinctione processerit, ut dicemus infra, et observavit *Caput.* qui hanc eandem opinionem sic pro nepte firmatam sequutus fuit in *Consuet. Si moriatur, par. 1. §. 2. num. 14. fol. 151.*

10 De iure autem Consuetudinario idem dicendum esse, quod de iure Regni firmavimus, est apud omnes indubitatum, neptis enim eo iure attento, in locum patris succedit, cum omnibus qualitibus, quæ patri competissent, si successisset, ut in *Consuet. Si moriatur, & ibi Napod. num. 2. vers. ex hoc resultat, & num. 114* ubi expressis verbis dicit, quod frater præmortuus ius succedendi, quod habuit, transmittit in filiã, quæ ex persona, & sexu patris, cuius locum ingreditur aucto succedit, & paulo ante n. 102. usque ad num. 107. inquit, neptem ex patris persona admitti virtute legis *Velleia*, quod proinde neptis sola ad successionem admittitur, amita penitus exclusæ, prout in terminis *Consuet. prædictæ ultra Napod.* dixerunt *Minado. Reg. de Pont. & Molles. locis cit. Caput.* in eadem *Consuet. Si moriatur*, in annotatione, quæ incipit, nota in eo, ibi, *item quando tractatur de succedendo patri neptis ex masculino excludit amitam, &c.* *Caput.* in d. *Consuet. Si moriatur, par. 3. §. 3. num. 1. vers. secundum comprobatur, & par. 1. §. 9. à nu. 11.* usque ad 14. & ceteri nostri omnes, ex quorum dictis clarè patet, malè circa hoc sentisse *Mart. cit. ars. 1. num. 6.* in fine dum aduersus *Napod.* insurrexit.

11 His sic, ut supra, resolutis, remanet, ut videamus, quid dicendum circa questionem propositam in linea collateralis, an neptis ex fratre ad patruum successionem amitam defuncti sororem excludat, vel ambo aequis portionibus concurrant? Et resolutivè procedendo dico, nulli dubium esse, iure communi attento, quod utraq; venit admittenda, quia etiam si superesset huius neptis

in pater, in fratris defuncti successione sororem non excluderet, sed una simul concurrerent, per textum in *regula iuribus defuncto, de ad. & C. Tertull.* ubi *De* communitate, ergo ad fratri idem in filia; quoad successionem veniat, patrem suum representando, idem etiam dicit procedere in Regno, quia *C. filii.* In aliquibus loquitur tantum de successione descendentiū ascendentiū, & sic in linea collateralis nihil disposuit, quod prohibè remanet articulus decidendus de iure communi, prout dictum est; quod tamen intellige circa successionem bonorum allodialium, secus si tractaretur de succedendo patruo in bonis feudatibus, quia tunc neptis amitam defuncti sororem penitus excluderet, nam cum subingrediatur illi personam patris sui, qui si viveret, sororem sine dubio excluderet, ergo & illius filia defuncti neptis, & hoc est indubitatum.

12 Remanet tamen difficultas, quid dicendum, attento iure Consuetudinario huius Civitatis, quo cautum est, fratrem in fratris sui successione sororem excludere, ut in *Consuet. Sed si moriatur, & c.* dicendam videtur, quod amita veniat exclusæ, nam cum sæpius sic repetitum, neptem in his casibus subingredi locum, & personam patris sui, qui si viveret, sororem hoc iure municipali attento excluderet, ergo & ipsius filia.

13 Sed certè in contrarium est veritas, cum casus iste à Consuetudine minimè comprehendatur, quod promè remanet in dispositione iuris communis, quod mediante, ut diximus, amita in fratris successione per neptem non excluditur, sed tantum per fratrem, qui superesset, statutum enim, siue Consuetudo extra casum expressum, & ultra personas nominatas extendi non potest, *Gras. conf. 41. num. 27. lib. 2. Bero. conf. 48. num. 15. cum seq. lib. 2. Honded. conf. 1. num. 13. & 14. lib. 1. Dec. conf. 446. num. 6. Camill. Salern. in Consuetud. Si moriatur, in princ. in annotatio. incipit. Ad hanc Consuetudinem, vers. vnde aliis fuit dubitatum, fol. 75. Molles. par. 4. quest. 27. num. 3. idq; sine dubio procedit in statutis correctorijs iuris communis, ut personæ eodem iure communi vocatæ nunquam exclusæ intelligantur, nisi nominatim excludantur, & in casu, de quo queritur, & à personis tunc vocatis; quia si personæ excludentes non adessent, nunquam nominatæ excluderentur, ita *Corne. conf. 82. num. 11. lib. 4. Ruin. conf. 169. col. fin. lib. 2. Socin. iun. conf. 187. lib. 2. Paris. conf. 51. in fine, lib. 2. Alex. conf. 97. num. 11. lib. 2.* quodq; hoc verum sit, inuenimus, dum aliàs apud nos*

hac de re dubitari contigisset, sic Sacrum Consilium determinasse, ut nimirum in fratribus successione neptis ex altero fratre premortuo una simul cum amita admittatur, testatur *Capyc. decis. 21.* ea quidem supra relatata ratione, quia non est casus à Consuetudine comprehensus, idem *Capyc. in Consuet. Si moriatur, in additio.* quæ incipit *Nota ex glos. Scip. Bucin. in d. Consuet. Sed si morienti, in additio.* incipit *Subingressio, vers. quid autem in sorore, Colut. Coppul. ibidem in additio.* quæ incipit *scias, & Pisanell. in alia sequ. quæ incipit Ego, Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de Statu. resol. 1. num. 4. & alij nostri, quibus addo Mart. cit. art. 1. num. 6. vers. & secundum hanc opinionem, & Tapat. var. sentent. tit. 648. cap. 3. ubi de nostro Capycio memor fuit, hoc idem Cost. de rat. portio. cap. 169.*

15 Quare cauendum est à *Rouit. cit. cons. 74. num. 10.* dum dixit, *Capycij* decisionem fuisse expressè à *Minado. loco cit. reprobata*, nullibi enim hoc leges in *Minado.* sed tantum intendens ille firmare, de iure Regni, neptè ex filio amitam excludere, inquit intrà *nu. 118.* non obstare *Capycij* decisionem, quia illa procedit, & loquitur in terminis *Consuetudinis Neapolitanae* in linea transversali, & sentit, diuersum esse in linea ascendenti, reprobatur tamen *Grammat. in cit. decis. 63. & bene, ut ibi.*

16 Cauendum est etià à *Molfes. in cit. quest. 32.* dum postquam late differuit, an neptis amitam excludat, & pro opinione affirmatiua concludens, subdit *nu. 27.* non obstare decisionem *Sac. Consil. per Capyc. relatam*, quia est illa fundata in æquitate. dic, *Molfes. circa propositam quæstionem*, ut supra annuimus, nimis confusè se gessisse, cum nulla adhibita distinctione pertractauerit illam, haud considerando, quòd *Minado.* perpendit, *Capyc.* loqui in terminis *Consuetudinis Neapolitanae* in linea collateralis, non autem in linea ascendenti, in quarum linearum successione casus in principio propositus venit diuersimode resoluendus, prout iam resoluiimus, quòd proiàdè non mirum, si *Lelius Caput. in cit. Consuet. Si moriatur, par. 1. §. 9. num. 14.* dixerit, *P. Molfes. in hac quæstione potius veritatem obumbrasse, quam declarasse.*

Et ità pro hac opinione ad fauorem nepotum ex sorore, ut ad successione auunculi in bonis omnibus, tam intrà, quam extrà districtum huius Ciuitatis, insimul cum neptibus ex fratre premortuo concurrere possint, fuit per S. C. Regni huius in iudicis Dominis duarum Aularum sollempniter de-

cisum hodiè 10 Iunii 1637. in causa Magnificorū Ludouici, & Hieronymi de Follerio nepotum ex sorore quondam Scipionis Rēdina, de cuius successione agebatur, cum Magnificis Francisca, & sorore Rēdina ex fratre premortuo neptibus, pēnes de Scacciauento S. C. A. & orum Magistrum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Nobilitas non presumitur, ac proinde qui nobilitatem allegat, eam probare debet.
- 2 Nobilitatis tria sunt genera.
- 3 Felicitas prima est in Ciuitate nasci.
- 4 Nobilis minoris nobilitatis, qui ex nobilissima Ciuitate originem ducit, nobiliori alterius inferioris Ciuitatis preferendus est.
- 5 Nobilitatem allegans, eamq; probare intendens in loco suæ originis, ubi nulla distinctio nobilium ab ignobilibus, an sit audiendus, & num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.
- 11 Probationes non sunt de iure restringenda.
- 14 Interamnensis Ciuitas nobilis, & illustris in Prouincia Vmbria.
- 15 Princeps potest creare quem nobitem.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an allegans nobilitatem pro assequenda aliqua prerogatiua, quæ non nisi nobilibus conceditur, audiendus sit, si illam probare intendit in loco suæ originis, in quo nulla adest distinctio nobilium à popularibus, ubi *decisio Sacra Rota Romana.*

C A P. CXLVI.

Nobilitas, cum ex receptissima DD. sententia, nullo pacto presumatur, ex quo res est aduentitia, nec aliter nobis à natura proueniens, sicquæ presumitur quilibet potius popularis, quam nobilis, ideo illam alleganti onus incumbit probandi, ità *Bald. in l. non ignorat, ff. qui accus. non poss. Afflict. noster in c. 1. §. si rusticus, in 1. notab. in tit. de pa-*

- ce tenen. *Tiraquell.* post alios, quos citat in *tract. de nobilit. c. 10. num. 13.* & cum nobilitatis tria sint genera, poterit qui illam allegat alterum ex his tribus probare, vel & primum, quod ex virtute, & optimis actionibus nostris oritur, vel & secundum, quod ex honestissimarum disciplinarum cognitione proficiscitur, vel & tertium, quod ex diuitijs, aut natalium picturis, & maiorum stemmate æstimatur, quod vltimum dixit satis elegantè *Catellianus Cotta* nullum omnino esse, nisi à virtute fuerit profectum in suis *memoral. in verb. nobilitas*, facilius autem quis nobilitatem suam probabit, si alicuius insignis Ciuitatis est originarius, quam si alicuius parui Oppidi, hinc vulgò dicimus, prima felicitas est in Ciuitate nasci, cum illa ad suorum ciuium nobilitatè, gloriam, & honorem multum faciat, vt ratiocinatur *Tiraquell. loco cit. c. 12. in princip. vbi ex glos. Bart. Ang. Io. de Plat. & Rebuff. in l. 1. C. de Alexandria Primatibus, lib. 11. addit, virum minoris nobilitatis, qui ex nobilissima Ciuitate originem ducit, nobiliori alterius inferioris Ciuitatis præferendum esse, idemq; Dec. in cap. clerici, col. 6. de iudic. & Cassane. in cathalog. gloria mundi, part. 11. in 14. considerat.*
- 5 Sed dubitatur elegantè, an quis prætèdendens aliquam prærogatiuam, militiam, officium, beneficium, & similia, quæ non nisi nobilibus conceduntur, sit audiendus, cum suam nobilitatem probare velit in loco suæ originis, in quo tamè nulla adest distinctio nobilium à popularibus? & affirmatiuè satis notantè respondit *Rota* sub die 20. Februarij 1641. in una *Interamnensi Habitus* coràm Illustrissimo Domino *Royas*, & per hæc uerba adhuc in aliorum Codicibus non impressa,

Mercurij 20. Februarij 1641.

- 6 Cum D. Nicolaus de Simonettis intendere suscipere habitum Religionis Hierosolymitanæ cõparuit in Capitulo Prouinciali Prioratus Urbis, & obtinuit, deputari Commissarios, ad hoc vt viderent scripturas eius Nobilitatis, quibus visis fuit per eos relatum, nihil inuenisse contra *Stabilimenta* Religionis, propterea benè esse deputandos secundos Commissarios pro formando processu Nobilitatis dicti Simonetti, vt in *Stabilimentis* cauetur, in cuius executionem in Commissarios fuerunt nominati DD. Commendatores Roggerius Raynerius, & Vincentius Macchiauellus

cum infra scripto decreto, quòd priusquam inciperetur Processus, se informarent, an Interamnæ adest distinctio inter Nobiles, & Populares, qua non existente, se abstinerent à confectioe Processus.

- 7 Successiuè fuit denegata expeditio præfatorum Commissariorum, & habito recursum ad Rotam, fuit causa commissa bon. mem. *Coccino*, in cuius locum subrogatus proposui hodiè dubium datum, an Commissarij deputati ab Assemblæ essent expediendi, & affirmatiuè Domini resoluert.
- 8 Ex eo, quia D. Simonettus adimpleuit omnia ex parte sua, quæ in *Statutis* ordinantur, circa illorum expeditionem, & primi Commissarij retulerunt, nihil inuenisse contra *Stabilimenta* Religionis in iuribus ostensis circa nobilitatem, quominus esset dandi secundi Commissarij pro formando processu Nobilitatis, iuxta *Stabilimenta* Religionis in *tit. de recept. fratrum, num. 17.* vt dixit *Rota* coràm *Burratt. decis. 42. num. 1. cum seqq.*
- 9 Vltrà quòd secundum ius commune huiusmodi probationes non sunt denegandæ, nec coangustandæ, iuxta *text. in l. curet, ff. de testibus, l. ne quid, §. de his, ff. de incend. Caputaq. decis. 68. num. 1. par. 3. Gregor. XV. decis. 208. num. 1. & 403. num. 4.* Ex quo esset iniquum præcludere viam, nè veritas apeririatur, vt per *Soc. in cap. fraternitas, num. 8. de testib. & in 4. art. nu. 9. cum alijs per Surd. decis. 253. num. 25.*
- 10 Nequè obstant conditiones adiectæ in commissione Deputatorum pro recipiendis probationibus Nobilitatis Nicolai, itaut prius quam deueniretur ad confectioem processus esset cognoscendum, an in dicta Ciuitate adest distinctio inter Nobiles, & Populares, quaproptèr cum Interamnæ talis distinctio non reperiatur, ideò Commissarios nõ esse transmittendos; Cui obiecto fuit responsum, nec de iure communi, nequè in *Stabilimentis* Religionis à Sede Apostolica confirmatis talem facultatem esse cõcessam Magno Magistro, aut Lingua, vt per *Rom. conf. 428. num. 12.* Inde què Statutum, in quo hoc non disponitur, nõ autem dictum decretum esse attendendum, ideò sicuti probationes de iure non veniunt restringendæ, sed sunt recipiendæ secundum morem, & stylum Religionis; vltra quòd intendit probare nobilitatem, prouenientem à sanguine, quæ nunquam amittitur, vt per *Card. Caualer. decis. 6. nu. 8. & quòd familia de Simonettis semper nobilis extiterit, ac vti talis communiter re-*

putata, & in ea adesse qualitates necessarias pro obtinēdo habitu Religionis Hierosolymitanæ, prout dixit *Rot. decis. 290.* post 2. vol. *conf. Farinac.* Quo casu non veniunt denegandi Commissarij, & nobilitatem posse probari ex alijs, quàm ex publicis muneribus solitis dari tātummodò nobilibus, non est in iure nouum, vt in casu *decis. Canaler. 440. n. 4. Buratt. decis. 358. n. 1. & 7. Seraphin. decis. 70.* per totam; cum satis sit, quòd probeatur nobilitas, ut disponitur in *Stabilimentis Religionis*, in quibus admittuntur omnes, qui probauerint nobilitatem patentum, iuxta consuetudinem Regionum, ut dixit *Rota decis. 357. & 358.* coràm *Buratt. Greg. XV. decis. 322. num. 11.*

12 Responsum etiā fuit, dictum præceptum in Commissione Assembleæ, & Linguae appositum cōtinere manifestum grauamen, & ideò benè fuisse appellatum ad Rotam, & Auditores Rotæ uigore *Clem. Auditor, de rescrip.* posse trāsmittere Cōmissarios, præsertim cū sit certū, paucis ab hinc annis in Ciuitate Interamnen. fuisse admissos alios Equites Hierosolymitanos, non obstante tali confusione, ex qua admisione prouenit obseruantia, *Cas. de Grass. decis. 185. num. 17. & par. 1. diuers. dec. 503. num. 2.*

13 Minus obstat dicta cōfusio inter Nobiles, & Populares secuta per *Constitutionem Pij IV.* ex quo constat, antè *Pium IV.* in Ciuitate Interamnen. adfuisse distinctionem Plebis à Nobilitate, & inter distinctos enumeratam fuisse familiam de Simonettis, & familiam de Cittadinis, deductas per dictum Simonettum in probatiouibus factis propter cōsanguinitatem, & affinitatem; ideò benè posse dictam antiquam distinctionē suffragari Simonettis, cum certum sit, per dictam *Constitutionem* Nobiles nō amisisse eorum nobilitatem, sed illam retinuisse, & non obstante dicta *Constitutione* Nobiles antea nō fuisse effectos Populares, ex quo possunt stare simul, quòd Nobiles, & Populares admittantur ad munera Ciuitatis, & quòd Nobiles semper considerentur uti uerè Nobiles separati ab ignobilibus, ut per *Bald. in l. per adoptionem, ff. de adoption. Alex. conf. 32. num. 6 lib. 5. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. nu. 106. antè finem.*

14 Et Interamnam in Vmbriæ Prouincia sitam esse Ciuitatem Nobilem, illustrem, insignem, antiquam, constat ex *Linio lib. 7. decad. 3. de bello punico, & ex Lucio Floro lib. 3. cap. 21. & quamplurium antiquarum familiarum nobilitate decoratam, inter quas enumerari familias de Simonettis, & de*

Cittadinis, cōstat etiam ex Historicis, teste *Sanfouino in libro de celebrioribus Italia Urbibus, fol. 128.* vt per *Bald. in l. I. ff. de offic. quæst. & prius glos. in cap. inter dilectos, in verbo magis, de fid. instr. iuncto capitulo Venerabilem, verbo transfudit, de elect.* Et hoc genus probationis aliàs amplexa est *Rot.* post 2. vol. *conf. Farinac. decis. 290. num. 7. & coràm Buratt. decis. 358. num. 4.*


5 Rursus cum *Pius IV.* in dicta *Cōstitutione* facta super aggregatione Plebis cum Nobilibus mādauerit, omnes in posterum reputandos esse Nobiles, ac Patritios Interamnen. ad sedandas discordias, non venit ideò dicendum, fuisse sublatam Nobilitatem antea habentibus ex prædictis, sed potiùs Populares fuisse nobiles creatos à Summo Pontifice, de cuius potestate non est dubitandum, cum Nobilitas etiam à Principe procedat, *Alberic. in l. Imperator, in princ. ff. de decur. Castr. conf. 22. n. 2. lib. 2. Guido Papa decis. 146. Tiraq. de Nobilitate, cap. 6. num. 1. & 54.* cum alijs per eum congestis. Et ita resolutum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Nominari pro regimine Vniuersitatis nō possunt cōsanguinei nominantiū, & n. 2. et 7.
- 3 Sindici, & Electi vnius Vniuersitatis non possunt pro illius seruitio destinare eorum cōsanguineos.
- 4 Statutum ob publicam utilitatem extenditur ad similia.
- 5 Ex heredari possunt filij, etiam ob alias causas non expressas in §. aliud quoque capitulū, auth. vt cum de appellat. cognosc.
- 6 Lex non extenditur, quando in vno casu est per omnia eadem ratio cum alio.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pro Vniuersitatis regimine nominari possint Ciues illi, qui nominantium cōsanguinei, & affines sunt, & de alijs.



C A P. CXLVII.



Nominari, & proponi pro Regimine Vniuersitatis, dubitatur, nūm possint homines illi, qui nominantium consanguinei, & affines sunt?

De hac quaestione saepe dubitari contigit in Terris, & Ciuitatibus Regni huius, in quibus Syndicus, & Electi vnius anni in fine eorum administrationis, & officij nominant pro regimine anni sequentis eorum Patruos, Cognatos, Fratres, & Sobrinos, quare dubitatum audiui, an talis nominatio de iure subsistat? Ego semper negatiue respondi, nam etsi nulli sit dubium, Patruos, Cognatos, & Fratres consobrinos, tam de iure communi, quam vigore Regiarū prag. sub tit. de administr. Vniuersit. continuare munera, & honores prohibitos non reperiri, tamen Lucas de Pēna sapientissimus in l. i. nu. i. c. de muner. & honor. non contin. lib. 10. exponendō verba tex. ibi honores, & manera in eadem domo continuare non oportet, &c. notat, quod omnes illi domini domestici, qui in eadem domo sunt, item & omnes propinqui continuare non debent, allegans tex. in l. i. c. de emendat. propin. quod clarissime corroboratur ex Regia prag. 4. cod. cit. tit. de administr. Vniuersit. disponēte, quod Syndici, & Officiales non possint destinare pro seruitio Vniuersitatis filios, & consanguineos, cuius dispositionis rationem assignat Montanar, ibi num. 4. quia parentes, & consanguinei saepe sepius eligunt filios, & consanguineos affectu sanguinis, qui idonei non sunt, argumento l. falsus tutor, ff. quod falso tuto. auctor. gest. esse dicat. & si tales non possunt destinari pro seruitio Vniuersitatis a talibus, quo pacto possunt nominari in eorum locum, et in eorum successores; siquidem statutum ob publicam vtilitatem extenditur ad similia, Alex. conf. 50. vol. 2. Paul. de Castr. conf. 23. et D. de Franch. decis. 315. num. 8. secundō extenditur ex paritate rationis, vel identitate ad casum, qui sub verbis etiam proprietatis comprehendi potest, etiam exorbitantibus, Cyn. in l. i. in 4. opposit. C. qua sit long. consuet. & Ant. de Butr. in cap. fin. de Consuet. et etiam in pœnalibus; Bal. in cap. i. §. porro, col. 3. qua sit prim. caus. benef. amitt. et Innocen. in cap. qualiter, & quando, de accusation. tertiō extenditur, quando est eadem, vel

similis ratio, vt videmus in §. causas autem, auct. vt cum de appellat. cognosc. in quo licet enumeretur quatuordecim causas, propter quas filius potest exheredari, nihilominus extenditur ad similes causas, vt dicit Gugliel. de Cun. in l. non licet, C. de liber. prater. et Sacrum Consilium nostrum extendit l. fin. C. ad S. C. Vellei. loquentem de dote ad antofatum, teste eodem D. de Franchis dec. 182. Præterea, quando in vno casu est per omnia eadem ratio cum alio, non dicitur lex extendi, sed comprehendere alium casum, et in summa non est extensio, sed comprehensio, vt notat Anchar. in cap. eum non ab homine, de iudic. quæ allegat D. de Franch. 7. decis. 570. num. 2. eadem enim ratio est, vt concludam, immo maior, et rationabilior, quod qui non possunt destinari pro seruitio Vniuersitatis a consanguineis, non possint nominari in eorum locum, et successione in administratione Vniuersitatis, adiant et alie rationes, quas omitto, et vide ad materiam August. Caput. Costentiu in tuas. de Regim. Republ. cap. 3. per tot.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater si possidens aliquod officium, in eo filium nominauerit, nūm possit nominationem illā reuocare, & alium nominare, & num. 2. 4. 6. 9. 10. & 14.
- 3 Articuli tres proponuntur pro decisione quaestionis.
- 5 Mandatum potest reuocari, etiam si in eo appositum fuerit iuramentum de non reuocando, & num. 11.
- 7 Argumentum de feudo ad officium validum est, & num. 8.
- 12 Iuramentum non debet operari magis, quam actus, cui apponitur.
- 13 Officia adæquantur feudis.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an nominatio, quam semel peregit pater de officio, quod tenet a Rege post ipsius mortem in personam filij, vigore ampliacionis obtēte, reuocari possit, eamquē in alterius filij personā facere. Mandatum nūm possit reuo-

cari, quando mandans cum iuramento promisit illud non reuocare, & de alijs.

C A P. CXLVIII.



Nominatio facta per patrem de officio in personam vnius ex filijs post ipsius mortem, super qua Regius assensus impetrandus est, alias dubitatum fuit, num ante assensus

impetrationem reuocari possit, eamq; in alterius filij personam fieri? Sunt enim in hac Cinitate, & Regno, vt diximus lib. 1. cap. 183. num. 4. nonnulla officia, quae pecunia mediante a Domino Rege nostro conceduntur, qualia sunt Regni, & Prouinciarum Secretariorum, Scribae portionis, Cursoris maioris, Scribarum a mandatis, Actuatorum Sacri Consilij, Regiae Camerae, Magnae Curiae, aliaq; similia, quorum emptores ex generali gratia eiusdem Domini Regia, soluta certa pecuniarum quantitate, obtinent demum eorundem officiorum pro uno herede ampliationes, modo dubitatur, si quis ex his officia tenentibus, post emptionem de officio factam nominauerit unum ex filijs, ut possit ille in eius personam ampliationem obtinere, num ante assensus impetrationem ualeat hic pater, qui nominauit, nominationem illam reuocare, eamq; in alterius filij personam facere?

3 Respondeo, de hac quaestione (ut reperi in quibusdam antiquis manuscriptis) in Regia Camera Regni huius disputari contigisse, & in anno 1577. in causa cuiusdam Antonij Passal'acqua contra Fabium eius fratrem, na cum eorum communis pater, nomine Camillus Prouinciarum Calabriae esset Secretarius, cupiens officium illud post eius mortem in unum ex filijs ampliari, praefatum Antonium filium primogenitum procuratorem constituit, ut ualeret Domino Regi pro ampliatione praedicta in eius personam supplicare, promisitq; cum iuramento sub omnium bonorum obligatione ex nunc, prout ex tunc, & contra mandatum, siue nominationem illam non reuocare, accidit, quod ante obtentam ampliationem praedictam, pater ipse nominationem in filij Antonij personam factam reuocauit, aliam faciendo in personam Fabij secundogeniti, uerum quia hoc medio

tempore Antonius Regi supplicauit, vt super nominatione illa assensum praestaret, prout impetrauit, dum credebat, nominationem in Fabij fratris personam factam ei in aliquo non obesse, orta fuit inter eos contentio, quae nam ex his duabus nominationibus valida censeretur deberet, dicebat Antonius, pro sua iudicandum esse, nam ex quo in ea iuramentum erat appositum de non reuocando, seruari illud debebat, cum absq; interitu salutis aeternae seruari non poterat, ad *tex. in c. cum contingat, cum ibi plene notatis de iure iuran.* quare pro rei veritate de tribus visum fuisse inueni, & Primum, si mandatum factum in personam dicti Antonij poterat, non obstante iuramento in ea appposito reuocari. Secundum, num reuocato mandato poterat reuocari nominatio in eiusdem Antonij personam facta. Tertiò, & tandem, num assensus Regis ab Antonio post reuocationem nominationis impetratus retrotraheretur, praedictamq; nominationem validam haberet, quatenus inuvalida esset censenda.

4 Ad primum dictum fuit, iure potuisse patrem nominantem mandatum praedictum reuocare, ex quo actus de sui natura reuocabilis est, ac proinde non potest ex pacto alterari, ita *Bart. in l. cum precario, ff. de precar. Bal. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. & Ang. in l. Stichum, §. usufructum ff. de solutio.*
 5 neq; impedietur reuocatio per iuramentum de non reuocando appositum, ut per *glos. in cap. fin. de procurat. in 6. in verb. reuocatus*, quae communiter Doctores sequuntur, *Alex. cons. 29. col. 5. vers. circa tertium dubium, lib. 5. Dec. cons. 475. nu. 18. Ang. cons. 125. Castrenf. cons. 57. lo. Andr. et alij in cap. tua nobis, de offic. Vicar. et in regula quod semel, de reg. iur. in 6. Capyc. Galeot. controu. lib. 1. controu. 60. nu. 1. uerum quia ex aduerso opponebatur, quod licet mandatum esset reuocabile, tamen quia in eo insertus erat actus nominationis, qui si ualidus est, reuocato mandato, reuocatus non censetur, idcirco ad secundum dubium deuentum fuit, ad illudq; responsum, non ob stare, quod in dicto mandato aderat nominatio in personam Antonij, cum nominatio illa nulla, et inuvalida erat, eamq; nullum ius nominato tribuisse, uti factam ab eo, qui nominandi potestatem, siue de officio disponendi ex defectu assensus non habebat, ad instar feudi, validum enim est argumentum de vno ad aliud, cum officium feudum dici possit, per ea, quae scripsit *Andr. in c. 1. nu. 3. de feud. guard.* sicut enim feudum illud, de quo in eo *text.**

erat

erat annale, ita officium, l. publius, ff. de condit. & demonstrat. l. pridie, ff. de ferijs, idemque voluit Camer. Andr. sequendo in cap. Imperialem, fol. 27. col. 3. vers. non ne, et fol. 10. in fine, col. 4. vers. secundum certum, post Capyc. decis. 121. num. 5. hac ergo existente equiparatione, actus ille nominationis nullus fuit, ac proinde potuit per nominantem, siue disponentem reuocari, iuxta Regni Constit. Constitutionem diuæ memoriæ, nec minus etiã oblitare, vt tertium dubium resoluitur, assensum, qui demum subsequutus fuit, ita vt dici potuisset, quod retrotraheretur virtute clausulæ in nominatione appositæ, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, ad tradita per glos. in l. 1. C. de codic. per Bart. in l. si ita stipulatus 126. per illum text. ff. de verb. obligat. per Ang. et alios in l. huiusmodi, ff. eod. et per Alex. conf. 82. vol. 2. vers. confirmatur, id enim procedere dictum fuit, vbi retrotractionis tempore extrema habilia reperirentur, vt per Bar. in l. quoties, in fine, per illum text. ff. de nouation. et præsertim rebus existentibus integris, secus autem, quando mutatio aliqua interuenit, prout in hoc casu, idem Bar. in l. si uxor, §. si quis uxorem, ff. de adulter. Alex. in l. quod meo, num. 6. ff. de acquir. possess. per text. in l. bonorum, ff. rem rat. haber. debet enim res esse in eodem statu, in quo erat, quando fuit facta, et ita per retrotractionem ratificatur, vt ait Alex. conf. 78. col. penult. vers. quarto vnde, vol. 5. Actus. n. medius in casu proposito, qui fuit secunda nominatio obuiavit coniunctioni extremorum, ita Bal. & Salycet. in l. fin. ff. ad S. C. Maced. Dec. conf. 247. num. 4. & Canonista in cap. ratibabitio, de regul. iur. in 6. quare fuit pro Fabio iudicatum, vt habeo ex quodam responso ad eiusdem Fabij fauorẽ scripto, vbi adest sequens apostilla manu D. Præsidentis Bernardini de Sancta Cruce, qui obiit Locumtenens eiusdẽ Regiæ Cameræ per hæc verba.

10 Die 27. Iulij 1577. factò per me verbo in Camera, fuit communi voto prouisum, secundam nominationem factam in personam Fabij esse validam, ideò absoluedum esse. saluo iure quòd interesse Magnifico Antonio Passalacqua, in qua causa fuerunt discussa duo puncta, quorum primam fuit, an pater potuerit reuocare mandatum procuratorium, stante nominatione facta in eo de persona Antonij. Secundum, dato, quòd non potuerit reuocare de iure, si haberet locum in officio, & sic in casu isto, & fuit per omnes conclusum, quòd non obstante iuramento posito in mandato procuratorio, quòd potuerit reuocare, ex quo de natura actus reuocabilis erat, vt per iura allegata per Partem, quicquid dicat

Alber. in l. ante litem, & in l. si procuratorem, num. 11 ff. de procur. & Gramm. cons. ciuili 31. & 32. & alij Doctores, quia est contra communem opinionem Doctorum, vt dicit Corne. conf. 102. Io. Andr. in regul. quod semel, & gl. magna in cap. fin. de procur. in 6. Alex. conf. 29. vers. circa tertium dubium, vol. 5. nam iuramentum non debet operari magis, quam actus, cui apponitur, neque habet vim vitandi talem actum, vt per Innocent. in cap. dilecto, de prebend. & per Canonistas in cap. intellecto, de iureiur.

13 In secundo puncto certum est, officia sendis aduari, in quibus sine assensu Principis quilibet actus est nullus, & sic potest reuocari semper, vsquequò Princeps consentiat, vt per Cõsit. Constitutionem Diuæ memoriæ, & renuñciatio officij debet fieri in manibus Domini, vel saltem quando vult disponere possessor, debet obtinere licentiam à Principe, vt per l. legatus, ff. de offic. Præs. & cap. quod autem, de irruptione, ex nunc, pro tunc, & e contra, cum ex assensu subsequenti non potuit validari prima nominatio, licet retrotrahatur assensus, quia extrema non sunt habilia, vt per Bar. in l. quoties, ff. de nouation. l. qui balneum, & l. qui potior, ff. qui potior. in pignor. habe. præsertim rebus existentibus integris, secus quando mutatio aliqua interuenit, prout in casu isto, in quo Camillus nominauit Fabium, vt per Bar. in l. uxor, §. si quis uxorem, ff. de adulter. & sic stante secunda nominatione in personam Fabij, et eius habilitate, & quia expendit pecuniam pro dicta ampliatione, & quòd pater persistit in eius nominatione, & ingratitude Antonij probata, licet non erat necessaria, fuit prouisum, prout supra. Hæc ille vir doctissimus Bernardinus de Sancta cruce.

S V M M A R I V M.

- 1 Notarius vasallus prohibetur confiscare contractus, tam pro, quam contra Baronem, & quid in obligationibus, quas vulgò panes acta nuncupamus, nu. 2. 3. 6. 8.
- 4 Obligatio panes acta quæ proprie dicitur, & num. 5.
- 7 Actorum Magister an quis esse possit in propria patria.
- 9 Decisio 118. Præsidis de Franchis nõ procedit sine controuersia.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Notarius vasallus, qui prohibetur publicos conficere contractus, tam pro, quam contra Baronem, prohibeatur similiter recipere obligationes pœnès acta, quibus mediàntibus subditi ad beneficium Baronis, siuè Aerarij Baronalis Curie certa die aliquid soluere, vel prestare se obligat, & de alijs ad ornatum Cap. Regn. quod incipit *Non sine prudentis*.

C A P. CXLIX.



Notarius, qui est vasallus burgenfis, diximus *lib. I. cap. 280. num. 1.* quod prohibetur omnino publicos conficere contractus, tam pro, quam contra Baronem, sic disponente Regia sanctione, de qua *ibi*, & hinc inferius; post quorum scripta dubitari contigit in Sacro Consilio in causa Ill. Ducis Io. de Zéuallos cum Vniuersitate, & Particularibus Ciuitatis Hostuni, quam Ioannes ipse à Regia Curia emerat, an Regia hæc ordinatio procederet in obligationibus forsan capiendis per Notarium vasallum, quibus mediàntibus subditi ad beneficium Baronis, siuè Aerarij Baronalis Curie certa die aliquid soluere, vel prestare se obligarent; etenim præsentauerat præfatus Baro in actis Sacri Consilli quamplurimas obligationes per Notarios vasallos ad sui beneficium in illa Ciuitate stipulatas, ad quarum incusationem in sua Baronali Curia procedere prætendebat, eo præsupposito pro indubitato, nimirum obligationes pœnès acta non comprehendendi sub dispositione prohibitiua huius Regni, sic enim exarauerat in eius supplici porrecto libello, contradicebant Ciuitas, & Particulares, qui sic se obligauerat, vnde dubitatum fuit in S. C. vtra Partium meliora teneret iura.

- 3 Ego Ciuitatis, eiusque Particularium, iura tuens dixi, Baronis instantiam omni prorsus iuris fundamento carete, duobus in iure mihi præsuppositis citrà controuersiam, & primò, lege Regia inuolabiliter omni tempore seruata in hoc Regno cautum esse, Notarium, qui est vasallus burgensis nullo pacto posse recipere instrumenta, scripturas, & contractus publicos, in quibus ageretur de interesse Baronis, sic enim disposuit Rex Ladislaus in cap. Regni, quod incipit. *Non sine prudentis*, secundum ordinem Nigri 289. quod à Nostratibus passim in locis vulgatis allegatur. Secundò, illam dicit, & ceteri obligationem pœnès acta, quæ est recepta ab Actorum Magistro in Banca, de mandato, vel in præsentia Iudicis; ceterum si nõ fuerit recepta per Actuarium, vel si ab Actuario, non tamèn Iudice mandante, vel in eius præsentia, obligatio minime subsistet, ita Lucas de Penna in l. instar, C. de iur. Eisci, lib. 10. Affl. in Constit. Magistri Camerarij, num. 14. vbi dicit, ipsum semel in Sacro Consilio exclamasse, obligationem quandam iudicialiter stipulatam non valere, quia in ea, & per eam non constabat, Iudicis præsentiam, siuè mandatum interuenisse, nec pariter publicam scripturam illam ceteri posse, ex quo sine Iudice ad contractus facta apparebat, idemq; sensit in Constit. Cordi nobis, num. 17. vbi subdit, quod non ex eo, quod obligatio dicit; pœnès acta Curie, Iudicis præsentia probatur, sequitur Marant. in prax. par. 6. act. 10. num. 19. Vrsil. in addition. ad Affl. decis. 3. num. 8. Borrel singularissimè conf. 38. à num. 9. vbi loquitur in proprijs terminis obligationum captarum pœnès acta Curiarum Baronialium, aduertens num. 12. nullitatem hanc de facili contingere posse in Terris Baronialibus, in quibus Officiales sunt annales, & vt plurimum ab Opptdis, & Castris, in quibus ius dicunt, sunt absentes, quod proinde, ait, eo magis de eorum præsentia, & mandato constare opus esse; et Galter. in prax. liquidat. instrum. p. 1. rubr. 2. num. 39. fol. mihi 29. dicit, quod Magistri actorum M. C. semper dicuntur habere mandatum à Iudicibus obligationes capiendi ex Vrsill. loco cit. in alijs verò locis addit, stylū esse, vt Actuarius conficiat rubricam in principio libri obligationum capiendarum, et in eadē Capitaneus, seu Gubernator licentiã concedat, suaq; propria manu subscribat, et tunc omnes obligationes in eo libro, et anno descriptæ dicuntur, Iudice mandante conceptæ.

- 6 His duobus sic præsuppositis, in casu, de quo agebatur consequens esse dicebam, obligationes præsentatas pro parte Ill. Ducis Zeuallos nullam habere posse subsistentiam, primò, vti stipulatas à Notarijs vasallis cõtra legem Regni prohibitiuam, in nihilo refragantibus his, quæ scripta reliquit *D. Præs. de Franch.* in vulgata sua *dec. 118.* vbi per S. C. ad relationem M. C. decum testatur, validam fuisse obligationem in Baronis fauorem receptam per Notarium vasallum, loquitur enim de obligationibus, quæ capiuntur per Notarium vasallum vti Curiz Baronalis Actuarium, nõ autem per Notarium vti Notarium, reddite rationem, quia ex proemio illius *Regis Institutionis* apparet, quòd mens Regis fuit prouidere circa scripturas faciendas per Notarios vti Notarios, super quibus *Regni Constitutiones* erant emanate, ergò, dicit *D. Præs.* dispositio illa extendi nõ potest ad scripturas per Notarios faciendas, quæ citrà officium Notarij fieri possunt, quemadmodum enim quilibet vasallus non Notarius offeret hoc officium exercere (quanquam Notamen Vniuersitas non contradiceret, ad tra sita per eundem *Dom. Præs. dec. 98.* actaque facta per ipsum valida dicerentur, sic pariter quando Actorum Magister esset Notarius; addit *D. Præs.* aliam rationem *num. 10.* idèò obligationes pœnès acta non comprehendi sub lege prohibitiua Regni, quia illa fiunt Iudice præsentate, vel mandate; vadè cum in casu, de quo agebatur hæ obligationes, quas præsentatas agnouimus, receptæ fuerant per Notarios vasallos vti Notarios, pœnès quos consuetabatur, non autem vti Actorum Magistros, cõsequens erat dicere, vt nullam haberent subsistentiam, ad effectum, vt paratam tenerent executionem, sicut illæ, quæ recipiuntur per Actorum Magistros Curiarum, seruatis seruandis.
- 8 Secundo dixi, quando appareret, obligationes præfatas fuisse stipulatas per Notarios vasallos vti Actorum Magistros, quod in facto deficiebat, siuè per quemlibet Actuarium alienigenam, et sic non vasallum, nec etiam illè potuissent paratam habere executionem, ex quo requisita non interuenerant, de quibus supra, nimirum præsentia Iudicis, vel mandatum eiusdem, quæ ex superius dictis constat, enixè omnino interuenire debere.
- 9 Vltimò ad exuberantiam dicebam, de *decisionem D. Præs. 118.* supra relatam etiam in casu nõ non procedere sine controuer-

sia, quandoquidem alijs Sacrum Consiliũ iudicasse comperimus, dispositionem dicti *218.* *Non sine prudentis,* adhuc locum habere, quando obligationes capiuntur per Notarium vasallum vti Actuarium, id què in causa Vniuersitatis Flumarie cum Carolo Siripando Barone, referente Regio Consiliario de Bortelli, sic attestantibus Iulio Cesare Gallup. in *prax. S. Cons. par. 2. cap. 22. nu. 10. 10. Maria Nouar. quest. fofens. lib. 1. quest. 136. num. 13. Id. Bapt. Thoro in comp. dec. par. 2. in verb. obligationes pœnès acta, & Iosepho Mète in addition. ad Girz. Rel. dec. 24. nu. 78.* quare facta de his omnibus relatione in Sacro Consilio per doctissimum Regium Consiliarium Io. Bapt. Amendola sub die 20. Ianuarij 1646. Partibus plenissime auditis fuit decum secundum hic allegata, pro lijtquò decretum, quòd audatur partes super omnibus hijs inde præsentis, præstita tamen obligatione per Particulares obligatos de stando iuri, & soluendo quicquid fuerit iudicatum, processus est in Banca Bortelli & Sacri Consilij Actorum Magistri.

S U M M A R I U M.

1. *Notarius Neapoli quomodo de suo disponere potest.*
2. *Proxiores an excludantur à Monasterio per ingressum Religionis à portione debita per Consuet.*
3. *Religiosus intrà annum probationis dicitur laicus.*
4. *Dispositio facta per Notarium antè Religionis ingressum, an sit diuicand. inter viuos vel potius vltima voluntatis, & nu. 6. & 8.*
5. *Neapolitanus de bonis antiquis non potest disponere in vltima voluntate, nisi pro medietate.*
7. *Actus inter viuos dicitur irrenocabilis.*
9. *Testamentum conditum à Religioso antè Religionis ingressum, sed illius intuitu, nulla dispositione facta de bonis antiquis quomodo venit infrigendum, & nu. 10. & 13.*
11. *Refutatio feudi non potest fieri absquè assensu, nisi in immediate successorum.*
12. *Mater Neapolitana non potest disponere de nouem partibus suæ dotis, etiam conditione apposta, si filij moriantur absquè liberis.*
14. *Testamentum rumpitur per Religionis ingressum.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Nouitius alicuius Religionis Neapolitanus si mori contingerit, & de suo disponere velit, teneatur disponere, sicut vt & cæteri ciues Neapolitani, seruata forma statuti. Dispositio facta à Nouitio antè professionem per viam contractus inter viuos nùm potiùs diudicanda sit vltimæ voluntatis. Testamentum conditum à Nouitio Neapolitano, qui demùm sollemniter professus fuit, nù illius morte sequuta infringi possit, tanquàm factum non seruata forma statuti.

C A P. CL.



Nouitius in Religione, quæ potest habere bona in communi, & suis Religiosis succedere, fuit aliàs dubitatù, quo nam modo attentis *Consuetudinibus* huius Ciuitatis Neapolis disponere possit, & an illis ligetur?

2 Respondeo, quòd quàmuis *Napod.* dubitauerit, an per ingressum Religionis proximiores excludantur per Monasterium à portione debita per *Consuetudinem*, in *Consuet.* *Si moriatur*, num. 10. & afferat tria argumenta, quòd non debeant excludi à medietate, & in hac opinione tãquàm vltimo loco relata residere videatur; & *Capyc. dec. 98. num. 4.* nihil decidat, attamen quia *D. de Franch. decis. 40.* etiam ex relatione Cõsiliarij Fœlicis de Rubeis attestatur, fuisse decisum, quòd debeant excludi, etiam à medietate, idèò pro nunc cum hae opinione pertranseo, cui etiam se subscripserunt *Georg. alleg. 30. num. 23.* & alij nostri, verùm hoc in Professo procedere est asserendum,

de eo enim loquitur *D. de Franch.* dùm autè est Nouitius, si decedat ab intestato, succedunt proximiores Agnati venientes ab intestato, non autem Monasterium, vt decidit *Ias. in authen. si qua mulier*, num. 58. *C. de sacros. Eccles.* post *Luc. de Penna in l. Stigmata*, col. 2. in fine, *C. de fabric. lib. 11.* quos refert, & sequitur *Addit. ad d. Cõsuet. incipiès, Quid si ingressus*, sub num. 7. & alij, quos congerit *Molfes. ad Consuet. Neap. tom. 2. part. 4. quæst. 64 nu. 2.* ratio affertur, quia intrà annum probationis non est Religiosus, sed diudicatur vt laicus, ex regula *text. in cap. Religioso, de senten. excomm. in 6.* cum igitur reputetur vt laicus, non erit dubium, quòd dùm disponit, tenetur disponere, vt cæteri laici, & sic seruata forma *Consuet. Neapolit.*

3 Quid autem dices, vbi antè professionè Nouitius de suo disposuerit, an talis dispositio per illum facta per viam contractus inter viuos fit potiùs diudicanda dispositio vltimæ voluntatis, vel inter viuos? effectus, qui ex hoc sequitur, patet, quia si iudicatur vltimæ voluntatis, non potest, nisi de medietate disponere, si verò inter viuos, secus; est enim sæpiùs repetitum, *Consuetudines* postas circa bonorum dispositionem nõ habere locù in cõtractibus inter viuos.

4 Ad quòd dico certum esse, per *Consuetudines* nostras, quem disponere nõ posse, in morte, nisi de medietate, vt est *tex. in Consuet. Et si testator*; verbum enim, *disponere*, proprium est morientium, & idèò refertur ad vltimam voluntatem, vt per *Napod. ibi num. 4.* vnde *ibidem num. 7.* reasumit, secus esse in donatore, ingressore, & venditore, nisi talis dispositio esset in fraudem, fraudem namque probabit, qui eam dicit, *nu. 12.* & tandem tradit plures modos probandi fraudem; hæc autem dispositio, dubitari non posse videtur, quin sit actus vltimæ voluntatis potiùs, quàm actus inter viuos, patet, quia emittitur hodiè seruata forma *Concil. Trid. sess. 25. c. 16.* & dùm vult Nouitius emittere professionem in Religione, & sic cum ciuilitè certò sit moriturus disponit priùs de suis bonis, quòd proprium est morientium, vt dicebat *Napod. in d. Consuet. Et si testator, §. disponere, nu. 4.* afferès dictum *Sacra Scriptura, dispone domui tuæ, quia morieris, & non viuas.* Prætercà actus inter viuos est irreuocabilis, iste autè sequitur naturam actus vltimæ voluntatis, quia si professio non esset valida, & annullaretur, vel alio modo de licentia Religiosus exiret à Claustro, dispositio non valeret, & bona recuperaret, *Abb. in cap. quod à*

te, num. 4. vers. si verò fecit professionem, tunc si recessus licitè, & num. 5. vers. secundus casus, et vers. aut expressè contulit, et num. 8. vers. alij dixerunt, et vers. secus in patrimonialibus, extra de cler. coning. et Rebuff. post alios de privileg. Scholarium, privileg. 63. num. 2. cum igitur hæc dispositio fiat occasione professionis, et sit reuocabilis, ultimæ voluntatis actus diiudicandus indubitanter videtur.

8 His tamèn non obstantibus, scias, in facti contingentia contrarium decisum fuisse per Sacr. Consil. Regni huius, vt refert *Moltes ad Consuet. Neap. par. 3. quest. 7. à n. 12.* licèt ipse contrarium per prius tenebat, fuit, inquam, decisum, talem dispositionem potius sapere naturam contractus, quam ultimæ voluntatis, & consequenter non esse subiectam dispositioni *Consuetudinum*, ad quam decisionem comprobendam plures affert rationes. Contrarijs sigillatim respondens, tu autem cum casus acciderit, cogita, quia ex facti qualitate melius questio resolui potest.

9 Sed cum superius fuerit dictum, Nouitium intrà annum probationis dici, & reputari laicum, si antè professionem, vel etià antè Religionis ingressum illius intuitu, & sic de Monachatu mentionem faciendo, testamentum condiderit, de bonis antiquis nulla dispositione facta seruata forma nostrarum *Consuetudinum*, professione demùm sequuta, & deindè morte naturali, quo nam modo talis dispositio infringi poterit? & sic an attendatur tempus dispositionis factæ, dum illam volumus annullare, vel potius tempus mortis, nam si attendatur tempus, quo ista dispositio infringitur, quia id accidit post factam professionem Monasteriũ esset hæres ab intestato, nec aliquid possent agnati, vel cognati prætere, iuxta allegatam *D. de Franch. decis. 40.* vbi Monasterium succedit Moniali professæ, tam in bonis, quæ habebat tẽpore ingressus, quàm in illis, quæ post professionem illi ex cõsanguinei successione obtulerunt,

10 si verò attenderet tempus actus celebrati, ex quo fuit antè professionem, & tempore, quo ille disponens adhuc erat laicus, successores ab intestato erant proximiores agnati, vel cognati.

Dic, in hoc casu attendendum esse tempus actus gesti quoad potestatem disponendi, & actus validitatem, quod probatur autoritate *Camer. in c. Imperiales, fol 30. lit. P.* vbi firmat, refutationem non posse fieri absq; assensu, nisi in immediatè successorum, & immediatus successor oportet, vt

sit tempore, quo fit actus, non autem tempore euentus casus, quod in terminis terminantibus fundat autoritate *Napod. in Consuet. Si qua moriens, vers. tantum, nu. 13.* qui dixit, in dispositione, quæ virtute *Consuetudinis* fit cum filijs de decem vnã, attendatur tempus facti testamenti, & non, 12 facti casus, & idèo mater non poterit disponere de nouem partibus existentibus filijs, sub conditione, *si moriantur filij*, quia, quoad validitatem actus contra *Consuetudinem* inspicitur tempus actus gesti, præcipue quando impedimentum est ratione personæ, vt in hoc casu, quia persona est prohibita disponere, nisi de certa parte, ex regula *l. si filius familias, & l. is, qui, ff. de testam.* quæ iura ad hoc propositum ibi allegantur per *Napod.* quicquid sit, si impedimentum esset ratione rei, quæ omnia latè firmat nouissime *Milanens. decis. 8. num. 297.* improbando *Annam, & num. 315. & decis. 9. num. 165. cum seq.*

13 Diximus, si antè Religionis ingressum, illius intuitu, & sic de Monachatu mentionem faciendo testamentum condiderit, quia si Monachismi non meminerit testator, per Religionis ingressum, seu Professionem demùm factam, ac posthumi agnatione testamentum rumpetur, vt per *Doctores omnes in authent. si qua mulier, c. de sacros. eccles. & per Vasq. controuers. illustr. lib 3. c. 10. num. 2.* qui remittit se ad *Conar. de testam. c. 2. num. 4.* & sic his stantibus non esset de alio disputandum, cum vendicaret sibi locum allegata *D. de Franch. decis. 40.* & quæ de Monachi Professi bonis diximus, vt nunquam in omnibus Monasterium succedat, penitus Professi agnatis exclusis.

§ V M M A R I V M.

- 1 Occisor occisi successione priuatur.
- 2 Filius an patris successione priuatur ex eo, quod nonerit occidit.
- 3 Uxor est pars corporis viri.
- 4 Frater an priuatur fratris successione ex eo, quod illius filium iuste occidit.
- 5 Text. in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. er. cisc. declaratur.
- 6 Vasallus dominũ occidens, feudo priuatur, quod limita ibidem.
- 7 Indignus quis efficitur non solum à successione eius, quem occidit, sed etiam hæredis, cum declarationibus, vt num. 8. 9. & 10.
- 9 Maritus uxorem in adulterio repertam occidens dote priuatur.

ARGUMENTVM.

Agitur, an filius occidens no-
uercam, patris successione
priuetur, & quid in fratre, an
fratris successione priuetur,
ex eo, quòd illius filium iustè
occidit, & de alijs, ad ornatū
text. in l. his consequenter, §. 1.
ff. famil. erciscund.

C A P. CLI.



Ccisor, certum est, quòd
occisi successione pri-
uatur, *l. Lucius, ff. de iur.*
fisc. vbi glos. l. sororem, C. de his, quibus vt indign.
cum alijs relatis per *Pe-*
regr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 3.

in princip. & Alfar. de offic. fiscal. glos. 34. §. 7.
nu. 59. sed an Fisco, vel potius proximiori
agnato deferatur successio, plenè agit *An-*
nanus Robert. rer. iudicat. lib. 3. cap. 7. vbi pro
agnato proximiorè decisiuè refert.

Sed semel interrogatus extiti, an filius
esset patris sui successione priuandus, ex
quo illius coniugem, ipsiusq; occisoris no-
uercam per prius occidisset? & affirmatiuè
respondi, per *text. particularem in l. his con-*
sequenter, §. 1. ff. famil. erciscund. vbi iuxta cò-
muniem intellectum probatur, quem non
solum effici Titii hæreditate indignum, ex
quo illum occidit, sed etiam si vxorem, vel
eiusdem filium occidisset, quod etiam pro-
bavit *Bald. in l. hereditas, nu. 8. C. de his, quib.*
vt indign. asserens, ex. illum notabilem esse,
idemq; firmavit *Guglielm. de Benedic. in re-*
petition. cap. Rainutus, in verb. mortuo itaque
testatore, il primo, num. 39. vbi rationem af-
signat, quia vxor est pars corporis viri, &
vna caro cum ipso, iuxta illud *Genesis 2. &*
erunt duo in carne vna, & sic censetur, ac si
illum, cui succedere vult, occidisset, hoc idè
scripsit *Peregr. loco cit. num. 12.* & *Alfar. vbi*
suprà, vers. quia & vxorem defuncti, aliiq; ci-
trà controuersiam.

Contrarium tamèn in facti contingen-
tia dicebam in successione cuiusdam fra-
tris, vt nimirum potuisset frater fratri ab
intestato defuncto succedere, non obstan-
te quòd per prius illius filium, ipsiusq; oc-

cisoris nepotem necasset, constabat enim,
iure licito, ac lege permittère id peregrisse,
pro defensione. s. propriæ personæ, cum ne-
pos ille occisus patrum occisorem, vt est
occideret, nulla iusta subsistente causa ag-
gressus erat, occisusq; remansit, Deo forsitan
id permittente, nec ob stare dicebam *tex. in*
d. l. his consequenter, §. 1. & quæ in casu præ-
cedenti diximus, quia illa vera sunt, & de
plano procedunt, vbi iniustè occisor de-
functum consanguineum occidit, secus ve-
rò si iustè, prout in indiuiduo ponit exem-
plum *Guglielm. de Benedic. loco cit. num. 40.*
in eo, qui pro vitæ defensione alium occi-
dit, vel quia cum vxore in adulterio repe-
rit, citans ad *id Bart. Alex. & DD. in l. si ab*
hostibus, §. fin. ff. solut. matrimon. subdens, pro
huius conclusionis corroboracione, quòd
licèt vasallus sub pœna priuationis feudi
dominum, quem habet, vel olim habuit of-
fendere non possit, non tamèn punitur, si
ab illo aggressus, ipsum offende rit, secun-
dum *glos. in c. 1. in tit. hic fuit lex,* cum alijs
per *Guglielm. relatis.*

Vltimò in hac materia sciendum est,
quòd licèt quis efficiatur indignus, non so-
lum illius successione, quem occidit, sed
etiam eiusdem hæredis, in bonis tamen ab
occiso obuientis, secus in proprijs, ità vt
casu eueniente, bonorum separatio facien-
da sit, vt Fiscus capiat bona illius interfe-
cti, occisor autem bona hæredis, vt per *Bar.*
in d. l. Lucius, ff. de iur. fisc. Iaf. in l. sororem,
C. de his, quib. vt indign. alioquè relatos per
Peregr. loco suprà cit. num. 4. id tamèn non
procedet in marito, qui vxorem in adulte-
rio repertam occidit, is enim etsi propter
mortem, quam in coniugem intulit dotem
amittat, quam propter adulterium lucratus
erat, vt ratione, & autoritate contra
Bart. & Sectatores ostendimus lib. 1. c. 164.
per totum, si per vxoris mortem filii com-
munis matrimonii successerunt, illis de-
mum defunctis, siuè eorum quolibet suc-
cedet pater, etiam in dote, quam ab occisa
matre habuerunt, iura enim, quæ primam
conclusionem probant, procedunt, quan-
do iustè, & sine causa quis alium interfe-
cisset, secus verò si cum causa, vt in hoc ca-
su, in quo licèt priuetur vir à successione,
occisæ coniugis, non tamèn ipsius hæredū,
vt notabiliter scripsit *Anton. Gomez. in com-*
mēt. ad l. Taur. 83. n. 64. quem omninò vide.



S V M M A R I V M.

- 1 Casus proponitur, & resolvitur, num. 2.
- 3 Donatio perfecta non recipit diem, neq; conditionem.
- 4 Donatio, quæ à Principe fit, omnis diminutionis extraneæ esse debet.
- 5 Regula cessante causa, &c. declaratur, & n. 6.
- 7 Fecundum, quod ab vna auferitur, & alteri conceditur, si denuò iterum primo concedatur, an dicatur in illius persona antiquum, vel patris nomen.
- 8 Renunciatio iuris sui in dubio non presumitur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, num annua præstatio Titio assignata in excambiū officij, quod tenebat à Rege, cesset, si in temporis progressu officium illud denuò eidem concessum fuerit, nulla tamen de annua præstasione prius assignata mentione facta, vbi decisio Reg. Camer.

C A P. CLII.



fficium Regis munificentia, vel pecunia à Titio acquisitū, quod demum eiusdem Regis motu proprio amisit, verum in excambium certo quid annuo assignato, alias dubitari contigit, si in temporis progressu officium illud eidem Titio denuò concessum fuerit, nam cesset concessio illa annuæ præstationis, ita vt per hanc nouam officij concessionem, sublata censeatur illa secunda annuæ pensionis?

Et pro dubio videtur affirmatiuè respondendum, constat enim, concessionem annuæ præstationis, ex causa, quia fuit officij sublato, factam fuisse, ergo causa illa cessante, quia demum sequuta fuit officij concessio, debet cessare alia gratiæ concessionis annuæ præstationis, argumento *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.*

- 2 Contrarium tamen in facti contingentia per Regiam Cameram de anno 1574.

decisum fuisse inueni in quibusdam antiquis manuscriptis D. Præfidei, & Locumtenentis de Sanctacruce, quæ pœnes me conseruantur, in causa vertente inter Donnam Mariam de Rongeualles vti matrem, & tutricem filiorum, & heredum quoddam Secretarij Antonij de Puente, & Regium, Fiscum, super præstatione annuorum ducatorum ducentorum, vita durante dicto Antonio concessorum, ex causa, quia fuerat ei sublato officium Perceptoris significatoriarum tempore Regis Visitationis factæ de ordine Cæsareæ Maiestatis Caroli V. nam cum deindè ob nouam officij concessionem non fuisset dictæ annuæ præstationis facta solutio vsq; ad mortem dicti Antonij, acrius intentio in petendo integram solutionem, quæ eius viro fieri debebat, fundabatur ex regula *text. in l. perfecta donatio, C. de donat. qua sub mod.* vbi donatio perfecta non recipit diem, neque conditionem, quare non potest ex post facto reuocari, nec diminui, maxime donatio à Principe facta, proprium enim est Imperialis Maiestatis concessa non auferre, vt in *authent. de refere. in princ.* quia Principum donationes omnis diminutionis extraneæ esse debent, vt in *§. illud, authent. que de dignit. ac proindè exclamabat Andr. contra Curiam Capuanam*, quæ in omnibus concessionibus conditionem intelligere volebat, per quam concessio irritatur, vel dominium acquisitionem reuocatur, vt latissime hæc omnia dixit in *c. 1. num. 24. in fine, & num. 25. in tit. de Capit. qui Curiam vendidit, &c.* cum igitur perfecta concessio simpliciter ad vitam Antonij facta apparebat, certum erat, quod illius vita durante illos annuos consequi debebat, & dum non consequutus fuit, ad eius heredes transmisit.

- 5 Nec ob stare, dictum fuit, quod de regula cessante causa, &c. per Fiscum opponeretur, Primo, quia gratia illa annuæ præstationis non habet hanc conditionem expressam, vt habito officio extinguatur, Secundo, quod regula illa non procedit, quando causa habuit effectum consummatum, ex regula *text. in l. fin. ff. unde liber.* per quem *text. communiter Doctores* dixerunt, quod quando est effectus consummatum, cessante causa, non cessat gratia, ita *Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donation. late Dec. cons. 24.* ubi plura huic casum concernentia deduxit, quod maxime procedebat in casu illo, de quo agebatur, cum dici non poterat, causam cessasse propter acquisitionem officij, ex

eo, quia nō fuit statim Antonio restitutum, sed alteri concessum, & demū per alterius mortem sibi nouiter concessum, quo casu noua dicebatur gratia, ex relatis per *Andr. in r. i. de vasal. decrep. etat.* ubi uoluit, quod quando feudum est sublatum, et alteri concessum, licet demū primo concedatur, dicitur feudum nouum, et non antiquum, quia habuit ex noua gratia, quæ nascitur ex alio fonte, quam prima, si enim ex noua causa officii concessio facta fuit, non autem ex causa antiqua, nec in vim restitutionis, non poterat tractari de regula, *causa cessante, &c.*

Nec aliquid fuit dictum obstare aliud, quod pro Fisco opponeretur, nimirum de tempore, quo Antonius non exegit, cum in dubio præsumendum non erat, ius suum renūciasse, *l. cum de indebito, ff. de probation. maximè quia sciebat, illud durare, & saluū esse, l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. uel hypothec. soluit, & tempus, quo tacuit, habile non fuit ad gratiam iam questitā amittendam, l. falso, C. de diuers. rescript. cap. accedentibus, de privileg. recipiēdo enim nouam officij gratiam, non videbatur aliæ de annis ducentis ducentum renūciare, non enim sunt gratiæ prædictæ incompatibiles, ut per *Canonistas, signantè Panorm. in cap. cum accessissent, de Constit. & Ant. de Butr. in d. cap. accedentibus, ex quibus omnibus, ut dixi, ad fauorem dictorum hæredum dictum inueni.**

S V M M A R I V M.

1. Ordinari quis potest ab uno ex tribus Episcopis, de quibus in cap. cum nullus, de tempor. ordina. in 6.
2. Ordinari nūm quis possit ab illo Episcopo, in cuius Diocesi beneficium habet, sed exigui redditus, & nū. 3. & 5. & quid sit tenuissimum esset, nū. 7.
4. Tenuis pro sacris ordinibus suscipiendis debet esse sufficiens ad vitam sustentandam.
6. *Tex. in cap. cum nullus, de tempor. ordina. in 6. beneficium cuius qualitas esse debeat, non explicat.*
8. Beneficium tenuissimū quod dicitur, remissiuè.

ARGUMENTVM.

Agitur, an quis sacris initiari possit ordinibus ab illo Episcopo, in cuius Diocesi be-

neficium habet, sed exigui valoris, & de aliis, ad ornatū *tex. in cap. cum nullus, de tempor. ordina. in 6.*

C A P. CLIII.



Ordinari cum quis possit, non modò ab Episcopo originis, & domicilii, verum etiam & beneficij, & istorum vnusquisquè proprius ordinandi dicitur Antistes, *vulgato tex. in cap. cum nullus, de tempor. ordina. in 6.* dubitarunt *Doctores*, an id procederet, vbi quis in aliena Diocesi beneficiū haberet, sed exigui redditus, ita vt ab illius loci Ordinario ad ceteros ordines promoveri possit?

Dominus *Ricc.* ex recentioribus excitat quæstionem hanc in *1. par. prax. Eccles. resol. 260.* per totam, & tandem pro negatiua opinione concludit; sed quòd vt præcitata dispositio in *cap. cum nullus* locum habeat, requiratur, vt ad vicium coonestum sit sufficiens beneficium, non autem tenui valoris, idquè attenda dispositione *Sac. Trid. Concilij sess. 21. cap. 2. de reformat. & auctoritate Vgol. de potest. Episc. cap. 26. §. 3. ad finè, vers. postremò excipitur, Quarant. in summ. Bullar. in verb. ordo, vers. circa secundum, & Piafer. in prax. Episcop. par. 1. cap. 1. num. 10. vers. ratione beneficij.*

3. Contrariam verò sententiam, nimirum, quòd sufficiat qualecunquè beneficium, vt quis beneficiatus ab Episcopo illius loci, vbi situm est, ordinari possit, inuenio tenuisse *Henriquez* ab eodem *Ricc.* citatum in *summ. lib. 10. cap. 22. §. 1. Maceraten. variar. resol. lib. 1. resol. ult. ca. u. 28. Garz. tract. de benef. par. 2. cap. 4. num. 8. vers. secundò ampliatur, & Episcop. Campanil. in suo diuers. iur. canon. rubr. 9. cap. 8. a num. 11. vsquè ad 13. rationem assignant, cum *tex. in d. cap. cum nullus*, valorem, & beneficij qualitatem nō explicet, sed simpliciter, & generatim loquitur, ac proindè regula subinrat, vt generaliter intelligi debeat, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand. l. de pretio, ff. de public. in rem actiou.* quam sequendo sententiam nō obstant per *Ricc.* ponderata, nam dūm scruari vult dispositione *Sac. Trid. Concilij in d. c. 2. sess. 21. de reform.* dico Ego, quòd pro huius quæstionis resolutione allegari *tex.**

ille non meretur, non enim hic agimus de beneficio, quod quis habere debet, ad hoc ut valeat sacris initiari ordinibus, quod cum pro titulo deseruire debeat, (sufficiens requiritur ad ordinandi vitam sustentandam, sed de illo tantum beneficio, per quod ordinandus subditus fit illius Antistitis, in cuius Diœcesi situm est, de quo proprie loquitur *tex. in d. cap. cum nullus*. Etenim si de beneficio, de quo disponit *Sacrum Trident. Concilium* loqueremur, in casu nostro nec etiam Episcopus originis, vel domicilij id exequi posset, cum expresse sancitum sit, quem non posse ad sacros promoueri ordines, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, vel patrimonium ad victum sufficientiam, ac proinde, inquit *Campanil. loco cit. vers. tex. autem Sacri Trid. Conc.* aliud esse, si queramus, num beneficium sufficiat pro titulo, & aliud si sufficiat, ut tanquam subditus ratione beneficij promoueat; supponimus enim nos, dum de tenui valoris beneficio loquimur, ut ab Episcopo, vbi situm est, possit clericus promoueri, vel ad reliquos minores ordines, quos adhuc consecutus non est, vel si sacris vult initiari, ut requisita *Sac. Trid. Concilij* habeat; nimirum, vel quod alibi pingue habeat beneficium, vel sufficiens patrimonium, in tantum, quod questio nostra in eo tantum residet, si subditus quis dicatur (ad effectum, ut promoueri possit) illius Episcopi, in cuius Diœcesi tenue habeat beneficium, & cum, ut supra indicauimus, *tex. in d. cap. cum nullus*, non distinguat de beneficij qualitate; sed simpliciter loquatur, & disponat, ut ab vno ex tribus Episcopis, nimirum originis, domicilij, & beneficij ordinari possit, merito dicendum est, sat esse, licet tenue sit beneficium, & *Doctores*, præsertim *Vgolus. per Ricc.* relati loquuntur de beneficio respectu tituli, quibus nos non aduersamur, cum bene locuti sint, subdit tamen *Campanil. eodẽ citato loco, vers. cum vero beneficium*, & in terminis casus nostri faterur, aliud esse, vbi tenuissimum esset beneficium, idq; ratione præsumptæ fraudis, ex sententia Sacræ Cõgregationis *ibidem* relata, *ibiq;* quale dicatur tenuissimum beneficium explicat, videlicet, quia doctè pro more loquitur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordinari quis non potest absque titulo ad sacros ordines.
- 2 Titulus pro ordinibus suscipiendis qualis esse debeat.

- 3 Magister grammaticæ an ordinari possit ad titulum suæ professionis, & n. 4. & 9.
- 5 Doctor clericus an possit cum titulo doctoratus sacris insigniri ordinibus.
- 6 Decisio Sacræ Cõgregationis, pro quæsiti resolutione affertur.
- 7 Gratian. disceptat. forens. tom. I. cap. 57. num. 30. rejicitur.
- 8 Episcopus tenetur providere ordinato de beneficio, dum eo caret, licet artificium, ex quo viuere ille possit, habeat.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an satisfactum dici possit *Tridentina Sanctioni* mandanti, quem non posse absque titulo ad sacros ordines promoueri, vbi quis professionis titulum haberet, ut quia esset iuris peritus, vel Magister grammaticæ, ex cuius exercitio commodè viuere potest.

C A P. CLIV.



- 1 Ordinari quem non posse ad sacros ordines absque titulo, cum non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, disposuit *Sacrum Trid. Conc. sess. 21. cap. 2. de reform. veteri inherendo sanctioni in can. diaconi sunt 93. dist. cum alijs relatis per Garz. tract. de benefic. par. 2. cap. 5. num. 1. vbi num. seq. id tantum cum quis ad maiores ordines promoueri cupit procedere aduertit, secus autem ad minores, licet contrarium de iure antiquo constitutum fuisset, ut in can. neminem, vbi glos. 70. dist.*
- 2 Verum cum hic titulus Ecclesiastici beneficij esse debeat, vel saltem sufficientis patrimonij, memini semel, quendam clericum grammaticæ Magistrum à me scire voluisse, an ad sacros ordines promoueri potuisset, dum in sua Patria publicè grammaticam docebat, ex cuius exercitio à Communitate centum singulis annis pro salario consequeretur, ita ut cum hoc titulo citatæ *Tridentinae Sanctioni* satisfactum teneretur?

4 Et affirmatiuè respondendum videbatur ex dictis per *Rodrig. in sua summ. par. 2. cap. 15. de ordin. num. 15.* & per *Genzal. ad regul. 8. Cancell. de alternat. glos. 4. nu. 36.* quos refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. 20. 1. cap. 57. n. 30.* & per alios, quos citat *Garz. loco iam dicto, num. 139.* qui omnes putarunt, non obstante relata *Sacri Trid. Concilij sanctione*, posse clericum Doctorem, quàmuis pauperem, & beneficio carètem sacris initiari, ea ratione, quia verisimile est, posse illum ob doctrinam commodè sustentari, cum leges non permittant, illarum professores in ægestate viuere, nequè in ansietate mori, *s. fin. in fine, auth. de heret. & falsid. ergò idem in casu proposito dicendum, dùm in actu apparebat, clericum illum non modò ab ægestate alienum, sed cum magna commoditate viuere.*

6 Sed contrarium in puncto inueni, *Sacra præfati Concilij Congregationem* determinasse super dicto cap. 2. per hæc verba. *Quid si tantum habeat, quod ex industria, vel honesto labore lucratur, puta quòd sit Musicus, Magister grammaticæ, Pictor, vel alterius licite professionis, idque sit sufficiens ad sustentationem vitæ, an possit promoueri. De industria, vel honesto labore item censuit non posse.* Qua declaratione, seu decisione sic itante, modo aliquo recipiendam esse coarcteo *Gratian. & aliorum supra relatorum sententiam*, etiã in casu, de quo loquantur, prout illam in individuo reiiciendam esse putauit *Episcopus Campanil. in suo diuers. rubr. 8. cap. 4. nu. 6. vers. Episcopo in super*, ubi in puncto citat *Imol. in cap. suis questionibus, nu. 12. vers. immò plus, de præbend. in specie decidentem, teneri Episcopum* prouidere ordinato carèti titulo, & habenti artificium, ex cuius exercitio possit sibi quærete victum, idemq; firmavit *Bertrand. eiusdem Imol. autoritate in cons. 55. post num. 5. vol. 2. & nouissimè Emmanuel Sà in suis Aphorif. in verb. ordo, num. 27. ab eodem Campanil. relati, & Barbos. de potest. Episc. par. 2. alleg. 19. nu. 27.* hæc conclusio nitidissimo fulcitur fundamèto, cum in hoc finalis mens, & intentio *Sacra Tridentina sanctionis*, si benè illius verba perpendamus, fuerit, vt titulus, super quo quis ordinari petit, certus sit, nimirum vt vel habeat beneficium, vel quid annuum proprium, quod ad vitam sustentandam sat sit, licèt alicui ministerio, siuè exercitio non vacet; non nè forsan euenire posset, vt

7 hic talis, qui ex industria uiuit, in malam incideret valetudinem, ita vt elaborare nõ esset ei permiffum, & sic in eo statu mendi-

care esset coactus, ubi casu hoc eueniente *Sacra Concilio* satisfactum diceremus, quot enim Iurisperitos scimus, & non vulgaris doctrinæ, maxime in hac Ciuitate ita negotijs derelictos, vt pro vitæ sustentatione eleemosynaliter quærent sibi victum, si hoc igitur verum est, ratio ex aduerso ponderata tuta non est, ac proindè opinio illa fundamento caret, sicquè eam sequi non debemus.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ordinari quis non potest, nisi à proprio Episcopo.
- 2 Pœna qua imponitur ordinato ab Episcopo non suo.
- 3 Clericus loci exempti debet ordinari ab Episcopo Diœcesis, intrâ cuius fines locus ille situs est, & si secus, contrahit suspensionem, sed à quo venit absoluentus, n. 4. & 5.
- 6 Litera commendatitia pro ordinibus suscipiendis à quo Episcopo impetrari debet, ubi deciso *Sacra Congregationis*, nu. 7.
- 8 Ordinatus si quis fuerit à non suo Episcopo an fori priuilegio gaudeat.
- 9 Clericus excommunicatus an gaudeat priuilegio fori.

A R G V M E N T U M.

Agitur, à quo sit absoluentus clericus loci exempti, qui in suspensionem incurrit, ex eo, quia ordines suscepit ab alio Episcopo, quàm illius Diœcesis, intrâ cuius fines locus ille exemptus situs est. Clericus suspensus, interdictus, vel excommunicatus an fori priuilegio gaudeat, & de alijs, ad ornatum *tex. in cap. cum nullus, de temporibus ordinat. in 6. et Concil. Trid. sess. 23. cap. 10. de reformat.*

CAP. CLV.



- R**ordinari, certum est, què non posse, nisi à proprio Episcopo, de quo in *cap. cum nullus, de tempor. ordinat. in 6.* adeò quòd si ab alio, quàm suo promoueri quis pateretur,
- 1^a susceptorum ordinum executione, quãdiù proprio Ordinario videbitur, suspensus censebitur, sic disposuit *Sacrum Trid. Concil. sess. 23. cap. 8. de reformat.* & latè per *Barbos. de potest. Episcopi, part. 2. alleg. 8. num. 13.* cuius dispositionem procedere indubium est, etiã si ordinatus nullius esset Diœcesis;
 - 2^a statutum est enim in eadem *sess. cap. 10.* clericorum loci exempti ordinationem ad eos pertinere Episcopos, intrã quorum Diœcesis fines locus ille existit, itã vt non valeat Abbas, siuè alius Prælatus illius loci exempti subditis literas dimissorias, vt ab alijs ordinètur concedere, cum eas impartiri ad Episcopos, de quibus supra spectet, vbi illi ordinationes facere impediti esset.
 - 3^a Sed de illo in facti contingentiã controuersum scio, si quis loci exempti ordinandus, cum literis tantùm dimissorijs eius Abbatis, ab extero Episcopo promoueri voluit (quia certum est, hunc talem ex *Decreto Concilij* suspensum remansisse) absoluedi facultas ab incurta suspensione ad quem nam pertineat?
 - 4^a Resolutum fuit, ad Episcopum illius Diœcesis, intrã cuius fines locus exemptus existit, idquè ex sententia *Sacrae Congregationis* super citato *cap. 8. sess. 23. de reform.* cuius verba sunt hæc. *Absoluere à suspensione eos, qui nullius Diœcesis existentes, sine literis dimissorijs ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio pertinebat illis dimissorias concedere.*
 - 5^a Sed cum hic talis ordinatus potuisset commendatitias obtinere ab vno ex tribus Episcopis, de quibus in *di. cap. cum nullus*, cuius dispositio quòdã hoc per *Sacrum Trid. Concilium* correctã non est, nùm absoluedi facultas, de qua dubitauimus, ad illos pertineat? & dicimus, quòd sic, ex declaratione eiusdem *Sacrae Cõgregationis* eodem cit. loco, cuius verba sunt. *Proprius Episcopus ad hoc vt possit dimissorias concedere, dicitur ille, in cuius Diœcesi ordinandus beneficium habet, & itã fuit iudicatum in vna Leodiensium, si rectè consideretur.*
 - 6^a Vltimò est hic aduertendum, quòd licet

verum sit, vt in principio dicebamus, ordinatum à non suo Episcopo sine licentiã proprij ab ordinum susceptorum executione censeri suspensum, illumq; ad beneficia impetraada inhabilem reddi, secus tamen dicendum erit quòdã fori priuilegium, nam non per hoc, quòd est ordinatus à non suo Episcopo clericus non dicitur, quia verè talis est, in illiusq; anima fuit character impressus, & per consequens delinquendo, ab Ecclesiastico venit cognoscendus, si tamen requisita *Conc. Trid.* haberet, *Carol. de Grass. de effect. clericat. effect. 1. num. 634. & seq. Rica. resol. 150. part. 2. prax. eccles. & resoluc. 318. part. 3.* & alij, quos refert, & sequitur doctissimus *Barbos. loco cit. nu. 18.*

7^a subdens, clericum quantumuis suspensum, interdictum, & excommunicatum fori priuilegium non amittere, vt corãm Iudice seculari conueniri possit.

S V M M A R I V M.

- 1^a Pactum initum inter patrem spõsa, & sponsum ante confessionem capitulorum matrimonialium, vt quamuis mille promittantur, non nisi octinentum soluenda sunt, nùm mulieri de hoc inscia præiudices, & num. 3. 4. 5. 6. 7. & 9. & quid si eadem die stipulantur capitula, & separatè sit pactum, num. 10.
- 2^a Pacta omnia ante matrimonium facta valent quòdã dotis diminutionem, secus post contractum, & num. 8.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pactũ inter sponsum, & futurum socerum secretò celebratum, vt quamuis mille pro dote in capitulis matrimonialibus promittantur, non nisi octinentum effectiue sint soluenda, validum nè, firmumq; sit censendum in præiudicium mulieris de hoc tractatu penitus ignaræ.



C A P. CLVL



Pactum in albarano, & sic priuatè factum à spòso cū patre, vel fratre sponsæ mulieris, ea inscia antè capitulorum confectiōne, vt quàmuis mille pro dote in tabulis dotalibus constituenda sint, tamè re vera, non nisi octincentum promissa intelligantur, tantaq; quantitas suo tempore exigenda, & non integra mille, prout quotidie ad pompam, inter Nobiles maximè in hac Vrbe Regia Neapolitana practicatur, dubitatur, nùm sequutis nuptijs in mulieris præiudicium validum, & firmum sit censendum, ità vt in casu dissolutionis matrimonii, non nisi octincentum verè numerata à viri hæredibus petere possit, & ad illa ratam antephatum?

- 2 Respondeo, *Doctores* in hoc distinguere, & pro regula firmare, quòd omnia pacta antè matrimonium facta, permissa sint, pacta verò conuenta post matrimonium inualida censeantur, ità notabiliter antè omnes *Innocent.* in cap. *donatio*, nu. 1. in fine, de *donatio. inter vir. & vxor.* ibi, antè nuptias autem potest esse disparitas, & in quantitate dotis, & donationis, & in pactis super lucris, post nuptias verò hoc non licet, &c. hanc notabilem doctrinam refert, & sequitur *Ang.* in l. *ex morte*, antè num. 1. C. de *pact. conuent. super dot.* vbi dicit, perpetuò menti tenendam, *lo. de Amic.* in *conf.* 5. num. 17. allegans *Salyc.* & subdens, quòd *Doctores* magis cõmuniter sequuntur, & ex recentioribus *Honded.* *conf.* 48. num. 29. lib. 1. vnde cùm in casu proposito Albaranum capitulorum matrimonialium stipulationem præcesserit, indubitatum est, pactum verè quantitatis dotis in Albarano contentum obseruandum esse, non autem quantitatem simulate in capitulis expressam, hanc eandem sententiam firmavit *Aluar. Valasc.* *decis.* 5. lib. 1. *consult.* num. 21. *vers.* *quintus casus*, vbi dicit, quòd quando quis simulate dotem recepit honoris causa confitetur, vel vt satisfaciat patri suo, vel consanguineis, quibus contradicentibus vxorem ducere vult, cùm tamèn nulla dos sit, vel multò minor, addit, quando talis simulatio probatur, non est dubium, huiusmodi confessionem nullam esse, rationem assignat, quia deficit consensus, & sic substantia, & essentia contractus, quæ simulatio probatur etiã

ex coniecturis, allegat *Afflict.* in cap. I. q. II. de *feud. dat. in vicem leg. commiss.*

- Faciunt etiam pro hac opinione text. 4 optimi in l. 1. C. de *dot. caut. & non numer.* & in l. *si post hac* 9. in *princ.* *vers.* *dos etiam*, C. de *bon. proscript.* ibi. *Dos etiam, non quæ aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, quàm se corporaliter tradidisse docuerit representetur, &c.* ecce quòd etiam antiquitus aliquando dos inaniter capitulis constituebatur, quæ non erat vera quantitas dotis promissæ, prout hodiè multoties fieri solet, id, quod animaduertit *Anna. Robert.* *rer. iudicat.* lib. 1. cap. 2. fol. 6. à *ter.* in *fine*, ibi, *nam & olim non ignotas fuisse huiusmodi inanes dotis repromissiones indicant Imperatores in d. l. 9. C. de bon. proscript. &c.* hoc idem decisum refert *Ant. Faber diffinit.* 11. C. de *pact. conuent. super dot.* ibi enim cùm sponsæ pater, sponsi genitori dotem mille ducatorum promississet, & soluisset, ad quam ratã fuerat augmentum, siuè antephatum promissum, pacto antè matrimonium contractum secreto adiecto inter patrem sponsæ dotantem, & sponsum, vt quàmuis mille enumerarentur, teneretur tamèn postea reddere tercentum, prout fuit deindè factum exequutum, & adimpletum, mortuo viro petiebat à socero mulier dotem integram ducatorum mille solutorum, vnà cū antephatò, quod iuxta consuetudinem habito respectu ad mille erat quingentum, excipiebat pater mortui viri de his factus certior de postea tractatis, & gestis, eo inscio, inter eius filium, et socerum, quare dubitatum extitit, quid iuris? Et contra mulierem resolutum fuit, ex quo in tractatu non tantum præsentem, sed et conscientem eam fuisse constabat, ac proindè plus valere debuisse, quod re vera gestum, quã quod simulate conceptum erat, et licet annuat *Faber*, secus esse, si mulier inscia fuisset, id tamèn neq; iure, ratione, aut *Doctores* autoritate probat, cùm tantum asserat, non debere filix nocere, quòd gener cum socero de minori dote transegit, hoc enim ultra quòd est contra magis communem omnium sententiam, aduersatur ipsiusmet dicto, nam dum loquebatur, data mulieris scientia, firmavit, plus valere debere, quod re vera tractatum est, quàm quod simulate conceptum, dico Ego, si quod verè gestum est, attendere debemus, quid importat mulieris scientia, vel ignorantia? certè nihil, ac proindè siuè mulier de tractatu sit inscia, siuè particeps, dum tamèn celebratus sit ille, antequàm ad capitulorum matrimonia-

lium confectioem deuentum fit, ſemper dicendum eſt, attendendam eſſe veram dotis numerationem, et ad eandem ratam antephati conſtitutionem, ſecus autem ſi poſt, per rationem ſuprà in principio allegatam, nimirum quia non licet poſt dotem conſtitutam, et promiſſam ſuper illius diminutione pacta apponere, ad *text. in authentic. ſed quauis, C. de rei vxor. action. et dicta per nos c. 92. lib. 1.* quibus non aduerſatur id, quod per Senatum Dolanũ deciſum refert *Grinell. deciſ. 48.* per totam, valere inquam, Albaranum, in quo dos fuit diminuta poſt celebratas nuptias factum, in illo enim caſu acceſſerat conſenſus vxoris, et dos in capitulis conſtituta inofficioſa erat, et impenſa, quare ex iſtis, quæ in facto erant, motus fuit Senatus pro validitate pacti determinare, et ſi inſiti poſt capitulorum ſtipulationem,

10 Sed quid dices, ſi iſti duo actus, nempe pactum dotis diminutionis, et capitulorũ ſtipulatio eodem die, eodemq; momento, ſeparatè tamen conſecti eſſent? dic, quod mulieri opitulari non poſſent, quia duo iſti actus correſpectiui ſunt, & ex voluntatis indiuiduo vnus ſine altero non poſſet valere, nam Partes aliter non contraxiſſent, vt ſatis elegantè declarat *Camer. in repetition. l. imperialem, fol. 58. liſ. T. & V. de prohib. feud. alienat. per Feder. Thom. de Marinis de feud. quaſi. 16. num. 2. & 6. Reg. de Ponte conf. 21. num. 36. cum ſeq. lib. 1.* vbi dicit, quod ita paſſim deciſum vidimus, *Rot. Rom. in nouiſſ. recolleſt. per Farinac. par. 2. tom. 2. deciſ. 272. num. 2. 4. & 6.* vbi plenè tractat articulum, & allegat *Lanar. conf. 96. num. 7. & 8. Surd. deciſ. 155. nu. 5. et ſeq. et Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. num. 87. & lib. 6. præſumpt. 12. per totam.*

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum adiectum in venditione prædij, vt ſi in futurum vendendis conſanguineus vellet pro ſe illud emere, quòd teneatur emptor relaxare, an perpetuum, vel temporale ſit cenſendum, & num. 5.
- 2 Pactum de retrovendendo per quantum tempus præſcribitur.
- 3 Ius offerendi, quod competit poſterioribus creditoribus per quantum tempus præſcribitur.
- 4 Redimendi ius, quod habet debitor aduerſus pignoraſtitium creditorem quanto durat tempore.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an perpetuum, vel potius temporale cenſendum ſit pactũ illud, quod in prædij venditione apponi voluit venditor, vt ſi in futurum ipſius affinis, vel cõſanguineus prædium illud pro ſe vellet, quòd teneatur emptor illi relaxare :

C A P. CLVII.



Actum in contractu venditionis alicuius prædij à venditore adiectum, vt ſi in præſentiarum, vel in futurũ affinis aliquis, vel conſanguineus ipſius vendentis pro ſe redimere prædium illud vellet, quòd teneatur emptor illi relaxare, dubitatur, an perpetuum, vel temporale ſit conſiderandum?

Hæc quaëſtio ſemel mihi in facto euenit, & priuſquam Doctorem particularem eam decidentem inueniſſem, dicebam, triginta annorum ſpatio tale pactum expirare, ad inſtar perſonalis actionis, iuxta vulgata in *l. ſicut, & in l. omnes, C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, prout magis communiter, eodem tempore pactum de retrovendendo præſcribi, uoluerint Doctores, ut uidere eſt p̄nès *Boer. deciſ. 182. & 351. n. 6. Polydor. Rip. obſeruat. 162. & nouiſſimè per Ant. Fabr. diffinit. 3. & 4. citato tit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* ubi ſic per Sabaudiz Senatum deciſum refert, licet centum annorum tempus requiri uoluerit Camera Imperialis, ut per *Minsyng. ſing. obſer. cent. 1. obſeruat. 16.* quod etiam poſt alios tenuit *Gomez. variar. reſol. in tit. de emption. & vend. num. 28.* placet tamèn prima opinio, quæ forſan limitari poſſet, & ſecundam procedere, quando in pacto eſſet adiecta clauſula illa, *toties, quoties*, nulla data temporis præſcriptione.

3 Hoc eodem tempore annorum triginta præſcribi ius offerendi, quod competit poſterioribus creditoribus, contra priores ad proprium pignus conſeruandum, uoluit

Vinc. de Franch. decis. 69. num. 12. & Ant. Fab. diffin. 7. cit. sit. ubi aliter dicit circa ius offerendi, & redimendi facultatem, quæ competit debitori aduersus pignoratitium creditorem, ut nimirum post centum annorum spatium ualeat prædium pignori datum redimere, et latè hoc idem probat Cachet. decis. 115. per totam.

In serie tamèn proposita aliter uoluit Franc. Stephan. decis. 13. nempe, ut tale pactum nulla certi temporis præfinitione ualatum ex contrahentium sententia, non nisi ad municipalem legem referri, ità ut si affinis post decem, uel uiginti, aut triginta annos comparere uellet, non audietur, si lex municipalis dicat, ut intrà mensem, uel annum locus sit retractui, secus uerò si lege municipali, moribus, aut consuetudine nulla est ad retrahendum præfinita dies, tunc enim actio, quæ ex tali pacto datur, non nisi triginta annis, ut reliquæ personales actiones præscribi potest, iuxta text. in d. l. ficus, et ità consului, in materia tamen præscriptionis iuris congrui uide Sempron. Asciam in determinat. 179. per totam, ubi doctè scripsit.

S V M M A R I U M.

- 1 *Pactum initum inter coniuges de perpetuo incolatu in certo loco habendo validum est, et num. 2. 6. & 7. & quid in foro animæ, nu. 3. limitatur nu. 5. 8. 9. 10. 11. & 12.*
- 4 *Tex. in l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de conditio. & demonstrat. declaratur.*

A R G V M E N T U M.

Agitur, an pactum inter coniuges in capitulis matrimonialibus celebratum de perpetuo incolatu in certo loco habendo de iure subsistat, ubi decis. S. C. & Rot. Rom.

C A P. CLVIII.



Actum inter coniuges in contractu matrimonij appositum de perpetuo incolatu in certo loco, sub pœna, sæpè cōtrouerti solet, nùm validū, & licitū sit cēsēdū.

Respōdetur, pro parte negatiua tenuisse

Gomez. variar. resol. tom. 2. cap. 10. in rubr. de indiuid. num. 24. & illam affert rationem, primò, quia nemo tenetur ad facti promissionem præcisè, secundò, quia esset quædã species seruitutis, argumento tex. in l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de condit. & demonstrat. quæ à iure improbat.

2 *Contrariam uerò sententiam uti uerorem, vsuquè receptam amplexati sunt Hostiens. in summ. de coniug. seruor. §. & an consensus, in fine, Abb. 10. Andr. Anchar. Butr. & communitèr omnes in cap. 1. qui matrim. accus. poss. quos secuti sunt Diaz de regul. vtriusquè iur. regul. 300. & Syluest. in summ. in verb. vxor, quæst. 8. & sic conclusum refert Capell. Tholos. decis. 87. & Fran. Marc. decis. 740. in princ. & Lup. in repet. rubr. cap. per vestras, in princ. in uers. quòdã primū, §. 2. in fin. de donat. int. uir. & uxor. Capyc. decis. 135. qui similitèr hanc opinionem tenet, hęc èt in discursu teneat, ualere pactum, quatenus sit in beneficium vxoris, quæ habet ius in viro, allegat glos. in cap. 1. de coniug. leprofor. tamèn allegati Doctores, & præsertim Fran. Marc. & Diaz nullam fecerunt differentiã, si in beneficium vxoris, uel Parentum allegantes causas interesse parentum pro appositione huius pacti, & sic concludunt, cū quibus indistinctè etiam pertransit Sylu. Nuptial. lib. 2. in verb. diuici non est nubendum, post num. 8. in fine, & Nauar. in manual. in rubr. de peccat. coniugat. quæst. 24. num. 20. ubi etiam in foro animæ dicit, quòd existente tali pacto mulier non tenetur sequi vitum, sic etiam firmans Vrsik. ad Affl. decis. 307. num. 2. qui adducit Lup. & Capel. Tholos. licèt per prius retulerit Capyc. supra allegata decis. eandem etiam opinionem secuti sunt Andr. Sicul. in cap. caterum 2. col. de iuram. calum. & Bart. de Baldin. in apostill. ad Abb. in d. cap. 1. & Jacob. in rubr. de iur. dot. à Gomez adductus, Genuens. in practicab. Eccles. quæst. 772. illamquè uerissimam esse in facti contingencia decidit Sacrum Cōsiliū Regni huius, ut testatur Gizzarell. decis. 19. et iterum nouissimè de anno 1628. mense Iulii in causã D. Beatricis Maiorga cum Ill. D. Iosepho Galeota Principe Monasteraci, penès Borrellum Sacri Cons. actorum Magistrum.*

4 *Non obstat tex. in d. §. Titio centum, quem pro contraria opinione adduxit Gomez. quia loquitur in testatore legante, & non acceptato legato, cum tali conditione à legatario; at nos sumus in pacto appposito in contractu secuto, & consummato omnium contrahentium uoluntate, & sic mi-*

lita regula quod à principio volūtarium, ex post facto necessarium, & ratio, quę dicitur de seruitute, non procedit, quia dūm potest se vendere liber homo ad pretium participandum, vt in *l. seruorum, §. 1. de stat. homin.* & in *§. penult. Instit. de iur. person.* ergo multo fortius potest operas suas locare in perpetuum, & tale pactum etiam promittere, secundum opinionem Petri in *l. antiqutitas, C. de usufr.*

- 5 Limitant tamen hæc omnia citati *Doctores*, & prædictam restringunt opinionem, si causa superuenerit, propter quam hoc pactum obseruari non posset, vt putat ob infirmitatem, & aeris intemperiem, vel superuenientes inimicitias capitales, secundum quorum sententiam comperimus, anno præterito determinasse Rotam in vna Tridentina matrimonij coram Ill. D. *Celso*, cuius quidem decisionis tenor adhuc non impressus est sequens.

Mercurij 27. Iunij 1646.

- 6 In Capitulis matrimonialibus inter Iacobum Ferrum, & Euam Scaiteriam initis cōuentum fuit, quod idem Ferrus teneretur habitare in Germania, & præcipue Augustæ, siue Bulsani; Verum quia ob aeris intemperiem sibi pœnitens aduersi, & inimicitias capitales contractas nō poterat ibi morari, nisi cum maximo vitæ discrimine, idē ad Ciuitatem Bononię eius Patriam vnā cum dicta vxore se conferre decreuit, sed recusante ipsa à Germania discedere, & lite in Partibus introducta plures emanarunt hinc inde sententię, Prima nempe ad fauorem Iacobi, secunda verò, & tertia illius moderatoriæ; à quarum vltima cum appellatio fuerit mihi commissa, proposui dubium: An Ferrus teneretur seruire pactum, de non traducendo vxorem extra loca conuenta, & Domini ipso tantum informante fuerunt negatiuam amplexi.

- 7 Nam licet satis controuersa sit quæstio, an pacta huiusmodi inter Coniuges de non recedendo à certo loco, veniant de iure seruanda, cuius affirmatiuam tenet *Villalob. comm. opin. verb. vxor, nu. 74. Emmanuel Suarez receptar. senten. eod. verb. n. 110. Pont. de matrim. lib. 1. c. 20. num. 8.* Negatiuam verò late tueretur *Couar. tit. de matrim. par. 2. c. 7. num. 5. Gomez. var. resol. lib. 2. cap. 10. de indid. nu. 24. Sanazar. de sponsal. & matrim. cap. 4. num. 37. & seqq.*

- 8 Certum est tamen, quod quando iusta, & legitima superuenit causa, ob quam mari-

tus in loco conuento inhabitare nō valet, tunc vxor maritum tenetur sequi, etiam nō obstante pacto, *Abb. in c. 1. nu. 5. vers. & hoc verum, qui maritum accus. poss. ibique Preposit. eod. num. vers. nisi nouus casus, Hostiens. & Io. Andr. in princ. Butr. num. 9. vers. quero, & Anchar. nu. 5. Tiraquell. de legib. connub. l. 1. gloss. 1. nu. 37. in fin. vers. atque etiam, Palat. Rimos in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. nu. 3. vers. quod tamen intelligunt, Rebuff. de prinil. schol. priu. 76. n. 6. vers. eodem tenore, Sim. de Præf. de interp. vlt. vol. lib. 4. dub. 8. n. 55. vers. intellige, & declara, Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 1. gloss. 1. num. 49. vers. & si matrimonij tempore, Azzed. lib. 6. recopil. tit. 3. l. 29. circa finem, Caucer. var. lib. 3. cap. 7. nu. 9. vers. nisi aliqua, Bursas. cōf. 207. num. 13. vers. maritus tamen, lib. 2. Binius cōf. 253. nu. 47. lib. 3. Capel. Tholos. dec. 87. n. 1. vers. nisi aliud, Capyc. dec. 135. n. 2. Vrsill. ad Affluc. dec. 307. num. 7. vers. & melius, Franc. Marc. decis. Parlam. Delphin. 740. num. 2. vers. & hoc verum, par. 2. & fuit decisum in Fauentina dotis 11. Martij 1624 coram bo. me. Cocciu.*

- 9 Quæ opinio procedit, etiam si huiusmodi pactum fuerit iuramento firmatum, vt probat *Abb. in d. cap. 1. nu. 5. vers. nam sic daretur, ibique Alox. de Neno, nu. 6. qui matrim. accus. poss. optimè Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 40. num. 3. & 4. quem refert, & sequitur Pont. eod. tract. cap. 20. nu. 8. in fin. vers. limitanda tamen, lib. 12. in proposito autem calu satis docet Ferrus de superuenientia iustæ causæ, dūm probat necessitatem recedendi à locis conuentis, & reuertendi ad Patriam, ad effectum se liberandi ab infirmitatibus iam incurfis, vt constat ex depositionibus testiu, & præcipue Medicorum, quibus tanquam in arte peritis stādum est, *l. septimo mense, ff. de stat. homin. l. semel, C. de re milit. lib. 12. Bart. in l. 2. num. 3. vers. quarto, de testam. Bald. cōf. 237. num. 1. vers. de quo standū est, lib. 2. Rot. diuers. decis. 620. num. 3. par. 1. & coram san. me. Gregor. decis. 125. num. 9. Canaler. decis. 220. num. 6. & decis. 778. num. 2. coram Buratto.**

- 10 Quæ quidem causa infirmitatis, ad effectū, de quo agitur, iusta, & sufficiens reputatur, vt per *Syluestr. in summa, verb. vxor, q. 8. vers. quia fit, Angel. de Clauas. pariter in summa, eodem verbo, num. 9. vers. nisi post pactum.* Et in specie de infirmitate contracta, vel periculo illam contrahendi ob Cœli intemperiem, & aeris insalubritatem firmat *Hostien. in summa, tit. de coniug. seruor. num. 5. in fin. Henric. Robic. in cap. de illis, nu. 2. vers. & dico, de sponsal. Capib. de iur. Baron. præg-*

mat. 9. sub num. 51. vers. limita, Pelaez de maiorat. part. 1. q. 57. num. 53. & seqq. Sanchez de matrim. disp. 40. num. 3. Farinac. de delict. carn. q. 143. num. 281. Capell. Tholos. d. decis. 87. num. 1. vers. nisi aliud.

11 Concurrit etiam causa inimicitiae contractae in dictis locis, de qua deponunt iidem testes in Summa. Iacobi num. 4. quam pariter esse legitimam, & sufficientem, & ultra Doctor. proximè allegatos probat Nauarr. in manual. cap. 14. sub nu. 20. vers. nisi verò, Bernard. Diaz reg. 800. vers. qui ponit exemplum, Ricc. in collect. decis. collect. 1789. vers. ubi limitat. Et quòd Iacobus omnia sua bona habet Bononiae, & nihil penitus possidet in locis praedictis, nequè in tota Germania, itaut malè, & cum maxima iactura suae substantiae ibi domicilium perpetuū retinere possit.

12 Et hanc sententiam eo libentiùs Domini fuerunt amplexi, quia causa recedendi à huiusmodi pacto remittitur, ut plurimum arbitrio Iudicis, qui perpensis omnibus circumstantijs potest ex facti contingentià omnia eius arbitrio moderari, ad tradita per Masul. ad Cypc. decis. 135. num. 8. Menoch. de arbitr. cas. 469. per tot. & facit tex. in l. Menia, §. uxore, ff. de annu. legat. Et in dubio cum arbitrium reguletur à iure, eam Iudex debet capere resolutionem, quòd vxor virum sequi teneatur, ut est text. in can. vnaquaque 13. q. 2. gloss. in can. si quis necessitate, in verb. eum sequi, in fin. vers. vel dic 34. q. 2. Bart. in dicta l. Menia, §. uxore, nu. 4. ff. de ann. legat. cum alijs adductis per Tiracquel. de legib. connub. l. 1. num. 8. & 12. & tradit Menoch. de arbitr. cas. 364. num. 8. & seqq. Praetertim quia aliàs daretur occasio incontinentiae, ut pòderat Abb. in dicto c. 1. num. 5. in fin. Henric. Bobic. in cap. de illis, n. 2. vers. tunc enim, de sponsal. Et ita, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Pactum quale dicitur personale, & quod reale, & nu. 3. 4. & 5.
- 6 Immunitas à solutione gabellae concessa Titio pro fructibus eius praedij nūm transeat ad emptorem eiusdem praedij.
- 7 Immunis an quis sit à solutione gabellae pro fructibus praedij empti à Fisco, vel Ecclesia.
- 8 Successoris appellatione in dubio non veniunt, nisi vniuersales.
- 9 Tex. in l. qui Romae, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. pro quaestione resolutione ponderatur, & declaratur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an reale, vel potiùs personale censendum sit pactū illud, quod in diuisione duarum domorum communiū vnus tantum frater fratri suo fecit, nè posset in posterum domum, quae sibi contigit alijs vendere, nisi in scriptis fratre priùs requisito, elegās, ac noua indagatio, vbi decisio Sacri Consilii.

C A P. CLIX.



1 Actum reale, vel personale erit censendum, si facta diuisione inter duos fratres de duabus eorū domibus cōtigujs, vnus dumtaxat alteri pactū fecerit, nè illi liceret domum, quae sibi contigit alijs vendere (cum speciali illius domus obligatione) nisi in scriptis fratre priùs requisito, ad hoc vt si voluerit, ceteris quibuscunquè emere volentibus praeratur, an si domus illa, cui fuit facta hæc promissio, ad alium titulo particulari peruenerit, teneatur promittēs domum suam vendere intendens, requirere successorem illum particularem, vigore illius pacti in diuisione inter dictos fratres initi?

Respondeo, absquè scrupulo personale tale pactum censerī, ac proindè hanc praerlationem singulari successorī non competere, quod his sequentibus medijs probo, considerando primò hoc pactum, licèt reale, respectu domus illius, qui promissit, ob hypothecam, & obligationem de non alienando factam, cum speciali illius domus obligatione, iuxta tradita per Negul. tract. de pigno. in 2. par. princ. num. 5. & quae scripsit Mans. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 30. per totum, personale tamèn esse respectu illius, cui facta est promissio, nam cum initum illud sit in diuisione inter hos duos fratres facta, ideo sic contractum, vt ambae hæ domus, quae paternae fuerant, in eorum

descendentibus conseruarentur, & conuenientius esse, vt vendere cupiens suam, alter, & non extraneus illam emat, hanc enim, necessarium est asserendum, fuisse promittentis mentem, & illius, cui fuit facta talis promissio, hocque illos impellisse ad sic contrahendum, nam secus ad quid tale pactum peragendum; utique enim si frater ille, cui fuit facta hęc promissio animum eius domum vendendi habuisset, hanc prelationem tanquam sibi non necessariam haud quesiuisset, nec alter sic pollicitus esset, & hoc, credo, voluisse firmare *Dom. Cardin. Tusch. pract. concl. lit. P. concl. 10.* vbi declarando,

2 quale personale, quodue reale dicatur pactum, num. 13. querit, personale, an reale in dubio censerit? & ex *Crauet. conf. 929.* firmat, quod ex mente, & causa diiudicatur, prout in casu nostro his medijs, pactum initum, fuisse personale consideratur, ex mente, scilicet istorum fratrum, quę, vt diximus, fuit, vt in casu alienationis ad ipsorum vnũ vtraque domus perueniret, & nõ ad alios, ex causa, vt in propria progenie conseruaretur; cum igitur in casu, de quo agimus, hęc omnia ob alienationem factam ab illo, cui fuit facta hęc promissio, cessent, considerata ad presens persona, quę particulari titulo, scilicet emptionis in domo predicta successit, cessare etiam debeat quęuis dispositio, quę attento vinculo istorum fratrum in diuisione fuit facta; pergunt vterius *Tusch.* quod quando ex verbis constat,

3 quod ratione personę, puta meritorum fuerit pactum initum, tunc personale censetur, & rursus ex eodem *Crauet.* distinguit, & casum nostrum in puncto determinat, quod licet in dubio reale censetur quoad hoc, vt transeat ad heredes, non autem, vt ad singulares successores; & quãuis hęc promissio ab vno tantum fuerit facta, & alter, cui fuit prelatio promissa, vti possessor domus, quę ipsi contigit, talem promissionem receperit, non per hoc sequitur, vt particulari titulo ad alium domo illa translata, qui successit, eandem prelationem consequi possit, & ita pactum

4 reale dicatur, tunc enim pactum rei contemplatione factum censetur, & sic reale, quando verba non sunt concepta in personam, sed in rem ipsam, quia si in personam concepta sunt, etiam quod essent contemplatione rei, adhuc tamen diceretur personale, vt ex *tex. in l. qui in futurum 58. §. si ex altera, ff. de pact.* probant *Duaren. in l. si marito, §. 1. in fine, ff. solut. matrim. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 7. num. 3. &*

ex pluribus iuribus, nempè *l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quodid. & astu. l. forma, §. quãquam, ff. de censib. & alijs probant glos. in cap. cum venissent, in verb. fuisse, de instis. Bar. in l. 1. num. 2. ff. de const. pecun. Ruin. conf. 117. nu. 16. in fine, lib. 1. & Barbat. qui hos, & alios citat in l. quia tale 14. sub num. 2. vers. his ita explicatis, & sub num. 4. vers. si autem, ff. solut. matr. vbi citat glos. in clem. 1. in verb. ad escolendas, ad finem, de decim. & iterum in eadẽ*

5 *l. quia tale, sub num. 25. & 26.* in casu vero, de quo agimus verba pacti predicti non sunt concepta in rem, sed in personam; inquit enim, *Nẽ illi liceret domum, quã sibi contigit alijs vendere, nisi in scriptis, fratre prius requisito, ad hoc vt si voluerit ceteris quibuscunque emere volentibus pręferatur,* hoc igitur modo pactum non erit reale, vt transire possit cum ipsa domo, ad quemcunque illa peruenerit, & sic ad singulares successores, hinc, vt alijs dixi *lib. 1. cap. 169.* immunitatem alicui Magnati concessam, vt pro fructibus eius ruris quoad gabellarum solutionem immunis reputetur, non per hoc, si rus illud ad alium titulo particulari transeat, successor eadem immunitate uti potest, quia per mutationem illius personę, cui fuit facta concessio, fuit etiam ruris mutata conditio, argumento *l. Paulus, alijs incipit per Procuratorem 89. ff. de acquir. heredit. l. fin. in fine, C. de inoffic. testam. sic in*

7 *emente a Principe, Filco, vel Ecclesia firmarunt Bertach. de Gabel. par. 10. sub nu. 23. Capyc. in inuestit. feud. in verb. feudatariorum, immunitas, vers. ementes, fol. 246. vbi allegat Luc. de Pen. in l. ementes, C. de iur. reipub. lib. 11. hoc idem Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 4. num. 46. 10. de Amic. conf. 18. num. 4. & alijs omillis Bertach. de clausul. instrument. clausul. 21. glos. 24. in princ. vbi ex *Curt. iun. conf. 60. num. 10.* id procedere firmat, etiam si Princeps venderet rem cum suis immunitatibus, & exemptionibus, quibus uti consueuerat, quod emptori pro se, & suis heredibus recipienti huiusmodi exemptio ad singularem successorem non transiret, quam conclusionem absque scrupulo veram credo, etiam si adiectum esset *successoribus, vt adhuc singulares nullatenus comprehendantur; appellatione enim successoris, nisi**

8 *superadderetur cuiuscunque, in dubio de vniuersali tantum intelligitur, non autem de singulari, l. quadam, §. nihil interest, ff. de edendo, & l. dabimus, §. si quis cum tutor, vbi Rip. num. 2. ff. de priuileg. cred. et Felin. in cap. quia hi, de iudic. num. 5. vbi id expressis verbis firmat, et allegat *Bal. in l. emptorem, C.**

locat.

loca. & Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat. vbi dicit, quod inuestitus pro se, et successoribus suis, intelligitur de uniuersalibus, et non de particularibus.

Insuper hæc nostra sententia confirmatur ex p̄ciuali decisione text. in l. qui Romę, §. coheredes, ff. de verb. obligat. vbi ita ait Secwola. Coheredes cum p̄ciuis hereditaria diuisissent, unum p̄ciuum commune reliquerunt sub hoc pacto, vt si quis eorum partem suam alienare voluisset, eam vel coheredi suo, vel eius successori venderet centum viginti quinque, &c. vbi notandum est, quod in eo pacto, vt in venditione preferatur coheredes, fuit non solum expressa persona coheredis, sed etiã successoris, inquit enim, eam vel coheredi suo, vel eius successori venderet, quod signum evidens est, idẽ fuisse expressam etiam personam successoris, quia si expressa non fuisset, tale pactum in beneficium illius nõ porrigeretur, sed tantum in personam coheredis, non etiam successoris locum haberet, ita expressẽ, & p̄ncipualitẽ voluit Socin. in eodem §. num. 5. vbi dicit, ita intelligendum, quod talis promissio non transires ad successores, aliã viderentur verba illa superflue posita.

Et ita secundum hanc nostram opinionem, cum de proposita questione disputari contigisset in S. C. Regni huius inter hæredes pupillos quondam Horatii de Affido actores, et Philippum Ferrarium cõuentum, cuius partes ipse tuebar per hunc Supremum Senatũ decisum fuisse scio, referente Domino Ioanne Francisco Sanfelicio Regio Cõsiliario dignissimo, et cum pro dictorum pupillorum parte, qui in causa succubuerunt, fuisset aduersus decisionẽ hanc in integrum restitutio petita, facto demum verbo in hac die 20. Octobris 1629. per Dominum Scipionem Theodorum, similiter Regium Cõsiliarium meritissimum, per Sacrum Cõsiliũ declaratum fuit, non esse deferendum petitz in integrum restitutioni, penes Figliolam pro Amico Sacri Cõsiliij actorem Magistrum, etc. post hæc scripta vidi decis. 172. D. Reg. Sanfelicii in hac causa emanatam.

S V M M A R I V M.

1 Pactum de retrouendendo ad certum tempus collatum, eo elapso amplius exerceri non potest, & an sit illud licitum in foro conscientie, num. 2. & quid si adesset lasio in pretio, ibidem.

- 3 Contractus censetur usurarius, quoties sit venditio cum pacto de retrouendendo, pretij modicitate concurrente.
- 4 Tempus quod nam attendi debet, vt rei valor inspiciatur.
- 5 Minor non restituitur aduersus lapsum temporis adiecti in pacto de retrouendendo.
- 6 Pactum de retrouendendo ad certum tempus collatum an apponi possit in contractu venditionis annuorum introituum, & num. 12.
- 7 Pactum de retrouendendo an sit licitum, vbi apponatur, vt exerceri illud possit post tantum temporis, & non antẽ, & num. 8. & quid in venditionibus annuorum introituum, num. 9.
- 10 D. Marcellus Marcius Regius Cõsiliarius commemoratur.
- 11 D. Io. Camillus Cacacius commemoratur.
- 12 Contractus venditionis annuorum introituum num iure sit improbatu, vbi in eo appositum esset pactum de retrouendendo ad certum tantum tempus, & non ultra, & quid si data esset emptori facultas fortẽ repetendi, n. 13.
- 14 Pactum de retrouendendo in rei venditione appositum an sit licitum, si conuentum sit, vt exerceri possit per emptorẽ tantum, & v. 15.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pactum de retrouendendo in contractu censuali ad certum tantum tempus collatum de iure subsistat, ita vt elapso illo tempore per venditorem annui census exerceri non possit. Et quid si è contra fuerit dictum, vt perpetuò exerceri possit, elapso tali tempore, & nõ antẽ, & quid si appositum esset in venditione aliarum rerum. Facultas redimendi annuum censum, quæ semper debet esse libera in personam venditoris, num per eius fideiussorem pacto restringi possit, vt redimat infra certum tempus, & de aliis.

Durastante de Rosatis, à quo emerat Iulius annuos redditus ducatorum quingentum octuaginta vnus pro capitale ducatorum septem mille, et quingentum, cum pacto, quòd non liceret Durastanti intrà 10 annum redimere: Commissarius fuit præstantissimus ille Vir Dominus *Marcellus Marcianus*, qui uti olim inter causarum patronos fuit primus, nunc inter Senatores est nemini secundus, pro Iulio patrocinante omnium scientiarum Magistro Domino Præceptore meo *Ioanne Camillo Caccacio* causarum Oratore primario, uitz integritate, ac doctrinæ eminentia ornatissimo, nunc Regii Patrimonii Præsidiere uigilantissimo, & in Supremo Italico Senatu Regente electo, qui pactum hoc solemnissimo *Responsio*, quòd impresum cum alijs eruditissimis quantò citius (Deo dante) habebimus, ualidum esse firmavit. Actuarius fuit *Turinus* pro Cantone.

12 Non sic tamèn è contra dicendum, si in contractu uenditionis annuorum introituum appositum esset pactum, ut liceret uenditori intrà certum tempus tantum, puta quinquennium, decennium, etc. annuos redditus, siuè censum uenditum redimere, quo elapso amplius reemptio fieri nõ possit, ità ut perpetuus remaneat census, uel si dictum fuerit, ut in census emptoris arbitrio remaneat, et potestate post idem tempus sortem, siuè census pretium repetere, in his enim duobus casibus multorum auctoritate probarunt *Cenc.* pactum illicitum, & reprehensibile, in *tract. de censibus, par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 37. & 38. & Mastrill. in addition. ad Petr. de Gregor. quæst. 5. num. 267.* cum pluribus seqq. *Medic. conf. 114. num. 8.* ubi dicit, sic pluriès per Sac. Conf. decisum, quemadmodum iniustum, et implicitè usurarium communis schola Scribentium damnauit contractum illum, ubi emptor à principio uenditorem obligaret, ut quando emptor ipse uoluerit, censum redimat uenditor; hæc enim redimendi facultas in uenditoris persona tantum à Summis Põtificibus collata fuit, quia aliàs mutuum interueniret implicitum, & pro eo lucrum, cum emptor intermediis lucraretur pensiones, & uenditor integram reddere sortem cum uoluerit emptor, cogeretur, quod perniciosum est, nisi uellet pensiones in sortem excomputare, idq; tam attentè *Bulla Nicolai* inserta in *pragm. 1. de censibus*, quam *Pij V.* ità dixerunt *Cenc. loco cit. num. 1. 7. & 8.* ubi infinitos allegat, præsertim *Rot. Rom. decisiones, Mastrill. ubi suprà, num. 237.*

& 254. *Salas de contract. tit. de censib. dub. 25. num. 4. & 5. Roder. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 13. num. 28. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 22. num. 22. Gratian. discept. forens. so. 1. c. 14. num. 1. & c. 49. num. 151* quibus in locis hoc indubitanter procedere dixerunt inter emptorem, & uenditorem census, secus uerò, ubi tale fieret pactum inter uenditorem, & illos, qui pro eo in tali uenditione fideiusserunt, illorum enim respectu ualidum censetur pactum, ut debitor teneatur redimere censum intrà certum tempus, exemplo conuentionis factæ per debitorem de eximendo fideiussorem ab obligatione, ad eius fauorem præstita, quæ etiam dicitur ualida, *l. huius, ff. mand. c. fin. ubi glos. in verb. si diu, vers. quartus est, de fideiussor. l. fideiussor pro uenditore, ff. eod.*

14 Sed uideamus, an idem dicendum sit, si pactum hoc appositum esset in emptionibus aliarum rerum, utputà agrorum, domorum, &c. & idem putauit *Capoll. loco cit. num. 92. in 11. præsumpt.* nimirum illicitum esse, ubi appositum est pactum, quòd emptor teneretur reuendere usq; ad certum tempus, et demum remaneat in ipsius emptoris libertate uenditorem quandocunq; ad redimendum cogere, et ità dicit in effectu tenere *Hosiens. in summ. de usur. S. fin. n. 2.* ubi dicit, malam esse præsumptionem contra creditorem, quando uult, ut sit in eius potestate, an uelit rescindere.

15 Sed certè *Capoll.* opinio in hoc casu tuta non est, et cõtraria uerior, etiam si pactum hoc retrouendèdi à principio in fauorem emptoris tantum appositum esset, nimirum ut uenditor si emptori placuerit, redimere teneatur, ità *Less. de inst. & iur. lib. 2. cap. 21. dub. 14. num. 117.* à quo discedere non uidetur *Salas loco cit. num. 3. vers. quartò hoc pactum*, ubi alios allegat, sed eo casu, putauit *Lessius*, debere emptorem rem illam emere pluris, quàm ipsa per se ualeret, uel quanti posset retrouendere, rationem assignat, quia talis emptor rem in perpetuum cõsequitur quantum ex ipsius parte est, perinde ac si alius absq; ullo pacto appposito rem emeret, cum autem uenditori grauamen imponat, illud cum pretio æstimabile compensare debet, non sic tamèn, subdit *Lessi. num. 120.* auctoritate *Medin. quæst. ult. de usur. si pactum hoc appositum esset in utriusq; fauorem, ità ut in uenditoris potestate sit redimere, & emptoris reuendere, cum uoluerit, quia tunc res debet minus uendi, quàm per se ualeat, pluris tamèn, quàm si cum pacto redimendi in fauorem solius uenditoris uederetur.*

S Y M M A R I U M.

- 1 *Pactum de retrouendendo transit tam ad hæredes venditoris, quàm emptoris.*
- 2 *Pactum de retrouendendo an exerceri possit per venditorem contra tertium possessorem, & num. 3.*
- 3 *Pactum de retrouendendo potest alteri cedi; sed an tunc emptor illud emere volenti præferatur, & un. 14. 15. & 16.*
- 4 *Dominus census præferatur emere volentibus rem censui suppositam.*
- 5 *Dominus directus præferatur in emptione fructuum rei emphyteuticæ, & è contra emphyteuta in venditione directi domini, nu. 8.*
- 6 *Socius præferatur in emptione rei consocij alij rem illam emere volenti.*
- 7 *Baro præferatur extraneo in emptione fructuum, qui à fundo percipiuntur, sed quid in alijs, ibidem.*
- 8 *Vasalli præferuntur extraneo in locatione iurium Baronialium.*
- 9 *Vniuersitas præferatur, quando iurisdictio locatur.*
- 10 *Vniuersitas non præferatur Baroni, qui habet iurisditionem civilem, quando venditur criminatis; sed bene quando uenditur à Rege aliqua particularis iurisdictio, & un. 13.*
- 11 *Venditor, qui vigore pacti nõ potest rem suam uendere aliquo irrequisito, an possit insolutum dare.*
- 12 *Pactum de retrouendendo an possit per testes probari.*
- 13 *Pactum de retrouendendo quomodo probetur, remissiuè.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pactum de retrouendendo, quod iuxta magis cõmunem exerceri prohibetur contra tertium rei possessorem, exerceri possit, vbi pro contractus obseruantia adefset generalis obligatio omniũ bonorum emptoris presentium, & futurorũ. Dominus directus an præferatur extraneo in emptione fructuũ rei emphyteuticæ; & an em

phyteuta in venditione directi domini; & an vasalli in venditione iurium Baronialium. Pactum de retrouendendo si fuerit alteri cessum, an emptor, & possessor in illius emptione præferatur, & de alijs notabilibus.

C A P. CLXI.



DActum de retrouendendo, cum certum sit transire illud ad hæredes, tam promittentis retrouendere, quàm eius, cui retrouenditio promittitur, et sic tam ad suc-

- 1 cessores venditoris, quàm emptoris, ut dixit Boer. *decif.* 182. num. 21. quem sequitur D. Card. Tusch *pract. concl. lib. P. concl.* 25. n. 6.
- 2 dubitarunt Doctores, an id respectu emptoris intelligendum sit, ut non modò ad uniuersalem illius successorem; sed etiam particularem illius rei transeat, ita ut pactum hoc rem ipsam afficere dicatur, et per consequens liberè alienatione sequuta ualeat uenditor à nouo emptore, et possessore rem illam uendicare.

Et affirmatiuè nonnullos præsertim ex antiquioribus tenuisse comperimus, inter quos est Soc. *conf.* 80. lib. 3. Boer. *decif.* 182. sup. cit. Corne. *conf.* 90. vol. 3. Dec. *conf.* 88. & 614. aliqùè relati per *Vinius cõmun. opin. lib. 2. opin.* 579. num. 2. et his addo Tiraquel. *de retrac. conuent. §. 1. glos. 7. num. 6. uers. at in pacto reuendendi, Foller. de censibus, in uerb. huiusmodi census, num. 15.* ubi alios refert, Magon. *decif.* Lucens. 80. num. 2. & 3. hi enim dixerunt, ut oblato per uenditorem pretio, statim in illum ipso iure, et sine noua traditione utile transeat dominium.

- 3 Contrariam uerò sententiam magis cõmunem esse, et secundum eam pluriès in Camera Imperiali, et alibi iudicatum testatur Gayllus *pract. obser. lib. 2. obser.* 16. per totam. Minsyng. *cent.* 6. *obser.* 69. post *Vrsil. ad Affl. decif.* 163. n. 4. Gabr. *conf.* 66. num. 5. & seq. Gomez *uariar. resol. in tit. de emptio. & uendis. num.* 29. *Vinius loco cit. nu.* 7. *Francisc. Steph. decif.* 23. Costa in suis *mèmorabilibus, in uerb. pactum de retrouendendo, uers. sed ut fugias difficultates, Belton. de potest. eorum, qua*

in continens. cap. 74. num. 5. hi enim, et alii infiniti firmarunt, quòd nisi adesset expressa alienandi prohibitio, illiusquè rei specialis hypotheca, in alium translationem non impediri, et còsequentèr pactum hoc contrà singularem successorem exerceri non posse; sed solùm superesse uenditori actionem contrà primum emptorem ad interessè; uide tamen *Negusant. tract. de pignor. p. memb. 1. part. fol. mihi 9. num. 33.* et *Marcel. de Maur. allegat. 105. num. 9.* ubi dicunt, posse etiam pactum hoc de retrouèdendo exerceri contrà tertium possessorem, si pro contractus obseruantia generalis adesset obligatio omnium bonorum presentium, et futurorum.

4 Sed cùm certum sit, pactum, de quo agimus posse per uenditorem alteri cedi, ut probat *D. Card. Tusch. loco cit. lit. C. conclus. 212. num. 16.* et *lit. P. concl. 33. in princ.* quid dicendum, ubi uenditor cum effectu ius illud, quod habet contrà emptorem pro retrouèdendo alteri uenderet, nùm, emptore, et possessore comparante, et cessionario præferri instante, sit ille audiendus?

5 Pro dubio uidetur affirmatiuè respondendum, dùm certo modo emptor, et rei possessor ius in re habere uideatur, ac proindè suadet æquitas, ut alios nullum ius habentes excludere debeat; hinc uidemus, Dominum census rem censui suppositam emere uolentibus omninò præferri, ità in terminis *Constit. Pij Quinti* dixerunt *Cenc. tract. de censibus, par. 2. cap. 2. art. 4.* et *D. Ludouisi.* post alios, quos ipsi citant *decis. 425.* sic etià putarunt alij, directu Dominu præferendū esse aliis fructus rei emphyteuticæ ab utili Dño emere uolentibus, pbauit *Nonar. quest. forens. lib. 1. q. 41.* ubi inter alia pro suæ opinionis fundamento considerat, socium præferri in emendo res socij,

6 cùm potius socio quis teneatur uendere, quàm extraneo, pretio tamen iusto, et còmunis, licèt ab alijs plus offeratur, citat *DD. in l. ad officium, C. com. diuid. et Caroc. tract. de locat. et conduc. in tit. de emptor.* sicquè cautum tam de iure Regui, quàm consuetudinatione huius Ciuitatis probant *Affl. in Constit. Sauerimus, fol. 19. num. 17. uers. pone, quòd quis, Nispod. in Consuet. Si quis habet domum, in uerb. in super, et Marant. in tract. de multipl. alienat. num. 110.* post *consilia,* idemquè in Regnis Castellæ lege Regia cautum tradit *Conar. lib. 3. uar. cap. 14. num. 6.* sic etiam dixit, posse colonum à domino locati fundi cogi, ne fructus alij, quàm sibi uendat, ex *Alex. et alijs in l. i. C. de dolo, Marsil. sing. 510.*

Tiraquel. tract. de retrac. §. 1. glos. 18. num. 2. *Conar. uariar. resol. lib. 3. cap. 14. num. 6.* et his addo *Stepha. Gratia. decis. Marchia 77.*

8 Sic etiam, quando directus Dominus rei emphyteuticæ uult uendere directum dominium, ut emphyteuta alijs præferatur, dixit *Borrell. in summ. decis. part. 1. in tit. de emphyt. nu. 404. in fine,* quicquid diuersimodè in hac re fuerit per S. C. Regni huius iudicatum, ut uidere est penès *Io Vinc. de Anna sing. 150.* sed certè ab hac affirmatiua opinione recedendum non est, quam etiam tuentur *DD. nouissimè relati per Anton. de Amat. lib. 2. uar. resol. c. 54. n. 22. ubi num. 24.* contrà *Testay alleg. 17.* negauit, dari prælationem directo Domino, quando emphyteuta non uult uendere, sed locare rem sibi in emphyteusim concessam, cui sententiæ libentèr me subscribo.

9 Sic etiam in Barone determinatum, ut non modò præferatur ille in emptione fructuum, qui ex feudi territorio prouenerit, dùm uasallus extraneo eos uendere uult, ut per *Frecc. lib. 2. de subfeud. in 38. author. nu. 1. et 2.* post *Luc. de Penn. in l. 1. C. de metallar. lib. 1. uers. item facit hac lex pro Dominis terrarum, et Affl. in c. 1. §. post naturale, nu. 7. de pac. tenen.* uerùm etiam pro omnibus fructibus uidecunq; perceptis ex proprijs uasalli territorijs, si tamen uasalli eos habeant uenales, & non aliter, prout ità per S. C. pluriès decisum fuisse, refert *Capiblan. in prag. 1. de authorit. Baron. num. 154. et seq.* subdens tamen, quòd pro ista prælatione ad beneficium Baronis non possunt bannà emanari, ut nemo uendat, nisi Baronem requisierit, hoc idem *Rouit. in prag. 15. sub tit. de Baron. ubi per legem illam hoc in Regno absolutum esse affirmat, idemq; probauit Nonar. in collect. 28. super prag. de Baronibus, num. 23. in antiquis.*

10 Et è contrà, ut uasalli præferantur extraneis in locatione iurium Baronialium, probauit *Laratha conf. 41.* per totum, quem sequitur *Amat. loco cit. num. 8.* immò in affectu etiam ad modicum tempus, qui fieret

11 nò modò de fructibus feudi, sed èt de iurisdictione, ut adhuc Vniuersitatibus prælatio còpetat, per S. C. iudicatu fuisse testatur *Rouit. in prag. 64. n. 31. de offic. Proc. Cas.*

12 Insuper consideramus, quòd Nostrates dixerunt de Vniuersitatum domanijs, quæ licèt in Terrarum uenditionibus illis competant, tamè quando in eadem Terra duo adsunt Barones, alter .s. iurisdictionis criminalis, alter uerò ciuiliis, si is, qui criminalem habet, uendere eam uult, & in emendo

concurrunt pro dominio vasalli, & Baro, qui habet civile, ratione unionis Baro preferatur, ut *Frecc. autoritate probauit D. de Franch. decis. 17. num. 14.* licet contrarium, per Regiam Cameram decisum referat *Camill. de Curt. in suo diuers. iur. feud. fol. 10. num. 67.* vbi decisionem illam improbare, & videtur, illud dumtaxat *num. preced.* admitteus, vt hæc vasallis competat prælatio, quando aliqua particularis iurisdictio à Rege venditur, vtputa illa Sicilæ, Portulaniæ, secundarum causarum, &c. prout decisum ad fauorem Vniuersitatis Iungani contra Comitem Rocæ Aspdis eius vtilem, dominum, testatur *D. de Franch. cit. decis. 17. num. 16.* & ne in puncto autoritate carere videamur, dic, sic pro emptore firmasse *Nouar. cit. lib. 1. quest. forens. quest. 2.* per totam, inibi enim pluribus medijs probauit, emptorem cum pacto de retrouendendo preferendum esse, quando venditor rem venditam liberè alius vendere vult, ergò idem quando ius illud redimendi distrahere in alium intendit.

15 Contrariam uerò sententiam, cui iudicio meo, omninò adhærendum est, ut scilicet prælatio hæc sit omninò emptori, ac rei venditæ possessori deneganda, amplexa fuit *Rot. in una Romana retrouenditionis scala. & portus coram Damasceno, quæ est 547. tom 2 in recollectis per Faxinac.* ubi dicit, quòd quicquid sit de ueritate multarum, ex prædictis conclusionibus, si ueræ sunt, procedunt, quando sic particularitè iure cautum reperitur, nam examinando singula ex aduerso ponderata, dico Primò, quòd dominus census sit semper aliis rem censui suppositam emere uolentibus preferendus, cautum est in *Constitutione sanctæ memoriæ Pij V. sub illis uerbis, Vbi autem vendenda sit, volumus, dominum census alijs omnibus præferri.* Secundò, quòd emphyteuta in alienatione directi domini sit aliis preferendus, suadet ratio connexitatis, item & ratio æqualitatis seruandæ, est enim iure cautum, ut in uenditione utilis domini directus Dominus aliis præferatur, *l. final. C. de iur. emphyte.* undè non mirum, si admittenda est opinio, ut distrahente domino directo directum dominium, sit emphyteuta habens utile aliis antependus. Tertio, quòd socius præferatur aliis rem cum altero communem emere uolentibus, suadet ratio paritatis, & bonæ congruentiæ, interest enim socii super re communi prælationem petentis extraneum non habere in consocium, si cõ; decisum, testatur *Amat. loco cit. n. 10.*

vbi allegat *Seacc. in duriori casu loquentem tract. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. sub num. 245. vers. concludo, preferendum.* Quarto, quòd vasalli in locatione introituum Baronaliū extraneis præferantur, suadet ratio æqualitatis, cum sit in Regno receptissimum, Baronem præferendum esse cui, bet extraneo in uenditione fructuum, quos vasalli tam in territorijs feudilibus locatis, quam proprijs colligunt, vt per *Luc. de Penn. Afflic. Frecc. & alios supra allegatos.* Vltimò, quòd in uenditione iurisdictionis criminalis præferatur habens civilem cui; illam emere uolenti, & è contrà, suadet ratio unionis utriusquæ iurisdictionis, quæ quidè unio trahit secum bonum publicum, etenim negari non potest, maximam redundare uasallorum utilitatem, ut sub unius dominio uiuant, potiùs quàm duorum.

16 In casu autem proposito cum nihil circa prælationem, de qua agimus, iure cautum reperitur, nec aliqua ex rationibus supra ponderatis uenit applicanda, censuit *Rot.* non uideri, quòd propter imaginariam æquitatem sit hoc nouum laqueum priuatorum rebus iniiciendum, cum potiùs æquitas suadeat, quòd sit quis iurium suorum Moderator, & Arbitrator, uulgata *l. in re mandata, C. mand.* istamq; sententiam *Rotam* insequendo nouissimè amplexus fuit *Amat. cit. resol. 54. num. 26. lib. 2.* & in casu maioris considerationis post hæc scripta inueni, firmasse *S. C. Regni huius, teste Io. Ang. Pisonell in Consuet. Si quis emit, fol. mihi 333. in additio. quæ incipit Sumpta occasione.*

17 Hæc dum scriberem, fuit mihi quæsitum, quid dicendum, quando in contractu uenditionis factæ cum pacto de retrouendendo fuerit conuentum, quòd in casu redemptionis non possit venditor deindè rem illam alteri vendere, ipso primo emptore irrequisito (quod pactum apponi posse dubitandum non est) si sequuta demùm redemptione venditor prædium illud alicui suo creditori, irrequisito ipso primo emptore, in solum dederit, an contra pactum uenisse dici possit, ac si rem uerè uendidisset? scias, quòd in facti contingètia de quodam uenditore sit contrahente, qui post redemptionem genero suo rem illam pro dote in solum dedit, fuit decisum contra ipsum uenditorem, & generum, & ad fauorem primi emptoris, testatur *Ioseph Ludovic. dec. Perus. 60.* per totam, rationibus vt per eum, quas uide.

18 Insupèr in materia quæro, an pactum de retrouendendo possit per testes probari

& dicitur, quod sic, dum attestantur, promississe emptorem venditori pro eodem pretio retro vendere, ita Soc. conf. 253. lib. 2. ubi fatetur, etiam si adesset unus testis, qui contradiceret, quando tamen plures adessent pro pacto, Alex. conf. 122. lib. 2. Tiraq. de retr. coll. comment. ad finem tit. num. 61. quos omnes sequitur D. Card. Tusch. pract. concl. 19. lit. P. concl. 34. in principio, ubi pluribus alijs modis docet, quomodo pactum hoc probetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam æquis portionibus instituere cum masculo, an de iure subsistat, & num. 7. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 21. admissa autem negativa sententia, quid dicendum, si pater ipse testatus decesserit, num. 2. & 3.
- 3 Patris voluntas inter filios sat est, quod constat per quamcumque scripturam, & num. 5.
- 4 Pactum futura successionis sicut non habet vim contractus, ita nec ultime voluntatis.
- 6 Tex. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. aliquando limitatur.
- 9 Promissio facta omnium, & singulorum bonorum est apta comprehendere iura, & actiones.
- 10 Iura, & actiones an veniant appellatione bonorum mobilium, & immobilium, & num. 11. & 12.
- 20 Consuetudo, que est contra bonos mores, & qua inducit uotum captanda mortis non est seruanda.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam æquis portionibus instituere cum filio, sit de iure validum; & admissa negativa sententia, quid dicendum, si pater, qui sic promissit intestatus decesserit, filio masculo, & filia, cui fuit facta promissio superstitibus, an in hoc casu possit foemi-

na in vim pacti cum masculo concurrere, ex quo pater valens testamentum condere, & instituere, quem voluisset, intestatus mori voluit, & de alijs notabilibus, ubi decisio nouissima Sac. Rot. Rom.

C A P. CLXII.



Actum, per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam æquis portionibus instituere cum filio, nullam producit obligationem, sicq; liberam testandi facultatem, quam pater habet, non aufert, hoc dicit tex. in vulgata l. pactum, quod dotali: 5. C. de pact. est tamen verum, quod communiter receptum est, subitari posse pactum hoc, si pater sic promittens aliquid sibi reseruauerit, super quo liberè testari possit, docent omnes in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. R. uin. conf. 112. nu. 7. & 8. lib. 4. & alij pœnes Fusar. de substitut. q. 308. num. 86. & 87. sed quæ, & quanta esse debeat portio illa, quæ reseruatur, variant

Scribentes, quæ de re videndi sunt Cagnellus in l. fin. C. de pact. Cephal. conf. 485. num. 133. lib. 4. & DD. relati per Iul. Clar. in §. donatio, quest. 19. nu. 8. Tusch. pract. concl. lit. D. concl. 648. num. 70. & quid si illud, quod reseruatur, fuerit conuentum, ut ad pias causas tantum conuertatur, an dicatur restricta facultas, talitèr ut nullius sit importanz reseruatio, sunt videndi Doctores per Ronit. relati conf. 86. num. 9. uerf. his pro coronide, lib. 2.

- 2 Sed questio est, iudicio meo, non mediocri ponderis, si pater, qui sic promissit, nullum condiderit testamentum, sicquè intestatus decesserit, filio masculo, & filia, cui fuit facta promissio superstitibus, & extaret statutum, ut stantibus masculis filia, foemina non succedat, an in hoc casu possit in vim pacti foemina cum masculo succedere, ex quo pater valens testamentum condere, & instituere, quem voluisset, intestatus mori voluit.
- 3 Alex. in l. pactum, quod dotali, num. 5. pro pacti validitate respondit, nam licet, dicit ipse, non valeat inter filios, quantum ad

auferendum patri liberam testandi facultatem, tamen, alio testamento demum non condito, debet valere in vim ultimi iudicii, & ad hoc allegat *tex. in l. fin. C. famil. ercisc.* ubi inter liberos non refert, quocumque modo pater voluntatem suam declarauerit, nam ut sit seruandum eius iudicium, sat sit, ut de illo constet, siue per testamentum imperfectum, siue per epistolam, siue per codicillos, siue per quamcunque aliam scripturam, licet ab intestato liberi succedere dicantur, unde dicit *Alex.* si iam constet de voluntate patris volentis, ut in eius hereditate æquis portionibus succederet & masculus, & femina, quid refert, quod de hac voluntate constet per instrumentum dotale filie, vel per aliam scripturam, de qua in *d. l. fin. C. famil. ercisc.* poterat enim testamentum condere, & pacto non obstante filium instituere, & eo casu femina nihil prætere potuisset, attenta dispositione *tex. in d. l. pactum, quod dotali, Alex.* sequitur *Ias. ibidem, nu. 3.*

4 Ad contrarium firmavit *Paul. Castrens.* in eodem *tex.* nimirum, ut nullatenus subtrahi possit pactum hoc, siue pater testatus, siue intestatus decedat, inquit, de hoc esse casum singularem in *l. licet, C. eodem tit.* qua prouidum est, ut pactum futuræ successionis sicut non habet vim contractus, ita nec ultimæ voluntatis, nisi in milite, idemque clarius probatur in *l. hereditas, C. de pact. conuent. super dot.* istamque *Castrens.* sententiam veriore commendat *Iacobin.* in *d. l. pactum, quod dotali,* subdens, in secreto iuris tenendam esse, sequitur *Ant. de Alex. ibidem,* cui & Ego libenter me subscribo, & addo, quod cum pactum sit à principio nullum, ut in eo *tex.* habetur, qua ratione, absque nouo patris iudicio conualescere potest vulgatis regulis; non obstat *tex. incit. l. fin. C. famil. ercisc.* ubi ut sit seruanda voluntas patris circa diuisionem bonorum inter filios faciendam, sat est, ut de illa constet per quamlibet scripturam, nam *tex.* ille loquitur, quando pater ex se declarat, quibus portionibus filij in eius bonis succedere habeant, sicque dicitur voluntas à solo patre procedens, ac proinde non mirum, si mandat *Imperator,* ut illa sit seruanda, quamuis constet per epistolam, siue aliam quamcunque scripturam, ac secus, quando per pactum præcedens pater astringeretur, ut in bonis suis masculus, & femina æqualiter succedant, tunc enim dici non potest, successerunt patri æqualiter masculus, et femina ex libera voluntate, sed

prorsus coacta, id, quod leges abhorrent; unde cum habeamus iura expressa, ut hoc pactum futuræ successionis sit inutile, tam in vim pacti, quam in vim ultimæ voluntatis, ut in *d. l. licet,* et in *d. l. hereditas,* non est de alio inuestigandum.

6 Hæc autem omnia possent limitari, quoties hæredis institutio à patre in certis bonis tantum promissa esset, quia tunc cum remaneat libera testandi facultas in alijs, pater sic promittens, valide obligatus remaneret, nec aliter procederet dispositio *d. l. pactum, quod dotali,* quam sic vno ore limitarunt *Bart.* et omnes in *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de uerbor. obligat. & in l. fin. C. de pact. iun. conf. 1. num. 16. Cacher. dec. 100. num. 26. Crass. in Successio ab intestato, quest. 9. num. 10. per totum, Thes. decis. 225. nu. 11. Hondedeus conf. 40. num. 38. lib. 1. Peregr. conf. 75. num. 3. Vinus commun. opin. lib. 2. opin. 578. nu. 7. Cancer. var. resol. 118. de pact. nu. 151. & seq. Barz. decis. Bononiens. 14. et alij infiniti, quibus in casu fortiori est addendus *Ant. Fab. diff. 6. C. de pact. conuent. super dot.**

Longè post hæc scripta pro maiori corroboracione conclusionis in principio firmatæ inueni, secundum *ibi* allegata fuisse anno præterito decisum per *Rozam* in vna *Auenionens. hereditatis* coram Illustrissimo *D. Royas,* cuius quidem decisionis tenor plura continens notabilia, est ut sequitur.

Luna 5. Martij 1646.

7 Ioannes de Gay intuitu matrimonij irrevocabiliter inter viuos donauit Thomæ filio integram medietatem omnium, & singulorum suorum bonorum præsentium, & futurorum, referuato sibi usufructu eius vita durante, eodemque instanti promisit eundem instituere hæredem vniuersalem in omnibus, ac singulis suis bonis præsentibus, & futuris, mobilibus, & immobilibus, quam promissionem instituendi hæredem de anno 1630. & 1640. idem Ioannes reuocauit in testamento, in quo hæredem vniuersalem scripsit *Isabellam de Gay* eius filiam.

8 Dicto Ioanne vita functo, orta controversia in partibus super validitate d. promissionis de instituendo hæredem, fuit per Auditorem Legationis Auenion. lata sententia super validitate eiusdem promissionis, eaq. fuit in gradu appellationis confirmata per *R. P. D. VAIVM,* tunc Auditorem Eminentiss. Cardinalis Legationis, causa

postmodum mihi commissa, dubitari hodie, an dicta promissio de instituendo heredem contemplatione certi matrimonij esset valida, & inrenocabilis, & fuit resolutum, donationem fuisse inuvalidam, & potuisse renocari.

- 9 Moti ex vniuersalibus, ac ex pægnantissimis verbis d. donationis, ac promissionis, ibi: *promisit facere, & instituere d. Thomã de Gay, filium suum heredem vniuersalem in omnibus, & singulis suis bonis presentibus, & futuris, mobilibus, & immobilibus, in quocunque consistantibus*, quæ verba certè sunt apta comprehendere omnia bona, nec non iura, & actiones dicti Ioannis, iuxta *tex in L. bonorum 49. ff. de verb. signif. Surd. conf. 4. num. 19. Gulielm. de Bened. in cap. Reynatus, verb. cetera bona, nu. 8. de testam. vbi quòd quacumque appellatione bonorum mobilium, ac immobilium non veniant iura, & actiones, iuxta l. à Dino Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Guido Papa q. 341. in fi. & 499. tamen quãdo adest dictio vniuersalis, vt in præsentem, contrarium venit iudicandum, l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit. Grat. consil. 25. num. 25. lib. 1. Menoch. pref. 54. sub num. 27. lib. 4. Tiraq. de retract. lign. §. I. glos. 7. nu. 20. & seqq. Rot. dec. 681. num. 9. par. 1. recen. & in Albanen. hereditatis 23. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, in fin. confirmata 2. Martij 1643. Io. Franc. à Ponte. conf. 115. sub num. 7. vers. per quam dictionem, & num. 14. in fin. lib. 2. Sess. dec. Aragon. 52. num. 35. vers. & appellatione, tom. 1. Seraph. dec. 384. num. 3. & 612.*
- 11 Nil obstat, quòd hæc opinio habeat contradictores, si vnicum signum vniuersale in ea legatur appositum, in quibus terminis sub ea iura nõ comprehendendi, dixerunt *Rot. conf. 65. num. 9. lib. 1. Ramon. consil. 27. nu. 52. Menoch. presump. 129. num. 30. & 32. lib. 4. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 27. par. 2. n. 45. Peregr. dec. 141. Franc. Marc. decis. 128. par. 2. Put. dec. 20. lib. 2. in correct. Nihilominus in præsentem comprehensionem esse clarum, dictum fuit, arteota contrahentium mente, ac geminatione verborum, ibi: *heredem vniuersalem, videlicet, in omnibus, & singulis*: quas binas dictiones omnia comprehendere, absq. vlla limitatione, fuit indubitanter tentum, *Glos. in c. re circa, verb. omnia, & singula, de elect. in 6. ras. in l. I. n. 24. ff. de leg. 1. Crot. conf. 14. num. 15. Osasc. dec. 90. num. 6. eodemq. modo comprehensionem intelligi, ac si dictum fuisset, in omnibus, & per omnia, Cened. sing. 72. num. 3. Barbof. claus. 46. num. 14. cum geminatio præfatarum dictionum vniuersalium denotet, mentem**

- promittētis fuisse comprehendendi etiam iura, & actiones, vt in proprijs terminis *Io. Franc. à Ponte. d. conf. 115. num. 7. vers. nam cum precedant, lib. 2. Menoch. pref. 54. sub nu. 27. vers. vel dono, lib. 4. Quando autem concurrunt mens promittentis, appellatione bonorum iura semper uenire, tradunt *Gutier. de iuram. confirm. p. I. c. I. num. 20. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glo. 21. p. 2. nu. 49.**
- 12 Minus aduersantur verba illa adiecta in institutione, ibi: *In quocunque consistantibus, & consistere valentibus*, quæ videntur restringere promissionem ad bona extantia in certo loco, & secludere comprehensionem iurium, & actionum, quæ certo in loco non recipiunt circumscriptionem, l. Caius 86. in princ. ff. de leg. 2. Peguer. in terminis donationis dec. 141. sub n. 3. Fontanel. de pact. nupt. d. glos. 21. num. 45. nam aduertebant, *D. Io. Franc. à Ponte d. conf. 115. nu. 8. apertis verbis dicere, quòd dicta verba non efficiunt, quando ex verbis geminatis vniuersalibus, vt in præsentem, comprehensio iurium, & actionum certè resultat, Aug. Bero. conf. 44. nu. 15. & 16. lib. 2. sed quidquid sit de hoc, cessat in præsentem omnis scrupulus, dùm dictum pactum de donando nõ loquitur de bonis vbiunque existentibus, siue sitis, prout in casu d. dec. Peguer. 141. sed bene in quocunque consistantibus, Summ. d. Thomæ, num. 1. magnam autem esse differentiam inter vtrunq. casum, cum verbum, *existere*, & verbum, *vbiunque*, locum designet, *text. in l. I. ff. solut. mar. Vulpel. de propos. & adverb. diction. vbi, vers. vbiunque. pag. 126. Barbof. d. d. d. d. d. 413. nu. 2. verbum autem, quocunque, & verbum, consistere, vniuersalius est, a ptu denotare etiam materiam, ac rem loco nõ circumscriptam, ac modum existendi, vt per *Vulpel. de propos. & adverb. d. d. quoquo modo, sub num. 5. vers. quocunque, nempe in quacunque specie consistunt, & sic etiam in iustibus, & actionibus.***
- 13 Minus obstat, quòd valeat sustineri d. pactum ob reservationem vsusfructus, cum facultas testandi fuerit conseruata in illis fructibus reservatis, *Castill. contr. iur. lib. 4. c. 53. nu. 17. & seq. Surd. conf. 450. nu. 54. Rot. coram me in Romana donationis 17. Decemb. 1640. nam cessat obiectum ex facto, dùm reservatio vsusfructus adiecta legitur primæ parti, videlicet, Donationi medietatis bonorum, de qua hic non agitur, ac uerò in promissione instituendi heredem, de qua est questio, nulla legitur reservatio vsusfructus, sed bene talis promissio comprehendit omnia bona, quæ dictus Ioannes de*

Gay promittens habebit in futurum tempore obitus, indè dicitur continere fructus in parte donationis reservatos, *Io. Franc. à Pont. d. conf. 115. num. 13. lib. 2.*

14 Quibus stantibus fuit animaduersum, promissionem præfatam nõ sustineri, & esse manifestè inualidam, quia per eam remanfit sublata facultas testandi dicto Ioanni de Gay, immò fuit inductum uotum captandæ mortis, à quo multum iura abhorrent, ut sunt tex. expressi in *l. cum donationes, ibi, Nec adimplendum promissum hæreditatis propria pollicitatione quisquam astringitur, C. de transact. l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. obl. l. fin. C. de pact. latissimè Fafq. de success. lib. 2. §. 18. n. 191. & 192 Perez. de fideic. art. 51. num. 26. Bart. de success. lib. 2. de instit. circa pact. de hæred. inst. nu. 1. & 2. uel ad minus fuit reuocabilis, ut euenit, cum ille assensus d. Ioannis promissoris habeat tacitam conditionem, quatenus usq. ad obitum perseueret in eadem uoluntate, ad tex. in *d. l. fin. ubi notant omnes DD. C. de pact. Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 4. ff. de verb. obl. Bald. in c. ad nostram, il. 2. nu. 7. de iur. iuran. Giouagn. conf. 24. num. 9. lib. 2. Molfes. cõf. 38. n. 18. Statuto, Gomez. ad l. Tauri 22. n. 31. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. n. 4. Rota in Romana donationis 16. Martij 1643. coràm R. P. D. meo Bichio, Quamuis interuenerit iuramentum, cum illud non ualidet acta contra bonos mores, ex theorica Bart. in *l. fin. in prima lect. num. 9. C. de pact. Thes. iun. q. 29. num. 4. lib. 2. Cyriac. contr. 88. nu. 16. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 3. 4. num. 14. & de ueriori, & magis communi Rot. in Asculana bonorum 13. Iunij 1618. coràm bo. me. Sacrato, relata per Gratian. discept. 692. nu. 24. & seqq.***

15 Vtteriùs fuit animaduersum, quòd licèt contra prohibitionem iuris ciuili non negetur, posse ualere huiusmodi prohibitionem, stante iuramento, in præsentem autem casu esset contra legem naturæ, quia si locum sibi uendicaret dictum pactum de instituendo hæredem in omnibus supraddictis bonis, auferret legitimam filie iure naturali debitam, c. Raymutius, c. Raymaldus, de testam. Gotthofred. in *l. pen. §. fin. l. i. K. C. de inoff. testam. compilat. 10. Molin. de primog. lib. 2. c. 1. à num. 14. ad num. 17. Castil. contr. lib. 3. c. 5. num. 21. & 22. Barbof. in collect. par. 4. in can. ius naturale 6. dist. prima, à num. 23. ad num. 29. Buratt. decis. 115. num. 5.*

16 Hæc q; locum habent, licèt promissio instituti hæredem facta legatur in capitulis matrimonialibus, & sic fauore certi matrimonii, quia semper militat ratio deper-

ditæ facultatis testandi, ac inductionis uoti captandæ mortis, *text. in l. pactum, quod dotali 15. C. de pact. vbi Dec. nu. 17. in 7. ampl. notat, quòd pactum huiusmodi, neq; naturalem parit obligationem, & ibidem Salyc. in princ. vbi Iaf. nu. 1. & 6. Bald. in l. cum Archimedoram, num. 10. cum seqq. Cod. ut in poss. leg. Grat. conf. 25. nu. 27. lib. 1. Io. Franc. à Pont. conf. 116. num. 2. lib. 2. Rimin. iun. conf. 60. nu. 11 & seqq. Peregr. conf. 65. num. 1. lib. 1. Fafq. de success. edito, §. 8. nu. 204. & 206. & seqq. Andreas Fachin. cõtron. iur. lib. 5. c. 87. Tiraq. de iur. primog. q. 6. nu. 17. Rot. decis. 490. nu. 8. vbi quòd dispositio *l. pactum, quod dotali 15.* locum sibi uendicat, siuè tota hæreditas, siuè eius quota promissa legatur, *par. 4. recit. & in d. Asculana bonorum coràm bonæ memoriz Sacrato, relata per Gratian. d. discept. 692. num. 30.* prout in propriis terminis de faciendo filium hæredem tradunt *Gabriel. conf. 137. num. 3. lib. 1. Menoch. conf. 794. nu. 4. & 7. & conf. 1028. num. 3. & 4. Bell. iun. conf. 22. num. 3.* vbi fauorabilem esse causam liberi arbitrii, quam matrimonii, & *num. 9. Cyriac. controuer. 88. num. 10. & seqq. Mart. de success. legal. par. 4. q. 25. art. 1. sub nu. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 4. n. 5.* quam promissionem licèt factam in capitulis matrimonialibus esse reuocabilem, ut exitus comprobauit, dixerunt *Thes. quæst. forens. lib. 2. q. 79. uers. aliud, Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 2. num. 74. & 75. uers. bis adden. reuocatam autem censeri præfatam dispositionem sic emanatam, statim atq; Progenitor alium scripsit hæredem, Anchar. conf. 404. num. 3. Menoch. conf. 806. num. 1. & seqq. Surd. conf. 100. num. 18. Cyriac. contron. 351. num. 1. Rot. decis. 33. num. 1. & 3. par. 6. rec.**

17 Decisio uerò in causa *Lauretana donationis 20. Februarii 1641. coràm Eminenti. Card. Verospio* contrarium non dicit, dum in illa tantum disputabatur, an donatio esset inter uiuos, uel causa mortis, præsens autem disputatio tota uersatur in pacto de futura successione, ac de instituendo Thomam de Gay hæredem uniuersalè, inducendo uorum captandæ mortis, indè oritur diuersitas casuum, nec sustinetur pactum controuersum, licèt factum fauore certi matrimonii, *tex. in l. pactum, quod dotali 15. vbi gloss. C. de pact. Cyriac. controuer. 88. num. 11. & 12. Gratian. discept. 692. num. 32.* cum aliis vbi supra, vnde dicta *decisio Lauretana* non applicatur.

18 Ponderatum etiam fuit, quòd coniuges, qui matrimonium contraxerunt sub præfata promissione, nequè ad hæreditatem,

nequè

neq; ad interesse agere valent, cum censeatur, eos sensisse etiam à principio, quòd illa promissio instituendi hæredem in tantum valeret, in quantum promissor in eadem voluntate permaneret vsq; ad obitum, *l. fin. C. de pact. ibi, & in ea vsq; ad extremum vite sue spatium perseverauerit, &c.* venitq; impunitandum coniugibus, si non cõsulere illam promissionem irrevocabilem reddere, nec adhibuerunt illam diligentiam, quam adhibere tenebãtur, *Cagnol. in l. exigere dotem, num. 5. ff. de re iud. Alciat. in l. licet, nu. 6. & 7. C. de pact. & in propriis terminis Bald. in l. cum Archimedoram, num. 12. in fin. Cod. vt in poss. leg. ibi reprobatur contrariam sententiam, aitq; stultum fuisse, qui sic cõtraxit, Cyriac. coutrou. 88. num. 13. & 14. Gomez. ad l. Tauri 22. num. 21. in fin. vers. ex quo collige, Thesaur. iur. q. 79. num. 10. lib. 2. vbi ponderat, quòd si istud interesse esset debitum, omnes contractus, quos leges annullant, & in quibus promissio est subsequuta, per hanc rationem sustinerentur, *Peregr. decis. Patav. 50. num. 6.* indèq; fuit reiecta distinctio inter contractum ex causa onerosa, vel lucretiua, adducta per *Menoch. conf. 1136. num. 8. Gabr. conf. 137. num. 2. lib. 1. Grat. discept. 692. num. 44.**

19 Demum non obstat consuetudo Prouincie Occitanæ, in qua talis promissio facta legitur, & totius Gallie, iuxta quam sustineri huiusmodi pacta, testatur *Franc. Marc. decis. 132. num. 8. part. 2. Add. ad Papon. lib. 2. tit. 3. arrest. 2. vers. eo, quòd in Francia, Griuell. decis. Dolan. 147. num. 1. & 2.* quia quidquid sit de validitate huius consuetudinis, quam non valere, dixit *Bald. in d. l. cum Archimedoram, num. 12. in fin. & ibi Add. lit. A. C. vt in poss. legat. cap. detestanda, de concess. præben. in 6. Calder. conf. 42. aliàs 4. de consuet. lat est respondere cum Thes. dec. 225. num. 13. vers. sed restringerem, quòd in vim consuetudinis valeat fortè promissio, sed adhuc sit reuocabilis per d. Ioannem, iuxta text. in l. fin. C. de pact. & in l. cum donationes, C. de transact. & in his terminis *Boer. decis. 204. num. 14. circa fin. vers. Et hoc probant, & seqq. vbi adducit concordantes, Molin. de primog. q. 81. num. 8. Mart. de success. legal. p. 4. q. 25. num. 4. & 7. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 2. n. 41. & 53.* vltra quòd talis consuetudo non probatur in loco, & Prouincia Auenionen. de qua est promissor, & in qua Prouincia bona situata reperiuntur, ut debet, *Dec. conf. 225. num. 6. vers. non obstat, Peregr. de fideic. art. 51. n. 35. Pedem. decis. 100. num. 47. vers. & dato, quòd constaret, nec sufficit, quòd locus contractus esset sub Prouincia Occitana, in qua talis**

consuetudo fortè uiget, quia locus contractus attenditur tantum quoad solemnitates in contractu adhibendas, *Cancer. variar. resol. lib. 1. c. 10. sub num. 21. Rota in Romana, seu Pousina census 12. Decembris 1644, coram R. P. D. meo Bichio.*

20 Vltra quòd nec talis consuetudo uti contra bonos mores, & contra leges, & que inducit uotum captandæ mortis esset extendenda ad hæc bona existentia extra Prouinciam, in qua talis consuetudo nõ uiget, *Giurb. ad Consuetud. Messan. in præfat. num. 33. & 34. Menoch. conf. 401. num. 25. & conf. 86. num. 23.*

21 Quibus stantibus Domini dicebant, talem promissionem per præfatum Ioannem potuisse reuocari, prout fuit reuocata, ex quo quæcunq; dispositio per modum ultimæ uoluntatis, prout fuit controuersa, non effectum sortiatur, nisi mortuo testatore, *l. 4. ff. de adim. & transmitt. leg. l. ultima, §. penult. C. de pact. ibi, si donec uixerit permanjeris in eadem uoluntate, Bald. conf. 458. Titius habens, lib. 5. idcirco ea fuit usq; ad ultimum eius uitæ spiritum reuocabilis, prout omnia testamenta, ex supradictis.*

Et ita resolutum, utraq; parte informante.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pactum rescissorium, quod communiter apponitur in instrumentis annuorum reddituum, si ex Notarij incuria apponi fuit omissum, an pro appposito sit censendum, & num. 2. 7.*
- 3 *Notarius semper censetur rogatus apponere in instrumento clausulas consuetas.*
- 4 *Pactum, quod in capitulis matrimonialibus apponi solet, vt stipularetur publicum instrumentum ad consilium Sapientis, cuius sit importancia.*
- 5 *Bulla Pii V. de cõsibus in Regno recepta nõ est.*
- 6 *Tex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. exornatur.*
- 8 *Pactum de non opponendo, quo Siculi utuntur in contractibus, si per Notarium fuerit omissum an pro appposito habeatur.*
- 9 *Sententia an sit nulla, si Iudex condemnauit reum in milla, cum verè non nisi quingentum deberentur, & num. 11.*
- 10 *Sententia vt dicatur nulla, necesse est in Regno, vt allegetur casus legis.*
- 12 *Pragm. 4. §. 25 sub tit. de dilationibus exornatur.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pactū rescissorium, quod communiter in instrumentis constitutionis annui redditus apponitur, si ex Notarij incuria fuerit omissum, pro appposito habeatur. Sententia an sit nulla, si Iudex condemnauit reum conuentum in mille, cū non nisi quingentum deberentur, & de alijs, ad ornatum *pragm. 4. §. 20. & 25. in tit. de dilation.*

C A P. CLXIII.



Pactum rescissoriū, quod communiter apud nos in instrumentis constitutionis annuorum reddituum apponitur (nimirum quod ubi debitor in tempore conuentio interusurium non soluerit, possit creditor sortem repetere) si ex Notarii incuria in instrumento appositum, siue expressum nō inuenitur, nūm pro appposito, & expresso habeatur?

Contigit aliās de hoc dubitari in causa D. Diomedis, & Fratrum de Carafa cum Principe Cafalis Maioris, qui cū mediāte sententia S. C. esset condemnatus ad solvendum dictis Fratribus ducatos 20. mil. dixit de nullitate dictæ sententiæ, & inter alias, quas proposuit nullitates, illa est, nimirum quod fuit condemnatus ad solvendam sortem virtute Capitulorum matrimonialium Ill. Marchionum Antij, dictorū de Carafa Genitorum, in quibus pro summa duc. 35000. fuit promissum interusurium ad rationem duc. 7. pro quolibet centenario, de semestre in semestre soluendum, nō aliter appposito, siue expresso pacto rescissorio, quod in casu defectus solutionis interusurij possit fors repeti, vnde dubitatum fuit, quid iuris?

2. Respondi, partes D. Diomedis tuendo, allegatam non obstare nullitatem, dictumque pactum pro appposito, & expresso habe-

ri, idq; ratione, & autoritate probauit ratione, & Primò, nām cū pactum hoc iuris non habeat resistantiam, & in Regno manet in viridi obseruantia, vt docent *Paris de Put. in suo tract. de reinteg. feud. in quest. incip. sequitur modò quotidiana questio, nu. 33. & 34. & Reg. Reuic. in pragm. 1. nu. 35. de cens. sicq; de consuetudine, & communi Notariorum stylo passim in omnibus huiusmodi instrumentis apponitur, sequitur, vt quando ex Notarii incuria in aliquo instrumento descriptum nō inuenitur, pro descripto, & appposito habeatur, hoc est enim de iure, vt Notarius semper rogatus censetur apponere in instrumento clausulas ordinarias, & consuetas, & quod vbi fuerint omissæ, pro apppositis habeantur, quia error, & incuria Notarij contrahentibus nocere nō debet, reuideatur *text. in l. fin. vbi hoc notat Bald. & communiter DD. C. de fideiuss. Abb. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 5. de Const. ibiq; Felin. & Dec. ambo num. 6. l. as. in l. certi conditio, §. si nummus, num. 24. ff. si cert. pet. in l. Argentarius, num. 7. ff. de eden. & in l. Gallus, §. idem credendum, in l. l. et. nu. 22. ff. de liber. & posthum. vbi etiam Socin. col. fin. vers. aliquando octauo, Ant. Gabr. comm. opin. lib. 6. tit. de consuet. concl. 3. num. 1. alijq; ad nauseam, relati per Tiraq. de iur. constit. in vl. limit. nu. 7. & 8. quibus ex nostris addimus Afflic. in *Consil. Baiulos omnes, num. 13. 15. & 16. Cappyc. decis. 159. per tot. num. 39. Carol. de Grass. tract. de except. in 10. except. nu. 44. & D. Consil. Merlin. controuers. cent. 1. c. 35. num. 4. vbi recentiores allegat.***

4. Secundò, eò fortius in casu, de quo agebamus pactum prædictum pro appposito, & expresso habendum esse dixi, ex quo in Capitulis matrimonialibus fuit particulari pacto conuētum, vt stipularetur publicum instrumentum ad consilium Sapientis, cuius quidem clausulæ ea est vis, & virtus, vt legitime, & cautè liget contractus in ampla, & meliori forma, quæ fieri potuit, & quod intelligantur appositæ in contractibus omnia, quæ sunt de consuetudine, & quæ Sapiens vigore arbitrii supplere poterit, ita *glos. in l. si mandato Titij, §. fin. in verb. accepta, ff. mand. Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. nu. 9. vers. sed quid si, D. Consiliar. Merlin. omnino uidentus controuers. cent. 1. c. 5. nu. 17. D. Reg. Galeos. controu. iur. lib. 1. cōtron. 57. num. 27. & D. Reg. Sanfelice. decis. 99. num. 6.*

5. Tertio, circumscriptis prædictis dicebā, quod dūm in casu defectus solutionis interusurij ius in hoc Regno non resistit, vt possit fors repeti (in Regno enim recepta-

non est *Bulla Pij V.* hoc prohibens, ut testatur *DD. Reg. de Ponte, & Constant.* ille in *cōf. 41. num. 32. lib. 2. iste in tit. C. de fiscal. vsu. num. 42. lib. 10.* suadent rigor iustitiæ, & ipsa æquitas, ut existente debitore moroso in soluendo annuos promissos, eoque ad soluendum monito, & soluere recusante, in penam fiat locus sortis repetitioni, sicque promissioni factæ de soluendo interusurium tacite inesse pactum, ut in casu defectus solutionis possit fors repeti, probatur hæc conclusio ex singulari determinatione *tex. in l. quaro, §. inter locatorem, ff. locat.* vbi habetur, licere locatori, qui fundum per plures annos alteri sub certa annua pensione locauit, conductorem antè tempus expellere, & fundum rehabere, dum conductor ipse in soluendo annuam pensionem promissam fuit in mora, nec opponere, cum posse, quòd non nisi ad soluendum præteriti temporis pensionem cogi possit, adhuc si speciali pacto esset conuentum de non expellendo conductionis tempore durate, quia hoc pactum tacitam habet conditionem, si conductor in tempore conuente pensionem soluat, id, quòd latius exornat *Bar. ibi*, dicens, hunc esse optimum *text.* & ad multa facere, foreque notandum ad omnes contractus, in quibus vtrò, citròque aliquid promittitur, idemque affirmarunt nonnulli alij magni nominis *DD.* quos refert, & sequitur *Vinc. Caroc. in suo tract. de locat. in tit. de necessit. vsus, q. 14. num. 3. & 50. fol. mihi 202.* vides ergò, Nos particularem legem habere, qua permittitur contractus resolutio ob non solutionem annuæ præstationis promissæ, quamuis nullum in casu prædicto resolutionis præcedat pactum, immò adhuc si de contrario constaret, nimirum vt resolui non possit, cum in eo tacita subintelligatur conditio, si promissis fuerit paritum, cur ergò idem non erit dicendum in casu proposito?

7 Authoritate etiã dixi hanc probari sententiam, nam quòd pactum rescissorium ex Notarij incuria omissum, dum de stylo, & cōsuetudine apponi solet, pro appposito habeatur, sicque licere creditori ob debitoris moram in soluendo præscripto tempore interusurium, sortem repetere, dixit indiuidualitèr post alios, quos citat *Reg. Scipio Rouit. in pragm. 1. num. 35. & 36. de cens.* ac ità cum aliàs de hoc dubitari cōtigisset, secundum hanc opinionem per *S. C.* decisum inueni in causa Lucretiæ delle Castelle cū Francisco de Amato, qui cum sub die 16. Nouembris 1619. rescisso contracta

condemnatus fuisset ad soluendum dictæ Lucretiæ sortè cum tertiis decursis, recursum habuit ad tunc *D. Præsidentem*; eiq; narrando iniustitiam sententiæ, quæ nullo modo sequi poterat respectu sortis, ob defectum pacti rescissorii, quòd in instrumento non legebatur, obtinuit iterum verbum fieri, vt ex supplicatione fol. 33. illius processus, & factò iterum verbo sub die 14. Martii 1620. decreto *S. C.* pronisum fuit, sententiam prædictam laram sub dicto die 16. Nouembris 1619. debitæ executioni demandandam esse, referente tunc *Regio Consiliario Carauita*, penès Hieronymum de Amico aëtorum Magistrum, ad cuius

8 quidè decisionis maiore corroboracionem affertur autoritas Siculorum, nam cum in illo Regno in quolibet instrumento promissionis solutionis de stylo, & consuetudine Notariorum apponitur pactum, quòd dicitur *de non opponendo*, de cuius maxima importantia videndi sunt *Petr. de Greg. de cens. q. 10. num. 10. & Carol. de Grass. de except. in pralud. nu. 256.* cum dubitatum fuisset, an pro expreso habeatur, si ex Notarij incuria in instrumento descriptum non reperiretur, affirmatiuè fuit responsu, non ex alia ratione, nisi quia in omnibus instrumentis est solitum apponi, videantur *Franc. Milan. decis. 13. num. 33. lib. 4. Nicol. Intrigl. sing. lib. 2. sing. 173. num. 6. & Carol. de Grass. aliis omisis citato tract. de except. in 10. except. num. 47.*

9 Quibus sic stantibus, nec obstare dixi aliam nullitatem propositam, nimirum, quòd sententia respectu sortis contineat maiorem summam eius, quòd verè debetur, sicque nullam esse illam, ex dispositione *text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indebit.* etenim nullibi in eo *text.* legitur, sententiam esse nullam, si Iudex reum conuentum condemnauit in mille, cum verè non nisi quingentum deberentur, sed tantum in eo *text.* habetur, quòd si ego debens tibi centum, credens debere biscentum, fundum ducentorum assignaui, competere mihi illius repetitionem, & in centum dum

10 taxat debita manere obligationem, cum autem apud nos, vt possit tractari de nullitate sententiæ, necesse est, vt sit illa prolata contra expresum casum legis communis, vel municipalis, sic dictante *Reg. sanctione*, quæ est 4. §. 20. in tit. de dilat. in nouiss. compil. tex. qui allegatur in *d. §. si centum* non alitèr determinat casum, de quò agebamus, sed aliud, ergò allegari non merebatur, vt possit dici, sententiam *S. C.* de qua supra fuisse

prolatam contra casum prædicti §. si centum; Ad quod est semper à Nostratibus bene ponderandum verbum illud *pragmatica contra espresso caso di legge*, quia aliud non importat, nisi vt tunc de iniustitia sententiæ in gradu nullitatû tractari possit, quando sententia est prolata contra id, quod expressè disponit ius commune, vel municipale, itaut si ex alio constaret de iniustitia sententiæ, quia forsan prolata contra communem opinionem DD. non per hoc apud nos de tali iniustitia in gradu nullitatum tractari possit, ut nimis clarè probatur in d. §. 20. & bene obseruauit *Rouitus ibidem, num. 13.* & quamuis non ignorem, nonnullos in casu, de quo agimus, pro sententiæ nullitate respondisse, vt videre est apud DD. quos citant *Flam. Cartar. decis. 39. num. 12.* & *Camill. Borrell. par. 2. summ. decis. tit. de sent. diffn. num. 317.* attamen est opinio DD. cui quidè opinioni aliàs cû de hac nullitate apud nos tractari contigisset, S. C. adherere noluit, sed potiùs pro sententiæ validitate respondere, sic attestante *Ant. Capyc. dec. 51. à n. 1. ad 8.* qua attèta, D. Diomedis iustitiã in tuto esse dicebã, adhuc si *pragmaticam sanctionem* pro se non haberet.

Idemq; respondi ad tertiam nullitatem propositam aduersus decretum latum sub die 7. Iulij huius anni 1642. per quod extitit ordinatum, esse consignandas D. Diomedis literas exequutoriales super bonis hæreditarijs q. Principis Casalis Maioris, & quòd procedatur ad inuentarij discussionem, quam Princeps hæres infra mensem præcisè, & peremptoriè procuret: Nam, quatenus ex aduerso prætendebatur, hoc decretû esse nullum, quia prolatum contra dispositionem citatæ *prag. 4. de dilat. in §. 25.* aduertendum esse monui, nullibi in eo *legi*, quòd non possit exequi sententia S. C. si infra triginta dies à die latæ sententiæ fuerit opposita exceptio discussionis inuentarij, sed tãtùm *ibi* cauetur, vt omnes exceptiones, etiam modificatiuæ non possint opponi ad finè impediendi exequutionem sententiæ elapsis triginta diebus à die illius notificationis, & si quis contendere vellet, exceptionem discussionis inuentarij esse modificatiuam, responsio est, quòd hoc nulla lege cauetur, sed est opinio DD. & non desunt contrarium sentientes, inter quos *Imol. & Paul. de Castr. in l. ex diuerso, §. fin ff. soluc. matrim.* verùm quicquid sit de his omnibus, dicebã, quòd decretû, de quo agebamus, fuit latû iuxta stylum nostri supremi Senatus, in quo nunquam fuerunt

creditori denegatæ literæ exequutoriales super bonis hæreditarijs principalis debitoris, siuè exceptio discussionis inuentarij fuerit opposita intra triginta dies post latam sententiam, siuè post, nulla enim iniuria infertur hæredi inuentarij discussionem opponenti, dum in bonis hæreditarijs mandatum exequutium relaxatur.

Partes se concordarunt, vt par erat inter personas sanguine coniunctas.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochialem si quis non Sacerdos obtinuerit tenetur infra annum Sacerdotij assumere dignitatem, aliàs priuatus censetur, quod ampliatum num. 2.
- 3 Episcopus an teneatur recipere permutationem, quam clericus in minoribus constitutus de Parochiali cum beneficio simplici facere vult in fine anni à die, quo Parochialè impetrauit, & num. 4.
- 5 Parochus, qui propter temporis breuitatem, exclusus censetur à Sacerdotij promotione, infra constitutum annum, num. possit Parochiam in alterius fauorem resignare.
- 6 Rotæ decisio 6. aliàs 355, de rert. permut. in antiquis declaratur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an clericus in minoribus, qui Parochialem obtinens Ecclesiam tenetur infra annum ad Sacerdotiû ascendere, audiendus sit à suo Episcopo, si in fine anni adhuc non ordinatus velit permutare Parochiam cum simplici beneficio, quod ab alio sacris insignito ordinibus tenetur, ad ornatum *tex. in cap. licet canon, de elect. in 6.*



C A P. CLXIV.



Parochialis Ecclesia, cum ab aliquo nō Sacerdote impetratur, est iuris notissimi, impetrantem teneri infra annum à die commissi regiminis computandum Sacerdotij as-

sumere dignitatem, prout expressè diffinitur in *cap. licet canon. de elect. in 6.* alioquin ipso iure absque aliā monitione priuatus censetur, vt *ibi*, & communiter omnes dixerunt, præsertim ex recentioribus Rebus. in *sua præx. benef. in tit. de non prom. intra annum, in princ. vbi num. seq.* huius Constitutionis reddit rationem, quia Parochie præfectus Parochianis seruire tenetur celebrando, confessiones audiendo, aliaque peragendo, quæ ad verum, & bonum Curatum spectant, quod nisi promoueatur, præstare nō potest, & *num. 72.* adeo pro indubitata hæc firmavit conclusionem, quod si talis Parochus anno elapso promoueretur, non per hoc extra nouam collationem retinere, posset, ac proinde antè nouam hanc collationem posset quilibet beneficium illud tãquam vacans impetrare, vt *ibi per eum*, quem sequitur *Episcop. Campanil. in suo diuers. rubr. 1. cap. 23. num. 1. 2.* prius autem, quod anni circulus compleatur, nec priuatus censetur, nec priuandus venit, etiam si illius temporis calcem tetigerit, totq; pertransierint dies, vt nequeat talis infra reliquos prædicto Sacerdotij insigniri ordine, ex alia *Constit. in cap. commissæ, eod. cit. tit. de elect. in 6.* de qua meminit *Episc. Campanil. cit. rubr. 1. cap. 23. num. 10.*

3 Sed de illo elegantè memini semel annis superioribus in facto dubitatum fuisse, an iure teneretur Episcopus recipere permutationem, quam quidem clericus in minoribus constitutus, qui Parochialem obtinuerat Ecclesiam de illa facere intendebat in fine anni cum simplici beneficio, quod ab alio sacris insignito ordinibus tenebatur? ratio dubitandi in partem negantem fuit, nam cum certum erat, hunc talem infra viginti dierum spatium, quod pro anni complemento remanebat, promoueri non potuisse, censebatur quodammodo Parochiali Ecclesia priuatus, quam alteri poterat ad sui libitum Episcopus intrâ breuissimum tempus conferre, & sic permutatio fieri videbatur in fraudem iuris Episcopalis, quod permittendum non erat, vt in ter-

minis resoluit *Rot. in decis. 6. aliàs 355. de rer. permut. in antiq.*, vbi promotus vltima die anni, de quo in *d. cap. licet canon.*, & in *cap. commissæ, de elect. in 6.* permutare non potuit.

- 4 Sed contrarium citrà omne dubium ipse respondi per aliam *Rot. decisionem*, quæ est 38. aliàs 187. *de præben. in antiq. nu. 2.* nimirum teneri Episcopum permutationem prædictam recipere, prout in fortioribus terminis cōsuluit *Oldrad.* omninò videndus *cons. 203.* quod incipit *factum tale est*, & post eum *Cassad. decis. 27. num. 2. & 3. Austr. ad Capel. Tholos. decis. 472.* & in aliquibus *Codicibus 471. Paris. de resignat. benef. lib. 3. q. 2. & Episcop. Campan. ceteris ommissis, loco iam dicto, num. 11.* qui omnes concludunt, Parochum, qui propter temporis breuitatem exclusus censetur à Sacerdotij promotione infra constitutum annum, posse Ecclesiam, quam impetrauit in alterius fauorem resignare, siue cum eo permutare, etiam in extrema die anni, & se ad tam modicum tempus restringere, quod certum sit, non posse eum intrâ annū promoueri, ratio per *Rot.* constituitur in dicta *decis. 38. aliàs 187.* quia vsquè ad vltimum diem anni habet ius in beneficio, nec priuatus censetur, nisi annus fuerit elapsus, vt superius diximus, & notant *DD. in d. c. commissæ, & Io. Andr. ad Specul. in tit. de rer. permut. per Rot. allegati.*
- 6 Nec obstat dicebam allegatam *decis. 6. aliàs 355. de rer. permut. in antiq.* nam, vt dicit *Campanil. loco cit. post Paris.* vbi supra *num. 20.* procedit illa, vbiunque euidenti facto de fraude constaret, non autem si illa abesset, vt in casu proposito.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissum nam per patrem in testamēto fieri posse super re per eum filio contemplatione matrimonij, vel in præmium emancipationis donata, & *nu. 2. 3. 6. 7. & 13.*
- 4 Donatio perfecta conditionem non recipit, uti irrevocabilis.
- 5 Ius semel mihi quæsitum ulterius me inuito extorqueri non potest.
- 8 Donatio contemplatione matrimonij irrevocabilis efficitur, cum sit pars contractus matrimonij, & *num. 9.*
- 10 Maynardi distinctio in *decis. 36. num. 3. lib. 4. rejicitur.*
- 11 Donatio contemplatione matrimonij dicitur imperfecta, ubi matrimonium non sequitur.
- 12 Text in *l. si. §. filiz, ff. de legat. 2. declaratur.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pater in vltimis constitutus possit testamento suo, super re, quam filio contemplatione matrimonij donauit, fideicommissum imponere. Declaratur *tex. in l. si §. filia, ff. de leg. 2* & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CLXV.



Pater, non inutilis est indagatio, an possit testamento suo fideicommissum ordinare super re, per eum filio contemplatione matrimonij donata?

Hanc questionem cum mihi quidam amicus, ingenio, & virtute præclarus resoluendam proposuisset, adeò illam pro parte negatiua ambiguitate carere dicebam, vt cogitare non poteram, *Doctorem* eam tangentem reperiri, verum cum libros aperire cœpissem, adeò controuersam inueni, quòd ex *Doctoribus* nostris alij in affirmatiuam descenderunt sententiam; alij negatiuam partem amplexi fuerunt; alij uerò distinctione vsi sunt: etenim quòd

- 2 possit per patrem fideicommissum imponi super re ab illo per prius filio contemplatione matrimonij donata, firmarunt *Berengar. Ferdinan. in c. unico, de filijs natis ex matrimo. ad morg. contract. cap. 7. pralud. num. 8. vers. ad tertium, & Nicol. Boer. decis. 204. num. 33. fr̄ti forsan Sceuola* responso in *l. §. filia, ff. de legat. 2. vbi* disponitur, posse patrem in testamento filiam, quam in matrimonio collocauerat grauare, vt ea absq; liberis decedente, dotem, quam habuit fratribus restituere cogatur; ergò idem, immò maiori cum ratione in donatione facta filio contemplatione matrimonij peragi potest, nec posse diuersitatis rationem assignari.
- 3 Contrariam uerò sententiam, quæ hanc fideicommissi imponendi facultatem patri denegari uoluit, amplexus est doctissimus *Iacob. Cancer. variar. resol. par. 3. cap. 7. de pact. num. 120. vbi* dicit, primam sibi non

placere, nec ab illo Cathaloniz Senatu receptam fuisse, obstante *tex. in l. perfecta, c. de donatio. qua sub mod. in quo* disposuisse Imperatores inuenimus, perfectam donationem conditiones demum non recipere, cum irreuocabilis ea sit, ac proinde donatario inuito, cui per eandem irreuocabilitèr ius quæsitum est, alterari, aut aliquo onere grauari non permittitur, addit *Gerar. Maynard.* hanc eandem firmans sententiam, licet demum questionem distinguendo resoluat, vt paulò infra dicemus, *decis. 36. nu. 3. lib. 5.* considerandum esse, quod aliàs de pactis, & perfectis conuentionibus dici solet, nimirum ius per eas semel alicui acquisitum, ulterius eo inuito extorqueri non posse, *l. pater filiam, ff. ad leg. falcid. l. cum proponeretur, §. à filia, ff. ad Senat. Conf. Trebel. idè* quoque de donationibus inter viuos fore censendum, nam quemadmodum propria heredis bona in fideicommissi restitutione non veniunt, ita nec venire debeant bona testatoris, quæ heredi non per testamentum, sed per donationem, aut alium actum inter viuos, immò etiam per donationem morte confirmatam, acquisita fuerunt, ad *tex. in l. fin. ff. de pact.*

- 6 Distinctione tandem hac in re vsus est *Maynar. loco iam dicto num. 6.* an scilicet intendat pater super re per eum donata fideicommissum imponere ad beneficium aliorum liberorum, & descendantium ipsius donatoris, vt putat, vt moriente filio donatario absque liberis, vel cum liberis, & illis demum decedentibus, succedat in re donata alter patris donatoris filius, & eo casu prima pro fideicommissio procedat sententia, aut uerò ad fauorem extranei, & contraria locum habeat, & ita iuxta hanc distinctionem, & mediam opinionem sepius à suprema Tholosana Curia in liberorum fauorem, & reliquorum in recta linea descendantium iudicatum fuisse testatur.
- 7 Sed certè hac distinctione, et prima affirmatiua sententia prorsus explosa, à secunda negatiua per *Cancer.* firmata modo aliquo recedendum esse, indubitanter affirmo, nam cum uerissimum sit, donationem hanc, de qua agimus adeò perfectam esse, vt nemo ausus fuerit asserere, ex quauis causa matrimonio securo reuocari posse, sed omninò uti contractus matrimonij partem irreuocabilem censerit, vt per *D. Præs. de Franch. decis. 436. num. 4. & seq.* et melius in *decis. 205.* per totam, vbi Sacrum Conf. nullam censendo donationis reuocationem

à patre post contractum matrimonium factam, donatorem illum reuocantē ad præterita non soluta huius reuocationis causa condemnauit, quod procedere dicit *Dom. Pres.* etiam si filij donatarij consensus in hac reuocatione, vel retrodonatione interuenerit, ut nimirum id peragi non possit in præiudicium aliorum, qui in præfata donatione, interuenerūt, & sic vxoris, vel eius patris, siuè alterius dotantis, idquē attempta ratione prædicta, nam cum sit pars contractus matrimonij, quemadmodum irritari illud non potest, ita & hæc donatio, quæ est pars ipsius, & ita in specie subdit, firmasse *Tell. Fernand. ad l. Taur. 17. nu. 73.* cui addimus *Peguer. decis. 230. in fine,* hoc idem tenentem, aliosquē, quos refert, & sequitur *Fontanel. tom. 1. de pac. nup. claus. 4. glos. 9. nu. 5. par. 1. & glos. 1. nu. 19. & 30.* cum seq. Sequitur ex hoc, patrem donatorem post donationis contractum celebratum ampliùs in re donata os poni non posse, cum de cetero super illa ius aliquod non habeat; quostante vides; quantum congrua caret ratione distinctio per *Maynard. loco cit.* tradita, nam si verum est, perfectam dici donationem, nec de hoc ambigi posse, quemadmodum fideicommissum ad extraneorum fauorem constitui non permittitur, ita & ad beneficium filiorū; respectu enim vtriusquē eadem consideratur impotentia, propter contractus perfectionem, prout eadē

10 & vniformis potentia censeretur, vbi imperfecta esset donatio, & esset, quando matrimonium secutum non appareret, nam cum donatio hæc tacitam habeat conditionem, si matrimonium sequatur, & vbi non sequeretur, nulla dicitur, ut per *Cancer. loco cit. num. 114.* & per *Fontanel. cit. claus. 4. glos. 1. antè num. 13.* post *Barbos. in l. si cum dote, in princ. post num. 57. ff. solu. matr. bene* eo casu posset pater donans super re donata quicquid sibi placeret ordinare, vti ipsius proprii.

11 Minus etiam erit habenda ratio de *tex. in cit. l. fin. §. filia, ff. de legat. 2.* in eo enim iuxta communem intellectum pater dotationis tempore expressè pactus erat, ut dos soluto matrimonio ad ipsū redderetur, ac proindè iurè potuit in testamento filiam grauare, ut ea sine liberis moriente, ad eius fratres testatoris filios dos, quatenus sit supra legitimā perueniret, cum omnimodò ad dotantem reuersura erat, quod non est, quando pater filio contemplatione matrimonij donat, ac proindè ad casum propositum allegari responsum illud non mere-

tur, ad cuius tamen ornatum est videndus *Gasp. Aut. Thes. quæst. forens, lib. I. quæst. 63.* per totam.

12 Post hæc scripta vidi *D. Reg. Ronitum,* qui in *conf. 72. lib. 1.* in donatione facta à patre filio in præmium emancipationis, hanc eadē tuetur sententiam, secundum quam per *S. C. decisum* refert; est etiam videndus *Cutelli,* qui in hoc articulo doctè, prout de more loquitur in *tract. de donatio. lib. 1. partic. 10. à num. 84. ad finem, fol. 317.* in impressis Panormi.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius masculus ex generali consuetudine totius Christiani Orbis, patri suo ab intestato defuncto succedit cum onere maritadi sororem de paragio.
- 2 Paragiū est quid diuersum à legitima, & quod nam discrimen consideratur, nu. 3.
- 4 Paragium an debeat in pecunia, vel potius in corporibus.
- 5 Paragium quoad iuris effectum in locum legitima succedit.
- 6 Paragium, vel legitima debetur sorori sine dote nupta.
- 7 Paragium si fuerit in corpore sorori assignatū, quod demum fuit euictum, an iterum illud eadem actione peti possit.
- 8 Dos in corpore assignata, si fuerit euicta, an possit soror ad primæua iura redire, & num. 9. & 46.
- 10 Frater, qui euicto corpore pro dote sorori assignato tenetur ad iterum dotem, siue legitimam assignandam, an insimul ad interesse, siue fructus legitima teneatur.
- 11 Legitima, qua debetur filio masculo à die mortis communis patris an peti possit vna cum fructibus, & nu. 12. 13. & 14.
- 15 Soror ut nubere possit an valeat à fratre petere paragium vna cum fructibus, & à quo tempore.
- 16 Soror si semel à fratre dotem de paragio habuerit, qua demum fuit euicta an ad primæua iura recurrens, possit super bonis patris legitimam vna cum fructibus consequi, & nu. 18. 19. & 20. & quid si egerit actione hypothecaria ex causa euictionis passè, & num. 21. & 22.
- 17 Interesse sororis ut peti possit qua requiratur.
- 23 Creditor anterior pro sorte an, & quando intelligatur paritèr pro vsuris anterior, & quid in dote, num. 24. & 27.
- 25 Hypotheca tacita, qua competit pro dote an paritèr pro illius interesse competere possit.

- 28 *Assensus præstitus super obligatione honorum feudaliū pro dote an censeatur præstitus pro illius interesse, & num. 34.*
- 28 *Contractus dotis quoties in mutuum, vel contractum censualem transfertur, censeatur de uno ad alium transfusus cum omnibus privilegijs, quæ primò inerant, & nu. 35. et quid in alijs contractibus, nu. 29.*
- 30 *Decisio ad questionem refertur.*
- 31 *Dotis promissio facta in capitulis matrimonialibus an censeatur nouata per instrumentum mutui, siue contractum censualem inde sequutum, et nu. 43. et 44.*
- 32 *Hypotheca pro sorte simpliciter constituta, an pariter pro interesse competat, et nu. 33.*
- 36 *Promissio facta soluendi debitum tali die, absque interesse, eo elapso, et solutione non facta, parit interesse.*
- 37 *Clausula pro quibus omnibus obseruandis, &c. importat obligationem ad interesse.*
- 38 *Interesse dotis in tempore conuento non soluta qua actione petitur.*
- 39 *Interesse dotis post dotantium mortem promissæ an debeat absque interpellatione, et nu. 40. 41. et 42.*
- 45 *Dotis causa ad eò fauorabilis est, vt nunquam eius conditio, etiam muliere volente, deterior fieri potest.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an patre defuncto, cui masculus successit cum onere dotandi sororem de paragio, si eam dotauerit, & demum corpus in dotem datum fuerit euictum, an, inquam, pro dote amissa iterum à dotante obtinenda, competat illamet actio, quæ antè dotationem ad paragium cõsequendum competeat. Frater, qui euicta dote sorori data, tenetur ad iterum dotem, siue legitimam illi assignandam an insimul teneatur ad soluendum eiusdem legitimæ portionis fructus, quos à

corpore pro dote in solutum dato à die passæ euictionis soror ipsa percipere desit. Dos si fuerit promissa solui in certa die, qua adueniente dotantes tot annuos viro in solutum dederunt, nùm ex hoc contrahendi modo super bonis dotantium habeat mulier anterioritatem à die promissæ dotis, non solum pro sorte, de qua non dubitatur, sed pro illius interuflario, ex hoc secundo contractu decurrèdo. Creditor anterior pro sorte an dicatur pariter anterior pro vsuris, quando istæ non ex conuentione, sed ex mora debentur. Clausula pro quibus omnibus obseruandis an importet promissionem interesse, & de alijs notabilibus, vbi nouissima decisio S.C.

C A P. CLXVI.



- 1 *Atre ab intestato defuncto, filio masculino, & femina superstitibus, certum est attentis statutis, & consuetudinibus locorũ totius Christiani Orbis, quòd masculus in bonis omnibus succedit, cum onere tamèn maritandi sororem de paragio, hoc est, vt teneatur ei dotem assignare pro modo facultatum, & filiorum numero, vt parinubatur; hinc Doctores dixerunt, paragium esse quid diuersum à legitima, quia hæc est certa, & limitata, sine personarum distinctione, Authen. nouissima, C. de inoffic. testam. 3 *dos autem de paragio est incerta, regulata à personarum qualitate, & locorum con-**

fuctu-

suetudine; item legitima non est debita filijs in vita patris; sed post mortem, l. cum queritur, C. de inofficio. testam. §. 1. autb. de trien. & semis. dos autem de paragio est debita etiam in vita patris, l. fin. C. de dot. promif. & l. qui liberos, ff. de rit. nupt. ita in terminis Constib. nostræ In aliquibus, & Consuetud. huius Ciuitatis, quæ incipit Si moriatur, ratiocinantur Napodan. ibi in verb. paragium, Gramm. decis. 101. num. 63. & seq. Felix de Rub. in addit. ad præcit. Consuet. Vinc. de Franch. decis. 159. num. 14. Reg. Capyc. Larro consult. 159. num. 37. alijquæ Nostrates, & attento consimili Urbis Statuto, quod est 145. lib. 1. Rot. decis. 581. num. 5. par. 1. recent. & Mercur. Merl. tract. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. num. 23. debetur autem dos de paragio in pecunia, si frater in feudo successit, sin autem in bonis burgenfaticis, est in illius electione, vel in pecunia, vel in corporibus, ita satis bene post alios noster Reg. Merlin. controuers. cent. 2. cap. 13. per totum; est tamèn verum, quòd quòd ad iuris effectum paragium in locum legitimæ succedit, vt per Andr. in Const. In aliquibus, col. 10. in fine, vers. sed hoc paragiū, & col. seq. in princ. Reg. Galeot. contron. lib. 2. contron. 15. Reg. Merl. loco cit. & faciunt dicta per Georg. alleg. 11. dicitur autem, semper dotem de paragio sorori deberi, antequàm illa nubat, nupta verò, nulla dote à fratre sibi assignata, non amplius dicitur dotem de paragio à fratre deberi, sed legitimam, ita ex Andr. docet Affl. in Const. In aliquibus, num. 45. & seq. vbi autem fuerit à fratre dos de paragio, vel legitima in certo corpore sorori assignata, quod demùm fuerit per Iudicis sententiam euidum, dubitandum non est, adionem eidem competere aduersus fratrem hæredem, prout antè assignationem actio ad legitimam consequendam competeat, ita Merl. cit. tract. de legit. lib. 5. tit. 4. quæst. 6. num. 10. & Mangil. de euictio. quæst. 95. num. 16. id, quod in dote absolutum est, nam vbi corpus illud pro dote assignatum à creditoribus, vel patris, vel fratris euinceretur, poterit soror, quæ euictionem passa est, ad primæua iura redire, quæ confidero Ego, vel respectu legitimæ, quæ sibi in bonis patris competeat, vel respectu hypothecæ, quam matrimonij contracti tempore acquisiuit, ad text. in l. qui res 98. ff. de solut. ita Bar. in l. si quis aliam, ff. hoc tit. Boer. decis. 337. n. 2. Hieronym. Gabr. cons. 129. n. 10. Reg. de Ponte cons. 92. num. 2. lib. 2. Anna filius cons. 35. nu. 30. Mangil. cit. tract. de euictio. quæst. 70. num. 15. Reg. Reuert. decis. 102. lib. 3. alijs 293. secundùm meam

compilationem, Aloysius de Leo in l. 1. nu. 6. vers. tamèn hoc fallit, C. si aduers. transact. Ant. Fab. diff. 49. num. 17. et 18. C. de solut. Gasp. Thes. quæst. forens. lib. 2. quæst. 88. in fine, Castil. decis. 5. Milanens. decis. 9. nu. 110. lib. 2. et 13. num. 22. lib. 1. Reg. Merlin. contr. cent. 1. c. 27. 9 num. 15. & alij; etenim iniquum satis videretur, si euicto corpore pro dote de paragio, à fratre sorori in solutum dato, non posset soror ipsa ad bona paterna pro suæ legitimæ consequitione recurrere, maxime, quando non esset sibi consultum agere contra fratrem, quia forsàn bona omnia hæreditaria alienasset.

10 Sed breuiter videamus, an eo casu frater, vel tertius bonorum paternorum possessor, qui ad legitimam assignandam tenetur, cogi insimul possit ad soluendum eiusdem legitimæ portionis fructus, siuè interesse? ad quod respondeo, illud in hac materia certum esse, legitimam regularitèr deberi filio masculo à die mortis communis patris, & vnà cum fructibus, siuè interesse, quamuis nulla intercesserit petitio, ita glos. magna in l. in fideicommissaria, vbi Rip. num. 46. & ceteri, ff. ad Senat. Consult. Trebell. D. de Franch. decis. 16. num. 13. 58. nu. 5. & 575. num. 1. Ego ipse lib. 1. c. 200. vbi nu. 4. post Reg. Rouit. cons. 20. num. 8. & 9. lib. 1. de

12 clarau, hoc procedere, quando legitima, siuè in corporibus, siuè in pecunia ab hærede soluenda est, secùs verò vbi pecunia hæreditaria esset penès tertium, velletq; filius ab illo auocare pecuniam pro rata suæ legitimæ, eo enim casu hic ad interesse non nisi à die petitionis tenetur, idemq; addo

13 nunc, vbi tota hæreditas in pecunia consisteret, quo casu adhuc hæres non nisi à die interpellationis, ad fructus, siuè interesse, cogi posset, non autem à die mortis, dummodò non appareat, quòd pecunias exercendo, siuè negotiando aliquid lucratus esset, probat hoc, & satis bene Ceph. cons. 56. num. 49. lib. 1. Alciat. cons. 779. nu. 19. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 35. & Fab. de Anna cons. 130. num. 41. & obseru. 5. decad. 1.

14 vbi idem decisum refert, quotiès filius legitimam ad se de iure spectantem à fratre, vel sorore peteret ex titulo de inofficiosa donatione, vel dote, vt etiam hoc casu non à die mortis patris donantis, siuè dotantis, sed à die interpellationis legitima cum fructibus debeatur, ad quod plures citat, signanter Masienz. lib. 5. noua recompil. tit. 8.

15 lib. 3. glos. 3. num. 7. in femina verò, quia frater eam secundùm paragium maritare tenetur, vti què non posset soror à fratre fru-

15 tus, siue interesse paragij à die mortis pa-
 tris petere, sed tantum à die contracti ma-
 trimonij, cum antea non nisi alimenta de-
 beantur, ita per illum *text. in l. qui filium*,
ff. vbi pupill. educar. deb. notant ibi Bal. Socin.
conf. 57. lib. 4. Felix de Rub. loco cit. sicq; de-
ciſum testatur Reg. Reuert. decis. 26. lib. 5.
 aliàs 417. secundum meam compilationem,
 quam scripsit in causa, super qua consuluit
Anna pater alleg. 70. vbi in fine notatur de-
cisio, Iacob Anell. de Bott. in addit. ad Napod.
in Conf. Si qua mulier, sub n. 56. D. de Franch.
decis. 59. nu. 14. & Caput. ceteris omiſſis ad
præcit. Consuet. Si moriatur, par. 2. §. 2. nu. 23.
 & 25. hæc, quando filius legitimam, & filia
 16 dotem de paragio nunquam habuerunt,
 sed vis est videre, quid si semel à fratre so-
 rori suæ certum corpus pro dote de para-
 gio fuerit in solutum datum, quod demum
 ab eiusdem fratris creditoribus fuit euictum,
 an hæc soror ad primæua iura recurrens,
 valeat super bonis paternis legitimam cõ-
 sequi vna cum interesse, siue fructibus, quos
 à corpore in solutum dato à die passæ eui-
 ctionis percipere desijt? hoc in puncto non
 inueni à *Doctõribus*, quos viderim, tactum,
 sed attentis iuris principijs facilis erit re-
 17 solutio negatiua, quandoquidem, vt inte-
 resse fortis, siue quantitatis debite peti pos-
 sit, necesse est, vt illud, vel sit conuentum,
l. cum quidam, §. ex lacato, vbi glos. ff. de vsur,
l. 3. C. eod. vel quod debeatur ratione moræ,
 per hominis, aut diei interpellationem
 contractæ, *l. magnam, C. de contrab. & cõmit.*
stipul. l. mora, ff. de vsur. & l. nulla 99. ff. de reg.
iur. Ant. Fab. diff. 31. C. de vsur. & alij passim,
 supposito hoc, si primum inspiciamus in-
 18 teresse, nullo pacto ad illud soluendum
 frater, siue tertius bonorum paternorum
 possessor cogi potest, cum nullibi, fratrem
 promississe legamus, vt in casu euictionis
 sequendæ corporis pro dote de paragio in
 solutum dati, teneatur ad legitimam præ-
 standam, vna cum fructibus, siue interesse,
 quod idem est, *l. vsura, ff. de vsuris, sed tantum*
 fuisse promissum illud interesse, quod oritur
 ex causa passæ euictionis, pro quo conse-
 quendo sorori non est consultum actione
 illa ex empto, quæ competit ex dispositio-
 19 ne *tex. in l. eleganter, ff. de pignor. action. si verò*
 aliud consideramus interesse, quod ex mo-
 ra contracta exoritur, & nec etiam hoc de-
 betur, quia si diem inspiciamus nuptiarum,
 quæ statim fratre interpellat, vt per *Reg. de*
Ponte conf. 50. in fine, lib. 2. Theod. alleg. 7. nu.
16. & Franc. Aut. Cost. conf. 25. nu. 25. & nulla
 consideratur mora, quia eo tempore frater

dotem de paragio idem soluit, certum cor-
 pus pro illa in solutum tradens, sicq; non
 est, cur de interesse soluendo propter sorte
 20 non solutam tractari possit, vnde hæc in re
 illa tantum potest considerari mora, quæ
 contrahitur ex interpellatione sororis, le-
 gitimam super bonis paternis petentis post
 euictionem sequutam super corpore, quod
 pro dote de paragio fuit eidem in solutum
 datum, hac enim mora considerata, istiq;
 inspecto tempore dubitandum non est, te-
 neri fratrem ad fructus legitimæ, à die ni-
 mirum interpellationis, quos si frater ipse
 soluere non posset, teneretur certè tertius
 bonorum paternorum possessor, quamuis
 respectu sui nulla intercesserit mora, iuxta
 ea, quæ exarat *Theod. cit. alleg. 7. & melius*
alleg. 81. num. 30.

21 His sic stantibus inuestigemus, quid di-
 cendum, si soror, non ad primæua iura re-
 spectu legitimæ recurreret, sed ad illa re-
 spectu hypothecæ, quam acquisiuit pro do-
 te de paragio, à fratre in capitulis matri-
 monialibus sibi promissa, diximus enim ex
 communi *DD. sententia per illum tex. in d.*
l. qui res 98. ff. de solut. quòd quando pro do-
 te de paragio frater sorori suæ corpus ali-
 quod in solutum dedit, quod demum fuit
 euictum, posse sororem, siue eius virum ad
 primæua iura redire, sic exercendo actionem
 illam hypothecariam, quam à die initorum
 22 capitulorum matrimonialium acquisiuit,
 dubitatur enim, si dos de paragio reperitur
 promissa in capitulis matrimonialibus, sol-
 uenda in die nuptiarum, vel post annum, si-
 ue aliud certum tempus à die contracti ma-
 trimonij, infra quod tempus frater alteri
 bona sua obligauit, an, inquam, soror ipsa
 in concursu cum hoc secundo creditore su-
 per bonis fratris, sicut præfertur pro sorte
 dotis, veniat similiter præferenda pro fru-
 ctibus non perceptis post euictionem pas-
 sam corporis in solutum dati, & in hoc as-
 firmatiue respondeo, nam quamuis in ter-
 23 minis *tex. in vulgata l. Lucius, ff. qui potior in*
pignor. habe. verior mihi semper visa fuerit
 illorum sententia, qui dixerint, vt creditor
 anterior pro sorte, tunc de mum intelligat-
 tur pariter & pro vsuris anterior, quando
 vsuræ fuerunt conuentæ, secus verò si dum-
 taxat ex mora deberentur, quia tunc cum
 bona debitoris non nisi pro sorte obligata
 censerì possint, nõ poterit primus creditor
 pro accessionibus præferri secundo, qui an-
 tequam celsisset dies solutionis sortis pri-
 mo creditori promissæ hypothecam acqui-
 siuit, vt satis bene, quicquid alij aliter dixe-

rint, notant *Soc. conf. 41. nu. 19. lib. 4. Cannet. in extranag. volentes, in quæst. quæ incipit, at non erit otiosa quæstio, num. 12. fol. mihi 93. Seraph. decis. 481. num. 5. Ant. Fab. diff. 8. in alleg. num. 5. C. qui potior. in pign. babe. quos allegauit lib. 1. c. 76. nu. 2. Barbof. in l. 1. par. 3. num. 28. vers. nam ad primum, ff. solut. matrim. Carleual. de iudic. som. 2. sit. 3. nu. 49. vers. idèq; plane probatur, & num. seq. vbi benè loquitur, & Arias var. resol. lib. 2. c. 30. nu. 19. attamen*

24 in dote communiter receptum est, vt mulier anterior pro sorte, censetur pariter, & pro vsuris, quamuis ex mora deberi videatur, sicq; vt bona dotem promittentis censentur ab initio obligata, tam pro sorte, in certa die promissa, quam pro vsuris post moram commissam decursis, licet illarum respectu nulla præcesserit conuentio, ratio assignatur, quia in hoc casu interesse non tam ex mora debitoris, & in illius odium, debeat, quam ex natura contractus dotalis, in quo cum primum obligantur bona pro sorte, censentur pariter obligata pro interusurijs, vbi in die nuptiarum, siue in alia præscripta non fuerit sequuta solutio, & si expressè accessiones fuissent promissæ, & hoc in recompensationem onerum matrimonij, quæ maritus substat, ita *Cannet. loco cit. num. 20. vers. posset tamen opinio Blæchi in vno solo casu procedere, Milanens. decis. 8. num. 381. & decis. 13. num. 29. lib. 1. Roder. de annuis redit. lib. 3. c. 7. num. 46. & c. 8. num. 15. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de conf. quæst. 6. num. 93. Reg. Galeota controu. lib. 1. controu. 96. num. 15. Pascal. de viribus patr. potest. p. 2. c. 7. nu. 40. 41. & 42. vbi ex *Negus. de pignor. 4. membr. 2. pars. n. 54. & 55. addit,**

25 tacitam hypothecam, quæ pro dote competit, competere pariter pro eius interesse, & nu. 44 & 57. ex *Camer. in cap. Imperialem, fol. 51. lit. V. reprobat. Afflic. docet, assensum præstitum super obligatione bonorū feudaliū pro dote, censerī pariter ex vi comprehensiuæ concessum pro interesse, ob retardatam sortis solutionem debito, ex eo, quod dos, & interesse vt vnum, & idè considerantur, non autem vt duo separata, ad *tex. in l. quicumq; 9. penult. ff. de insti. actio. Dominus enim consentiendo obligationi pro dote, ceterum quoq; cogitasse de illius interesse, quod venit in consequentiam ipsius, sicq; per Sacrum Cōsiliū decisam testis est *Reg. de Pont. conf. 64. num. 19. & decis. 34. num. 38. quamuis *Reg. Galeot. controuers. iur. lib. 1. controu. 21. num. 23 & 24. ex eodem *Camer. hoc intelligat in vsuris, seu interesse, ex iuris dispositione debitis, quæ*****

vnum, & idem cum sorte reputantur, secus verò in his, quæ non veniunt à natura obligationis rei, sed stant de per se vt separata, & debentur ex promissione, & pacto hominis, quod latius subdit comprobasse. *Surd. tract. de aliment. sit. 9. quæst. 31. num. 36. 65. & 69. vers. tertio dico, & in casu forsàn,*

27 maioris ponderis, nimirum, vbi dos in certa die solui fuerit promissa, qua adueniente dotantes pecuniam præ manibus non habentes, vt satisfacerent, in solutum dederint tot annuos, ab eisdem soluendos cum promissione euictionis in forma, ac reservatione primorum iurium, quod eo casu mulier à die promissionis dotium nõ solū pro sorte, sed etiam pro interusurijs, quamuis ex hoc secundo contractu decurrendis dicatur anterior, docet, & satis benè *Castill. cit. decis. 5. à num. 37. & decis. 17. antè num. 23. vers. & super hoc fuit discussa, quæstio illa, quem notantè sequitur *Reg. Galeota cit. controu. 56. à num. 23. quo loci dicit, quoties contractus dotis in mutuum transfunditur, siue in contractum censualem, siue constitutionem annuorum reddituum, quem Siculi subiugatorium ad formam *Bulla* appellant, quod censetur de vno in alium transfusus cum omnibus priuilegijs, et qualitatibus, quæ primo inerant, tam pro capitali, quam pro tertijs, et interusurijs, ex eo, quod in iure vniuersali, cuiusmodi est titulus dotis, debitum ex vno contractu potest conuerti in debitum ex alio, ita ut primum non tollatur, allegat *Bart. theoreticam in l. singularia, num. 4. ff. si 29 cert. pes* (quamuis contrarium sit dicendum in alijs contractibus non priuilegiatis, in quibus annui reditus ex secundo contractu dependentes non habebunt eandem anterioritatem, quam habet fors ex primo contractu debita, ut satis elegantè explicat *Carleual. loco proxime citato, num. 50.*) et nõ**

30 indiuiduali rerum iudicatarum autoritate careamus, dico, sic, prout supra fuit resolutum, Sacrum Cōsiliū iudicasse in concursu ereditorum quondam Comitissæ Vgeati super pretio ex uenditione illius Ciuitatis peruento, etenim cum *Domna Hieronyma Pandone à Comitibus patre, & fratre nuptui tradita esset cum dote ducatorum viginti millium, quorum pro summa ducatorum quinque millium fuit à dotantibus post eorum mortem promissa solutio, & quod interim nullum curreret interesse, sequuta iam morte, hæredes dotantium in satisfactionem dictorum ducatorum quinque millium complementi constitutæ*

dotis, tot annuos dotata, siue eius viro Domino Mutio de Marra in solutum dederunt, verum propter decoctionem Comitis inde sequutam, contractibus omnibus rescissis, cum loco illorum annuorum introituum, vulgo tertias nos appellamus, interesse ad eandem rationem currere cepisset, instabat D. Don Hieronymus de Marra filius, & hæres D. Hieronymæ dotata fore graduandum à die initorum capitulorum matrimonialium, non solum pro sorte dictorum ducatorum quinque millium, sed pro illorum interesse decurso post rescissionem contractus in solutum dationis, sed contendentes hæredibus quondam Dorotheæ Capyciæ, cui post matrimonium D. Hieronymæ Comes Vgenti bona sua obligauerat, dictum Don Hieronymum nomine, quo supra non posse graduari à die, quo mater sua nupserat, nisi pro sorte, secus verò respectu interesse, quod cum post dotatum mortem deberetur, non nisi mero Iudicis officio, non autem iure actionis, siue hypothecæ illud deberi dicebatur, cum quid iuris dubicaretur, discussis omnibus de iure discutiendis, Partibus plenissimè auditis, prodijt decisio pro Don Hieronymo, nimirum vt graduaretur, tam pro sorte, quam pro interesse à die promissionis dotium, idque sub die 25. Maij 1641. referente Domino Consiliario Duce Cagnani, & pro D. Hieronymo patrocinate D. Erasmo de Ponte eius cognato Aduocato primario, natalibus, doctrina, morum candore, ac omnibus numeris absolutissimo, qui in causa his, quæ sequuntur verbis de iure respondit.

Iesus, Maria, Ioseph.

31 Ad duo potissimum reducuntur, quæ pro parte hæredum Dorotheæ Capyciæ aduersus anterioritatem crediti quond. D. Hieronymæ Pannonæ pro complemento ipsius dotium, obticiuntur. Alterum, promissionem in capitulis matrimonialibus initam, per instrumentum mutui fuisse nouatam, illudque demum de sorte duc. quinque mille simpliciter loqui, post mortem dotantium soluenda, & consequenter interesse, non antè debitum, quam illorum morte, atque hæredum interpellatione sequuta, mero Iudicis officio, non autem iure actionis, siue hypothecæ. Alterum, contractum illum dotalem, siue instrumentum mutui omnino fuisse extinctum, siue nouatum per contractum cõsualem inde sequutum, quãuis cum clausulis reseruatuis, saltè m re-

spectu interesse; noua succedente obligatione pro tertijs ex illo die, quo venditio annuorum introituum inita fuit, vt latius ex allegatis per Aduersarium.

32 Hæc etsi responsonem non mererentur, tanquam directe contra communem nostri supremi Senatus iudicandi scholam. Nihilominus, vt dignoscatur ab Aduersario, quam iuridicè, atque secundum rectos iuris tramites illa procedat, infra scriptas commemorare receptissimas in iure conclusiones oportere pretium erit. Prima, illa nobis se offert, hypothecam, & si simpliciter, seu expressè pro sorte conuentam, pro interesse quoque competere, ab uno, eodemque fonte, siue contractu, intrinsecè, & ex natura illius, siue iuris intellectu provenientem, iuxta vulgatum axioma *L. Lucius*, & *ibidem Glos. ff. de vsuris*, cum vnum, & idem debitum reputetur fors cum vsuris, licet auctum, vt elegantè dixerunt Authores mox citandi, ita ex *Bart. Cyn. & alijs in l. pignoris, C. de vsuris*, et ex *Baldo in l. etiam, C. de iure dot. Decio in l. pecuniam, in primo uot. ff. si certum petat. Ripa in l. privilegia, in 8. ampliat. ff. de priuileg. Negusant. de pignor. 2. memb. 5. part. num. 10. Socin. cons. 41. num. 19. vbi allegat præ cæteris text. in l. solutum, §. si in sorte, ff. de pignor. pro absoluto alij tradiderunt, quos refert, et sequitur *Barzius decis. 108. Reg. de Pont. decis. 34. num. 37. cum seq. & 45. cum seq. cons. 64. num. 19. & cons. 76. num. 11. Vrsil. ad Afflic. decis. 186. Mastrill. decis. 119. num. 11. tom. 2. Mantica de tacuit. 22. lib. 11. n. 32. & 33. Bursat. cons. 103. num. 10. cum seq. Gratian. discept. 730. num. 19. & 20. elegantè D. Consil. Theodorus allegat. 5. num. 24. & alleg. 7. num. 13. cum seq. Gaius in suo sollemni tract. de credito, e. 4. quæsto 10. num. 1171. Cons. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 7. num. 40. & 41. & centum alij.**

33 Qui omnes nedum hypothecam, verum etiam, et sub eadem prælatione fortis cõmuniter, & absolute concedunt, vt apud illos est videre pro veritatis testimonio. Cuiusmodi receptissima sententia inuolabilis redditur in causa dotis, vt resumptis omnibus testatur *Negus. de pignor. membr. 4. 2. par. num. 19. & 48. cum seq. autoritate Bart. Alex. Salyc. Castrens. aliorumque DD. in l. si maritus, ff. solut. matrim. & in l. si cum dotem, §. si in autem in seuisimo, ff. eodem, vt nuperime vltra supra cit. Authores, quibus addo *Cons. Paschal. loco supra cit. num. 42. obseruauit apud D. Regentem Galeotam tom. 1. controuers. 56. num. 14. et. 15. sic rillies decisum referens, teste Regente de Ponte. cons.**

77. n. 2. allegat præ cæteris post *Minsynger. cems. 1. obseruat. 64. Surd. decis. 240. num. 15. et 16. Hispanum Rodericum lib. 3. quæst. 7. num. 67. vers. sed contraria*, qui hanc veriore m factetur sententiã ex Authoribus supra citatis, confutato *Bald. Nouello*, cæterisque contrarium sentientibus, vt apud eum est videre, nè aliena transcribam.

34 Adeo hæc vera, vt assensus, siue hominis, siue legis, seu *capituli*, dotali præstitus contractui, & si regularitèr stricti iuris, vi tamè comprehensua interesse quoq; amplectatur, & si non expressè in cõtractu deductum, intrinsicè tamen iuris intellectu, atq; ex natura contractus proueniens, tanquam vnum, & idem cù sorte, iuxta *Camerarii* sententiam in *cap. Imperialem, cart. m. hi 51. & 52. vbi sequitur Negus. & illum doctissimum appellat, vt sic passim decisum, testatur Regens de Ponte cit. dec. 34. num. 38. conf. 64. num. 19. & 76. num. 14. Fricciæ*, atquè *Cannetij* confutata, ac penitus reiecta sententia, licèt etiam hi in casu diuerso, ac fortiori loquantur, vt rectè quoq; post alios obseruat idem *Conf. Paschal. loco cit. nu. 44. cum seq. signanter num. 49. vbi nedùm apud Regnicolas, verùm etiam per eosdè Siculos Cannetium* reprobatum testatur, præsertim per *Milanensem decis. 18. num. 369 cum seq. lib. 1.* ita decisum referentem, etiam respectu bonorum fideicommissi subiectorum, & latius idem *Consil. Paschal. in proprio casu num. 57. cum seq. adeo vt pudendum foret Aduersarium, doctrinas passim, ac sæpè sapius in foro reiectas allegare, diuersoque casu ferè loquentes.*

35 Secunda conclusio satis quoq; vulgaris est, Pars tamen nos cogit illam commemorare, instrumentum mutui ex dotibus dependens, eadem dotis iura, atquè priuilegia identicè retinere, etiam respectu assensus *capituli* super dotibus à Rege Catholico elargiti ex vi illius comprehensua, iuxta veros iuris tramites, vt rectè obseruare non omisit oculatissimus *Reg. Galeos. cit. controuers. num. 25. autoritate Camer. sic passim iudicata in cit. cap. Imperiali, cart. 52. & 53. & Reg. de Ponte de assens. sup. dote, tit. 6. nu. 42. & 44. ceteriq; nostri Pragmatici in locis supra cit. Capyc. atquè Lanavia cõfutaris, de hac veritate dubitantibus, altero *conf. 18. altero decis. 183. adeo vt nõ sine ineptia hæc in dubium ampliùs reficari valeant.**

36 Tertia illa est conclusio, in casu nostro nos non versari in interesse tacito ex natura contractus, siue iuris intellectu tantum

debito (quod vtiquè sufficeret) sed in expressè pacto, siue cõuento, quandoquidè negatiua illa solutionis interesse limitata ad tempus (vt potè per illam clausulam, *promiserunt soluere reliquos duc. quinque mille post ipsorum mortem absquè interesse interim*) post temporis lapsum promissionem inducit, ex vulgata regula sumpta per *Socin. & alios ex l. Imperator, C. de post. l. pater filium, §. fundum, de leg. 3. l. si unus, ff. de pactis*, cum sim. ac satis ad rem cõferunt *Bald. verba in cit. l. etiam, C. de iure dot. vt in accessorijs, siue consequutiuis contractus, etiam vbi verba pro solemnitate requiruntur, mens, finis, siue contrahentium intentio potius sit attendenda, quàm verborum formalitas, vt elegantèr quoquè in subiecta materia differit *Bursat. cit. conf. 103. num. 10. cum seq. vbi infinitos alios de more, congerit.**

37 Cuiusmodi conclusio, nullam prorsus pati valet altercationem, quotiès, prout in nostro instrumento, adest clausula, *Pro quibus omnibus obseruandis Partes ipsa obligauerunt se, & bona omnia, &c. ad pœnam dupli, &c.* quam præcisè, ac signanter obligationem ad interesse, vbiquè importare communitèr *DD. voluerunt ex vulg. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Oldrad. conf. 114. in fine, Bald. & Salyc. in l. per retentionem, C. de vsuris, in 1. nat. Socin. conf. 41. num. 19. de Pont. cit. conf. 76. num. 4. & 5. & 64. num. 22. vt satis elegantèr obseruat in puncto controuersie peritissimus de *Marinis cap. 76. num. 3. cum seq. vbi alios recenset Authores, quibus addo Gratian. discept. forens. 634. num. 14. & 15. vbi loquitur de simili clausula apponi solita in obligationibus Cameralibus, quam etiam ad hypothecam pro alimentis extendit, ac stante huiusmodi clausula nobis quoq; conuenit *Bald. Nouellus* licèt alitèr, & nõ rectè contrarium sentiat) vt refert idem *Gratian. ac magis dignè nobis testatur Roderic. loco supra cit. antè vers. sed contraria sententia verior.* Adeo autem hæc vulgaris, atquè in dies decisa, vt nè sine ignauia nota ab Aduersario satis in foro versato impugnètur, eo magis in casu nostro, vbi assensus hominis fuit specificè impetratus (præter opus) tam super sorte, quàm super interesse, ceterisque clausulis in instrumento dotali, siue mutui contentis.**

38 His iactis solidissimis fundamentis de facili corruunt Aduersarii argumenta, siue alsupta, & primum, nempe in casu nostro, interesse deberi mero iudicis officio ex

mora hæredum, non autem iure actionis, siue hypothecæ, deficit in iure, & in facto. In iure quidem (quia etiam dato, quod de interesse non esset expressè pactum, siue conuentum in contractu dotali, siue instrumento mutui ex illo dependente, vt pars ipsa adstruit) adhuc hypotheca pro sorte expressè conuenta, pro interesse quoq; cõpeteret, ex plenè deductis in prima conclusione, quicquid in contrarium nonnulli tẽtassent, & præcipuè *Bald. Nouellus*, siue *Cassaneus*, ceteriq; alii à Parte forsitan allegati. Eò magis, quòd in casu nostro interesse, nõ tam ex mora debitoris debetur in ipsius odium, quàm ex natura cõtractus dotalis, bonæ fidei, atq; vniuersalis iudicii, in locũ fructuum, qui ex dote debentur, in compẽsationem onerum matrimonialium, præter vllam conuentionem, siue taxationem, vt satis doctè de more ex *Roderic. Molina, Cuarruias*, ceteriq; grauissimis Authoribus comprobatur idem *Reg. Galeota* cit. *controuer. num. 15. cum seq.* videndus, nè aliena transcribã, vt meritò *Negus*. ceteriq; Authores per nos citati in prima conclusione, in *vers. cuiusmodi*, licet forsitan in aliis contractibus, siue iudiciis dubitauerint, in dote verò indistinctè, & indifferentè hypothecam concesserint, etiam pro interesse, siue iure actionis, siue Iudicis officio deberetur, quibus addo *Bursat.* cit. *cons. 103. nu. 22. ex Bar. Riminaldi*; ceteriq; aliis, vt rectè quoquè in subiecta materia disserit post alios idem *Consil. Paschal.* loco supra cit. præcipuè *n. 62. cū seq.* adèò vt hæc ipsa veritas Authorum numero, atquè rerũ iudicatarum exemplis de iure comprobata remaneat. Deficit in facto ex deductis per nos in tertia conclusione, ex quibus inconuincibiliter constat, nedum de sorte, verum etiam, & de interesse fuisse præcisè, ac expressè conuentum, quo casu nedum contrarii Authores, vt potè *Cassan.* siue *Bald. Nouell.* verum ipsamet Pars se deuictam fateatur in suis allegatis.

39 Solùm superest, vt satisfaciamus doctrinæ *Cassanei*, & *Bart.* in loc. à parte cit. *Cassan.* inquam, in *vers. & venit mihi casus, rubric. 4. §. 23. in textu ibi, Des le terme*, cum *seq. cart. mihi 785.* ponit ferè casum similem nostro, & concludit, interesse non statim deberi post mortem dotantium, nisi prius sequuta hæredum interpellatione, nè eodem pũcto, quo quis obligatur per euentum mortis, siue conditionis, eodem puncto constituatur in mora, quod esset absurdum, ad *tex. in l. quod dicimus, ff. de solut. cum sim* quibus quoquè mouetur *Bart. in l. 1. à stipulatus,*

num. 41. & 42. ff. de verb. obligat. qui contra glos. sustinet, diem mortis vti incertum impedire nedum ortum solutionis, siue exactiõnis, verum etiam obligationis, siue actionis, adèò vt non nisi ab hæredibus, & contra hæredes actio incipiat, iuxta vulgatum *tex. in l. 1. cod. tit. vt ab hæredibus, &c.*

40 Pro responsione mitto primùm, *Cassanei* doctrinam ab ipsomet fuisse impugnatam, cum antea ipse contrariæ fuerit sententiæ, & rectius quidem ex supra deductis, cum interesse dotis nõ tam ex mora debitoris, quàm ex natura contractus intrinsecè debeat, & cetera, de quibus supra, ac *Bart.* præcisè loquatur contra *glos.* & iura per illum allegata, quæ probant, diem mortis exercitium actionis, siue solutionis diem impedire, optimè, ac magistraliter *Oldrad. cons. 114. num. 3. & 4.* differre, non autem ortum obligationis, quod in casu nostro nullatenus potest controuerti, quandoquidem adèò constat, pro integra dote promissa ab initio constitutionis ipsius ortam obligationem, licet dilatam solutionem in dotantium mortem, vt ab ipso initio fuerit habita pro soluta, & exinde initum mutui instrumentum, quo casu cessat *Bar. & Cassanei* absurdum, quòd quis eodem puncto constituatur debitor, & in mora, iuxta tradita per eundem *Bart. num. 25. ead. l.*

41 Sed data pro vera *Cassanei*, & magis *Bar.* sententiã, quòd dies mortis, vt potè incertus residuo dotis appositus (citra tamen veri præiudicium, cum solutioni intelligatur appositus, vt modò diximus) conditionem faciat, *l. dies 75. de condit. & demonstr. l. talis scriptura 30. §. 4. ff. de leg. 1. et successiue* ortu obligationis, et actionis impediatur, vulgatis iuribus. Adueniente morte, et sic impleta conditione, quis vnquam negabit, ex tunc ortam actionem retrotrahi ad tempus contractus, siue promissionis factæ per dotantes, cum obligatione bonorum pro obseruantia omnium promissorum, iura sunt vulgaria in *l. 1. in l. qui balneum, & in l. potior, ff. qui potiores in pignor. habeant.* quæ passim prædicantur, nedum in causa dotis, verum etiam in quolibet contractus genere, indistinctè, et indifferentè, etiam si post mortem contrahentium dies incertus, siue conditio euenerit, in hoc quidem *Bart.* non contradicit, nec *Cassaneus*, qui expressè fateatur in *vers. & aduerse, carta sequenti*, etiam pro interesse, siue vsuris hypothecam competere, quando pro eis quoq; fuerit cautus, vt in casu nostro, licet præter necessitatem, ex plenè deductis in prima conclusione, &

vulgatæ sunt decisiones quoad retrotractionem apud *Franch. decis. 677. Griuell. decis. 67. & 133. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 1. num. 27. & seq.* qui alios recenset, quibus addo *Reg. Galeotam controuers. lib. 1. c. 21. num. 2. hæc & si vulgaria, Pars non cogit exarare.*

42. Hancq; retrotractionem in specie fieri nedum quoad sortem principalem, verum etiam quoad interesse exindè decursum post conditionis, siuè diei incerti euentum, in terminis voluerunt *Roderic. loco supra cit. antè nu. 70. qui citat Negus. par. 5. membr. 1. quæst. 5. nu. 10. 14. & 15. Surd. cit. decis. 240. num. 15 in fine, & 16. Bursat. cit. conf. 103. nu. 11. & Reg. de Ponte cit. conf. 77. num. 2. Barz. cit. decis. 108. num. 11. & 12. ceteriq; alij per Costam. recensiti in suo tract. de retrotract. c. 8. casu 31. num. 13. de Ponte cit. decis. 34. nu. 47. & 48. Surd. peroptimè in tract. de aliment. 8. privileg. 49. num. 18. & l. cum oportet, §. finali, C. de bonis, qua liber. ceteriq; alij per nos allegati in prima conclusione, non tam ex natura conditionis, quæ semper retrotrahitur, quàm ex inuolabili decisione text. in l. Lucius. ff. de vsuris, adeò vt & si quodammodò illæ ex conditione potestatiua debitoris non soluentis sortem debeantur (quapropter non procederet retrotractio in præiudicium creditorum, qui medio tēpore contraxerint) nihilominus propter inseparabilitatem sortis ab interesse, conceditur, vt singularitèr aduertunt *glos. in eadem l. Lucius, & in d. l. 1. ff. qui potiores, de Ponte, ceteriq; alij, quos breuitatis gratia omitto* adeò vt vndiq; vt spero remaneat satisfactum doctrinæ *Cassanei, ceterorumq; forsitan per Partem allegatorum.**

43. Remanet adhuc, vt diluamus secundum obiectum prætextu nouationis inductæ virtute contractus censuales, quæ prima facie quidquam obstare videtur, sed illa eadem facilitate, qua prima dissoluitur, & primò expressa protestatione, atq; reservatione ibidem in instrumēto censuali facta, anteriorum iurium, & hypothecarum, iuxta cautelam traditam per *Barl. & DD. in l. elegantèr, ff. de pignor. act. & in l. si quis aliam, ff. de sol. vt rectè præ ceteris, quos viderim in eadem prorsus facti specie obseruat Cassill. decis. 5. num. 5. & decis. 17. nu. 35 illamq; operari nedum respectu sortis, in quo nulla vnquam cōtigit dubitatio, verum etiam interesse, siuè tertiarum, idem *Cassill. cit. decis. 5. num. 39. & decis. 17. num. 35. cum seq. allegat quoq; Milanens. decis. 13. nu. 21. lib. 2. & sic semper in praxi seruatum testatur in**

illo Regno, absq; vlla controuersia, atq; ita in illo casu eodem cum nostro iudicatum refert *num. 46. cit. decis. 17. post solutionem omnium in contrariū adductorum, vt apud eundem est videre, nè aliena transcribam, quem refert, & sequitur idem Reg. Galeota cit. controuers. 56. num. 23. cum seq. vbi egregiè, ac doctè materiam in puncto nostræ quæstionis pertractat, vt nihil addi possit, videndus.*

44. Non me tamen latent rerum iudicatarū in hoc nostro Senatu in contrarium exempla, vt tertiz nempè decursæ durante validitate noui cōtractus censuales, antè illius rescissionem, ex eiusdem contractus die metiantur anterioritatem, licèt sorte principali posteriorem, quādoquidè illa procedunt, quouies diuersæ successiuis temporibus initæ fuerunt venditiones annuorum introituum, ac cum diuersis personis, adeò vt incompatible sit, ac ferè contra contractuentium mentem (qui secundum inierunt contractum censuale, vt primum dissoluerent per medium retrouēditionis factæ, ac quietationis, seù extinctionis primi cōtractus in beneficium debitoris) vt pro vnico pretio binus subsistat contractus censuales, secus in casu nostro, in quo nulla adest incompatibilitas, vt hypotheca illa, quæ vigore dotalis cōtractus tam pro sorte, quàm pro vsuris competeat, transfusa, atq; repetita intelligatur, (prout expressè fuit conuentum sub illa generali reservatione primorum iurium) in ipso contractu censuali, vt quod prius sub nomine interesse debebatur, sub nomine tertiarum cum eadem anterioritate, & hypotheca deberetur differentia, quippè nominis, si verum dicere amamus, vt idem *Regens* meliùs, quàm ipse, disserit loco supra cit. & Pars ipsa non inficiatur, dicit solùm, primum contractum non continere hypothecam pro interesse, quod nimis erroneum est, ex deductis.

45. Hæc omnia comprobantur ex solamet causa dotali, quam semper & vbiq; præcipuam esse nobis constat, illumq; præ ceteris præferre iuris fauorem, vt nunquam eius conditio deterior, sed melior quoquo contractus genere fieri valeat, ad vulg. iura in l. 2. & l. Attilieinus, ff. de pact. dot. *Præs. de de Franchis decis. 54. num. 4. etiam volente muliere, Afflit. decis. 154. & magis præcipuè ad casum nostrum, per quamlibet insolutum dationem, nouationem, delegationem, siuè quemcunq; alium contractum, nunquam primæua iura extinguunt, siuè pe-*

rimi,

rimi, sed semper illa illæsa, atq; integra permanere ad mulieris opus rectè præ ceteris in proprio casu nostro obseruat *Castill. cit. decis. 5. num. 7. ex sing. tex. vbi Bart. Alex. Castrens.* ceteriq; omnes in *l. qui res, ff. de solut.* per quem *tex.* dicit *Angelus* limitari omnia iura Mûdi, dicentia, per dationem in solum extingui primæua iura, vt latius idem *Castill.* cû alijs innumeris Authoribus, quos in vnum coaceruat *D. Consil. Merlin. controu. 27. num. 19.* ad eò vt hæc ipsa veritas apud omnes indubitata permaneat, quãdo cum causa dotis concurrat expressa protestatio, & reseruatio primorum iurium, vt apud *Castill.* citatis *decisionibus*, vbi loquitur in proprio nostro casu, nedum iisdem terminis, quæ refert, & sequitur *Reg. Galeot. loc. cit.*

46 Et nè in hoc aliquis dubitandi scrupulus remaneat respectu incõpatibilitatis, quatenus adesset, prout verè nõ adest, dicimus, atq; fatemur, nõ simul, & eodem tempore, mulierem vtroq; contractu, siuè illorum iuribus uti, ac experiri, sed alternatim, & signanter, ut individualitèr *DD.* loquuntur, quotiès per secundum contractum mulieri non esset consultum, siuè res, uel pecuniæ ei solutæ, uel in solum data, seu uenditæ cuiusmodi paterentur, nemo, inquam, isto casu, ex omnibus, quos uiderim, cõtradicit, mulierem ex integro ad primæua iura redire posse, eò magis unã cum causa dotis accedente expressa illius iurium reseruatione, ut rectè differunt Authores suprà citati, quibus addo *Gratian. discept. c. 759. num. 8. Sebastian. Medicis de nouat. q. 8. vers. decimo quinto nouatio circa dotem non valet, nisi sit utilis mulieri, & satis egregiè de more Antonius Faber in suo Codice, lib. 8. definit. 2. in tit. de euit. in princ. qui loquitur in propriis terminis, & in *defn. 49. in tit. præced. de solut.* & passim omnes alii, quos in unum cõgerit *D. Consil. Merlin. controuers. supra cit. num. 12. & Castill. supra cit. decis.**

Hæc pro articuli veritate, præter tamen causæ defensionem ad claudendum os Partis deduximus, quandoquidè D. Hieronymus remanet nunc consequi, non tertias decursas antè rescissionem contractus, sed interesse ad eandem rationem decursum post illius rescissionem, quo casu nulla unquam contingit dubitatio, eãdem anterioritatem sortis, interesse metiri, iuxta vulgatas decisiones, de quibus apud *Thoram* in suis *compend. & de Marinis cit. resol. 76.*

Vnum tandem in facto aduertendum quæso, pro interesse, siuè tertiis ducatorum 934. dependetium à primo interesse, quòd

istud interesse, quod ad præsens debetur D. Hieronymo, est totum ferè decursum post venditionem factam Ciuitatis Vgenti, ad eò vt illud solui spectat ad emptorè, non ad debitoris patrimonium, seruata forma oblationis, & decreti S. C. desupèr interpositi, illis creditoribus, quibus ab illo die ceptæ possessionis liberanda erat pecunia in computum pretii Ciuitatis emptæ, cuius respectu totum dicitur, & habetur pro capitali, vt passim seruatur in alijs patrimonijs, hæc occurrunt sub rectiori iudicio Dominorum Iudicantium.

Erasmus de Ponte.

S Y M M A R I V M.

- 1 Pater legitimus est successor in bonis filij prædefuncti, sed quandoq; ex pacto, vel consuetudine excluditur, num. 2.
- 3 Consuetudo Ciuitatis Bari, qua incipit Dos à patre, quid disposuit, & n. 4. 5. & 14.
- 6 Pactum, quod fratres extorquent à sororibus in capitulis matrimonialibus de dote eis restituenda, morientibus illis sine filijs, non subsistit, si dos peruenit ex bonis paternis, eoq; magis, si absentibus sororibus interponitur, num. 7.
- 8 Ratificatio alicuius contractus an, & quãdo inducatur, & num. 9.
- 10 Renunciatio, qua fit à filia dum nubit patri suo, operatur, vt dos censeatur appropriata ipsi filia.
- 11 Decisio Præsidi de Franch. 491. declaratur, & num. 12.
- 13 Filius insans matris hereditatem non aditam an ad patrem transmittat, & de intellectu l. si infanti, C. de iure deliber.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pater, qui de omni iure legitimus est successor in bonis filii prædefuncti, sit excludendus à successione dotium maternas, si dotis restitutione dotati promiserit, seruata forma *Consuetudinis Ciuitatis Bari*, quæ incipit *Dos à patre.* Insupèr an vali-

dum

dum sit pactum, quod sæpè sæpius in capitulis matrimonialibus apponi curant fratres, vt decedente sorore dotata sine filiis, vel cum filiis, sed illis in pupillari ætate decedentibus, dos ad dotantes reuertatur, & de aliis ad ornatū *Consuetud. prædictæ, & l. si infanti, C. de iure delib.*

C A P. CLXVII.



Atrem legitimum esse successorem in bonis filij, mortalitatis ordine turbato prædefuncti, tantum est, tam de iure *Digestorum*, quam *Codic.*

& Auth. ita enim habetur in l. iam & si parentibus, ff. de inoff. testam. in l. iure succursum, ff. de iur. dot. in l. scripto hæred. in fin. ff. vnde lib. in l. sancimus, Codic. commun. de success. in §. si igitur, si primo, authent. de hæred. ab intest. venient. & in vulgata authent. defuncto, C. ad S. C. Tertull.

Est tamen verum, quòd quandoq; ab hoc indubitato axiomate receditur, vel ex pacto, quo parentes in capitulis matrimonialibus à filiorum successione se excludunt, prout in hac Ciuitate in matrimonijs, quæ contrahuntur secundum vsam Nobilium Platearum Capuæ, & Nidi, vulgaritèr dictū *alla noua manera*, vel quia in aliquo loco particulare vigeret statutū, vt pater, filio ab intestato decedenti, in dotibus maternis succedere non possit; sed illas dotanti restituere, prout in Ciuitate

Bari, vbi viget *Consuetudo* in scriptis redacta, exordiens, *Dos à patre profecta, sub tit. de iur. dot.* quæ in effectu hoc dicit in summa; *Dos à patre, vel ab alio profecta, muliere dotata sine liberis decedente, ad dotantem redire debet; filiis autè superexistentibus, sed minoribus, adhuc dotanti restituitur, vt ab illo conseruetur, quousquè filii ad maiorem peruenerint ætatem; et si isto interim decederent, vel quocumquè ab intestato, nulla nec in vita, nec in morte dispositione facta, fit locus plenariæ restitutioni, sicquè dos ad dotantem pleno iure reuertitur.*

4 Hac postrema statuti parte attenda in una facti contingentia prætendebat. Doctor Nicolaus Mineus Ciuitatis Polignani, fore cõdemnandum Doctorem Io. Ferdinandum de Pace eiusdem Ciuitatis, ad sibi restituendas integras dotes eidem Io. Ferdinando assignatas, occasione, & causa matrimonij contracti cum q. Antonia Mineo, præfati Nicolai sorore, ex quo filius, qui supersit, ex hoc matrimonio susceptus post menses quinque à die mortis dictæ Antoniaæ dotata è uiuis in pupillari ætate decessit, & in capitulis matrimonialibus reperitur expressè conuentum, inscia tamen Antonia dotata, absente, ac penitus ignorante, vt circa dotis restitutionem obseruari deberet *Consuetudo* prædicta Ciuitatis Bari, quamuis contrahentes exteri essent; contradicebat Io. Ferdinandus, qui filio suo infanti ex omni iure successit, & cõtendebat, casum, de quo agebatur, nullo pacto per *Consuetudinem* præfaram esse prouisum, vnde dubitatum fuit in S. C. vter istorum litigantium meliora iura foueret.

5 *Vincencius Maxilla in comment. ad Consuetud. prædictam* pro Io. Ferdinando respondet, si vnum in facto pro verissimo supponamus, nimirum, dotem à Nicolao dotante assignatam non alitèr ex propria substantia prouenisse, sed cõmunium parentum, vt in facto conitabat, vnde præsupposito hoc, inquit *Maxill. loc. cit. num. 38. 39. & 40.* mulierem decedentem in hoc casu, dotem ad liberos transmittere de iure cõmuni, dictamq; *Consuetudinem* prorsus cessare, quæ, vt ex litera *text.* aperte dignoscitur, loquitur, quando aliquis ex liberalitate, & propria eius substantia dotem tradit, non autè quando coactus ex forma statuti, vt in hoc Regno ex *Constit. In aliquibus*, vel coactus ex testamento paterno, tunc enim, quia nihil dat de suo, cessat *Consuetudo*, quæ prouidet tantum casum, quando dos est profecta à patre, uel ab alio ex propria substantia, & quamuis fratres dotem promittant, quia non ex propria substantia, censentur honoris causa, & tanquàm sororis ministri adhibiti, ut in fortioribus terminis loquitur *Bar. cons. 127. quidam fratres*, & habetur per *DD. in l. que dotis, ff. sol. matr.* & consequentèr, dicit *Maxill.* quòd stipulationem circa dotis restitutionem ipsis faciendam remittere tenentur, id, quod etiam *Maxill.* insequutus firmavit *Sempron. Ascia determ. 170. per tot. num. 6.*

6 Idemq; dicebam Ego, Io. Ferdinandi tuès partes, si Nicolaus huius *Cõsuetudini*

auxilio destitutus, illius dispositione uti vellet in vim pacti, quo mediante contrahentes voluerunt, ut dotis restitutio fieri deberet secundum Consuetudinem Ciuitatis Bari, ac si bona; quæ in dote promittentibus, ipsas Nicolai dotantis propria essent, nam cum, ut modo supposuimus, dotatio contingebat de bonis paternis, & maternis, de tali stipulatione, seu pacto nulla pariter poterat haberi ratio, hic est *text. in l. hereditas*, ubi *glos. notabilis in verb. nulla*, *C. de pact. conuent. super dot.* ubi pactum in instrumento dotali interpositum, ut dos restitueretur illi, cui nullo titulo restitui debet, actionem non parit, sicq; promittentem non obligat, id, quod in terminis, de quibus agebamus uno ore facti sunt *Bal. in l. si auia, num. 19. C. de iur. delib. Luc. de Penna. omnino uidentur in l. 1. a. num. 47. ad 50. C. de imponend. lucrat. descript.* ubi distinguit, quando frater dotem ex sua liberalitate tradit, uel ex patrimonio communis parentis, *Roma. in l. post dotem 41. num. 68. & seq. ff. sol. matr. Cagnol. in l. fin. num. 101. C. de dot. promiss. Maxill. in Consuetud. Barenf. Dos à patre, num. 39. Barbof. in l. 1. par. 4. num. 136. ff. solut. matrim. Petr. de Anchar. satis notanter conf. 434. per totum num. 3.* præfertim sub illis verbis: *cum ergo fratres isti essent et heredes patris obligati ad sororem suam dotandam, postquam igitur promiserunt dotem, licet stipulati sibi fuerint reddi, dictam stipulationem tenentur sorori remittere, quia uidentur persoluisse naturale debitum, ad quod duplici vinculo tenebantur, &c.* *Ludou. Marot. post quamplurimos, quos citat conf. 19. num. 6. Io. Vinc. de Anna alleg. 129. num. 2. Dom. de Franch. decis. 196. num. 3. de qua magnificat Menoch de presump. lib. 3. presump. 10. num. 24. Vinius decis. 9. num. 3. Pascal. de virib. pat. potest. par. 2. cap. 7. num. 22. Ancl. Amat. conf. 54. num. 4. Milanens. decis. 10. num. 18. Aseia de det. 170. num. 6. & alii relati per Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 10. par. 1. nu. 9.* quibus nouissime addimus *D. Reg. Sanfelice. dec. 128. lib. 1.* quæ omnia eo fortius in casu proposito sine controuersia procedere assererem, considerando, pactum prædictum, in scia Antonia dotata, absente, ac positus ignorante processisse, sic enim ex confessione Nicolai dotantis constabat patenter, quo quidem casu Dominos Iudicantes rogavi, ut aduertent, quod non inuenitur Doctor, qui pro pacti ualiditate responderit; nam *Franciscus Molinus*, qui ab allegata *decis. 196. D. Præsidis de Frauchis* recedere uoluit, & post eum *Fontanell. tom. 2.*

de pact. nupt. claus. 5. glos. 10. par. 1. a. num. 13. vsq; & per totum 27. & ante ipsos *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. a. 2. b. v. que ad 205.* expressè loquuntur, quando soror pacto prædicto suum præstitisset consensum, allegantes *tex. in l. maritus, & mulier. ff. de pact. dotal.* secus uero, inquit *Fontanell.* verbis expressis *num. 11.* quando non constat, mulierem, quæ à fratre dotatur, pacto consensisse, prout in casu nostro, sicq; nõ uidebam, quò iure de *Io. Ferdinandi iustitia* dubitari potuisset.

8 Nec pronis auribus audiendū id, quod ex aduerso ad prædicta impugnandam dicebatur, nimirum Antoniam dotatam habuisse notitiam de his, quæ in capitulis matrimonialibus continebantur, ex eo, quod fuit præsens, & consentiens, quando stipulata fuerunt instrumenta receptionis dotium, & renunciationis, in quibus asseritur, recepisse virum dotem eo modo, & forma, prout continetur in capitulis matrimonialibus; siquidem respōdi, dato, quod pactum, cui insisteret Nicolaus dotans, expressis verbis in capitulis matrimonialibus haberetur; illius tamen scientiam Antonia dotata ex tenore stipulationis instrumenti dotalis, & renunciationis nullo pacto habere potuit; in facto enim controuerti non poterat, tempore, quo instrumenta hæc muliere præsentem, & consentientem stipulata fuere, capitulorum matrimonialium tenorem mulieri lectum, & declaratum non extitisse, id, quod ad inducendam ratificationem contentorum in capitulis prædictis, omnino cōcurrere debebat; etenim sine controuersia procedit illa iuris conclusio, nimirum, ut tunc demum dici possit, actum fuisse ab aliquo ratificatum, si constat, hunc talem sciuisse tenorē eius, quod dicitur ratificatum, nam ignorans dici nõ potest, quod cōsentiat, aut ratificet, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. immod. dixerūt* coram iudice, simplicem actus ratificati scientiam non sufficere, sed opus esse, quod ipsi ratificanti legatur tenor contractus, quem ratificat, ita *Oldrad. conf. 324. nu. 10. Paul. de Castr. conf. 465. rifo compromisso, sol. penult. lib. 1.* ubi consuluit, laudi ratificationem etiam iuratam non nocere, nisi ratificantem illud lectum sit, subdens demum, in dubio ignorantiam in ratificante præsumi, *Corne. conf. 165. lib. 2. Cravett. conf. 197. num. 14. Cauatr. decis. 46. num. 103. D. Leo decis. 169. lib. 2.* ubi satis benè loquitur, & *ccius conf. 37. num. 24. Surd. conf. 28. num. 118. lib. 1. Rot. decif. 311. num. 15. pœnès D. Ludov.*

uis. & in terminis, de quibus agimus *decif. 160. lib. 1. in posthum. Farinac.* ubi censuit, renunciationem à sponso factam nomine sponsæ in capitulis matrimonialibus non censi per conjugem ex subsequuto matrimonio ratificatam, nisi probetur, habuisse illam plenam scientiam pacti, in capitulis matrimonialibus inserti, & indiuidualiter *D. Reg. Sanfelix. citata dec. 128.* ubi in terminis pacti in capitulis matrimonialibus circa dotis restitutionem ad fratris beneficium adiecti pro nullitate respondens, addit uerbis expressis, nullius roboris censi præsentam mulieris ratificationem demùm sequutam, ex quo ei non fuerunt lecta capitula matrimonialia, nec eorum tenor declaratus, quorum alter requirebatur, ad hoc ut actus ratificati scientia inducatur; & quamuis non ignorè, *D. Pras. de Franch. in decif. 33. circ. fin. dixisse,* uerisimile non esse, quod mulier, quæ fuit præsens in instrumento dotali, non habuerit notitiam de capitulis matrimonialibus, quæ ibi enunciantur, loquitur tamen perfunctoriè sine lege, aut ratione, immò contra communem omnium sententiam, de qua supra; idemq; respondi *Reg. Rouis. decif. 12. num. 22.* cuius dicta ex superius enarratis prorsus cõfutantur, & si dices, *Anell. Amat. conf. 85. & P. Molfes.* sic paritèr respondisse *conf. 14. num. 3. 4. 5. 7. 9. & 13.* respondeo, benè in casu illo consuluisse, nec contrarium apud nos in Nobilibus huius Ciuitatis (non tamen Magnaribus) defendi posse, ut aliàs demonstrauit; Vnde his stantibus dicebã, quod si Nicolaus actor dotè sorori assignatã sibi restitui petebat, quia dotis restitutio seruata forma *Consuetudinis Barenfis* à Io. Ferdinando uiro fuit promissa, & in uanum laborabat, quia *Consuetudo* illa casum prædictum non prouidet; sed tantùm quãdo dos à patre, uel ab alio de eius substantia proficiscitur: si uerò ex pacto, quia fuit promissa dotis restitutio, iuxta *Consuetudinem Barensem*, ac si esset de bonis proprijs ipsius Nicolai dotantis, & idem, quia cum dos ex patrimonio paterno, & materno proueniebat, & non ex substantia dotantis, ex dictis per *Luc. de Pen. Bald. Anchar. & alios* supra relatos, pactum funditus corruerat.

10 Et eò magis in occurrenti controuersia stante renunciatione Antonie dotatæ, quam Nicolaus frater dotans ad sui beneficium procurauit in amplissima forma, vnde estò, quod uersaremur in puris terminis *Consuetudinis præfatæ*, nimirum, ut qui

dotauit, prout fuit frater, extitisset pater, hæc renuntiatio euidenter facit resultare coniecturam, ut dos ceseatur ipsi filie appropriata, & quod penes ipsam loco portionis legitimæ remaneat, indeq; sequitur totalis huius *Consuetudinis* destructio, cum filij, dotem non à *Consuetudine*, sed tanquã matris heredes assequerentur, & successiue non erit patri dotanti restituenda, ut ab illo, quousq; dotatæ filij ad maiorem peruenirent ætatem, conseruaretur, ac insuper si filij antè legitimam ætatè è uiuis decederent, prout est casus, de quo dubitabatur, dotem ad eorum patrem transmitterent, nec aliter in ea dotans ius aliquod prætere posse, quia cessat *Consuetudo*, ut punctualitèr animaduertit *Maxil. ibidem, num. 21. & 22.* attentè legendus, & de iure communi *Capyr. decif. 176.* per tot. *num. 6.*

11 Sed prædictis omnibus fortitèr obstare videbatur *decif. Dom. de Franch. 491.* ubi fuit dictum, dotem esse restituendam fratri dotanti, quamuis ex bonis paternis, & matris obuentam, stãte pacto in capitulis matrimonialibus inito, quod muliere decedente sine liberis, uel cum liberis; sed illis in pupillari ætate decedentibus, dos ad dotantem rediret; cum demùm fuerit factus casus mortis mulieris ab intestato, prout in casu proposito, licet cum liberis, illis tamen in pupillari ætate postea defunctis, ergò argumentabatur ex aduerso, pactum hoc ualere, quamuis dos à fratre dotante, promittatur, & soluatür, non ex sua liberalitate; sed ex bonis paternis, & matris, & uti coactus ex *Conf. Regn. In aliquibus.*

12 Responso est nimis patens relegendi *decisionem Domini Præsidis*, quam ad casum, de quo agebamus nullo pacto applicari posse, constantèr affirmauit; etenim in causa illa, super qua orta fuit decisio, fuerat præsentatum instrumentum dotalè, ex quo constabat, matrimonium fuisse contractum secundum usum Nobilium huius Ciuitatis, vulgò dictum *alla noua manera*, quo attentio pater, & mater à filiorum intestata successione sunt pœnitèr exclusi, & habentur uti prorsus extranei, siuè ac si in Mundo non essent, ut omnes Nostrates vno ore faxi sunt, quos retuli *Ego lib. 1. cap. 70. num. 15.* cum *seqq. & cap. 142. num. 13.* non sic attentata *Consuetudine Barensi*, per quam in vno dumtaxat casu pater non succedit filio suo in dotibus matris, nimirum quando qui dotauit est pater, uel si alius de propria substantia, & ex mera liberalitate dotem dedit: vnde cum aliàs de hoc in S. C. dubi-

ta ri contigisset, hoc dumtaxat ponderato, nimirum quod *Consuetudo* prædicta Ciuitatis Bari non conueniebat cum more, & vsu nostrorum Nobilium, qui dicitur, *alla noua manera*, (quàmuis in postrema impressione *Consuetudinum* dictæ Ciuitatis ex errore fuerit addita illa verba, concordat cū *Consuetudine Capuana*) S. C. iudicauit, patrē à filiorum successione exclusum non esse, sic attestante præstantissimo D. Regēte *Heftore Capycio* *Latro dec. 53.* quam, rogo, reuideri, quia loquitur in casu fortiori, nām *ibi* dos à patre constituta fuerat, licet tempore mortis dotata, & demum vnus filij ex illo matrimonio procreatæ, dotās viuis haud reperiebatur, quo fit, vt dicamus, oppositionem factam prorsus cessare.

13 Cessabat pariter & alia, quæ fiebat, nimirum lo. Ferdinandum ex alio filio infanti succedere non potuisse, cum non constaret, eundem filium, nec ipsum patrem nomine filij matris hæreditatem adiuisse, sicquē illam ad patrem nullatenus trāsmittere potuisse; nām respondi Primò, aliqua in facto proponi, ex quibus constabat, patrem filij infantis nomine matris hæreditatem adiuisse. Secundò, quando hoc cessaret, dixi, satis vulgatam esse iuris dispositionem, de qua in *l. si infanti, C. de iur. delib.* nimirum, vt matris, vel aliorum hereditas ad filium infantem delata, & per ipsum non adita, eo demum mortuo, ad patrem transmittatur, ac si ipsi infanti quæsitæ fuisset; nec, quæso, dicatur, *tex. in d. l. si infanti* esse hodiè correctum, ad tradita per *Guid. Pap. decis. 300. & Mart. vot. 121. nu. 2.* nām respondetur, illius legis correctionem iure nouissimo attento, in hoc dumtaxat considerari, vt scilicet ad solum patrem non transmittatur hereditas, vt ea lege cautur; sed etiam ad matrē, ad fratres, & ad sorores ipsius filij defuncti, vt benè aduertit idem *Marta* loco cit. & *Raubinus* omninò videndus. in *additio. ad Guid. Pap. ead. cit. decis. 300.* sub illis verbis: *Præterea in ea l. si infanti* *decisum est, eam hæreditatem ad solum patrem transmitti: hodiè verò cum omnes succedant vnà cum patre, remanebit ea lex in hoc correctæ, quia non solum ad patrem; sed ad fratres, & sorores ipsius filij defuncti transmittatur ea hereditas filio debita,* Hęc ille. Quibus addimus multa ad propositum discussa per *Thef. decis. 88.* vbi *filius in addit.* & quàmuis noster *Capyc. in decis. 176. num. 26. & seq.* contra id, quod firmauerat *num. 15.* videatur affirmasse in dote, vt scilicet in illa, quæ est pœnès patrē, *text. in d. l. si infanti* non procedat, sicquē vt dum

à filio non fuit quæsitæ, ad patrē non transmittatur, est tamen aduertendum, quod hæc *Capyc.* asseueratio ad rem nostram non pertinet, siquidem recitans ille theoricam *Bal. in l. dos à patre, C. solut. matr.* loquitur in terminis illius vulgatæ quæstionis, an dos à patre profecta, ad eundem redire debeat, filia cum filijs defuncta, de qua inter nouissimos Scribentes latè, & doctè per *Thef. dec. 190.* vbi *filius* addens, & in hac quæstione voluit *Bal.* quem in eadem facti specie, *Capyc.* insequitur, vt si filius matris hæreditatem non adierit, & decesserit, quod dos, quæ est pœnès patrē sit restituenda suo materno dotanti, subdens, quod hoc est ipsa veritas in dote, quæ ex *Martini Consuetudine* retinetur per patrem, nām cum *Consuetudo* hæc filiorum fauore sit inducta, eis cessantibus, & decedentibus antè agnitam dotem, ad patrem illam non transmittant; at casus, de quo agebatur erat satis diuersus, cum in eo dos fuerat promissa, non à patre, sed à fratre dotata mulieris, & de bonis paternis, & maternis, in quo quidem casu non cadit disceptatio, de qua in *d. l. dos à patre*, vltra quod *Capyc.* attentis terminis quæstionis præfatæ, intelligit, *Bal.* loqui in alio, quàm infante, quia in infante, est speciale, dicit ipse, vt transmittatur ad patrem, ex dispositione *d. l. si infanti.*

14 Quare, his omnibus sic stantibus, nimirum per *Consuetudinem Barensem*, quæ incip. *Dos à patre*, casum restitutionis, quādo dos promittitur à fratre de bonis communium parentum non esse prouisum; sed dumtaxat quando traditur, & assignatur à patre filiam nuptui tradente, vel ab alio ex mera liberalitate; ac insuper improbari pactum, quod ex dolo, & temeritate, vt dicit *Lucas de Penna* loco cit. exquirunt fratres sororē de bonis paternis, & maternis dotantes, vt moriente illa sine liberis dos ipsis restituatur, (& hoc dico Ego, siuè demum moriatur dotata ex testamento, siuè ab intestato, nām cum pactum ex superioribus probatis, pro non appposito habeatur, nulliusquē sit importantiæ, nil refert, quod mulier testata, vel intestata decedat, ad finem, vt pater, qui filii sui hæres euasit, vti illius successor non abstringatur ad obseruandum id, quod lege repugnante vti maritus promisit, prout in puncto scripsit *Anchar. citato conf. 434. col. 2. vers. ex quibus,* & in simili loquebatur *Bart. in l. filiusfamil. 2. ff. de solution. Paul. de Castr. in l. filie 23. C. de pat. & Dec. in l. quod initio 29. num. 3. ff. de reg. iur.*) ex hoc sequi dicebam, Nicolaum actorem in instituto

judicio nullum bonum fouere ius, ac pœnitens aetione carere, sicquē Io. Ferdinandū reum conuentum omninō absoluendum.

Hæc causa pender adhuc indecisa, credo, quod Partes se concordauerunt.

S Y M M A R I V M.

1 Pecunia destinata ad prædiorum emptionem an inter immobilia connumeretur, & nu. 2.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an pecunia ad prædiorum emptionē destinata inter immobilia connumeretur, ita vt in terminis statuti deferentis mobilia in beneficium viri, vxore in matrimonio præmortua, talis pecunia minimè veniat.

C A P. CLXVIII.

Pecunia ad prædiorū emptionem destinata, fuit aliàs dubitatum, an inter immobilia connumeretur, ita vt in materia statutaria deferente mobilia in beneficium

viri, vxore in matrimonio præmortua, prout in Statuto Ciuitatis Auerſæ Regni huius, talis pecunia minimè veniat?

Respondeo, in hoc articulo ad eodē Doctores variasse, vt quæ nam sit communis opinio discerni minimè possit, vt videre est pœnès Boer. qui omnes recenset decis. 209. & Tiraquel. de retract. sanguin. glos. 7. nu. 106.

in casu tamē proposito magis communiter concludunt, talem pecuniam immobilium appellatione contineri, per text. ab omnibus singularem reputatum in l. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. tutel. vel utili action. idquē ea quidē ratione, quia destinatio in casu, de quo quaritur, tolli non potest, cum maritus talem pecuniam ex pacto in capitulis matrimonialibus adiecto omninō in emptionem conuertere tenebatur, & hoc modo, qui contrariam tenuerunt partem, intelligendi sunt, nimirum cum destinatio tolli possit, sicquē procedunt di-

ca per Alex. Ias. & alios in l. cetera, §. si. ff. de legat. 1. vt ait Socin. qui hoc sanè modo Doctorem opiniones in hac re concordat conf. 249. num. 27. vol. 2. Rolan. à Val. tract. de lucro dot. quest. 91. num. 16. & seq. Io. Lup. in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 38. num. 7. vers. & pecunia, & Io. Gutierrez. tract. de tutel. & curis, par. 2. cap. 5. à num. 41. & ita aliàs Sacrum Cōsiliū iudicasse inueni ad fauorem cuiusdam Victoriz Cannetellæ, referente tunc Domino Consiliario Riccardo, prout habeo ex quodam manuscripto docti Iuriconsulti.

S Y M M A R I V M.

1 Minor ætatis annorum duodecim an pro graui delicto pœna ordinaria puniri possit, & n. 3.
2 Minor ætas in atrocissimis an excuset à pœna ordinaria, & nu. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an minor in duodecimo suæ ætatis anno constitutus, atrocissimum cōmittens delictum possit pœna ordinaria puniri, vbi decisiones Sacri Consilij, & M. C.

C A P. CLXIX.

Pœna ordinaria, fuit mihi relatum, satis annis superioribus, in nostra Magna Curia cōtrouersum fuisse, an esset plētendus quidam seruus annorum duodecim, qui cum duobus associatus Dominum suū occiderat.

Pro Reo difficultas faciebat, quia cum proximus erat pubertati, annorum scilicet duodecim, glos. in §. pupillus, Instit. de inutil. stipul. Farinac. in tit. de pœn. temper. quest. 92. num. 9. tali casu pro ipso pronuntiandū videbatur, ex text. in l. 1. §. impubes, ff. ad S. C. Syllanian. vbi clarè dicitur, quod impubes seruus, vel ancilla nondum viri potens, non in eadem causa erunt, ætas enim excusationem meretur; & hanc sententiam, quod in grauibus delictis minor ætas à pœna ordinaria excuset, tenuerunt glos. in l. fere

in omnibus in vers. si criminaliter, & vers. aut est atrox, de reg. iur. Aret. in §. in summa, num. 1. de oblig. qua ex delict. nascun. & in trac. maleficio. in verb. scienter, & dolose, post nu. 12. Joseph Ludou. decis. Lucen. 17. num. 42. part. 1. Rola. conf. 77. num. 8. vol. 3. Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 30. Caldas in repetit. l. si curatorum, in verb. vel aduersarij, num. 61. C. de in integ. restit. Gram. decis. 23. num. 12. Clar. in §. fin. quest. 60. num. 1. in fine, & alij, quos cōgerit Gram. loc. cit. quibus addo Ric. decis. 77. par. 1. & Gomez. varian. resol. tom. 3. cap. 1. à num. 62.

3 Contrariam tamen sententiā, quod talis impubes, cum sit pubertati proximus propter grauiissimum scelus sit pœna mortis afficiendus, probant duo iura, quæ ad hoc allegat Bald. in l. administrantes, §. qui corporis, ff. de excus. tutor. scilicet tex. in l. si arrogati, ff. de tutel. vbi I. C. ponit causas, ex quibus finitur tutela, & inquit, si impubes deportabitur, igitur minor ætas non excusat à pœna ordinaria. Secundo allegat tex. in l. excipiuntur, ff. ad S. C. Syllania. vbi quāuis impuberes serui à Senatusconsulto Syllan. excipiantur, intelligitur de illis, qui sub eodem testō erant, & nihil fecerant; ceterū si ministri, vel participes cedis fuissent, quāuis nondum puberes fuissent, vt rei intellectum capere possent, nō est eis parcendum, & hic est casus noster, & licet hic tex. loquatur de supplicio, de morte intelligitur, l. unica, C. de raptu virg. ibi, merito mortis damnatus supplicio, &c.

4 Ex hoc tex. apparet responsio ad text. in d. l. 1. §. impubes, qui pro cōtraria adducitur sententiā, loquitur enim de impuberibus, qui erant cum Domino in itinere, vel sub testō, & auxilium ei non præstiterunt, tunc enim minor ætas excusat, & hanc sententiā, quod in grauiissimis minor ætas non excuset, quin pœna mortis sit imponenda, tenuerunt Bald. in d. l. administrantes, §. qui corporis, & in authen. Sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. glos. in l. auxilium, §. in delictis, in vers. atrocioribus, in fine, de minor. & in l. ferè in omnibus, vers. aut atrocissima, de regul. iur. Petr. de Bellaper. in l. 1. C. si aduers. delict. vers. si autem queritur, col. 2. vbi Cyn. num. 1. Anchar. in cap. 1. de delict. puer. nu. 4. Alciat. in d. l. ferè in omnibus, de reg. iur. Gandin. in tract. de pœn. reor. col. 10. num. 30. per tex. in d. l. auxilium, §. in delictis, in 2. sui par. Ozerius in tit. de iur. natur. gen. & ciuil. in prin. Affl. in Const. Minorum iura, notab. 5. Duen. regul. 259. limita. 7. Plac. in Epito. delict. cap. 32. num. 5. Vulpel. conf. 101. per totum, & præcipuè nu.

13. & 14. vbi sic consuluit in causa duorum parricidiorum, Brun. à Sol. in suo compen. iur. vers. minor capax mali, fol. 135. Joseph Ludou. decis. Lucen. 17. nu. 55. & 72. qui refert, fuisse se suspensum puerum minorem quatuordecim annis, qui vna cum Grassatoribus viarum tenuit abenas equi iter agentis, dum eum in via publica derobauerunt, Farinac. in tit. de pœn. temper. quest. 92. num. 106. qui refert, tempore Gregorij XIII. sic fuisse seruatum in quodam adolescentulo, qui cū esset particeps fugæ, quam præparauerat facere quidam ab Arce, fuit per pedes suspensus, & hanc magis communem fatetur idem Farinac. num. 108. licet ipse intelligat, duobus concurrentibus, nempe quod sit maior quatuordecim annis, & quod Princeps consulatur, & secundum hanc opinionem practicari Romæ testatur citatus Vulpel. vbi sup. Gramm. in Constit. Reg. tit. de restit. minor. num. 7. vbi sic bis fuisse decimum testatur, Foller. ad Maran. 4. par. dist. 1. nu. 83.

7 vbi latè tenet, propter enormitatem criminis pœna mortis minorem plecti, et secundum hanc opinionem Sacrum Consilium iudicasse in quodam sodomitico fatetur, et demum sic fuisse decimum in S. C. de filio minore, qui patrem occiderat, testatur D. de Franch. decis. 230.

Cum igitur hæc sententiā iuribus, et rationibus, et tantorum Doctorem auctoritatibus nitatur, et pluriès sic in S. C. recepta, dicendum est, iudicandi consuetudinē inductam esse, vt per eundem D. de Franch. decis. 230. quod enim per duas vices fit, solitum dicitur, Affl. decis. 305.

8 Ex his apparet, quod Doctores, qui contrariam tuentur partem, non loquuntur in atrocissimis delictis; sed tantum in atrocibus, vt ipsimet distinguunt; ad quæ omnia accedat, quod licet apud Doctores sit controuersia, vtrum Iudex teneatur ratione minoris ætatis minorare pœnam, de qua per Foller. ad Maran. loco cit. et D. de Franch. dec. 230. tamen, vt idem de Franch. fatetur, ad tollendam omnem dubitationem fuit edita Regia pragmatica, sub tit. de minor. per quam est dispositum, esse Iudici arbitrariū minorare pœnam, et tale arbitrium non subiacere necessitati, considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, et delictorum reiteratione.

9 Præterea minor à crimine læsæ Maiestatis nō excusatur, Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 49. num. 12. sed occidens dominum suum, incidit in hoc crimen, Bart. in l. 1. §. occisorū, num. 3. ff. ad Senat. Conf. Syllan. vbi ait, quod

ex sola scientia quis poena mortis non ple-
ctitur, nisi sciat, delictum esse commissum
in Principem; inquit deinde, idem esse, si sciat
filius, delictum committi in patrem, vel ser-
uus in dominum, et sequitur idem *Bart. in*
l. vtrum, nu. 3. ff. de parricid. quare fuit ser-
uus praedictus, quamvis puer per M. C. ad
mortem condemnatus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pena pecuniaria, quae a lege, vel statuto pro aliquo delicto applicatur, nam debeantur Baronibus, quando in eorum Terris delicta illa patrantur, & nu. 2. 3. 6. 7. & 8.*
- 4 *Delictum facere, quod non est, ad supremam pertinet potestatem.*
- 5 *Princeps potest facere de non delicto delictum.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, cui nam sint applican-
dae poenae pecuniariae, quae a
Principe imponuntur aduer-
sus illos, qui eiusdem supre-
mi domini decreta contem-
nunt, Fisco nimirum Regio,
vel Baronibus inuestitis in
eorum Terris, & Castris de
mero, & mixto imperio, &
de alijs.

C A P. CLXX.



Poenae pecuniariae, quae a
legibus et statutis Fisco
deferuntur, fuit alias du-
bitatum, num ipsi solum
debeantur, vel potius
Baronibus inuestitis in
Terris, et Castris de
mero, et mixto imperio cum concessioni-
bus poenarum, et proventuum?

Pro ratione dubitandi videbatur pro Fi-
sco respondendum, cum verba legis, vel sta-
tuti transfiguranda non sint, *l. non aliter, ff.*
de legat. 3. hocque in terminis voluit *Foller.*
in prag. 5. de administra. vniuers.

Contrarium tamen verius esse non du-
bitamus, facta namque inuestitura de me-
ro, et mixto imperio, veniunt omnes poe-
nae, et Barones in Fiscum locum subintrant,

Boss. in eius prax. in tit. de poenis, num. 23. et in
tit. de regal. num. 15. Cara. in rit. 44. nu. 8. post
Capyc. decis. 185. num. 4. Tbes. decis. 132. vbi
filius in additio. qui pro Barone vasallo de
mero, mixtoque imperio inuestito per Sen-
atum illum decisum referunt, Nass. conf.
34. num. 9. lib. 2. et 346. num. 9. quem citat,
et sequitur D. Reg. Constant. in l. 1. num. 24. &
seq. C. pan. fiscal. cred. praeser. lib. 10. hocque
3 *nullam habere difficultatem asserunt cita-*
ti Doctores in delictis de iure prohibitis, et
cognitis; sed si nouiter poena addatur ex
statuto faciente delictum, quod de iure non
erat, vt in nonnullis dominorum Proregu
Regni huius Bannis, et Pragmaticis, videam-
us, quid dicendum? Dom. Praes. de Franch.
decis. 434. refert, quod cum fuisset emana-
tum bannum, vt nemo incederet per Ciui-
tatem vendendo bona vetera sub poena,
triennialis remigationis, cumque fuisset
captus vnus, qui erat subditus Artis Lanarum,
Consules artis petierunt remissionem ad
eorum Curiam, et dum Magna Curia illam
denegasset, sub praetextu, quod dictus in-
quisitus contrauenerat Domini Proregis
banno, de cuius executione tractabatur,
per quod erat effectum delictum, quod te-
mpore concessionis priuilegij Consulibus ar-
tis praedictae non erat concessum, appella-
tione ad Sacrum Consilium interposita,
discussoque negotio, Magnae Curiae decre-
tum reuocatum fuit, & causa remissa ad
Consules artis praedictae, & ita alias deter-
minatum per Senatum Sabaudiae in casu si-
mili testatur Ameda. de Ponte in suis quast.
laudem. quast. 29. ab eodem D. de Franch. re-
latus, sicque semper fuisse seruatum in M. C.
in discussione causae praedictae referebat
D. Antonius Orificius, tunc Sacri Consilii
Praeses, & olim M. C. Fiscum patronus.

Ex quibus post *Foller. in eius prax. crim.*
in verb. audiantur excusatores, num. 137. &
Tbes. loco cit. Reg. de Ponte. in suo tract. de po-
test. Proreg. in tit. de prouiso. feri solis. §. 3. nu.
29. firmat, nam licet de suprema sit autho-
4 *ritate delictum facere, quod non erat de*
iure communi, tamen eo ipso, quod dedu-
cta est ad actum, consumpta est potestas
cum legis publicatione, & sic intrat autho-
ritas infeudati generaliter ei concessa, non
tanquam quid nouum respectu suae cogni-
tionis, sed tanquam quid antiquum vigore
iurisdictionis concessae generaliter contra
5 *delinquentes, & sicut Princeps potest face-*
re de non delicto delictum, sic & est contra
de delicto non delictum, & vti Baro debet
esse contentus in vno, in alio eidem suffra-

gari debet, quod tamen idem *Reg. de Pont.* limitat loco cit. nu. 40. si speciatim Princeps pœnas has sibi reseruaerit, uti nouiter impositas, quo casu, dicit ipse, nec Barones possent conquiri, cum nil sit eis ablatum.

- 6 Observandum tamen, quod *Præs. de Franch.* in allegat. *decis. 434. in fine*, aliter refert fuisse seruatum in causis contrauentionum bannorum circa venditionem frumenti, & contrauentionem in pretijs per *prægm.* statutis, in quibus dicit, semper cognouisse Regiam Curiam, non autem Barones, hocquæ optima ratione decisum, tanquàm in differenti, et speciali casu, uoluit *Reg. de Pont. d. 9. 3. num. 46.* ex præsumpta mente statuentis, sic demùm legem declarantis, ob suspicionem Tribunalis Baronum, qui uel solent esse principales, ut plurimum in contrahendo, uel possent subditos indebitè vexare, causa sibi applicandi omnia frumenta, et demùm carò uèdere, quod non procedit in ceteris delictis indifferentibus, sequitur *D. Reg. Constant. in d. l. 1. num. 25.* ubi aliud tradit exemplum.
- 7 quando Baro omninò incapax esset cognitionis illius criminis, quod noua constitutione prohibetur, ueluti si supremus Princeps sub certa constituta pœna alicuius rei extractionem à suo Regno, uel Ditione prohiberet, nam cum huiusmodi prohibitiones fiant supremi imperij uis, ac potestate, quæ à Principis persona nullo pacto separari potest, nec in alterum, quibuscunq; uerbis, ac clausulis, etiam amplissimis transferri, Barones de his, qui in illam legem committant, nec cognoscent, nec molctas exigent, quia eorum persona supremi imperij incapax est, citat ad id *Menoch. conf. 604.* et refert, nunquàm in his casibus delinquentium remissionem ad Barones in hoc Regno factam fuisse, et in fortiori casu citat *Reg. Moles*, qui affirmauit in suo *Opusculo* manuscripto *de iure tractarij*, hanc procedere conclusionem, etiam si Baro ex supremi Domini concessione tractatum ius haberet in eius Baronia, ita ut si quid inde extraheretur, portorium sibi solueretur, et si quis vectigal illud fraudaret, res, quæ in commissum incideret, ipsi Baroni applicaretur, nam si deindè Princeps ex causa à sua Ditione iusserit, nè frumentum, uel uinũ extraheretur, et quis illius Baronis subditus contra hanc Principis iussionem uenerit, pœnam nõ Baroni, sed Regi, siuè supremo Domino debebitur, et ita in facti contingentia per Regiã Cameram decisum testatur, rationibus per eum adductis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pensio imposita super beneficio, quod est de iure patronatus Regis an soluenda sit, si super tali impositione Summi Pontificis consensus non interuenit, & nu. 2. 5. 9. & 11.*
- 3 *Simoniam an committatur, ubi beneficium confertur cum onere, quod Beneficiarius singulis annis alicui certum quid præstet.*
- 4 *Simoniam committitur, ubi clericus, ut beneficium facilius consequatur, maiorem pensionem, quam beneficium ferre potest soluere promittit.*
- 6 *Census super beneficio Ecclesiastico à patronis imponi non potest, et quæ sit pœna patronorum imponensium, num. 7.*
- 8 *Beneficia absquæ ulla defalcatione conferenda sunt.*
- 10 *Pensiones imponi non possunt à Prælati inferioribus Sum. Pontif.*
- 12 *Pensio num imponi possit à Sum. Pontif. super beneficijs ad Regiam præsentationem spectantibus.*
- 13 *Beneficij collatio ubi nulla fuerit, num pensionis reseruatio super eodem beneficio facta nulla quoquæ censenda sit, & num. 14.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an præsentatus à supremo Principe in beneficio, quod est de ipsis iure patronatus, & iam in illo institutus cogi possit ad soluendum pensionem ad alicuius fauorem à præsentante impositam, si adhuc literæ Apostolicæ super imposita pensione impetratæ non sunt. Papa num possit imponere pensionem super beneficijs ad alicuius supremi Principis præsentationem spectantibus, & de alijs.

C A P. CLXXI.



Penſio impoſita à ſupremo Principe ſuper beneficio, quod eſt de ipſius iure patronatus, dubitari contingit, ſum à præſentato in illo beneficio ſolui debeat, dum

pèſonarius literas Apoſtolicas ſuper impoſita penſione impetrare non curauit?

De hac quæſtione ſuperioribus annis in hac Ciuitate dubitari contingit; nãm cum Inuiſiſſimus Rex noſter Barenſem Prioratum Capellano ſuo contuliſſet cum onere certæ penſionis aliquibus assignanda, intendebant penſionarij abſq; literis Apoſtolicis, & Summi Pontificis conſenſu, impoſitam annuam exigere penſionem, quam Reuerendiſſimus Prior ſoluere reſuſcibatur; quare dubitatum exitit, an id de iure prætendi poſſet? Et per hæc, quæ ſequuntur media ſcio, contra penſionarios

quæſtionem fuiſſe reſolutam, tamen penſio hæc aut conſtituta cõſideratur tanquã debitum perſonale præſentati, aut verò tanquã beneficij onus, primo enim caſu, id cõſetur pactum ſimoniacum, cum temporale per ſpirituale daretur, ita *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. & Conarr. var. reſol. lib. 1. cap. 5. poſt n. 4. verſ. ſed ſi quis beneficium,*

aſſerentes, conferentem beneficia ex pactione, vt certam pecuniam, vel alterius rei quantitatem quot annis habiturus, beneficium alteri det, ſimoniam cõmittere, & generalitèr verior, & communior eſt ſententia Theologorum, & Canonistarum, vt indiſtinctè pro quibuſcunq; beneficijs datio pecuniæ, ſeu rei temporalis, ſimoniam à iure diuino prohibitam inducat, probat *D. Thom. quodlib. 5. q. 10. art. 2. Caiet. in tr. aſſ. de ſimo. tom. 2. traſſ. 9. q. 1. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 5. art. 2. circa med. Nauar. in manual. cap. 23. n. 20. verſ. quinto, quod in his, aliq; plures.*

Hinc dicimus, in ſimoniz labem incurrere clericum, qui vt faciliùs beneficium conſequatur, maiorem penſionem, quàm beneficium ferre poſſit, ſoluere promittit, cum tale pactum illicitum ſit, *cap. cum clerici, de pact. V. in i. in præſ. iur. patro. p. 2. lib. 13. cap. 9. num. 40. & lib. 5. cap. 5. nu. 85. & ſeq.*

Si autè penſio hæc cõſtituta cõſideratur tanquã beneficij onus, & verius videtur in hoc etiã caſu, abſq; Summi Pontifi-

cis diſpenſatione nullatenus imponi, vel induci poſſe, cum rerum Eccleſiasticarum ſaperet alienationem, quæ abſq; Sedis Apoſtolicæ decreto fieri nequit, vt in *extrauag. ambitioſe, de reb. Eccleſ. alien. vel nō. & ob hanc rationem probat Abb. & DD. in c. prohibemus, & in c. præterea, de cenſibus, cenſum ſuper beneficijs Eccleſiasticis à Patronis minimè imponi poſſe, idemq; probant Card. Zabarel. aliq; communiter per illũ *tex. in elem. 1. S. nonos cenſus, de exceſſib. Pralat. & probatur expreſſè, con-**

6 cessionem ad vitam, iuris, ac bonorum Eccleſiasticorum alienationem cenſeri, præter allegatam *extrauag. ambitioſe in elem. 1. in verb. ad vitã eius, vbi gl. & omnes de reb. Eccl. non alien.* Et de conſeſſione ad beneplacitum, quæ ad vitam extendi poſſet, vt prohibita ſit rerum Eccleſiasticarũ, probant *Corn. conſ. 245. nu. 5. vol. 3. Dec. conſ. 204. nu. 5. ac latiſſimè Redoan. traſſ. de reb. Eccleſ. non alienan. q. 2. cap. 47.*

7 Pœna autem conſtituentis cenſum ſuper Eccleſiasticis beneficijs, præter iuris patronatus priuationem eſt alia arbitraria imponenda, iuxta *tex. & ibi notata per gloſ. Hoſt. Io. Andr. Abb. & alios in cap. grauis, de cenſib. & præter alias ea videtur grauifſima, quæ imponitur quouis modo uſurpantibus bona, & iura Eccleſiastica in cap. vlt. ſeſſ. 22. Sacri Trid. Conc.*

Secundò, prohibita eſt retentio fruſtũ, vel conſtitutio penſionis in collatione beneficiorum, abſq; conſenſu Summi Pontificis, cum beneficia omnia abſq; vlla deſalcatione conferenda ſint, ex *tex. in c. unico, de Eccl. benef. ſine diminut. conſerant. in cap. maioribus, cap. tua fraternitatis, & in cap. cum cauſa, de præben. & conſ. i. quis præben. 9. q. 3.*

9 Tertio, quòd penſio exigì non poſſit abſq; expreſſo Summi Pontificis conſenſu, & ſi ſoluatur, literis non expeditis, cõmittatur ſimoniam, & cõfidentiam, expreſſiùs firmat *Nauar. in manual. c. 23. ſub n. 111. et in conſ. 52. de præben. et in conſ. 37. et 52. de ſimon. Paris. de conſid. benef. q. 43. Garz. de benef. p. 4. c. 2. n. 45. quos citat, & ſequitur Viſian. loco cit. c. 2. n. 20. & probatur in d. cap. unico.*

10 Hinc eſt, quòd hodiè de ſtylo Romanæ Curie Summo Pontifice inferiores penſiones ex quauia cauſa imponere nō poſſunt, *Sot. de iuſt. et iur. lib. 9. q. 7. art. 2. Rebuff. in præx. beneficia. tit. de reſeruat. n. 29. Garz. de benef. par. 1. c. 5. S. 2. n. 340. Graff. deciſ. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 49. n. 19. par. 1. Vi-*

uan. d. cap. 9. nu. 10. vbi citat *elmo. 1. v. lit. pend.* & *Gigan. de penson. q. 6.* nec in Romana Curia conceditur confirmatio pensionis impositæ ab Ordinatione, sed de nouo, si iusta fuerit, imponitur, vt statuit *Alex. 1. l. de signat. grat.* vt refert idem *Rebuff. loco cit. n. 19.* Ratio huius conclusionis est, quia iura prohibent pactiones, & conuentiones, nedum conditionaliter, sed etiam sub modo super spiritualibus, alias esset simonia, *c. cum pridem, c. fin. de pact. c. tab. il. 3. de simoni* quæ pactiones in pensione soluenda necessariò concurrunt, merito impositio, & solutio pensionis prohibita est, nisi salvo, & referato Summi Pontificis consensu; quare fuit resolutum in casu proposito, non potuisse Regem nostrum mandare Proregi huius Regni, vt cogeret Priorem ad pensionis solutionem, cum Summus Pontifex adhuc suum non præstiterat consensum, quod etiam resolutum fuisse allegabatur tempore Imperatoris Caroli, qui super eodem Prioratu confirmatam imposuerat pensionem, mandando tunc Priori ad soluendum compelli, & per Cotlaterale Consilium fuit prouisum, super sedenda esse solutionem prædictam, ex eadem ratione, quia literæ Apostolicæ super imposita pensione impetratæ non erant.

12. An autem possit Summus Pontifex super beneficijs ad laicorum præsentationem spectantibus, absq; illorum consensu pensionem imponere? communiter affirmant *DD.* vt constat ex *Gigan. de penson. q. 23. nu. 8. 11. & 12. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dubit. 38.* & ita per *Rot.* decisum testatur *Serraph. dec. 1264.* & alij, quos ipse citat, quibus addo *Vinnian. d. c. 9. nu. 22. & Rice. in 1. par. prax. Eccl. res. 183.* sed hac potestate Summos Pontifices vfos esse nunquam audiui, & vide *Garz. de benef. lib. 1. cap. 5. n. 361.* qui dicit, quod Papa non solet imponere pensionem super beneficio iurispatriatus laicorum.

13. Quæro insuper, an vbi beneficij collatio fuerit nulla, pensionis reservatio super eodem beneficio facta, nulla quoque sit censenda, vide *Rier. in 1. par. prax. Eccl. res. 369.* vbi satis eleganter negatiue respondit, ad quod probandum inter alia, quæ considerat, est illud, quod fuit resolutum circa gratiam Coadiutoris; etenim si quis de ea fuerit prouisus cum futura successione, quauis Coadiutus antequam Coadiutoria solum sortiatum effectum, moriatur, tamen altera gratia futura successione ad 14 fauorè Coadiutoris remanet; citat *Pat.*

dec. 98. lib. 2. & Gonzal. de alternat. gl. 5. S. 9. n. 56. vbi s. 129. insuper dicit, quod quando gratia est nulla quoad prouisum debentur fructus non idcirco in pensione, quæ debetur, si postea de nouo impetratur per aliorum, nulla reservata pensione in illa secunda gratia collationis.

Post hæc scripta in articulo principali obferant *D. Reg. Reus.* qui in *cons. 59. lib. 1.* multa satis notanda scripsit, quæ etiam aliqua etiam noscitur; sed in alio caso *Stabann. cons. 20.*

S V M M A R I V M

1. Pignus in creditaris utilitatem, sed si curritatem datur, quod seu fructus ex fundo pignoris a creditore percipi, in sortem debitam computantur.
2. Pactum, vt creditor ex fundo pignoris fructus percipiat loco interesse, quando debitor utatur pecunia, an de iure subsistat, & n. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. & 12.
8. Vsuras ex mutuo percipi, iure canonico prohibetur, nisi ratione lucris cessantis, et d. imm. emergentis.
11. Interesse recompenfatuum in casu fructibus omni iure permissum.
13. Emptor rei cum pacto de retrocedendo, fructus suos facit, quamuis excessus, nec in sortem computans tenetur.

A R G V M E N T V M

Agitur, an pacto conueniri possit, vt creditor pro vsu pecunie, quam debitori dedit, valeat ex fundo in pignus sibi tradito fructus percipere, sicq; vt quando debitor utatur pecunia, creditor lucretur fructus, & supposita validitate pacti, quid dicendum, si valor fructuum commensurato interesse datæ pecunie excedere decem pro centenario, & de alijs notabilibus, ad ornatum *lex. in l. 1. et 2. C. de pignor. action. in l. ea l.*

ge, C. de usur. in cap. illo vos, extra de pignor. in cap. 2. & in cap. conquestus, extra de usuris.

C A P. CLXXII.



Ignus, cum non in creditoris utilitatem; sed securitatem detur, P. Salas de contract. tit. de usur. dub. 28. merito tam iure civili, quam canonico cautum esse cōperimus, ut fructus ex fundo pignōrato à creditore percepti, in sortem debitam computentur, ità de iure civili sancitum est in l. 1. & 2. C. de pignorat. actio. & in l. 1. C. de distract. pignor. & de iure canonico in cap. illo vos, extra de pignor. & in cap. 2. & in cap. conquestus, extra de usuris.

2 Sed quandoquē dubitari solet, an conclusio hæc procedat pariter, vbi contrahētes pacto convenirent, ut creditor ex fundo in pignus tradito fructus percipiat loco interesse pro usu pecuniæ, quam debitori dedit, ut nimirum quandiu debitor utatur pecunia, creditor lucratur fructus; vulgò in Regno contractum hunc, *godere à godere* appellamus.

3 In hoc dubio alij, pactum hoc validum esse affirmarunt, alij negarunt, alij distinctione vsi sunt, Affirmarunt glos. in d. l. 1. in verb. *minimò*, C. de distract. pignor. Alber. in l. ea lege, C. de usur. Francisc. Balduin in tract. de pignor. & hypoth. cap. 1. 6. Gayl. pract. obser. lib. 2. obser. 3. & satis notatè Mysing. singul. obser. cōm. 6. obser. 71. nec videtur dissentire Boer. decis. 44. num. 34. & seq. fundatur sententia hæc in l. si ea pactione, & in l. si ea lege, C. de usur. vbi pactum hoc propter incertum fructuum euentum nullatenus rescindi posse sancitur; posset enim dari casus, ut pauci, aut nulli fructus nascerentur, & tamen creditor, qui pignus possidet, cōntētus esse debet, nec contrarium postulaturus. Negarunt Bal. in d. l. 1. C. de distract. pignor. vbi dicit, cauendum esse à glos. *ibidem*, dum pro pacti validitate respondit, Negus. in tract. de pignor. 5. memb. 5. par. num. 1. 3. quo loci expressis verbis dicit, pactum hoc non valere, sicquē fructus in sortem computari debere, idemquē Canalcan. decis. 48. num. 32. & decis. 49. num. 33. par. 2. Cacher. decis. 143. vbi sic pro pacti invaliditate contra Alber.

4 sententiam per Senatum illum decisum, testatur, excepto si aliundè probaret creditor, qui pignus possidet, pecunia sua tantundem lucratum fuisse, ad quantum fructuum perceptorum valor ascendit, quia tunc non usura; sed legitimum dicitur interesse, Sebastia. Medic. in tract. de compensat. part. 1. q. 6. nu. 9. vbi dicit, pactum hoc uti usurarium non valere, Io. Lup. de usur. comment. 3. §. 6. nu. 10. Thef. decis. 78. vbi affirmatiuam sententiam, quæ in iuribus supra allegatis fundatur, nullo modo hodiè procedere posse, ait de iure canonico, cui in materia usurarum, & peccati standum est, Salas in tract. de contract. tit. de usur. dub. 28. num. 6. vers. sed quid, vbi dicit, usuram præsumi, adhuc si debitor à principio fructus ex fundo pignōrato percipiendos creditori donauerit, ac etiam si ob merita donatio fieret, Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num. 6. vbi num. seq. subdit, ut hoc procedat, tam in pignore conuentionali, quam prætorio, Menoch conf. 110. nu. 7. & 8. Castil. contro. iur. lib. 3. cap. 23. nu. 65. & August. Barbos. alijs omissis in collect. ad text. in d. l. 1. nu. 3. C. de pignorat. actio. & in d. l. si ea pactione, num. 4. & 5. C. de usur. vbi expressè firmat, de iure canonico verius esse, pactum cum creditore initum, ut possit ille fructus pignoris retinere ratione interesse, absq; eo, quod compensentur cum sorte, non valere, nisi tamen aliundè creditor interesse probet. Distinctione autem mihi videtur, quod vbi est glos. in d. l. si ea lege, in verbo non possunt, dum dixit, illius l. dispositionem bene procedere, quando probabiliter dubitatur, an ex fundo pignōrato tot fructus percipiantur, an verò minus, quia consuetum fuit quandoquē minus, quandoquē tantum accipi, ceterum si cōmuni opinione indubitabile videtur tantum percipi, quod legitimum usurarum modum excedit, pactum initum, quatenus est ultra legitimum modum, rescindatur, adhuc si aliter contingere posset, id, quod clarius explicat Salyset. in eadem l. si ea lege, & in l. cum non frumentum, C. eod. tit. de usur. de quo in hac materia meminit Ant. Gamboa decis. Lusit. 110. num. 34. vers. *seprimò*.

7 Quid dicendum? certè, si in hac cōtrouersia dubitandi rationem perpendamus, facilis erit propositi dubii resolutio, ea est enim, quia creditor verè pecuniam mutuo dedit ei, qui fundum in pignus tradidit; vnde si verum est, iure canonico prohiberi
8 verbis expressis, ne ex mutuo usuræ percipiantur, cap. consulu, extra de usur. dum

creditor fructus percipit ex fundo pignoro, verè, & realitèr exigit vsuras pecunię mutuo datę, id, quod prohibetur omnino, & successiue pactum initum de lucrands fructibus ex re pro accepto mutuo pignorata, prorsus improbat, & hæc est ipsa veritas, sed quia adhuc iure canonico attento, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, ex mutuo potest vsura, seu interesse exigi, vt probant Canonistę communiter, signanter *Anchar. & Ant. de Butr. in cap. salubritèr, & Abb. in cap. conquestus, de vsur. Syluest. in sum. in verb. vsura 1. nu. 19. & ceteri Summistę*, consequenter in his casibus sustinebitur pactum de lucrando, seu compellendo hos fructus, ex fundo pignoro percipiendos cum interesse, vsque tamen ad summam vsurarum permissarum, ita *Bald. in d. l. I. C. de distract. pignor. Soc. sen. cons. 29. num. 27. vers. circa tertium, lib. 1. & cons. 19. num. 4. lib. 3. D. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 8. num. 18. vbi num. 22. addit*, in solito negotiari ratione interesse posse a principio pacisci, vt fructus pignorum, primùm in vsuris, demùm in sortem computentur, idemq; probant alii relati a *Gaito in suo tract. de cred. cap. 4. quest. 8. num. 1007. cum pluribus seqq. diceretur enim hoc interesse recompen-*

XI *tium cum fructibus, & interesse recompen-*

XII *satium, seu vsurę recompensatiuę omni iure permittuntur, vt de receptissima omnium sententia testatur Io. Bap. Lup. in l. curabit, C. de actio. empt. & in comment. de vsur. comment. 1. §. 7. quem citat Gait. loco proxime citato, vnde notemus in praxi, quod cum in hac materia, tam in foro fori, quam in foro poli standum sit his, quę per sacros Canones, ceterasque Pontificias Constitutiones statutum est, vbi*

XIII *contingerit, huiusmodi contractibus initis, debitorem velle demùm fundũ pignoratũ e creditorũ manibus reacquirere, teneri creditorem illum, si ex fructibus perceptis aliquod exegisset ultra decem, pro centenario, quod lucrum ex sua pecunia mutuo data verosimilitèr consequi potuisset, teneri, inquam, illud plus in sortem computare, nisi probabiliter sustinuisset periculum ex re pignorata, aut nullos, aut paucos percipiendi fructus, & in hunc sensum accipio glos. in d. l. si ea lege, in prima par. nam, quod ratione huiusmodi periculi fructus ex re creditori in pignus tradita minus valeant, adhuc si deinde damnum aliquod non sequatur, & integri percipiatur, docent DD. quos citat Bonacin. tract. de mu-*


tu. disp. 3. quest. 3. punct. 5. id, quod quando

XIV *casus contingerit, in prudentis Viri arbitrium, facti qualitate considerata remitto: ad euitandum autem hos scopulos, & vt securius, tam in foro fori, quam in foro conscientię contrahatur, existimauit P. Salas cit. dub. 28. num. 5. vt melius sit, huiusmodi contractus non per pignorationem, sed mediante venditione cum pacto de retrovendendo celebrètur; hoc enim modo, quia rei dominium transit in emptorem, bene iste fructus rei, quam emit suos facit, quia de re propria illos percipit, & successiue in sortem computare non tenebitur, id, quod verum esse, ait Panorm. in cap. ad nostram, de emptio & vendit. quamuis in eo contractu ex parte venditoris læsio ultra dimidiam iusti pretii interuenierit, quia res emptæ est emptoris, pactum enim de retrovendendo pretium minuit, ex quo per illud grauatatur emptor, l. fundi partem, ff. de contrab. emptio.*

Alia in hac materia videntur sunt apud *Arias de Mesa var. lib. 3. cap. 46. per totum, vbi doctè loquitur.*

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegium concessum a Rege Federico, ceterisq; de domo de Aragonia an a Rege nostro sit obseruandum, & num. 3. 9. 10. 13.
- 2 Privilegium per non vsum decem annorum amittitur.
- 3 Reges Ferdinandus Primus, & Secundus, Alphonsus Secundus, & Federicus an fuerint legitimi possessores Regni Neap. & num. 12.
- 4 Rex Catholicus successit in hoc Regno Regi Alphonso primo, & num. 16.
- 5 Reges nostri Austriaci an teneantur obseruare gesta per Reginam Ioannam Secundam.
- 6 Rex Alphonsus successit Regine Ioanna Secunda per adoptionem.
- 7 Privilegium si refertur in alio privilegio, nullius ponderis est, si non producitur.
- 8 Dominium, & possessio solo Regis privilegio transferuntur.
- 9 Rege Alphonso vica sancto, in paternis Regnis successit Ioannes eius frater secundogenitus.
- 10 Rex Ferdinandus Primus fuit filius adulterinus Regis Alphonsi Primi.
- 11 Rex Catholicus an tenebatur obseruare gesta per Reges Aragonicos Regni huius Neap.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an privilegium concessum à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonso II. & Federico de Aragonia sit à Regibus nostris Austriacis servandū. Privilegiū per nō vsū amittatur. Reges nostri Austriaci an teneantur servare gesta per Reginam Ioannam II. & de alijs notabilibus ad materiam pertinentibus.

C A P. CLXXIII.



Privilegium cuidam feudatario concessum, nūdinas in die Sabathi cuiuslibet hebdomadæ in certo loco sui feudi faciendi, cum à successore primi concessionarij his diebus in Collaterali Consilio præsentaretur, quia concessum apparebat à Rege Federico in anno 1499, dubitabatur, an esset illud executioni demandandum?

1. Igo de his consultus negativè respōdi, duobus potissimūm perpensis, Primò, quia non constabat, prædecesores istius, qui privilegium producebat, eo vsos fuisse, sicq; dicebatur, communem subintrare iuris conclusionem, nimirum per nō vsū decem annorum privilegium amissum esse, ad *tex. in l. 1. ff. de nundin. Bar. in l. fin. num. 6. ff. de constit. Princip. Felin. in cap. cum accessissent, num. 37. de constit. Camill. de Medic. cons. 63. Reg. Tap. in l. fin. c. 1. num. 5. p. 6. de Constitut. Princip. aliq; plures, quos refert, & sequitur *Mastrill. decis. 96.**

2. Secundo, & melius, privilegium hoc concessum apparebat à Rege Federico, cuius factò Rex noster potentissimus stare non tenetur, sciunt enim nostrates, Reges nostros Austriacos, qui nunc regnant, & qui, Deo bene adiuvante, pro sanctæ fidei tuitione regnabunt vsq; ad cōsummationem Mundi, non esse abstrictos ad observandum contractus, & privilegia concessa à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonso II. & Fe-

derico de dōmo Aragonæ, quātmuis dicamus, fuisse eos Regni huius legitimos possessores, & Reges, sed tantūm tenentur habere rata gesta per Alphonsum I. legitimū Regē, cui legitimè paritèr successerat Rex Catholicus, eius ex fratre nepos, immortalis memoriz, itā satis disertè *D. Reg. Loffred. cons. 4. num. 18. & cons. 21. num. 12.* vbi dicit, nunquā vidisse, privilegia dictorum Regum fuisse in his Supremis Tribunalibus executioni demandata, nisi prius à Rege Catholico, vel Cæsarea Maiestate Imperatoris Caroli confirmata apparerent, id, quod paritèr in pluribus locis advertit *D. Reg. Reuert. signantèr in decis. 87. p. 3. in manuscr. ptis, alias 286. secundū meam compilationem, & post eum satis elegantèr, prout de more D. Reg. Moles in decis. 10. art. 9. hic imprimendo, in tit. de iure devolut. nisi concessionarij essent in possessione rerum, per hos Reges concessarum, quia tūc procederet dispositio *pragmatica sanctionis* Regis Catholici editæ Thori.*

3. Nec suffragari quod dicebatur, privilegium Regis Federici fuisse cōfirmatorium alterius Serenissimæ Reginæ Ioannæ II. cuius gesta, dubitandum non est, quod Domini Reges nostri servare tenentur, cum huius Reginæ per intermedias personas Regis Alphonso I. & Regis Catholici legitimi dicantur successores, nam si dicimus, Regem Catholicum successisse Alphōso I. suo patruo, hic ex legitima adoptione successit Reginæ Ioannæ II. vt ex nostratibus notat *Frecc. de subfend. lib. 1. in tit. de antiquo statu Regni, num. 38. & de hoc nunquā fuit dubitatum, vt facili quidem modo cerni potest ex decis. per Sacrum Consilium in decis. 207. penès D. de Franèb. (vbi cum in anno 1578. Domini D. Fabricius, & Don Ferdinandus de Sylva, filij Domine Vincentiæ Oriliæ in Sacro Consilio declarari petijssēt, eos gaudere debere honoribus, et prerogatiis Sedilis Capuanæ, et hoc ob privilegium à dicta Serenissima Regina Ioanna Domino Carolo Oriliæ cōcessūm, nimirum vt eius posteri per lineā femininam gaudere potuissent in vna ex plateis nobilibus huius Ciuitatis, dummodò essent nobiles, et quod in alijs Ciuitatibus Regni non gauderent, dato termino in causa, constitutoq; de istōrum Dominorum præclarissimā nobilitate, è domo, et familia Pastranzæ Ducis Hispaniarū Magnatis, non aliter de huius privilegij validitate, quia concessi à Regina Ioanna II. dubitatum extitit, sed de alijs parvi momenti,*

quibus

quibus reiectis definitiua sententia mediante, quam legi, pro actoribus per S. C. iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum decifum extitit, seruata forma priuilegij prædicti) etenim dicebam, quòd licèt hæc vera sint, non tamèn casui proposito suffragari poterant, ex quo non constabat de priuilegio præfatæ Serenissimæ Reginæ, nisi per verba enunciatiua, à Rege Federico in dicto priuilegio prolata, et ex Partis assertione, ibi, *sic paritèr confirmantes priuilegium Serenissimæ Reginæ Ioanna Alexandro auo dicti Ioannis de faciendis nundinis prædictis, aliàs concessum, prout asseritur, &c.* vnde dùm istud non producebatur, istaq; verba ad Partis suggestionem prolata apparebant, relatu erat omninò probandum, vt per *Rip lib. 2. respons. c. 6. et in l. ad mouendi, num. 36 ff. de iureiur. Bellon. conf. 36. per totum, Bertazzol. de clausul. instrum. claus. 21 glos. 26. antè num. 2. vers. secundò, quando Princeps*, et alii, vnde remanente solo priuilegio Regis Federici, non poterat Collaterale Consilium illud exequi facere, nisi à Domino Rege nostro prius confirmaretur, in cuius libera, & absoluta voluntate, residet, an velit confirmare, cum nullo pacto de iure teneatur, stante, quòd dicto Regi non successerit, vt per *Regentes Loffred. & Reuerter. in locis citatis, & Moles in d. art. 9. cuius verba sunt.*

Decifio Domini Regentis Moles.

10 Sed in illa causa postmodùm mafus dubium occurrir, quòd incidentèr hic subnectimus, nam cum Serenissimus Rex Catholicus disposuerit de Casale Marcianisij in beneficium Ciuitatis Capuz, non alitèr, reuocando titulum præcedentem, quem de Casale prædicto à Rege Ferdinando II. de anno 1495. Dux Termulanorum, habebat, an ex hoc Rex noster Serenissimus, tanquàm hæres Regis Catholici teneretur restituerè prædicto Duci pretium dicti Casalis, & sic eidem obseruare priuilegium prædicti Regis Ferdinandi II. in quo maximè fuit hæsitatum, quia non habebat dubium, quòd priuilegium prædicti Regis Ferdinandi erat in se validum, tanquàm factum à vero Rege, & pacifico huius Regni possessore, qui concesserat Casale prædictum Duci Termulanorum propter sua seruitia, quæ satis egregia fuerunt in personam dicti Regis Ferdinandi II. vt narrant *Historia*, ex cuius priuilegij verbis erat translatum dominiũ, ac etiam possessio, prout dicunt *Doctores*, quando Princeps ex solo priuilegio posses-

sionem transferre intèdit, vt in Rege Apulez dixit *Bald. in l. 1. in finalibus verbis, C. de rer. permut. Andr. in prælud. feud. & in c. 1. tit. quibus mod. feud. constit. potest, & in c. 1. de capit. Corrad. Dec. conf. 191. col. 1. & cum præ-*
 12 dictus Rex Ferdinandus II. verus, & legitimus Rex huius Regni fuisset, eius factum à successore suo obseruari debebat, etiam quòd non fuisset hæres suus vniversalis in hoc Regno, vt notat *Alb. de Rege Manfredi huius Regni in l. digna vox, C. de legibus, & ibi omnes, & Canonista in c. 1. de probat. vb. Bal. Imol. Abb. & alii, firmat etiam And. in prælud. feud. in 3. par. in vers. & licèt depositus fuerit Imperator, quem refert, et sequitur latè Loffred. in conf. 38. vers. quòd ad secundum.*
 13 Sed his non obstantibus decreuimus in Collaterali Consilio, habita præmatura discussione sub die 3. Octobris 1572. in prædicta causa Ducis Termulanorũ, quòd Rex Catholicus, et successiuè Rex noster Serenissimus eius hæres non teneatur ad obseruantiam dispositorum per Regem Federicum, et eius prædecessores, quia Rex Catholicus venit in Regno, tanquàm hæres Regis Alphonsi I. exclusis Rege Ferdinando I. et successoribus eius, nam Regina Ioanna Regem Alphonsum Aragonensem adoptauit, ipseque Regnum pacatum obtinuit vsq; ad annum 1458. eoq; demũ
 14 sine legitima sobole vita functo in paternis Regnis Aragonum successit Ioannes eius frater secundogenitus, qui et Nauarreg erat Rex, ex quo natus est prædictus Rex Ferdinandus Serenissimus, qui et Catholicus Rex fuit postea nominatus, ad quem proindè legitima huius Regni successio spectauit, excluso Ferdinando I. præfati
 15 Regis Alphonsi filio spurio, et adalterino, quippè nato ex Alphonso iam vxorato, qui nulla lege legitimari poterat, vt in specie in successione Regni, et in Rege Aragonum, quòd Papa non potuerat legitimare, filium naturalem in præiudicium fratris secundogeniti, firmat *Alex. conf. 2. num. 7. vers. septimò confirmo, vol. 1. ex cumulatis per Io. Dominic. & Gemintan. in cap. grandi, de suppl. neglig. prælator. in 6. Ideò Rex ipse Ca-*
 16 tholicus Ferdinandus non venit in hoc Regno vt hæres, nec vt successor Regis Federici expulsus, sed ex persona Regis Alphonsi primi patris, et in aliis Regnis paternis sui successoris, ac ex propria inuestitura eidem facta per Alexandrum VI. Pontificem Maximum in anno 1501 et priuatione ipsius Regis Federici, et ex aliam maiori *Bulla Iulii II. Pontificis maximi*

de anno 1510, ubi Integritati Regni concessit eidem Regi Catholico, in quibus investituris etiam reseruat sibi Rex iura, quae in praedicto Regno per prius obloque nona eius investitura competebat, dicens *El Reyne, que nos pertinet, inaximè quia ex peruncta, & iuribus Regnorū Aragoniz etat hoc Regnum quæsitum, & ei unitum, & in mandatis dicitur* Ferdinando magno Capiteano pto acquisitione Regni contra Federicū vadē eū Rege Gallorū, secundum dictam investiturā Alexandri VI. dixit, pro recuperatione Regni, quod vnex nobis competit, idēq; etiam nunquam voluit vovari Ferdināns III. vnde *Loffred. in conf. 4. n. 18. & in conf. 21. n. 12.* firmavit, Regem praedictum Catholicum non teneri ad obseruantias promissorum per Reges Ferdināndū I. Alphonsum II. Ferdināndum II. & Federicum, non quod ipsi illegitimi fuerint Reges, quia stāte legitimatione Ferdināndi I. & inefficitā Pontificum, veri, & legitimi Reges interim fuerunt, qui *superstitis, ff. de acquir. heredit. & per alia allegata per eundē Loffr. com. 38. n. 18.* sed Rex Catholicus non venit in eorū successor, & idēd tanquā Rex noua electione, & ex noua investitura tenebatur, vt per eundem *Loffred. d. conf. 4. & per Precesam, qui de eodem meminit de subfendilib. 3.* in 27. q. in materia assensus, itamq; interpretationem Regni huius Prudentes perpetuō habuerunt, nimirum vt Rex Catholice de factis praefatorum Regum praedecessorum non teneatur, nisi in his, quae per eundem Regem, per hanc *pragmaticam* editam Thori fuerunt confirmata, & secundum ipsam interpretationem iudicauimus in causa praedicta, vt videri poterit decretum in hōto rotorū Camera anni 1577. die 3. Octobris, referente D. Alphonso de Salazar.

7 Procurator lites contestata an in prauidium tolligantis reuocari possit, ipso Procuratore consentiente, num. 9. 10. & 11.

ARGUMENTVM

Agitur, an Procurator, qui lite contestata, eo inuito a principali constituenta absque causa reuocari prohibetur, possit eo consentiente reuocari in prauidium tolligantis, alio non constituto, vbi singularis observatio D. Io. Ang. Pisanel. cum decisionibus S. C.

CAP. CLXXIV.



Procurator ad lites, si ad negotia constitutus, quod censetur reuocatus, quoniam principalis alium in negotio, vel sic constituit Procuratorem, quamuis expresse illum non reuocauerit, est tamen ad litem in eum inuisibile 14. extra de procur. & in l. si quis cum procuratorio 31. §. Iulianus ait, ff. de d. lit. id, quod ibi Bal. Ang. Paul. de Galfr. & alij procedere dixerunt, quamuis hic, qui secundo loco est constitutus, inuisibile mandatum non acceptauerit, vt adhuc primū mandatum reuocatum dicatur, idemq; Io. Andr. in c. si duo in glos. 1. de procur. in 6. Rot. dec. 20. n. 1. circa fin. vers. praeter dādo secundum, de procur. in nouis, Boer. dec. 347. n. 4. vers. ita enim censetur, V. ant. de nullit. sent. ex defect. mand. n. 265. & Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 36. n. 13. & 14. ad id expedientes tex. in §. posteriora, in ff. quib. mod. testam. in fin. vbi primū testamentū tollitur per secundū, quāuis, qui in secundo est haeres institutus, hereditatē repudiauerit, quod tamen hinc DD. signanter Boer. n. 7. nullatenus procedere dixerunt in electione Vicarij Episcopi; hic enim si postquam Vicarium sibi creauerit alium elegerit, primus, nisi exprimat, reuocatus non censetur, ad quod facit tex. peregrinus in l. 1. C. de offic. praesent. orb. quem vidē.

3 Est tamen principalis conclusio in principio

capio

- S V M M A R I V M.**
- 1 Procurator ad lites an, & quando per constitutionem noui Procuratoris reuocatus censetur, num. 3.
 - 2 Primum testamentum quando per secundum tollatur.
 - 4 Procuratoris reuocatio non intimata nihil operatur.
 - 5 Beneficij collatio facta a Vicario Episcopi reuocata an valida sit censenda.
 - 6 Reuocatio simplex illius actus an, & quando operatur.

cipio firmata intelligenda, quoties reuocatur Procurator ante litem contestationem, nam si post, per constitutionem secundi primus reuocatus non censetur, hoc. n. sine causa cognitione fieri prohibetur, vt bene declarat *Baron d. S. Iulianus*, ite vbi Procuratoris reuocatio ad Iudicis, vel Aduersarij notitia deuenerit, quia alias si de ea scientiam non habuerit, non impediretur, quominus procedi posset ad vteriora in causa cum eodem Procuratore, quantumuis reuocato, sicq; acta omnia cum illo facta post reuocationem non intimata, legitime facta dicerentur, probatur hoc ex his, que habentur in *l. enic. C. de satisfact. in l. si Procurator absentem, C. de procur. & vti obiq; Bari. & Balisem in l. 1. §. sed ego, ff. quod iussu, ip. e. ex parte decani, extra de rescript. in l. mandato, ff. de procur. in eadem de renunc. per Cyn. in l. mandatum, C. m. ad. & per Io. And. in e. fin. de procur. in 6. que quide iura, & DD. ad praedicta probatum allegat *l. de Anania c. 5. in princ.* vbi expressè dicit, reuocatio ne non intimata, nihil operari, illaq; absq; notificatione perfecta non dici, & demum n. 7. hæc omnia melius declaras, sic loquitur, *postremo istud sic probatur, iura primo loco allegata, & similia, qua dicunt, intimatione reuocationis fieri debere, ad hoc vt post ea gesta per Procuratorem non teneant in praiudicium Domini, loquitur in actibus iudicialibus, qui regulariter sunt irretinabiles, & non iterabiles, iuxta notata in l. 2. C. de sent. an breuiloq. recitanda. & idem a quibus est, qd si intimatio facta non sit, actus teneat, cum non sit, cur imputari possit Iudici, vel Parti, qui ea ignorabat, & c. idem q; satis bene Præf. Papiens. in form. resp. lib. in actio. hypothec. in c. q. incipit mandatum reuocatum, n. 3. vbi dicit, semper quod Principalis post lite contestata vult suam reuocare Procuratorem, opus esse, qd certioretur tã Procurator, quã Aduersarius, id, qd corroboratur ex alia magis cõni conclusionem illorũ Doctõrũ, qui voluerunt, validã fuisse collatione beneficij factã à Vicario Episcopi reuocato, dum collationis tempore reuocatio ei notificata nõ fuerat, itã *Calder. conf. 4. in tit. de offic. legat. vbi cõsultuit, gesta per Legatũ post reuocatione à Papa in publico Cõsultorio factã, fore omninõ valida, p̄supposito, quod ad eius notitiã reuocatio non peruenerit, conclusionem reassumens, qd simplex reuocatio sine illius notitia nõ impedit, nec prius actione aliã legitime gestã post reuocatione***

in praiudicium gerentis, vel eius, cui quo gestũ, siue iudicialis sit, siue extraiudicialis, allegat *lex. in cap. ex parte de omnibus de rescript. idem, Roman. sing. 58. fuit questio Roma, & ibi Additus, Robus. in p̄. benef. in tit. de simon. in resig. n. 34. Decret. cit. dec. 347. n. 12. Comarr. præf. quæst. 9. n. 7. vers. secunda cõclusio, ibi, sic Ludovic. Rom. in suis singularib. asserit, & c. & alij.*

7 Sed dubitatur vtiliter, cum Procurator lite contestata, eo inuito absq; causa à principali constituyente reuocari non possit, vt sunt iura nimis clara in *l. post litem, ff. de procur. in l. Procuratoribus, C. cod. & in c. 2. vbi gl. in verb. nolite, eod. tit. in 6. & bene per Bar. iura cõcordantẽ in d. S. Iulianus ait, num Procuratore ipso cõsentiente valeat Principalis in praiudicium colligantis illũ reuocare, nemine abũ constituyendo? hæc questio potest contingere, quando reus, vel etiã actor in litem progressu agnosces, malã fouere causam ad defatigandam aduersarium, exiitẽ à loco iudicij absens, Procuratorem constitutum eo cõsentiente reuocaret, nõ aliter aliam cõstituens, & hoc ad finem vt ad vteriora in causa procedi non posset, vnde eo casu dubitari posset, an reuocatione non obstãte possit cum Procuratore reuocato procedi aliã de hoc cõsultus affirmatiue respondi, cum receptissimũ sit, in reuocatione Procuratoris post lite contestatã nõ solum ipsius Procuratoris cõsensũ requiri, sed et aduersarij colligantis, ex quide ratione, quã ponit *gl. 2. in d. l. post litem*, ne propter personarũ mutatione aduersarius oneretur, vnde isto dissentiente dicendũ est, reuocatione nullius esse roboris, & momenti, & per consequens in casu, de quo queritur, bene poterit cum Procuratore reuocato ad vteriora in causa procedi, videatur *Abb. in r. auditis, n. 8. de procur. sub illis verbis, sed saluando hanc lecturã,**

9 non tamen in proprijs terminis possumus dicere, quod post litem contestatã non potuit remoueri Procurator sine causa, cõtradiciente aduersario, in teres. n. aduersarij, vt Procurator sine causa nõ reuocatur, ne varietur iudicium mutatione personarũ, vt probatur in *l. post litem, in ead. l. qua omnia, & ibi gl. ff. eod. tit. & vide gl. in cap. 2. infra eod. lib. 6. hæc ergo reuocatio cum non appareat de causa legitima, nõ valuit aduersario contradicente, & idem potuit ferri sententia, Procuratore reuocato, & c. hæc ille, Petr. de Anchar. in d. c. n. 2. de procur. in 6. per hæc verba, Tertio*

noto in verba postea, quod post litem contestatam Procurator inuitus non potest à Domino reuocari, eo ergò volente reuocatio fieri potest, quod intellige verum; etiam consentiente aduersario, qui potest resistere huic reuocacioni, sicut ipse Procurator, nisi causa subsit legitima, vt in l. qua omnia, in 2. resp. ff. eodem, per litem enim contestationem Procurator cum eo quasi contraxit, vt l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. quem quasi contraxit non potest Procurator, vel Dominus dissoluere sine causa, aduersario inuito, & c. idemq; Philipp. Franc. in eod. c. 2. num. 5. ibi; sine enim causa reuocari non posset, etiam Procuratore volente; nisi aduersarius consentiret, & c. Felin. in cap. ex parte decani 33. n. 27. extra de rescript. quo loci Ancharan. & Abb. recitat theoricam per hæc verba, & dicit ibi Petr. de Anchar. in 3. notab. quod quando reuocatio fit post litem contestatam, non sufficit, quod fiat volente Procuratore, sed etiam requiritur consensus aduersarij, quia per litem contestationem Procurator quasi contraxit cum eo, l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. quem quasi contraxit non potest Dominus, vel Procurator dissoluere, aduersario inuito, vt ibi idem dicit d. Abb. in cap. auditis, vers. sed soluendo, de procurat. quia interest aduersarij, vt Procurator sine causa non reuocetur, ne varietur iudicium in mutatione personarum, & c. idemque scripsit noster Gallupp. in praxi S. C. part. 2. c. 8. num. 31. & 32. sicq; aliàs de anno 1505. fuisse per Sac. Consil. decisum testis est Magnus I. C. D. Io. Ang. Pisanellus hanc eadem tuens sententiam in obseruatione, siue annotatione sua manuscripta 23. cuius verba sunt hæc.

Jesus, Maria.

10. Habui dubium in Sacro Consilio, an litigans per Procuratorem lite contestata poterit sine causa reuocare mandatum volente Procuratore? videbatur, quod sic, nam text. in l. post litem; ff. de procur. dicit, quod Dominus post litem contestatam non potest ab inuito Procuratore litem in se transferre sine iusta causa, ergò à volente sic, pro hoc facit glos. in l. si Procuratorem, ff. de procurat. in glos. fin. quæ vult, quod quando Procurator post litem contestatam patiat, se moueri, idem est, ac si lis non esset contestata, & ita illam glos. allegat Bari. in l. r. de. col. vers. ulterius oppono, C. de satisfan. & quia in casu isto altera Pars contradicebat reuocacioni, dicebatur, quod supradicta intelligebantur, quando esset differentia inter Procuratorem, & Dominum super reuocacione, quia Dominus vult reuocare,

& aduersarius non contradicit, & tunc si Procurator consentiat, vel sit presens, istud habeatur pro causa, & non requiritur aliqua causa, sed quando aduersarius contradicit reuocacioni, & dicit, quod non potest fieri, tunc solus consensus Procuratoris non sufficit sine causa, ita Abb. in cap. auditis, vers. sed saluando hanc lecturam, de procur. Petr. de Anchar. in c. 2. de procur. in 6. 3. notab. vbi Franc. col. 2. vers. in glos. in verbo nolente, Felin. in cap. ex parte decani, col. penul. vers. postremò scias, ibi, nota ex glos. de rescript. refert primò glos. in d. l. si Procuratorem, de iudic. Petr. de Anchar. & Abb. & quamuis in sua illatione, quam in d. cap. ex parte facit Felin. videatur transire cum glos. tamen ipse loquitur, quando aduersarius non contradicebat, & ita intelligitur dicta glos. & in hanc partem inclinarunt Domini de Consilio, & tunc D. Antonius de Ianuario dixit, quod aliàs in anno 1505. in principio sui Præsidentatus fuerat simile dubium inter Baronem Sereni cum Comite Gryptariæ, & fuerat ita decisum, et tunc fuit visum decretum in posse Vincetii Saponi Actuarii tunc Sacri Consilii.

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Proximioribus de familia vocatis an concurrere possint illi, qui post ordinatum fideicommissum nati sunt, & nu. 2. & 5.
- 3 Tex. in l. cum ita, §. in fideicommissio, ff. delegat. 2. declaratur, & verus illius intellectus traditur, & nu. 8.
- 4 Tempus, quo euenit casus succedendi inspicendum est in successiombus, quæ purè sunt.
- 6 Nati in vita Testatoris an in successione fideicommissi preferantur natis post mortem, quando proximiores de familia vocati sunt, et nu. 7.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an vbi proximiores de familia vocati sint, casu, quo filius, qui à patre hæres instituitur sine filijs mori contingeret, conditione purificata, ad succedendum admitti possint, tam nati tempore mor-

tis fideicommittentis, quàm postea, qui in eodem gradu reperiuntur, ad ornatum, & veram intelligentiam *lex. in l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2.*

C A P. CLXXV.



Proximos de familia, cum à quodam testatore vocati essent, ubi contingeret, filium, què instituebat heredem sine liberis mori, purificata conditione, ad succes-

sionem concurrebant, non modò illi proximiores, qui tempore mortis testatoris nati erant; sed etiam & alii postea geniti, qui in eodem proximitatis gradu reperiuntur; unde circa hoc, quid iuris dubitabatur?

Qui natorum tempore mortis testatoris partes tuebantur, ad exclusionem illorum, qui postea nati fuerunt, dicebant, esse de hoc decisionem individualement in *l. cum ita 33. §. in fideicommissis, ff. de legat. 2.* cuius verba sunt. *In fideicommissis, quod familiae relinquitur & ad petitionem eius admitti possunt, qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quando testator moreretur; & qui ex bis primo gradu procreati sunt: nisi specialiter defunctus ad posteriores voluntatem suam extenderit, ex his sane verbis existimabatur, dubitandum non esse, ut in proposita facti specie illi dumtaxat proximiores essent admittendi, qui tempore mortis fideicommittentis nati reperiuntur, non autem, qui postea geniti fuerunt.*

At Ego pro veritate consultus, breviter contrarium respondi, dixique, hoc *Modestini responsum* pro casu propositi decisione impertinenter allegari, cum ex litera *lex.* prout ex *l. si cognatis, ff. de reb. dubijs iuxta glos.* & omnium intelligentiam *ibidem sine contradictore, procedant, quando fideicommissum, siue legatum est purum; gravatur enim heres, ut inter proximiores de familia centum distribuas, quis est, qui non videatur, sentisse testatorem de eo tempore natis tantum; quo namque pacto nascituri, & sic penitus incerti sub hac dispositione comprehendi possunt, dum statim morte testatoris sequuta quantitas legata ab*

4 herede solvi debet, etiam in beneficiis, quas pure fiunt, semper inspiciendum est tempus, quo evenit casus succedendi, ita ut illa tantum admittantur personae, quæ eo tempore nate reperiuntur, id est, tempore, quo moritur ille, de cuius successione agitur, ita ratiocinatur *Cross. in §. fideicommissum, quest. 17. et secus, quando dispositio est conditionalis, vel in tempus futurum, & incertum collata, eo namque casu cum proximiores de familia non reperiuntur, credendum est hominò testatorem sentisse, quàm de nascituris sentisse, probatur, quia non est presumendum, ut testator non existimaverit, quòd tempore evenientis conditionis poterant & alij de familia proximiores esse nati, unde dum non restrinxit ad natos tempore mortis, vel conditi testamenti, vocando proximiores, censentur verbis expressis & nati, & nascituri vocati, quocirca, iure quidem in dispositione conditionalis non procedere, nec locum habere posse *lex. in d. l. si cognatis, & in d. §. in fideicommissis dixerunt Soc. sen. in eadem l. si cognatis, num. 30. vers. ex quibus inferitur limitatio, Rol. à Val. cons. 38. num. 37. & seqq. lib. 4. Surd. cons. 125. num. 33. lib. 1. Crass. cit. quest. 17. Theop. fil. quest. forens. lib. 3. quest. 84. nu. 12. alijque innumeri: & si dices, Curt. iun. cons. 57. & 58. prout et Menoch. cons. 196. num. 82. & cons. 413. nu. 13. vers. verum, & Ludovic. Casanat. cons. 58. nu. 9. & 41. hanc non negantes conclusionem; sed illam uti communem prorsus confirmantes, concludendo respondisse, quòd ubi hic casus contingerit, fore prius admittendos natos in vita testatoris, sicq; illos preferendos alijs, qui postea nati sunt, nec dissentisse *Mantic. de consuet. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 22. & Man. in sum. succes. legal. par. 1. quest. 1. art. 6. num. 9. respondeo, ut bene ipse idem Cur. advertit, Doctorem aliquem non reperiri, qui hoc dixerit, nec addo Ego, lege aliqua cautum esse; & quamvis viua ratione, ut ait, hoc probari scripserit, natus in vita testatoris vel cognatus magis dilecti censentur, quàm illi, qui post mortem procreati sunt, tamquam, ut recte intuenti patebit, ratio hæc, pro eo, quod ad casum nostrum pertinet, errorem continet manifestissimum, quandoquidem ea pro vera supposita maxime oriretur ab absurdo, quod est, quia post dari casum, et tempore existentis conditionis aliquis de familia extaret, post mortem testatoris natus, qui & gravatus, & gravato magis proximus esset, quàm ille, qui natus erat in vita testa-***

toris; unde data huius casus contingentia, quæro Ego, si interrogatus esset testator, quid tunc agendum, non nè pro magis sibi proximo nascituro respondisset ad omnimodam remotioris nati exclusionem? certe sic, ad notata per *glōf. Ias.* & omnes in *l. tale patrum, §. fin. ff. de pact.* & in terminis nostris per *Fusar. tract. de substit. quasi. 318. num. 26.* ergò nullius considerationis est affectio, quæ ponderatur magis in natis, quam in nascituris; videatur, quæso, in terminis *Cephal. conf. 659. à num. 24. lib. 5.* quo loci dicit, *Curt. iun. distinctionem in conf. supra citatis 57. & 58.* esse omninò parificandã, cum solum tempus purificatæ conditionis sit spectandum, illudquæ consideratum, de affectione natorum procedere posse, ait respectu eorum, qui nominati sunt, secus verò, quando omnes per nomen appellatiuū explicari possunt, quia tunc, & nati, & nascituri comprehenduntur, cum constet, hoc casu testatorem non minorem habuisse affectionem ad natos, quam ad nascituros; idemquæ, & satis benè *Io. Vinc. Honded. cōf. 70. num. 55. lib. 1.* ubi dicit, *Curt. iun. distinctionem confundi, sicquæ pro concursu iudicatum testatur Peregr. in suo tract. de fideicom. art. 22. num. 69. in fine,* & satis benè *Fusar. tract. de substit. in cit. quasi. 318. num. 53.* quorum dictis prorsus confutantur *Menoch. & Casanat. locis supra citatis, Crot. in l. filiusfam §. diui, num. 164. vers. considera, ff. de legat. 1.* alijquæ, qui fuerunt, sunt, ac erunt huius sententiæ sectatores; nam cum ad fundandam prælationem natorum tēpore mortis fidei committentis, allegent *text. in d. §. in fideicommissio, rationequæ vtantur per Curt. iun. considerata, certè textus ille, ex cōmuni omnium sententia, vt idem Curt. aduertit, non nisi in fideicommissio, siuè legato puro procedit, non autem conditionale, siuè perpetuo, de quo noster est sermo, & ratio Curt. vt superius fuit demonstratū, fundamentum nō habet, cui tamèn si quis animum suum adhzrere vellet, recurrat prius ad *Soc. iun. in conf. 172. num. 33. lib. 2.* de quo memores fuerunt *Zaneb. in l. heredes mei, §. cùm ita, sub num. 81. ff. ad S. C. Trebel. & Simon de Præp. in suo tract. de interpret. ult. volun. lib. 3. dubio. 4. solut. 3. num. 46. fol. mihi 343.* etenim consuluit *Soc.* quod institutis à testatore filijs suis nascituris, eoquæ sine liberis decedente, vocatis filijs trium suorum fratrum, facto casu non natiuitatis filiorum, ad successionem fore admittendos, non modò filios vnus ex fratribus tempore conditi testamenti, siuè*

mortis testatoris natos; sed etiam & alios ceterorum fratrum, qui postea geniti, & nati fuerunt; addit demum, nec ob stare dicta per *Curt. iun. in conf. 58.* nam si istius *Doctōris* sententia (sine tamen veri præiudicio) pro vera esset admittenda, procederet dumtaxat, quando verba testatoris totalitèr, & propriè verificari possent in illis personis, quas ipse nouerat, ita vt verè in eas affectionem habuisse, esset præsumendum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Querela inofficiosa donationis filio competens intrã quantum tempus à filio proponi debet.*
- 2 *Filius an transacto tempore ad proponendum querelam inofficiosa donationis aliquod habeat remedium pro consequutione eius legitimæ, & nu. 3. 5. 6. & 9.*
- 4 *Legitima quid sit, & infra quantum tempus à filio petenda, num. 7. & 8.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an elapso quin quennij tēpore, quod datur filio post mortem patris pro cōsequutione eius legitimæ super bonis per patrem alteri filio, vel prorsus extraneo in vita donatis, censendus sit filius ipse omni alio iuris remedio destitutus, a deò vt amplius legitimam sibi de iure debitam prætere non possit.

C A P. CLXXVI.



Querela inofficiosa donationis, vel donis, quæ cōpetit vni ex filijs, quando pater in vita substantiam suam in extraneam personam, vel alterum ex filijs, siuè filiabus hereditario titulo transtulit, est remedium à iure proditum, ad hoc vt filius, qui legitimam portionem sibi de iure tangentem

non habuit, possit illam super bonis donatis, vel in dotem datis consequi, probatur *hobm. Authen. unde si parens, C. de inoffic. testam. l. i. in l. si totas, de tot. sit. C. de inoffic. donatio. & de inoffic. dot. quæ quidem actio, siue querela infra quinquennium proponenda est; quo elapso tempore, ut intelligatur præclusa via filio de iuribus suis experiri, statuit *lex. in l. final. C. de inoffic. donatio.**

2 Sed alias interrogatus extitit, an ubi filius fuerit negligens in proponendo actionem infra quinquennium, eo transacto, super sit ei aliud remedium pro consequutione eius legitimæ portionis?

3 Respondi negativè, quicquid in contrarium scripserint *Io. Petr. Fontanel. in tract. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 5. part. 2. num. 47. 48. & 49. & Mercurial. Merlin. tract. de legat. lib. 5. tit. 3. quæst. 10. num. 15. ubi allegat ad hoc Mangil. tract. de imputat. quæst. 10. num. 43. 44. & 45. hi enim putant, excluso remedio agendi per viam querelæ, posse filium infra annos triginta à die mortis patris legitimam consequi super bonis donatis, & à tertio possessis, & hoc fratri ex communiter dictis per *DD. contra Barr.* ut ius petendi legitimæ, siue illius supplementum ad instar aliarum personalium actionum, non nisi triginta annorum spatium tolli possit.*

3 Sed pace tantorum virorum (& si mille inveniuntur *Doctores* hos tenentes), fas sit mihi dicere, eorum opinionem nullo iuris fundamentò fulciri, in modò continere prorsus errorem terminorum; probo brevissimè, cum de re nimis clara agamus; etenim illud est sine controversia, legitimam non nisi patre mortuo filio deberi, *l. I. §. si impuberi; ff. de collatio. bonor. & super bonis, quæ pater decedens in sua hæreditate reliquit, l. scimus, vers. repletionem, C. de inoffic. testam.* hinc dixerunt omnes per illa iura in *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. testam. in l. cum queritur, & in Authen. nouissima, C. eod. legitimam esse quartam bonorù à defuncto patre relictorum tempore mortis; hoc posito dico sic, si legitima, ius statuit, ut debeat post mortem patris, & super bonis, quæ pater decedens in sua hæreditate dimisit, qua lege cauetur, ut filius possit petere legitimam à tertio possessore bonorù, quæ in via patris lucratio titulo ab illius patrimonio exierunt? in hoc nemo nusquam respondebit, nisi hoc cautum inveniatur in iuribus suprâ citatis tantum, nimirum in *Authen. unde si parens, C. de inoffic. testam. in**

l. 1. & in l. si totas, de tot. sit. & de inoffic. donatio. & de inoffic. dotibus. hinc namque Imperialibus sanctionibus habemus, posse filium per querelam inofficiorum donationis, vel dotis legitimam sibi de iure tangentem consequi, & recuperare à postea tertij possessoris bonorum donatorum, nec certè alio iure probari (præter hoc remedium agendi per viam querelæ) aliud superesse filio pro consequutione suæ legitimæ; in odò dicto mihi, cauetur ne alio iure, ut (dum filius, qui in consequutione suæ legitimæ portionis aliud non habet remedium, nisi agendi contra donatarium per viam querelæ inofficiorum donationis) possit remedio illo uti infra annos triginta? certè non, sed tantum infra quinquennium, *ad. fin. C. de inoffic. donatio.*

6 His sic stantibus in iure verissimis, et sine vlla controversia, quo pacto quis vquam affirmare poterit, ut possit filius infra annos triginta agere aduersus tertium possessorem bonorum donatorum, dum non nisi hoc dumtaxat remedium agendi per viam querelæ inofficiorum donationis à iure est filio tributum, ut enim *Fontanel. & Merlin.* sententia defendi posset, onus esset defendentis demonstrare, aliud etiam remedium, vltra illud querelæ inofficiorum donationis à iure proditum esse ad filiorum fauorem, agendi pro legitima, sed hoc nullo peccius iure cauetur, ergò; etenim si lege scripta cautum esse comperimus, ut filius possit super bonis paternis legitimam sibi de iure tangentem petere, & hoc conditione ex lege, et secundum receptissimam sententiam, infra annos triginta, lex illa nõ loquitur, nisi ut possit filius sibi satisfieri super bonis, quæ patre defuncto, in illius hæreditate, & patrimonio reperitur, *ad. l. scimus, vers. repletionem,* cù aliis suprâ allegatis, non autem super bonis, quæ exierunt iam in vita patris ab illius patrimonio; in illis enim, ut filio possit esse consultum, certum tempus præscripsit lex, intra quod possit filius de suis iuribus experiri, à cuius legis dispositione cùm filius ipse discedere voluerit, iaueniet certè, se omni iuris auxilio destitutum; omnes enim *Doctores,* qui aduersus *Barr.* sententiã in *l. si quis filium, C. de inoffic. testam.* insurrexerunt, doceates, ius petendi legitimam, siue illius supplementum nõ minori tempore annorum triginta præscribi, loquuti sunt in terminis, quando filius vult agere aduersus patris hæredem, siue aduersus tertium possessorem bonorum paternorù,

ad quem bona illa post patris mortē ali-
quo titulo pervenerunt, non autē ubi exi-
issent in vita patris ab illius patrimonio, eo
namq; casu non subintrabat temporis di-
sceptatio, cū lege particulari cautū erat
super hoc, nām aliter leges omnes scriptæ
in *tit. prædictis de inoffic. donat. & de inoffic.
dotibus* nobis de vento seruirent, & nē pro
hac nostra sententia confirmanda *Doctoris*
grauissimi careamus autoritate, dico, sic
tenuisse doctissimū *Io. Petr. Sord. cons. 148.
num. 13. & 14. lib. I.* per hæc formalia ver-
ba. *Tamen in presenti casu res est clara, quia
non potest principalitèr legitima in bonis per
predictum Ioannium peti condictione ex le-
ge, nām supplementum legitime ea condictione
fit ex substantia patris, & de bonis, qua pater
decedens diuisit in sua hereditate, l. scimus, S.
repletionem, C. de inofficio. testam. hęc autem
bona iam antè mortem patris per donationem
exierant patrimonio paternum, proindè ex
legis non potest fieri repletio; sed si ad supplemē-
tum paternum aliquod ius competit, illud pro-
uenit ex querela. pro inofficiosa donatione, vt
probatu tota tit. C. de inofficio. donatio. qua-
reba autem inofficiosa donationis proponi non
potest post quinquennium, vt probatur in l. fin.
C. eod. tit. de inofficio. donatio.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinari prohibentur ratiocinijs obnoxij.
- 2 Tutores ordinari prohibentur, antequam ra-
tiones reddant, & qua sit ratio, num 3.
- 3 Debitor si non habet in bonis, vt creditoribus
satisfacere possit, an ordinari possit, vel in
Religionem ingredi, & num. 5.
- 4 Clericus si post minores ordines susceptos uxo-
rem duxerit, & mercari ceperit, an mortua
uxore non satisfactis creditoribus, ad Ecce-
siasticum statum redire possit.
- 5 Ordinari an possint heredes debitorum, credi-
toribus prius non satisfactis.
- 6 Clericus, qui publicam administrationem corā
Iudice seculari spontè suscepit, an pro com-
putorum redditione corā Iudice laico con-
ueniri possit, & num. 16 & 13.
- 7 Clericus potest compelli ad suscipiendam tute-
lam miserabilium personarum.
- 8 Clericus non potest prorogare iurisdictionem
Iudicis secularis.
- 9 Clericus deponens falsum corā Iudice secu-
lari an ab eo puniri possit.

A R G V M E N T V M.

Agitur de obligatis ad ratioci-
nia, vt ab ordinum susceptio-
ne, & Religionis ingressu re-
pellantur. Et quid in clerico,
qui postquā ad quatuor mi-
nores ordines promotus fuit,
uxorem duxit, & mercari ce-
pit, æs contrahens alienum,
an uxore mortua ad maio-
res ordines promoueri pos-
sit, creditoribus prius non sa-
tisfactis. Clericus, qui publi-
cam administrationē corā
Iudice seculari spontè susce-
perit, an pro computorum
redditione corā eodem Iu-
dice conueniri possit; & de
alijs ad materiā pertinētibus.

C A P. CLXXVII.



Ratiocinijs obnoxij, ob
Republicæ rerū admi-
nistrationē, dubitarunt
Doctores, nām ab ordinū
susceptione repellātur,
quousque a rationibus
reddendis eximantur?

Et affirmative responderunt; isti enim
sicuti ad honores, antequā rationes red-
dant, admittendi non sunt, *l. rescripto, S. de
debitores, ff. de muneribus, & bonar.* itā ab ordi-
num susceptione repellentur, *can. præterea,
& ibi gl. in verb. functionibus 51. dist. Syluest.
in verb. ratiocinium, num. 1.* Idemquē dicen-
dum de alijs, qui non publicis ratiocinijs,
sed administrationibus rerum particulariū
personarum ligati sunt, quales sunt Tuto-
res, Curatores, Procuratores, Actores, Exe-
cutores, & similes. Hi enim etiā ordi-
nari prohibentur, *cap. unico, de obliga. ad ra-
tioon. cano. magnus 54. dist.* quod impedimē-
tum durabit, etiā administratione com-
pleta, si adhuc computorum redditiō in-

decisa apparet, vt per *Abb. in d. cap. vnico, num. 3. Alber. in suo dictionar. in verb. obligatus ad ratiocinia*, quos sequitur *Campanil. in eius diuersor. rubr. 11. cap. 9. num. 3. vbi rationem reddit*, ne si postea de dolo condemnentur, quia fieret infames, debeant à promotione interim suscepta deponi, quamuis innocentes deinde à Iudice declarentur, vt tenet *glo. in cau. tantis Daniel, vers. obrepfit, & ibi Archid. 91. dist. poterit tamen*, promoueri cupiens ad hoc obstaculum, tollendum idoneam prestare fideiussionem, *Abb. in d. cap. vnico, num. 10 & Maiol. de irregular. cap. 11. lib. 2. num. 14. subdens*, hoc procedere, si fideiussor constituerit se principalem ad exculsionem cuitandam, alias secus.

4 Sed quid dicendum, si quis maximo ære alieno grauatus in bonis non haberet, vt omnibus satisfaciat? dic, nec etiam talem promouendum, quia ex fori mutatione, creditores grauati remanent, *Abb. in d. cap. vnico, num. 9. quod procedit etiam in il-*

5 *lis*, qui Religionem aliquam ingredi cupiunt, maxime vigore *Constit. Sixti V. cõtra personas ingredi volentes Religionem*, quæ incipit *Cum de omnibus, S. ceterum*, sicut enim ad ratiocinia obligatus, vel maximo ære alieno grauatus ordinari prohibetur, ita & Religionem ingredi; verum si ante administrationem, vel priusquam debita contraxerat, erat iam minoribus insignitus ordinibus, non prohibetur, quin ad altiores ordines ascendere valeat, prohibitorium est enim, ne laicus clericus fiat, ne ex talis habitus mutatione, creditores, vt diximus, grauentur, quæ sanè ratio in illo, qui iam clericus est, deficit, *Campanil. vbi supra num. 11. quo loci singulariter, ipsum defendisse refert*, non esse impediendum

6 quendam clericum, qui post minores ordines susceptos vxorem duxerat, & mercari ceperat, ac deinde cum mortua esset vxor, volebat ad Ecclesiasticum statum redire, cui consuluit, vt habitum reassumeret, ac postmodum peteret, ad superiores ordines admitti, & licet vnus ex Examinatoribus, tempore, quo ad maiores ordines ascendere intendebat, volebat illum exceptione mercaturæ impedire, suspicans, talem ordines causa iudicium temporale subterfugendi assumere velle, respondit ex prædictis, oppositionem nullius esse momenti, cum iam esset clericus, quod est notandum.

7 An autem impedimentum hoc extēdatur ad debitorum hæredes? & quamuis affirmatiuè respondeat *Maiol. lib. 2. de irregul.*

cap. 11. num. 13. placet tamen distinctio Regentis Tap. (quam Campanil. loco citat. circa finem sequitur) in cõmen. ad Authen. ingressi cap. 8. in verb. ingressi, num. 17. C. de sacros. Eccles. vt licitum sit his hæredibus ad ordines ascendere, si hæreditatem repudauerint, si verò se immiscuerint, certoquè sciretur, aut rationabiliter dubitaretur, eos, ad quos bona peruencta forent, es alieni non soluturos, & nefas esset, illos ordinari, siuè Religionem profiteri; si verò illi essent talis qualitatis, vt iuste credatur, creditoribus fore satisfaciendum, & secus dicendum est.

8 Sed de illo, non ab re inuestigari hic potest, an, si Clericus, qui aliquam publicam, administrationem coram Iudice seculari spontè suscepit, possit ne pro rationibus reddendis coram eodem conueniri? tetigi quæstionem hanc *lib. 1. c. 53. num. 2. vbi ex Escobar in tract. de ratiocin. c. 7. à num. 7. duos distinguimus casus, quorum primus est, quando Clericus tutelam, vel curam alicuius miserabilis personæ, misericordia motus acceptauit, vel, addo Ego, quando legitimam voluit subire tutelam, & hoc sanè casu firmitè erit tenendum, nullatenus talem Clericum à seculari Iudice ad ratiocinandum astringi posse, cum ex iuris Canonici permissione tutelam legitimam, vel miserabilium personarum licitè acceptare possit Clericus, *can. peruenit 87. dist. & in can. 1. & 2. dist. seq. & in l. Orphanotrophos, C. de Episc. & cleric. Genuens. in practicab. ecclesiast. quæst. 680. vbi, quod possit compelli ad suscipiendum tutelam miserabilium personarum concludit ex citat. c. 1. & can. Episcopus 88. dist. secundus erit casus, quando Clericus ipse tutelam affectauit, cum legitime potuisset illam refutare, & in hoc posse illam, dicimus, ad rationes reddendas per Iudicem laicum cogi, dum ab eius manibus tutelam illam habuit, quod intelligo tantum, si in his administrationibus dolo versatum fuisse reperitur, vt in c. 2. ne Cler. vel Monac. & ita intelligo *De Grass. tract. de effect. clericat. effect. 1. num. 984. quia hoc casu nullatenus ab Ecclesia foret illi subueniendum, nam licet Clericus etiam expressè per pactum, Iudicis secularis iurisdictionem prorogare non possit, vt in cap. si diligenti, de for. compet. tamen coram eo delinquendo contra sacrorum canonum statuta, multis in casibus potest secularis iurisdictioni prorogari, vt per *Castrens. in l. ad dictos, num. 6. C. de Episcop. audien. prout inter alia exempla, quæ connumerari possunt, 13 exemplificari potest in Clerico illo, qui****

falsum coram Iudice seculari deposuerit, ut ab eodem puniri valeat, ex *glos. in cap. nullum, C. de testib.* licet super hoc contrarium fuerit decium per nostrum Sac. Cōf. ut refert *Afflic. decis. 230.* nimirum, quod Clericus deponens falsum coram Iudice seculari, sit ad Ecclesiasticum remittendus secundum *Hofiens.* sententiam, quam ipse refert, quod comprobatur multis auctoritatibus *Prsill. in addit. ad Afflic. in eadem cit. decis. & late Farinac. in prax. crim. in tit. de inquisit. quæst. 8. nu. 16. Foller. in Const. Regn. De personis, nu. 3 & ibidem Tap. in adnotation. num. 27. & in l. fin. part. 1. e. 4. num. 11. & 12. ff. de Const. Princip. Peguer. decis. 79. num. 5. & alii plures, quos colligit *Thor. in Compēd. decis. Regn. in verb. Clericus committens falsū,* ex quorum dictis defendi posset, & forsān tutius pro anima, ut etiam in casu proposito, siue Clericus legitimam, vel miserabilem personarum suscepit tutelam, siue defendere illam procurauerit, ut pro comptorum redditione coram Iudice Ecclesiastico sit ille conueniendus, qua de re late per *Rouit. decis. 20.**

S V M M A R I V M.

- 1 Appellari prohibetur a sententijs Præfecti Prætorio, antequam illa exequantur.
- 2 Reclamatio a sententia S.C. si interponatur infra decem dies visor tenetur prestare cautionem, secus si post.
- 3 Sententia non intimantur in Sac. Consil.
- 4 Reclamatum ubi fuerit a sententia S.C. per quā quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, nūm ut procedi possit in causa reclamationis expectanda sit prius liquidatio, & num. 5.

A R G V M E N T V M.

Agitur de exequutione sententiarum Præfecti Prætorio, quarum ex iuris dispositione per reclamationem impediri non possit, quid dicendum, quando sententia condemnationem contineret alicuius quantitatis liquidandæ, an eo casu reclamatione interposita, possit in ea procedi, liquidatio-

nis cursu non impedito, vel erit prius quantitatis liquidatio expectanda, & demum facta exequutione, in causa reclamationis procedi, ubi decisio Sacri Consilij, ad ornatum *authent. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer. & prag. 5. de offic. Sacr. Cons. & 38. de offic. Procur. Cesar.*

C A P. CLXXVIII.



Reclamationes a sententijs, & decretis Præfecti Prætorio, ut apud nos est Tribunal Sacri Consilij, et Regiæ Camere Summarie, certum est, ex *authent. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer.* quod admitti non possunt, nisi prius sententijs, siue decretis illis exequutis, et in specie cautum est in Regno per *prag. 5. sub tit. de offic. Sacr. Consil. et 38. de offic. Procur. Cesar. et vtrobiq; D. Reg. Rouit. qui tamen in d. prag. 38. n. 16.* aduertit, quod licet sententijs Regiæ Camere priuilegiatæ censeantur, ad instar sententiarum Sacri Consilij, quoad exequutionem paratam, et quoad reuisionem per eosdem Iudices in causa reclamationis faciendam, tamen ab illis potius appellatur, quam supplicatur, et reuisio petita potius appellatio dicitur, quam reclamatione, quod patere, dicit, nam in Tribunali Sacri Consilij ad finem obtinendi Commissarium, et procedendum ad vteriora in causa reclamationis, necesse est, ut porrigatur supplicatio, quæ dirigitur Regiæ Maiestati, quod secus est in reclamationibus Regiæ Camere, quæ per simplicem comparisonem interponuntur, et pro commissione obtinenda sufficit simplex memoriale, quod Domino Loquenteanti porrigitur.

Est etiam verissimum ex allegatis iuribus, quod ubi a die late sententijs infra decem dies reclamatum fuerit, ad hoc ut exequutioni sententia illa demandetur, necesse est, per victorem prestari cautionem de restituendo in casu retractationis, aliis autem reclamatione intra dictum tempus non interposita, sed post, infra biennium sen-

tentia

rentia executioni demandatur, absq; alia cautione, quo etiam notat *D. Romit.* in d. *pragm.* 5. ubi dicit, decem illos dies computandos esse à die latae sententiae non aliter aliqua illius intimatione expectata, cum ex antiquissimo stylo sententiae Sac. Conf. non intimentur.

4 His sic stantibus aliàs apud nos dubitari contigit, si per sententiam Sacri Consilii fuerit quis condemnatus ad praestandum aliquid liquidandum, ab eaq; fuerit reclamatum, num in causa reclamationis procedi possit, non expectato prius decreto liquidationis quantitatis, ad quam condemnatio ascendit?

Et videtur dicendum, quod sic, cum certum sit, cursum reclamationis sententiae executionem in aliquo non impedire, potest enim procedi ad terminandam liquidationem, et interim procedi in causa reclamationis, quae sententiae executioni in nihilo officit.

5 Sed contrarium verius esse dicebatur, ea quidem ratione, cum aliàs dari posset casus, ut causa reclamationis finis imponeretur, priusquam liquidationis indicium completeretur, et hoc modo sententiae Praefecti Praetorio earum non haberent executionem, contra iura superioris allegata, quae expressè mandant, non posse tractari de causis reclamationum, nisi sententiae prius exequatur, & ita per S.C. decisum scio in causa pertente inter Zenobiam de Alfiero, & Casarem Bonellum, nam cum sub die 11. Decembris anni praeteriti 1628. dictas Casar. per idem S.C. condemnatus esset ad solvendum dictae Zenobiae paragiū ei debitum iuxta liquidationem faciendam, reclamatione interposita à sententia praedicta sub die 14. Februarii praesentis anni 1629. intendens Casar. causam prosequi reclamationis, prout prosequabatur, instante, & se opponente Zenobia, facto de his verbo in S.C. sub die 21. Martii per Dominum Consiliarium Constantium eiusdem S.C. decreto provisum fuit, quod exequuta sententia Sacri Consilii sub die praedicta 11. Decembris 1628. procedatur in causa reclamationis, sicq; reclamationis praedictae impeditus fuit cursus, extingq; expectata paragiū liquidatio, ac sententiae effectiva executione. Processus est in Banca Ioannis Antonij de Lito. S.C. actorum Magistrum.



S V M M A R I V M.

- 1 Reconueniri num possit Clericus in casu, de quo proponitur, & num. 4. 8. & 13.
- 2 Reconuentio supponit conventionem, & qua illa sit.
- 3 Conuentio est Actoris, Reconuentio Rei.
- 5 Reconuentio non habet locum, quando quid à Iudice extraiudicialiter petitur.
- 6 Clericus, qua sit ratio, ut possit coram Iudice laico reconueniri.
- 7 Reconuentio ab Actoris voluntate procedit.
- 9 Clericus potest reconueniri coram Iudice laico, sed quomodo procedat.
- 10 Clericus quando principaliter pro suo interesse comparet coram Iudice laico, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & num. 11.
- 12 Clericus debet remitti, ubi coram Iudice laico comparuerit vigore editi generalis, quemcumq; monentis ad comparandum, si sua putauerit interesse.
- 14 Reconuentio an praticari possit contra Ecclesiam intentantem remedium Capitulorum Regni aduersus aliam Ecclesiam, & n. 15. 16.
- 16 Reconuentio an locum habeat, quando laicus conuenitur à clerico super iniuria, furto, vel alio simili.

A R G V M E N T V M.

Agitur, num Clericus possit reconueniri coram Iudice laico, coram quo comparuit, instando, tolli sequestum in bonis propriis factum ad instantiam alicuius falso afferentis, esse bona illa in dominio laici. Reconuentio an praticari possit contra clericum coram Iudice seculari, quoties reconueniretur super re, quae nullam haberet connexitatem cum petitione facta. Reconuentio an praticari possit contra Ecclesiam intentantem remedium Capitulorum Regni, ubi singularis obseruatio *D. Io. Ang. Pisanelli.*

C A P. CLXXIX.



Reconuentio, semel in factu habui, nūm coram Iudice laico praticari possit aduersus Clericū, vbi factu sequestro super illius bonis, sub pretextu, quod essent in dominio laici, contra quem fieri ad alicuius creditoris instantiam petatum est, Clericus ille coram eodem Iudice laico, qui sequestrum ordinauit, comparuerit, allegando, bona sequestrata propria ipsius Clerici esse, ac proinde sequestrum factum omnino tolli debere?

- 2 Respondi, citra omne dubium negatiuè, his motus rationibus. Primò, cum certum sit, reconuentionem conuentionem supponere, quia aliud illa non est, nisi actionis retorsio contra actorem, vt dixit Bernard. Roc. in sua prax. lib. 2. in tit. de reconuent. certè vbi conuentio non est, ibi reconuentione dari non potest; Conuentio enim Actoris est, Reconuentione autem Rei, & sic, vt Scius possit à Caio reconueniri, necessariò dicendum est, vt Caius sit primò à Seio conuentus, hoc posito, videamus, si Clericus, qui hodiè reconuenitur ab illo, ad cuius instantiam sequestrum factum est, aliquam per prius contra eundem coram eodem Iudice proposuerit actionem, ita vt Actor Clericus, Reus hic, qui sequestrum obtinuit dici possint, certè non; nihil enim Clericus iste à creditore illo petijt, sed tantum incidètèr, & necessariò Iudicis laici, qui sequestrum ordinauit, implorauit officium, vt sequestrum super eius bonis factum tollatur, ac proinde cum nullum inter has personas considerari possit iudicium, nulla quoque potest dari reconuentione, iuxta ea, quæ tradiderunt Cyn. in l. fin. C. qui admitt. Bal. in c. 1. col. fin. de controuers. feud. apud par. terminan. Barbat. in rubr. de mut. petition. num. 6. vers. & vnum pondera, Alex. Trentacinq. variar. resol. lib. 2. tit. de mut. petition. num. 31. & Mart. ceteris omissis in tract. de iurisd. part. 4. cens. 2. casu 107. num. 7. fuit enim in casu nostro, si benè aduertatur, Magistratus secularis ad sequestrum tollendum imploratum officium, non in formam iudicij, sed per modum actus extraiudicialis, sicut si fuisset petiitū, testamentum aperiri, vel donationem insinuari, vel fuisset familia petita ad possessionem acquirendam, siuè aditus esset Iudex secularis, vt aliquem à violentia defen-

deret, in quibus, & alijs similibus casibus reconuentionem non dari, dixit omnium primus Bald. in d. c. 1. num. 6. Marant. in spec. part. 4. in verb. an sit iudicium conuent. vel reconuent. nu. 37. Bernard. Roc. loco iam dicto, vers. nō procedit què, & alij citra cōtrouersia.

- 6 Secundò, quod reconuentione in hoc casu praticari non possit, considero insuper rationem, quam assignarunt Doctores illi, qui, posse Clericum coram Iudice laico reconueniri firmarunt, nimirum, quia postquam agendo Clericus volūtariè Iudicem elegit pro se, non debet dedignari, eundem contra se habere Iudicem, ad text. in l. cum Papiinianus, C. de sentent. & interloquit. omn. iud. ita dixerunt Io. Andr. & omnes in cap. at si Clerici, de iudic. Bald. in d. c. 1. num. 5. vers. ad idem inducitur talis ratio, Carau. ritu 67. nu. 4. de Grass. tract. de effect. clericat. effect. 1. num. 747. vers. attamen non est recedendum, & omnium notantèr ex recentioribus Oter. diuer. 7 quæst. iur. par. 1. quæst. 28. num. 7. vbi in puncto dicit, reconuentionem ab actoris voluntate, & consensu procedere, ita vt nunquam ea locum habere possit, nisi voluntariè actor Iudicem elegerit, videamus modò, si hæc ratio in casu, de quo agimus, militet, certè id affirmari non potest, nō enim Clericus iste, de quo tractamus, Iudicis secularis implorauit officium voluntariè pro sequestro tollendo, sed necessariò, & sic coactè, si igitur accessus iste ad Magistratum secularem ex volūtaria electione non fuit, quod proinde reconuentionis ratio militaret, sed coactè, cessante ratione, ob quam Doctores affirmarunt, posse Clericum reconueniri coram Iudice laico, cessat etiam & dicta decisio, & sic Iudicis laici aduersus Clericum remanet incompetencia, quod in puncto obseruauit Alex. Trentacinq. loco cit. num. 33. vbi firmando, tam de iure communi, quam Regni, posse Clericum coram Iudice laico reconueniri, id procedere, subdit, quando Clericus voluntariè agit cōtra laicum coram Iudice seculari, secus autem, si compelleretur, tunc enim reconuentione non permetteretur, ad quod citat Ang. in authent. & consequentèr, C. de sentent. & interloquit. omn. iud. Marian. Socin. in c. 1. in 5. princip. art. col. 5. vers. retenta tamèn prima opinione, de mut. petition. vbi dicit, in hoc concordare omnes, & Carau. loco cit. quod autem Clericus noster coactè, & præter eius voluntatem penès sequestri Iudicem accesserit, patet, quia aliàs si non comparuisset, eius bona sub pretextu, quod fuissent talis debitoris, vendita essent, & sic il-

lis priuatus esset, & hoc credo, quod voluit dicere *Dec. omninò videndus conf. ult. nu. 7.* post *Petr. de Anchar. in reg. ea, qua, quaest. 17.*

10 circa *finem, de reg. iur. in 6. dùm voluerunt,* quòd quando persona ecclesiastica principalitèr pro suo interesse coràm Iudice seculari comparet, ad suum Iudicem remittendus venit, quod etiam aduertit *Honed. conf. 25. num. 16. lib. 1. & Phanuc. de inuent. quaest. 240. num. 22. & 23. in tract. diuers. vbi propè finem inquit,* sic fuisse decisum in

11 *Rota Senèsi,* quotiès enim Clericus coràm Iudice laico pro suo interesse comparet, adeò, quòd si non compareret, veniret còdemnandus, & eius bonis priuandus, tunc non dicitur Actor, sed necessariò Reus, & consequentèr erit concedenda remissio ad suum Iudicem competentem, ità *Phanuc. loc. cit. vers. non obstat, quòd dicatur reus voluntarius,* post *Roland. à Vall. conf. 29. Capyc. dec. 8. & alios,* quos ipse citat, quibus addo *Surd. decis. 26. & Mart. de iurisd. par. 4. cent. 1. casu 37. num. 16. vers. sed datur casus,* qui omnes licèt loquantur in terminis generalis edicti, quòd à Iudice laico emanatur, quècunq; monentis ad comparandum, si sua putauerit interesse, vt nimirùm si Clericus

12 compareat, sit ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus, maximè si possidere asseruerit, vt per *Capyc. loco cit. post Petr. de Anchar. in d. regula ea, qua, in 17. quaest. idem tamen,* & à fortiori dicendum est, vbi per Iudicem laicum clericorum bona sequestrata, siuè exequuta sunt, sub prætèxtu, quòd essent laici, eo enim casu Clerico ipso còparète, & bona exequuta, siuè sequestrata, propria esse, illaq; possidere asserente, maiori cum ratione ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus est, quicquid creditor, ad cuius instantiam exequutio, siuè sequestrum factum est, contra Clericum opponat, cum coràm Iudice competente id opponere debeat, magna enim in hoc casu esset cautela

13 pro Clerico cònueniendo coràm Iudice seculari, etenim posset semper creditor petere, exequutionem fieri super eius debitoris bonis, & demùm bona Clerici exequi, qui cum necessariò pro suorum bonorum tuitione comparere cogeret, posset creditor per viam reconuentionis Clericum illam coràm eodem Iudice seculari conuenire, quòd tolerandum non est, vt omne contra Ecclesiasticam libertatem tendens, vt in simili considerabant *Surd. & Mart. loc. citat. quorum dictis prorsus confutata remanet illorum sententia, qui putarunt, citationis formam per edicta generalia,*

quoscunq; ad comparandum monentia esse modum valdè singularem pro limitatione *cap. si diligenti, de for. comper. qua de re latius dixi lib. 1. c. 52. & nè in casu simili particulari determinatione careamus, dico,* quòd sic practicum vidi in causa

14 *Abbatis Ioannis Angeli Gambardella cù hæredibus Ioannis Dominici Venetiani,* nam cum dictus Abbas pro emptione per eum facta sub hasta in S. C. de quodam rure, pretium in eodem Sac. Consilio depositasset, in cuius liberatione dicti hæredes audiebantur, fuit ab illis per viam reconuentionis in eodem Sac. Consil. conuentus ad relaxandum rus emptum, vt bona fideicommisso subiecta, quæ alienari non poterant, è contra cum pro parte dicti Abbatis allegatum fuisset, reconuentionis terminos in tali casu inapplicabiles esse, vt verè patet, de Iudicis incompetencia illo opponente, fuit ad Iudicem suum Ecclesiasticum remissus per Dominum Còsiliarium Scipionem Theodorum Iuris Consultum doctissimum, & causæ Commissariu, & ampliùs de causa non fuit tractatum.

14 Faciunt pro dictorum corroboratione, quæ in terminis longè fortioribus scripsit *Acacius Ant. de Ripol. post hæc scripta visus, var. resol. cap. 1. de iurisd. omnium iudic. à num. 122. vsquè & per totum num. 128. quo loci aduersus aliquorum sententiam insurgens defendit, conclusionem illam in omnium ore receptam, nimirùm posse clericum coràm Iudice seculari reconueniri, limitari, quotiès reconuentio caderet super re diuersa, & separata, quæ nullam haberet connexitatem cum petitione per clericum facta, considera tamen, an propositio ista vera sit, & adde *D. de Franch. decis. 193. n. 4. vbi allegat Guid. Pap. conf. 183.**

15 Longè post hæc scripta, & considerata in quodam libello manuscripto, quem còseruo, illius magni nominis I. C. *Domini Io. Angeli Pisanelli, obseruatione, siuè annotat. 24. inueni in hac materia dubitatum, an reconuentio practitari possit contra Ecclesiam intentantè remedia Capitulorum Regni aduersus aliam Ecclesiam, & per hæc, quæ sequuntur verba magnus iste Iurconsultus quæstionem resoluit, decisionem referens, quam paritèr refert insignis *Io. Vinc. de Anna, sed non benè de nominibus litigantium recordatus *sing. 432. D. de Franch. dec. 193. nu. 11. D. Reg. Capyc. Latro decis. 69. num. 9. D. Reg. Tap. lib. 3. iur. Reg. in Rubr. quando Rex inter Eccles. person. nu. 12.***

15 Fuit propositum edictum iuxta terminos capitulorum Regni per Ecclesiam præcedentem, se violentari ab alia Ecclesia, & comparuit Ecclesia, & reconuenit intentantem illa remedia, orta fuit dubitatio, an habeat locum reconuentio? videbatur, quod sic, quia clericus conueniens coram Iudice laico potest reconueniri coram eodem Iudice, ut per DD. in cap. at si clericus, de iudic. & dicit Marian. in cap. 1. de mut. per col. 18. quod licet alia opinio contraria sit uerior, tamen hæc est magis æqua, & sic, quia Monasterium, siue Ecclesia primò egit in Sacro Consilio uigore Capitulorum Regni, ergò alia Ecclesia, quam tangit dictum edictum potest reconueniri; tamen, 16 fuit uisum contrarium per regulam, quod ubi non est conuenticio, non cadit reconuentio; sed Ecclesia intentans illud remediũ, non agit de directo contra aliam Ecclesiam, & non est citata certa persona, ergò &c. Item adducitur, quia Ecclesia uenit ad propulsandum cum brachio Regis uim, & uolentiam alterius Ecclesie, & est decisio Ang. in authent. & consequenter, C. de sentent. & interloquutor. omnium Iudic. quod quando 17 laicus conuenitur a clerico coram seculari super iniuria, furto, uel alio simili, nõ habet locum reconuentio; pro qua Marian. in d. cap. 1. 19. col. vers. 1. enim limitatur allegat Specul. in tit. de reconuent. §. 1. vers. quid si laicus, Bal. in l. 1. & 2. §. sed si agant, de iudic. & in d. Authent. & consequenter; præterea adducitur, nam in causa prius cepta per Ecclesiam proponentem fuit datus terminus ad probandum, & sic iuxta habuit pro contestata, & citato ad publicandum fuit facta reconuentio, & sic habuimus decisionem Marian. in d. cap. 1. ult. col. quod quoad materiam prorogationis inducendæ per reconuentionem debet fieri incontinenti, aliàs non inducitur prorogatio, id est, quod lex prorogat iurisdictionem laici in clericum ex interallo reconuenientis; & antequam hoc dubium decideretur, quia meus Collega erat cõsummatissimus uir D. Bartholomæus Martialis, fuit recordatus, quod aliàs in S. C. fuerat simile dubiũ inter Monasterium S. Mariæ Montis Oliveti, & Monasterium S. Petri Martiris reconueniens, & perquisitis processibus fuit repertum decretum factum 22. Decembris 1505. quod non poterat fieri reconuentio, quod uidi penes Antonium Mancusium, Aduarium S. C. & sic fuit in hac causa seruatum. Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris infra quantum tempus petenda sit, & quid à sententia Arbitri, nu. 4.
- 2 Ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri est personale.
- 3 Arbitrator quis dicatur.
- 5 Appellari an possit à sententia Arbitri.
- 6 Appellatio à laudo Arbitrorum an admittenda sit, priusquam pœna in compromisso adiecta soluat.
- 7 Reductio ad arbitrium boni viri coram quo Iudice petenda est.

A R G V M E N T V M.

Agitur, infra quantum tempus sit petenda reductio ad arbitriũ boni viri à laudo Arbitratoris, & apud quem Iudicem. Appellatio quando permittitur à sententia Arbitri an admittenda sit, pœna in compromisso adiecta prius non satisfacta.

C A P. CLXXX.



Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris, dubitarunt Doctores, infra quantum tempus peti possit? Et licet intrã decem dies dicendum uidebatur, iuxta

tex. in authent. hodie, C. de appellat. tamen uerissima, & magis communis est sententia, intrã triginta annos ad arbitrium boni viri recursum haberi posse, huiusquẽ cõmunis conclusionis ea est ratio, quia ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri est personale, & per consequens non præscribitur, nisi spatio triginta annorum, l. si ent, & l. omnes, C. de præscript. 30. uel 40. annor. Affl. sic decisum testatur decis. 132. plures cumulat Gayl. pract. obser. lib. 1. obseru. 150. & Rouit. in pragm. 2. num. 18. & 19. de arbitris, ubi num. seq. aduertit, quod quando est petita reductio, habebit suam instantiam, quæ durat quantum instantia causæ

principali s, allegat *Cavaler. decis. 292. nu. 7.*

3 Hæc autem omnia de plano procedunt in sententia Arbitratoris, qui, ut omnes sciunt, dicitur ille, qui nulla iuris solemnitate observata controuersias ex æquo, & bono amice diffinit, *Abb. in cap. quinquaginta, de iure iurand. Gayl. vbi sup.* In sententia

4 verò Arbitri, qui partium conventionem loco Iudicis eligitur, ita ut coram eo iuris ordine seruato procedatur, iuxta *tex. in l. 1. ff. de recep. arbitr. aliter dicendum est, ab ea enim sententia, dubitarunt Doctores, an appellari possit, & cum distinctione respondant, inter Arbitros nimirum necessarios, qui vigore statuti à Partibus necessario eliguntur, sicut est in hoc Regno, vigore *Reg. pragm. Odis, sub tit. de arbitr.* in litibus, quæ inter consanguineos, & affines ventilabatur, & inter Arbitros voluntarios, qui amicabiliter eliguntur à Partibus, ut seruato iuris ordine procedant, ut primo casu, citrà omne dubium, concedatur appellatio, secundo verò aliqui contrarium aestimarunt, vbi in compromisso pœna adiecta fuerit, secus verò si non fuerit adiecta: placet tamen in hoc casu, ut indistinctè, quando non apparet enormis læsio, siue sit adiecta pœna, siue non, à sententia Arbitrorum ex partium voluntate electorum appellari non possit, *Alber. Bart. Salycet. Castrenf. Ang. & alii in l. 1. C. de arbitr. Imol. Alex. Ias. Rip. Crot. & alii in l. nemo potest, ff. de legat. 1. Minfynger. singul. obser. cent. 4. obser. 68. Gayl. loco cit. num. 8.**


6 Verùm cum hodiè apud Nos, ut plurimum videamus, quasi semper ab Arbitrorum sententia, siue laudis appellationes concedi, in dubium reuocatur, an appellatio admittenda sit, non prius soluta pœna in compromisso adiecta? Et affirmatiuè, nimirum quòd admitatur, per Senatum Dolanum decisum fuisse testatur *Gabel. decis. 1. ad num. 8. ad finem, vbi allegat Beer. idem tenentem decis. 284. num. 20. & seq. idemq; apud Nos per Sacrum Consiliū decisum testatur D. Reg. de Tap. dec. 32. per totam, vbi dicit, nostrum Sacrum Consiliū nunquam consueuisse, quando laudum fuit executioni mandatum Partem appellan-tem ad pœnam soluendam cogere, quando verò executio non est facta, & tunc fieri, subdit, prouisionem, quòd exequatur, et sic non seruata dispositione *tex. in anth. decernit, C. de recep. arbitr.* nec etiam eo, quod dicit *Affl. decis. 135.* nimirum tunc demum pœnæ executionem fieri, quatenus cum interelle concurrat, quòd etiam*

probauit *Theodor. alleg. 33. n. 9. et 77. n. 15. ab eodem Reg. de Tap. relatus.*

7 Sed consequenter dubitatur, quando fit reductio ad arbitriū boni viri à laudo dato ab Arbitratoribus, coram quo Iudice petenda illa sit? Respondeo, intricatam esse questionem, quidam enim aestimarunt, apud Iudicem Arbitratoris reductionem petendam esse, ut per *Doctores, quos citat Affl. decis. 51. vbi Addenoes, Ias. in l. imparium, num. 3. vers. se primò facit, ff. de iurisd. omnium iudic. et alios citatos à Belleo, disquisit. clerical. in tit. de fauore clericorum personali, §. 16. num. 5. et in tit. de fauore clerico reali, §. 5. num. 66. qui voluerunt, quòd si aliqua causa in clericū, et laicum simul compromitteretur, et demum pro lato laudo illius peteretur reductio ad arbitriū boni viri, quòd sit ad eundem Episcopus Iudex competens clerici Arbitratoris. Alii voluerunt, apud Iudicem loci, vbi fuit compromissum factum reductionem esse faciendam, ita *Specul. in tit. de arbitr. §. 1. vers. sed quib. num. 4. Alii apud Iudicem ordinariū illius, contra quem petitur reductio, ita *Conar. lib. 2. vltim. cap. 12. num. 1. Alii verò et melius, ex plerisque opinionibus iam dictis existimant, apud Iudicem rei comenti, qui Iudex competens cause diceretur, si causa compromissa non esset, reductionem esse faciendam, et fuit originalis sententia *Bart. in l. societatem, §. arbitratorum, ff. pro socio, quam multi DD. secuti fuerunt, et iuxta quam in Camera Imperiali a pleno Consilio iudicatum fuisse testatur *Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 149. et bis per Senatum Pedemont. confirmat, contrariis satisfaciens *Thebes. decis. 114. vbi latè, et docet pro more examinat. questionem, et de eo meminit *Griuel. loco cit. iam dicto num. 5. idemque *Borrel. in summ. decis. par. 1. tit. de comprom. num. 301. vbi hoc limitat, quoties Arbitri Iudices supremi extitissent, nam tunc ad forum Principis pro reductione ad arbitriū boni viri esset recurrendum, per rationem, ut ibi per eum.********

S V M M A R I V M.

1. Regulares in multis subsunt Episcopis.
2. Episcopus nūm possit Regularibus prohibere, ne Sacerdotes externos in eorum Ecclesijs celebrare faciant.



ARGUMENTVM.

Agitur, an locorum Ordinarii facultatem habeant Regularibus in eorum Diocesibus existentibus prohibendi, ne in ipsorum Ecclesijs Sacerdotes seculares exteros celebrare permittant, vbi decisio Sacre Congregationis.

C A P. CLXXXI.



Regulares in multis subesse Episcopis, in quorum Diocesibus Monasteria tenent, ex refectionibus probat Episcopus Campani. in suo diuersor. iur. canon rubr.

12. cap. 13. per eorum, ubi attentata iuris communis dispositione regulam firmat, cunctos Regulares Episcopis subesse, licet omnes ferè hodiè exemptionis privilegio potiatur; excipit tamen tam Sacri Trid. Conc. quam Rota Romana, auctoritate viginti quinque casus, doctè admodum per ipsam explicatos, in quibus omnino Regulares Episcopis subeunt, in fine demum nu. 167. satis utiliter investigando, an in casibus illis valeant Episcopi, non modo Regulares ipsos punire, sed etià per censure Ecclesiasticas contra eos procedere, vide illi, quia eruditè, & utiliter pro more locutus fuit.

3. Illud tamen his diebus, à quibusdam Regularibus controuersum audiui, an possit Episcopus prefatis Religiosis mandare, ne in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares exteros celebrare permittant?

Dixi Ego, in illo discursu subintrando, non posse hodiè de hoc dubitari, quod valeat Episcopus hoc iure uti, ex declaratione Sacre Congregationis super cap. 16. Sacri Trid. Conc. sess. 23. de reform. cuius verba sunt. *An Episcopus loci ordinarius prohibere possit, ne Regulares in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares exteros divina officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso Episcopo visis literis commendatijs ipsi Sacerdotes admissi fuerint.* Congregatio Concilij censuit, posse. Et ita demum decisum inueni per Curiam Archiepiscopale huius Ciuitatis pannes Risc. decis. 298. part. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Releuium an sit soluendum per mortem illius, qui feudum sine assensu emerat, & num. 9. 11. & 12.
- 2 Releuij solutioni vt locus sit què concurrere debeant, & num. 7.
- 3 Releuium an sit debitum per mortem illius, qui feudum in vita cum assensu donauerat, reuocato usufructu.
- 4 Releuium nem sit soluendum ab herede, qui infra annum mortis feudatarij feudum obtinuit, cum pacto de reuocando distractum reuocauit, & quid si mortuus est feudatarius, feudum acquiserat cum pacto de reuocando, num. 5.
- 6 Releuium an sit soluendum per mortem viri, cui feudum cum assensu fuit in dotem datum.
- 8 Releuium soluitur pro obtinenda inuassitura.
- 10 Assensus non operatur nisi ex nunc, non vt ex tunc.
- 13 Feudum an deuoluatur ad Regem Fiscum, ob mortem, vel rebellionem illius, qui feudum illud emerat, nullo tamen super emptionis contractu impetrato assensu, & num. 14.
- 15 Assensus impetrari potest super contractu reuocato feudi post mortem emptoris reuocato, accedente heredis consensu, vel approbatione, vel dispositio.

ARGUMENTVM.

Agitur, an releuium sit Fisco soluendum ob mortem illius, qui feudum sine assensu emerat, accedente pariter heredis declaratione, nolle contractum ratum habere, sed potius illum reuocare, prout reuocauit, ex beneficio Constitutionis Constitutionem Diuæ memoria. Feudo empto, nullo super emptionis contractu Regis impetrato assensu, si contingerit, emptorem mori absque legitimo successore in bonis feodalibus, num fiat locus reuersioni ad

dire-

directum Dominum, & de aliis ad materiam pertinentibus, vbi Decis. Reg. Cam.

C A P. CLXXXII.

I



Eleuium, his diebus dubitari contigit in Regia Camera, an sit Fisco soluendum ob mortem illius, qui feudum sine assensu emerat, accedere pariter hæredis declaratione, nolle contractum ratum habere; sed potius illum reuocare, prout reuocauit, ex beneficio *Constitutionis Constitutionem Dnae memoriae*; et nunc succedente demum morte istius hæredis absq; legitimo successore, feudum illud ad Regiam Curiam deuoluatur.

2

Respondeo negatiuè, si duo pro verissimis supponamus, primum, releuium moribus in hoc Regno introductum nullo pacto posse à Fisco pretendi; nisi per mortem illius; qui feudi vtile dominium in sui personam radicatum habebat, autem vero, quod successor feudatarii mortem denunciando, à Regia Curia feudi inuestituram petat, sicq; eiusdem feudi vtile dominium nanciscatur, quamuis per momentum, probatur cõclusio hæc ex dictis per *Marin. Freo. de subfeud. lib. 2. in 3. quæb. num. 17. Reg. Reuert. decis. 14. lib. 5. aliàs 404. secundam meam nouissimam compilationem, Reg. Tap. in Const. Post mortem, num. 19. cum pluribus seqq. et per alios recentiores, qui omnes per Regiam Cameraam decisum referunt, releuii solutioni locum non esse per mortem illius, qui feudum in vita cum assensu donauerat, retento usufructu, idque non alia ratione, nisi quia tempore mortis feudi dominium non habebat, ex quo erat penes donatarium, nec hæres pro inuestitura instabat; et *Dom. Reg. Moles in suis decisionibus manuscriptis, decis. 3. de iure releuii post Jacob. de Aycl. de iure adobe, num. 86. si-**

3

militèr per Regiam Cameraam decisum refert, hæredem, qui infra annum mortis feudatarij feudum olim cum pacto de retrouendendo distractum recepit, ad releuium Fisco præstandum cogi non posse, ratio assignatur, quia tempore mortis dominium non erat penes defunctum, qui cum pacto de retrouendendo alienauit, & quamuis in hæreditate ius remanserit recemendi, quod est feudale, tamen ius illud erat sine fru-

4

ctu; addit demum, fuisse decisum, contrarium, quando moretur feudatarius, qui feudum tenebat acquisitum cum pacto de retrouendendo, quamuis venditor ab hærede receperit, quia tunc erit omnino ab hærede ipso soluendum, ex quo sufficit ipsum fuisse heredem, & quod Baro mortuus fuerit cum dominio, & quod semel hæres eiusdem feudi dominium nactus fuerit, idemque in alio casu *Dom. Reg. Reuert. decis. 4. lib. 1. ubi quærens, an per mortem viri, cui feudum cum assensu fuit in dotem datum, sit per illius hæredem releuium solvendum, duos distinguit casus, quorum primus est, quando feudum fuit datum in æstimationem, vel æstimatum, sed non ea æstimatione, quæ emptionem, & venditionem faciat, sed vtantum sciatur valor rei, & in hoc casu releuium non soluitur, ratio assignatur, quia feudi dominium nunquam est in virum translatum, in quibus sanè terminis loquutus fuit *Jo. Pinc. de Anna alleg. 93. num. 10. ad finem, secus verò, & hic est secundus casus, si fuerit feudum cum assensu datum æstimatum, ea quidem æstimatione, quæ emptionem, & venditionem faciat, quæ tunc dicitur dominium translatum in virum, & successiue hæres eius, qui in feudo illo succedit, releuium soluere tenetur.**

5

6

7

8

9

10

sequi.

sequutam vnus, qui feudi dominium propter defectum assensus nunquam acquisiuit, nec defuncti hæres pro inuestitura instat: etenim dubitari non potest, contractum illum emptionis feudi à defuncto emptore factum, ex vulgatis iuribus in *cap. Imperialem*, & in *Constit. Constitutionem Diua memoria fuisse*, & esse nullum, idque adeo verum, vt stante morte, quæ superuenit emptoris, de cætero conualidari non possit, adhuc si hæredis consensus per nouum contractum cum venditore celebratum, & assensus super illo superuenirent, quia quando hæc concurrerent, dominium acquireret hæres ex persona propria, non autem ex persona Partis, sicque nullatenus dici posset feudum illud repertum in hæreditate defuncti, & ea est vulgata ratio, quia assensus non operatur, nisi ex nunc, non vt ex tunc, ita satis bene probat *Dom. Reg. Ramir. in prag. 1. num. 18. de fide memorial. vbi nu. 39. addit*, dominium illud feudi, quod post factam venditionem pendente impetratione assensus erat in suspensio, sequuta morte emptoris adeo pœnès venditorem radicatum remanere, vt absque nouo contractu ab eo euelli non possit, etiam nulla facta reuocatione; quid autem dicemus, prout in casu proposito, quando accessit hæredis emptoris reuocatio, per quam funditus contractus remanet nullus, ac prorsus inualidus?

11 Et nè ferè indiuiduali rerum iudicatarum autoritate careamus, dico, sic fuisse per Regiam Cameram decisum in causa Regii Fiscii cum Comite Policastri, nam cum Comes Terram Marianellæ Fabritio Carafa vendidisset, Regio assensu per verbum *fiat* impetrato, superuenit mors Comitris venditoris, quæ respectu Terræ prædictæ intra annum, & diem Regiæ Curie per hæredem denunciata non fuit, quod proinde Fiscus duplicatum petierat releuium, ea quidem ratione, quia tempore mortis Comitris venditoris dominium pœnès ipsum remanserat, nam assensus, qui per verbum *fiat* impetratus extiterat, euanecebat, ex quo infra tempus præscriptum in forma Regiæ Cancellariæ redactus non fuerat, & quamuis pro parte hæredis multa allegarentur, & principalitèr, quia nulla eius accedente culpa denunciatio facta non erat, ex quo mortis tempore Comes Terram non possidebat, tandem fuit condemnatus ad simplicum releuium, & Fabritius emptor ad illi soluendum quicquid Regiæ Curie solueretur in casu, quo voluisset Terram retinere: Habes igitur ex hac deci-

sione, feudo vendito sine assensu releuium exigere per mortem venditoris, in cuius persona residet dominium, non autem emptoris, per cuius mortem tunc demum ab eius herede exigeretur, si esset expeditus assensus per verbum, *fiat*, è viuusquè decederet infra biennium concessum ad expediendum in forma Regiæ Cancellariæ, quia tunc dominium dicitur perfectè in emptorem ipsum translatum, & per consequens ad eius legitimum successorem releuij solutio spectat, videatur omnino *Dom. Reg. Tap. in cit. Constit. Post mortem, num. 2. in fin.* sic attestans ex decisionibus manuscriptis Regiæ

12 Camere pœnès D. Montaluum: in terminis autem terminantibus, nimirum quod nullo pacto possit Fiscus pretendere releuium, quoties tempore mortis illius, qui feudum emit assensus impetratus non reperitur, decreuit Regia Camera in causa Regii Fiscii cum Marchione Circhiariz, teste *Dom. Reg. de Ponte cons. 5. num. 101. lib. 1.* sub illis verbis, & hic casus fuit decisus per Regiam Cameram inter Regium Fiscum, et eundem Marchionem Circhiariz, dum eius pater emerit à Duce Montis Albi Comitatum Belcastri, fuitque postmodum per illius mortem petitum releuium per Fiscum, & tandem fuit iudicatum, non deberi, ex eo, quia Marchio successor allegabat defectum assensus, quia Terra erat titulo decorata, ob quod assensus Proregis, qui adducebatur non erat sufficiens ad translationem dominij, ex defectu potestatis, &c. vnde pro opinione nostra indiuidualem habemus decisionem, quod ad hoc vt sit locus solutioni releuii per mortem emptoris feudi, necesse est, vt super contractu inito per emptorem defunctum Regius sit impetratus assensus, qui est causa translationis dominij, eoque non impetrato, sicut non fit locus solutioni releuii, ita pariter (vt secundum resoluatur dubium) nec deuolutioni, succedente demum morte huius heredis absque legitimo in feudis successore.

13 Nec his omnibus obstat; si quis articulo non degustato opponeret, defectum assensus in casu proposito Fiscum obesse non posse, ex quo aliàs per Iudices Rebellionum decisum comperimus, non posse Fiscum excludi, quin feudum ad ipsum deuoluatur per rebellionem illius, qui feudum sine Regio assensu tenebat, ea quidem ratione, quia *Const. Constitutionem Diuæ memoriæ* in damnum domini non operatur, quã quidè decisionem impugnatiuè refert *Minad. in Const. In aliquibus, in 5. notab. num. 8.* et enim respondetur, determinationem illam pro-

cessisse

cessisse contra regulas artis, et, ut bene aduertit *Minadous* contra opinionem *Andr. in cap. 1. §. donare, in tit. qual. olim pote. feud. alien.* dum dicit, quod aduantes Fisco dicunt, illam *Constitutionem* Fiscum non ligare, et ipse respondit, *patere legem, quam tu ipse tuleris*, vnde merito insignis feudista, *R. de Pont.* ab omni dubio procul aduertit, malè fuisse per Iudices illos *Rebellium* iudicatum in *tract. de potest. Proreg. de refur. feud. §. 2. num. 11. 12. & 13.* confidens, quod aut Fiscus vult iure proprio venire, et nullum habet, quia siue ex contractu resolutio succedere vult, siue ex lege feudi propter delictum commissum, si non reperit dominium feudi in morte emptoris, nullum poterit pretendere ius, idemque si emptoris personam representare velit, quia sicut contractus nullitas cum illo esset indubitata, et reuocatio vigore *Constitutionis* procederet, ita etiam cum ipso, et ad oppositionem, quæ fiebat, nimirum ut *Constitutio* prædicta contra Fiscum operari non debeat, respondet *Dom. Reg.* reuocationem per *Constitutionem* in fauorem Partium alienantium inductam esse, & contra Fiscum, qui aliàs ex alienatione sine assensu facta feudum acquirebat, & in casu, de quo agitur reuocatio exercetur aduersus contractum cum tertio factum, non autem cum Fisco, quamuis, ad finem ut Fiscus non præueniat, sicque concludit, quod dum ex contractu nullo propter defectum assensus dominium in emptorem nunquam fuit translatum, Fiscus nil pretendere poterit, ex quo nil reperit post mortem emptoris, in quo succedere possit, & dum ipse non contraxit, non potest dici, quod assentit sibi ipsi, & si post mortem assentire vellet, res non est integra, & assentiendo, diceretur, super contractu defuncti assentire, nõ autem suo, in quo quidem contractu defuncti necessarius est explicitus assensus, ex quo tacitus nunquam intercessit, quia non contraxit, nec alienationis habuit notitiam.

14 Vtteriùs decisioni per Iudices *Rebelliù* factæ respondeo Ego, quod ad rem, de qua agimus, non applicatur, etenim in casu illius decisionis emptor ante commissam rebellionem emptoris contractum assensu carentem non reuocauerat, ac proinde dicebatur, esse ei imputandum, cur ante casum reuocationem non fecerat, vnde præsupponebatur, quod si reuocatio in mediũ se obtulisset, nullam poterat Fiscus pretendere deuolutionem; in casu, de quo nos agimus, antequam prætenfa contingeret de-

uolutio, duplex contigit reuocatio, legis nimirum, & hominis, legis stante morte emptoris, legitimo hærede sibi superstite, ob cuius quidem emptoris mortem contractus remansit penitus nullus, ex quo de cetero supremi Domini assensus impetrari non poterat, absque nouo legitimi hæredis consensu, vel approbatio, iuxta *Afflicti* sententiam in *cap. Imperialom*, num. 21. de *prohib. feud. alien. per Feder. post Parid.* quem non allegat, in *tract. de reintegr. feudorum*, in *quæst. 2. 73. num. 4. fol. mihi 267.* quibus ad stipulantur *Gizzarell. decis. 2. nu. 14. & Pref. Lanar. in addit. ad patrum, in repet. cap. 1. nu. 8. in tit. si vasall. feud. priuet.* vel dispositiuo per nouum contractum, iuxta ea, quæ exarat *Reg. Ronitus in prag. prima, num. 15. de fide memorial.* cuius tamen sententia circa hoc nunquam mihi placuit, dum semper putauim cum *Paride*, & *Afflicto* sat esse consensum approbationis. Superuenerat etiã, & tolleratur omnis difficultas, hominis, & sic expressa ipsius hæredis reuocatio, hic enim prius quam è viuis absque legitimo in feudis successore decessisset, publico mediante instrumento contractum ab eius patre, sine Regis assensu celebratum reuocauerat, & seruata ad vnguem forma, de qua in *prag. 1. 1 nu. 75. de offic. iud. in nouiss. compilat.* quibus sic statibus Iudicum *Rebellium* decisio, vltra quod in casu suo expressam cõtinet erroneitatem, quando impertinenter afferere vellemus, processisse per regulas artis, ad casum, de quo nos agimus, nõ applicatur.

Quare ex his omnibus sic breuiter ponderatis constat enixè, sententiam nostram ratione, & autoritate fulciri, ac proinde ab illa nullo pacto, neque cõsulendo, neque in iudicando recedi posse existimo, sub correctione tamen meliùs sentientis.

S V M M A R I V M.

- 1 Releuium debetur Regi per mortem feudatarij, & est medietas fructuum vnus anni, sed an illius, quo feudatarius moritur, num. 3.
- 2 Releuium dãm liquidatur nũm sit habendaratio tantum ad naturales fructus, vel etiam ad illos, qui ex industria feudatarij percepti sunt, & num. 9. & 10.
- 4 Releuium an dicatur onus feudi, & nu. 8.
- 5 Releuium debetur pro inuestitura obtinenda.
- 6 Releuium non soluitur in fructibus, sed in illorum valore, & num. 7.
- 11 Pana, & proventus non veniunt in liquidatione releuij.

A R G V M E N T V M.

Agitur, num in liquidatione releuij, quod per mortē feudatarij ab illius herede Domino Regi in hoc Regno soluitur, sit habenda ratio tantum ad fructus naturales, qui ex feudo in anno mortis percepti sunt, vel etiam ad illos, qui ex feudatarij defuncti industria collecti sunt, & de alijs ad materiam.

C A P. CLXXXII.



Releuium, est tertium in Regno, mortuo feudatario, deberi Domino nostro Regi; illudq; per successore in feudo præstandum, quod ad medietatem fructus vnus anni, qui ex illo feudo percipiuntur, ascendit.

- 2 Sed alias dubitari contingit, si utilis Dominus, vt ex feudo suo vberiores perciperet fructus, illud (vt solebat) non locauit, sed pro se coluit, nam eo mortuo debeat releuium, & sic medietas fructuum, habito respectu ad veros, & naturales fructus ex feudo pronenientes, & ex natura rei, vt pura quod ab alijs potuisset percipere feudatarius, vel potius habito respectu ad integros fructus pronenientes, tam ex natura rei, quam ex industria, & cura ipsius, qui coluit?
- 3 Respondeo, omiſſa quaestione illa, an pro releuiō debeat medietas fructuum vnus anni, vel potius illius, quo feudatarius moritur, de qua latè per *Loffred.* in sua *paraphras.* ad *Andr.* in cap. I. §. *sed et res, per quos fiat inuestit.* & post eum *Frecc. de subfeud.* in 3. *author. Baron.* illud verum est, quod releuium non dicitur onus feudi, nec in eo inest, immò est quædam præstatio extrinseca à feudo, ex consuetudine inducta, ita *Andr.* in d. §. *sed et res, num. II.* quem omnes sequuntur, signanter *Loffred.* ibi, in *vers. nec obstat tertia ratio*, quod est prænitius separatum à feudo, et *Frecc.* loco cit.

- quod est præstatio personalis debita à successore feudi, non autem à feudo. Insuper releuium non debetur respectu fructuum, sed debetur pro obtinenda inuestitura, et confirmatione feudi à Domino directo in personam successoris in feudo, *Loffred.* loco cit. *vers. comprobatur hoc, fol. mihi 20. col. 4. in fine, et fol. 21. in princ. col. 2. vers. nec obstat tertia ratio*, quod probat *tex. in Const. Post mortem, in fine, ibi, recepto aliquo releuiō, ut est moris pro assignanda possessione Terræ concessa; et glos. Paris. §. 1. glos. 1. num. 49.* in proprijs terminis releuij dicitur, huiusmodi releuiamenta deberi in quodam præmium renouationis inuestiturae, nec ab illa ceditur vasallus, nisi Dominus eum inuestiat, quoniam reciproca est obligatio.
- 6 Præterea Releuium non soluitur proprie de fructibus, vt sic debeat medietas illorum fructuum in feudo nascentium, sed debetur medietas valoris fructuum feudi, & proinde hæres non est debitor certæ speciei, scilicet medietatis illorum fructuum, sed est debitor in genere, videlicet valoris illorum fructuum, pro medietate assimilandum, vt per *Andr.* in d. *Const. Post mortem, dicitur*, quod in feudo nouo inspicitur registerum, vt si sit datum pro viginti, tolluntur decem pro releuiō, sed si est feudum antiquum Curia inquit de valore feudi, & accipit medietatem valoris inuenti per inquisitionem, illud idem dicit in *cap. sanctimus, col. 4. in fine, in tit. quo temp. mil.* ubi quod in Regno Sicilia Rex inquit, si est filius, si habet fratres, si Francus, vel Longobardus, si sit fidelis, & tandem de valore Terræ propter releuium, idem dicit in *cap. san. de feudo, cognis.* dicens, patet in Regno Sicilia, vbi de renouatione mortis facta inquitur inter alia de valore feudi propter releuium, idem dicit *Andr.* in §. *similiter, de capit. Conrad. ante prim. additio.* & sic *Andr.* aperte tenet, pro releuiō deberi medietatem valoris fructuum, non autem medietatem fructuum, quod legitur, & declarat *Loffred.* in d. §. *sed et res, fol. mihi 20. col. 4. & fol. 21. vers. nec similiter obstat quarta ratio*, subdens, quod nedum hæres non dicitur debitor certæ speciei, sed nec etiam est debitor in genere respectu certæ speciei fructuum, sed pro inuestitura habenda, vt supra firmatum est, & quod ita est in vsu, & ex consuetudine sic interpretatum.
- 8 Si ergo releuium non est onus feudi, nec in eo inest, quin immò est præstatio extrinseca prænitius separata à feudo, ex con-

fuetudine inducta, debita à successore feudi, non à feudo, & debetur pro habenda inuestitura, & confirmatione feudi, & non debetur respectu fructuum, sed in præmiū renouationis inuestituræ, nec propriè soluitur de fructibus, sed soluitur medietas eorum valoris, dùm de valore inquiritur est facienda æstimatio reddituum prouenientium verè, & simpliciter ex feudo, ex ipsorum natura, nõ autem redditus prouenientis ex feudo, ex facto tamèn feudatarij, eius industria, & diligētia, ac proindè dicamus, deberi medietatem fructuum naturalium, non autem industrialium, in quibus operatur plus industria hominis, quàm natura rei, ad tradita per Bar. et alios in *l. in fundo, ff. de reuendic. ad quod facit tex. in l. fructus percipiendo, ff. de vsur. vbi suos facit illos tantum, quos suis operibus acquisiuerit, veluti serendo, etc. et in fine, ibi, quia non ex facto eius fructus nascitur, ex tex. in *l. si quis à non domino, Instit. de rer. diuis.* dùm disponit, quòd bonæ fidei possessor facit fructus suos, dicit, *fructus, quos percipit, eius esse pro cultura, & cura, et ibi glos. declarans illa verba subdit, pro cultura, vt seges, pro cura, vt lac, & lana;* Et consuetudo, quæ introduxit releuium, respexit valorem fructuum naturalium feudi, qui propriè dicuntur fructus rei, et non industrialium, qui principaliter proueniunt ex industria, et facto hominis: et quòd hoc sit verum, videmus, quòd etsi pœne, seu mulctæ, et prouentus sint fructus iurisdictionis, vt per Bar. et alios in *l. fin. ff. solut. matr. et Andr. in cap. 1. §. quia verò, in tit. quis dicat. Dux, vel March.* non tamen computantur inter fructus feudi, ex quibus debeat releuium, vt ait Frecc. in 3. author. Baron. quæst. fin. Anna in repet. cap. 1. de usall. decrep. at. num. 152. et nonissimè Reg. Constant. in l. 1. nu. 68. C. pan. fiscal. cred. prefer. idquè nõ ex alio, nisi quia ex facto hominis procedunt, & sunt incerti, vt latius per prædictos.*

S Y M M A R I V M.

1. *Pœna pecuniaria in anno mortis feudatarij percepti an veniant in liquidatione releuij, & admissa negatiua sententia, quid si Terra alieni locata reperitur, num. 2. 3. & 4.*
3. *Expensa erogata in meliorando feudum an deducantur in liquidatione releuij.*
6. *Feudo ad Dominium reuerso, sunt heredi vasalli soluenda meliorationes, & num. 7.*
8. *Releuij præstatio consuetudine inducta est.*
9. *Releuium an sit onus feudi.*

A R G V M E N T Y M.

Agitur, an in releuij liquidatione deducantur pœnæ pecuniariæ, siuè prouentus iurisdictionis criminalis, in anno mortis feudatarij percepti, si eo anno feudum cum iurisdictione, & vasallis locatum reperiretur, prout deduceretur, si in defuncti Baronis dominiū extitisset. Fundo feudali meliorato an in liquidatione releuij sit facienda deductio ab introitibus illius fundi pro rata meliorationū factarum.

C A P. CLXXXIV.



Releuium, quod Regie Curie ob feudatarij mortem debetur, cum in ipsius liquidatione, aliàs in Regia Camera dubitatum esset, an veniant pœnæ pecuniariæ, siuè prouentus iurisdictionis criminalis, in anno mortis percepti negatiuè resolutum fuit, ea quidè ratione, quia deseruiunt pro salario Officialium, expensis Familiz Baronalis Curie, & pro custodia carcerum, ita D. Reg. Moles. decis. 9. in meis. tit. de iure releuij. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 3. author. num. 43. D. Reg. Constant. in l. 1. nu. 67. C. pœnis fiscal. cred. prefer. lib. 10. Capan. in tract. de iure releuij. part. 4. quæst. 2. num. 13. & seq. Ego ipse c. 84. num. 4. hoc lib.

2. Sed dubitatur vtiliter, an hæc conclusio procedat, quando Terra, siuè Castrum in anno mortis feudatarij alteri locata, vel locatum reperiretur, vt nimirum in fructuum illius anni liquidatione deducantur similiter pœnæ pecuniariæ, & prouentus, prout deducerentur, si locatio facta non esset? partem affirmatiuam aliqui insequébantur, ea quidè ratione, cum ex dictis per DD. modò citatos, hæc deductio fit, adhuc si

Baro salarium Officialibus soluit, nec expensas pro Familia, & carcerum custodia erogat, ex eo, quod aliquibus in locis sunt expensæ hæ ab ipsis Vniuersitatibus, vnde dicebatur, quod si deducuntur prouentus, adhuc si non erogatur in causas prædictas, ergo & eodem modo, quando feudum cum iurisdictione, & vasallis alteri locatum reperitur, quo casu nec Baro Officialibus soluit salarium, nec alias pro Familia, & custodia carcerum erogat expensas.

3 Ceterum contrarium per Regiam Camera[m] iudicatum, & seruatum inueni in quibusdam manuscriptis Domini Iulij Cæsaris Minadoi, eiusdem Regiæ Camerae Præsidentis, & per hæc, quæ sequuntur verba, propria eius manu scripta.

4 In liquidatione releuij, quando Castrum est affictatum enim iurisdictione non detrahatur aliquid pro iurisdictione, licet alias quando est in domanium non debetur releuium ex prouentibus; cum cedant pro salario Officialis, & est quid incertum, & ratio diuersitatis est, quia, quando sunt affictati, est corpus certum, sicuti fructus baiulationis, sunt enim prouentus, sed quia affictantur, faciunt corpus introituum feudaliu[m] certum, idèd soluitur releuium, sicuti & portulania, & ius ponderam, & mensurarum, cuius introitus sunt pena, & tamèn quia affictantur, & exigitur ab Affictatore quantitas certa, soluitur releuium, ita pluries fuisse iudicatum vidimus, & sic passim obseruatur. Hæc ille vir doctissimus Præsident Minadous.

5 Qui demum alia in materia inuestigās, querit elegantèr, quid si Baro in solo, & aqua feudali molendinum construxerit, an eo mortuo, in liquidatione releuij sit facièda deductio ab introitibus illius molendini pro rata meliorationum factarum, ratio dubitandi in partem affirmantem ea fuit, quia quando feudum ob finem finitam reuertitur ad Dominum, si reperiretur, defunctum feudatarium, vel eius prædecessores molendinum in fundo feudali construxisse, tenetur Dominus expensas in ea constructione factas hæredi in alodio soluere, ad *lex. in c. 1. §. si vasallus, hic finit. lex.* si tenetur, ergo pro ea rata; quæ colligitur ex illis expensis, siuè meliorationibus in liquidatione releuij est facièda deductio, ceterum contrarium per Regiam Camera[m] Dominus iste Præsident, decisum fuisse refert, & per hæc horabilia verba.

7 Expensæ factæ in construendis molendinis, hærherijs, carcerijs, & similibus à Barone in solo, & aqua feudali, aperto feudo deducuntur, & soluntur hæredibus in burgensaticis, per

text. in c. 1. §. si vasallus, hic finitur lex, & ibi Andr. fuit dubitatum in Regia Camera, an similiter in releuiio esset facièda deductio ab introitibus istorum molendinorum pro rata meliorationum, fuit decisum, quod non, nam iure nõ cauetur hoc in releuiio, nec vnquã fuit prædictatum, sed in releuiio attenditur consuetudo, ut in Constit. Post mortem, & ibi Afflict. And. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. Bal. in cap. qua in Ecclesiarum, de constit. vbi dicit, præstationem istam esse consuetudine introductam, Frecc. de subfeud. in 3. author. Baron. & Andr. dixit, ex improbo more releuia deberi in c. 1. de cap. Corradi, ergo si verò expensæ essent factæ in illo anno mortis, tunc secus, nam admitteretur deductio, sicuti alia expensæ, ut per Afflict. in d. §. sed & res, in fine, & per Frecc. in d. 3. author. alia est ratio, quando deuoluitur, quia tunc fit diuisio hæreditatum allodialium, & feudaliu[m], sed in releuiio non datur ista diuisio, quia soluit Baro inuestituram, idèd dicit, quod releuium non sit onus feudi, sed feudatarij, ut per DD. supra adductos.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosus professus in Religione incapaci si fecerit transitum in capacem, recuperat bona, quæ antè ingressum possidebat, & num. 3. & quæ sit ratio, num. 4. & idem in Monacho effecto Episcopo, nu. 5.
- 2 Bannitus à Principe restitutus recuperat bona.
- 6 Decisio Almi Collegij Neapolitani ad questionem refertur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Religiosus in Religione incapaci professus, & ad aliam capacem translatus, vel ad Episcopalem dignitatem assumptus, recuperet bona, quæ antè ingressum in seculo possidebat, vel quæ post professionem ei delata fuerunt; sed proximioribus quæ sita. Neapolitanus in Collegio Doctorum doctoratus, si Religiosus efficiatur,

& demùm senectute confectus ad Episcopalem dignitatem sit promotus, nùm recuperet in Collegio illum locum ab alio occupatum, qui tẽpore, quo in Religione viuebat, vacauit.

C A P. CLXXXV.



Religiosus professus in Religione incapaci, si ex Supremi Pastoris dispensatione in Religionem capacem trãstrum fecerit, dubitarũt Doctores, an recuperet bona,

quæ antè ingressum, & emissam professionem in seculo possidebat, vel ei post professionem delata fuerunt, & ipsius proximioribus acquisita?

Et negatiuè respondendum videtur ex dictis per Bar. in tract. *Mynoricar. lib. 4. c. 2. allegando text. in l. 1. & in l. Tutor, C. sentent. pass.*

Sed contrarium est tenendum; etenim certum est, quòd in hoc casu per obtentam dispensationem causa ad non causam deducitur, & habetur, ac si nũquã talis Religiosus in Religione incapaci professus fuisset, & proinde bona alijs quæsitã recuperabit, vt in fortioribus terminis de bannito à Principe plenariè restituto concludunt Bald. in l. fin. num. 5. vers. ex prædictis, C. sentent. passis, ibiquè Fulgos, num. 12. idem Bal. in l. si pater filiam, ff. de adoption. Jacob. de Beluis, in l. fallaciter, C. de abolition. Castrens. in l. intercedit, ff. de condit. & demonstrat. Cros. in l. Gallus, §. et quid si tantum, n. 18. vbi etiam Ruin. num. 181. & Fortun. Garf. num. 132 ff. de liber. & posth. Felin. qui de communi testatur in eap. inter quatuor, num. 4. de maior. & obedient. Natl. conf. 470. num. 21. admonens, ab hac opinione nequè iudicando, nequè consulendo esse recedendum, D. Pres. de Franch. decis. 213. à num. 39. Rouit. decis. 37. num. 9. alijsquè plures hanc firmarunt sententiam, quos sequendo congerit Sforza in tract. de restit. in integr. part. 2. quæst. 99 art. 10. num. 74. & sub num. 94. & seqq. conclusionem hanc ampliat, etiam si talia bona ex causa fideicommissi, vel vulgaris substitutionis purificatæ propter incapacitatis

casum essent fratribus, vel alijs agnatis quæsitã, vt per restitutionem ea recuperet, itã & talitèr, ac si nunquã agnatis quæsitã fuissent, ea ratione, quia quando ius competit alicui, ex solo impedimento, vel inhabilitate alterius, si inhabilis à Principe habilitetur, siuè restituatur, potest etiam in tertij præiudicium, inhabilitate iam cessãte, quod suum erat, recuperare, Alban. in additio. ad Bar. in l. sed si mors, num. 7. C. de donat. inter vir. & vxor.

Et licet Doctores prædicti in bannito à Principe restituto verba faciant, idem tamen in Religioso locum sibi vendicat, ad Religionem capacem per Summum Pontificè habilitato, itã vt statim velle, & nolle recuperet, vt post Bal. Ias. & alios, quos cõgerit, fundat latissimè Molfes. conf. 1. num. 21. & quasi à mortuis resurgens eius bona recuperabit, ea ab hæredibus, quibus erant quæsitã auferendo, vt post glos. in l. nam seruus, ff. de action. & obligat. & in l. nam & ea, ff. de legibus, ibiquè Rainer. Gugliel. de Cuneo, & Bal. docuit Abb. in cap. fraternitatis, num. 22. de frigid. & malefic. Io. de Plat. Instit. de cap. dimittit. num. 6. & alij, quos refert, & sequitur Sforza d. par. 2. art. 1. num. 4. & in puncto Io. Andr. Hof. & Abb. in cap. quod ad te, de cler. coniug. & omnium notantè P. Molfes cit. conf. 1. num. 23. & seq. qui per totũ conf. de Monacho effecto Episcopo clarissimis rationibus defendit, quòd possit rescindere renunciationem antè Religionis ingressum, ad suorum beneficium factã, & bona illis quæsitã recuperare, quod etiam nouissimè pluribus medijs probauit Episcopus Genuens. in practica Eccles. quæst. 262. per totam, sed in hoc contrariũ determinasse S. C. testatur Rouit. decis. 10.

Et cum in currenti anno 1626. fortior casus contigisset in Almo Doctorum Collegio huius nostræ Ciuitatis de quodam Clerico Regulari Theatinæ Religionis, senectute confecto, ad Episcopalem dignitatem assumpto prætendente, Almi Collegij honoribus, & emolumentis illum gaudere debere, & in illum locum subintrare, qui tempore, quo in Religione viuebat, vacauit, idẽ per alium occupatum, sic per Dominos Doctores de Collegio ad Episcopi fauorem fuit decisum.

Non obstat Bar. opinio pro contraria sententia adducta, cum iura, quæ allegat potius nostram firman sententiam, dum disponant, plenissimam restitutionẽ operari quoad omnia, & licet aliqui distinguant, si bona fuerint alienata, vel non, vt

refert

refert *Apostil. ad glos. in d. l. i. C. sentent. pass.* tamèn, vt supra probauimus, magis cõmunis, & recepta est *Doctõrum* opinio, à Principe restitutum bona alijs quæ sita recuperare, etiam si fideicommissi vigore in casu incapacitatis, vel delicti illa acquisiuisset.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissio mercedis, vt propter sterilitatem conductori fieri possit, ad quam summam damnum conductoribus contingere debet, & num. 2. & 3. & quid vbi renunciatum est, vt mercedis remissio peti non possit, num. 4.
- 5 Pensionis augmentum an locatori debeatur ob maximam fertilitatem.
- 6 Renunciatio casuum fortuitorum quos casus comprehendit, & num. 7. 8. 9. & 10.

A R G V M E N T V M.

Agitur de remissione mercedis, quæ ob sterilitatem à locatore conductori facienda est, & ad quam summam, vt sit remissioni locus, damnum à cõductoribus passum ascendere debeat. Pensionis augmentum nũm à conductore locatori faciendum sit, propter maximam fertilitatem, quæ in fundo conducto accidit. Renunciatio casuum fortuitorum an comprehendat insolitos, & inopinatos, & de alijs.

C A P. CLXXXVI.



Remissio mercedis, quæ ob sterilitatem per locatorem cõductoris facienda est, anceps est quæstio, ad quam summam damnum à conductoribus passum ascendere debeat, vt illa locum habeat?

Respõdeo, quòd licet in hoc variauerint

Doctores, tam in *l. licet, C. locat. & in l. si merces, §. vis maior, ff. eod.* quàm in *cap. propter sterilitatẽ, extrã cod. tit. de locat.* adeò, quòd nouem recensentur opinioniones à *Hieronym. Panteschman. variar. iur. quæst. lib. 9. quæst. 1.* attamèn circa damni quantitatem, quòd sufficiat tertiam partem minus recipere, quàm communiter percipi consuevit, voluerunt *Hofst. & Abb. in d. cap. propter sterilitatem, num. 13.* & quòd ad quartam partem voluit *Alex. conf. 112. lib. 1. in fine,* & quòd sufficiat, si sexta pars sit deficiens, sentit *Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, Rip. in l. fin. C. de reuocand. donat. num. 87. Cuman. conf. 50. num. 3. Ruin. conf. 51. num. 1. Cephal. conf. 207. num. 16.* alij verò, quando cõductor remaneret læsus vltra dimidiam, habito respectu ad id, quòd exigitur, deductis expẽsis, vt per *DD. quos citat, & sequitur D. Reg. Galeot. respons. fiscal. 17 num. 46. & Ant. de Amat. resol. 18. num. 20.* magis tamèn communis, & verior opinio est, secundum quam pluriès in his Tribunalibus, signanter in Regia Camera decisum est, vt negotium Iudicis arbitrio committatur decidendum, vt per *Couarr. præf. quæst. c. 30. vers. alijs placet, Sebastian. Medic. in tract. de casib. fortuit. part. 2. c. 3. num. 1. Boss. in tract. de remiss. merced. num. 12. Menoch. de arbitr. iud. casu 76. num. 3. Hieronym. Panteschm. loco cit. num. 27. & 37. & alij citati per Annam conf. 64. nu. 1. quæ omnia nedum in simplici conductore rei priuatæ locum habere dic, verum etiam & in conductore vectigalium, vt per *Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publican. & vectigal. & in sua quæst. incip. Publicanis, & latè per Boss. de remiss. merced. public. in princ. & per Hieron. Panteschm. quæst. 18. per totam, qui infinitos allegat, quòd procedet, etiam si cum iuramento fuisset renunciatum, nõ petere aliquod excompositum, siuè remissionem, Ioseph Ludou. commun. conclus. concl. unica, vers. & quoniam altera opinio, in tit. de iur. emphyt. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 3. n. 18. & Anna conf. 64. & 65.**

5 Quid autem dicendum è contra, an propter maximam fertilitatem pensionis augmentum faciendum sit? & in hoc erit respondendum, quòd si fertilitas consistit in valore fructuum, quia longè plus valent illo anno, quàm alio, & tunc sit augmentum pensionis, & idem si fertilitas consistit, non in valore pretij, sed in abundantia, & in incremento fructuum, quia ex maxima bonitate, & prosperitate temporis, ac influencia elementorum magni fructus sunt percepti, tunc enim omninò debet fieri augmentum

pensionis, ac si orta est fertilitas ex industria, & conductoris diligentia, ut quia sollicitè laboravit, & eo casu non fieret pensionis augmentum; *Gomez. var. resol. lib. 2. tit. de locat. c. 2. nu. 19.* ubi infert ad doctrinam *Bar. in l. si merces, §. vis maior. ff. locat.* quòd si quis conduxit molendinum, & alia vicina sunt destructa aquarum impetu, debet fieri ad beneficium illius Domini pensionis augmentum, hoc idem *Anchar. in d. cap. propter sterilitatem, num. 16.* & *Gratian discept. forens. c. 195. num. 13. & seqq.*

6 Hac sumpta occasione, cum in omnibus contractibus locationis, & conductionis, ac similibus, ad excomputa, & alia excludenda, de communi consuetudine fiat renunciatio casuum fortuitorum, quæro, quomòdò modo renunciatio ista à *Doctoribus* intelligatur? respondeo, intelligi eam de casibus fortuitis solitis, & qui sæpè contingere possunt; secus de insolitis, & inopinatis, ita ut si quis in se susceperit periculum casus fortuiti, contingente demùm insolito, & inopinato, de illo nullatenus tenetur; sic enim attenda dispositione *rex. in l. fistulas, §. frumenta, & in l. seio, §. medico. ff. de annis legat.* magis còmuniter tenuerunt *Doctores*, tam in *commentarijs*, & *tractatibus*, quàm in *consilijs*, & *decisionibus*, siquidem

In *commentarijs* affirmarunt *Bar. in l. sed & si quis, §. quæsitum, in fine, vers. ubicunque dixi. ff. si quis cautionem. ibique Consiliar. de Botris in addition. vers. intellige de solitis*, ubi testatur, secundùm *Bar.* doctrinam iudicasse Sacrum Consilium Regni huius, idem *Bar. in d. §. medico, nu. 4.* *Alber. de Ros. in d. §. frumenta, l. 1. in d. §. quæsitum, num. 33.* *Ant. de Butr. in cap. 1. extra de commodat. Felin. in cap. sedes 15. nu. 3. vers. per istam regulam, de rescript. & alij.*

8 In *tractatibus Rip. de priuileg. còtrac. caus. pest. num. 97. & 98.* *Sebastian. Medic. de casibus fortuit. par. 1. quæst. 13. nu. 10.* *Gomez. var. resol. tit. de locat. num. 19.* *Gayl. pract. obser. lib. 2. obser. 23. num. 19.* *Bertaz. in tract. de claus. fol. mihi 113. à ter. nu. 4.* *Caroc. de locat. fol. mihi 178.* *Cauall. comm. contra comm. quæst. 702. ubi nu. 4. & 5.* secundùm conclusionem supra firmatum decisum fuisse testatur, etiam si esset facta renunciatio casuum opinatorum, & inopinatum, *Mench. tract. de arbitr. cent. 1. casu 80.* ubi aliquos ex antiquioribus citans *Doctores*, quæ conclusioni supra firmatæ contradixerunt, n. 6. ex *Corne. conf. 121. lib. 4.* distinguit, aliquos esse casus sic insolitos, qui verisimilitèr à prudenti viro cogitari non poterunt, & hos excusare su-

scipientem in se casus fortuitos, affirmat, sicquè *Bar.* & sequacium sententiam procedere: aliquos verò esse casus fortuitos insolitos; sed nò ita insolitos, ut à viro prudenti prævideri non possint, et hos nullatenus excusare concludit, *Mantic. de tant. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. num. 3.* *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 106.* *Marefcot. var. resol. lib. 2. resol. 26. num. 4. & seqq.* *Stefau. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 195. nu. 8. 9. 10. 11. & 12.* ubi dicit, còclusionem in principio firmatam procedere, magisq; veram esse, quamvis fuerit promissum de omnibus casibus, qui imaginari possunt, & pro quacunque causa, quæ posset dici, vel excogitari, et quòd adstant verba apta includere casus inopinatos, et maiores expressis.

9 In *Consilijs Bald. conf. 147. num. 2. lib. 3.* *Rube. Alex. conf. 153. in 1. dub. ubi de molendinis tractat, Corne. conf. 12. num. 4. vers. & secundum hoc, lib. 4.* *Ang. conf. 174.* et in aliquibus *Codicibus 173.* *Alex. conf. 8. num. 10. lib. 1.* *Crauet. conf. 95. num. 12.* *Paris. conf. 68. nu. 24. lib. 1.* *Soc. conf. 123. vol. 4.* *Petr. Cabal. conf. 102. num. 11.* *Hippoly. Riminal. conf. 637. num. 4. & 42. lib. 6.* *Alciat. conf. 49. num. 1. lib. 8.* *Grat. conf. 94. num. 42. & seq. lib. 2.* *Bursat. conf. 81. num. 6.* *Neuzer. conf. 91. n. 5.* *Alba. conf. 1. num. 4.*

10 In *Decisionibus Rot. decis. 5. de locat. penes Mubedan. ubi num. 3. ex Socim. loco cit. dicit, per quascunque clausulas nullo pacto venire casum, de quo non est verosimile Partes cogitasse, Rot. decis. 29. lib. 3. penes Puceum, Gamma decis. 394. num. 11.* *Magon. decis. Florent. 67. num. 15.* *Ysit. ad Aff. decis. 151. num. 2.* *Surd. decis. 326. num. 52.* ubi loquitur, etiam si inopinatis esset facta renunciatio, *Rot. in vna. Ferrarjens. assensur. coram D. Buratto, quam imprimi curauit Gratian. discept. forens. cap. 557. tom. 3.* *Anton. de Amat. resol. 18.* omnino videndus, *ad Brill. decis. 299. num. 2. & seqq.*

S V M M A R I V M.

- 1 Remissio mercedis an facta sit in casibus fortuitis, & si sit, an impediat actionem ad rem, & si non, an exaltam, & si non, an exaltam.
- 3 Remissio mercedis est facta in casibus fortuitis, & si sit, an impediat actionem ad rem, & si non, an exaltam.
- 4 Factum Principis dicitur casus fortuitus.

ARGUMENTVM.

Agitur, an remissio mercedis conductoribus Gabellarum à locatore impeditis facienda sit quoad quantitatem non exactam, vel potius datur actio ad interesse ratione lucri cessantis, & quid si impedimentum, nō culpa locatoris, sed factio tertii contigit.

C A P. CLXXXVII.



Remissio mercedis, dubitarunt Doctores, nam conductori, præsertim vectigalium à locatore impedito facienda sit quoad quantitatem non exactam, vel datur actio ad interesse ratione lucri cessantis?

Et utrumquē deberi colligitur ex dictis per Bart. in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locat. in 1. memb. suæ distinctionis, quod ampliatu primo procedere, etiam si factum locatoris, ob quod impedimentum oritur fuerit iustum, quia licet quoad se iustum sit, atamen videtur esse in culpa quoad factum contrahentem, ita notabiliter dixit Corno. conf. 12. lib. 4. & conf. 38. lib. 2. Alciat. resp. 189. & Menoch. conf. 55. num. 14. lib. 1. censetur enim locator promississe, se nihil omitturum, propter quod impediatur vsus conductoris, Bal. in cap. 1. ad hac, de pace iuram. firmant.

Secundò ampliatu, quatenus prohibitio sit Superioris, cum quo contractus initus fuit, ita notabiliter Bursar. conf. 309. vol. 3. ibi enim agebatur de facto, nedum iusto, sed necessario ob publicam utilitatem, & tamen voluit, fieri remissionem mercedis, deductis expensis, vt patet num. 30. ibi, quæ remissio fieri debeat pro tota summa deficiente ad integrum affectum promissum, vt si duodecim aureorum pensio existat, nec sine percepti, nisi quinque, detrahis prius omnibus expensis remittantur septem, & per conductorem soluntur quinque ea tempore soluantur.

Item licet damnus locatoris culpa nō cōtingat, sed factio tertii, etiā iusto, cui resi-

si non poterat, etiam debet fieri remissio mercedis, Bart. ubi sup. & in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publican. & vectigal. Bald. in l. si ea lege, C. loca. ratio vna est, quia locator tenetur prestare patientiam, quod conductor vtatur re conducta toto tempore, ipsumque defendere, Bart. & alii in l. corruptionem, C. de usufr. & in l. si quis domum, vbi Castren. ff. locat. factum autem Superioris censetur casus foeruitus, & pro eo mercedis competit remissio, Alex. conf. 57. col. penult. vol. 1. Bald. conf. 399. vol. 2. Ang. conf. 119. vol. 4. in princ. Boss. de remiss. merced. Conduct. num. 66. quod procedit, etiam si Superior contraueniret fauore publicæ utilitatis, vt supra dictum est, Baro. conf. 146. num. 44. lib. 3. Menoch. conf. 146. in fine.

SUMMARIVM.

- 1 Remissio mercedis an possit per communem Baroniam, ex quo in vno ex corporibus feudalibus sterilitas contigit, & n. 4.
- 2 Remissio mercedis subintrat, quous res particularis locata sterilis efficeretur.
- 3 Locatio vnica dicitur, quando vnico pretio est locatum quid vniuersale, sub quo plura corpora consistunt.
- 4 Venditio vnica dicitur, venditis duobus predijs vnico pretio.

ARGUMENTVM.

Agitur, an sit locus remissioni mercedis, quādo facta locatione Baroniam, sub qua plura consistunt corpora feudalialia, verbo signatè in locationis contractu descripta, in vno ex corporibus descriptis sterilitas contingeret, & de alijs ad materiam.

C A P. CLXXXVIII.



Remissio mercedis, fuit alijs dubitatum, an facienda sit conductori Baroniam, propter sterilitatem, quæ in vno ex corporibus feudalibus contigit: fuerat enim

à quo-

quodam Februario Regni Iuribus per quinquennium locata eius Baronia, corporibus verbo signanter descriptis ad rationem ducatoris bis mille pro quolibet anno, onerit demum in tertio anno, defensam quandam pro animalium pasculo destinatam, quae singulo quoque anno erat in redditu biscentum, adeo deuenisse sterilitem, ut nec eo tempore obolus ex illa perceptus fuerit, quare conductor pro remissione instabat, contradicebat locator, unde quid iuris dubitatum existit?

Respondi breuiter, conductorem in hoc casu malum fouere ius, nam quod propter sterilitatem in re locata contingat utroque iure cautum sit, fieri locum remissioni mercedis, hoc procedit, quando vnus praedii, siue particularis rei sit locatio, ceterum ubi quid vniuersale locatur, sub quo plura consistunt corpora, prout est Baronia, & vnico pretio, quamuis corpora verbo signanter describantur, nulla lege cautus, nec ratio aliqua exposcit, ut propter sterilitatem, quae contingit in vno ex corporibus descriptis fiet locus remissioni mercedis, probatur conclusio ista ratione, & auctoritate.

Ratione, quia nullum praetium distinctum pro pensionis taxatum est, nec in illo corpore, quod sterile effectum fuit, & propter quod remissio petitur, nec in aliis, ut dici posset, quot corpora, tot locationes, ad tradita per Bart. in quest. 4. num. 17. sed tantum vniuersaliter consideratis omnibus, quae sub Baronia subsunt, siue de vnico, & certo pretio conuentum, quod sit, ut cum magis communiter dixerint Doctores, tunc de iure esse locum remissioni mercedis, quando conductor propter sterilitatem superuenientem laesionem ultra dimidiam passus est, ut multorum auctoritate probat Vinc. Caroc. in tract. de locat. & conduct. in tit. de remiss. mercedis, quest. 1. num. 4. fol. mihi 145. a ter. (quamuis sup. cap. 186. id omne ad Iudicis arbitrium remitti dixerim;) in casu proposito haec laesio considerari non potest, ex quo caetera corpora fuerant illo anno in solito, & maiori redditu, ergo.

5 Auctoritate, & in fortioribus terminis, sic enim censuit Aegid. Bossius in tit. de remiss. merced. nu. 20. cum seqq. ubi dicit, quod si facta simul pluriu possessionum locatione, & vnico pretio, contingeret, ut vna sterilis euaderet, ac consideratis aliis possessionibus conductor laesus ultra dimidiam non remaneret, nullatenus fieret locus remissioni mercedis, quia vnica est locatio,

5 sicut si plura emerentur praedia vnico pretio, vnica esset emptio, l. si duos ff. de contrab. emptio. Bart. in l. scire debemus, ff. de verb. obligat. inferens ex hoc dari casum, vt conductor generalis, & sic pluriu possessionum vnico pretio, data sterilitate in vna, mercedis remissionem consequi non possit, & tamen illum ad remittendum cogi posse, si vnum ex alijs corporibus sterili sublocaret, in poq; sterilitas contingeret.

1100. 1101. 1102. A. R. I. V. etc.

- 1 Renunciatio a filia dotata patri facta tempore, quae existeret masculi, euanescit, si tempore successionis patris mortui reperitur, quod exprimitur num. 2. & declaratur nu. 3.
- 4 Patrem de filia exheredanda sollicitum fuisse, nullo est passio credendum, nisi in aliorum liberorum commodum, vel natorum, vel nascendorum.
- 5 Renunciatio filiae habet in se praesumptionem, vt intelligatur facta contemplatione masculorum.
- 6 Renunciatio amplissima ad illa iura de futuro trahitur, quae passus comperere ex causa de praesenti uidentur.
- 7 Verisimilitudinem pro se habens, casum legis habere dicitur.
- 8 Pater suam acquisitionem noluit includere filias feminas, non est verisimile, quod uoluerit eas includere extraneum masculum.
- 9 Causa enumerantur propter quas patres solent a filiabus recipere renunciations.
- 10 Renunciatio filiae quando a patre non fuit recepta contemplatione descendendum, vel familiae, intelligitur recepta, ad hoc ut pater ipse liberam habeat disponendi facultatem.
- 11 Descendentium contemplatio, quando in renunciationsibus denegatur, est a fortiori deneganda in transversalibus.
- 12 Stipulatio pro se, & heredibus transversalibus, & particularibus, quando non sunt contemplati descendentes, intelligitur pro heredibus testamentarijs, & nu. 34. & 60.
- 13 Stipulatio pro heredibus particularibus non conuenit intestatae successioni.
- 14 Heredis nomen ita paritari debet, ut nullatenus extranei, qui ab intestato uenire possunt, proprijs filiabus auferantur.
- 15 Renunciatio filiae quando non potest dici facta contemplatione descendendum, vel familiae, euanescit, si pater ab intestato decedit, & nu. 25.
- 16 Doctores, qui denegant filiae renunciationsem intestati patris successionem, in quibus casibus loquuntur.

17. *Filia, quæ renunçianit an ab intestato succedat patri cum alijs descendens masculis, & num. 18.*
19. *Filia, quæ renunçianit an admittatur ad successionem patris intestati unà cū sororibus, quæ non renunçiant, & num. 20.*
21. *Filia, quæ renunçianit tempore, quo nullus extabat descendens, nec demum in die obitus patris superstes fuit, an ad eiusdem patris intestati successionem admittatur.*
22. *Renunçiatio filiarum monialium semper distincta realis.*
23. *Agnatus an excludat filiam renunçiantem à patris sui intestati successionem.*
24. *Dofor non inuenitur, qui respondere ausus sit pro transuersali alterius familia contra filiam renunçiantem.*
26. *Causa fauoris libertatis testandi an cesset, quando filia renunçianit successionibus ab intestato.*
27. *Renunçiationes, quæ à filiabus, dotibus receptis fiunt, semper intelliguntur facta ab intestato.*
28. *Factum, quod legitur in renunçiationibus, ut nunquam illa dicantur expirata, vel facta contemplatione familia, deficientibus descendens, aliud non importat, nisi, ut libera sit patri disponendi facultas, & num. 30. & 34.*
29. *Filia, quæ renunçianit tunc à patris sui intestati successionem repellitur, & collaterales admittuntur, quando illi sunt in renunçiatione contemplati, & in hoc casu loquuntur Collect. Ant. Gom. & alij hic citati, & nu. 35. & 90.*
31. *Hæres particularis esse non potest, nisi testamentarius.*
32. *Patris mens est attendenda, quæ fuerit, simulque & filia in renunçiationibus, quæ à filiabus dotibus receptis fiunt.*
33. *Legis præsumptio repugnat, ut mens patris in renunçiatione filia fuerit pro illa perpetuo excludenda, & includendo collateralem.*
35. *Filia ad hoc ut à patris sui intestati successionem excludi possit per collaterales, requiritur, ut illi expressè in renunçiatione sint contemplati.*
36. *Renunçiatio, quæ fit à filia de feudali successionem, semper dicitur personalis, & num. 49. & 58.*
37. *Clausula, quibus dederit, & clausula quibuscunque, an idem importent, & num. 59. & 70.*
38. *Tex. in cap. vnico, de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater. an procedat in feudo hereditario, & nu. seq.*
40. *Penda in Regno Neapolitano dicuntur mixta.*
41. *Feudum mixtum vnum, & idem est cum feudo ex pacto, & prouidentia.*
42. *Iura feudalia communia seruantur in Regno in defectum iuris municipalis.*
43. *Pater an succedat filio in feudo refutato, vel potius frater, & nu. 44.*
45. *Renunçiatio, quæ fit de feudo omnino, vel in manibus Domini dicitur realis.*
46. *Renunçiatio in feudis quando dicitur facta omnino in terminis tex. in cap. vnico, de eo, qui fin. fecit, & c. & nu. 47. & 48.*
50. *Assensus Regis impetratus super renunçiatione bonorum feudaliū an operetur, ut intelligatur facta renunçiatio in manibus Domini, et nu. seq. et 57.*
52. *Assensus Regis si impetratur super contractu, quem contrahentes sine illo perficere possunt, habetur, ac si non esset impetratus.*
53. *Refutatio feudi in proximè successuram dicitur præmatura successio.*
54. *Refutatio feudi tunc dicitur facta in manibus Domini, quando feudum relaxatur in dominium, potestatem, et possessionem Domini.*
55. *Rex assentiendo alienationibus bonorum feudaliū nihil in emptores de nouo transfert; sed tollit tantum obstaculum, et nu. seq.*
61. *Decii lapsus in cons. 170 num. 2. & 3. circa æquiperationem, et discrimen clausularum, quibus dederit, & quibuscunque; & nu. 65.*
62. *Emphyteusis Ecclesiæ concessa Titio, et eius hæredibus, de sui natura ad hæredes extraneos non transit, et nu. 66. et quid si additum est, hæredibus, & quibus dederit, nu. 63.*
64. *Feudum an transeat ad hæredem extraneum, quando apparet illius concessio pro hæredibus quibuscunque.*
67. *Feudum si fuerit concessum Titio, et eius hæredibus, intelligitur concessio pro filijs tantum.*
68. *Clausula, & cui dederit posita post verbum hæredibus dicitur ampliatiua.*
69. *Alienatione permessa, intelligitur, ut fieri possit, tam inter vivos, quam in vltima voluntate.*
70. *Renunçiatio sicut dicitur personalis, quando est facta patri, eiusque hæredibus, et quibus dederit, sic etiam personalis censenda est, quando esset facta patri, eiusque hæredibus quibuscunque.*
71. *Clausula appositæ in renunçiatione bonorum feudaliū, quantumuis amplissima, non faciunt illam realem, sed tantum quando fit in manibus Domini, vel nulla contemplat personam.*
72. *Clausula appositæ in renunçiationibus, quæ à puellis fiunt dotibus receptis, rebusque debentibus, non possunt operari, nisi ad fauorem illorum, quibus est renunçiatum.*

- 73 Roman. conf. 22. declaratur.
 74 *Clausula Aquiliana stipulationis facit renunciationem realem, sed est relativa ad personas contemplatas tantum, & nu. seq.*
 76 *Ius in re competere debet, ut aliquid deduci possit in Aquilianam stipulationem.*
 77 *Decisiones referuntur supremi Senatus Regni Neapolitani pro questionis resolutione, & num. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. & 86.*
 87 *Substitutio compendiosa comprehendit omnem casum.*
 88 *Clausula codicillaris effectus, quando heres institutus pramoritur testatori.*
 89 *Substitutio non potest fieri in feudis sine assensu.*
 91 *Renunciatio matris an obstet filiis, si ex propria persona illi ad auro succedendum instarent, & hoc tam quando mater pramoritur patri, quam quando superest, & nu. 92. 93. 94. 96. 97. 98. 99. & 100.*
 95 *Iure accrescendi sublato, recurritur ad successorium edictum.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an filia, quæ dote recepta amplissimè renunciauit patri, & fratri, eorumquè heredibus, & successoribus quibuscunque, eo expresso, ut renunciatio intelligatur realis, & quòd talitèr suum sortiatur effectum, ut nunquam prætendi possit, quòd per mortem patris, vel fratris sine descendētibus sit illa expirata, vel facta contemplatione familiæ, siuè agnationis, sed quòd semper habeat effectum suum in omnem casum, uti realis, si demùm contingerit, patrem absquè descendētibus ab intestato mori, an, inquam, filia ipsa, quæ renunciauit, intestato

patri succedere possit, vel potius per collaterales sit à successione repellenda. Renunciatio successione feudalis quando dicitur realis, & quando personalis, & de pluribus ad ornatum *tex. in c. 1. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater.* Renunciatio matris an obstet filiis, quæ ex propria persona venire possint ad successionem aui, qui ab intestato decessit, superstitè ipsa filia renunciatè, & de aliis, vbi geminatae decisiones Sacri Regii Cōsili.

C A P. CLXXXIX.



Enunciatio in amplissima forma facta à filia patri, et fratri, eorumquè heredibus, & successoribus quibuscunque, eo expresso, ut intelligatur realis, quòdque suum sortiatur effectum, ut nunquam prætendi possit, quòd per mortem patris, vel fratris absquè descendētibus, sit illa expirata, vel facta contemplatione familiæ; si demùm contingerit, patrem absquè descendētibus, & ab intestato mori, dubitari solet, an pro non facta habeatur, ita ut ea non obstante filia ipsa, quæ renunciauit intestato patri succedere possit, vel potius per collaterales sit à successione repellenda?

Contigit annis superioribus apud nos de his disputari occasione sequenti obitus D. Principis Venastri in causa vertente inter D. Ducem Bracciani, ac D. Principis Albanis, ex cuius parte, ut pro veritate de iure responderem, requisitus Ego, hæc, quæ sequuntur, exaravi.

Iesus, Maria, Iannarius.

Renunciations futurarum successione, quæ à puellis, dotibus receptis, sunt, dum matrimonia contrahunt, adeò frequentes

omni tempore fuerunt, vt nil sit mihi admirationis, si in dies illarum occasione testes insurgant.

Quæstio diu in Supremo Regni huius Senatu agitata inter Excellentissimum Paulum Iordanum Ursinum, Bracciani Ducem ex vna, & Excellentissimam D. Mariam Feliciam Peretti, Albani Principissam ex altera, nunc, Deo bene adiuuante, intra domesticos parietes, vt pat est, terminanda in consistit, nimirum, quis nam istorum ad olim Excellentissimi Principis Venafri successionem veniat admittendus, Dux forsân Principis defuncti ex Germana præmortua nepos, vel Principissa filia, contendit Dux, potiore suam esse causam, nam & si Principissa vt filia sit gradu proximior, se ipsâ tamen exclusit amplissima renunciatione, cum desponsaretur Excellentissimo Principi Albani Bernardino Sabellio, inter alias enim clausulas, quæ in renunciationis instrumento sparsim leguntur, hæc sunt.

Spontè, &c. & omni meliori modo, &c. irrevocabiliter inter vivos donavit, & renunciat, & titulo donationis, & resutationis irrevocabilis, & inter vivos, etiam cum sollemni iuramento, tactis, &c. & per pactum de non petendo, & de non succedendo dedit, cessit, concessit, & transtulit iure proprio, & in perpetuum pro se, suisq; filijs, descendibus, & heredibus, & successoribus quibuscunq; dicto Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Principi Venafri eius patri, suisq; heredibus, & successoribus quibuscunq; quamcunq; partem ipsi Illustrissima D. Maria Felici quomodolibet competentem, & competituram in, & super quibuscunq; Terris, Castris, Civitatibus, & bonis allodialibus, iurisdictionalibus, feudalibus, &c. tam in statu Ecclesiastico, quàm in Regno Neapolitano, & alijs ubilibet, & omnibus, & quamcunq; successionem, qua ipsi, &c. pervenire, & competere possent, tam de præfensi, quàm in futurum, &c. tam ex successione ab intestato, quàm ex testamento, &c.

Et voluit, & declaravit dicta Illustrissima D. Maria Felix, quod supradictæ renunciationes, & donationes ab ipsa, vt supra, factæ, tam de bonis paternis, & maternis, quàm de alijs, vt supra, omnes sint, & esse debeant reales, & vt habeant effectum, tam ad favorem dicti Domini Principis eius patris, quàm dicti Illustrissimi Don. Francisci, & aliorum heredum, & successorum universaliùm, & particularium, ad eò vt nunquam prætendi possit, quòd per mortem eorundem dominorum donatariorum absque descendibus sint expirata, vel facta contemptatione familiae, & agnationis, sed semper esse

Etum habeant in omnem casum vti reales, & omni meliori modo, &c.

Et ad dicta bona renunciata nunquam habere regressum, nec in toto, nec in parte ex quovis capite, & causa, etiam non cogitata, & noviter superveniente, & ex cuiusvis morte, rebus mutatis, & aliter, quàm nunc se habentibus, &c.

Reservatis sibi ultra dotem, et mobilia, tantummodò scuta triginta mille in casu mortis Principis, et Don. Francisci sine filijs legitimis, et naturalibus M. ASCVLIS, quia sic sibi placuit, et placet.

Ex præfato renunciationis tenore (quo mediante prætenditur, Dominam Principissam esse perpetuò exclusam, ac si in Mûdo illa non esset) incapacitate Illustrissimi Domini mei Don. Francisci filij Abbatis Clarauallensis, ac morte Donnæ Flaviæ, similiter filie in capillo, antè patris obitum sequuta, præsupponit Dominus Dux Bracciani, aperto iure ad Principis auunculi successionem ipsam venire, vt de comprehensis in inuestitura super feudis antiquis, vt in gradu successibili in feudis novis, secundum Regni Iura, & Constitutiones.

At Nos, qui Dominæ Principissæ filie iura tuemur, libèti animo onus assumimus demonstrare, & facili quidè modo, quàm inanis sit Domini Ducis præfensio, sine ratione, ac penitus Doctorum auctoritate destituta, prout talem verborum facundia, & calami doctrina semel, atq; iterùm in possessorio demonstravit nobilissimus ille vir Dominus Antonius Caracciolus, tunc admirabilis causarum Orator, nunc Regij Patrimonij Regni huius dignissimus, ac nunquam satis laudatus Præfens, cuius doctissimis inhærendo responsis, illam in primis assumo cõclusionem, nimirum, nullus esse momenti renunciationem à filia patri factam, nullamq; de illa haberi posse rationem, quotiès renunciationis tempore extabant fratres masculi, qui demùm, dum fit casus successionis patris, non extant, vel ad succedendum sunt incapaces, prout in casu nostro, in quo tempore actus renunciationis à Domina Principissa inita, extabant Dominus meus Don. Franciscus frater, qui tunc poterat succedere, quàmuis ad præfens non possit, obstantibus Regni sanctionibus, clericos in feudis succedere prohibentibus, itemquè & Donna Flavia, soror in capillo Principi patri præmortua, hanc enim communis Scribentium sententia probavit, causam esse renunciationis, favorem scilicet fratrum, aut sororum tempore actus initi existentium, qua quidè

causa cessante, quia tempore mortis patris non extant, vel si superessent, succedere prohiberetur, conueniunt omnes, eiusdem patris intestati successionem omnino renuncianti esse deferendam, sic namque Doctores nostri vno ore fatentur, tam in Commentarijs, & Tractatibus, quam in Consilijs, & Decisionibus.

In Commentarijs.

Bal. in l. pactum, num. 9. vers. quarto quero, C. de collation.

Salyc. in l. pactum, quod dotali, num. 5. vers. aut patris filia, C. de pact. vbi conclusionē prædictam firmat in terminis, quando filia dote accepta, iuravit, amplius ad bona paterna non habere regressum.

Paul. de Castr. in d. l. pactum, num. 6. vers. item queritur, C. de collation.

Io. de Imol. in l. qui superstitis 93. in princ. vers. item tertio dicunt, ff. de acquir. hered.

Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. num. 11. vers. alias limitationes, ff. de verbor. obligation.

Roman. in d. l. qui superstitis, num. 1. vers. secunda est, ff. de acquir. hered.

Rip. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 89. ff. de verb. obligat.

Dec. in d. l. pactum, num. 9. C. de collation.

Hieronym. Buticell. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 32.

Io. Bolognet. ibidem, num. 93.

Philipp. Franc. in cap. quamuis, num. 10. de pact. in 6.

Georg. Natt. ibidem in 8. limitatio.

Guglielm. de Benedict. in cap. Rainoldus, vers. duas habens filias, num. 297. de testam.

Napodan. noster in Consuet. Si moriatur, in verb. ipsi successores, n. 31. et 32. vers. sed quid si fecit promissionem.

Io. Ang. Pisanel. ibidem in additio. incipiente Bart. circa finem, vers. 9. quando pater.

Couarr. in cap. quamuis pactum 3. par. relect. §. 3. autē num. 4. vers. decimosexto.

Ant. Gomez in comment. ad l. 22. Taur. nu. 11. vbi doctē loquitur.

Tell. Fernand. in comment. ad l. Tauri 6. num. 44. et 45.

Io. Gutier. in d. cap. quamuis pactum, super tex. vers. omnino seruari, num. 14.

P. Molfes. in commentar. ad Consuet. Neap. tit. de renunciat. quest. 1. num. 28. & quest. 3. num. 17. 18. 19. 20. et 21. vbi loquitur in terminis, quando renunciatio est facta per Aquilianam stipulationem, & per pactum de vterius non petendo, idemque dixit quest. 17. num. 15. eod. tit.

Lælius Caput. in Consuet. Neap. Si moria-

tur, par. 3. §. 6. nu. 17. vbi decisionem refert.

In Tractatibus.

Robert. Marant. disp. 10. num. 15. vers. secunda conclusio sit.

Valq. de successione creat. lib. 2. §. 18. n. 146.

Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 3. num. 146.

Michael Craff. tract. de successio. §. successio ab intestato, quest. 10. num. 11.

Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 21. n. 24.

Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. primati. ob renunciat. num. 17.

Bacz. tract. de non melioran. dotibus, §. 6. n. 4.

Melchior à Mierez tract. de maioratu par. 4. quest. 1. limit. 1. num. 103.

Franciscus Molin. tract. de ris nuptiar. lib. 3. quest. 92. num. 23. 26. et seq.

Iacob. Cancr. var. resol. lib. 3. c. 15. num. 27. et seq.

P. Sanchez in precept. Decal. lib. 7. c. 7. n. 19.

Io. Baptista Costa de facti scient. et ignor. tit. aut sciebat, aut ignorabat, cent. 2. dist. 50. num. 16.

Harthm. Pistor. lib. 4. questionum iuris, q. 6. num. 56. vers. quando renunciacionis tempore.

Paul. Gallerat. tract. de renunciat. lib. 1. c. 10. a num. 21. ad finem.

Io. Petr. Fontanell. tract. de pact. nuptial. tom. 2. class. 9. glos. vnica, par. 1. num. 75.

Mart. in summ. success. legal. par. 3. quest. 6. art. 1. num. 7.

Merlin. tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 5. In Consilijs.

Bal. conf. 437. lib. 1.

Bertrand. conf. 60. vol. 1.

Alex. omnino videndus conf. 29. num. 4. et 9. lib. 3. et conf. 149. num. 4. lib. 7.

Ang. conf. 52.

Bertazz. conf. civil. 199. num. 46. lib. 1.

Honded. conf. 29. num. 70. lib. 1.

Crauet. conf. 42.

Paris. conf. 26. num. 19. et 20. lib. 3.

Phil. Corne. in presenti causa omnino videndus conf. 291. vol. 4. vbi in successione cuiusdam Viri ab intestato defuncti, superstitibus filia, quæ dote recepta amplissime patri eiusque heredibus renunciauerat, & eiusdem defuncti sorore, pro filia respondit ad amitæ exclusionem, ex quo renunciacionis tempore ponens patrem, qui amplissimam receperat renunciacionem extabat nepos ex germano fratre præmortuo, quem vti filii amore prosequeretur, qui quidem nepos, patruo vno, decesserat, id, quod multis alijs cõprobat rationibus, & illa ad propositum noitrum efficacissima; nimirum tempus considerando renū-

ciatio-

tiationis huius filiz, in quo dicit, nullam personam fuisse patri coniunctam, quæ eidem succedere speraretur, & cuius cõtemplatione possit persuaderi, tale de nõ succedendo pactum fuisse à filia extortum, nisi aut sororem, aut fratris filium: Profectò, dicit *Corneus*, quod attinet ad hunc nepotem, cum patruo prædefunctus repertus esset, non erat ampliùs de illius favore tractandum, minus etiam de sorore, quæ contra neptem renunciantem insurrexerat, nam cum illa eiusdem esset sexus, quo filia, & iam nupserat, alienamquæ habebat propagare familiam, & non propriam ipsius patris filiz renunciationem stipulantis, prout & ipsa eius filia, ratio aliqua non exposcebat, nequæ vlla poterat considerari verisimilitudo, quòd propter sororè iam nuptam voluisset pater ille propriam filiaz sua hæreditate priuare.

Rolan. conf. 26. num. 34. lib. 3.

Hieron. Gabr. conf. 131. nu. 11. vbi dicit, casum esse indubitatum.

Lanar. conf. 49. vbi num. 6. conclusionem nostram firmat, etiam si renunciatio esset facta patri, eiusq; hæredibus per Aquilianam stipulationem.

Io. Vinc. Anna allegat. 21. num. 20.

Io. Franc. de Pont. conf. 39. n. 1. & 3. lib. 1.

Scipio Rou. conf. 23. à num. 20. vsquæ ad 24. vbi iuxta nostram conclusionem cõtius per Sacrè Cõsiliù decisum refert, quãtũuis generalissima esset renunciatio, & cum omnibus clausulis, quæ excogitari possunt.

Scipio Theodor. allegat. 36. num. 14.

Iacob. Gall. conf. 64. num. 8.

Camil. de Medic. conf. 20. num. 3.

In Decisionibus.

Nicola. Boer. decis. 204. num. 27.

Ant. Capyc. decis. 190. num. 2.

Franc. Viuius dec. 316. à num. 8.

Io. Petr. Surdus decis. 252. num. 4.

Cæsar Vrsill. in addit. ad decis. Affl. decis.

161. num. 4.

Ant. Fab. diff. 12. C. de pact. conuen. super dos. & de erroribus pragmat. decad. 13. error. 9. circa finem.

3 *Ferrer. omninò videndus in additio. ad Guid. Pap. decis. 192. vbi conclusionem nostram adedò veram dicit, vt procedat, etiam si patre ab intestato defuncto superessent descendentes feminz, quas non aliter, dicit, excludere sororem renunciantem, sed vnà simul cum illo succedere, sicq. passim in illo Parlamento iudicari, vbi fratres renunciationis tempore existètes patri pramouentur.*

Matril. decis. 65. num. 14. & 17.

Rot. dec. 538. n. 3. in posthum. Farin. par. I.

3 *Conclusionem supra firmatam sic communiter ab omnibus receptam Aduersarii nõ impugnant, sed casui nostro non applicari contendunt, asserendo, Doctores omnes supra relatos, vel loqui, quando expressè filia renuncians patris descendètes contemplant, vel nulla illorum, nec tacite, nec expressè mentione facta: At cum in renunciatione, de qua agimus expressè sit conuentum, quòd nunquam censeatur illa per Principis, eiusquæ filii Domini mei Don Francisci mortem absquæ descendètibz expirata, siuè facta familiæ contemplantatione, vel agnationis, ergò.*

Huic oppositioni duplici modo responderetur, & primò negamus omninò, in hac, de qua agimus renunciatione Principis descendentes non fuisse expressè contemplatos, quòd vt fiat manifestissimum, rogo Dominos Iudicantes accuratè aduertere, quòd etsi tam in Capitulis matrimonialibus, in quibus fuit in ampla forma promissa renunciatio, quàm in ipso renunciationis instrumento, in exequutionem dictæ promissionis stipulato fuerit expressè dictum, & conuentum, quòd renuciatio nullatenus extincta diceretur; quantũuis Dominus Princeps pater, eiusquæ filius Dominus meus Don Franciscus absquæ descendètibz decederet; attamen iidem cõtrahentes in vtroquæ instrumento post pactũ hoc, vt supra extensum, satis, superquæ eorum mentem declararunt, nolle renunciationem aliquid operari, deficientibus descendètibz, tam masculis, quàm fœminis; constat enim, illud in facto esse verissimum, tam in dictis Capitulis matrimonialibus, quàm in sollemni renuciatione, post tot, tâtaquæ disposita pro renunciationis validitate, Principem patrem expressè filiaz renuncianti reseruasse, & promississe, quòd vbi Princeps ipse, eiusq; filius Don Franciscus absq; filijs, & descendètibz legitimis, & naturalibus masculis decederet, quòd eo casu dos filiaz renunciantis aucta intelligeretur in alijs scutis triginta mille; hæc enim sunt promissionis verba, quæ in Capitulis matrimonialibus habentur.

Et all'incontro detto Sig. Principe de Venafro, ancorche sappia di hauer competentemente dotata detta Signora D. Maria Felice sua figlia nel modo infra scritto, tutauia in segno di amor paterno, ogni volta però, che essa Signora, e suoi figli, e descendenti da questo matrimonio non

contravenghino alle cose sudette; promette de più, che morendo S. Eccellenza, e Sig. Don Francesco suo figlio senza figli, e descendenti legittimi, e naturali maschi, si darà, & augumenterà à detta dote, e mobili assegnatoli, altri scudi trè-tamilia di moneta, da pagarse à lei, e suoi figliuoli, e descendentibus per una sol volta, dalli heredi di esso Signor Principe di Venafro, e Signor Don Francesco, &c.

Dico modò, cum certū sit, promissione hanc fuisse à Principe patre factam, habito respectu ad quietationem, & renunciationem per filiam sub verbis immediate præcedentibus promissam, si voluisset Princeps ipse casum excludere, nimirum defectus omnium descendentium; tam masculorum, quam feminarum, & sic, ut perpetuò esset filia exclusa, deficientibus omnibus descendentibus, quando promisit scuta triginta mille in defectu filiorum masculorum, dixisset utique masculorum, & feminarum; non autem masculorum tantum; nam cum crederet Princeps, deficientibus masculis, ex suo, & Don Fracisci corpore descendentibus, quòd succedere potuisset, & hæres esse Donna Flavia eius filia, tunc temporis in viuis existens, vel altera Don Fracisci filij forsan procreanda, res satis ei videbatur dura, et contra commune votum parentum, ut succedendo in vniuersum patrimonium altera filia, vel neptis, nil aliud ex paterno, maternouè opulento patrimonio, quam constitutam dotem Donna Maria Felix primogenita, consequeretur; et sic dico Ego, enixè certè constare, exceptionem hanc pacti loquentis de dotis augmento deficientibus descendentibus masculis, benè declarare, quod renunciatio non habeat effectum suum, deficientibus omnibus descendentibus utriusque sexus, sed tantum operari illam, quando descendentibus existunt masculi, operari insuper, quando illi deficient, et existunt descendentibus feminae, sed cum augmento dotis, ut in dicto pacto, non autem, ut dixi, quando omnes deficerent descendentibus, masculi nimirum, et feminae. In tantum, ut concludamus, ex istius casus prouisione non est quid dubitari possit, quòd, dum Paciscentes uoluerunt, in defectu descendentium masculorum filiam renunciantem à sorore, uel nepte fore excludendam, sed cum augmento dotis, ergò in casu non existentium, neque masculorum, neque feminarum, clarissima colligitur contrahentium mens, esse illam includendam, ad tradita satis ad rem, de qua agi-

mus per Franciscum Aret. conf. 143. num. 2 circa medium, vers. sed ad hoc respondetur, et sic sublato ipsi filia renunciantis iure illo successione propter feminarum descendentium existentiam, cum augmento tamen dotis, fatendum omnimò est, in casu defectus omnium descendentium fore illi saluum, Gozad. conf. 26. ante num. 49.

His omnibus sic statibus accedit etiam uerisimilitudo, in qua confiderent Domini Iudicantes, et solita eorum benignitate, paternoque affectu, si Dominus Princeps pater in hoc actu renunciantis à filia extorto potuerit nunquam cogitare, in defectu omnium ipsius descendentium fore filiam ipsam paterna hereditate priuandam, et admittere ex germana præmorta nepotem; etenim, ut uidistis, uoluerunt paciscentes, filiam ipsam, masculis existentibus, cum constituta dote esse perpetuò exclusam; uoluerunt et, illam perpetuò exclusam, masculis deficientibus; sed feminis existentibus; at eo casu non cum primatatum dotes, sed cum dicto augmento; modò omnibus sublatis descendentibus, poterit quis sane mentis affirmare, adhuc primam 4 vigere exclusionem? certè non; cum nullus sit pacto credendum, Principem patrem, de hac filia exheredanda sollicitum fuisse, nisi in aliorum liberorum commodum, vel natorum, vel nascendorum, ut in puncto pro filia renunciantem contra eius amitam patris sorore, respondit Corne. cit. conf. 291. num. 4. vol. 4. & post eum Hartm. cita. quest. 6. nu. 62. subiungens, quòd quantumuis filia renuncians ad dotem habuerit respectum, & hæc causa duret, quia tamen præmortuis communi patri liberis, renunciantis tempore existentibus, cessat altera, que principalior est, euanescit quidem renunciatio, & Iacob. Gall. summus Iurista conf. 64. à num. 13. usque ad 17. in casu fortiori, nimirum quando ad patris successionem, concurrunt filia primogenita, que amplissimè renunciauit, & soror in capillo, dicit, præsumendum non esse, quòd pater filiam suam primogenitam odio prosequutus fuerit, sed cessare omnimò in hoc casu renunciantis uoluntatem, & illius, cui facta est renunciatio, nam uterque, si interrogatus fuisset, tam filia renuncians, quam pater 5 acceptans, utique respondissent, talem renunciantem facere, & acceptare contemplatione masculorum, cum alia non possit considerari causa, nisi familie conseruationis, idque etiam si renunciantis uerba essent amplissima, & ad iura de futuro tra-

herentur, cum venirent omnino restringenda ad iura illa futura, quæ ex causa de præfenti competere possent; ad *tex. in l. quod servus, ff. de condit. ob caus. & in cap. 2. vbi glo. & DD. de renunciat. subdens Gallus*, hoc procedere, iociam si expresse iuri de futuro per pactum de ulterius non petendo fuisset renunciatum, ex *Ant. de Butr. in d. cap. 2. de renunciat.* Stat igitur sine dubio pro filia inclusionis verisimilitudo, quæ sola fat esset ad extraneum repellendum, cum verisimilitudinem pro se habens, illamquæ allegas, legis casum habere; & allegare dicatur, quia iuxta *lex, vbi simile esse servandum, & semper in stipulationibus, ff. de regul. iur. Crau. conf. 9. num. 35. & coh. 29. num. 6. Mant. de cas. & ambig. lib. 3. tit. I. post num. 15.* Hinc *Alex. in l. quod dicitur, num. 17. in fine, ff. de verb. obligat. pro magno absurdo habuit, in acquisitione facta à patre pro se, & hæredibus masculis, vt filia fœmina in ea non comprehendatur; masculus verò extraneus sit, reddat rationem per hæc verba. Quia si recipiens noluit includere suas filias fœminas, non est verisimile, quòd voluerit includere extraneum masculum, & excludere filias proprias, quod esset absurdum, l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. cum auus, ff. de condit. et demonstrat. vnde verbum hæredibus ratione absurditatis evitandæ, etiam videmus restringi ad descendentes tantum, &c.*

9. Secundò, quando hæc omnia, quibus ex aduerso congrua non potest dari respõsio, in occurrenti cõtrouersia deficeret, adhuc factam oppositionem circa denegatam personarum cõtemplationem, ex alio nullius esse momenti demonstramus; causas nimirum considerando, propter quas Patentes has recipiant renunciationes, cum certum sit, renunciationem sine causa dari non posse, & si talis daretur renunciatio, nulla, ac prorsus inefficax diceretur, quàmvis amplissimis esset concepta verbis, *Dec. conf. 181. & 379. Paris. conf. 80. lib. 3. quos citat, & sequitur Kofel. ad Affl. decis. 179. n. 4.* istarum autem renunciationum causas ad tres tantum restringi, & sic quamlibet renunciationem vna ex tribus rationibus fieri, apud *Doctores* comperimus; vel & primò favore, & cõtemplatione descendenti natorum, vel procreandorum, prout semper sic in dubio secundum communem sententiam ea facta presumitur; vel secundò favore agnationis, & familiæ, vel & tandem, vt pater, cui fit renunciatio libere de bonis suis disponere possit, sic satis egre-

giè *Philipp. Corne.* qui loquens de amplissima renunciatione facta patri eiusq; hæredibus tempore, quo extabant nepos ex fratre præmortuo, & soror ipsius patris, nulla consideratione habita de sororis favore, propter inuicem similitudinem, de qua *ibi* per eum, dicit, patrem illum renunciationis tempore non potuisse contemplare, nisi vel nepotem ex fratre, à quo domus, & familiæ suæ propagationem sperabat, vel futuros filios, vel vt de bonis suis liberè, tam inter viuos, quàm in ultimis disponere potuisset, idquæ in citato *conf. 291. nu. 6. lib. 4. vers. nisi forsan coniecturetur, & iterum num. seq. sub illis verbis, profectò ista causa possunt coniecturari, & nulla alia, quæ sit persuasione digna, &c.* idemquæ dixit *Crau. citat. conf. 42. num. 1. & 2. vers. idèd restringi debent, vbi dicit, quòd quatumvis renunciationis verba sint generalia, & amplissima, semper ex mente, & intentione patris restringi debent, vt facta intelligatur renunciatio, vel vt pater possit de bonis restantibus ex arbitrio disponere, vel cõtemplatione masculorum nasciturorum; hoc idem satis elegantè firmavit *Rot. in vna Roma. Renunciat. sub die 7. Iunij 1634. coràm Reuerendissimo P. Dunozet, sub illis verbis. Prædicta omnia facilius visa fuerunt procedere ex eo, quæ renunciatio facta ad favorem fratris semper presumitur facta in beneficium descendenti masculorum de familia, vt bona in eis conseruentur, vel vt frater liberè de bonis renunciatis disponere possit, &c.**

10. Hac stante conclusione pro indubitata, & sine contradicte, nimirum vt semper intelligatur facta renunciatio vna ex tribus causis, de quibus supra, dico sic, quòd dum asserere volumus, ex renunciationis tenore descendentes non fuisse contemplatos, nec natos, nec nascituros; minusq; agnationem, seu familiam *Peretti*, consequens est dicere, vt sublata causa favoris descendenti, & agnationis, seu familiæ, remaneat sola illa favoris libertatis testandi, cum nemo sublimis ingenij sibi poterit nunquam persuadere, voluisse Principem renunciationem à filia recipere ad perpetuam eius exclusionem, & inclusionem ex sorore præmortua nepotum de aliena familia, nam si dicimus, nullatenus à filia accepisse renunciationem favore descendenti, & vt illis prodesse potuisset, neq; propriæ agnationis, & familiæ, quo pacto asserere quis nunquam poterit, accepisse pro transversalibus cognatis, qui ab intestato

venire potuissent, ad tradita per *Alex. in d. l. quod dicitur, num. 17. ff. de verb. oblig. etc.* enim, attendamus quæso, vel in renunciatione, de qua agimus, descendantium contemplationem concedimus, vel illam denegamus, si concedimus, sumus extra omnem difficultatem, nam cum tempore mortis Principis patris illi non supersisterint, quænit certè renuntiatio, si verò descendantium contemplationem denegamus,

- 11** est etiam à fortiori deneganda in transuersalibus, maxime cognatis, *Aretin. in l. qui superstitis 93. colum. 4. vers. vnde oportet dicere, ff. de verbor. obligat. Alex. cons. 29. num. 4. lib. 3. Hieronym. Gabr. cons. 131. intrà nu. 13. vers. quia non est verisimile, lib. 2. Hartbm. Pistor. quæst. iur. lib. 4. quæst. 6. num. 61. vers. cum autem existimandum non sit, & sic denegata contemplatione, necessariò dicendum est, remansisse illam duntaxat renunciationis causam, facultatis nimirum testandi, illamquè Principis stipulationem pro se, & heredibus, ac successoribus vniuersalibus, & particularibus, dum descendantium denegamus contemplationem, de necessitate intelligendam, pro heredibus, & successoribus testamentariis, quos forte Princeps hæredes instituere voluisset, non autem ab intestato, sic*

Ang. cons. 52. num. 2. ibi, nec obstat quietatio facta per Furlanam, quoniam ipsa quietavit parentibus stipulantibus, pro se, & eorum heredibus, vnde si dictus Ziglius alios instituisset heredes, aut aliquis ex suis descendantibus superuinceret, &c.

Aymo omninò videndus cons. 289. nu. 3. vers. tertio, ibi, & secundum istum communem sensum pater voluit sibi providere, acceptando quietationem pro se, & heredibus suis, &c.

Ludouicus Bolognin. cons. 35. intrà num. 15. sub illis verbis, & ratio est, quia voluit providere per tale pactum, ne filia impugnaret iudicium suum, si alius voluisset relinquere, ergò cum intestatus decedat, cessat ratio, &c.

Seraphin. de privileg. iuram. privileg. 21. num. 24. sub illis verbis, quia pater per renunciationem, putà filia, censetur voluisse providere, ne eius iudicium subverti posset, casu, quando alios institueret, &c.

Bacz. de non melioran. dor. cap. 6. num. 12. circa finem, sub illis verbis, Patremquè maxime voluisse suam sibi libertatem asserere, ut vel filio, vel filia, quæ non renunciauit gratis, et beneficium esse possit, &c.

Hieronym. Gabr. cit. cons. 131. num. 14. vbi loquendo in terminis renunciationis à patre acceptæ, in tempore, quo descendentes

non habebat, hæc subdit verbas, & quamuis is casus non sit explicatus, tamen ex mente omnium, quia mens patris spectatur tempore renunciationis, non potest intelligi renuntiatio procurata favore alicuius persone; sed solum, ad effectum adipiscendæ facultatis liberè disponendi, &c.

Rot. decif. 75. nu. 1. par. 2. nom. 1. in recollect. per Farin. ibi, præsertim quando stipulatur, renunciationem pro se, & heredibus, verisimilis mens ipsius esse intelligitur, ut possit de bonis suis pro libito sua voluntatis disporre, etc.

Eadem Rot. in vna Romana Renunciationis sub die 7. Junii 1634. coram R. P. Dimozet, sub illis verbis, Nec obstat, quòd renuntiatio stipulata fuerit pro fratribus, et heredibus, etc. & paulò post placuit tamen responsis, istà conclusionem procedere, quando recipiens renunciationem decedit testatus, instituto certò heredè.

- 13** Quòdque indubitanter de hoc heredum genere sentire viderit Princeps, ponderemus, quæso, verbum illud, *heredibus particularibus*, quod nullo pacto affirmari potest intestatæ successioni convenire; sed tantum ex testamento, vel inter vivos; hæres enim particularis ite tantum dicitur, qui in certa re est institutus, & locolegatarii habetur, *l. quotiens de hered. instituc.* alias enim diceremus, maximè resultare iniquitatem, & ea esset, ut ex hac stipulatione hæredes extranei, & sic transeverales ab intestato venientes ad exclusionem propriæ sobolis admitterentur contra mentem text. in *l. cum auus, ff. de condition. et demonstrat. & in l. cum acutissimi, C. de fideicom.* vnde ratione iniquitatis vitandæ, in casu nostræ controuersie, & in simili-

14 bus hoc heredis nomen ita coarctari debet, ut nullatenus extranei, qui ab intestato venire possent, propriis filiabus anteferantur, *Ang. elegantissimè cons. 306. num. 4. sub illis verbis, vnde hoc casu heredis appellatio coarctatur causa iniquitatis vitandæ, quæ resullaret, si extraneus admitteretur, priusquam filia, etc.* istamquè *Angel. theoreticam* amplexi sunt *Alex. cons. 36. à nom. 6. lib. 3.* alique relati per *Peregrin. de fideicom. art. 32. num. 20.*

15 His ergò stantibus, dum in renunciatione, de qua agimus, affirmare velimus, causam deficere fauoris descendantium, & similiter agnationis, cum quoquè deficiat Principis patris dispositio, ex qua ab intestato decessit, receptissima succedit

Scriptentiam sententis, ut nunquam renuncians dici possit exclusus, sed immo ex supervenienti voluntate ab eodem patre vocata intelligatur, nam quemadmodum filia, quæ renunciavit, si esset à patre hæres instituta in testamento, antè renunciationis stipulationem condito, posset succedere, non obstante renunciatione, ex eo, quia dum pater in eadem remansit voluntate, nec eam mutavit, videtur reuocasse consensum super renunciatione præstitum, ut per *Aus. Gomez. in l. 22. Tar. & Hartbm. cit. quest. 6. num. 36.* dicunt *Dolores*, talis conclusus reuocatio, sicut per patrem fieri potest expressè, filiam hæredem instituendo, ita etiam tacitè, decedendo. scilicet ab intestato, sic sanè scripserunt

Bald. conf. 437. per totum num. 2. quem omninò vide.

Ang. conf. 52. circa finem, vers. sed in themate nostro, similiter omninò videndus.

Philipp. Corneus cit. conf. 291. num. 8. qui probans filiam renunciantis inclusionem contra amitam, quæ defuncti fratris hæreditatem ad neptis exclusionem petebat, dicit, quòd dum de illa nulla poterit haberi ratio, ex quo nulla poterat considerari. verisimilitudo, ut pater propter sororem iam nuptam, quæ alienam propagabat familiam, propriam filiam excludere voluisset, quia nepos ex germano fratre erat iam præmortuus, ipseque pater, nec in vita, nec in morte de bonis suis disposuerat, sed intestatus decesserat, omni iure illius intestati hæreditas ad filiam renunciantem erat devoluenda, sorore ipsiusque renunciatis amita penitus exclusa, sicque esse locum limitationi *text. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6.*

Ludovic. Bologninus relato conf. 35. intrà num. 15. vers. vel et 2.

Aymon Crauctt. cit. conf. 42.

Matant. disp. 10. num. 14. vers. sed si tempore mortis.

Hieron. Gabriel. conf. 131. intrà num. 13. et conf. 135. num. 34. lib. 2.

Jacob. Cancer. var. resol. par. 3. tit. 15. num. 33. vers. non tamen, et num. 40. vers. et in tali casu, et num. 41.

Hartm. Pistor. quest. iur. lib. 4. q. 6. nu. 61. ubi loquitur in casu fortiori nostro, nempe in renunciatione facta à filia patri stipulanti pro se, & eius hæredibus, tempore, quo alij non extabant descendentes, nec masculi, neque feminae, nec nascituri sperabantur, ita quòd nulla poterat illorum considerari contemplatio, & tandem concludit,

patre refutario ab intestato defuncto, filiam renunciantem ei succedere, agnatis, qui ab intestato venire possunt, potius exclusis.

Scipio Rouit. conf. 23. num. 21. & conf. 44. num. 9. vers. quòd licet filia, & num. 12. vers. & in hoc casu, lib. 1. quem vide omninò.

Scip. Theodor. alleg. 36. num. 30. vers. immò dicunt omnes.

Mercurial. Merlia. tract. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 5. num. 22. ubi doctissime loquitur.

Seraphin. omninò videndus tract. de priv. iuram. priv. 21. nu. 24. vers. quinò limita.

Rot. in allegata Rom. renunciationis, vers. prædicta omnia, sub illis verbis, tacitamque de iure habet in se conditionem, dummodo aliquis masculus, vel descendens fratri supervivens, vel ipse de bonis renunciatis aliquo modo disponat, aliis si nullus fratri supervivens, & de bonis renunciatis non disponat, prout evenit in presenti casu, renunciatio non nocet, perinde ac si facta non fuisset.

16 Iacto hoc fundamento, tantorum Iurifconsultorum auctoritate roborato, quo mediante iustitia Domine Principissæ luce meridiana clarior redditur, non obstare, dicimus, aliquorum sententiam, qui contra filiam renunciantem responderunt, intestatam patris successionem ei denegantes, quia vel loquuntur, quando supersunt descendentes masculi, vel loquuntur, quando tempore renunciationis extabant masculi, & feminae, sed tempore mortis patris solum supersunt feminae, siue tempore renunciationis, & obitus extabant tantum feminae, vel loquuntur, quando tempore renunciationis, & obitus non superstititerunt alij descendentes, nec masculi, nec feminae, nisi ipsa sola renuncians, vel loquuntur contra filiam monialem, vel & tandem loquitur favore agnatorum.

Etenim, quòd attinet ad primū casum, quando supersunt descendentes masculi, sunt qui putarunt, facta renunciatione à filia futuræ parentum successionis, tempore, quo alij extabant descendentes, quòd si pater demū intestatus decesserit, tacito eius iudicio, ad ipsas successionem vocata intelligatur filia cum alijs descendentes, etiam masculis, argumento *text. in l. conficiuntur, ff. de iur. spicill. & hi sunt Zerzell. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6.* quem in Authorem huius opinionis laudat *Ros. dec. 4. aliàs 850. de pact. in antiquis, Bertrand. conf. 9. et 169. in 2. par. 3. vol & alii.*

18 Verum istorum sententiam magis com-

muniter damnatam esse, docent *Doctores* per *Ant. Gabriel. relati lib. 3. commun. concl. in de iur. dot. concl. 1. num. 40. vers. contrarium, et Capell. Tholof. decis. 457.* qui in hoc casu aduersus *Zanzell.* insurgens, intestatam patris successionem vna simul cum alijs descendentes filia, que renunciavit penitus negarunt, & in his terminis loquuti sunt omnes *Doctores* ab Aduersarijs in eorum responsis aliter, quos rogo Dominos Iudicantes, vt sigillatim videant, legant, & perpendant, cunctos enim inuenient reprobandos *Zanzell.* quem citant *Rof. et Berträd. locis citatis, & hi sunt Franc. Aret. in l. qui superstitis 93. sub num. 3. col. 3. in princ. vers. sed dubitatur. ff. de acquir. hered. 10. Croc. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 45. ff. de verbor. obligationibus, Franch. in cap. quamuis pactum, num. 10. vers. sed si pater desessisset ab intestato, de pact. in 6. Alex. cons. 29. lib. 3. et 149. num. 4. lib. 7. qui similiter loquitur, quando supersunt descendentes, qui non renunciarunt, & contrarium sentit, quando descendentes non supersunt, *Paris. cons. 26. lib. 3.* qui loquitur in casu, quo mortuo patre, cui filia renunciavit, supersisterunt alie filie, *Panciroli. cons. 62. in princ. et num. 2.* qui loquitur, quando supersunt descendentes, quamuis femina, & contrarium expresse sentit, quando non superessent: In terminis etiam huius casus intelligendi sunt *Couarr. in d. cap. quamuis pactum, par. 3. relect. §. 3. num. 5. Ant. Gomez. in l. 2. Tauri, num. 8. Gutierrez in eodem cap. quamuis pactum, vers. omnino seruari debet, num. 1. 2. et 3. Vsq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 29. limitat. 1. num. 119. Cras. in §. successio ab intestato, quest. 10. n. 15. Fachin. controu. iur. lib. 8. c. 71. P. Sanchez in precept. Decal. par. 2. lib. 7. c. 7. num. 1. et Paul. Galler. de renunciat. tom. 1. lib. 2. c. 5. num. 18. et tom. 2. cent. 1. renunciat. 25. num. 61. in fine. Hi omnes de negantes filie renuncianti intestatam patris successionem, fundant conclusionem hanc, autoritate *Alex. Io. Croc. Aret. & aliorum supra allegatorum,* qui loquuntur, vt dixi, quando parentibus, quibus est renunciatum, vna cum filia renunciante supersunt descendentes, in his etiam terminis loquutus fuit *Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quest. 92. num. 3. 4. et 5.* quem citat *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 9. glos. unica, par. 1. num. 69.***

91. In secundo vero casu, quando tempore renunciationis extabant masculi, & feminae, sed tempore mortis patris solum supersunt feminae, ipsius renunciantis sorores,

sub tempore renunciationis, & obitus extabant tantum feminae, que patris successionem non renunciarunt, fateor, nonnullos magis nominis afforri posse *Doctores,* qui contra filiam renunciantem responderunt, vt nimirum illa ad intestati patris, vel fratris successionem cum alijs sororibus concurrere non possit, ex eo, quia illa renunciatio sic simpliciter facta, nedum masculorum fauore facta censetur, sed etiam sororum feminarum, quod proinde si pater intestatus decederet, non per hoc renuncietur, filiam hanc, que renunciavit, in intestato tacite vocasse, sic opinati sunt *Paris. decis. 161. Couarr. in d. cap. quamuis pactum, par. 3. relect. §. 3. Vsq. de success. creat. §. 18. num. 108. et 114. Laurent. de Pix. cons. 169. Paris. cons. 26. lib. 3.* aliquid, quos refert, & sequitur *Cras. in §. successio ab intestato, quest. 10. num. 13. et 14.* quibus addo *Matia. de rit. nupt. lib. 3. quest. 92. num. 27. et 32. cum seqq. et Mangil. de imputatio. quest. 72. num. 13.*

30 Verum, in his etiam casibus magis communem sententiam esse in contrarium, non dubitamus, vt nimirum filia, que renunciavit, ad intestati patris successionem, cum alijs sororibus sit admittenda, excepto si probabilibus argumentis, sine coniecturis appareat, recepisse patrem a filia renunciantem, vt alijs filiabus prodesse potuisset, & vt illa omnino sorori renuncianti prefereretur, *Boer. cons. 437. Oranet. cons. 42. Boer. decis. 204. Des. cons. 376. in fine. Lauer. cons. 49. num. 2. De Ponte. cons. 39. num. 3. lib. 1.* vbi pro filia renunciante bis per S. C. decusum refert, *Rancinus, & Ferrer. in additio. ad Guid. Pap. decis. 192. vbi in illo Senatu sic de more iudicandi testantur, Ant. Fab. diffinit. 12. C. de pact. conuen. super dot. & de excep. pugnatis. de ad. 13. error. 9. circa finem, Fontanell. de pact. nuptial. lib. 2. glos. unica, claus. 9. num. 75. part. 1. Baez. de non melioran. dot. c. 6. num. 4. Rouit. cons. 44. num. 5. lib. 1. Theodor. alleg. 36. num. 38. Iacob. Gall. cons. 64. num. 8. et 9. vbi similiter sic alijs Sacrum Consilium iudicasse testatur, & omnium elegantissime *Hieronym. Gabriel. cons. 191. num. 13. lib. 2.* quem omnino vide.*

31 In tertio autem casu, nimirum quando tempore renunciationis nullas extabat descendens, nec demum in die obitus patris ab intestato defuncti superstes aliquis fuit, fateor etiam, quamplures contra filiam renunciantem respondisse, ea quidem principaliori ratione motos, cum in hoc casu nullatenus considerari possit, recepisse pa-

trem

trem à filia reuinciationem contemplatione descendendum, quos non habebat, nec demùm habuit; sic enim censuerunt nonnulli, quos refert, & sequitur *Carol. Ant. Pute. cons. vnico, num. 33. & 34.* quod est impressum post *cons. Sforz. Oddi;* Verùm vt etiã in hoc casu pro filia renunciantem communis, magisquẽ recepta sit *Doctõrum* sententia, affirmo indubitanter, nam etsi renunciantionis tempore non aderant descendentes, poterant tamen nasci, sicquẽ procreandorum contemplatione factam fuisse, fateri debemus, vel ad minus, vt libera remaneret patri testãdi facultas, quod cum demùm, nec filij nati sunt, nec pater ipse disposuit; sed ab intestato decessit, deficit quidẽ renunciantionis causa, ac proindẽ filia ipsa, renunciantionem nõ obstante, aperto iure succedit, vidẽtur, quã so, infra scripti, qui post alios hanc firmarunt conclusionem, *Anton. Gomez. in l. 22. Tauri, num. 12. Hieronym. Gabriel. cit. cons. 131. nu. 14. lib. 2. Io. Guierri. in d. cap. quãuis pactum, vers. omnino seruari, num. 2. de pact. in 6. Cancer. uar. resol. lib. 3. c. 15. à num. 17. vsq; ad 40. Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quãst. 92. num. 46. P. Sanchez in præcept. Decal. lib. 7. c. 7. num. 20. Harthm. Pistor. lib. 4. quãst. iur. quãst. 6. num. 59. cum scq. aliiq; communiter.*

23 In quarto autem casu, & sic in renunciantionem, quã fit à Moniali, fateor, omnes cõuenire, vt semper illa dicatur realis, itã vt patre ab intestato defuncto, filia, quã renunciant, siuẽ Monasterium ex illius persona, non modò à descendentes, sed etiã à quocunquẽ collateralali defuncto proximiorẽ penitus excludatur, idquẽ tam attentamẽte renunciantis, quã est, vt Deo seruire possit, & Mundum relinquere, quã attentã mente patris, qui renunciantionem recepit, cum non sit verisimile, eam recepisse, vt deficientibus descendentes succedat Monasterium, sed potiùs proximiores consanguinei, sic sanẽ scripserunt *D. de Franch. decis. 375. Rouit. cons. 43. num. 7. & cons. 44. similiter num. 7. Mastrill. dec. 65. Caput ad Consuet. Neap. Si moriatur, par. 3. §. 8. num. 12. et alii relati per D. Merlin. controu. forens. cens. 1. cap. 5. per totum, vbi doctẽ loquitur.*

23 Quò verò ad vltimum, & postremum casum, sunt, qui putarunt, patre ab intestato decedente, quãuis nullis relicis descendentes, agnationis fauore filiam, quã renunciant nullatenus succedere posse,

sed illam omninò à patris successione per agnatos collaterales defuncto proximiores excludi, & hi sunt *Iacob. Menoch. vulgato cons. 6. Aym. Gran. cons. 856. Barfat. cons. 264. & Carol. Ant. Put. citato cons. vnico, post illa Sforz. Odd. verùm & etiã in hoc casu filia, quã renunciant, succedat, agnatis proximioribus penitus exclusis, magis communem, & receptam esse aliorum sententiam, non dubitamus, vt videre est p̄enes *Franc. Molin. cit. tract. de rit. nupt. lib. 3. quãst. 92. à num. 39. vsquẽ, & per totum num. 46. Rolan. Canagnot. in obser. ad cons. Menoch. cit. cons. 6. & Harthm. Pistor. ceteris omissis cit. quãst. 6. num. 53. lib. 4. qui omnes vnanimi consensu dixerunt, Aym. & Menoch. consultationem periculosam esse, ac proindẽ omninò abolendam, & tamen vterquẽ consuluerunt in aperta patris voluntate, qui bona sua ad agnatos peruenire volebat, sicquẽ testamentum condendo, quãuis illud omducatum esset repertum, dicunt enim præfati *Doctores*, causam fauoris agnationis in patre renunciantionem à filia recipiente esse dũtaxat interpretandã fauore descendentes, quibus non existentibus tempore mortis patris, illã omninò cessare; quãre cauendum est à *Guid. Pap. decis. 192. & Papon. lib. 16. tit. 4. arrest. 8. & 18. quos citat, & sequitur Franc. Barry de success. lib. 11. tit. de post. de non succedendo, n. 27. per totum, vbi Menoch. sequens, pro agnato, contra filiam renunciantem respondit, quãuis dicat, hoc itã demùm admittendum, si tempore renunciantionis pater alios liberos, præter renunciantem non habebat, quia secus, dicit, quòd admitteretur filia.***

24 Sed quicquid in terminis dictorum casuum præfati *DD.* scripserint, pro eo, quòd ad nostrum pertinet, illud certò certius est, aduersã Partis fautores *Doctores* aliquem asserere non posse, qui pro eorum Clientẽ, respondere ausus sit; nimirum pro transferralali alterius agnationis, & familiã, ad propriã filia renunciantis exclusionem, in quibus sanẽ terminis nostra cadit controuersia; nam, vt vidistis, *Doctores* illi, qui contra filiam renunciantem responderunt, intestatam patris successione ei denegantes, loquuti sunt in terminis casuum supra enarratorum, & tamen in aliquibus ex eis fuit demonstratum, etiã attentã facti qualitate, super qua scripserunt, quòd magis cõmuniter eorũ sententia improbat.

25 Quò sit, vt omni semora difficultate, firma remaneat conclusio pro Domina Prin-

cipissa filia, ratione, & autoritate fundata, quod dum omnes causae, propter quas quilibet renunciatio fit, cessant, ac potius in casu nostro deficiunt, primo, quia Principi defuncto alii descendentes, quam ipsa femina non supersisterunt, minusque secundo collaterales agnati, siue, ut aiunt Aduersarii, dici non potest, renunciationem fuisse a Principissa filia receptam contemplationis descendendum, vel agnatorum, id est in vim pacti, in renunciationis instrumento adiecti, cum quoque deficiat altera, & postrema causa, propter quam pater solet a filia recipere renunciationem, nimirum ut possit liberè de bonis suis iuvita, & in morte disponere: & in casu nostro Princeps ab intestato decessit, pro non facta habetur renunciatio, sicque omni iure sit locus intestatae patris successioni.

26 In nihilo obstante obiectione altera, quae ex aduerso fit, dum praesupponit Aduersarii, conclusionem praedictam ex alio in casu nostro cessare, ex eo, quod Domina Principissa filia paterna successionem ab intestato renunciauit, non aliter descendentes contemplatis, & sic cum verè intestatus Princeps decesserit, non est tractandum, quia cessauit causa favoris libertatis testandi ad id expendentes *Colletar. in cap. propter ingratitude, num. 34. in fine, de donationem. Anton. Gomez. in l. 22. Tauri, num. 12. enchiridionis, quod tamen notabiliter intelligo, Io. Gutier. in cap. quamuis pactum, in verb. omnino seruari debet, nu. 4. & Hartm. Pistor. lib. 4. in quest. iur. quest. 6. num. 60.* etenim ad hanc imbecilem obiectionem respondetur, verissimum esse, renunciationem, de qua agimus, factam fuisse successionum ab intestato; constat enim, omnes renunciationes, 27 quae a mulieribus, dotibus receptis, fiunt, intelligi ab intestato factas, quamuis simpliciter initum esset pactum de non succedendo, *Dec. in l. su. num. 25. vers. idem tamen esset, C. de pactis, sed hoc est intelligendum in omni casu, in quo viget vna ex causis, propter quas patres solent a filiabus recipere renunciationes, ut quia supersunt descendentes, vel quia est contemplata familia, nam si illa cessarent, renunciatio euanesceat; pactum enim illud, quod in nostra* 28 *& in aliis multis renunciationibus legimus, ut nunquam praeteriri possit, quod per mortem patrum absque descendentes sint illa expirat, siue familiae contemplatione facta, probauimus supra ex receptissima Scribentium sententia, aliud non im-*

portare, siue aliam non posse occupare interpretationem, nisi ut eo casu libera sit parentibus disponendi facultas, etiam in defectu descendendum, non autem ut patre decedente ab intestato, si sola filia renuncians superest, sit illa a patris successionem repellenda, collateralibus admissis; illud autem, quod in hac re scripserunt *Colletar. Anton. Gomez. Io. Gutier. & Hartm. locis citatis, ad casum nostrum allegare, est impertinens satis, nunquam enim Doctores isti peritissimi dixerunt, ut praesupponunt Aduersarii, minusque affirmare se somniant, quod ubi filia patri renunciat, eo adiecto, ut renunciatio non intelligatur facta fauore descendendum, vel agnatorum, quod decedente demum patre ab intestato, filia taliter paciscens, a successionem repellatur; sed casum posuerunt, quando tempore renunciationis nulli extabant liberi, praeter quam ipsa renuncians, qui renunciando dixit, quod si liberi non nascantur, possit eo casu pater aliis venientibus ab intestato, vel quilibet extraneo bona relinquere, siue, ut dicit *Colletar.* fieret proprie renunciatio venientibus ab intestato, sub illis verbis intra n. 34. *sed si tale iuramentum praestatur, venientibus ab intestato, vel alij, forte, etc.* ex hoc dicunt hi *Doctores*, quod si pater liberis non natis ab intestato decederet, filia a succedendo repelleretur, idque forsan summa cum ratione; enim constat, ex hoc pacto renunciantis voluntatem, ac patris, cui est renunciatum, eam fuisse, ut deficientibus descendentes, succedere deberent alij venientes ab intestato, & non ipsa renuncians, & sic in hac renunciationis forma, in defectu descendendum fuerunt expressè contemplati alij venientes ab intestato, id, quod in renunciatione, de qua agimus, non aliter legimus; nunquam enim dixit Principissa, quod ubi pater sine filijs decederet, posset ille bona sua alijs venientibus ab intestato relinquere, vel quod eo casu succederent alij venientes ab intestato; sed tantum dixit, ut renunciationes haberet effectum, tam ad fauorem Principis patris, quam Don Francisci filii, eorumque heredes, & successorum vniuersalium, & particularium, adeo ut nunquam praeteriri posset, quod per mortem eorundem dominorum donatariorum, absque descendentes sint expirata, siue factae contemplatione familiae, & agnationis, quod quidem pactum, demonstrauimus aliud non importare, nisi ut eo casu libera esset illis disponendi facultas*

in defectu descendendum, ut in puncto explicat *Harthm. loc. cit. num. 61. vers. alio modo respicit Zaf.* & demum in altero *vers. cum autem existimandum non sit id*, quod ex illius pacti formula patet evidentissime, dum renunciat Principissa filia ad fauorē patris, eiusque fratris Don Francisci, illorumque heredum, & successorum vniuersalium, & particularium, quos scilicet sine dubio, dicendum est, instituere illi voluisse, vel vniuersaliter, vel particulariter, cum hæres particularis esse non poterat, nisi testamentarius, & quamuis ab intestato poterat dari hæres vniuersalis, si tamen paciscentium mentē attendere debemus, & sic tam filie renunciantis, quam patris, cui sit reuocatio, prout in hac renunciationis materia attendendam esse, admonet *Couar. in d. cap. quamuis pactum, par. 3. relect. §. 3. ante num. 5. Hieronym. Gabr. cons. 131. num. 10. & seq. lib. 2. P. Molin. tom. 3. de iust. et iur. disp. 579. num. 19. in fine, & P. Saub. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 7. num. 18. et 19. nullo pacto est presumendum, quod in hac stipulatione, quæ legimus pro heredibus, & successoribus vniuersalibus, & particularibus, sentire voluerint filia renuncians, et patrem, cui sunt renunciatum, ut includeretur hæres ab intestato venientes ex linea collateralis, & ut illis pater, ipse prodesse voluisset, ad propriam sobolis exclusionem; sed si contendit Dom. Dux, in hac renunciatione non fuisse contemplationem descendentes, sique illorum fauorem non posse dici renunciationis actum, fuisse à Principe patre receptum, quoniam magis potest, fuisse receptum ad fauorem ipsius Dom. Dux, à fratre nepotis? si enim nolo, adquirere pro descendibus, certe à fortiori nec pro collateralibus; & sic dico, quod deum legis præsumptio non assistit, immo repugnat, ut mens Principis fuerit recipere renunciationem pro exclusione filie, & inclusione collateralium, immo quoque deficiant verba, ex quo in tota renunciatione non legimus, fuisse contemplatum, sub nomine cum aliquem ex collateralibus, sequitur certe dicendum, quod stipulando Princeps renunciationem pro se, & filio, & omnique heredibus, & successoribus quibuscunque, vniuersalibus, & particularibus, & adiecto, ut deficientebus de loca dicitur; renunciatio adhuc in suo robore stare debet, aliud in mente habere non poterat, nisi renunciationem recipere, ad hoc ut de bonis suis libera ei remaneret disponendi facultas, absque quod*

cogi potuisset in defectu descendendum instituere hæredem filiam renunciantem, ut *Ang. Crau. Gabr. Rot. Rom. & aliorum auctoritate probauimus supra num. 12.* quod quantum sit de iure verum, tantum est in facto verissimum ex depositione vnius testis examinati ad instantiam eiusdem Dom. Ducis in processu vitæ, & militiæ fol. 62. qui plene probat pro Domina Principissa; constat enim ex hac depositione, adeo verum esse, D. Principem aliud in contractu renunciationis non præcogitasse, nisi tantum, ut in defectu descendendum remaneret ei libera de bonis suis disponendi facultas, quod cum demum se de liberis ad succedendum habilibus desperatum uidisset, quamuis renunciationem pro se haberet, tantis clausulis uallatam, adhuc dubitabat, si poterat liberè de suo disponere, quod proinde consilium querebat, an potuisset testamentum cõdere, eiusque bona relinquere personæ sibi melius uisæ, absque quod cogi potuisset instituere heredem filiam, quæ iam renunciauerat, et cum ipsi responsum esset, quod poterat liberè disponere, adhuc remansit in ambiguitate, sanius quærens consilium: considera autem modò, si stipulando Princeps pro se, et heredibus quibuscunque, senserit ne, ut decedendo sine descendibus, et ab intestato, succedere debuissent collaterales? 35. etenim si uerè Dominus Princeps pater filiam suam mediante hac renunciatione, ab eius successione excludere uoluisset, etiam in casu, quo ab intestato decessisset absque descendibus, ad hoc ut succedere debuissent collaterales, siue agnati, siue cognati, quando pactum à filia extorsit, ut nunquam prætendi posset, renunciations censeri expiratas per mortem ipsorum donatariorum absque descendibus, uel factas contemplatione familiæ, procurasset, ut renunciatum filia ad fauorem cuiuslibet heredis extranei, quem instituere uoluisset, ac omnium, et quorumcunque uenientium ab intestato, quamuis collateralium, si ab intestato patrem ipsum mori contigisset, iuxta cautelam traditam per *Doctores*, quos referunt, et sequuntur *Consiliar. Theodor. d. alleg. 36. num. 34. & Caput. ad Consuet. Neap. in Consuet. Si moriatur, p. 3. §. 4. ante num. 3. vers. Item in successione*, ubi inter alios citant *Ans. Gomez. loc. proxime cit. id.* quod cum nullibi in nostro renunciationis instrumento legamus, nõ est, cur de extraneorum fauore ab intestato uenientium nunquam contemplatorum, ad propriæ fi-

liz exclusionem hic tractari possit, quod cum Sole clarius sit, amplius hac in re non insisto.

- 36 Sed ulterius progrediendo, cum certum sit, hæc omnia supra iam dicta tam bene procedere in successione bonorum allodialium, dico modò, quòd indubitata illa redduntur, & penitus sine vlla controversia in successione bonorum feudatum, super qua nostra occurrit disceptatio, constat enim, feudali sanctione cautum esse, renunciationem, siue refutationem, quæ sit de feudo, semper dici personalem, factam scilicet contemplatione illius, cui fuit renunciatum, eiusque filiorum tantum, quamvis refutatarius renunciationem receperit pro se, & hæredibus, & cui ipse dederit, vnde si demum refutatarius ipsum sine filio mori contigerit, refutans, siue renuncians, vt defuncto feudatario proximior, pacto non obstante ad feudi renunciati successione admittitur, agnato remotiore penitus excluso, hic est *tex.* satis vulgatus in *cap. vnico, de eo, qui finem fecit agnato de feud. pater.* in quo est bene notandum, verba illa, *suisque hæredibus, & cui ipse dederit* idem importare, ac si dictam esset *pro hæredibus quibuscunque*, quæ tantum verba in nostra renunciatione leguntur, vt per *Doctores*, quos referunt *D. Cardinal. Tusch. præf. conclus. lit. C. concl. 295. nu. 7. Mart. trat. de clausulis, par. 1. claus. 93. & 108. & in summ. success. legal. p. 3. q. 7. art. 3. num. 17. Cacheran. decif. 26. num. 18. vers. qui omnes aequiparant. Costa de claus. p. 2. claus. 106. post alios, quos citat, & Molfes. ad Consuet. Neap. tom. 2. par. 10. quæst. 20. nu. 11. immò maioris importantiæ esse clausulam, & quibus dederit, quam illam *pro hæredibus, & successoribus quibuscunque*, declarat *Camer. in c. Imperialem, fol. 29. lit. D. cum seqq. & D. Cardinal. Tusch. loco cit. num. 8. & in terminis tex. in d. cap. vnico, de eo, qui finem fecit, & c. Consiliarius Theodorus omninò videndus alleg. 36. num. 29. per toxum; Vnde sequitur, quòd quemadmodum ex dispositione *text. prædicti*, vbi *Andr. & omnes, clausula, & quibus ipse dederit, facit, vt personalis dicatur renunciatio, à fortiori personalis censenda erit cum clausula, pro hæredibus, & successoribus quibuscunque*, sequitur etiam in casu nostro, quòd sicut clausula, & quibus ipse dederit nihil operatur, quando persona, cui fuit renunciatum non disposuit, vt per *Andr. in d. cap. vnico, nam. 1. ibi, & eum, cui dederit, non habet filium, nec alij dedit, & c. & optimè per Alvarot. num. 3. sub illis verbis,***

neq; ista verba, & cui dederit aliquid operatur, postquam vasallus non fuit usus illa potentia sibi attributa, & c. sic etiam clausulam pro hæredibus quibuscunque refutatario non disponente, siue ea non vteute, nullius erit relucantia.

- 38 Sed aduersus prædicta insurgunt Aduersarij, asserentes, nullatenus ea ad casum nostrum pertinere, idq; ex pluribus, & primò contendunt, dispositionem *text. in d. cap. vnico* procedere tantum, quando agitur de succedendo in feudo ex pacto, & providentia, secus autem vbi ageretur de succedendo in feudis hæreditarijs, qualia sunt in Regno omnia, ad id expendentem *to. Fin. de Anna in repetitio. rubr. & c. 1. de vasall. de crep. at. num. 353. & Consiliar. de Georg. al. leg. 17. num. 19. & 20.*

Secundò dicunt, quòd quando esset attendenda dispositio *text. in d. cap. vnico*, fieret locus in casu nostro duabus limitationibus inibi positis, nam quatenus in prima parte *tex.* dispositum sit, dari regressum renuncianti, quando feudum agnato, suisque hæredibus, & quibus ipse dederit refutatari extitit, defuncto demum refutatario sine filijs, in secunda tamen parte hæc conclusio duobus modis limitatur: & Primò, quòd feudum fuisset omninò refutatatum, ibi in *tex. nisi feudum omninò refutatari*. Secundò, vbi renunciatio, siue refutatio fuisset in manibus Domini facta, ad hoc vt refutatarium, quasi de nouo beneficio inueneret. Dicunt modò Aduersarij, casum nostrum contineri sub his duabus limitationibus, non autem sub prima dispositione, contendentes, Principissam filiam omninò feudorum successioni renunciaffe, & in manibus Domini nostri Regis, ob Regij assensum impetrationem super renunciatione subsequutam, idq; sat esse, dicunt, vt renunciatio, de qua agimus, realis, non autem personalis sit diiudicanda, & per consequens fore Principissam à feudorum successione repellendam.

- 39 At pro Domina Principissa insiftendo semper in conclusione paulò antè firmata, replicamus, factas oppositiones omni proffus fundamento carere, & quòd ad primam attinet, dicant Aduersarij quicquid velint, nimirum *text. in d. cap. vnico, de eo, qui finem fecit agnat. loqui in feudo ex pacto, & providentia*, prout & quamprimum iura, quæ in feudorum libris scripta inuenimus, sed dicant insimul, feuda omnia in Regno, non aliter dici simpliciter hæreditaria, sed

omnino mixta, participant enim de feudo ex pacto, & providentia, cum in illis non possit quilibet hæres institui, sed is tantum, qui a primo descendit acquirente, participant etiam de feudo hereditario; ex quo ille, qui succedere vult, hæres esse tenetur ultimi decedentis, & sine hereditaria qualitate succedere non potest, ut post *Camer. explicat Dom. Reg. Rouit. in responsa post 11. decis. Domini Reg. de Ponte, a num. 36. vsq; ad 40. subdens ibi, feudum mixtum vnum, & idem esse cum feudo ex pacto, & providentia hereditario, ac proinde omnia iura feudalia, quæ in feudo ex pacto, & providentia loquuntur, habere etiam locum in feudo hereditario, mixto scilicet, docet eodem Dom. Rouit. eodem responsa num. 45. et 74. 111. & 112. id, quod nemo ex nostris, qui per legitimos iuris feudalis tractatus deambulare voluit, in dubium reuocavit, etenim omni tempore vidimus, quod quando in Regno de feudali articulo disputari contigit, in defectum iuris municipalis eiusdem Regni, semper pro questionis resolutione, ad iura feudalia communia fuit habitus recursus, sunt enim illa apud nos receptissima, & passim secundum ea iudicatur, *glos. final. in Constitut. Vt de successioneibus, in verb. iuriam, col. 3. §. similiter tenet, And. inc. 1. in fine, de feud. cognit. D. Presid. de Franch. dec. 19. in qua etiam feudalis questio decidenda occurreret, fertur decisio secundum ius commune feudorum, & tamen non de feudo ex pacto, & providentia, sed hereditario mixto agebatur, subdens num. 6. hæc verba. Et maxime hæc opinio habita fuit pro vera in Sacro Consilio, in quo seruatur capitula prædicta vsuum feudorum, idem dixit D. Reg. Rouit. loco cit. num. 1. alijque, quos insequendo congruit D. Presid. Coccius in responsa impresso per D. Fiscalium Donat. in repet. feudali. Regentis, eius tenet in c. 1. de success. feud. num. 13. quibus addo nonnisi Horat. Montan. in cap. Imperatorum, §. præter. & tenet, num. 97. in fine, *vers. de observantiis in Regno nostro.***

Quodque hoc verum sit, ac penitus sine ulla controversia, patet ex relatis per Io. Innocentio Anna ab Aduersarijs allegatum in num. 353. usque ad num. 407. Dubitauit ibi quidam ille Feudista, quid dicendum, quæritur de descenditibus mortui filius, cui pater feudo refutauerat, patre ipso, et fratre, & fratribus, quis nam ad feudi successionem veniat admittendus, pater, uel frater, et si pater, an iure reuersionis, uel potius hereditario allegabatur *Andr. in.*

cap. 1. de natur. succes. feud. col. 2. *vers. bene putamus, ubi dicit, patrem admittendum esse, et iure hereditario, non autem fratrem, nisi omnino ille feudum filio refutasset, uel in manibus Domini, allegando text. in d. c. unico, de eo, qui finem fecit; ex aduerso autem dicebatur, text. in d. cap. unico, per Andr. allegatum procedere in feudo ex pacto, non autem in feudo hereditario, de cuius successione agebatur, ac proinde pro questionis resolutione allegari non posse; hæc tamen oppositione non obstante, testatur Anna, iuxta Andr. sententiam, cui ipse inherbat, fuisse pluries per S. C. pro patre contra fratrem pronunciatum: et iterum, cum de eadem questione disputari contigisset super successione feudorum remanentium in hereditate quod Hannibalia Gabacurta, cui mater feuda refutauerat, dicebat mater refutans, ipsam esse ad feudi refutati successionem admittendam, attemptata dispositione text. in d. cap. unico, de contra defuncti soror utrinque coniuncta, cuius partes tuebatur Ioan. Andr. de Georg. quem ex aduerso Scribentes allegarunt in relata alleg. 17. num. 18. & 20. dicebat, ipsam esse admittendam, in nihilo obstante dispositione text. in d. cap. unico, ex quo loquebatur in feudo ex pacto, et sic ad hereditarium applicari non poterat. Attamen Sacrum Consilium habendo refutationem pro personali, non autem pro reali, ad matris fauorem iudicauit, et sic Georgius sententiam contra Clearem reportauit, ut ipse in fine allegationis testatur, fuitque in causa illa per D. Presid. de Franch. decisio emanata, quæ est 591. in volum. suarum decisionum, quod docet etiam Reg. de Ponte tract. de potestat. Præreg. in tit. de refutat. feud. in princ. num. 29. *vers. & refutatio, ubi expressis verbis dicit, quod si refutatio fuerit facta filio, seu filique hereditibus, & cui dederit, quod decedente demum refutato, superstitibus patre refutante, ac fratre, pater refutans in feudi successione fratri, ipsiusque filio præfertur, quibus sic stantibus corruit prorsus oppositio facta, nimirum, quod text. in d. cap. unico, loquitur in feudo ex pacto, & non in illo hereditario, cum etiam in hereditario procedat, immo maiori cum ratione illius dispositio adaptatur in feudo hereditario, quam proprie in feudo ex pacto, ut satis bene docet Marin. Frecc. de feud. lib. 3. in tit. de differentiis inter feud. ex pacto, & hereditar. differenti. 11.**

45 Minus etiam, dicimus, secundam obsta-

re oppositionem, etenim facili quidem modo demonstrabitur, casum nostrum non solum sub duabus limitationibus positus in dicto cap. unico contineri, sed præcisè versari sub principali illius dispositione, quæ probat, renunciationem, quæ fit de feudo agnato, suisq; heredibus, & cui ipse dederit, personalem esse, constat. n. ex renunciationis tenore Principissam nunquam feudum paterna, aliq; antiqua renunciasse omnino, nec etiam in manibus Domini, in quibus quidem duobus casibus dicitur *renunciationem effici realem*; quod, ut fiat manifestissimum, illud necessariò discutendum venit, nimirum quando verè dici possit, renunciationem esse factam omnino, ad hoc ut realis sit illa dividenda, iuxta *text. in d. cap. unico, in 2. pars.* Ad quod respondemus, verbum illud omnino duplicem à Doctoribus recepisse interpretationem; alij enim æstimant, renunciationem tunc intelligi factam omnino, quando fit in manibus Domini, ad hoc ut ille de nouo inuestiat aliquem, & hi sunt

Bald. in *d. cap. unico, num. 2.* dicens, quòd ubi in *text.* legitur, *nisi feudum omnino refutaueris*, in quibusdam Codicibus legitur, *nisi feudum Domino refutaueris*, idemq; in *cap. 1. vers. pro vltiori, de alienat. feud. in c. 1. col. 1. vers. secunda conclusio, Imperat. Lothar. in authentic. in successione, ante nu. 7. vers. nec renunciatione penditur, C. de suis, & legit. hered. & in conf. 181. vol. 1.*

Aret. *conf. 3.* ubi dicit, refutationem feudi omnino, siue in omnem casum nil aliud esse, nisi resignationem in manibus superioris Domini.

Alex. *conf. 13. num. 4. & 7. lib. 5.*

Afflic. in *c. 1. num. 36. tit. 3. de vasall. decrep. atat.*

Ruin. *conf. 1. num. 17. & num. 20. lib. 1.*

Philipp. Coene. *conf. 180. vol. 4.*

Iacobin. *de feud. in cap. quod incipit, & unus ex dictis vasallis, n. 5. 6. & 7. fol. mihi 99.*

Ripa in *l. natu. ahiter, S. nihil commune, nu. 108. ff. de acquir. possess.*

Capyc. in *inuest. feudal. in verb. feudorum diuisio, in 4. limitatione, vers. tertio nota, fol. mihi 163.* ubi allegando Iacobin. loco cit. hæc dicit verba. *Tertio nota, quòd volens omnino renunciare, & in tatum amittere in feudis, non potest hoc facere, nisi renunciando in manibus Domini ipsius feudi, Iacobin. &c.*

Loftred. in *c. 1. de natur. success. feud. fol. 48. in fine, vers. & expressè dicit Franc. de Aret.*

Io. Vinc. de Anna in *repet. c. 1. de vasall. decrep. atat.* ubi num. 55. dicit, in manibus

Domini tunc dici fieri refutationem, cum in potestate, dominio, & possessione Domini feudum relinquitur.

Reg. Reuerter. *decis. 67. aliis 155.* secundum meam compilationem.

Io. Vinc. Hond. *conf. 36. à num. 21. ad 27. lib. 1.*

47 Alij autem interpretati sunt, renunciationem tunc dici factam esse omnino, & sic realem fore censendam, quando generalitèr, & in rem esset facta, nimirum ad fauorem quorumcumque, nulla in renunciationis contractu nominata, aut expressa persona, cui renunciatur, ita ut nullatenus colligi possit, quòd fuerit facta renunctio respectu alicuius, ceterum si facta reperiretur ad fauorem alicuius, siq; expressa, & nominata esset persona, cui sunt renunciatum, siue ad fauorem, cuius esset facta renunctio, semper personali s illa indicabitur, ac proinde si facta appareret Titio, eiusq; heredibus, & successoribus, & cui ipse dederit, defuncto demum Titio refutatio sine filijs, quia illa refutatio, siue pactum factum fuit in personam Titij, eiusq; heredum, qui intelliguntur de filijs, non autem de alijs, pactum illud dicitur personale, & ultra personas illas non egreditur, siq; refutans, siue renuncians, alijs remotioribus agnatis pœnitens exclusis, ad feudi refutati successorem admittitur, ita scripserunt

Aluarot. in *d. cap. unico, num. 3. de eo, qui finem fecit, ibiq; glof. & Iacob. de Beluis.*

Alex. *conf. 13. num. 5. & 6. vol. 5.*

Ant. Capyc. in citato verb. *Feudorum diuisio, in 4. limitat. fol. 163.* ubi dicit, hæc notandum esse ad intellectum eorum, quæ dicit Andr. in *d. cap. unico.*

Loftred. in *d. cap. 1. de natur. success. feud. fol. 48. vers. sed posito, quòd dicta renunctio.*

Liparut. in *additio. ad Andr. in cap. 1. de vasall. decrep. atat. in verb. vel simpliciter, per totum.*

Hieronym. Cabr. *conf. 89. n. 8. & 9. lib. 1.* ubi expressis verbis dicit, quòd quando nõ est renunciatum respectu quorumcumque generalitèr, & in rem, nulla expressa persona, sed apparet, esse factam renunctio nẽ nominatis personis, personalis dicitur renunctio, & sic locus primæ parti dicti *cap. 1. de eo, qui finem fecit,* ut dicitur non obstat pacto, & cessione, qui cessat admittatur, ex quo renuncians non præsumitur, quòd voluerit prodesse personæ extraneæ, sed solum expressis.

Reg. Lanar. *conf. 49. num. 6.*

Camil. de Medic. *conf. 2. à num. 126. vsque ad 133.* ubi dicit, quòd quando renūciatio fit simpliciter in manibus Domini, nulla mentione facta certæ personæ, tunc realis illa dicitur, verùm si certæ personæ, eiusquæ heredibus facta esset, personalis censetur, quia intelligitur pro se, & filiis, adeò quòd refutatio sine filiis defuncto, refutans renūciatione nõ obstante succedet, subdens *num. 178. & sequ.* conclusionem hanc adeò veram esse, nimirum refutationem personalem censi, quando fit agnato pro se, & heredibus, quòd si in renūciatione clausulæ adessent solitæ generales, cedendo, & renunciando omne ius, etiam de futuro, quòd adhuc non includeretur casus futuræ successione, quin refutans succederet, quòd is, cui est facta refutatio, sine filiis decederet.

Aurel. Corbul. *trakt. de iur. emphyt. in tit. de caus. prius. ob renūciationem, num. 2.* cum *seq.* ubi explicat, favore cuiuscumq; Notario stipulante pro omnibus.

Fab. de Anna *in additio. ad singul. 439.* sui Genitoris, ubi inhærendo sententiæ *Cappyc. & Lessred. loc. cit.* eiusq; Genitoris *in d. cap. 1. à num. 71. vsque ad 77. de vas. decrep. stat.* dicit, quòd non est verbum omnino, et in omnem causam, quòd facit renūciationem realem; sed solum quando fit in duobus casibus, vt super enarratis, adhuc si esset dictum, omni iuri, quòd habere sperat, sicquæ subdit, communem esse *Fendistaru* traditionem.

Scipio Theod. *allegat. 36. num. 34.* petto- tum, omnino videndus.

Henic. de Rosental. *de feud. cap. 2. conclus. 20. num. 6. & in l. i. l. i. C. & D. & concl. 2. à nu. 8. & 9.* ubi notabiliter dicit, adeò verum esse, ad hoc, vt dicatur refutatio facta *omni*, & sic realis, quòd fiat nulla contemplata persona, vt quamvis facta esset in manibus Domini, eo tamen expresso, vt talis agnatus de feudo inuestitur, & sic illum nominando, personalis dicitur talis renūciatio, id, quòd etiã pro indubitato, affirmat *Grotia. discept. foros. lib. 3. cap. 37. & 38. & seq.*

48 Modò deveniendo ad rem nostram; cum certum sit, renūciationem, de qua agimus, nullatenus à Domina Principissa in manibus Regis nostri factam fuisse, nec similiter renūciasse illam simpliciter, id est nulla expressa, nec contemplata persona, in quibus tantum duobus casibus, ut dictum est, renūciatio in feudis dicitur realis, sed ex renūciationis tenore apparet enixè, fuisse illam conceptam ad favorem certarum personarum, nimirum Principis patris,

ac Domini mei Don Francisci fratris, eorumquæ heredum quorumcunquæ, qui intelliguntur de filiis, certe personalis, non autem realis cõsenda est renūciatio ista, 49 et sic fit locus dispositioni *tex. in d. cap. unico, in prima par.* ut refutatio sine filiis decedere, ad fendi refutati successionem, qui illud refutavit, agnato remotiore excluso, sit omnino admittendus, id, quòd etiam satis bene, et in puncto consideravit *Reg. de Post. trakt. de potest. Proreg. tit. de refutat. feud. in princ. num. 29. Reg. Romæ. conf. 43. num. 1. lib. 1.* aliique Nostrates passim, sine contradictore.

50 Nec, quæso, dicant amplius Aduersarii, renūciationem, de qua agimus dici factam in manibus Domini, et sic realem esse cõsendam, ex quo super illa D. Rex noster assensit, sicquæ assensum operari, ut renūciatio cum hac solemnitate facta, quandam fictam continet, feudorum relaxationem in manibus Domini, ut feuda illa conferat in personam proximioris agnati, vno actu occultato, id quæ ex regula *l. lege obviare, ff. de verb. signific.* ubi qui confertis, sua cõfirmat, dat, *Andr. allegantes in dicto cap. unico, col. 4. de eo, qui finem fecit agnat. Marim. Prec. lib. 2. de subfeud. quest. 14. num. 3. fol. mihi 199. & Balzar. in d. cap. unico, nu. 14.* Et enim pro responsione fas sit mihi dicere, assertionem hanc esse satis erroneam, et signatè in casu nostro, quòd, ut clari fiat, dico primò, terminos *tex. in d. cap. unico* afferri in hac causa uti casum decidentis, nostro fortio rem, ibi enim qui refutat, feudum possidet, illudq; in agnatum transfert, et quamvis agnatus refutatum feudum recipiat pro se, suisq; heredibus, et cui ipse dederit, si tamen ipsum sine filiis mori contingerit, refutanti, pacto, id est refutatione non obstante, ad succedendum, datur regressus, quando autem filia patri renūciat, nil possidet, quòd iura forte possit, sed tantum promittit patri non succedere, unde defuncto patre sine filiis, à fortiori, et maiori cum ratione, renūciatione nõ obstante, agnatis exclusis succedere debet filia renūcians; affirmare autem, assensum super refutatione impetratum efficere, ut refutatio quandam fictam contineat relaxationem in manibus Domini, ad hoc ut demum Dominus ipse refutatum feudum in proximioris agnati personam conferat, uno actu occultato ad casum, quando filia patri renūciat, Regio accedente assensu non applicatur, ex quo mediante hac ce-

nunciatio patris renunciarius feudum non acquirit, quia suum est, & quod suum est, amplius suum effici non potest, sicque nullatenus considerari potest relaxatio aliqua in manibus Domini, ut ille vno actu occultato patrem renunciarium de feudo, quod semper possedit, & possidet, inuestit; hoc enim impossibile est, operatur autem assensus, qui super renunciatione impetratur, ad hoc ut actus ille renunciationis tibi accipiat, dum tractatur de remittendo, donando, & cedendo successorem bonorum, quorum commercium, absque supremi Domini consensu prohibetur, est, ad *tex. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Fred.*

51 Sed non discedendo à puris terminis *tex. in d. cap. unico*, dico secundò, satis esse à veritate procul affirmare, refutationem dici factam in manibus Domini, dum super illa Regius fuit impetratus assensus, constat enim sine controuersia, assensum à contractu regulari, illiusque naturam assumere, *Frec. lib. 2. de subfeud. ausbo r. 1. quest. 2. num. 24. fol. mihi 177. D. Reg. de Pont. conf. 64. num. 30. lib. 1. & D. Reg. Romit. ceteris omnibus decis. 84. num. 7.* quòd proinde quando interpo-

52 nitur assensus super contractu, quem contrahentes sine illo perficere possunt, videtur eis sicut verba superflua stipulationis, ac si diceretur, *Arma, Virumque canos*, quæ nihil addunt, ita *Andr. in cap. 1. §. sed nec est alia inferior, num. 38. quæ sit prim. caus. benef. amittend. D. Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. de refutatio. feud. §. 5. num. 4.* hoc posito, peto Ego, in refutatione, quæ fit de feudo in agnatum potèntè successurum, requiritur, an Regius assensus? certè non, cù proximior agnatus, feudum, quod ei refutatur, de nouo non acquirit: sed potius acquisitam capit; comprehenditur enim sub prima inuestitura, et cùm sit de sanguine primo acquirentis, non dicitur noua petio-

53 na in feudo, vnde dicitur propriè refutatio pèr natura successio, & sic non est, cur dici possit assensu indigere; sunt iuramentis vulgata in *cap. 1. §. & si libellum, de alien. feud. pater. & in cap. 1. §. sed & res, per quos suas inuest. & vtrobiq; Andr. D. Præs. de Franch. decis. 663. an. 4. & 6. Io. Vinc. de Anas singul. 569. D. Reg. de Pont. cit. tit. de refut. feud. in princ. num. 4. Orlan. Bannacæ. in comment. ad tit. si de feud. defun. in cap. beneficium à vasallo. num. 112. Reg. Romit. conf. 9. num. 9. lib. 2. et latius dixi Ego *lib. 1. cap. 23. modo deueniendo ad rem nostram*, dico sic, si assensus regulatur à contractu, ubi as-*

que naturam assumit, & quando impetratur super contractu, qui aliàs sine assensu perfici potest, habetur, ac si non esset impetratus, cum nihil contractui addat, consequens erit dicere, quòd si impetratur super refutationis contractu, quem certum est, assensu non indigere, dum viribus factæ refutationis nihil addidit, operari certè non potest, ut dicatur refutatio in manibus Domini facta, sed adhuc dicitur simplex, eo modo, & forma, prout consideratur sine assensu, vnde merito insignis *Io. Vinc. de Anas*, post alios, quos citat in *cap. 1. num. 55. de vasal. decrep. dat. ex pte. do*, quomodo dici possit, factam esse refutationem in manibus Domini, dicit, tunc

54 verè, & propriè dici facta, in manibus Domini, quando feudum in dominii potestatem, & possessionem Domini dicitur, & relaxatur.

Insuper, ut in hac recessu proffertur, dominis dubitatio, si dicemus, in contractu refutationis de necessitate requiri assensum, prout iure cautum est, quòd non requiritur, adhuc dicimus, assensum super refutatione impetratū nullo modo operari posse, ut dicatur refutatio in manibus Domini facta; etenim illud apud Nostrates fuit semper receptissimum, & sine controuersia quòd quando Dominus Rex noster assentit alienationibus feudorū, nil emptoribus de nouo concedit, nec aliquid in illorum personam transferi, sed tantum tollit obstaculum prohibitium alienationis; feudatarius autem est ille, qui suum vtile dominium in aliam transfert, & emptor, qui cum feudatario contrahit, dicitur ab eo causam habere, non autem à Domino, sed *Andr. in cap. Imperialem, num. 11. vers. sed si vendebatur, prohib. feud. alienat. per Feder. ubiq; Luffred. fol. 6. quæter, vers. supra scriptis tamen non obstantibus, & d. d. d. situs in Camerac. fol. 2. v. 4. in vtraque col. vbi declarat regulam *tex. in d. l. lego obuenire de verb. sign. quod qui confirmat, dat, & regulam alteram, quod aliud sit dare, & aliud danti consentire, idemque fol. 53. lit. F. ibi, nam certum est, à Domino nihil transferri, sed tolli tantum impedimentum, &c. & fol. 78. lit. C. vers. ubi dicitur de suo alienat, quando consentit, et fol. 79. lit. F. vers. quibus conclusio, optime notata *Brec. lib. 2. de subfeud. quest. 29. num. 3. fol. 217. Liparut. in addit. ad Andr. in d. cap. Imperialem, num. 24. in verb. colligitur, D. Præs. de Franch. decis. 540. à num. 9. cum seqq. D. Reg. de Pont. cit. tit. de refut. feud. §. 3. num. 2. et §. 8. num. 6. 7. 8. 9. et 10. et §. 11.***

56 *num. 17. & in l. l. Feud. l. c. 16. num. 18. & nouissime Horat. Montan. in d. cap. Imperialem, num. 108. 109. & 110.* Si ergo Rex assentiendo nihil confert, nihil transfert, nihil de nouo concedit, sed tantum suum accommodat consensum, tollendo obstaculum iuris prohibitiui, sicq; contrahentium voluntatem exequendo, quo nam pacto affirmari potest, assensum operari, vt refutatio sic facta quandam fictam contineat feudi relaxationem in manibus Domini, vt feudum illud conferat in personam agnati, vno actu occultato?

57 Superest modò, vt respondeamus ad *Doctores* ex aduerso allegatos, & primo ad *Andr.* quem penitus negamus, asseruisse in *d. cap. vnico, col. 3. de eo, qui finem fecit, renunciationem factam cum Regio assensu, haberi, ac si facta illa esset in manibus Regis, siquod realem esse censendam; nullibi enim in Andr. hoc legitur, sed tantum queritur in *vers. faciunt pro quaestione notata, an consensus à Domino præstitus super alienatione feudi, ei præiudicet, si demum contigerit, venditorem sine hærede decedere, & dicit, quod sic, cum per consensum Superioris pactum illud ad fauorem recipientis, suorumque hæredum effectu fuerit reale, ex quo assentiendo Dominus, abdicauit à se ius suum, etiam in casu mortis venditoris sine hæredibus, sicque assensisse pro emptore, & hæredibus suis, subdit demum *Andr.* aliud esse in casu illius *cap. vnico, nam ibi, qui decedit sine hærede, non est alienans, sine refutans, sed refutarius, quod proinde, dicit, casum illius cap. non sapere pro prædicta quaestione, hoc dicit Andr. quem sequuntur *Marius. Franc. & Balgaren.* totò supra allegatis, & sic *Doctores* isti non probant, ad quod allegantur.***

58 Vnde sequitur, remanere absolutum casum nostrum, non aliter sub duabus limitationibus in *d. cap. vnico* positis, sed sub principali illius dispositione contineri, nimirum quod dum Princeps renunciatarius absque descendens, feudorum successionis capacibus decessit, & ab intestato datur filie renuncianti ad succedendum regressus, pacto, seu renunciatione non obstante, sicque contra casum legis loqui eam, qui affirmare præsumpserit, renunciatione à Principissa filia patri factam, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumq; realem esse, non autem personalem, id, quod eam vidissent Adversarii, nullum posse recipere obicem, illis in possessorio demon-

strare curarunt, sed frustra, *tex. in d. cap. vnico in prima parte* ex alio non applicari ad casum nostrum, ex quo *ibi* refutatio fuit facta agnato, suisque hæredibus, & cui ipse dederit, renunciatio autem, de qua agitur fuit facta Principi patri, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, & sic satis differre clausulam *cui dederit*, de qua in *tex.* ab illa *quibuscumque*, de qua in renunciatio- ne, contendentes, clausulam *quibus dederit* tunc equiparari clausulæ *quibuscumq;* quando illa posita reperiretur absolute, & de per se, dicendo *Titio, & quibus dederit*, sub hac enim forma, dicit ex aduerso, importare illam, & comprehendere successionem vniuersalem, & particularem, ex testamento, & ab intestato, at posita post verbum *hæredibus*, nimirum *Titio, suisque hæredibus, & quibus dederit*, importare tantum dispositionem inter viuos, ex quo verbum *hæredibus* præcedens refertur ad successionem vniuersalem ex vltima voluntate, verba vero sequentia, *& quibus dederit*, non nisi ad contractum inter viuos, ne trahatur ad iam specialiter disposita, ad id expendent *Dec. in cons. 170. num. 2. & 3. relatum à Cardin. Tusch. citata Ne. C. conclus. 295. nu. 4.* ex quo sequitur, quod cum Princeps stipulatus fuerit pro hæredibus quibuscumque, bene sub tali stipulatione possunt comprehendendi hæredes, quamuis extranei, habiles tamen, & capaces ad succedendum in feudis, qualis est Dominus Dux Bracciani, & sic quamuis Princeps renunciatarius sine filio decesserit, filia tamen, quæ renunciat, ad succedendum non potest dari regressus, vigore dispositionis *tex. in d. cap. vnico, dum verba illa, & cui dederit*, in *tex.* posita non possunt referri ad vltimam voluntatem, prout refertur clausulæ *quibuscumque* sed tantum ad contractum inter viuos.

60 Attendamus responsum *Disi.* supra *num. 11. 12. & 34.* Principis stipulationem pro se, & hæredibus quibuscumque, dum descendens, & agnatorum denegabatur contemplatio, de necessitate intelligendam pro hæredibus, & successoribus testamentariis, non autem ab intestato; dixi demum *num. 37.* nulla adhibita distinctione, clausulam *quibus dederit*, & clausulam *quibuscumque* in terminis *tex. in d. cap. vnico* equiparari; nunc idem confirmando demonstrabo, & facilius quam inepta sit *Dec. distinctio* circa prædictarum clausularum equiparationem, & discrimen, sine ratione, & fundamento, quod vt pateat, dico *Sec. Dybitant Dec. d. cons. 170. an in casu*

phyteusi Ecclesie concessa Titio, eiusque heredibus, & quibus ipse dederit, succedere possit filius legitimatus, siue quilibet extraneus, quem emphyteuta heredem institueret, & negatiue respondit, cum emphyteusis Ecclesie concessa Titio, & eius heredibus, de sui natura, iuxta communem, & receptissimam Doctorum sententiam, ad extraneos heredes non transeat, sed tantum ad filios, & descendentes ipsius recipietis, nihil obstante clausula illa in concessione addita, & quibus dederit, nam cum non stet absolute, & de se, sed post verbum *heredibus*, dicitur *Dec.* quod non potest intelligi, ut transeat emphyteusis ad extraneos per heredis institutionem, sed tantum per contractum inter viuos, illam in extraneum alioquin, faceret, pro hac *Dec.* opinione hucusque non vidisse, *Doctorem*, illam insequentem, sed omnibus, qui de his egerunt, vnicuique assentientibus, emphyteusim

62 Ecclesia, aliqui concessam pro se, heredibus, & quibus dederit, ad extraneos institutionis titulo transire, ac si dictum esset, pro heredibus quibuscuque, ytramque clausulam sic indistincte equiparantes, ydeantur pro nunc infra scripta, de communis attestantes, *Curr. iur. cons. 4. a. num. 1. vof. raman. quando emphyteusis Ecclesiastica est concessa. Conar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 35. vel quia conclusio sub illis verbis, vempd si data sit pro heredibus quibuscuque, &c. & demum ibi, quia, & idem dicendum erit, si dictum sit in contractu, pro te, & heredibus, & quibus dederit, &c. *Lul. Clar. in s. emphyteusis, quest. 2. num. 3. vers. idemq; & multo fortius dixerunt esse. Alex. Tractat. variat. resolut. lib. 3. tit. de iur. emphyteus. resolut. 3. num. 22. & 23. vbi inter alios citat Rip. in l. ex falso, S. in sub. num. 16. ff. ad s. c. Trebel. qui dicitur**

63 est articulum in feudo, nimirum, an illud transeat ad heredes extraneos, quando sibi concessum pro heredibus quibuscuque, & affirmatiuam probans sententiam, sub his verbis, & pro ista sententia videtur esse decus in cap. 1. de feod. non habet propriam naturam, feud. & licet loquatur, quando feudum fuit concessum pro te, heredibus, & quibus dederit, idem tamen dicendum, si sit concessum pro te, heredibus, & successoribus quibuscuque, quae idem importans, etc. haec eadem scripturam appropinquus est *Consiliar. Theodor. in sermone de iudic. v. i. in cap. 1. in l. cap. 1. ad allegat. 35. num. 29. sub illis verbis, vbi quod dicitur, & ad eius heredes, & cui dederit, quod quidem, vbi est, quam dicitur pro te, & heredibus quibuscuque, &c. quod hoc*

verum sit, ponderemus ratione, quare *Dec.* dixerit, clausulam, & quibus dederit, post verbum *heredibus*, non posse importare, nisi translationem in extraneum per contractum inter viuos, non autem per ultimam voluntatem, et illam esse, dicit, quia expresse de heredibus in concessione fuit dictum, et sic si referretur ad heredis institutionem, traheretur iam ad rem specialiter dispositam; haec ratio est falsa, ex quo in

66 concessione de feudo, vel emphyteusi Ecclesie simpliciter facta Titio, et eius heredibus, non veniunt, nisi filii heredes, quasi dictum esset, Titio, et eius filijs, prout de emphyteusi est communis omnium sententia poenens *Aluar. Malasq. de iure emphyteus. quest. 44. num. 1. I. et in feudo est text. ad l. 1. ram in cap. 1. s. & si clientulus, de alienat. feud. et in cap. 1. S. penult. de leg. 1. Corrad. ut sic quando *Dec.* voluit dicere, clausulam, & quibus dederit, in concessione posita, post verbum *heredibus*, non posse ad heredis institutionem referri, ne traheretur ad quod specialiter erat dispositum, non bene dixit, nam tunc dici poterat, fuisse factam specialem provisionem heredum, quando concessio illa referri potuisset ad liberam heredis institutionem, per concessionario ordinandam, sed cum tantum veniebat referenda ad filios, affirmari non potest, quod erat specialiter dispositum de heredibus; vnde merito ad hoc ut concessio possit referri ad quoscunq; heredes, et sic non tam ad filios, sed etiam ad extraneos, post verbum *heredibus* additur clausula, quibuscuque, vel quibus ipse dederit, quod dicunt *Doctores* idem esse. Dico, in supradato, quod per formulam concessionis, pro heredibus, & cui ipse dederit, dici possit specialiter esse de heredibus dispositum, quae lege caueatur, et facultas illa concessionario tributa transferendi in aliam rem concessam non possit referri, nisi ad contractum inter viuos, idcirco a concedente nulla existit apposita limitatio, an in vita, vel in morte, qui possit alienatio? etenim, certum est,*

67 clausulam, & cui ipse dederit, quae in concessione post verbum *heredibus* posita reperitur, amphiboliam esse, quod proinde nulla bona suadet ratio, nisi demum restringenda referenda ad contractum inter viuos tantum, et eam apud omnes recepta sententia *Barbar. l. si in quis a 35. Sed lege, n. 6. ff. de verbor. obligat.* quod quando lex, vel homo permittit alienationem, tunc non dicitur alienatio per contractum inter viuos comprehenditur, sed etiam illa, quae fit per ha-

redis institutionem, & legatum, permiffa esse cenfetur, fequitur *Curt. iun. d. conf. 4. n. 1. verf. fed difficultas fit, & alii plures relati per Gerium Spinium Florentin. conf. 93. num. 1. & 16. vbi in fine hæc dicit verba. At quando concessio est expreffa, & non est limitata ad vitam, fed libera, fimplex, & absoluta, vt in cafu nostro, non video, quomodo dici poffit, quòd verba concessionis fua deant, quòd dicta concessio intelligatur de alienatione inter viuos tantum, &c. quæ omnia, credo, benè cõsiderasse Nicol. Ant. Grammatium, dùm in additio. ad prædictatum *Dec. conf. 170. in specie dixerit, male Dec. confuluisse circa interpretatione verborum concessionis, de quibus fuprà, fic quæ credo, plenariè esse, fatisfactum oppositioni per Aduerfarios factæ, quò fit, vt firma remaneat noftra cõclufio; nimirum, 70 eiusdem importantiæ esse claufulam, & quibus dederit, quamuis pofitam post verbum hæredibus, & claufulam quibuscunquè, ac proindè ficut vigore difpofitionis *tex ad d. cap. vnico* personalis dicitur renunciatio, fiuè refutatio, quæ fit Titio, fuisquè hæredibus, & cui ipfo dederit, fic etiam, personalis cenfenda fit, quãdo facta reperitur pro hæredibus quibuscunquè, vt decedente demùm renunciatario, fuis refutatario fiuè filiis, pacto non obftante, detur renuncianti, fiuè refutanti ad fuccedendum regressus, agnato remotiore pœnitùs excludo.**

71 Quibus fic ftantibus nulla est faciendavis, nullaque potest haberi ratio de alijs claufulis, quæ in renunciationis inftrumento legantur, (nimirum, quòd renunciatio fit, & esse debeat realis, quòd effectum habeat in omnem cafum vti realis, & omni alio meliori modo, & ad bona renunciata nũquam habere regressum ex quauis caufa, etiam non cogitata, & nouitèr fuperueniente, etiam rebus mutatis, cuiusvis morte, & alitèr quàm nunc fe habentibus) nam cum ex fuprà iam dictis conftet enixè in materia deducta feudorum, in duobus tantum cafibus dici poffe renunciationem esse realem, fcilicet quando fit in manibus Domini, ad hoc vt aliũ de nouo inueftiat, vel quòd fit concepta ad fauorem cuiuscunquè, nulla expreffa persona, quotiefcũq; hi duo cafus deficiũt, prout in cafu nostro, vtrunquè deficere est pœnitens indubitarum, omnes claufule in præfato inftrumento defcriptæ, & aliz, fi quæ forent, habentur ac fi non effent appofitæ, fed tantum dicendum est, illas vim, & robur obtinere (adhuc dicitur, fi appofitæ effent in renunciatione bo-

norum allodialium) refpectu illarum perfonarum, quibus est renunciatum, vel quarum contemplatione præfumi potest, factã fuiffe renunciationem, vnde cum in cafu nostro fuerit facta renúciatio ad fauorem Principis patris, eiusquè filij Domini mei Don Francischi, ficquè renunciationis tempore fupererant renunciantis frater, & fofor, estò, quòd tractaretur de fuccedendo in bonis allodialibus, iftorum dominorum refpectu claufulæ prædictæ benè opetari poterant, multosquè effectus producere, quibus demùm abfq; defcendentibus de medio fublatis, quamuis renúciatio effet generaliffima, & cum omnibus claufulis, quæ excogitari poffunt, nullatenus claufulæ illæ prodeffe poffunt, nullatenus claufulæ illæ prodeffe poffunt alijs perfonis, in renunciatione non nominatis, nec cõtemplatis, & ad quorum beneficium acquirere pacifcentium non intererat, iuxta receptam *Bart. theoricam in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 24. ibi, quia pactum non porrigitur, nifi ad eum, ad quem, vt porrigatur pacifcentis intereft, ff. de verbor. oblig. videantur, quæto, infra fcripti, qui in pacto hæc omnia probat. Iacobin. de feudis, in verb. Et vnus ex di-*

ff. il primo, num. 6.

Hieron. Gabriel. *conf. 89. num. 11. 12. & 13. lib. 1.*

Bero. *conf. 108. nu. 15. 18. 19. & 21. lib. 1.*

Io. Vinc. Honded. *conf. 36. num. 35. lib. 1.*

Io. Vinc. de Anna alleg. 21. num. 22.

Fab. de Anna in *addit. ad fingul. 439. fuis Genitoris.*

Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. c. 557. num. 52.*

Camilla de Medic. *conf. 2. num. 128. & seq. Kellebent. de renunciat. 4. 36. num. 19.*

Reg. Rouit. *conf. 23. num. 21. verf. hæc autem, & conf. 44. num. 27. lib. 1.*

Confiliar. Theodor. alleg. 36. num. 37. 38.

& 39. alijq; plures, quos confules omitto.

73 Minus etiam potest haberi ratio aliqua de his, quæ in hac materia fcripfit *Ludovic. Roman. conf. 22.* dùm confuluit, realem esse renúciationem à filia de emphyteufi factã tempore, quo pater, & frater viuebant, ac proindè illis demùm defunctis, infimul cũ nepote, abfq; defcendentibus, ad fuccedendum in emphyteufi, ipfi renuncianti nõ esse concedendum regressum, etenim loquutus fuit *Roma.* in terminis renúciationis à filia factæ cum Aquiliana ftipulatione, ac acceptatione inde fequuta, quæ

74 quidè claufula folet quandoquè renúciationem realem reddere, *Gramm. dec. 57.*

74. ex quo per illam omne ius, omnisq; actio extinguitur. *Aquiliana stipulatio, ff. de transaction. vnde totum Roman. fundamentum super hac clausula, quam in nostra renunciatione non legimus, consistit, loquutus etiam fuit in terminis renunciationis factæ, nulla expressa persona, ad cuius fauorem renunciabatur, vt optime pro explicatione eorum, quæ Rom. consuluit, explicant insignes illi Iureconsulti. Io. Ang. Pisanell. in comment. ad Consuetud. Neap. in Consuet. Si quis, vel si qua, fol. 130. in additio. quæ incipit, hic esset repetenda, Sigismund. Loffred. in paraphrasi ad c. I. in princ. de natur. success. feud. fol. 48. à terg. vers. nec obstat consilium Ludou. & Consiliar. Theodor. in cit. alleg. 36. num. 36. & 37. in quibus locis dicunt, quòd secus esset, si renunciatio facta fuisset ad beneficium patris, eiusq; hæredum, etiam cum Aquiliana stipulatione, ex quo clausula illa censeretur relatiua ad personas contemplatas, & vltra illas extendi non posset, immò addunt vnum notabile, nimirum, quòd si ageretur de renunciatione futuræ feudorum successionis, Roman. fundamentum in Aquiliana stipulatione positum, in filia renunciente tempore, quo masculi extabāt, omninò cessaret, ex quo, vt aliquid deduci possit in Aquiliana stipulatione, requiritur omninò, vt competat ius in re, §. I. Institut. quib. mod. tollit. obligat. Vnde cum filia super feudis renunciatis, propter masculorum existentiam, nullum ius, nec in re, nec in spe competat, hæc illud dicitur spe deberi, quod est in potentia de præsentia, l. non solum, §. si libertus, ff. de excusat. tutor. Decian. cons. 3. nu. 124. lib. I. ergò. aliud etiam addit Loffred. & est, quòd Rom. loquitur in emphyteusi, nos autem in feudo, in quo habemus legem particularem, casum nostrum decidentem in d. cap. vnico, de eo, qui. fin. fecit, & multoties de emphyteusi ad feudum non valet argumentum.*

77 His sic discussis, superest tantum, vt Dominæ Principis iura, rerum indicatarum autoritate corroboremus, & in casibus nostro longè fortioribus, nimirum in concursu renunciantis cum sorore in capillo, idq; tam in successione bonorum allodialium, quam feudalium, ad eò vt dici possit, in Regno nostro inducendam esse consuetudinem, sic pro renunciente iudicandi, tenim, vt soror, quæ renunciauit, collatis dotibus insimul succedat in bonis allodialibus cum sorore in capillo, non obstante renunciatione facta in beneficium fratris,

et usque hæredum, de reuic Sacri Consilij de anno 1511. 22. Decembris in causa Blacha de Scutellariis cum Lucretia eius sorore, in qua decisione interuenerunt Consiliarii insignes, quos nominat D. Reg. de Ponte cons. 39. num. 3. de quæ illa meminerunt etiam Camill. Salern. in addition. ad Neapod. in Consuetud. Si moriatur, fol. 88. in additio. quæ incipit. Dicit Neapod. & D. Reg. Roum. cons. 3. num. 21. lib. I.

78. Secundò fuit idem iudicatum in causa Beatricis Maldæ, aduersus quam consuluit Io. Thom. Minad. vt in eius cons. 22. vbi defendit, ob clausularum amplitudinem, & ob dotem receptam, renunciationem, fuisse realem, ac proindè Beatricem renunciantem esse à successione excludendam, sed sententiam contra Clientem reportauit, fuit enim, renunciente ad succedendum admissa, sollemniter iudicatum còtra illud consilium, vt testatur Reg. Reuert. dec. 58.

79. Tertiò fuit idem iudicatum in anno 1573. sub die 14. Iulij in causa Antonij Capponicum Sororibus de Thomasio, vt non obstante renunciatione cum amplissimis clausulis, & cum Aquiliana stipulatione, succedere deberet filia, quæ renunciauerat, collatis dotibus cum aliis sororibus, quæ non renunciauerant, referente Dom. Præs. de Franchis, tunc Regio Consiliario, quæ sententià in anno 1578. fuit in causa reclamationis confirmata, cum impositione perpetui silentij, referente Dom. Antonio Cadena Reg. Consiliario, penes Borrellum S. C. actorum Magistrum, nunc de Martino, fecit sollemnem decisionem Reg. Reuert. quæ est 40. lib. 7. alias 581. secundam meam compilationem.

80. Quartò fuit idem iudicatum sub die 1. Decembris 1581. iunctis Tribunalibus Sacri Consilij, & Regiæ Camere, in causa Lauræ Surianæ, quæ vt primogenita exclusis sorore in capillo, & fratre clerico, fuit admissa ad succedendum in feudis remanentibus in hereditate quondam Iulij Cesaris Suriani communis fratris, non obstante amplissima renunciatione de omnibus bonis paternis, fraternis, &c. facta patri, eiusque hæredibus, & successoribus vniuersalibus, & particularibus quibuscuq; cum clausula ex noua causa, ab intestato & omnibus aliis amplissimis, referente Domin. Marthos de Gorostiola, tunc Regiæ Camere Præsidente, demum Regiam Cancellariam Regente, cuius causæ processus conseruatur in Regia Camera penes Agnarium Constantinum.

81 Quinto idem decisum inuenimus in anno 1583. sub die 15. mensis Iunii in causa Hieronymæ Venatz in capillo, cum Iulia Venata eius sorore primogenita iam nupta, quæ non obstante renunciatione facta Scipioni fratri, eiusq; hæredibus, & successoribus, cû Aquiliana stipulatione, & clausula, rebus in eodem statu non permanentibus, ac aliis amplissimis fuit admissa ad fratris successionem bonorum feudalium, referente doctissimo illo viro Ferdinando Fornario, tunc Regio Consiliario, demùm Regiam Cancellariam Regæ, penes Borrellum actorum Magistrum.

82 Sexto idem iudicatum in anno 1588. die 14. Maii in causa Sororum de Freccia, vt omnes Ioanni Francisco fratri vtrinq; coniuncto succederent, non obstantibus renunciationibus Luciana, & Margaritæ, quæ à fratre prædicto dotata, illi, eiusq; hæredibus, & successoribus in perpetuum renunciarunt omnem, & quamcunq; successionem paternam, maternam, fraternam, &c. ipsis sororibus renunciantibus, vsq; ad diem renunciationis, tam ex testamento, quàm ab intestato deuolutam, & in futurum deuolendam ab intestato tantum, cum Aquiliana stipulatione, & pacto de vterius non petendo, & quod renunciatio suum debitum fortiteretur effectum, etiam rebus fortè in eodem statu non permanentibus, et cum expressa declaratione, quod esset realis, & perpetuè valitura in omnem euentum, et casum, et in omni tẽpore, et quod filii procreandi non possent venire ex propria persona, sed quod omni tempore intelligerentur exclusi, & quatenus venirent, & aliquid consequerentur, quod illud totum teneretur eorum pater, qui in renunciatone erat præsens, & consentiens exbursare, & solvere dicto Ioanni Francisco fratri, eiusq; hæredibus, & successoribus, cum omnibus dânis, expensis, & interesse, causæ Commissarius extitit Dom. Cõsiliarius Hieronymus Otighiano, penes Cuitellam actorum Magistrum S. C.

83 Septimo idem inuenimus, Sac. Consil. iudicatis Aulis iudicasse in anno 1606. sub die 13. Martij in causa illorum de Nalariis, in qua fuit producta renunciatio generalissima, & cum omnibus clausulis, quæ excogitari possunt, & tamen de ea nulla fuit habita ratio, vt testatur Dom. Reg. Rouis. in conf. 27. num. 21. & in fine, vbi decisionem notat, præcessur est in Banca de Cantone, in quo idem Dom. Rouis. tunc illius causæ Advocatus omnes renunciations, & sen-

tentias supra relatas producere fecit.

84 Octauo fuit idem per S. C. decisum in anno 1619. sub die 15. Iunii in causa Laudonia de Assaro cû Ioanna, & Victoria de Assaro sororibus, super successione bonorũ remansorum in hæreditate quondam Ioannis Baptistæ de Assaro communis fratris ab intestato defuncti, vt omnes æquis portionibus succedere deberent dicto Ioanni Baptistæ fratri, & sic non solum Laudonia, quæ remansit in capillo, & quæ sola ad succedendum admitti instabat, sed etiam Ioanna, & Victoria, ab eodem fratre dotata, non obstantibus illarum amplissimis renunciationibus, in quibus apparet, renunciasse sorores istas fratri dotanti per Aquilianam stipulationem, & pactum de non petendo, siue de non succedendo omnem, & quamcunq; successionem vsquẽ ad diem renunciationis, tam ex testamento, quàm ab intestato illis deuolutam, & de cetero deuolendam ab intestato tantum, cum expressa declaratione, quod non intelligeretur facta renunciatio contemplatione masculorum tantum, sed quod esse deberet realis, fructuosa, & valida in fauorem, & beneficiũ fratris dotantis, eiusq; hæredum, & successorum quorumcunquẽ, etiam quod esset spes de præseti, vel ex causa, & iure de præterito, vel de futuro, etiam si filii procreandi prætenderet venire ex propria persona, ita quod semper, & in perpetuum intelligerentur ab intestato exclusi, in super extiterat conuentum, quod renunciatio intelligi deberet generalis, generalissima, plena, plenior, & plenissima, efficax, perpetua, & realis, & quod extenderetur ad incognita, & penitus inopinata, rebus in eodem statu non permanentibus, causæ Commissarius extitit Dominus Ferdinandus Brancia, tunc Regius Consiliarius, nunc meritissimus Regiam Cancellariam Regens, id quod pro renunciantibus decretum, tam in causa possessorij sub die 31. Iulij 1617. quàm in petitorio sub die prædicta 15. Iunii 1619. immo cum aduersus sententiam in petitorio latam Laudonia in capillo asserens, se enormissimè læsam, petiisset se in integrum restitui, facto iterum verbo in S. C. per eundem D. Brancia sub die 26. Octobris eiusdẽ anni, prouisum fuit, non esse deferendum in integrum restitutioni petita, & sic sententiæ acquieuit, processus est in Banca de Carbone.

85 Nonò idem per Sac. Consil. pro filia renunciantem in hac eadem causa iudicatum extitit sub die 27. Martij 1632. vbi inter-

uene-

nenerunt vndecim Votantes, & iterum in gradu reclamationis sub die 27. Iulij 1634. vbi interuenerunt quatuordecim, ex quo fuerunt dati tres alij adiuncti, qui fuerunt de Collaterali Consilio, nimirum D. Don Bernardinus Montaluis Marchio Sãcti Iuliani, Dominus D. Ioannes Enriquez Marchio Campi, & Dominus Scipio Rouitus, omnes Iureconsulti præstâtissimi, Regiam Cancellariam Regentes, & quamuis in causa possessorii, attamen ambarum Partium Aduocati, & causæ Iudices a deo ad petitorii merita deuenerunt, illiusq; viscera delaniarunt, vt nihil de possessione tractatum fuerit, in causis enim possessorii, quando aperte non constat de bono iure immisionem, vel manutentionem perentis, Supremus Regni huius Senatus nõquã immisionem concedit, nec manutentionem permittit, sed semper ad sequester procedit, vt in dies practitari videmus, & scio, vnum ex Dominis votantibus in hac causa supremi ordinis, & credo omnibus seniore, cuius anima requiescat in sancta pace, in decisione reclamationis, quando eius votum proferre incœpit, hæc verba dixisse, *Io per me Signori non sò che personaggio rappresenti in questa causa il Duca di Bracciano, ò che sia personale, ò che sia reale la renunzia della Duchessa della Riccia.*

86 Decimo, & tandem pro filia renunciantem definitiuo laudo fuit decisum sub die 14. Maij 1632. in causa Comitissæ Conuersani filie Principis Roccæ Aspidis, vt succedere deberet in bonis feudalibus eius patris, excluso Duce Perdisumi eius patruo, non obstante amplissima renunciantione per Comitissam factam ad fauorem Principis patris, in qua legimus, patrem ipsum renunciantionem recepisse pro se, eiusq; hæredibus, & successoribus quibuscunq; in perpetuum omnium successionum, vsq; ad renunciantionis diem deuolutarum, tam ex testamento, quã ab intestato, & per contractum inter viuos, & deindè in antea deuolendarum ab intestato tantum, & cum Aquiliana stipulatione, & expressa declaratione, quod renunciantio esset realis, realissima, non autem personalis, & extendere- tur tam ad cognita, quã ad incognita, & poenitens ignorata, nec dici posset, masculorum contemplatione facta, essetq; fructuosa, & valida ad beneficium Principis patris, eiusq; hæredum, & successorum quorumcunq; in perpetuum, rebus etiam in eodem statu non permanentibus, etiam quod filia sic renunciantio esset enormissimè læsa, vel

quocunq; dolo, vel metu saltem reuerentiali ad renunciantum inducta, & quod eius filii ab ipsa renunciantio procreandi, eorq; descendentes nullo vnquam tempore potuissent ex propria persona, nec directè, nec indirectè venire, ex quo sub hac lege, conditione, & pacto, etiam ab initio tractatũ, & cõclusum fuerat matrimonium, & quod aliis sequutum non fuisset, reseruatõ tantũ filie renunciantio, suisq; filijs iure succedendi in bonis maternis tantum, casu, quo eius frater, sine filiis, & ab intestato decedisset.

Hæc renunciantio in casu, de quo agebatur fuit maxima cõsideratione digna, nam pro exclusione filie renunciantio duo potentissima concurrebant, fauor nimirum agnationis, ex quo, qui in feudis succedere instabat, erat frater vtrinq; coniunctus defuncti feudatarii. Alterum maioris importantiæ, quia, vt succedere deberet frater, constabat de aperta voluntate defuncti, qui Comitem filium sollempni testamento hæredem instituens expresse ordinauit, vt illo sine filiis masculis moriente, hæres esse deberet Dux, ipsius testatoris frater, verum quia filius hæres institutus præmortuus fuit patri, quamuis testamentum respectu bonorum bürgeraticorum non poterat dici caducatum, non solum quia Dux frater vocatus extiterat, sub compediõsa substitutione, quæ vulgarem comprehendit in omni casu, quo hæres institutus, vel noller, vel esse non posset hæres, quia morte præuentus, ex *Bart. in l. 1. & in l. centurio, ff. de vulgari, & pupill. substit. & Surd. decis. 37.* sed etiam stante clausula codicillari bis in testamento repetita, cuius effectus inter alios innumeros est, vt testamentum sustineatur ad beneficium substituti, quamuis institutus ante testatorem instituentem decedat, vt per *D. de Franck. in decis. 156. & alios passim*; attamè respectu bonorum feudalium sustineri nõ potuit; legem enim in Regno habemus, substitutionem in feudis prohibentem, vt in *pragm. 4. in 6. cap. sub tit. de feud.* nec ad hunc casum extendi poterat gratia à Domino Rege nostro Regni feudatariis concessa, de qua in *pragm. huius de feud. ex his, quæ Ego disserui lib. 1. cap. 126. nu. 72. vers. sed posse hic dubitari*, quod proindè summa curi ratione, maxima tamen discussione præcedente iudicatum extitit, bona illodialia spectare ad Ducem Perdisumi defuncti fratrem, in testamento substitutum; feudalia verò ad Comitissam Conuersani filiam, huius causæ Arbitri, seu Compromissarii fuerunt Dominus D. Io-

annes Enriquez Marchio Campi, Regiam Cancellariam Regens, Dominus Vincentius Corcionus Regij patrimonij vnus ex Præfidentibus, doctissimus Iureconsultus, quorum animę requiescant in pace, Dominus Carolus Brancacius electus pro Comitissa, & D. Parthenius Pitagna electus pro Duce, ambo insignes Iureconsulti, & nostri temporis Primarij causarum Patroni, quos Deus ad maiora per mille annos seruet incolumes, laudum fuit prolatum sub nomine Excellentissimi Proregis, sub die prædicta 14. Maij 1632. penes Ioseph. Barrilem Regium à mandatis Scribam, processus in Sacr. Consil. est in Banca Figliolæ.

90 Cōstat igitur ex prædictis, Domine Principisse iustitiam iuribus, rationibus, Doctorum, rerumq; iudicarum autoritate fundatam esse, placet modò his omnibus vnũ addere, præter tamen rei necessitatem, illudq; est, quòd si Domina Principissa à patris successione repelleretur, quia forsã speciali pacto esset conuentum, vt si contingeret, Principem patrem decedere sine descendentes, & ab intestato, vt nec etiã filia renuncians succedere posset, sed quòd succederent alij venientes ab intestato, quamuis remotiores, quod sanè pactum dãm taxat, & non aliud potest filia nocere, adhuc dico, Dominum Bracciani Ducem malam fouere causam, cum sublata de medio persona filia talitèr renunciantis, proximior Domino Principi non extitisset ipse Dominus Dux, sed nepotes Principissæ renunciantis filii, qui vt descendentes nõ obstante eorum matris superexistentia, ex successorio edicto, sine dubio, collateralibus prorsus exclusis, successisset; id, quod vt de iure probemus, duo sunt constituendi casus, quorum

91 Primus est, quando renuncians filiis relictis, præmoriatur patri, cui est cum pacto prædicto renunciatum, & in hoc casu receptissima est omnium sententia, matris renunciationem nihil filiis obesse posse, quin ex propria persona ad aui successionem venire possint, ea quidẽ vulgata ratione, cū in omni renunciatione illa tacita insit cōditio, si hæreditas ad matrem renunciantẽ fuerit delata, vnde si mater patri præmoriatur, tanquam facta renunciatio sub cōditione, quæ non existit, euanescit, idquẽ etiam si matris renunciantis sint hæredes, factaq; esset renunciatio dote recepta, ita Doctores communiter in *l. qui superstitis* 93. ff. de acquir. hered. & in *l. pactum dotali*, C. de

collatio. Gozad. conf. 75. in fine, Ant. Gabriel. *comm. concl. lib. 3. tit. de iur. dot. concl. I. n. 47. D. de Franch. decis. 67. Morot. conf. 22. Viuius dec. 211. per totam, Fontanel. de pact. nuptial. claus. 9. glos. vnica, par. 1. num. 65. tom. 2. Reg. Romit. conf. 23. nu. 24. & 25. vbi dicit, sic semper in Supremo Regni huius Senatu iudicatum, quòd proindè stantibus tot continuatis decisionibus, subdit, non esse amplius de hac quæstione dubitandum.*

Alter casus est, quando mater, quæ renunciauit supraiit patri, cui fuit renunciatum, & in hoc subdistinguedi sunt tres casus, quorum

92 Primus est, quando renunciantis filii ad aui materni successionem venire intendunt in concursu auunculorum, & in hoc conueniunt omnes sine contradicere, matris renunciantis superexistentiam nocere filiis, sicquẽ illos omninò per auunculos excludi, estquẽ ratio euidentis, nam volentes concurrere cum auunculis, succedere non possunt, nisi ex persona matris viuz, quæ per renunciationem reperitur exclusã, ac proindè ipsi quoquẽ filii repelluntur, illaquẽ portio, quæ matri deberetur, si non renunciasset, accrescit fratribus per ius accrescendi, non autem nepotibus per successorium edictum; potètius enim est ius accrescendi, quam successorium edictum, *l. meminimus, C. de legit. hered. §. fin. Instit. de bonor. possess. sic DD. communiter in d. l. qui superstitis, & in d. l. pactum dotali, Io. Croc. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 56. ff. de verb. oblig. Roder. Suar. ad l. quoniam in prioribus, in declarat. ll. Regu. in 4. limitat. num. 9. fol. mihi 155 Couarr. in cap. quamuis pactum, par. 3. releb. §. 3. num. 7. & alii.*

93 Secundus est casus, quando renunciantis filii ad aui successionem concurrere volunt cum aliis nepotibus ex filio præmortuo, & in hoc est maxima controuersia; etenim. *Io. Croc. loco proximè cit. nu. 57.* dicit, quòd possunt concurrere, siuè mater ipsa aliquid percepit de bonis patris, siuè non, ex quo omnes succedunt ex propria persona, ad quod allegat *Bart. Imol. & Rom. in d. l. qui superstitis*, eundem *Bart. in l. liberorum, ff. de verb. signif. & Salycet. in d. l. pactum dotali*; subdit demum *Croc.* conclusionem hanc sibi videri dubiam, quia nepotes ex filio prædefuncto, parentis locum, & gradum assumunt, & sic quemadmodum si eorum pater viveret, excluderet sororis renunciantis filios, ita illos excludere debent eius fi-

lii, qui patris gradum, & locum assumpserunt, allegat *Modernos Perusinos* hoc tenentes in *d.l. pactum dotali*, in 5. col. residet tamen cū prima opinione, nimirum ut omnes concurrant, illam tamen limitando, si matris renunciatio facta esset contemplatione masculorum, ex masculina linea descendentium, et cum hac opinione transit etiam *Bolognet ibidem*, num. 91. et 92. et *Paul. Galler. in tract. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 28. vers. ex quibus apertissime*, vbi absque vlla limitatione pro renunciantis filius respondit, sed super hoc non insisto, quia non est materia nostra.

94 Tertius est casus, de quo nos dubitavimus, quando moritur pater, cui est renunciatum, nullis relictis descendens ex filio, vel filia forsan prædefunctis, sed tantum filia, quæ renunciavit, & ex ea nepotibus, ac aliis de linea collateralis coniunctis, et in hoc magis communiter voluisse *Doctores* comperimus, matris renunciationem filiis non obesse, quin per successorium edictum, ad aui successionem venire possint, collateralibus; unitis exclusis, non obstant, quod filia renunciata dotem receperit, ac patri supravixerit, estque ratio manifestissima, nam ut quis ab intestato admitti possit ad alicuius consanguinei successionem, altero proximior, vel in pari gradu existente, ex aliqua causa excluso, necesse est, ut admittatur, vel per ius accrescendi, vel per successorium edictum, vtrumque ius in casu nostro resistit collateralibus; ius namque accrescendi praticari non potest, cum illud inter cohæredes, & collegatarios locum habeat, hæredes enim patris defuncti de iure dicuntur tam masculus, quam femina, *l. maximum vitium, C. de liber. præter. at* quando femina reperitur renunciasset, portio illa, quæ ad feminam ipsam spectaret, per ius accrescendi devolvitur ad fratrem masculinum suum cohæredem; ac masculo non existente, non potest accrescere collateralibus, ex quo ille filia renunciantis cohæres dici non potest, sublato ergo iure accrescendi, necessarium recurrendum est ad successorium edictum, per quod portio proximioris non petentis, vel ex aliqua causa exclusi devolvitur ad in gradu sequentes, *l. 1. C. de success. edict. §. placebat, Inst. de legit. agnat. succes. modò* exclusi filia à patris sui hæreditate, stante eius renunciatione, inter subsequentes coniunctos reperiantur in potiori gradu eius filii, qui sunt defuncti nepotes, et sic descendentes, quam qui-

libet alius de linea collateralis, et illi ad aui successionem per successorium edictum sunt admittendi, non autem collaterales; sic sanè scripserunt sequentes, qui omnes loquuntur, quando filia, dotem recepta, patri renunciavit.

Paul. de Cast. in d.l. qui superstitis 93. n. 3. vers. & hoc si extabant alij, ff. de acquir. hered.

Jo. de Imol. ibid. col. 2. vers. sed vbi filia.

Philip. Corn. in l. pactum dotali, num. 24. vers. si verò consurrerent, C. de collation.

Ant. Gabr. somm. concl. tit. de iur. dot. conclus. 1. num. 54.

Ant. Gomez ad l. 2. Taur. num. 10. in princ. et demum in vers. unum tamen est.

Roder. Suar. ad l. quoniam in prioribus, in declarat. ll. Regni, in 4. limitatio. num. 10. per tot. fol. mihi 155. vbi in fine dicit, quod in hoc omnes concordant.

Ludovic. Morot. cons. 22. num. 1. & 7.

Michael Cras. in §. legitima, quest. 4. num. 3. per totum.

Franc. Molina. nat. de rit. nuptiar. lib. 3. q. 84. num. 25.

Thom. Sanchez in præcept. Decal. lib. 7. cap. 7. num. 38.

Mercurial. Merlin. tract. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 11. num. 5. vers. tertius casus est.

96 Fateor tamen, aduersus conclusionem in hoc tertio casu ratione, et autoritate fundatam nonnullos insurrexisse, non inferioris nominis *Doctores*, dum putarunt, non esse illi locum, quoties filia dotem accepta renunciat, cum expressa declaratione, quod remanet contenta sua portione, hoc enim casu contendunt, non subintrare successorium edictum, sicque matris renunciationem filiis obesse, non quidem vi repudiationis, sed vi successionis, quia cum filia renunciata videatur successisse, non est amplius tractandum, quod nepotes veniant per successorium edictum, huius sententiam illam tenentes laudant in auctorem *Bald. in d.l. pactum dotali, num. 8. C. de collat. quem ibi sequuntur Alex. num. 7. vers. & as in hoc ultimo casu, et alii.*

97 Attendamus responsionem, quæ erit facilissima, et primò dico, falsam esse satis assertionem, nimirum idè non esse locum successorio edicto, quia filia dotem recipiendo cum declaratione, se esse portione illa contentam, videatur patri successisse, nullibi enim iure cautum esse comperimus, filiam in dote à patre viro suo tradita dici hæredem, ut per hoc dicatur successisse eidem patri defuncto, nam quamvis dici possit, filiam dotem consequi loco portionis

hereditariae, non tamen in portione illa dicitur succedere titulo vniuersali, & sic tanquam haeres, sed titulo particulari; unde sequitur, quod quando datur casus, vt filia ob renunciationem a patris hereditate excludatur, non potest dici exclusa vi successioneis, quia tanquam haeres successit in portione hereditaria, sed vi repudiationis, quia dote accepta respuit hereditatem patris, & sic bene dicebat *Imol. loc. cit.* quod non poterat videre, quare nepotes ad aui successioneem ex successorio edicto venire non possint, dum ex propria eorum persona veniunt, ex eo, quia eorum mater dotem receperat pro parte sua, et ob id patri renunciauerat, cum certum sit, quod portioneem illam non habuit tanquam haeres, vt per hoc dici possit, successisse patri defuncto, sed titulo particulari.

98 Secundo, et melius, si diceremus, filiam per dotis receptionem, declarando se illa portione contentam vere successisse patri defuncto vti haeredem, quod est falsum; certum est, quod dici non potest, successisse, nisi in illa portione data; modo videamus, quid fiet de residuo, dum non habemus personam in pari gradu cum filia, vt per ius accrescendi, quod potentius est successorio edicto, posset residuum illud consequi; certe si assentimur illis, qui negant in hoc casu edictum successorium, consequens est dicere, residuum hereditatis intestati defuncti remanere sine successore; et si dices, habere locum successorium edictum, sed non ad beneficium filiorum renunciantis filiae, sed aliorum collateralium, dicam Ego, quod haec propositio est contra *tex. in l. 1. C. de succes. edict.* vbi exclusa matre a successione sui patris, ex edicto successorio eius filius ad succedendum fuit admissus; item est contra *tex. in §. placebat, Instit. de legit. agnat. success.* vbi excluso primo in gradu, admittuntur sequentes, & si dices, iura haec procedere, quando primus in gradu nihil de mortui hereditate consequutus fuit: at in casu nostro successit mater patri suo in parte, ergo eius filii super aui hereditate nihil aliud pretendere possunt, respondeo Ego, hoc bene procedere in causa testati, nimirum vt auus decedens superstiti filia, nihil ex ea nepotibus relinquere teneatur, ex quo eorum mater dotem, & sic legitimam portionem consequuta fuit, vt est communis omnium opinio, de qua post *Alex. Dec. & Crass. testatur Merlin. loco cit. num. 1. vers. & est ratio, & de causa testati loquitur *tex. in l. si non mortis, ff. de moffi-**

ciol. testament. quem in argumentum contra nepotes renunciantis filios adducit *Alex. in d. l. pactum dotali, ante num. 8.* At in 99 causa intestati, nulla lege cautum esse inuenimus, vt quia filia successit in parte, non possint filii ex propria persona venientes in residuo succedere, fac enim decedere, aliqueum ab intestato, vnica tantum filia, superstiti ex descendantibus in primo gradu, quae nunquam patris hereditatem renunciauit, certe haec erit patris sui haeres; fingamus modo, filiam istam, quae filios habet nolle succedere, nisi in dote, modo residuum hereditatis ad quem spectat: non ne dicendum est ex successorio edicto ad proximiorum, & sequentem in gradu? certe sic; quis autem erit proximior intestato defuncto, collateralis agnatus, vel nepos ex filia? certe iste, ergo ad illum spectat residuum: tunc enim etiam in causa intestati posset dari casus exclusionis nepotum, ex eo, quia eorum mater successit in parte, & respuit residuum, quando vt illi admitti possent ad aui successioneem, indigerent auxilio gradus, seu loci materni, eo enim casu, quia ipsorum mater, quae adhuc viuit, reperitur de portione sua satisfacta, filii volentes matris personam representare, siue illius locum, & gradum assumere, ad aui succedendum admitti non possent, sicque illorum exclusio fuit interpretata, quando concurrere vellent, vel cum eorum auunculis; vel cum ab eis descendantibus, quod non possent absque; quod assumerent gradum, & locum maternum, vt supra explicauimus, & docent quamplures relati a *Merlin. d. quest. 11. num. 13.* vbi dicit, cessare eo casu representationem, & subintrare ius accrescendi, quod impedit successorium edictum, secus autem, vbi matris renunciantis fratres, siue ab illis descendentes non extant, nam tunc quia nepotes, vt aui succedere possint, matris representatione non indigent, sed ex propria eorum persona venire possunt vt sequentes in gradu, nil eis ob stare potest matris superexistencia, de hereditaria portione patris sui satisfacta, & sic omni iure tanquam defuncto aui magis proximi agnatos inferioris gradus excludunt, hosque, dicat vnusquisque, veros esse iuris terminos pro resolutione praesentis articuli, ni malit in scopulos incidere.

100 Nec his omnibus ob stare potest pactum, quod in renunciationibus apponi solet, vt renunciantis filii ad aui, vel auunculis succedendum non possint ex propria eorum persona venire; nam si de huiusmo-

di conventionem nullo unquam tempore, præcipue apud nos, fuerit aliqua habitatio, etiam in casu, quo renunciantis filii eorum matris sint heredes, ut pluries per S.C. decisum testatur *Minad. in Cons. In aliquibus, notab. 3. à num. 1. D. Pres. de Franch. decis. 67. et Molfes. post alios, quos ipse citat tom. 2. ad Consuet. Neapol. de renunciat. q. 5. à num. 8.* à fortiori nulla potest haberi ratio, quando adhuc viua matre auus ab intestato decedit, quo casu, cum nihil adfit in medio, quod filios cogi possit ad obseruantiam pacti, in eorum præiudiciu à matre inuito, tempore, quo nec etiam erant in utero geniti, non est, cur de huiusmodi pacti obseruantia tractari possit; nulla enim lege cauetur, filios parentum pactionibus ligari, in ipsorum filiorum detrimentum inuito, dum eorumdemmet parentum non sunt heredes.

Sed quorsum disputatio hæc? ad quid tanta afferre pro Domini Bracciani Ducis exclusionem? si mentem Principis patris, quæ fuerit in hac renunciacione à Principissa filia extorta in scriptis habemus redactam; constat enim, illud in factu esse verissimum, tempore, quo Principissæ matrimonium extitit conclusum, Dominu Principem eius patrem recursum habuisse, ad eius Aduocatos, quos in hac Vrbe Regia Neapolis tenebat, ut ei consulerent super renunciacione, quam ab eius filia recipere intendebat, ad hoc ut contractus inde celebrandus esset omni sui parte perfectus, & cum omnibus clausulis, & cautelis, quæ renunciacionem recipiendam reddebant validissimam, quod cum ita ab eius Aduocatis executum esset, Dominus Camillus Petrus tunc Principis Aduocatus, & negotia gerens, nunc Regius Consiliarius meritis videns renunciacionem tam amplam, tantisque vallatam clausulis, literas scripsit Domino Principi, ut ei significaret finem, quem ipse habebat in tali renunciacione, cui Princeps respondendo dixit, eius esse voluntatem circa successionem feudorum, quæ in Regno possidebat, quod si ipsum mori contigisset, eiusque filium Dominum meum Don. Franciscum sine filiis masculis, cupiebat, ut Domus sua perpetuaretur in filia femina, vel ipsius, vel Don. Francisci filii, subdit demum, mentem suam esse, quod quando filios masculos non habuisset, dum tot tenebat nepotes, volebat vnum ex illis eius cognomine inuestire, eique simul in uxorem tradere eius filiam,

vel D. Francisci filii, siquæ eius domus conseruari subiugit demum, à prefato Domino Camillo querens consilium, si existens ille primus Ciuitatis Venasri acquiritor, potuisset ne Ciuitatem illam alicui ex eius filiis sibi melius viso legare, in cuius linea feudum hoc conseruari debuisset. Hæc scripsit Dominus Princeps, quæ modo, harum literarum tenore sic stant, quando ex alio Domina Principissa suam non haberet intentionem fundatam, prout habet fundatissimam, poterit quis nuquam sibi persuadere, in renunciacione, de qua agimus, aliam fuisse Principis mentem, quam prospicere descendentibus suis, & ut liberam de bonis suis disponendi facultatem haberet? certe huc fuisse Principis finem, & mentem, est ab omnibus constandam; Placuit autem Summo Redemptori, ut vtrumque deficeret, obiit enim Princeps, nulla de bonis suis dispositione facta, & sine filiis masculis ad succedendum in his feudis habilibus, sed tantum hæc filia superstiti, dicitur mihi, poterit ne hæc aliquis inueniri, qui agnosceret, cuius sit importantia ius, quod vni competit, ab illo auferre, & alteri dare, ut iaduci possit ad huic filie patris successionem denegandam? Hæc occurrunt Neapol. vij. Kalend. Octobria MDCXXXVI.

Donatus Antonius de Marinis.

S P M M A R I V M.

1. Facti species narratur.
2. Renunciatio, quæ fit à Moniali an semper dicatur ratas, & num. 6. 7. 10. 12. 16. 17. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.
3. Donatarius, si præmoriatur donatori an cadat donatio, dum in contractu pro hereditibus stipulatus non est, & num. 5.
4. Heres semper comprehenditur in omni acquisitione quam facimus, quamuis de illo nulla fiat mentio.
5. Filia monialis renunciantis exclusio tota dependet à mente patris renunciarij.
6. Pactum non porrigitur, nisi ad eum, ad quem ut porrigatur paciscentis interest.
7. Tex. in hoc femina, C. de secund. nupt. an subintret, ubi mater transiit ad secunda vota, filio in Religione existente, & n. 14.
8. Auis, & auia an insimul cum nepotibus nepoti prædefuncto succedant.
9. Mulier, quæ transiit ad secunda vota an suc-

- cedat pleno iure in bonis prædefuncti filij, qua illi obdixerunt ex successione alterius.
- 18 *Contractus ubi non est celebratus servata forma statuti, dicitur nullus, & num. 19.*
- 20 *Renunciatio, quæ fit ob ingressum Religionis, non subiacet sollemnitatibus statuti, & num. 21. & 22.*
- 21 *Renunciationis causa finalis est ingressus in Religionem.*
- 40 *Aquiliana stipulatio in contractu renunciationis restringitur ad favorem personarum, in renunciatione contemplatarum.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an renunciatio, quæ fit à filia moniali ad beneficium patris, & fratris, fit aliquando personalis, ita ut per mortem istorum sine descendibus evanescat. *Dispositio lex. in l. femina, C. de secund. nupt. an locum habeat, quando ex filiis primi matrimonii vnus tantum superest, qui tamen est in aliqua Religione professus; & an procedat quoad successionem bonorum, quæ defuncto filio ex alterius successione obuenerunt. Renunciatio facta ex causa ingressus in Religionem an statuti sollemnitates requirat, & de aliis, vbi notabilis decisio Sac. Rota Romana.*

C A P. CXC.



Enunciatio à filia Monasterium ingressa, Maria nuncupata, Antonio patri, & Alexandro germano intra duos menses professioni proximos, servata forma Sacri Trid. Conc. in amplissima forma facta proponebatur, tam

de successione paterna, & materna, quam de omnibus aliis quorumvis agnatorum, & cognatorum in futurum ab intestato ipsi Mariæ renunciandi deuoluendis, defunctoque patre, superstite Alexandro filio, quem nominauit hæredem, euenit, ut hic & tandem post certum tempus postremum suum similiter clauderet diem, superstitebus hac sorore renunciante iam professa, & duobus auunculis, Cesare, & Carolo nominatis, vnde inter istos, & Monasterium ex persona Sororis Mariæ super intestata Alexandri successione controuersia orta fuit.

Dicebant auunculi, ipsos ad nepotis successionem omnino admittendos, nam etsi Monasterium ex persona Sororis Mariæ eos in gradu præcedebat, tamen obstabat illi amplissima renunciatio, quæ non erat disputandum, an patris, & fratris contemplatione facta fuerit, cum sat sit, à Moniali processisse, est enim sine controuersia, renunciationem, quæ fit à Moniali semper dici, & ceteri realem, ita ut renunciataris ab intestato defunctis, quamuis sine descendibus, renunciante exclusa, ceteri consanguinei in gradu sequenti succedant, ut ex *Conar. Presid. de Franch. Regente Rouit. & aliis probat Reg. Merlin. controuers. cent. 1. cap. 5. per totum, signanter num. 4. quibus pariter & Ego ad hæc cap. præcedenti, nu. 22.*

E contra Monasterium contendebat, de renunciatione, quæ allegabatur, nullam haberi posse rationem, ex eo, quod facta apparebat ad favorem patris, & fratris tantum, eorum hæredibus nullatenus nominatis, interuenerat enim pater in eo contractu, in quo nullibi legebatur, suos, & filii hæredes ipsum vocasse, nec in assertiuam, nec in dispositiuam, sed dicebatur dumtaxat, quod renunciabat filia Antonio patri præsentem, & Alexandro fratri absentem, non aliter additis illis verbis, *eorumque hæredibus, & successoribus in perpetuum*, quæ passim in huiusmodi contractibus apponuntur, vnde præmortuis iam ipsis renunciataris, siue donataris, renunciante, siue donante superstite, renunciatio, siue donatio caduca remanet, ad quod allegabatur *Ant. Fab. diffin. postrema, C. de reuoc. donat. vbi in fortioribus terminis decisum testatur, donationem iam perfectam, & quæ effectum suum sortita fuerat, ad donantem reuerti, mortuo donatario antè donatorem, nec aliter ad hæredem transmissam, ex quo specialiter in contractu de hæredibus mentio facta non erat, iuribus per ipsum allegatis, caducata igitur hac donatione, sicque ea*

de medio sublata, remanebat Soror Maria proximior, & pro ea Monasterium, quo factum fuit, ut dubitaretur, utra Partium meliora foueret iura.

4 Ego in hoc casu nullam probabilem habui difficultatem, pro Monasterio respondere, non quidem attentis prædictis; quæ pro illo modo ponderabatur, cum expressam habeant iuris resistentiam, sunt enim satis nota iuris principia, ut in omni acquisitione, quam quis facit, hæres eius comprehendatur, quamuis nulla illius facta sit mentio, hic est *tex. vulgatus in l. si patrum 9 ff. de probation. ad cuius ornatum videndi sunt ex recentioribus Consiliar. Theodor. alleg. 43. à num. 15. & Marinus Cusel. tom. 2. de donation. contemplat. matrim. tract. 2. discurs. 1. special. 24. & in terminis renunciationis, ut facta certa persona, pro fit eius hæredi, quamuis in contractu non nominato, dixit *Gallearat. de renunciat. lib. 1. cap. 10. num. 9. & 13. ut autem hæres meus in stipulatione, siue acquisitione, quam facio non comprehendatur, necesse est, ut expressè agatur, eum scilicet non comprehendi, aut quod natura rei non sit ad hæredes transitoria, vel in terminis donationis, quod ex violentis cõiecturis constet, quod donatio facta fuit, persona dumtaxat donatarii cõtemplata, ita ut personalissima omnimodò iudicetur, in quibus sanè casibus procedere iura in *l. non omnis. ff. si cert. petas. in l. penul. ff. de seruit. rust. præd. & in l. in precario, la 1. ff. de præcar. docet notantèr Theodor. cit. alleg. 43. num. 16. 17. 18. & 19. & quamuis *Ant. Faber* loco supra relato in terminis donationis contrarium determinatum referat, ut nimirum per mortem donatarii ante donatorem, dum in donatione hæredis mentio facta non est, caducetur donatio, est aduertendum, quod in postrema impressione refert, aliter postea Senatam illum, ipso Præsidente iudicasse, & in *allegationibus ibidem num. 8.* agnoscens, primam *dispositionem* non esse in iure fundatam, addit, quod illa valde suspecta ei erat, per rationes, quas refert, sicquè ab ea prorsus recessit, nec definias obseruare *Dec. in casibus, in quibus caducatur donatio per mortem donatarii ante donatorem conf. 470. num. 14.* vnde in casu proposito si Monasterium ex persona Monialis, quæ renunciauerat, succedere prætendebat, quia renunciatio fuit facta patri, & fratri dumtaxat, nulla hæredum facta mentione, sicquè ut illis præmortuis ante renunciantem, inefficax remanserit, nullum bonum fonebat ius, cum hæredes patris, &***

fratris, quibus fuit renunciatum, bene in hac renunciatone comprehendebantur, & si illis expressè non nominatis, ut modo significauit.

6 Dixi tamèn, Monasterii iura ex alio intuito esse, cum nullo pacto affirmari possit, personas istorum auiculorum fuisse in hac renunciatone contemplatas, et quamuis communiter dicatur, renunciatonem, quæ fit à Moniali semper realem censeri, ut illa excludatur à ceteris cõsanguineis, qui post ipsam renunciantem proximiores reperiuntur, aduertendum tamèn, non semper id illam intelligendam, et interpretandam, ut ex tacita voluntate renunciantis, et renunciatarii non possit ad certas, personas restringi, et limitari, ut loquitur *Ares. in l. qui superstitis, col. 4. antè num. 4. vers. vnde oportet dicere, ff. de acq. hæred. et post eum Gallearat. loco cit. num. 21.* etenim, attendamus, quando *Doctores* dixerunt, ut renunciatio, quæ fit à filia Moniali, realis semper dicitur, eam solam assignantur rationem, quia non est verisimile; patrem voluisse renunciatonem recipere, ut deficientibus descendentibus succedat Monasterium, sed potius proximiores cõsanguinei, sic enim *ratiocinantur Præs. de Franch. decis. 375. antè num. 3. Reg. Rouit. conf. 43. nu. 2. Lælius Caput. ad Consueg. Neap. si moriatur, par. 3. §. 8. num. 12. vers. tùm etiam attenda intentione, et antè eos Comar. in cap. quamuis phili 3. par. relect. §. 3. num. 4. vers. non idem omnino, vbi dicit, quod si pater, qui recipit renunciatonem à filia Monasterium ingressa tempore, quo habebat filios masculos, et feminas, ab intestato masculis præmortuis decesserit, filia, quæ renunciavit non erit cum aliis sororibus admittenda, quia renunciatonem recepit pater, ad finem ut reliquæ filia possent statim cum dote matrimoniù contrahere, addit demùm, quod immò nec Monasterium ex persona Monialis, adhuc masculis omnibus, et foeminis extinctis, succedere possit, si pater testatus sit, ex quo dum recepit renunciatonem, eam mentem habuit, ut liberè testari potuisset, absque vlla obligatione instituendi hæredem filiam Monacham, aut ei aliquid relinquendi, tametsi (nota) ab intestato forsan erit Monasterium iure ipsius Monachæ admittendum, cum nullus superfit ex patris descendentibus, quem pater voluerit filia renunciantem, et Monasterio præferri, per hæc. *verba* loquitur insignis *Comar.* ex cuius doctrina constat apertissime, Monialem per eius renunciatonem non esse pœnitus de-*

sticram, quin aliquandò patri renunciatario ab intestato defuncto succedere possit, et pro ea Monasterium, viderur enim hic *Comar.* in ea refidere opinione, vt fuerit mens patris, dum filij renunciationem recipiebat, eo ab intestato decedente, dekedentes. tanquam ex ipso filij renuncianti, et Monasterio fore preferendos, ita vt illis deficientibus, sit Monasterium ex persona filij monialis ad paternam intestatam successione admitterendum.

8. Quibus sic se habentibus deuenièdo ad casum propositum, si filia Monialis exclusio tota dependet à mente patris renunciatarij, quam, vt ratiocinantur *Pres. de Præch. et Secutores*, verisimile est, non fuisse, vt Monasterium proximioribus consanguineis exclusis succederet, quæro Ego, potest hoc affirmari in casu, de quo agimus, vt verisimile sit, patris mentem fuisse, quãdo à filia renunciationem extorsit, vt filio sine liberis ab intestato decedente, succedere illi deberet eius auunculi, ad exclusionem Monasterij, in quo vita, decus, & honor propriæ filij mirificè conseruabantur? certe nullo pacto hoc à bono iudice credendum, & si receptissima est *Barr. theorica in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 24. ff. de verb. oblig. vt pactum non porrigatur, nisi ad eum, ad quem vt porrigatur pacificetis interest*, potest nè affirmari in casu proposito, vt patris paciscentis intererit, filio absque liberis defuncto, renunciationem filij fore proficuum duobus eius affinibus, prædefunctæ vxoris fratribus, sicquæ vt illi in bonis, quæ acquisierat, ad exclusionem filij succederent, certè omninò negandum, bene tamen ab omnibus affirmandum; quòd si in actu renunciationis de hoc euentu pater renunciatarij interrogatus esset, indubitanter pro filia respondisset: vnde merito *Comar. loco cit. vers. decimo est, circa finem addit*, Iudices admonens, vt in hac materia, quando de his videre contingerit, pacificetium meatem omninò cognoscere conentur, quo rectius in eo iudicio sententiam dicere valeant.

20. Vltimò in terminis terminantibus, & forsitan fortioribus hæc omnia rerum iudicatarum autoritate comprobabam, nam quòd Monasterium ex persona filij monialis, quæ patri, & fratri, eorumquæ hereditibus, & successoribus quibascunquæ amplissimè renunciauerat, defuncto demùm fratre, qui patri successerat, non possit ab illius intestata successione excludi, ex quo considerata mente patris renunciatarij,

proximiores, qui supererant, verosimiliter non poterat dici, fuisse in renunciatione contemplatos, decidit *Rota in vna Romana successione de Comitibus*, sub die 15. Ianuarij 1642. coram Illustrissimo D. Duwozet, in qua, persona, quæ, stante renunciatione, Monasterium excludere prætebat, erat auia paterna defuncti, & tamen, quòd ambo succederent, seruata dispositione *auth. defuncto*, renunciatione non obstante fuit sollemniter decisum, & patitèr determinatù, non subintrare dispositionè *l. faming, C. de secund. nups. vbi mater ad secunda vota transiit*, filia Moniali ex primo matrimonio superstiti, si nec etiam locum habere quòd ad successione bonorum, quæ ad filium defunctum peruenerit ex successione eius fratris prædefuncti, contra opinionem per me firmatam *lib. 1. cap. 273. num. 10.* cuius quidè decisionis tenor adhuc alibi non impressus est sequens.

Mercurij 15. Ianuarij 1642.

22. Decessit Baltassar de Comitibus ab intestato sine liberis, superstitibus D. Comitissa Cornelia auia paterna, ac D. Cleria sorore germana Moniali professa in Monasterio S. Catharinæ de Senis. Quocirca orta controuersia inter d. Comitissam ex vna, ac Reuerendas Moniales d. Monasterij venientis ex persona d. B. Clerij ex alia supermanutione, vel immissione in bonis reperijs in Vrbe in hæreditate d. Baltassaris, Rota censuit sub die 28. Iunii anni præteriti, D. Comitissæ dandam esse manutionem in domo Parionis, reseruatò videre de alijs bonis, super quibus reassumpta disputatione sub die 20. Nouembris subtequentis, demandatum fuit, vt videretur de bono iure, super quo posito hodiè dubio, resolutum fuit, constare de bono iure Comitissæ pro medietate, & pro alia medietate de bono iure Monialium.

23. Et quoad primam partem resolutionis moti fuerunt Domini ex dispositione *text. in §. si igitur defunctus, vers. si verò cum ascendentibus, authent. de hæred. ab intestat. venient.* vnde sumpta est *authent. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull.* vbi cauetur, quòd si quis decedit ab intestato sine liberis, ascendentes proximi vocantur ad illius successione, pro virili vna cum fratre, aut sorore vtrinque coniunctis, & sic deficientibus patre, & matre, auus, vel auia superstites tanquæ ascendentes proximi non excluduntur à successione defuncti ob existentiam fratris, aut

fororis,

fororis, sed æqualitèr ad illam vocantur, iuxta veram, ac magis receptam sententiã, quam tenent *glos. in d. s. si igitur defunctus, verb. proximis, in fin. vers. sed secundum primam, aub. de hered. ab intest. venien. & in d. aub. defuncto, in eodem verb. proximis, vers. vel dic secundum Ioanuem, C. ad Senat. Conf. Tertull. & ibidem Bart. num. 1. vers. alij dicunt contra, vbi quod hæc opinio communitèr tenetur, Bald. num. 9. vers. dicas ergo, vbi contrarijs respondet, Castr. num. 3. in fin. vers. glosa tamen, Salyc. sub num. 3. vers. pone, patrem non esse, vbi quod hæc est veritas, Bald. conf. 268. per tot. vol. 4. vbi quod hæc opinio communitèr approbatur, referens *Ant. Butr. dicentè, quod ita audacitèr est tenendum, Couarr. in epitom. de success. ab intest. num. 5. vers. primum enim, Crass. de success. S. successio ab intestato, q. 23. num. 2. vers. sed neglecta hac opinione, vbi & alios refert, Oynot. super Instit. lib. 3. tit. de hered. quæ ab intest. deferunt. de secund. grad. seu ord. succed. num. 24. vers. secundò ampliatur, procedere, Mart. in summ. success. legal. p. 2. quæst. 1. art. 2. casu 3. & q. 6. art. 2. num. 1.**

14 Nec releuat, quòd D. Comitissa transuerit ad secunda vota, ideoquè non possit succedere pro medietate d. Baltassari nepoti ex primo matrimonio, nisi quòd ad vsufructum sua vita durante, proprietatem verò teneatur reseruare alijs liberis, ex eodè matrimonio procreatis, iuxta dispositionè *rex. in l. femina 3. §. illud etiam, C. de sec. nupt. tum quia dispositio d. l. procedit, quando extant alij liberi, ex primo matrimonio suscepti, qui valeant prosequi iniuriam, quam mater videtur eis intulisse ob transitum ad secunda vota, secus autem illis non extantibus, quia tunc mater succedit filio, seu nepoti prædefuncto ab intestato, etiam quòd proprietatem, vt apertè colligitur ex eodem text. in d. §. illud etiam, in fine, & in §. prospeximus, vers. quapropter, & §. hoc autem, vers. si vend. præmorianatur, aub. de non. eligen. secund. nub. Bald. conf. 336. sub nu. 3. vers. sanè pœna secundarum nuptiarum, lib. 3. Alex. conf. 66. num. 7. vers. & si dicti filij decederent, lib. 3. & conf. 63. num. 2. & seqq. lib. 5. Ruin. conf. 21. num. 2. vers. non obstat igitur, lib. 3. Gabriel. comm. conclus. tit. de secun. nupt. concl. 1. num. 22. & seqq. Rot. dec. 619. num. 1. p. 1. recent. At hodiè non extat alter descendens ex Baltassare seniore primo viro d. Comitissæ, nisi eadem D. Cleria, quæ tanquam Religiosa habetur pro mortua Mundo quòd ad ius prosequendi iniuriam, quam D. Comitissa dicitur ei intulisse ob transitu ad secunda vota, adeò vt dictum ius non*

transierit, nec etiam ad Monasterium, cum illud æqualitèr extinguatur per mortem ciuilem, quæ fit per emissionem professionis, sicuti per naturalem, prout articulo maturè discusso firmavit *Rota in Nouariensi legitima coram bonæ memoriæ Pirouano in decis. 116. num. 11. & decis. 181. num. 19. & infra, part. 5. recent. & in eadem coram R. P. D. meo Ghislerio in decis. 223. num. 6. & seq. ac decis. 267. num. 16. in fine, vers. nec Domini, eadem par. 5. recent.*

15 Tum etiam, quia dispositio d. l. femina procedit quòd successionem in bonis, quæ à Viro prædefuncto immediatè perueniunt in filium, seu nepotem defunctu, de cuius successionem agitur, secus autem quòd successionem in bonis, in quibus idem defunctus mediante persona patris, vel alterius, prout in casu isto, acquisiuit, *Ang. in §. preferuntur, num. 9. post med. vers. ex prædictis, Instit. ad Senat. Consult. Tertull. Corn. conf. 286. num. 3. sub fin. vers. ex glosa, lib. 1. cum alijs relatis à Gabriel. de secund. nupt. concl. 3. num. 17. idemq; articulo plenè discussio resolutum fuit in Romana domorù 10. Iunij 1616. & 31. Maij 1617. coram Martino Andrea, quarum prima est decis. 74. inter eius impress. seu decis. 771. p. 3. recent. & in Camerinen. honorum 10. Februarij 1620. coram bonæ memoriæ Card. Verospio Seniore, & in eadem 22. Aprilis 1624. coram bonæ memoriæ Vbaldo.*

16 Quò verò ad alteram partem resolutionis attinet, quia fuit dictum, constare de bono iure Monialium pro altera medietate, illud apertè desomitur ex eadem iuris dispositione in d. §. si igitur defunctus, vers. si verò cum ascendentibus, aub. de hered. ab intest. venien. & in d. aub. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull. vbi decernitur, fratrem, aut sororem defuncti ab intestato æqualitèr vocari ad illius successionem vnà cum ascendentibus eiusdè defuncti, & inter alios expressè notat *Salyc. in eadem aub. defuncto, num. 3. idemq; tradunt Doct. pro d. Comitissa superius allegati.*

17 Neq; obstare visa fuit amplissima renūciatio, quam D. Cleria sub die 24. Februarii 1620. Hippolyta Maria tunc nuncupata ætatis annorum 18. Circitèr, fecit Euanthro patri, per hæc verba præcisa, *omnia, & singula tam materna, & fraternalia, & alia quacunq; bona ad ipsam, etiam ratione supplementi legitima, vel trebellianica, & alijs quomodolibet, seu alio quouis titulo, causa, ratione, & occasione, tam ascendentium, quàm transuersalium, nunc, & pro tempore spectantia, & perti-*

nentia, etiam si speciali nota digna essent, & in generalitate minimè comprehenderentur, ac omnia, & singula iura, & actiones sibi super dd. bonis quomodolibet, & qualitercunq; competentia, & competentes, ac competitura, & competituras donavit, & titulo pura, ac perfecta donationis cessit, & tradidit D. Euandro de Comitibus eius patri, & successivè D. Baltassari d. Euandri filio, & eiusdem D. Hippolyta Maria germano fratri, nec non omnibus, & quibuscunq; illorum, & singulorum heredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento, & alijs quomodocunq; successoribus, ita vt dicti DD. Euander, & Baltassar, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum heredes, & successores de omnibus bonis, ac iuribus liberè disponere possint, & ab intestato dispositum censeatur, perinde ac si d. D. Hippolyta Maria nunquam fuisset in verum natura ad favorem quarumcunq; personarum, d. D. Euandro presente pro se, & alijs nominatis acceptante. Quoniam d. renunciatio (ad quam ferè tota concertatio redigebatur) duas vita fuit habere inspectiones. Primam, an illa esset valida; Secundam, an data illius validitate, suffragetur Comitissæ.

18 Quoad primam Informantes pro Monialibus prætendebant, d. renunciationem fuisse invalidam, vt factam absq; solemnitatibus requisitis à *Stat. Urb. in cap. I 13. & c. 151. lib. 1.* quarum defectus dicebatur infirmiter contrarium eiusdem renunciationis, prout in terminis *Statuti in cap. 113. Buratt. decis. 410. num. 1. in Romana redditionis rationis 20. Martij 1626. §. noq; suffragatur, & in Romana dotis 10. Junij eiusdem anni, §. & circa primam, vbi aliz decisiones allegantur coram bonæ memoriæ Coccino, & in terminis *Statuti cap. 151. Pic. ad idem Statut. gloss. 11. nu. 1. Fenon. super eodem Statuto no. 12. Rota apud Dic. decis. 59. nu. 19. & decis. 190. num. 3. p. 6. recent.**

19 Nec obstare dicebant, quod huiusmodi renunciatio facta fuerit expressè ex causa ingressus in Religionem, prout aperte demonstrant verba proemialis eiusdem renunciationis, quia talis causa ingressus in Religionem nõ tollit statuti solemnitates, quando renunciatio fit à minore, vel à muliere, & sic à persona inhabili ad renuntiandum, prout articulo examinato sentit *Gratian. discept. 975. per tot. & dicit Rota. decis. 121. num. 41. coram Durano.*

20 Verùm Domini in contrariam inclinabant sententiam, scilicet, huiusmodi defectum solemnitatum, esse quod ille in facto subsisteret, non vitiasse d. renunciationem, cum huiusmodi renunciationes factæ

ob ingressum in Religionem non requirant statuti solemnitates, vel ex eo, quia illæ sapiunt potiùs donationem causa mortis, vel ex eo, quia dicuntur ob causam, vel ex eo, quia ingressurus in Religionem habet liberam facultatem disponendi de rebus suis, & sic absq; solemnitatibus, prout in specie his, & alijs rationibus firmant *Berro in cap. in presentia 8. num. 155. de probat. Dec. conf. 31. num. 3. vers. & ista præferunt, Simon de Prat conf. 72. num. 8. Manent conf. 58. nu. 47. & per tot. Amat. decis. March. 46. num. 22. vers. præterquam quod, Cutell. de donat. contempl. matr. p. 1. discurs. 2. partic. 3. n. 3. & 4 fol. 103. & in terminis Statuti Urbis dixit Rota coram bonæ memoriæ Buratt. dec. 461. nu. 7. vsq; ad fin. quam decisionem quidquid dixerit *Gratian. d. discept. 975. num. 44. Rota sequuta fuit nupèr in Romana donationis 3. Junij anni præteriti, in § fuit etiam multipliciter respõsum, coram R. P. D. meo Rojas, vbi expressè dicitur, quod Domini cum d. decisione Buratti transierunt.**

21 Nec releuat, quod in ista renunciatione enuncientur etiam aliz causæ, nempe dotis, receptæ, & cuiusdam annuæ præstationis. Siquidem inde eò magis elicitur, renunciationem nõ fuisse puram, sed ob causam, nec excluditur, quin causa finalis fuerit ingressus in Religionem, cuius occasione dos, & annua præstatio promissa fuit, vt dixit *Rota in Romana domorum, seu spolij 16. Decembris 1605. coram Lancellotto, & decis. 587. num. 4. & 5. p. 1. & dec. 714. num. 2. p. 2. recent. & faciunt notata per Rossel. in summ. verb. Religio, num. 11. Roderic. quest. regular. tom. 2. quest. 80. art. 2.*

22 Et videbatur cessare difficultas, ex eo, quia ista renunciatio facta fuit à D. Cleria, non quidem ante ingressum in Monasteriũ, dum illa esset puella in seculo, ut quibus terminis loquitur *Gratian. d. discept. 975. & Rota coram Durano d. decis. 121. Sed post ingressum in Monasterium, de tempore scilicet nuntiatus intra duos menses ante missam professionem, ut colligebatur tam ex clausula *actum* apposta in instrumento d. renunciationis; ibi, *actum Roma ad civitates ferreos eiusdem Monasterij S. Catharinae de Senis, & c.* quam ex iuribus datis in summiario D. Comitissæ; quo casu huiusmodi renunciationes non requirunt statuti solemnitates, sed sufficit, in eis servari formam à *Sac. Concil. Trident. præscriptam sess. 25. de reg. c. 16.* prout illa in casu isto servata fuit, nuntius namq; reputatur persona Ecclesiastica, iuxta magis receptam sententiam de*

quæ pluribus relatis *Rot. coram Durano dicitur*. *decif. 121. num. 38.* idèque renunciaciones factæ ab illo de tempore nouitiatus non, subiacent statutis laicorum, proindèq; sustinentur, etiam eorum forma non seruata, prout *Sacr. Congregatio* cõsultit anno 1606. in declaratione relata per *Aldan. in compend. canonic. resol. lib. 4. tit. 9. num. 81. & Sperrell. decis. 16. num. 47. Tamburin. de iur. Abbatif. disp. 4. q. 10. num. 7.* idemq; admittunt *Gratian. d. discept. 975. num. 31. & Rot. coram Durano d. decis. 121. num. 37.*

23. Noc releuare dicebant, quòd Statuta Urbis sint confirmata à Papa. Quia cum, statuta, de quibus agitur non faciant mentionem de personis Ecclesiasticis, quales reputantur Nouitii professionem emissuri, ex supra allegatis, illas non cõprehendant, prout *Rot. resoluit in Romana liberationis, decis. 5. post Benzou. vers. nec suffragatur, cum seq. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana donationis de Castellania, decis. 58. num. 27. cum seqq. par. 6. recens.*

24. Quò verò ad secundam inspectionem, an scilicet d. renūciatio suffragetur D. Comitissæ, maior inerat difficultas, siquidem D. Cleria expressè renūciauit bonis fraternis, omnibusq; iuribus sibi competentibus, & competituris super eisdem bonis, dictamq; renūciationem fecit Euandro patri, ac successinè Baltassari fratri, non simpliciter, sed cum clausula. *Nec non omnibus, & quibuscunq; illorum, & singulorum heredibus, tam ab intestato, quàm ex testamento, et aliis quomocunq; successoribus, quæ verba ex lata eorum significatione videbantur comprehendere quoscunq; hæredes, & successores Baltassaris, etiam extraneos, siue ex testamento, siue ab intestato, & consequentèr d. Comitissam de iure ab intestato illi succedentem, Alex. cons. 29. sub nu. 5. vers. et quòd sic sit, lib. 3. Paris. cons. 26. num. 40. et seq. et cons. 69. num. 64. lib. 3. Minad. cons. 22. num. 5. et seqq. Menoch. cons. 6. num. 16. lib. 1. Bursat. cons. 264. num. 6. lib. 3. Reg. Rami. cons. 44. nu. 8. vers. et mortuis lib. 1. atreneis, præsertim aliis verbis subsequen- tibus. Ita vt d. Euander, et Baltassar, ac earũ, et cuiuslibet ipsarum hæredes, et successores de omnibus bonis, ac iuribus liberè disponere possint, et ab intestato, dispositum conseatur, perinde ac si d. Maria nunquam fuisset in rerum natura. Ex quibus inferebatur, D. Cleriam cõseri exclusam quouis tempore à successione eiusdem Baltassaris ab intestato defuncti, perinde ac si ipsa nunquam in lucem edita fuisset, Minad. d. cons. 22. num. 3. et in fin.*

Menoch. cons. 401. num. 102. et seqq. Merlin. Pignat. controu. forens. cap. 5. num. 10. vers. et quidè ratio est, et n. seqq. vbi & alios congerit.

25. His tamèn non obstantibus contrariam Domini amplexi fuere sententiam, scilicet d. renūciationem non suffragari D. Comitissæ. Quamuis enim illa quòd bona renūciata, seu donata comprehendat explicitè bona Baltassaris fratris, illiusq; hæreditatem, etiam ab intestato deferendam, nihilominus quòd personas, quatum fauore, seu contemplatione emanauit, non visa fuit comprehendere D. Comitissam, quæ in ea non fuit expressè nominata, aut contemplata, cum huiusmodi renunciaciones sint odiosæ, strictamq; recipiant interpretationem, *Bald. cons. 437. sub nu. 2. vers. item ista renunciatio, lib. 1. Castrens. cons. 86. num. 6. p. 1. Franc. de Aret. cons. 161. sub num. 5. vers. et hoc maxime videtur dicendum, Crauet. cõf. 42. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 379. num. 3. Menoch. cons. 335. num. 1. adeò vt comprehendant solum personas in ea expressas, nec vltra illas extendi debeant, Honob. cons. 29. num. 107. lib. 1. Menoch. d. cons. 6. num. 3. lib. 1. Decian. cons. 19. num. 46. lib. 3. Surd. cons. 431. num. 32. et seq. cum aliis in proposito relatis à Rot. in Bonon. de armis, coram Reuerendiss. D. meo Decano post Merlin. de legitim. decis. 47. nu. 7. et in Romana renūciationis de Perottis coram me post Tamburin. de iur. Abbatif. decis. 6. num. 2.*

26. Non obstat, quòd d. renūciatio facta fuerit non solum Euandro patri, ac Baltassari fratri expressè nominatis; verum etiã omnibus, & quibuscunq; illorum, & singulorum hæredibus, & tam ab intestato, quàm ex testamento, & aliis quomocunq; successoribus. Quoniam d. verba quamuis amplissima visa fuerunt comprehendere illos dumtaxat hæredes, & successores, qui ex præsumpta mente tam Euandri patris recipientis renūciationem, quàm d. Cleria filiz renūciantis contemplati fuerunt, nõ autem omnes hæredes, & successores indefinitè, & sic etiam extraneos, cum renūciatio, prout quælibet alia dispositio restringatur iuxta mentem contrahentium, quamuis verbis generalibus concepta factæ, *Crauet. d. cons. 42. nu. 3. Surd. d. cons. 431. num. 16. cum aliis in proposito relatis à Rota in d. Bonon. de armis, decis. 48. nu. 8. post Merlin. de legit. et in d. Romana renūciationis de Perottis coram me d. decis. 6. num. 8. post Tamburin. de iur. Abbatif. & in terminis renūciationis factæ patri recipienti pro se, & hæredibus venientibus, tam ex testam-*

to, quàm ab intestato, quòd illa sit restringenda ad personas contemplatas ex præsumptæ mente eiusdem patris, tradit *Bald. d. conf. 437. sub num. 2. lib. 1. & in similibus terminis renunciationis emphyteusis factæ pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, dixit Rosa decis. 186. num. 6. & num. 10. vers. nec minus obstat clausula, par. 3. recent.*

In proposito autem tantùm abest, quòd D. Comitissa videatur comprehensa in d. renunciatione ex præsumptæ mente contrahentium, quinimò plures concurrunt præsumptiones suadentes, dd. contrahentes non nisi de hæredibus, & successoribus ab eis descendentibus intellexisse, diçamq; Comitissam excludere voluisse.

Respectu siquidè Euandri patris talis voluntas colligitur ex pluribus.

27 Primò ex præsumptione iuris, iuxta quã pater censetur huiusmodi renunciationem recipere à filia favore descendentium, & agnationis conservandæ, adeò ut illis non extantibus, seu decedentibus ab intestato, non præsumatur voluisse excludere propriam filiam à bonis renunciatis, *Couarr. in cap. quoniam palbum, p. 3. §. 3. num. 4. vers. 5. si tempore, Corn. conf. 291. num. 4. lib. 4. Nicol. Bellon. conf. 15. nu. 12. Crauet. d. conf. 41. sub n. 1. vers. sed quid si tempore quietationis, post med. Menorb. d. conf. 6. nu. 10. vers. tertia ratio.*

28 Secundò ex aliis duabus renunciationibus, quas idem Euander recepit ab eius germanis sororibus, eiusdem Monasterii Monialibus, in quibus fuit expressa causa conservationis familiæ, & agnationis. Nam si cuti procuravit renunciationem à dd. sororibus pro conservanda agnatione, sic pariter præsumentur recepisse renunciationem sibi factam à filia, ex illis enim renunciationibus non ineptè colligitur, qualis fuerit eius voluntas, etiam in illa, cum vna ab altera interpretationem recipiat, prout in terminis advertit *Ros. in d. decis. 6. num. 11. post Tambur. de iur. Abbatis. Et contractus ex consuetudine etiam vnus tantùm ex contrahentibus interdum declaratur, Mant. de iur. & ambig. lib. 3. tit. 9. num. 58.*

29 Tercid ex charitate, ac dilectione etgã propriam filiam, quam pater præsumentur summoperè diligere, *l. cum acutissimi 30. C. de fideic. Corn. d. conf. 291. num. 4. vers. non enim credendum est, lib. 4. Paris. d. conf. 26. nu. 22. lib. 3. caus. 1. propterea voluisse præferre uti magis dilectam cuiuscunque hæredi extraneo, uti minus dilecto, cum verba renunciationis etiam generalia ita sint intelligenda, ut pater illam recipiens præsumat nolle*

alienam posteritatem suæ antepone, *Alex. d. conf. 29. num. 4. lib. 3. & votum patris esse soleat, ut bona sua potius in descendentes, quàm in extraneos deoluantur, l. scripto 6. ff. unde liber. l. nam & si parentibus 15. ff. de inoffic. testament. cum aliis in proposito relatis à Corn. d. conf. 291. num. 4. vers. & votum patris.*

30 Præsertim cum d. Cleria amplissimam renunciationem fecerit eidem Euandro, qui nota ingratitude redargui posset, si propriam filiam ergã seipsum liberalissimã exclusisset, ac D. Comitissam, quæ nihil ei donauerat, admisisset, ut in terminis animadvertit *Camer. var. resol. c. 15. num. 50. et seqq. lib. 3. Ros. in d. Romana renunciationis, num. 12.*

31 Quibus accedit, quòd D. Comitissa de tempore d. renunciationis idem transierat ad secundas nuptias, ob quas videtur intulisse iniuriam eidem Euandro filio ex primo matrimonio, cum quo etiam plures lites, ut supponitur, diù sustinuit: unde non levis oritur præsumptio, quòd illa esset odiosa ipsi Euandro, & consequenter exclusã in d. renunciatione, quamvis verbis generalibus cõcepta, cum in favorabilibus verba generalia odiosos non comprehendant, ex pluribus relatis à *Surd. decis. 41. num. 1. et seqq. Fusar. de subst. quest. 317. nu. 1. et seqq.*

32 Respectu verò d. Cleriæ renunciantis eadem voluntas elicitur.

Primò ex simili præsumptione, iuxta quã filia censetur facere huiusmodi renunciationes patri, aut fratri cõtemplatione masculorum ex eis descendentium, ad hoc ut bona in familia, & agnatione conserventur. Adeò ut illis non extantibus renunciatio dicatur evanescere, nec impediat, quomòdus renuncians in bonis renunciatis succedere possit, *Bald. d. conf. 437. num. 2. vers. in contrarium videtur veritas, vol. 1. Socin. sen. conf. 34. num. 4. lib. 4. Paris. d. conf. 26. num. 19. lib. 3. Dec. conf. 553. num. 9. Alex. d. conf. 29. num. 17. vers. non obstat etiam prædictis, lib. 3. Crauet. d. conf. 41. post princ. vers. sed contrarium in casu nostro, Menoch. conf. 335. num. 14. Io. Franc. de Ponce conf. 39. num. 2. et seqq.*

33 Secundò ex maxima inveni similitudine desumpta ex eo, quòd si d. Cleria in casu obitus patris, & fratris ab intestato sine descendentibus voluisset renunciare ad favorem cuiuscunque hæredis indefinitè, utique comprehensisset etiam Fiscum, qui de iure non existentibus agnatis, vel cognatis vsq; ad decimum gradum tanquàm hæres ab intestato succedere potuisset, prout advertit

- Doct. cumulati in tract. divers. de success. ab intest. fol. 643. num. 23. & fol. 276. num. 22. At non est verisimile, d. Cleriam in huiusmodi renunciatione facta patri, ac fratri, voluisse, vt bona renunciata pervenirent in tali casu potius ad Fiscum, quam ad seipsum, finè eius Monasterium, vt in proposito tradit Bald. d. cons. 437. num. 2. vers. pone enim, lib. 1. Molfes ad Consuet. Neapol. tit. de renunciat. q. 17. num. 16.*
- 34 Nec visa fuerunt relevare alia verba sequentia, ita ut ab intestato dispoſitum censeatur, perinde ac si renunciatus nunquam fuisset in rerum natura. Quia cum sint consecutiva, ad personas supra vocatas, sunt intelligenda, retenta eadem præsumpta mente contrahentium, vt scilicet censeatur dispoſitum ab intestato ad favorem illarum personarum, quæ ex præsumpta mente contemplatae fuerunt, taliter quod illis deficientibus renunciatio perinde haberi debeat, ac si facta non esset, cum in hac materia ea sit capienda interpretatio, quæ renuncianti minus præiudicat, Corn. cons. 291. sub num. 12. vers. & maxime vt resurget, Ciriac. controu. 292. num. 19. cum aliis relatis à Grat. discep. 292. num. 6.
- 35 Et hinc cessant ea, quæ inculcabantur ad probandum, huiusmodi renunciationem fuisse realem, quæ perpetuò excludit renunciantem à bonis renunciatis omnibus modis, quibus illa succedere debuisse, vt notatis à Napod. in Consuet. Neapol. tit. 16. de success. ab intest. Consuet. incip. Si quis, vel si, qua, num. 195. Franch. decis. 375. Rouit. d. cons. 44. nu. 7. vol. 2. Paschal. de virib. patr. potest. par. 3. cap. 7. num. 48. Merlin. Pignateh. controu. sarenf. d. cap. 5. num. 4. cum aliis allegatis. A
- 36 Quia responsum fuit, illam non videri simpliciter, & absolute realem, sed vel esse personalem, qualis in dubio præsumitur, Ruin. cons. 11. num. 10. lib. 1. Bera. cons. 170. num. 9. lib. 2. Surd. cons. 544. num. 5. vers. & in dubio, Molfes ad Consuet. Neapol. tit. de renunciat. quest. 3. num. 3. Rot. in d. Bonon. de armis, decis. 48. num. 11. post Merlin. de legit. etiam quando facta fuit alicui recipienti pro se, & heredibus, Surd. d. cons. 544. num. 4. et 5. Molfes. d. tit. de renunciat. d. quest. 3. num. 8. Rot. d. dec. 48. num. 12. post Merlin. de legit. vel saltem esse mixtam, qualis dicitur illa, quæ fit per abdicationem bonorum contemplatione certarum personarum, prout declaravit Rot. in eadem decis. 48. & seqq. & in Macerat. Pecuniaria coram Reverendissimo D. meo Decano, in §. nec realitatis fundamentum, & in d. decis. 186. par. 3. recent.
- 37 Nequè realitas d. renunciationis videtur induci, ex eo, quod illa facta fuerit ex causa ingressus in Religionem, ibiq. dicta Cleria perpetuò Deo inferret per Aquilianam stipulationem, cum pacto de non succedendo, ex notatis per Couar. in cap. quamvis pactum, par. 3. §. 2. nu. 5. de pact. in 6. V. deq. de succ. resol. lib. 2. nu. 116. & 130. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. nu. 18. cum aliis allegatis.
- 38 Nam quoad causam ingressus in Religionem illa non sufficit pro realitate, ad effectum, de quo agitur, cum illa operetur, vt renunciatus dicatur renunciasse omnibus bonis temporalibus quoad seipsum, non autem quoad eius Monasterium, cui potius acquirere velle præsumitur, quæ extraneo, tam ex cõiectura pietatis etgã illud, quod loco parentis habetur, quam etiam vt cõmodius sibi necessaria suppetat, pat. huic obiecto Ros. respondit in d. decis. 48. nu. 16. in fin. post Merlin. de legit. & in d. Romana renunciationis, nu. 23. post Tambur. de iur. Abbatiss. & in d. Materasen. pecuniaria, in §. nec realitatis, coram Reverendissimo D. meo Decano.
- 39 Quò verò ad Aquilianam stipulationem cum pacto de non petendo, talis stipulatio restringitur ad favorem earundem personarum, quæ contemplatae fuerunt, nec efficit renunciationem absolute realem, idem Molfes. d. q. 3. num. 21.
- 40 Et in omnem eventum, quatenus dicta renunciatio dici posset absolute realis, talis diceretur, vbi superessent personæ in ea contemplata, secus autem illis, prout hic non extantibus, quia tunc non dicitur amplius realis, sed personalis, quæ non impedit in quominus Monasterium ex persona renunciantis succedere possit, vt notant cõmuniter Doct. in d. e. quamvis pactum, vt in lateri alios Nat. in repet. d. cap. col. 1. vers. vlt. limit. q. Molfes. d. tit. de renunciat. quest. 3. num. 10. & c. vbi & alios refert. Materia namq; renunciationis, siue realis, siue personalis, plurimum pendet ex præsumpta mente contrahentium, Franc. in d. cap. quamvis pactum, col. 4. 6. limit. Surd. cons. 244. num. 12. Rouit. cons. 43. num. 7. & seqq. Paris. d. cons. 26. num. 23. lib. 3. in sum. & in d. de iur. & c. Et ita vtraque, &c.



S V M M A R I V M.

C A P. CXCI.

- 1 Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorumq; heredum, nùm pro fit agnato remotiori, ad finē ut valeat ille de bonis antiquis liberè disponere, & num. 6. 7. 8. 9. 10. et 13.
- 2 Renunciatio, qua fit à sorore fratribus quid importat.
- 3 Renunciatio quantumvis realis, illis solam personis prodest, quibus est renunciatum, & num. 5.
- 4 Renunciatio facta à Moniali dicitur semper realis.
- 11 Ant. Capyc. decisiones 190. & 191, examinantur.
- 14 Mulier ex matrimonio subsequuto, & dote recepta an presumatur habuisse novitiam contentorum in capitulis matrimonialibus.
- 15 Ratificatio adicuius alius ex quibus inducatur.
- 16 Renunciatio facta sine causa, nullius momenti est.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum cum omnibus clausulis, quæ illā realem constituunt, tantam vim habeat, ut mortuis omnibus fratribus, absq; descendenti- bus pro fit agnato remotiori, ad finem ut valeat ille de bonis suis antiquis liberè disponere, non relicta medietate agnate mulieri proximiori superexistenti. Renunciatio promissa à sponso nomine sponsæ absentis in capitulis matrimonialibus de omnibus successione in forma ad beneficium dotantium, nùm ex subsequuto matrimonio, & dote recepta censetur à sponsa ratificata, & de aliis, &c.



Enunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorumq; heredum, & successorum, de omnibus bonis, & successione deuolutis, & deuoluendis cum

aquiliana stipulatione, pacto de non petendo, ac omnibus aliis clausulis realitatem importantibus, dubitatur, nùm tantā vim habeat, ut mortuis omnibus fratribus ex testamento, vel ab intestato sine descendētib; pro fit agnato remotiori, ad finem ut valeat ille de bonis suis antiquis liberè disponere, absq; quòd ligetur Consuetudine nostra, exordiente *Et si testator?*

Respondi in vna facti contingentia, ab omni dubio procul hoc agnato non licere, & ubi non seruata dispositione dictæ Consuetudinis disponderet, competere agnate mulieri ius, & actionem pro consequutione medietatis bonorum antiquorum, renunciatione facta fratribus, dum nupit, quantumvis reali in nihilo ei obstare, idq; ratione, & autoritate.

Ratione, & Primò, quia cum renunciatio, quæ à sorore fratribus fit de omnibus successione in forma, aliud nō fit, nisi pactū, quo fratres ligant sororē, ut agnatis, & cognatis decedētib; in illorū bonis non nisi ipsi succedere possint, itemq; ut valeant fratres ipsi libere de eorum bonis dispondere, absq; quòd soror illorum iudicium, cum decēsserint, infringere valeat, sequitur eētē dicendum, ut hoc pactum non nisi paciscentibus prodesse possit; hoc est enim de iure, ut pactum non porrigatur, nisi ad eum, ad quem ut porrigatur paciscentis interest, probat *Bart in l. qui Roma, S. duo fratres, num. 24. ff. de verbor. oblig.* vnde cum in casu proposto nullo pacto affirmari possit, ut fratrum paciscentium interis, ut ipsi absq; alijs defunctis, renunciatio sororis pro fit agnato remotiori, ad finem ut ille possit liberè de bonis antiquis disponere, consequens est dicere, ut respectu huius agnati renunciatio prædicta habeatur, ac si facta non esset, idemquæ si in contractu renunciationis verbis expressis inter fratres, & sororē esset conuentum, ut ceteri agnati, & cognati possent liberè disponere, nam adhuc pactum hoc nullius momenti esset, cum ex eo nullum ius agnati prædicti

acqui-

acquirent, obstante nimis clara, & vulgata dispositione text. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de ver. oblig. in §. si quis alij, & in §. al. veri, in flit. de inutil. stipul.

- 3 Secundò, còclusio hæc eo fortiùs corroboratur, si in hac renunciacionis materia illud animaduertimas, quod inter *Doctores* de his agentes sine controuersia procedit, nimirum data renuuciatione, quantumuis reali, & cum omnibus clausulis, quæ excogitari possunt, clausulas illas realitatem importantes nullatenus prodesse, nisi illis personis, quibus est renunciatum, siuè quarum contemplatione præsumi potest, factã fuisse renunciacionem, quibus, vt supponimus in casu prop. vltimo, absquè descendentibus de medio sublatis, estò, vt diximus, quòd renunciatio sit realissima (dummodo non sit facta à moniali, quæ regularitèr semel exclusa, censetur perpetuò exclusa, vt per *Romul. conf. 44. lib. 1. post Træs. de Franch. decis. 375.*) certè nullo pacto prodesse poterit alijs personis in renunciacione non nominatis, nequè contemplatis, videantur omninò *Hieron. Gabr. consil. 89. nu. 11. 12. & 13. lib. 1. Bero. consil. 198. num. 15. 18. 19. & 21. lib. 1. Marant. in 10. disput. nu. 29. Io. Vinc. Honded. conf. 36. nu. 35. lib. 1. Camill. de Medic. conf. 2. num. 128. 129. & 130. Scipio Romit. consil. 23. nu. 21. vers. hac autem renunciatio, lib. 1. vbi quamplurimas nostri supremi Senatus decisiones refert, Scipio Theodor. alleg. 36. nu. 37. 38. & 39. Molfes. par. 3. ad Consuet. Neap. quest. 9. & alij, qui omnes loquuti sunt in casu fortiori, nimirum quando fratres, quibus est renunciatum, siuè quorum contemplatione facta est renunciatio mortui sunt ab intestato, superstitibus sorore renunciante, & agnatis remotioribus, vt istis exclusis, soror ad fratris successiõnem admittatur, renunciacione non obstante, idemq; satis bene per *Io. Vinc. de Anna alleg. 21. num. 22. & 23. vbi dicit, quòd licet verba renunciacionũ sint generalia, tamen ex mente renunciantis declarantur, & limitantur, vt quãdo casus præter opinionem, et mentem contrahentium eueniunt, renunciatio non obstat, si igitur in casu per DD. modò relatos, non obstat renunciatio, sicq; soror, quæ renuuciat ab intestato fratris successiõne excludit agnatum remotiorem, ea quidèr ratione, quia persone, quibus est renunciatum, siuè quarum contemplatione facta est renunciatio defecerunt, quo pacto affirmari potest, vt eidem sorori obstat renunciatio in casu, de quo agimus, ad finem vt ipsemet**

- agnatus remotior, qui à renunciante aliàs excludi potest, valeat non seruata forma *Consuetudinis* in præiudicium huius agnate renunciantis de bonis suis liberè disponere? hinc in fortioribus terminis casus nostri, cum aliàs euenisset, vt mulier Berarda nomine renunciaret Ioannello patri, renunciacionem recipienti pro se, et hæredibus, ac successoribus suis, cum clausula, quòd eidem patri renunciatorio, suisq; hæredibus, et successoribus liceret de bonis renunciatis pro suo libito voluntatis disponere; mortuo patre, et demum Bonauentura fratre, qui instituerat hæredem Io. Andream fratrem suum amatinum, natum scilicet ex Andrea fratre utrinq; coniuncto matris ipsius Bonauenturæ, et Berardæ, ac paritèr defuncto postea dicto Io. Andrea hæredem dicti Bonauenturæ, qui Antonia eius coniugem hæredem fecerat uniuersalem, cõparuit in S. C. præfata Berarda renunciã, et uigore *Consuetudinis Et si testator* petit ab Antonia hæredem scripra medietatem bonorum dicto Io. Andream obuentorum, ex successiõne Bonauenturæ fratris ipsius Berardæ, à qua quidèr successiõne aliàs per eundem Io. Andream, et successiue per eandem Antoniam fuerat exclusa, ac etiã medietatem bonorum eidem Io. Andream obuentorum ex successiõne Andream eius patris, ipsiusq; Berardæ auunculi, et aliorum agnatorum, et quamuis ex aduerso opponeretur de renunciacione in tam lata forma stipulata, illa tamen in nihilo obstat, fuit ad omnia petita admissa, & sic tam ad medietatem bonorum Io. Andream obuentorum à Bonauentura fratre suo amitino, ipsiusq; Berardæ germano, quam ab Andrea patre dicti Io. Andream, & eiusdem Berardæ auunculo, sic attestante *Antonio Caycio decis. 190. & 191. ex quibus aperte deducitur, respectu agnati in renunciacione non contemplati, nec nominati, nullam fuisse habitam rationem de ampla renunciacione facta à muliere patri, siuè fratribus absq; descendèribus demum mortuis, & in terminis terminantibus nostram sententiam confirmat Lelius Caputis in comment. ad Consuet. Neap. Si moriatur, par. 3. §. 7. fol. 316. & seq. vbi num. 6. querens, an stante renunciacione filie, vel sororis, possit pater, siuè frater dotantes instituere hæredem extraneum, nõ seruata forma *Consuetudinis Et si testator*, & sic non relicta medietate, nec ipsi filie, siuè sorori renuncianti, nec alijs proximioribus, qui omni iure sublata de medio filia, siuè sorore, in dicta medie-*

rate succederet; & concludendo, id patri, si-
 uè fratri licere, quādo renunciatio fuit tran-
 slatiua, nām cūm renunciatio tacitam ha-
 beat conditionem, si hereditas ipsi renun-
 cianti deferatur, cūm primū successio de-
 fertur ipsi filiz, censetur, dicit *Caput*, ab
 ipsamet renunciante acquiri, & ad hære-
 des ipsius, ad cuius beneficium est facta,
 renunciatio reuerti, itā vt verè, & propriè
 verificetur successio in persona ipsius filiz,
 siuè sororis renunciantis, & consequentèr
 proximiores in gradu sequentes nihil pre-
 tendere possunt, cūm vna, eademq; succes-
 sio pluribus in solidum deferri non possit;
 hanc conclusionem limitat primò *num. 7.*
 in renunciatione abdicatiua, vt quia filia,
 vel soror renuncians non cessit, siuè tran-
 sultit patri, vel fratri, quibus renunciauit
 eorum successionem, & hereditatem, sed
 tantū voluit se de medio tollere, hoc enim
 casu probat *Caput*, quòd ex renunciatione
 filiz, vel sororis talitèr factæ, non oritur li-
 bera patris, siuè fratris renunciantis facul-
 tas in vltima voluntate testandi, sed cogit-
 tur præcisè disponere seruata forma *Con-*
suetudinis. Secundò, cōclusionem suprà fir-
 matam limitat *Caput. num. 8.* vt non procedat,
 & hic est casus noster, quando renun-
 ciatio non fuit facta ad beneficium illius,
 de cuius hereditate agitur, v. g. renuncia-
 tio fuit facta patri, vel fratri amplissimè,
 demū illis defunctis absquè descendenti-
 bus superest renuncians, ac etiam agna-
 tus remotior, hic si in morte liberè de bo-
 nis antiqua disponere vellet, ex eo, quòd
 mulier, quæ est ei proximior renunciauit
 amplissimè patri, siuè fratri, certè non pos-
 set, sed cogitur præcisè disponere secun-
 dum ius consuetudinariū, ex quo renun-
 ciatio illa, seu pactum de non succedendo
 uti inter alios factum succedendi modum
 respectu huius agnati, qui in renunciatione
 non interuenit, immutare non potuit,
 siq; ipsius hæres in ius renunciatum suc-
 cedere nō potest, & idem, quod est fortius,
 addit *Caput. num. 9.* si hic agnatus in renun-
 ciatione interuenisset, at ius renunciatum
 ad sui beneficium non recepit; sed tantū
 renunciationi simplicem suam præstitit
 cōsensum, vt adhuc renunciatio per agna-
 tam aliā facta ipsi non profit ad finem
 liberè disponendi: hæc *Caput*, ratiocinatio
 corroboratur ex receptissima, & communi
 illa conclusione à *Doctores* in hac mate-
 ria tradita, nimirum, vt in renunciatione,
 per locatam facta nullus alius agnatus,
 præter eam, cui fuit renunciatum se fun-

dare possit, sicquè illam nullo pacto exte-
 dendam vltra personam, in cuius benefi-
 cium fuit facta, nec alteri fore proficuum,
 sic enim vno ore faxi sunt *Paris. conf. 12. nu.*
90. lib. I. Surd. conf. 163. num. 10. 179. nu. 20.
lib. 2. & 446. ex nu. 13. & seqq. lib. 3. & decis.
163. nu. 10. Molfes. in tit. de renunciat. quest.
1. num. 26. & quest. 17. num. 4. Paul. Gallerat.
de renunciat. lib. 1. cap. 10. per tot. & nouissi-
mè satis benè Dom. Reg. Cypc. Galeot. con-
trouers. lib. 2. controu. 10. d. n. 13. ad 19. fol. 77.
 10 Nec prædictis in casu, super quo hæc scri-
 bebam, obstare dixi, quòd bona, quæ pos-
 sidebantur per hunc agnatum tertium ob-
 uenta ei erant ab alio agnato, ad cuius be-
 neficium facta fuerat renunciatio, sicquè
 videbatur fieri locum decisio penès *Capy-*
cium dec. 190. vbi fuit dictum, successorem
 renunciatarij, & sic in bonis, quibus antea
 mulier renunciauerat, benè in eiusdem re-
 nunciantis præiudicium disponere potuis-
 se, *Consuetudine* non obstante, nec alièr mu-
 lierem renunciantem ad dispositionem il-
 11 lam infringendam fore audiendam, ete-
 nim respondi, *decisionem Cypcij 190.* ad
 casum, de quo agebam non pertinere. Pri-
 mò, quia in casu illius *decisionis* agnatus,
 qui disposuerat non seruata forma *Con-*
suetudinis erat successor renunciatarij vni-
 uersalissim in casu autem, super quo hæc con-
 siderare mihi contigit, erat legatarius, &
 sic successor particularis, qui appellatione
 successoris vniuersalis nō venit, vt benè per
Ros. decis. 1. de testam. in antiq. & per *Car-*
mit. post alios, quos allegat in Rit. M. C. 178.
num. 8. cum seqq. Secundò, & tollitur omnis
 dubietas, in casu *decisionis Cypcij* agnatus,
 qui disposuerat non seruata forma *Con-*
suetudinis erat filius renunciatarij, & sic perso-
 na contemplata in renunciatione, vnde re-
 nuncianti obstabat directò renunciationis
 pactum, ex quo verè cōtemplatione huius
 filij pater renunciationem receperat, vt ni-
 mis clarè declaratur in citata *dec. 191. n. 2.*
 & sic non mirum, si liberè disponere po-
 tuerit, id, quod nullatenus in casu per me
 proposito considerari poterat. Tertio, &
 melius in casu *decisionis Cypcij 190.* fuerat
 expressè conuentum inter filiā renuncian-
 tem, & patrem renunciatarium (id, quod
 paritèr in casu meo deficiebat,) vt ipsi pa-
 tri, eiusq; hæredibus, & successoribus licuis-
 set in bonis renunciatis ad eorum libitum
 voluntatis disponere, quo casu iuxta rece-
 ptissimam nostratū sententiā cessat prop-
 tus *Consuetudo*, & disponitur prout ius cō-
 mune permittit; qui enim in hac Ciuitate

bona ab agnatis, & cognatis lucratiuo titulo acquisiuit cum facultate liberè disponendi, poterit in morte, *Consuetudinum* dispositione spreta pro suo libito voluntatis disponere, ità vno orofari fuit *Anton. Capyc. in inuestit. feudal. in verb. feudorum diuisio, in 4. limit. circa finem, versic. quartò nota, fol. 164. col. 1. D. de Franchis, omninò videndus decis. 4. num. 18. Scipio Bucin. in Consuet. Si aliquis moriens, in addit. quæ incipit, quòd si quis, fol. 162. & in Consuet. Si qua moriens, in addition. quæ incipit Statutum, fol. 196. Scipio Sanctinus in eadem Consuet. eodem fol. 196. in addit. incipiente Pater, Liparul. in addit. ad Andr. in cap. 1. in tit. de eo, qui finem fecit agnat. de feud. pater. in verb. nouo feudo. in fine, vers. & hoc nota. ad Consuetud. Neap. Naucler in Consuet. Si aliquis moriens, & in Consuet. Si qua moriens, Consiliar. de Bottis in d. Consuet. Si qua moriens, in addit. incip. Si mulier, fol. 196. *Vinius commun. opin. lib. 2. opin. 790. num. 5. vbi curiosè allegat D. Præs. in suprà cit. decis. 4. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 3. quest. 3. per tot. & conf. 2. num. 36. congerit aliam decisionem Thor. par. 4. sui compendij, in verb. mulier nàm possit, vndè his statutibus ad calum per me propositum decisio* 13 *superiùs relata Capycij allegari non meretur, benè tamen altera sequens 191. quæ pro decisione casus propositi satis vrget; quamuis aliqui decepti ex Apostilla Io. Ang. Pisanell. in Consuet. Si moriatur, fol. 83. incip. nota questionem, dubitent, an sit vera hæc Capycij dec. 191. ex quo Pisanell. qui fuit Aduocatus in illa causa videtur annuere, fuisse decisum pro Antonia vxore, & hærede Io. Andreæ, qui institutus fuerat à Bonauentura contra renunciantem, ex illis verbis in dicta apostilla, qui Io. Andreas domum inflauit hæredem Antoniam de Cutinarijs suam vxorem, in fauorem eius fuit lata sententia die, &c. sed certè decipiuntur, quandoquidè Pisanell. in hoc loco, nec alibi sibi somniauit loqui de casu dec. Capyc. 191. sed tantùm de casu decis. precedentis 190. etenim excitauit questionem positam ibi per Ant. de Alex. qui dixit, quòd si fuerit facta renunciatio à filia patri in ampla forma, & demùm morerentur & pater, & fratres, posse vltimum fratrem superstitem liberè de bonis suis disponere, nec licere sorori ad medietatem venire, vigore *Consuetudinis*; huic cõclusioni per Ans. de Alex. firmata addit Pisanell. fuisse secundùm illam, ipso patrocinate per S.C. decisum in memorata causa Berardæ Conchæ, cum Io. Andrea Fagillo, referente Antonio Capyc-**

*cio, sic allegans illius decisio. 190. & clariùs loquutus fuit in addit. ad Affl. decis. 161. vbi dicit, quòd fuit absoluta Antonia hæres Io. Andreæ, & facta decisio per Capyc. 190. sicq; dubitari non potest, loquutum fuisse Pisanell. de casu huius decisionis, in qua cum institisset soror, declarari nullam pro medietate dispositionem fratris, qui *Consuetudinis* dispositione spreta, agnatum remotiorem vniuersalem instituerat hæredem, hic agnatus hæres institutus lite pendente deceffit, vxore sibi hærede instituta, quæ in hoc iudicio ex persona sui authoris sententiam pro se reportauit, ac proindè benè dixit Pisanell. quòd fuit decisum ad fauorem Antoniz, sed in hoc iudicio moto super inualiditate dispositionis Bonauenturæ fratris Berardæ renunciantis, verùm cum* 13 *in eadem causa, instante eadem Berarda, dubitari contigisset de validitate dispositionis Io. Andreæ agnati remotioris, in renunciatione nõ contemplanti, fuit decisum pro renunciante, nulla de renunciatione ratione habita, & facta fuit decisio 191. quæ idem Pisanell. allegat, tam in Consuet. Si quis, vel si qua, in apostilla incip. sed quaro, quid si creditori, fol. 141. quàm in addit. ad Affl. decis. 237. in quibus locis dicit, Antoniam de Cutinarijs, vt heredem scriptam à Io. Andrea deduxisse ab illius patrimonio in damnum Berardæ dotes Caracciole matris Io. Andreæ, in quibus Berarda nullum ius habebat, sic allegando decis. Capyc. 191. & 195. de qua quidè deductione certè tractari non poterat, si ipsa Antonia hæres instituta, Berarda exclusa, in toto patrimonio eius viri successisset, id, quod clariùs dignoscitur ex alia decisione eiusdem Capyc. 195. modò citata, vbi fuit dubitatum, an onera in hæreditate Io. Andreæ reperta deducenda essent ex toto patrimonio, vel tantùm à medietate, de qua potuit liberè disponere, cuius quidè questionis veritatem indagari certè opus non erat, si Antonia hæres instituta in toto patrimonio Io. Andreæ testatoris successisset, signum euidens, quòd Berarda renuncians in medietate successerat, renunciatione non obstante.*

14 *Vltimò pro agnata muliere alia duo in casu proposito considerabam, quamuis non necessariò, primum nimirùm, nullibi constare, mulierem renunciasset, sed tantùm eius virum vxoris nomine in capitulis matrimonialibus renunciationem in ampla forma fratribus de bonis paternis, & maternis, vt dixerant, dotantibus promississe*

in scia tamen sponsa dotata, absente, ac penitus ignorante, vnde nō videbam, ex quo fundabatur prætensa renunciatio, & si dices, ex matrimonio illorum capitulorum vigore subsequuto, & dote per eandem mulierem recepta prætensionem elici, mulierem ipsam habuisse scientiam contentorum in capitulis matrimonialibus, & successiue omnia per virum ibi promissa approbasse, & ratificasse, ad tradita per Reg. Rom. decis. 12. num. 21. respondeo, hoc iure aliquo non probari; nām vltā, quod hæc fuit promissio de renunciando, quæ renunciationem non importat, est quod ab ipsa muliere cum iuramento facta esset, vt ex pluribus probant Boer. dec. 3. num. 1. & 15. & Paul. Gallerat. omninō videndus de renunciatis. lib. 1. c. 7. num. 16. 17. 18. & 19. & decisum retuli Ego lib. 1. cap. 298. num. 12. 13. 14. & 15. dico, satis erroneam esse prætensionem, vt ex subsequuto matrimonio, & dote recepta dicendum sit, mulierē habuisse scientiam contentorum in capitulis matrimonialibus, & per hoc approbasse, & ratificasse renunciationem à viro promissam, quandoquidem sine controuersa procedit commune illud axioma, nimirum vt tunc demum dici possit, actum fuisse ab aliquo ratificatum, si constat, hunc talem sciuisse tenorem eius, quod dicitur ratificatum, nām ignorans dici non potest, quod consentiat, aut ratificet, l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. immō dixerunt communiter, simplicem actus ratificati scientiam non sufficere, sed opus esse, quod ipsi ratificanti legatur tenor contractus, quem ratificat, videantur, quæso, Oldrad. conf. 324. num. 10. Paul. de Caslr. conf. 465. viso compromisso, col. pen. lib. 1. vbi respondit, laudi ratificationem etiam iuratum non nocere, nisi ratificanti laudum illud lectum sit, subdens demum, in dubio ignorantiam in ratificante præsumi, Corne. conf. 165. lib. 2. Crau. conf. 197. nu. 14. Cauale. dec. 46. n. 103. Leo omninō videndus dec. 169. lib. 2. Beccius cōs. 37. num. 24. Surd. conf. 28. num. 118. lib. 1. Rota in terminis, de quibus agimus dec. 160. lib. 1. in posthum. Farin. vbi censuit, renunciationem à sponso factā nomine sponsæ in capitulis matrimonialibus non conferri per coniugem ex subsequuto matrimonio ratificatam, nisi probetur, habuisse illam plenam scientiam pacti, in capitulis matrimonialibus inserti, idemq; de anno 1620. Sac. Confil. Regni huius determinasse, testis est D. Reg. Sanfelix. decis. 128. vbi dicit, nullam habitam fuisse rationem

de prætensa mulieris ratificatione postmodum subsequuta, ex quo ei non fuerunt lecta capitula matrimonialia, nec eorum tenor declaratus, quorum alter requirebatur, ad hoc vt actus ratificati scientia inducatur; quo fit, vt merito dicamus, Romii sententiam nullo iure probari, immō à iuris regulis, & receptis cōclusionibus satis esse alienam, id, quod pariter demonstrauimus suprā c. 167. num. 9.

16 Alterum, & postremum, quod pro agnata muliere considerabam, illud erat, nām est, quod ipsa sollemniter, & cum iuramento renunciaffet, nullius momenti extirisset renuntiatio, non solum, dico, respectu successionis bonorum antiquorum agnati remotioris; de qua ex superius dictis dubitari non potest; sed etiam respectu successionis bonorum antiquorum fratrum, ad quorum fauorem renunciatum fuisse constaret: etenim in facto supponebatur, dotationem contigisse de bonis paternis, & maternis, sicq; fratres nihil de proprio promississe; vnde renuntiatio, si quæ ad fratrum fauorem facta fuisset, non poterat extendi ad bona fraterna, de quibus soror renuncians nō fuit dotata, diceretur n. facta sine causa, & successiue fratribus renunciatarijs non proficua, ad finem vt in morte cōsuetudinis dispositione spreta posset de bonis antiquis liberè disponere, videantur, quæso, infrascripti DD. nimirum Dec. in l. pactū, quod dotali, limit. 4. c. de pact. in conf. 237. nu. 3. vers. non videtur, & melius conf. 379. nu. 14. Nat. cap. quamuis pactum, num. 56. vers. tertio limita, de pact. in 6. Bologn. in l. si. num. 113. c. de pact. Cassan. conf. 69. num. 13. & seq. Ceph. conf. 142. num. 24. & 378. nu. 7. vbi noster in addi. ad Affl. dec. 161. n. 6. aliiq; relati per Paul. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. num. 52.

Hæc satis pro resolutione quætionis propositæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio facta per matrem eius patri, vel fratri, ea prætoria nō nocet filijs ex propria persona venientibus, & nu. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.
- 2 Facti species enarratur.
- 3 Filio sine liberis defuncto succedunt parentes de iure communi, & quid de iure consuetudinario Neapolitano, num. 4.
- 5 Consuetudo Neapolitana Si quis, vel si qua non habet locum, patre, vel matre in medio existentibus, quod intellige, vt num. 7.

- 6 *Tex. in authen. defuncto, C. ad S. C. Tertull. non est correctus per Consuet. Neap.*
 8 *Consuetudo nobilium Ciuitatis Neap. circa renunciationem successionum filiorum deducitur ex doctrina Napodani.*
 9 *Renunciatio facit renunciantem pro mortuo haberi.*
 10 *Successio parentum cessat matrimonio contracto alla noua manera.*
 11 *Filius moriens non tenetur patrem in legitima instituire, ubi matrimonium fuit contractum alla noua manera.*
 12 *Decedere potest quis Neapoli pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, contracto matrimonio in Ciuitate Neap secundum vsum, qui vulgò dicitur *di Capuana, e Nido*, quis nam potior sit in alicuius intestati defuncti successione, pater, vel nepos, siue neptis ex sorore, quæ dum nupsit, renunciauerat successibus omnibus pro præterito deuolutis, & de cætero ab intestato deuoluendis, & quòd filij nascituri ex propria persona venire non possent. Renunciatio matris an noceat filijs ex propria persona venientibus, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CXCII.



Enūciatio facta per matrem patri suo, vel fratri pro se, & hæredibus, illa demum præmortua quòd non obstat filijs, etiã hæredibus ex propria persona venientibus, indubitatum est, maximè apud nos,

ob infinitas decisiones super hoc subortas, attenta dispositione text. in *l. qui supersitit*, ff. de acquir. hered. & per DD. in *l. patrum*, quod dotali, C. de collation. Couarr. Molin. Tell. Fernand. & alios apud Præs. de Franchis decis. 67. & 72. num. 16.

2 Sed de illo superioribus annis in Sacro Consilio Regni huius fuit satis controuersum in causa vertente inter Donnã Isabellam Felicem Carmignanã, filiam, & hæredem Victoriæ Capyciæ Galeotæ, & Ioannem Baptistam Capycium Galeotam eius auum maternum, super successione bonorum Francisci Galeotæ, filij Ioannis Baptistæ, & auunculi Donnæ Isabellæ Felicis, nam cum contractum esset matrimonium inter dictum Ioannem Baptistam, & Iuliam Garganam secundum vsum Capuanæ, & Nidi, vulgaritèr dictum *alla noua manera*, procreatis ex dicto matrimonio Victoria, Fabritio, & Francisco Galeotis, & defunctis iam Iulia coniuge, & demum Fabritio filio, ob quod fuerat Franciscus superstes declaratus eorum hæres, nupta deinde Victoria Don Ferdinãdo Carmignano (ex quibus d. Isabella Felix procreata fuit) & demum defuncta, defunctoq; illinc ad certum tempus Francisco ultimo superstite ex dicto matrimonio, orta fuit contentio super successione eiusdem inter Ioannem Baptistam defuncti patrem, & D. Isabellam ex sorore neptem. Dicebat Donna Isabella Felix, Victoriæ filia, & hæres, ad ipsam tantum auunculi Francisci successione spectare, auo penitus excluso, stante, quòd incapax erat ille talis successione, cum illi in capitulis matrimonialibus cum Iulia vxore initis renunciauerat, contraxerat enim secundum vsum Capuanæ, & Nidi, quo mediante parentes ad inuicem filiorum successibus renunciant, è contra contēdebat Ioannes Baptista, ad ipsum filii successione spectare, nepte exclusa, ex quo tempore, quo nupsit Victoria, D. Isabella Felicis mater Don Ferdinando Carmignano, tanquam ab ipso patre dotata renunciauerat successibus omnibus pro præterito deuolutis, tam ab intestato, quam ex testamento, & de cætero deuoluendis ab intestato tantum, etiam si filij nascituri ex propria persona venirent directè, vel indirectè, in quo casu venientes eius filii ex propria persona, prædicta Victoria obligauerat se, eiusq; hæredes reficere tantundem ex proprijs bonis, quantum interesset successio, quæ spectaret prædictis eius filijs ex propria persona, ergò, dicebat Ioãnes Ba-

ptista.

21. *proh.* sed exclusi est *Victoria mater*, ita
 etiam descendentes ex ea, quia in *secunda* pri-
 mitiva, inscitur derivativa, *l. si vna matre*,
C. de bonis matern. l. quod ipse, ff. de regul. iur.
 22. Dominus Petrus Antonius Amatus, qui
 23. fuit in hac nostra Civitate caularum pa-
 tronus, doctrina, & vite integritate nemini
 secundus, cuius anima requiescat in sancta
 pace, partes Domine Isabelle Feticis, Victo-
 riæ filie tuens, illud in primis considera-
 bat, certis, & indubitati iuris esse de iure cõ-
 muni, sicut absq; liberis morienti succede-
 re parentes, & fratres vtrinq; coniunctos,
 iuxta *text. in auctor. defuncto, C. ad S. C. Terul.*
 de omn. parentibus succedere etiam filios
 fratrum vtrinq; coniunctorum, est *text. in S.*
hered. iur. auct. vt fratr. filij, qui tex. corrigi
est. in S. si autem cum fratribus, auct. de hered.
ab intest. venient. vt per glos. in d. auctor. de-
functo, in verb. vocatur, & plene habetur per
Nicol. de Vbal. in tract. de success. ab intest. p. 2.
quæst. 3. num. 6. & post Conarr. de communi
testatur Crass. in 9. successio ab intestato, quæst.
23. num. 3.
 De iure verò consuetudinario, morien-
 tibus sine liberis, cautum est, succedere pro-
 ximiores ex parte patris in bonis omnibus,
 præterquam in bonis maternis, in quibus
 succedunt proximiores ex parte matris, vt
 in *Cõsuet. Si quis, vel si qua, de success. ab intest.*
 Quò stante, licet patre, vel matre existe-
 te in medio, non habeat locum *Consuetudo*,
 tanquam in casu omisso, & seruetur ius cõ-
 mune, nec bonorum fiat distinctio, quia
Consuetudo loquitur de proximioribus ex
 parte patris, vel matris, & sic patre, vel ma-
 tre non existente, & hoc casu *text. in d. auct.*
defuncto non sit correctus, vt per Napod. latè
in d. Consuet. Si quis, vel si qua, nu. 132. & seq.
vbi latissime Addemes, & latè etiam per
D. de Franch. decis. 25. 92. 489. 543. & 606.
 cum alijs adductis per *Mosel. part. 4. de suc-*
cess. ab intest. quæst. 44. fol. mihi 260. verissi-
 mum tamen est, quòd si patre non existit
 interemptione, præscriptione, vel pactio-
 ne, tunc cum existere non dicatur, *Consue-*
tudo seruetur, prout firmat idem *Napod. in*
eadem Consuet. Si quis, vel si qua, vt in bo-
nis omnibus, num. 187. vers. sed quaro, fol. mi-
hi 29. vbi etiam subdit, pactioe patrem de
medio excludi dupliciter, videlicet per for-
mam renunciationis, vel per formam alien-
ationis, transferendo in alium ius suum,
formamque renunciationis, exemplificat
num. 195. nimirum quando vir tempore re-
ceptionis dotium renunciauit vxori per
pactum, seu stipulationem succedere filiis

communibus intestatis decedentibus sine
 prole legitima in dotibus maternis soluto
 matrimonio per mortem vxoris, hoc enim
 casu habetur pater exclusus, ac si esset mor-
 tuus, *l. si ex pluribus, ff. de legit. hered.*
 8. Ex qua doctrina *Napod.* fuit dicta *Con-*
suetudo inducenda inter Nobiles Capuanæ, &
 Nidi, vulgariter dicta *alla nona manera*, per
 quam pater excluditur à filiorum succes-
 sione, quodocunq; ab intestato deceden-
 tium, & sine liberis in bonis maternis, vel
 que prouenitunt à linea materna, in qui-
 bus succedunt proximiores ex parte ma-
 tris, prout habetur in *cod. lib. Consuet. fol.*
mibi 131. & per Afflic. decis. 237. & renun-
ciantem parentem successionem filiorum ab
intestato haberi pro mortuo, tradit etiam
Addit. in d. Cõsuet. videlicet Capyc. & Frecc.
sub d. nu. 194. fol. mihi 130. & parentes, neq;
in legitima filiorum succedere matrimonio
contracto alla nona manera, tradunt Ant.
de Alex. in additio. ad dictam Consuetud. Si
quis, vel si qua, sub num. 185. fol. mihi 127. in
additio. incip. et nota, quòd hac glos. et Frecc.
sub num. 182. fol. mihi 123. in additio. incip.
nota ista, et præcedentia.
 Et quando maritus renunciat vxori suc-
 cessionem, mortua vxore, licet filii succe-
 dant, si postea moriantur, non succedit ip-
 sis pater, sed succedunt alii hæredes mulie-
 ris, qui essent successuri, filiis non extan-
 9. tibus, quia renúciatio facit renunciantem
 pro mortuo haberi, prout tradit *Io. Ang.*
Pisanell. in additio. ad Napod. in d. Consuetud.
sub num. 186. vers. et sic nota conclusionem,
 quod etiam sequitur *Frecc.* ad eundem *Napod.*
 sub *nu. 197. et 198. fol. mihi 135. in additio.*
 10. incip. *Nota ex dictis hic, matrimonioq; con-*
 tracto *alla nona manera* cessare successionem
 patris, & *Consuetudines* omnes tradit *Ste-*
phan. de Galet. ibi ad Napod. sub num. 222. fol.
mibi 136. vers. nota, quia secundum, quæ om-
nia sequitur Reg. de Ponte conf. 61. n. 14. et 73.
 vbi in specie tradit communem conclusio-
 nem, *Consuetudinem* nimirum non habere
 locum patre, vel matre existente in medio,
 limitari, quando matrimonium est con-
 tractum secundum *Consuetudinem alla*
nona manera, de qua eadem *Cõsuetudine*, &
 patris exclusionem habetur etiam per *Consi-*
liar. de Anna conf. 2. num. 3. 16. & 17. & in
conf. 9. num. 1. & vltra, patrem excludi etiam
 à legitima, & pro mortuo omnino haberi
 11. matrimonio contracto *alla nona manera*,
 non solum ab intestato, sed etiam ex testa-
 mento, adeò vt filius testando, neq; legiti-
 mam patri relinquere teneatur, tenet, &

donum refert D. de Franch. dotif. § 2. ubi re-
 nunciacionem in hoc casu haberi pro more po-
 & fieri locum succedendo edicto, late etiam
 probat *Molles. part. 4. de renunc. quest. 14.* &
 praefertim *num. 1. §. para. 2.*

12 Nec quidem est novum, quod quis habeat
 diversos heredes in diversis bonis, quia non
 solum ab intestato id de nostro iure Con-
 suetudinario locum habet, sed etiam in ca-
 su fortiori potest quis ex testamento dece-
 dere pro parte testatus, & pro parte inte-
 status, prout tradit idem *Napod. in Consuet.*
Et si testator. in vers. Et se pervenias. num. 25.
Et 26. & in Consuet. Si filiusfam. in vers. possunt.
 & tradit *D. de Ponte cons. 52. num. 2. 1.* & de
 iure communi etiam potest quis in diver-
 sis bonis diversos habere heredes, vnum. s.
 in bonis Provincialibus, alterum in Italicis,
 & vnum in Paganicis, alterum in Calven-
 sibus, ut in *Lex facta. ff. de hered. instit. & in l.*
si certarum. ff. de militum. testament.

13 Quibus statibus non obviare, dicebatur,
 obiectio, quae per Io. Baptistam fiebat
 circa renunciacionem ab eius filia factam
 tempore, quo nupsit, nam, ut a princi-
 pio dicebamus, absolutissimum est hodie,
 praedefuncta matre, quae patri, vel fratri re-
 nunciavit, ex propria persona filijs venien-
 tibus matris renunciacionem non obviare,
 quae conclusio non solum procedit, si filij
 non sunt heredes matris, sed etiam si ma-
 tris renunciantis fiat heredes, ex illa ratio-
 ne, quia semper renunciatio intelligitur, si
 hereditas ad renunciacionem devoluatur.

14 Quae autem si ad filios mortua matre de-
 voluatur, & promissio facta per matrem
 cum iuramento, intelligitur, prout canat,
 .s. quod nec ipsa, nec illius heredes contra-
 venient renunciacioni factae per matrem
 hereditatis, quae ad eam devoluetur, si. n.
 renunciatio hereditatibus matri denotatis,
 tam ex testamento, quam ab intestato, &
 devoluentis ab intestato tantum, ergo si
 hereditas matri non devoluatur, tunc non
 potest renunciatio eius heredibus obesse,
 nam licet ex regula *l. cum a matre. C. de rei-
 vend. & in l. Scia. ff. de evictio. teneantur he-
 redes filij. ratu habere matris factum, cum
 mater non renunciaverit hereditatibus fi-
 lijs devoluentis, illis matris renunciatio
 nocere non potest, & ita contra opinionem
 Roman. in d. l. qui superstitis, & Dec. in cas. 180.
 post Bart. in eadem l. qui superstitis, Castrenf.
 & Ro. Simon. Gregor. de Benedic. Coraf. Co-
 narr. Marant. & alios sequitur, & decisam
 pluries refert per S. C. D. de Franch. citata
 decis. 67. & post D. de Franch. & Roder. Suar.*

15 *Boad. Nov. 2. lib. 1. Purpur. 1. lib. 1. in ad-*
-sequitur etiam Mor. in cons. 1. per totum,
15. num. 2. dicit, renunciacionem filijs non
obesse, ubi qui recipit interpretacionem,
si super renunc. causus bonis renunciavit,
quoniam inest tacita condicio, si hereditas
fuerit delata suae renuncianti, unde si ma-
ter morietur, quoniam facta sub condicio-
ne, quae non existit, evanescit, quod etiam
tenet, & bene Suar. in cons. 133. num. 20. dicit.
Solent. Cons. Schaud. de alienatione. minor.
glos. 2. num. 9. Ance. ad. l. l. Tanti. 40. glos.
17. num. 2. Gratian. discept. forens. c. 785. no. 4.
Vinius decis. 211. Fontanell. de pass. imp. clas.
9. glos. vnic. part. 1. num. 65. Molin. de iur. imp.
quest. 84. num. 20. lib. 3. Gallenas. de renunciat.
lib. 1. c. 21. num. 9. Robles. de represent. lib. 5.
c. 16. nu. 69. Et 66. & melius num. 99. et 100.
Alex. Trentacamp. cons. 48. et 49. part. 2. & alij
infiniti, quibus addimus Demium Parben-
ium Pitegnoni Advocatum celebratum,
 aliosq; per eum relatos in eius responsa im-
 presso per *Thorin. 2. part. sui Compend. in*
verb. succedere an debeant nepotes.

16 Nec quidem obviare in casu de quo age-
 batur, promissum esse in renunciacione,
 quod quatenus filij venirent ex propria
 persona, teneatur mater rescindere quicquid
 filij auocarent, quam cautela esse adinve-
 tam, ut filij non possent venire ex propria
 persona, dicit in his terminis *Molles. in d. p.*
4. tit. de renunc. quest. 5. num. 15. post Marant.

17 *d. disp. 10. in fine,* siquidem quoad *Marant.*
 cautela sua loquitur, quando expresset est
 dictum, quod filij non possent venire ex pro-
 pria persona, etiam si mater morietur ante
 mortem illius, de cuius successione agitur,
 qui non erat casus, de quo agebatur, in spe-
 cie autem articuli, de quo erat questio,
 quod renunciatio matris non nocet filijs
 venientibus ex persona propria, etiam si
 mater eviccionem promiserit pro bonis re-
 nunciatis, & remissis, fundat, & bene *Mor.*
in d. cons. 23. in d. casu, nu. 4. Et 5. ubi fundat,

18 quod si renunciatio habet conditionem,
 de qua supra illa non potest filijs nocere,
 siue simpliciter pro se renunciaverit, siue
 pro se, & heredibus, & etiam si agant filij
 uti heredes matris, aut quod eviccionis ab ea
 promissa fuerit, nam si renunciatio evanes-
 cit, resoluta actu, aequae resoluti censentur
 omnes effectus ab eo procedentes, perinde,
 ac si nunquam facta fuisset, & dicit, quod
 hac conclusio in specie utitur *Marant. in*
d. disp. 10. num. 34. tenet Hartm. Pistor. lib. 5.
obser. c. 7. & ipse idem Molles. quod dixit in
tom. 1. id declarat, & intelligit in casu etiam

quod mater renuncians non præcedat, & dictum pactum tunc opitulari, quando præcedat mater, inuehiens contra illos, qui aliter suum dictum intellexerint, explicat, & bene tom. 2. in addit. ad 4. quest. 5. num. 8. ubi pactum operari ait, in primo casu, quando demolitur successio matri, in secundo vero casu, in quo renunciatio extinguitur, vel se non extendit, tunc clausulam prædictam nihil operari concludit, & per prædictas auctoritates, & rationes sic punctualiter fuit decisum in causa Eleonore Brancatiz circa successionem Io. Andreæ Pignatelli, in qua non obstante, quod Beatrix Pignatella mater Eleonore renunciasset in ampla forma per eadem verba, de quibus in renunciacione hac, fuit nihilominus admittitur ad successionem dicta Eleonora hæres Beatrix Pignatella suæ matris, prout pronuntiatum fuit per laudum sub die vltima Martij 1617. per peritissimos Dominos Consiliarios Palatium, Aldersium, & Rouitum, vt ipsemet *Moses*. refert *brovic. num. 11.* de quo laudo cum fuisset dictum de nullitate in S. C. fuit nihilominus per S. C. decisum, laudum prædictum esse executioni demandandum; quibus omnibus addietiam potest *Cancor. var. resol. lib. 3. c. 15. in tit. de renunciat. num. 47.* ubi etiam *num. 62. & 63.* dicit, quod nepotes non impugnant factum matris, num promissio matris de non contrahendo nec ipsa, nec eius hæredes est in casu, quo hæreditas ad eam deuoluitur, & cum hic casus non sit sequutus, filius non dicitur factum matris impugnare, & ita in his terminis per Sebastianum Sabaudia decisum fuisse testatur *Ant. Faber diffin. 14. C. de pact.* ubi filiis venientibus ex persona propria matris, renunciacionem non obesse concludit, non obstante, quod sint hæredes matris; cum renunciatio nulla facta esse intelligatur, si successio filii deuoluitur, nec obesse, quod mater non tantum pro se, sed etiam pro filiis renunciauerit, id enim ita accipiendum esse ait, vt in eum ipsum casum, quem pro se ipsa renunciauerit, pro liberis etiam renunciasse videatur, quod limita, nisi nominatim cautum esset, & illo etiam casu, quo filia renuncians præmoreretur, liberi quoque ex ea suscepti exclusi essent, quod non erat in casu prædicto, vt superius fuit demonstratum, sunt etiam videnda ea, que in hac eademmet causa scripsit *Riccius resol. 163. par. 1. prax. ecclesiast.*

- S V M M A R I V M.
- 1 Soror non nupta an ab intestato fratris successione sororem nuptam excludat, & num. 2. 3. 5. 6. 7. & 24.
 - 4 Pactum de non succedendo licet à iure civili impediatur, iuramento tamen confirmatur, sed an requiratur consensus illius, de cuius successione agitur, num. 7.
 - 8 Renunciatio pupillari substitutionis, et quid habet inclusum, pactum de succedendo an valeat.
 - 9 Renunciatio facta à filia patri de hereditate fraterna an sit de iure valida, & num. 10.
 - 11 Contractus factus à minore, si est à lege improbatum an firmetur iuramento.
 - 12 Dicitio etiam est inclusiva.
 - 13 Renunciatio in demum ab hereditate renuncians excludit, si supersunt alia persona, qua ex presumpsa mente defuncti renuncians excluderet, & num. 14.
 - 15 Parentum votum est naturale conseruare liberis successione.
 - 16 Pater quando maritum vnã filiam fecit eam renunciare, & maritum aliam noluit, vt renunciaret, presumpcio est, quod noluit, inter eas ius esse æquale.
 - 17 Propositum in proposito idem operatur, quod oppositum in opposito.
 - 18 Pater presumitur equaliter filias diligere.
 - 19 Tex. in cap. I. de eo, qui finem fecit agnat. declaratur.
 - 20 Patris voluntas colligitur ex dictis, etiam in contractu inuálido.
 - 21 Renunciatio facta à filia patri de hereditate fraterna, eo dedente aut filium, efficitur caduca.
 - 22 Filius cum hereditate paterna se immiscuit, non amplius patrimonium paternum, sed proprium dicitur.
 - 23 Hereditate paterna à filio adita, amplius bona paterna non dicuntur, sed fraterna.

A R G V M E N T V M.

Agitur de renunciacione à filia, vel sorore in ampla forma facta patri, vel fratri de omnibus successioneibus delatis, & deferendis, si demum contingerit, vt post ipsius renunciantis nuptias, pater, vel frater ab intestato decederet,

alia filia, vel sorore in capillo superstitite, an sola ista non nupta ad patris, vel fratris successionem admittenda sit, vel pariter cum ea soror illa nupta, quæ renunciauit, & de aliis notabilibus, vbi singulare *responsum Dom. Ioan. Angeli Pisanelli.*

C A P. CXCIII.



Renunciatio à filia, vel sorore, dote accepta, patri, vel fratri, eorumque heredibus, & successoribus in ampla forma facta de omnibus successionibus delatis, & deferendis, casu demùm contingente, vt post ipsius renunciantis nuptias, pater, vel frater ab intestato decederet, alia sorore in capillo superstitite, cõtrouerti solet, an operetur, sitq; tanti roboris, vt sola illa non nupta ad patris, vel fratris successionem admittenda sit, vel pariter cum ea soror illa maritata, quæ renunciauit succedat?

Quod soror in capillo dõtaxat admittenda sit, dixit *Affl. dec. 161.* & post eum *Dõ For Marta decis. Pisan. 250.* vbi pro hac opinione, vitrà *Afflictum*, citat *Vrsill. ibidem, nu. 4. in fin. Loffred. in cap. I. col. 2. & 3. de nat. success. feud. Roman. cons. 22. & Ioan. Thom. Minad. in cons. pariter 22. rationibus, de quibus per eisdem.*

Contrariam verò sententiã, à qua nunquam animum meum diuertere valui, amplexi sunt *Camil. Saler. in addit. ad Napod. in. Consuet. Si moriatur, in additione*, quæ incipit *aduerte, Caran. in addit. ad Affl. loc. cit. referens in facto pro hac parte obtinisse, dicta Afflict. decisione non obstante, Molfes. in comment. ad Consuet. nostras, in tit. de renunciatione, quest. 3. num. 23. & 24. Reg. Romit. cons. 23. à num. 11. lib. I. vbi pluriès sic decisum refert, & ex Athenigenis *Ant. Fab. in diffin. 12. C. de pat. conuent. super dot. sed omnium singularissimè magnus ille Iureconsultus, suaquæ tempestate Aduocatorum facile Princeps Dominus Ioan. Angelus Pisanellus in quo iam responsò, quod habeo ad pennam, propria eius manu scriptum, vbi latè quæ-**

tionem examinans, tandem opinionem hanc de iure, æquitate, veritate, ac paternamente veriore esse concludit, estq; tenoris sequentis.

Iesus, Maria.

3 In facto præsupponitur, quod quidam Placidus Barbarinus habens vnum filium masculum, nomine Barnaba, & octo filias fœminas, v3. sex nuptas, & duas non maritatas, quæ nuncupantur, &c. nomine, &c. in vltimis constitutus condidit testamētum, in quo heredem vniuersalem instituit dictum Barnabam, & dictas filias non nuptas instituit in vnciis duodecim pro qualibet, cum clausula, quod non possint plus petere, & mādauit, quod tempore assignationis ad maritum, debuissent renunciare, cedere, donare, & refutare dicto Barnabæ eius filio, & eius heredibus, & successoribus in, & super omnibus, & singulis bonis, legitimis, successionibus, hæreditatibus, & legatis paternis, maternis, & fraternis, cū sollempnitatibus consuetis, & oportunitis mediante publico instrumento ad consiliũ Sapientis, & cuiuslibet ex prædictis filiabus nuptis iure legitimæ, & institutionis tarenos quinque pro qualibet, cum simili clausula, quod non potuissent plus petere, & cū eadem voluntate testandi, mortuo dicto qu. Placido, Barnaba filius, & hæres superstes se immiscuit paternæ hereditati, & deinde ab intestato, & sine filiis obiit, vnde fuit orta contentio inter dictas filias nuptas, quæ prætendunt, dictam fraternam hereditatem, in qua reperitur hereditas patris, debere diuidi in octo partes, & earum qualibet pro virili succedere; E contra verò dictæ filiæ non nuptæ prætendunt, vniuersam hereditatem ad eas legitimo iure spectare, asserendo, dictas filias nuptas à patre tempore maritaggi remisisse, & refutasse dicto qu. Placido patri stipulanti pro se, heredibus, & successoribus omne ius, & actionem, quod, & quam obuenerit, et in futurum habere potuisset super omnibus, & singulis bonis, legitimis, successionibus, hæreditatibus, & legatis, ac iuribus paternis, maternis, & fraternis, super quibus asserunt, promisisse, nolle amplius succedere, nec quocunquẽ modo regressum habere, etiam ab intestato, sicquæ prætendunt non nuptæ in totum succedere; E contra verò filiæ nuptæ asserunt oppositum, quod estò de dictis renunciationibus appareat, adhuc tamen eis non obstant, quin dicto eorum fratri etiam in paternæ hereditate

ſuccedant, & hinc ſumpta occaſione dicti Barnabæ hæreditatem adiuerunt pro earum ratis, et poſſeſſionem acceperunt, ac iudicium diuiſorium familiæ circiſcundæ intentauerunt, iuxta *l. i. ff. famil. erciſc. peti- tur modò*, an dictæ ſorores nuptæ ad ſucceſſionem, & hæreditatem cõmunitèr admittantur?

4 Et videtur prima conſideratione, dicen- dum, quòd ſtante dicta prætenſa renuncia- tione iurata non admittantur ad paternã, nec ad fraternam hæreditatem, nam licèt renunciatio futuræ hæreditatis, vel pactum de non ſuccedendo à lege ciuili ſit impro- batum, *l. pactum, C. de collat. & l. qui ſuperſti- tis, de acquir. hered.*, tamen tale pactum, et renunciatio iuramento firmantur, *cap. quã- uis pactum, de pact. in 6.* vbi omnes DD. notãt et in *locis præallegatis*, et in *l. ſin. C. de pact.* et quòd quando aliqua filia nuptæ, quæ renunciauerunt hæreditati paternæ exclu- dantur, et filia non renunciantes admittãtur ad vniuerſam hæreditatem, tenet *Alex. conf. 29. 2. col. 3. volum.* et tenuit *D. Ant. de Alex. vt per D. Marzium deciſ. 161.*

5 Sed præmiſſis non obſtantibus, quòd dictæ filia admittantur ad fraternam hære- ditatem, etiam poſito, ſine veri præiudicio, quòd dictæ mulieres renunciaſſent, non tantùm paternæ, ſed etiam fraternæ hære- ditati, moueor rationibus infraſcriptis, et

6 Primò, quia poſito, quòd dicta renuncia- tio valuiſſet reſpectu paternæ hæreditatis, ex quo fuit facta renunciatio patri conſe- quenti, tamen reſpectu fraternæ hæredita- tis, de cuius conſenſu non apparet in dicta renunciatione, pactum de non ſuccedẽdo non tenet, per regulam *l. ſin. C. de pact.* itã voluerunt, et concludunt *Petr. de Anch. Imol. & Domin. in d. cap. quamuis pactum, col. pen. verſ. ſed pone, quòd filia, Arca. in d. l. qui ſuperſtitis, Petrus de Anchar. in conf. 403.* in- cipiente *viſo diligenter tenore, Rafael Cum. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff. de verb. oblig. Bal. conf. 369. cum quadam puella 3. vol. Fulg. conf. 73.* incipiente *pater familias habens fi- lios, et idem Fulgoſ. in libro meo conf. 437. vol. 1.* quem ſequitur *Dec. in d. l. pactum, in 6. limitatione, vbi etiam Io. B. ſpt. de Sanct. Seuer. Alex. et Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo, & Phi- lip. Corn. in 4. lim. et plenè Socin. in conf. 74.* et quamuis contrariam opinionem videat- ur tenere *Ludovic. in d. l. qui ſuperſtitis, An- ton. de Alex. in d. l. ſtipulatio, in 6. limit. Georg. Natta in repetit. d. cap. quamuis pactum, in 11. colum. 10. limit. & Iaſ. in d. l. ſin. & Dec. ſibi contrariuſ conf. 31. primo vol. tamen ex præ-*

dictis authoritatibus pro alia parte alle- gatis apparet, quòd prima opinio eſt com- munis, nec habet obſtare, in quãtum *Iaſ. in d. l. ſin.* dicit, quòd contrarium videtur de- mente *Bart. & Bald. ibi*, qui intelligũt illam legem in pacto de diuidendo alienam hæ- reditatem, nam illud eſt improbatum, tan- quãm inducẽs votum captandæ mortis, et ſic contra bonos mores, aliud tamen vide- tur in pacto de non ſuccedendo, nam ad hanc rationem reſpondent *Socin. in d. conf. 74.* et alii DD. præallegati, quòd dicta renun- ciatio reſpectu illius, cui ſit, inducit votum captandæ mortis, et propterea cõtra bonos mores non firmatur iuramento, niſi acce- dat conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur, vt in dicta *l. ſin.* et quia dictum pa- ctum de non ſuccedendo dicitur in ſe ha- bere incluſum pactum de ſuccedendo, in quantum hæreditas renunciata alteri ve- nit quærendã, propterea iuramento non firmatur, vt per DD. in *loc. præallegatis*, cõ reſpectu illius, cui renunciata hæreditas venit quærendã, inducit votum captandæ mortis, idẽd q; *Bart. in d. l. ſtipulatio, et in d. l. ſin.* qui dicit, quòd pactum de non ſuccedẽdo firmatur iuramento, intelligi debet, ac- cedente voluntate illius, de cuius hæredi- tate agitur, quæ voluntas purgat dictam ſuſpitionem voti captandæ mortis, vt probat ille *tex. in d. l. ſin. itã Alex. in d. l. ſtipula- tio, Ego pro iſta opinione adduco deciſio- nem Bart. ſgrè in terminis in l. qui Roma, S. duo fratres, in 7. quaſt. ff. de verb. oblig.* vbi concludit, quòd non valet remiſſio, ſed ren-unciatio pupillaris ſubſtitutionis, eo, quia habet incluſum pactum de ſuccedendo re- ſpectu illius, cuius fauore ſit, quòd eſt im- probatum, *d. l. ſin. itã ad litoram Bart. in loco præallegato*, ex quo dicto patet reſponſio ad id, quòd dicebat *Dec. in d. conf. 31.* qui re- nendo opinionẽ contrariam dicebat, quòd licèt in pacto de non ſuccedendo videtur incluſum pactum de ſuccedendo, tamen illud eſt in conſequentiam, quòd non debet attendi, quia, ſaluã pace ſua, immò illud at- tenditur, quantum ad dictam renunciatio- nem, et pactum de non ſuccedendo, ſecun- dum *Bart. in d. 7. q.* immò negari poteſt, quòd illud ſit in conſequentiam, immò dici poteſt, illud eſſe principale propoſitum Partium, ſ3. vt alteri quæratuſ hæreditas renũciata, aliã id, quòd principalitèr age- retur, ſcilicèt ipſa renunciatio, fuiſſet fru- ſtrã, quòd non eſt dicendum, per regulam *l. quamuis idem, ff. de verb. oblig.* et maxime quia illa renunciatio fuit translatiua iuriũ

in alium, scilicet in patrem, quod videtur contra bonos mores, prout concludit idem *Aret. in d. l. fin. 4. col.* et si forte diceret quis subtiliter, quod dicta renunciatio non videtur militare, quando filia renunciat patri successionem fraternam, quasi, quod in patre cessat suspensio voti captandæ mortis, ut videtur sentire *Aretin. in d. l. fin.* tamen secundum communem opinionem hoc non est verum, quod immo illa lex procedit generaliter, et in renunciatioe facta patri, ut tenet *Bald. Salyc. Paul. de Castr. & Dom. Alex. in d. l. fin. Ias. in 12. col.* quare ex prædictis remanet sustentatum primū fundamentum, quod dicta renunciatio non excludit dictas filias, ex eo, quia illa non tenet deficiente consensu fratris in dicta renunciatioe.

10 Secundò, pro inualiditate dictæ renunciatioe adducitur, quia probatum est, quod dicta renunciatio si facta reperitur, fuit eo tempore, quo dictæ filie erant in minori ætate, quo casu licet iuramentum ætatis suppleat defectum, & habeatur perinde ac si fuisset facta à maiore, ex quo sequitur, quod cum simus in casu, in quo si renunciatio esset facta à maiore sine iuramento, non teneret, ut in *d. l. pactum*, attamen tale iuramentum simpliciter interpositum non validat dictam renunciatioem, iuxta doctrinam *Barr.* communiter approbatam in *ausb. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* quam comprobat *ibi Dom. Ias. in 12. col. vers. retenta*, qui tenet, quod quando contractus factus à minore est à lege improbat, alia ratione, quàm minoris ætatis, iuramentum non supplet, nec validat contractum, & ita in propriis terminis tenet *Andr. de Iern. in S. sacramenta, de pac. iuram. firmand. in princip. Aretin. in d. l. fin. antepenul. colum.* vbi dicit, quod hoc casu renunciatio duo requirit iuramenta, vnum ad tollendum defectum ætatis, & aliud ad validandam renunciatioem futuræ hereditatis, & eadem opinionem tenet *Anton. de Alex. in d. l. stipulatio, in 7. limit. & Aret. in d. l. qui superstis, qui tamen dicunt, sufficere vnum iuramentum, quando esset facta promissio de non veniendo contra, ratione minoris ætatis, seu alia ratione, sed quia in dictis renunciatioibus non reperiuntur duo iuramenta, nec dicta clausula eorum renunciatio prædicta non tenet, nec habet locum dicto casu dispositio *d. cap. quamuis pactum.**

11 Tertiò, pro inualiditate dictæ renunciatioe adducitur, quia verba dicunt, etiam

ab intestato, quæ dictio etiam est inclusiva, *l. magisteria, C. de iurisd. omn. iudic. cap. Romana, §. contrabentes, de for. competent. in 6.* & sic necessario includit successionem ex testamento, quia duo tantum sunt modi succedendi, scilicet ex testamento, & ab intestato, ex quo sequitur, quod prædicta renunciatio non tenet, ut concludit *Barr.* quem *DD.* magis communiter sequuntur in dicta *l. stipulatio, & Aretin. in d. l. fin. in 3. col. vers. ad secundum; & antepenul. colum. & Philip. Franch. in 4. limit.* vbi concludunt, quod renunciatio successionis ex testamento, & ab intestato non tenet, quia tollit liberam testandi facultatem.

12 Quartò dico, quod posito, sine veri præiudicio, quod dictæ renunciatioes essent validæ, tamen mortuo dicto Barnaba dictæ sorores renunciantes admitti debent ad successionem, quia filie renunciantes ita demum excluduntur ab hereditate renunciata, quando superessent aliæ persone, quæ ex præsumpta mente defuncti excluderent renunciantes, ut putà si extarent alii filii, seu fratres masculi, secus autem esset, quando superessent aliæ filie, quæ ex præsumpta mente defuncti, & illius, cui facta est renunciatio, non excludunt renunciantes, quia tunc filie, seu sorores, quæ non renunciarunt, non excludunt renunciantes, ita ad casum nostrum decidit expresse *Bald. in d. cons. incipiente cum quadam puella*, vbi notabiliter loquitur, & dicit, quod quando filia renunciat parentibus, & eorum heredibus, non existentibus fratribus, considerandum est, an extet persona, quæ ex præsumpta mente defuncti excludit renunciantem, ut putà si est filius masculus, & tunc renunciatio nocet, si verò non existunt masculi filie renunciantes succedunt cum sororibus non renunciantibus, inter quas præsumitur esse æqualis dilectio, argumento *l. 3. C. de inoff. testam.* & illam decisionem *Bald.* non reperio ab aliquo impugnata, immò *DD. in d. l. stipulatio, in d. l. qui superstis*, et in *d. l. fin.* sequuntur *Bald. in cons.* supra citato. Accedant ad prædicta, quæ voluit *Angel. in cons. 52. incipiente Dominus Gerius*, vbi consuluit, quod mortuis fratribus, quorum contemplatione fuit facta renunciatio, filia renuncians succedit patri, quia naturale votum parentum est conferuare liberis successionem, *l. nam & si parentibus, ff. de inoff. testam. & l. scripto, ff. vend. liber.* & quia non est verisimile, decedentibus suis descendentibus masculis voluisse per alienos excludere filiam renunciantem, *l. generaliter, C. de inst.*

& subst. & l. cum acutissimi, C. de fideicom. semper igitur secundum DD. inspici debet, an extet persona, cuius contemplatione presumaturs facta renunciatio, et tunc renunciatio excluditur, aliis non excludetur. Istud autem, quod pater non fecerit dictas filias renunciare respectu non nuptiarum, apparet clare, primo ex eo, quod in testamento, in quo reliquit dotes dictis filiabus non nuptis, voluit eas eodem modo renunciare, prout et alias nuptas, ergo non earum contemplatione videtur facta renunciatio, et ad hoc bene facit, quod voluit Dominus Alex. in prealleg. conf. 29. vbi tenuit, quod filie non renunciante succedunt exclusis renunciantibus, eo casu, in quo ipse consuluit, ex ratione, quia ibi filias primas fecit renunciare, et deinde maritavit alias, quas non fecit renunciare, ex hoc apparet, dicit Alex. quod noluit esse inter eas equalitatem, sed quod renunciatio fuit facta contemplatione earum, quae non renunciauerunt, quia si ita pater voluisset, iam fecisset vno eodem modo renunciare, argumento tex. in cap. 2. extra de translat. Pralat. quae ratio cessat in casu nostro, in quo apparet, quod pater noluit, non nuptas esse melioris conditionis, quam nuptas, disponendo, quod dictae filiae non nuptae haberent similiter renunciare, nam sicuti ex eo, quod aliquas non fecit renunciare, ostenditur, quod renunciatio facta per alias, videtur facta contemplatione non renunciantium, propter difformem provisionem, et etiam propter provisionem, et preceptum de renunciando, renunciantes per renunciantes factae non debent iudicari factae contemplatione non renunciantium, quae renunciare debeant, vt idem

16 operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito, l. si qua, ff. de vulg. et pupill. ex quibus concluditur clare, velle seruati equalitatem inter eas, & nolle non nuptas esse melioris conditionis, quam erant nuptae, eoq; maxime, quia etiam in processu probatum est, quod dictas filias nuptas non minus, immo magis diligebat pater, quam non nuptas, ex quibus tollitur omnis presumptio, quod voluerit omnes filias renunciante excludere, & non renunciantes succedere in solidum, argumento l. non est verisimile, ff. quod met. caus.

17 cum ipsis etiam concurrat iuris presumpcio, quia presumitur patrem equaliter diligere dictas filias, l. fin. C. comm. vtriusq; iudic. l. 3. C. de inoffic. testam. cum quo habemus claram decisionem Bald. comprobata

ex legis presumptione, & probationibus factis, quod per filias non renunciante non excluduntur renunciante, ergo res ista remanet clara, et indubitata; nec obstat decisio Alex. in d. conf. 29. quia ex ibi dictis apparet, quod pater noluit seruare equalitatem inter filias, quando quidem vnam fecerit renunciare, & aliam non, quae ratio cessat in casu nostro, vt dictum est, & pro

19 hac parte videtur tex. in cap. 1. de eo, qui sec. fin. agnat. quem allegat, & adducit Alex. in d. 9. duo fratres, in pen. col. vbi dicitur, quod si vnus ex tribus agnatis habebat feudum paternum, & alter agnatus fecit pactum, & refutationem in feudo dicto agnato tenenti feudum non excluditur, quia agnato decedente sine liberis non possit cum alio agnato succedere in feudo, quod non procedit ob aliud, nisi quia dicta renunciatio non fuit recepta respectu alterius agnati, sic & in casu nostro apparet, quod pater non recepit renunciationem respectu aliarum filiarum, cum omnes, quas maritavit, fecit vnam post aliam renunciare, prout successiuis temporibus eas maritabat, & demum in eis, quas adhuc non nupserrat, idem disposuit debere fieri, & ad praedicta videndus est Alex. in d. conf. in 10. colum. vbi

20 in istis dicit, consideranda coniecturam paterne voluntatis, quae colligitur etiam ex dictis in contractu inualido, allegat auctoritatem Angel. & Bald. vt ibi, & decisioni consilij finalis responsio est, quod aut illa non est vera, propter auctoritatem Bald. vt supra allegatam, vel quod illa intelligi debet in casu, in quo Alex. in preallegato conf. v3. quando aliam maritavit, & non fecit renunciare, vel tertio, quod procedit in casu dubio, scilicet quando non apparebat, an renunciatio facta per alias esset contemplatione non nuptae, at in casu nostro sumus in casu claro, quod non nuptas pater noluit esse melioris conditionis, quam nuptas, et ideo non oportet accedere ad presumptiones, l. consinus, s. cum ita, de verb. oblig.

21 Quinto, pro ista parte est considerandum, quod pater renunciationem hereditatis fraternae non fieri fecit dicto Barnabe, sed sibi interuenienti pro se, & suis heredibus, & successoribus, quae stipulatio stante validitate renunciationis sortiri potuisset effectum, si filius fuisset mortuus in vita patris, nam tunc excluduntur dictae renunciantes, et successio fratris transferretur in patrem, aliis ipso patre decedente ante dictum Barnabam filium, dicta renunciatio

efficitur caduca, & non valet, nec respectu patris, nec respectu heredum, ita singulariter, & clarissime colligitur ex dictis per Bald. in d. cons. r. m. quadam puella, ubi in simili dicit, quod si filia renunciat fratribus hereditatem paternam, & maternam, & de eorum voluntate, ac moriuntur fratres ante patrem, & matrem, quia in hereditate paterna, & materna ipsi non fuerunt heredes, non habent etiam alios heredes unde nec ipsi succedunt, nec alios heredes faciunt, quia dicta renunciatio est in causa caduca, l. unica, §. pro secundo, C. de caduc. tollend. ita ad litteram dicit Bald. in loco præallegato, quia ergo pater fuit præmortuus, cui fuit facta dicta renunciatio, ergo nec ipse potuit acquirere hereditatem filiis, nec ad alium heredem transmittere, & renunciatio prædicta quæ caduca extinguitur, & de ea nulla debet haberi ratio.

22. Et si forte dicitur, quod nos non sumus in hereditate fratris, sed in hereditate paternæ, in qua valet renunciatio dictarum filiarum, ad hoc responderetur primo, cum dicitur Barnaba se immiscuerit paternæ hereditati, id dicitur effectum patrimonium suum, ut deinceps non dicatur hereditas paternæ, sed fraternæ, per text. in l. sed & si pater, §. filio, ff. de vulg. & pupill. glof. in l. prima, §. de veris, ff. de acquir. possess. habetatis, l. eius, in fine, ff. de cert. petat. & DD. omnes in d. §. reseris, & in sum DD. omnes, maxime Arctus, Alex. las. & Socinus ibidem, quod filia, quæ renunciatio, vel statuto excluditur à successione paternæ per existentiam filii masculi, si moritur pater superstiti filio masculino, qui adiuit hereditatem paternam, deinde moritur filius, soror, quæ excluditur à successione paternæ, non excluditur à paternis bonis, quæ reperit in hereditate fraternæ, cum vltimus illa bona non dicantur paternæ, sed fraternæ, idemque latè sequitur Socin. in cons. 74. in 2. conclus. 3. vol. & in tantum hoc est verum, quod etiam si frater fuisset mortuus antequam se immiscuisset paternæ hereditati, adhuc tamen sorores succedunt fratri, ad quas fuit transmissum ius adeundi ex potentia fuitatis, l. apud testes, C. de suis, & leg. l. si fratris, C. de iur. delib. per Bart. & alios in l. vlt. in fine, ff. de acquir. hered. & vide Philipp. Dec. cons. 267. in 2. lib. licet in eo consilio limitet, ut non habeat locum, quando sorores renunciassent successioni paternæ mortuo patre, quod non est in casu nostro, nec est presentis speculationis,

24. Plus dico, quod etiam si dictæ filie tra-

starent de paternæ hereditate, ad huc esset admittenda, per dicta supra in 2. 3. et 4. ratione, immo in eo casu dictæ filie non nuptæ fuerunt in certa quantitate institutæ, ex quæ sequeretur, quod deficiente hereditate universalitè, vniuersa hereditas accresceret dictis filiabus, non obstante prohibitione testatoris, ex his, quæ habentur in l. prima, §. . . . cum ibi plenè notatis, ff. de hered. instit. & in l. quoties, C. eod. et dictam ius accrescendi procederet equalitèr, posteaquam filie fuerunt in certis quantitatibus institutæ, non distincto, sic relictus plus vni, quam alii, iuxta ea, quæ habentur in l. prima, C. si cert. petat. et in l. ex factis, §. unde scio, ff. de hered. instit. et in tali casu cum tractetur de successione ex testamento, secundum voluntatem testatoris, renunciatio non nocet, ut concludunt DD. in d. l. fin. et in d. l. passum, & per Arct. in cons. 17. in l. colum. Ex quibus arbitror, dictas filias renunciantes de iure, æquitate, veritate, ac paternæ mente debere admitti, sicut sorores non nuptas, & ita intrepidè teneo.

Ioannes Angelus Pisanehus

S V M M A R I V M

1. Legatum factum à patre filio, quæ amplissime renunciant omnibus successibus delatis, & deferendis, tam ex testamento, quàm ab intestato an remaneat pateris patris heredes.
2. Pater an possit filie, quæ renunciauit omnibus successibus, idem ab intestato, quàm ex testamento in futurum resolventis, aliquid relinquere in præiudicium filiorum, quorum favore fuit facta renunciatio, & num. 3. 4. 5. 6. & 7.
3. Factum quando est antiquum nòm remouetur scientia, & inducatur obliuio, & num. 10.
4. Ignorantia an solo tam allegantis iuramento probari possit.

A R G V M E N T V M

Agitur de renunciatone facta à filia patri ad fauorem fratrum, illis presentibus, & acceptantibus de omni successione in amplissima forma, tam ab intestato, quàm ex testamento obuenta, & in

futura obuenienda, si pater demum testamentum condens, filia, quae renunciauit aliquod fecerit legatum, an eo casu renunciatio pro non facta habeatur, vel potius illud relictum remanebit penes fratres, uti sororis renunciatarios, & de aliis notabilibus.

C A P. CXCV.

R

Enunciatio facta a filia patri, dote recepta, ad fauorem fratrum, illis presentibus, & acceptantibus de omni successione patris, materna, & aliorum quo-

rumcunquae, tam ab intestato, quam ex testamento, usque adhuc obuenta, & in futurum obuenienda, elegans est difficultas, si pater demum testamentum condens, & filios mascululos haeredes instituens, filia, quae amplissimè renunciauerat aliquod fecerit legatum, an eo casu, ad finem ut filia hanc relictum consequatur, pro non facta habeatur renunciatio, vel potius dicendum est, remanere illud penes fratres, uti sororis renunciatarios?

Pro huius dubii resolutione illud sub primis suppono certum, magis communiter firmasse Doctores, renunciationem a filia in manibus patris factam omnium, & quantum ad successiones, tam ab intestato, quam ex testamento in praeteritam obuentarum, & in futurum obueniendarum, eide non obesse, quin valeat demum pater renunciatarius testamento suo illam haeredem instituire, siue legatum aliquod ei facere, ratio assignatur, quia cum renunciatio haec non nisi patris commodum respicere possit, poterit iste velle, & commodum suo renunciare, sique pactum illud, quo filia ligabatur, remittere, probant conclusionem hanc Doctores quamplurimi, quos citat, & sequitur Test. Fernandez ad l. 6. Tauri, a nu. 4. Crass. in S. successio ab intestato, quest. 10. nu. 7. Ant. Fab. diffin. 23. C. de pactis, & Cancer. var. resolut. lib. 3. tit. de renunciat. num. 36. & 37. quicquid in contrarium senserint Bero. &

Parquez ab eodem Tell. citati, a quibus dissentire non videtur noster Afflict. decis. 350. num. 12. & 13.

3 Sed dicet quis, & prudenter, Doctores omnes, qui hanc firmarunt conclusionem, alloquutos in terminis, quando renunciatio a filia facta, patris dumtaxat beneficiu respiceret, at secus ubi fratrum fauore facta proponeretur, prout in casu proposito, tunc enim, quia tractatur de prauidicio tertii, cui fuit iam ius quaesitum, certe non poterit pater consensum, quem filia praestitit, in filiorum perniciem reuocare, ita in puncto firmarunt Gasp. Theff. quest. forens. lib. 1. quest. 95. Mercurial. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quest. 25. num. 26. & 27. Lelius Caput. ad Consuet. Neap. Si moriatur, par. 3. §. 6. nu. 8. & Io. Baptista Hodiern. in addit. ad Sord. decis. 14. circa finem.

4 At in vna facti contingentia insistendo Ego primae conclusioni, dicebam, Doctores modo citatos, ad casum, de quo agebatur impertinenter satis allegari, etenim loquuntur illi in terminis renunciationis a filia foemina, vel filio masculino factae in manibus patris de portione legitimae, ad ipsos renunciantes post patris mortem spectante; in his enim terminis bene eorum procedit sententia, & ea est solidissima ratio, quia cum pater de hac portione libera non habeat dispositionem, certe non poterit ille in prauidicium filiorum, cuius fauore facta fuit renunciatio reuocare consensum, quem filio, vel filiae dedit futuram huius portionis successionem renuciandi, (sine cuius quidem consensu nulla extitisset renunciatio, ad text. in l. fin. C. de pact.) ad finem ut eadem renunciata portione eidem renuncianti relicta, valeat de illa renuncians liberè disponere, nec aliter ad eam renunciatarijs restituehdam obstricta, in his sane terminis, dico, Doctores superius relatos ratificatos, & sic pariter intelligendus est Mart. si illum salutare velimus non 124. & 25.

5 Aliud autem asseuerandum, quando filius, vel filia, accepta a patre legitima, ad fratrum fauorem omnibus, & quibusuis successioibus paternis, maternis, &c. tam ab intestato, quam ex testamento obueniendis renunciauerit, hoc enim casu, quia pater suorum honorem liberam habet dispositionem, cupiens ipse aliquid relinquere filiae, quae eam eius consensu fratribus renunciauerat, nullum ad id peragendum obicem habet, neque consensum renunciatoni datum reuocare, & si quis impruden-

ter diceret, in hoc etiam casu fore affirmandum, patri non licere reuocare consensum, quia adhuc filiis renunciariis ius est quaesitum, opportuna erit responsio, hoc verum non esse, etenim in hac materia tunc dici potest esse ius fratribus renunciariis quaesitum, quando illi securi essent, sibi renunciatarum successionem omnino renunciati fore obuenciam, prout consideratur portio legitima, quae, naturali iure cogente, a parentibus filiis est debita, at quando fratres renunciarii de hoc securi non sunt, ex quo potest pater nil filiae relinquere, quia dotem ei assignauit, nullo pacto affirmari potest, ius fratribus renunciariis fuisse quaesitum, sed tantum ius quaerendum, quod reuocari potest, probatur hoc in *d. l. fin. C. de pact. ubi. & in ea usque ad extremum. vita spiritum perseuerauerit*, quo loci post *Paul. de Cast. l. 1. & Dec.* notabiliter notat *Cagnol. num. 87. & 88.* sub illis verbis, *ex quo pater, paciscens nullum ius esse quaesitum, quin tunc reuocari non possit, l. fin. ff. de pact. l. sed quod nostrum, ff. de regul. iur. ut hic per Paul. de Cast. l. 1. & Dec.* immo iufficeret tacita reuocatio, disponendo contra formam pacti, puta etiam inter viuos, &c. ac ita individualiter scripsit *Cas. Vrsill. in addit. ad Afflic. cit. decis. 350. num. 4. vers. non obstat, si dicat, qui omnino videatur.*

7 His omnibus addebam, quod cum in casu proposito fratres, quorum favore soror renunciauerat, haeredes essent patris, qui renunciationi presterat consensum, & qui demum filiae renunciati fecerat legatum, consequenter tenebantur omnia desumpti voluntatem seruare, ad *lex. in l. cum a matre, C. de reuendicat.* nam alias si quantitas legata penes ipsos fuisset permansura, & gloria extitisset paterna dispositio, quod permittendum non erat, quandoquidem ex limitationibus datis ab *Aria Pinell. ad text. in d. l. cum a matre in suis doctissimis commentar. tit. C. de bonis matern. part. 3. a nu. 82. vers. secunda inferitur, nulla ad casum applicabatur.*

8 Vterius dicebam, quod ex alio cessabat omnis dubitatio, nam cum quantitas a patre filiae, qua renunciauerat, legata annua erat, nimirum donec filia ipsa viueret, quando fratres renunciarii, in eorum praesentia ius fouissent bonum, prout malum fouebant, illi renunciauerant, ex quo a die obitus patris, spatium annuum, tresdecim absque quo aliquam nunquam opponerent exceptione, sorori legatariae singulo quoque anno, quod in legato continebatur, pun-

ctualiter soluerant, nec allegari poterat facta renunciationis ignorantia, cum fratribus ipsis praesentibus, & acceptantibus facta illa extitisset, & quamuis in hoc replicarent, id per errorem contigisse, renunciationis immemores, ex quo a die contracti matrimonii usque ad patris mortem effluxerant anni quatuordecim, sicque eis suffragari communem illam *Doctorem* conclusionem, nimirum, quod quando factum est antiquum, decem. l. annorum, iuxta sententiam illorum, quos citant *Monoch. de arbit. lib. 2. casu 26. num. 1. & Rot. decis. 131. par. 1. in collect. per Firinac.* non videtur suffragari, & inducitur obliuio, etiam in facto proprio, & maxime quando de damno vitando tractatur, & successiue allegari potest ignorantia, siue error, *Barz. in l. non factus, ff. de confess. in l. si quis ad hoc, ff. de donation. & in l. si res obligata, ff. de legat. u. Ang. Aretin.* qui admonet hoc iudicium tenendum in *S. si quis agens, num. 18. Institut. de action. Marant. in repetitio. l. is potest, num. 227. in 2. limit. ff. de acquir. hered. Socin. de regul. iur. l. 1. regula 1. Cur. iur. conf. 120. Tiber. Decian. cons. 46. nu. 147. lib. 2. Mascard. de probation. lib. 1. concl. 638 num. 4. Gratian. discept. forens. lib. 2. c. 289. num. 5. & alii, & quod haec ignorantia possit solo allegantis iuramento probari, *Marant. loco cit. num. 116. cum seq. & alii relati a Cornetan. decis. 99. num. 29. & decis. 112. num. 21. & a Rota decis. 584. n. 3. par. 1. in posth. Eximis. attamen ipse dicebat, conclusionem hanc nullatenus procedere, quando factum proprium graue est, & notabile, tunc enim ignorantia, siue error nullo pacto allegari potest, ita *Ans. de Barz. in cap. ab excommunicatione, num. 62. de rescript. & in cap. cum illorum, num. 16. & seq. de sentent. excommunicat. Abh. in d. cap. ab excommunicatione, num. 18. Roman. cons. 391. nu. 7. & 487. n. 3. Felin. in cap. in nostris, de rescript. Gramm. decis. 103. num. 34. Capyc. decis. 96. num. 15.* factum graue, & notabile est, signanter in Magnatibus, & personis nobilibus, renunciatio, quae a filia, vel sorore fit, dum alteri desponsatur, siue non est, pronis auribus audiendum, cum renunciariis huius renunciationis actus affirmant, fuisse immemores. *Vade, &c.***

S U M M A R I U M.

1. Renunciatio facta à Patribus Societatis Iesu post emissionem trium simplicium votorum, nūm resoluatur, si renunciāns antequā sollemniter profiteretur, à Religione exiret, & num. 5. 6. 8. 12. & 17.
2. Renunciatio, quæ fit Religioni ab existente in illa, tacitam habet conditionem, si professio sequatur, & num. 13. & quòd de illa ad aliam validè non transeat, n. 4. sed an idem dicendum in Religione Societatis Iesu, n. 5.
3. Donatio causa mortis per donantis conualescentiam reuocatur.
4. Ingressus Religionem Societatis Iesu si biennio elapso tria vota simplicia emittat, efficitur verè Religiosus.
7. Ingressus Religionem se ante professionem de bonis suis non disposuit, bona illa Religioni acquisita dicuntur, quæ demum ex persona Religiosi potest illius consanguineis succedere, sed utraq. limitatur in Religione Societatis Iesu.
9. Religiosi Societatis Iesu donec sollemniter profiterentur, retinent dominium suorum bonorum, nec non beneficia, si quæ habent Ecclesiastica, & pensiones.
10. Ingressus Societatem Iesu si emissis tribus simplicibus votis absq. licentia Prepositi Generalis à Religione exiret, dicitur Apostata.
11. Bona acquisita à Religioso propter culpam à Religione exieto, cuius sunt.
14. Concil. Trident. cap. 16. sess. 25. de regulamb. explicatur.
16. Religio Societatis Iesu Christiana Religionis est ornamentum.

A R G V M E N T U M.

Agitur de renunciatione, quæ fit ab ingressis in Religionem, quæ cum ex cõmuni Doctorum sententia tacitam habeat conditionem, si professio sequatur, videndum est, an cõmunis hæc conclusio procedat in renunciationibus, quæ fiunt à Patribus Societatis Iesu post biennium probatio-

nis, emissis iam tribus simplicibus votis, cuius occasione declaratur Concil. Trid. sess. 25. c. 16. de regul. & de pluribus ad materiã pertinentibus.

C A P. CXCIV.



Enunciatio, siuè bonorũ donatio à Patribus Societatis Iesu ad Religionis fauorem facta, aliquando dubitari cõtingit, si facta proponatur post emissionem triũ

1. simplicium votorum, quæ iuxta Religionis institutũ biennio probationis elapso emittuntur, nūm resoluatur, ac si facta non esset, si renunciāns antequā sollemniter profiteretur, à Religione exiret?
2. In facti contingentia pro renunciationis resolutione respõdi; etenim receptissima, & sine contradictore fuit semper omnium sententia, renunciationem, siuè donationem, quæ fit Religioni ab existente in illa, tacitam habere conditionem, si professio sequatur, ex quo ratione personæ facta, dicitur; non enim verisimile est, velle Religiosum se bonis spoliare, quãtmis professio non sequatur, ac proinde regulari donationem hanc, dixerunt omnes, ad instar illius, quæ fit causa mortis; quemadmodum enim donatio causa mortis per donantis conualescentiam reuocatur, S. v. Instit. de donat. sic pariter illa, quæ fit à Religioso Religioni professione non sequuta, ita Abb. in cap. quod à te, num. 6. vers. ant professionem non fessit, ibiq. Innocent. Cardinal. & Canonistæ cõmuniter, extra de cleric. conu. Summistæ omnes in verb. Nouitius, & in verbo Religio, aliq. recentiores, ad nauseam relati per Barbof. tract. de potest. Episc. par. 3. alleg. 101. num. 37. & in Collect. ad Concil. Trid. cap. 16. sess. 25. de regul. num. 17. & 56. post Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. casu 436. n. 16. 26. & seq. vbi hanc conclusionem adeo veram fatetur, ut procedat adhuc professione sequuta, si professus validè de Religione, in qua professionem emisit ad aliam transfret, ex eadem nimirum ratione, cum bona per renunciationem dicantur Monasterio acquisita, sub illa conditione, nempe donec renunciāns in Religione illa permanserit, quod tamèn non est sine aliqua controuer-

fia,

fia, vt videre est apud *Conarr. in cap. I. à num. 20. de testament. & DD. citatos per Barbof. in Collect. ad decretal. in d. cap. quod à te, num. 4.*

5 Conclusionem hanc aliqui ex Patribus Societatis non impugnant; sed illam limitari contendunt in eorum Religione, in qua eò ipso, quòd ingressus biennio elapso tria vota simplicia, iuxta Religionis institutum emittit, fit verè Religiosus, nec amplius sub apostasie pœna, absquè Præpositi Generalis licentia è Societate exire valebit, id, quod etiam expressè disposuit Pontifex Sanctissimus *Gregorius XIII. in Constitutione exordiente Ascendente Domino*, promulgata in Vrbe 8. Kal. Iunij 1584, quò fit, vt absoluta dicatur donatio, de qua agimus, non autem conditionalis, & sic dependens à futura professione, ac proinde non teneri Societatem dimissis ex ea, donata reddere bona, sicq; in puncto scripserunt doctissimi, ac religiosissimi Patres *Molin. tom. 1. de iust. & iur. disput. 139. col. 3. vers. illi, & col. 4. vers. nouitij, Suar. de religion. tom. 4. lib. 3. cap. 14 num. 31. & Sanchez in præcept. decal. tom. 2. lib. 7. cap. 1. q. vltim. à num. 31. vsque ad 35.*

6 Sed pace tantorum Virorum, qui in hac re nullius autoritatis esse possunt, (ex quo dum erant de proposita quæstione tractaturi, certè contra propriam Religionem, illam determinare nõ poterant) adhuc insistendo in prima conclusione dico, limitationem ad conclusionem generalem supra positam omni prorsus carere fundamento, nam vt illa locum habere posset in renunciationibus, quæ modo prædicto ad Societatis fauorem factæ reperiuntur, necesse esset, vt super hoc peculiaris Religionis Constitutio à Sancta Sede Apostolica approbata ostenderetur, qua mediante prouisum esset, renunciatione, de qua agimus, statim atquè modo prædicto factam absolutam esse, nec aliter, vt ea diceretur perfecta, solemnibus professionis indigere actu, prout est de iure, quod cum nullibi in Constitutionibus Religionis legamus, remanet sine dubio in suo robore conclusio in principio posita, tantis fuleita rationibus, & sine contradicatore; non enim gloriosissimus Patriarcha Ignatius, qui verè semper exitit sanctæ paupertatis ardens amator, poterat simile inhumanam emanare cõstitutione, inhumanitas namq; & maxima esset, dimissum à Religione se bonis spoliatum videre, propter renunciationem, quam certè renuncians ob alium non peregit finem, nisi quia putabat,

in Religione illa mori; etenim dicere fas est, neminem ex Sãctis cæterarum Religionum Fundatoribus, qui bona in communi habere non verarunt, circa materiam bonorum cupiditatem concernentem se gessisse, prout se gessit Ignatius Sanctus, nam in omni Religione, quæ est capax bonorum in communi, vbi contingit, ingressum professionem emittere, nulla de bonis suis dispositione facta, certè bona illa omnia, Monasterio, siue Cõuentui, in quibus sequitur professio, acquisita dicuntur, sunt iura nimis clara in *Auth. ingressi*, et in *Auth. si qua mulier*, vbi *DD. communiter, C. de Sacros. Eccles.* Insupèr vbi professione sequuta aliquis professi cõsanguineus proximior è uiuis ab intestato decederet, similiter Religio ex persona professi in defuncti bonis succedit, probat omnes in *S. sed & hoc presenti, Auth. de Sanctiss. Episcop. & in cap. in presentia, de probat.* At vtrumquè particulari constitutione vetuit in sua Societate Diuus Ignatius; nõ enim bona professi Religionis fiunt, dum de illis antè professionem non disposuit; sed proximiorum cõsanguineorum, nec etiam vnquam succedit Societas hæc sanctissima ex persona professi, cõsanguineis illius ab intestato decedentibus; sed alij remotiores cõsanguinei; cõsidera autem in præsentiarum, si poterat Sanctus ille Fundator tantam apud se habere bonorum auiditatem, vt constituere sibi somniasset, bonorum renunciationem modo prædicto faciendam, absolutam cõferi, nec aliter teneri Religionem dimissis ex ea Patribus non professis bona renunciata restituere?

8 Illud autem, quod pro huius quæstionis resolutione colligit *P. Sãch. ex examine, cap. 4. S. 11. ad casum nostrum* est satis impertinens, *ibi* enim aliud non asseritur, nisi vt illis, qui in Societatem ingredi cupiunt, proponatur, mentem illorum Patrum, qui primum in hanc Societatem conuenerunt, fuisse, vt ingressuri antequam in Domo aliqua, vel Collegio recipiantur, bona, quæ habent temporalia distribuant primum in res debitas, & obligatorias, si quæ fuerint, secundo in pia, & sãcta opera, iuxta illud, *dispersit, & dedit pauperibus*, & aliud Domini nostri, *si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, qua habes, & da pauperibus, & sequere me*, istamq; fieri distributionem proponatur, vt ingressurus omnem à se submoueat fiduciã, bona distributa vilo tempore recuperandi: dixi huius *examinis* cõclusionem nil ad casum nostrum pertinere; siquidem id, quod

in hoc disponitur, aliud non continet, nisi merum consilium, quod venit dandum illis, qui in Religionem ingredi cupiunt, ut nimirum ante ingressum distribuant eorum bona inter pauperes, & submoueant a se ipsis omnem fiduciam eadem recuperandi, cum iuxta Domini nostri dictum, quis sic euadet perfectus, bona omnia vendendo, & pauperibus dandosque modo, quoniam pacto conclusio hæc applicari potest ad questionem nostram, in qua supponimus, donationem non aliter fuisse factam ante Religionis ingressum, & pauperibus, de quibus tantum loquitur *examen*; sed post emissionem etiam simplicium votorum, & Religioni, de qua verbum nullum in eodem *examen*; quodque sit merum consilium, & in practicabile, videmus, vilo quidem tempore fuisse seruatum, quis enim aliquando vidit, ingressurum in Societatem, non fuisse ad illam admissam, nisi prius bonis suis inter pauperes distributis, vel ad minus intra annum post ingressum, ut in eodem *examen* continetur, & certe nunquam, immo totum contrarium in dies practicatur, cum non solum distributio ista ante ingressum non fiat, nec intra annum post ingressum, nec præscriptum huius *examinis*; sed particulari constitutione prouisum, ut post emissionem trium votorum, quæ priuatis emittuntur biennio elapso post ingressum, adhuc qui ingressi sunt, eorum bonorum retineant dominium, nec illud modo aliquo amittant, nisi cum priuam faciunt solèmniter professi, quod expressè, tam in *Constitutionibus* Religionis, quam in præcitata *Bulla Ascendens Domino* dispositum habemus, sicque illis per *Ret.* decusum in vna *Caputaquensi*. sub *illis pensionis* 18. Aprilis 1616. coram bonæ memoriæ Martino de Andrea, quæ sit 78. penes Eundem; 80. 246. par. 2. in *positu* *Farinac.* in qua extitit singulariter determinatum, Partes Societatis Iesu post emissionem trium simplicium votorum, adhuc dici in probatione esse, & potius non modò ius & dominium bonorum suorum retinere, quousque solèmniter proficiantur, sed beneficia, & pensiones Ecclesiasticas, nec domum, & alios illis priuatis remanere, quam quidem decisionem in *inimè* *Ricciola tract. de iur. personar.* lib. 8. cap. 9. in *fo. & Barbof. in Collect. ad Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de regulari. v. 37.*

10. Insuper, nec ob stare dicimus illud, quod ex aduerso ponderatur, nimirum, hoc determinacionem, sive donationem, de qua agitur in Societate diuina solètam, non

autem a professione dependentem, cum facta asseratur post emissionem trium simplicium votorum, quo tempore ingressus in Societatem non dicitur amplius Nouitius; sed verè Religiosus, qui siq̃ Superioris licentia citrà apostasie pœnam à Religionem exire non potest; respondeo enim, motiuum satis esse substantiale, si pro iudicanda absoluta, & non conditionali donatione, quæ sit Religionem ab existente in illa, sat esset, ut donans sit simpliciter Religiosus; sed cum pro habenda donatione omni sui parte perfecta professionis actus omnino concurrere debeat, nil refert, quod donans, donationis tempore sit Religiosus, dum non est professus; pro enim, si ex Scribentibus in vniuerso iure, repetitur, nè aliquis, qui ausus fuerit affirmare, ut per donationem, de qua agimus, statim atque ea celebrata sit, dicatur ius perfecte quælitum Religionem, cui facta est, certe *Dolorem* id asserentem inuocantes nunquam, sed omnibus, tam in dicto *cap. quod à te*, quam alibi concorditer asserentibus, actum huius donationis in suspenso manere, ac totaliter dependere ab euentu future professionis; si igitur professio facit habere donationem pro perfecta, quæ antea stabat in suspenso, quod refert in casu nostro, quod fiat à Religioso, sed non professo; hinc in terminis casus maioris considerationis, *Frater Laurentius de Portel Franciscanus, tom. 1. de dub. regul. in verbo, bona in additio. fol. mihi 71.* inuestigandus, tenius nam sunt bona acquisita à Religioso propter culpas ab Ordine electo, vel illius, qui extra Religionem viuit, cum licentia tamen Superioris, & resoluendo, pertinere bona illa ad Cameram Apostolicam tanquam spolia Papæ, ex *Bulla Gregorij XIII.* quam citat *Azor. in lib. moral. tom. 2. lib. 8. cap. 4. quaest. 10.* subdit, hoc nullatenus practici posse cum Religiosis Societatis Iesu, qui ante solèmnem professionem dimisterentur cum votis, solum simplicibus, post biennium emittis, nam quamuis per illa vota simplicia, dicit *Dolore* iste, etiam non verè Religiosi, non tamen dicuntur professi solèmniter, de quibus solis prædicta *Constitutio* loqui videtur.

13. Vltimo, cessare proferre omne dubium affirmo, ex deotob. *Sherquanti Tridensini Concilij sess. 25. cap. 16. de Regul.* dum expressè in eo dicitur, renunciationem, de qua agimus, nunquam effectum summi sortiri posse, nisi renuncians ante professionem sequuta, ita ut si renuncians ante professionem à Religionem exierit, teneatur Religio omnia ei

restituere, quod ut rectè fiat, Episcopus etiã per cëluras Ecclesiasticas, si opus fuerit, cõpellat; hic respondent Patres Societatis, *Sacrum Tridentin. Concilium* expressè determinasse, ut sub hoc decreto eorum Religio non comprehendatur, sub illis verbis, *Per hæc tamen Sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, à Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & eius Ecclesia inservire possint, &c.* sed certè, illorum pace, decipiuntur satis;

14 quod ut fiat manifestissimum, dico breuiter, *Sacrum Concilium* in illo decreto quinque determinasse; primò, ut renúciatio per ingressos in Religionem faciendã, fiat cum consensu Episcopi intrã duos menses proximos antè professionem, secundò, ut talis renúciatio non aliàs suum intelligatur sortiri effectum, nisi professione sequuta; tertio, quòd completo nouitiatus tempore Superiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum, admittant, vel eiciant; quartò, quòd durante nouitiatus tempore nil ab ingressi parentibus, & propinquis, aut curatoribus, excepto victu, & vestitu, recipiatur; quinto, & ultimò, ut abeuntibus à Religione antè professionem omnia restituantur, quæ sua erant. Dico quòd, cum *Tridentina* hæc *sanctio* expressè decreuerit, quòd per suprã iam determinata non intendebat aliquid innovare respectu instituti Religionis Societatis Iesu, à Sancta Sede Apostolica approbati, de necessitate hanc præseruationem intelligendam esse, dico, ut ea procedat in iis dumtaxat, in quibus adest institutum, à Sancta Sede Apostolica approbatum; In reliquis verò; ubi de instituto non constat, asseuerandum est, voluisse *Concilium*, eius dispositionem omninò seruari; quare cum Religionis institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum veretur tantum circa tempus professionis, & renunciationis, ac bonorum retentionis, post præmissa prædicta tria simplicia vota, in illis tantum dicendum omninò est,

15 firmam remanere præseruationem; quamuis enim per *Sacrum Trident. Concil.* expressè disponatur, renunciationem fieri debere intrã duos menses proximos antè professionem, quia Religionis Societatis Iesu instituto cauetur, ut fiat quancumq; Superioribus placuerit, & sic multis mensibus, aut annis antè professionem, sub hoc decreto dicendum est, Religionem illam non comprehendì, ut obseruat *Rodriq. qq. regul. to. 2. q. 47. art. 16.* Item disponit *Triden-*

tinum Cõcilium, ut completo nouitiatus tempore Superiores, ad quos spectat statim ingressos ad professionem admittant; si habiles inuenti fuerint, sin autem, dimittant, sub hoc decreto nec etiam comprehendì dicimus Societate, ex quo iuxta eius pium institutum, à Sancta Sede Apostolica approbatum, finito nouitiatus tempore nullatenus ingressi ad professionem admittantur; sed tantum ad tria vota simplicia, quorum vigore non possunt absq; licentia à Societate discedere, quàmuis benè ab eorù Superioribus eiici; ad professionem autè sollempnem tunc admittuntur, quando Superioribus videbitur, esse illos admittendos, quod propriè contingit; cum Sancta hæc Religio sit plenariè de Religiosi moribus, & doctrina satisfacta; circa verò reliqua in decreto prædicto determinata, & signatè, ut renúciatio non aliàs intelligatur solum sortiri effectum, nisi professione sequuta, cum de contrario Religionis instituto, à Sancta Sede Apostolica approbato non constat, quo mediante dispositum esset, ut renúciatio, siuè bonorum donatio, quæ fit ab ingressis in Societatem, statim atq; facta illa sit, dicatur perfecta, nec aliter, ut donatio acquiratur, requiri, ut sequatur donantis professio, non est, cur dici possit, ab hac determinatione ceteri præseruatam Societatis Religionem, sed omninò asserendum, sub illa eam includi; quòd loq; hoc verum sit, indubitatum, & absolutum videmus sic passim, & in dies seruari; sæper enim, quòd Patres non professi, cum Præpositi generalis licentia à Societate exeunt, Religio hæc

16 Sanctissima, verò Christianæ Religionis ornamentum omnia illis restituit, quæ per ipsos ab eisdem donationis titulo obtinuerat, & ægenis abeuntibus alimenta subministrat, sicq; in terminis terminantibus testatur *Mar. Cotel.* omninò videndus in *tract. de donatio. tom. 1. tract. 2. dist. curs. 2. part. cul. 4. num. 23.* cum seq. ver. *secundus est casus*, ubi dicit, amplius in hac controuersia infirmum non esse, ex quo sic usus obtinuit, ut exeuntes à Religione, tam à posse Collegiorum, quàm extraneorum auocent bona omnia, quæ illis; post emissa tria vota simplicia donauerant. Immo, ut accipi ab vno ex Senioribus Patribus Domus professionis huius Ciuitatis, non solum hoc est in non professis seruatum; sed etiam in sollempnè professis, qui cum Superioris consensu à Societate ad aliam Religionem transitum faciunt, & signatè id seruatum in personam cuiusdã P. Andree de Amato Neapolitani,

litani, qui existens in Societate professus, cum licentia Præpositi Generalis tranfuit ad Religionem Canonicorum Regularium Sanctissimi Saluatoris, in qua demum existens, obtinuit, vt Societas eidem restitueret certam pecuniarum quantitatem, Societati donatam, postquam extiterat ibi admissus ad tria vota simplicia; sicq; his stantibus propositę quæstioni plenarię satisfactum esse credo, quicquid in contrarium scripserit *Fræncisc. Salernus Siculus in conf. 45.*

Scribebam hæc in casu, vbi minor, immo nulla prorsus considerabatur difficultas; tractabatur enim, non de recuperanda à Societate re illi donata, & iam quæsitæ; sed Societas erat illa, quæ mortuo donante, egresso iam à Religione antequam sollempniter profiteretur, prætendebat, sibi decerni summam, & quantitatem ad octo mille ascendentem, quam post emissã tria vota donauerat ingressus, consequendam post sui patris mortem, nõ obstante, quod nec postquam cessisset dies, in qua poterat summa donata peti, nec vnquam in vita ipsius donantis Religio aliquid petisset; prætensio quidem vana, & sine exemplo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Renunciatio quæ à Nouitijs fieri solet infra annum probationis, quas requirit solemnitates, assente dispositione Sacr. Trid. Concil. sess. 25. c. 16. de regul. & num. 4. 25.
- 2 Dispositio Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de regul. an procedat in testamentis, & alijs vltimis voluntatibus, & an vbi renunciatio fuit facta ante habitus susceptionem, & num. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 28. 31. & 36.
- 3 Testamentum ante Religionis ingressum conditum arripatur per sequentem professionem.
- 5 Renunciatio facta à Nouitijs intra duos menses proximos, quibus professio fieri debet an valeat, si professio demum dilatata fuit ultra duos menses.
- 7 Casus decisionis Rotæ refertur, & num. 8. 9. 27. & 44.
- 18 Donatio an, & quando reuocari possit, & num. 24. 29. 30. 33. 39. & 46. præcipue si impedit liberam testandi facultatem, num. 19. et 37. et quid si aliquid est reseruatum ad testandum, num. 23. et 41.
- 20 Pactum de non reuocendo donationem an subsistat, & num. 21. 34. et 35.
- 22 Donatio omnium bonorum præsentium, et futurorum an subsistat quoad præsentia, et num. 42. et 45.

- 26 Successio Monachorum ad Monasterium spectat, salua legitima descendantibus, et ascendentibus, et num. 32.
- 38 Donatio facta ab ingresso in Religionem reuocatur, professione non sequuta.
- 40 Conditio professionis emittenda an sit merè potestativa.
- 43 Fructus futuri non veniunt in donatione sub aliqua conditione facta.
- 44 Donatio prima perfecta non reuocatur per secundam, et num. 47.
- 48 Iacob. Menoch. conf. 388. refellitur.

A R G V M E N T V M.

Agitur de renunciationibus, quæ fiunt à Nouitijs intra annum probationibus, & si gnantèr resoluitur, an dispositio *Sacr. Trid. Concil. sess. 25. cap. 16. de regular.* procedat, quando renunciatio est facta intra duos menses professioni proximos, sed professio ad maius tempus duorum mensium dilatata fuit. Item an eadē dispositio procedat, quando renunciatio est facta antè Religionis ingressum, & an locum habeat in testamentis, cæterisq; vltimis voluntatibus. Testamentum an rumpatur per Religionis ingressum, siuè per sequentem professionem, & de alijs notabilibus, vbi nouissimæ decisiones *Sacræ Rotæ Romanæ.*



C A P. CXCVI.



Enunciatio, quæ à Nouitiis, siuè maribus, siuè feminis in probationis anno fieri solet, expressè *Sacrum Tridentinum Concilium* disposuit *sess. 25. cap. 16. de regular. vt nullius sit momenti, nisi cum licentia loci Ordinarii, vel eius Vicarii intrâ duos menses proximos antè professionem fiat, nec aliter effectum suum sortiri intelligatur, nisi professione sequuta, verba facit Sancta Synodus de renunciatione, siuè quacunque obligatione, etiam cum iuramento facta, & sic de contractu inferri suos; sicq; intelligas, vt non procedat dispositio hæc in testamento, codicillis, & donationibus causa mortis, ita vt si Nouitius, vel Nouitja vitrà duos menses proximos antè professionem testamentum condiderit, validè illud conditum censendum erit, nec aliter fieri locum dispositioni huius Tridentinae Sanctionis, ita *Navar. comment. 2. de Regular. num. 51. vers. nuper quæsitum fuit, & conf. 83. num. 2. et 3. eod. tit. de Regular. Aluar. Valasc. in prax. partition. c. 16. à num. 13. Gutierr. canon. quæst. lib. 2. c. 1. num. 26. Zauall. commun. contra commun. lib. 1. quæst. 63. à num. 7. vbi num. seq. improbat Spin. contrarium tenentem, in spec. testam. glos. 12. de legato relicto Monacho, nu. 50. Gasp. Thess. quæst. forens. lib. 2. q. 56. num. 3. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 2. q. 14. & alii innumeri relati à Barbof. in collect. ad Conc. Trid. d. c. 16. num. 14. quibus addo Ego Rot. in vna Bononiens. honorum sub die Lunæ 10. Junij 1624. coràm Illustrissimo Pirquano, quæ est 556. num. 8. tom. 3. par. 4. recentiorum, sub illis verbis. Quò verò ad particularem, et specialem sollempnitatem Nouitijs inditam, quicquid sit in respicientibus renunciations, et obligationes, vt seruandum sit decretum Concilij Tridentini, sess. 25. de Regular. c. 16. in vltimis tamen voluntatibus non legitur similis determinatio, nequè ex vi comprehensiuæ, aut extensiuæ faciendæ est consequentia, quia militat diuersa ratio propter facultatem renocandi disposita per actum vltima voluntatis. *Navar. comment. 2. de Regul. num. 51. Gutierr. canon. quæst. lib. 2. c. 1. num. 31. vers. his tamen non obstantibus, Menoch. de arbitr. casu 436. nu. 8. et ipsa Congregatio Cardinalium Interpretum idem declarauit in vna Burgi Sancti Sepulchri, siuè Florentina, quæ data fuit. Hæc Rota.***

Idemquè, & maiori cum ratione dicen-

dum, vbi testamentum antè Religionis ingressum conditum esset, licet non modica sit quæstio, an vbi sic factum fuerit, ingressu, & professione demùm sequuta, ruptum censetur, placuit tamèn mihi semper illorum sententia, quæ se habet, vt firmum remaneat, si testator de proximo futuro ingressu, siuè Monachismo meminert, secus verò si de Religione non præcogitauit, eo enim casu professione sequuta testamentum ruptum cõcretur, ac posthumi agnatione, ita dixerunt *Barb. Ias. & alii in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccl. Vinc. de Franch. decis. 423 Pasq. controuers. illustr. lib. 3. c. 102. num. 2. qui remittit se ad Couarr. c. 2. num. 4. de testam. optimè Paschal. de vir. patr. post. p. 1. c. 3. num. 93. Borrel. tom. 3. sum. decis. tit. de testam. num. 128. & alii, ad quæstionem autem in genere, qui eam tractarunt, videndi sunt *Matiencz. in l. 1. glos. 3. nu. 4. tit. 4. lib. 5. noue recopil. Menchac. de success. creat. lib. 2. §. 20. num. 29. et de success. progress. lib. 1. §. 1. num. 5. 2. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 28. Gutierr. in cap. quæstus pactum, in verbo dum nuptui tradebatur, num. 4. et canon. quæst. lib. 2. cap. 1. Molin. de iust. et iur. tract. 2. disp. 199. et 604. num. 3. Spin. de testam. in glos. rubr. par. 6. num. 3. Molin. lib. 2. de primogen. c. 9. à nu. 38. Zauall. commun. contra commun. q. 61. et 211. Costa in cap. si pater, in verb. testatorem, nu. 8. et 10. Ant. Gamm. decis. Lusit. 316. nu. 5. & 6. & decis. 375. num. 5. Caldas in l. si curatorem, in verb. sine curatore, num. 59. C. de in integr. restit. et de nominat. emphyt. quæst. 6. num. 5. et de potest. eligend. c. 3. num. 13. Aluar. Valasc. de partition. c. 16. num. 14. Tap. in authent. ingressi, in verb. idemq; nec de his, à num. 74. C. de sacros. Eccl. Crass. in §. testamentum, quæst. 34. nu. 2. Fachin. controuers. iur. lib. 6. c. 14. et 15. Cened. ad decret. collect. 50. nu. 3. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 8. Castill. de vsofr. c. 65. num. 6. et lib. 3. c. 12. num. 30. et alii.**

Vtteriùs disposuit Sancta Synodus, vt renunciatio fiat intrâ duos menses proximos professioni, vnde si fieret vitrà hoc tẽpus, quia videtur illud pro forma adiectæ, nulla dicitur renunciatio, quoties enim forma à iure, vel statuto adiecta non seruatur, dicendum est, nequè ius, nequè statutum seruari, ac proinde actus, qui geritur, est ipso iure nullus, l. obseruare, §. post hæc, ff. de offic. proconsul. cap. cum dilecta, antè faciem, vbi glos. & Felin. num. 6. de rescriptis, faciunt decisa per D. de Franch. decis. 257. et in puncto per plura media probauit *Novar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 28. contrariis, quæ adduci possunt respondens, idemq; Rota in vna Ro-*

mana donationis hic imprimenda num. 7. vbi nulla fuit habita ratio de donatione facta à Nouitio per tresdecim dies antè duos menses proximos professioni, quamuis aliter videatur tenere P. Sanchez, quando modicum est tempus *lib. 7. in præcept. decal. c. 5. num. 81. tom. 2.* de quo meminit Barbof. *de potest. Episo. alleg. 99. nu. 11.* sed quicquid sit de hoc, illud certum, et indubitatum est, data renunciatione intrà duos menses professioni proximos, illam semper validam remanere, quamuis statim post tempus illud duorum mensium professio emanata non sit, quia ex aliqua causa fuit dilatata, idq; ex declaratione Sacre Congregationis super eodem c. 16. cuius verba sunt hæc. *Renunciatio à Nouitijs faciendâ intrà duos menses ultimos, antequàm professio emittatur, fieri debet. hæc verba verificantur, etiam si ultra plures menses anni probationis professio fuerit prorogata, neq; enim renunciatio facta cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij intrà duos menses proximos tempore, quo professio emitti legitime potuisset, censetur inualida, ex eo, quòd actualis professio per aliquos menses dilatata fuit.*

6 Sed non semel dabitari contigit, an quæ Sancta Synodus in citato cap. 16. disposuit, procedant, vbi renunciatio fuerit facta antè habitus susceptionem, contemplatione tamen Religionis ingressus, hæc quæstio est factis inter DD. controuersa, adeò, quòd contrariè prodierunt Sacre Congregationis determinationes, sed præualuit negatiua sententia, cui nouissimè, *Doctores pro vtraq; parte relatis, semel, atq; iterùm adhæsit Rot. in vna Romana donationis, sub diebus 1. Februarij, et 17. Decembris. 1640. coràm Illustrissimo Domino Rojas, quarum quidè decisionum tenor, alia plura continens notabilia est sequens, adhuc alibi non impressus.*

Mercurij 1. Februarij 1640.

7 Camillus Latinus, dum erat ætatis 15. annorum, cum narratiua, quòd volebat ingredi Religionem, donauit Virginie matri omnia bona sua præsentia, & futura, iura, & actiones, reseruat sibi scutis 25. annuis vita sua durante, per dictam Virginiam, suosq; hæredes soluedis post emissam professionem, cum protestatione, quòd donatio, & renunciatio nullo modo valeat, nec solum sortiatur effectum, nisi emissa, & sequuta professione, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Vltèrius se obligauit, dictam

donationem non reuocare, etiam ex causa ingratitude, &c.

8 Successiue Camillus ingressus fuit Religionem Cælestinorum, & in præsentì vocatur D. Virginius, emisitq; professionem in dicta Religione, sed prius reuocauit dictam donationem, præcedente absolute à iuramento præstito in dicta donatione facta ad fauorem matris, aliamq; fecit donationem ad fauorem Monasterij, discussa causâ coràm A. C. super validitate dd. donationum fuit ab eo pronunciatum pro prima donatione ad fauorem matris, causa in gradu appellationis ad Romam deuoluta, & commissa Reuerèdiss. Vrgellen. in cuius locum subrogatus proposui pluriès dubium, an sententia A. C. esset confirmanda, nec nè, & hodiè tandem esse confirmandam censuerunt Domini.

9 Pro cuius resolutione Domini voluerunt plures videre inspectiones. Prima, an dicta donatio facta matri sit irrita, ex quo non fuit seruata forma Concilij Tridentini *sess. 25. c. 16. de Regul.* secunda, quatenus non, an in hac facti specie potuerit reuocari. Tertia, an validè fuerit reuocata. Quarta, quatenus sic, an donatio facta Monasterio sustineatur. Quinta, quatenus non, an nihilominus bona prædicta spectent de iure communi ad Monasterium.

10 Deueniendo igitur ad primam inspectionem, DD. non discrepant, quòd donatio facta antè ingressum, non facta mentione ingressus, sustineatur etiam non seruata forma Concilij *Trid. sess. 25. c. 16. de Regul.* vt tradunt *Mandos. conf. 22. num. 8. late Cauall. præf. concl. comm. contra comm. q. 806. nu. 14.* qui dicit, quòd hoc habuit in practica, & ita per ipsum obseruatum fuisse tanquam Arbitrum, & sic etiam fuisse iudicatum, & pro absoluto tenet Sanchez *in summ. lib. 7. c. 1. num. 2. Hætor Capychus Læro decis. Neapol. 31. num. 2.*

11 Sed controuersia fuit inter DD. an dispositio facta antè ingressum Religionis, facta tamen mentione ingressus, eiusq; intuitu subiaceat dispositioni dicti *Conc. Trid.* & affirmatiuam sententiam tenuerunt *Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 41. num. 39. Nauarr. conf. 81. & 82. de Regul. lib. 3. Flamin. Paris. de resignat. lib. 3. q. 13. num. 9.* qui refert, per Sacram Congregationem ita fuisse declaratum, *Rojas in epitom. success. c. 7. num. 30. Spin. in specul. testam. glos. 12. princ. num. 50. Menoch. conf. 388. num. 7. Emman. Sd in summ. in ver. Religio, Lælius Zecchius de republ. Eccl. sic. de Regul. c. 3. num. 10. Azor. instit. moral.*

tom. 1. lib. 13. c. 9. ver. *secundò queritur, circa fin.* qui dicit, quòd quotiescunq; est facta renuntiatio, siue donatio intuitu ingressus Religionis, eam esse factam in fraudem, & non valere, dixerunt Lopez de contract. lib. 2. c. 39. not. 5. Paulus Fuscus de visit. lib. 2. c. 18. num. 37. Mari. Ans. Macerat. var. resol. lib. 1. resol. ult. cap. 62. Miranda in manual. Pralat. q. 23. ar. 2. & 3. Molin. de iust. & iure, disp. 139. tract. 2. vers. *ambiget rursus*, num. 14. & disp. 149. num. 4. vers. *quod ad Ecclesiam*, Cancr. var. resol. lib. 2. c. 8. num. 81. Guier. in c. quamuis pactum, §. dùm nupti tradebatur, in fin. de pact. in 6. Cauall. comm. contra comm. q. 121. num. 4. Layman. tract. 5. c. 6. de ultim. volunt. c. 7. & dixit Rot. in causa Rom. de Mongellinis 14. Ianuarij 1636. coràm R. P. D. meo Carillo, quæ habetur apud Tambur. de iur. Abbatiss. decis. 8. est etiam Declaratio Concilij per hæc verba: Si donatio, aut renuntiatio facta fuerit intuitu Religionis ingredienda, semper tanquam facta in fraudem huius canonis videtur subesse illius dispositioni, vt refert in Declarationibus ad dictam sess. 25 c. 16. de Regul. Marsilla.

12 Supradicta sententia firmatur duplici fundamento. Primò, quia aliter dicendo, redderetur elusoria dispositio Concilij, semper enim procuraretur donatio, vel renuntiatio antè ingressum, consequenter fieret in fraudem dicti Concilij, quæ fraus irritat dictam donationem. Secundò, quia licet Concilium loquatur de ingressis in Monasterium, attamen lex etiam exorbitans, & pœnalis extenditur ad alium casum, ad quem si non extenderetur, redderetur frustratoria eius dispositio, ita Nauarr. d. conf. 81. & 82.

13 Contrariam tamen sententiam, quòd dispositio dicti Concil. Trid. non habeat locum, quando donatio, vel renuntiatio fit antè ingressum intuitu ingressus, reuocando antiquas Declarationes. tenet Sac. Eminentiss. Congrèg. Concil. vt refertur, eamq; loquuntur infra scripti DD. Quarant. in sum. Bullar. in ver. dubium, pag. 370. Passarell. de priuileg. minor. c. 37. qui refert, quòd pro hac opinione fuit iudicatum, Gratian. decis. March. 37. per tot. vbi hanc opinionem ex multis comprobatur, Add. ad Nauarr. d. conf. 81. & 82. in fin. Bened. Aegid. in repet. l. 1. §. 4. nu. 22. in fin. C. de sacrosanct. Eccl. §. Augusti. Barbof. in remis. DD. ad Concil. Trid. d. sess. 25 c. 16. de Regul. & de potestat. Episc. alleg. 99. num. 1. & per tot. Riccius collect. 454. & decis. 295. par. 2. num. 10. Borgnin. decis. 11. num. 113. part. 3. Vega in sum. tom. 1. c. 91. casu 4. & tom. 2.

c. 50. casu 3. Consect. in priuileg. mendic. in notab. positis post Bullas Apostolicas, tit. 13. c. 12. in fin. & cap. 13. Costa de remed. subsid. remed. 85. in fin. Menoch. sibi contrarius de arbit. iudic. c. 436. nu. 4. & in addit. ad lib. 2. c. 430. num. 3. vbi miratur de Nauarr. & Molin. qui contrarium tenuerunt, Garza de benef. p. 11. c. 9. num. 15. Pater Diana resol. moral. tom. 3. tract. 2. de dubijs Regul. cap. 55. vbi quòd hæc opinio verior sibi videtur, & refert de verbo ad verbum Declarationem Concilij, Vgolin. de potestat. Episc. c. 20. §. 7. num. 3. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 35. differ. 17. num. 4. Armendar. in addit. ad recompile. l. Nauarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. num. 20. & 23. Galleg. in margar. cas. conscient. in ver. Religiosus, pag. 216. col. 1. ver. Nouitius, Marta de success. legal. par. 3. q. 13. art. 1. sub nu. 23. Mandos. conf. 22. num. 8. Zanard. in direct. Theol. par. 2. c. 17. vers. primò si facta, Thesaur. qq. for. lib. 2. q. 76. num. 8. Megal. lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 27. nu. 24. Cancell. de donat. contempt. matrim. tract. 1. discurs. 2. par. 3. nu. 153. Nald. tit. Religiosus nu. 1. Fr. Barbofom. de Vecchis Capucc. in prax. obseru. in admitt. nouit. disp. 8. dub. 8. nu. 4. Franc. Molin. de rit. nupt. q. 99. lib. 3. num. 4. Campan. in diuers. iur. canon. rub. 12. c. 3. num. 17. Barbofom. de S. Faust. in thesaur. relig. lib. 5. q. 83. qui DD. cumulat, Sorb. in addit. ad compend. mendic. ver. Nouitius, & vers. sed hic fuit aliqua aduertenda, Rodr. qq. Regul. tom. 2. q. 47. art. 8. vbi quòd pro hac opinione fuit iudicatum, & refert, quòd pro ea consuluerant quamplures ipsi nominati, Cened. q. 6. nu. 8. vbi de veriori, Negusant. iur. conf. 10. num. 49. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 99. num. 29. vers. his non obstantibus, & num. 39. et 40. Cauagool. consult. 17. num. 2. lib. 1. qui refert, in praxi receptam esse istam sententiam, Sanct. in sum. tom. 2. lib. 7. c. 5. num. 4. Aldana in compend. can. resol. lib. 2. tit. 8. num. 5. Heber. Cypcius Latro decis. 31. nu. 7. vbi quòd hæc opinio frequentiori DD. calculo est approbata, decisionibus Supremorum Tribunalium, roborata, & declarationibus Eminentissimorum Cardinalium sic Sacre Concil. est interpretatum, Rota in Farentina donationis 3. Februarij 1507. corà Sacrato, & in Parmensi transactionis coràm Duran. decis. 121. num. 37. in impress. in Perusin. hereditatis 10. Decembris 1628. corà bonæ memoriæ Card. Virili.

14 Cuius opinionis ratio præcipua est, quia dictum Concil. est correctorium iuris communis, & proinde non potest intelligi, nisi in casu, de quo loquitur, qui est, quando ingressus Monasterium vult renuntiationem, seu donationem facere.

15. Neque obstat videntur in contrarium adducta, ex quo dispositio *Concilij* reddetur elusoria, & q̄ lex etiam exorbitas deberet extendi, q̄ frustraretur illius dispositio.
16. Quia cum *Concilium* voluerit disponere tantum post ingressum, dando formam renunciationibus, vel donationibus faciendis post ingressum, & nihil dixerit de donationibus factis antè, propterea non debet talis dispositio extendi ad casum non expressum, quia redderetur frustratoria, cum illa procedat in proprijs terminis, in quibus loquitur, ex suprà citatis *DD.* & advertebant *Domini*, *textum* prædictum *Concilij* *Trid. sess. 25. cap. 16.* reperiri positum in *tit. de Regul. propterèa* non esse aptum comprehendere meros seculares, quales sunt, qui habitum non dum susceperunt, qui inter novitios adhuc non sunt adscripti, ita *Sanch. in sum. tom. 2. lib. 7. c. 5. num. 4.* nec esse curandum de illis *DD.* tenentibus, quod talis donatio, vel renunciatio facta antè ingressum non sit valida, non servata forma *Concilij*, cum eorum dictum reprobetur ex eo, quod *Concilium* in tali dispositione exorbitaret à iure communi, propterea non esse extendendum ad casum non expressum.
17. Supradictis stantibus *Domini* hodiè resolverunt pro hac secunda opinione, uti magis æqua, & quæ minus aberrat à iure communi, & quamvis pro prima sententia adsint ultra viginti *DD.* qui expressè eam sequuntur, ac etiam *Rota* decisio in *Romana de Mongellinis*, tamen quia pro hac secunda adsunt duo, & quadraginta *DD.* & tres *Rotæ* decisiones, omnes validissimis fundamentis munitæ, tuentes hanc sententiam, magis æquitati adhzrentem, & declarationes recentiores *Sacr. Congreg. Eminentissimorum Cardinalium Concilij Interpretum*, ut suprà dixi, & referunt dicti *DD.* ac *Rotæ* decisiones, idè ab hac secunda opinione in iudicando non est recedendum, & sufficeret solum, quod sic hodiè teneat d. *Sacr. Congreg. Concilij*, cum agatur de facienda illius interpretatione, *Duran. decis. 37. num. 3.*
18. Devenièdo igitur ad secundam inspectionem, scilicet an in hac facti spècie prima donatio facta matri potuerit reuocari, *Domini* tenuerunt ex duobus fundamentis, dictam primam donationem potuisse reuocari: Primum deducitur ex eo, quod nos versamur in donatione proueniente matri ex mero titulo lucratiuo, & facta cù clausula, *quatenus donans professionem emittat, & non alias*, quo casu ista conditio suspensiva non est casualis, vel mixta, sed mte-

- rè potestativa, & quæ propterea bene potuit *D. Virgilius* recedere, prout ab ea recessit, ita *Menoch. conf. 388. nu. 34. 35. & 40. Molfes. conf. 1. num. 31. & 32. Buratt. in puncto decis. 581. num. 12. & 13.* & fuit dictum in *Romana de Mazzatosiis 22. Iunij 1626.* coram *Reuerendiss. D. meo Decano.*
19. Secundum fundamentum deductum fuit ex eo, quod prima donatio facta matri non fuit valida, uti donatio omnium bonorum, iurium, & actionum presentium, & futurorum, quamvis adfuerit iuramentum, cum sibi non reseruauerit aliquam portionem pro facultate testandi, propterea non tenet, ut post *Bart. in l. fin. num. 12. C. de pact. tenent Guid. Pap. conf. 214. nu. 5. Crauett. conf. 139. num. 8.* & hanc esse communem opinionem testatur *Iulius Clarus in §. donatio, q. 20. num. 1. Bald. in d. l. fin. num. 19. vers. communis opinio, C. de pact. Abb. conf. 48. num. 1. vers. sed his, lib. 1. Rom. cõs. 171. in princ. Reg. Rout. conf. 171. in princ. Aldobrand. conf. 23. num. 2. lib. 2. Seraphin. decis. 1219. num. 6.* quæ conclusio locum habet, etiam si fuerit sequuta donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, quia nihilominus nec sustinetur quoad bona presentia tantum, nec quoad bona futura tantum, iuxta communem opinionem, de qua *Clarus loc. cit. num. 2. Guid. Pap. d. conf. 214. post n. 5. Duffas in reg. 219. in 5. ampliatione.*
20. Nec obstat pactum appositum in prima donatione ad fauorem matris, de ea non reuocanda cum iuramento, tum quia à iuramento fuit absolutus antea, & pactum huiusmodi tanquam positum in clausulis exequatiuis non alterat qualitatem contractus, nec obligat ultra eius naturam, prout in terminis donationis dixerunt *Michael Crassus in §. donatio causa mortis, q. 1. num. 6. Menoch. presumpt. 35. num. 28. lib. 3. Mantis. de iact. lib. 1. tit. 13. num. 7. Addens ad Buratt. decis. 581. num. 18. vers. hac tamen.* Tum etiam, quia illud, prout assertio irrevocabilitatis intelligendum venit, eueniente ipsa conditione, hoc est post sequutam professionem, *Menoch. conf. 388. num. 43.* Tum denique, quia pactum loquitur de ea non reuocanda ex capite ingratitudinis, &c. & consequenter ex causis, quibus regulariter donatio pura reuocatur, non tamen comprehendit reuocationem prouenientem ex natura contractus, prout erat dicta donatio facta matri, iuxta notata per *Add. ad Buratt. decis. 442. num. 6.* & dixit *Rot. in Rom. de Mazzatosiis 7. Maij 1618.* coram bonæ memoriæ *Card. Verospio.*

- 21 Nec pariter obstat, quòd in d. prima donatione D. Virginius matri promiserit donationem habere ratam, gratam, & non contrafacere, &c. Quia cum ex supradictis reuocatio veniat ex natura dictæ donationis, donans reuocando non dicitur contravenisse, ex *Bald. in l. cum qui, num. 2. ff. de condit. caus. dat. Angel. cons. 254. num. 5. Gabriel. qui testatur de communi cons. 96. num. 6. lib. 2. Rot. d. decis. 581. num. 6. coram Buratt.*
- 22 Nec aliquid facit, quòd *Fontanel. de pact. nupt. par. 1. claus. 4. glos. 21. num. 68. cum seqq. teneat*, quòd donatio omnium bonorum presentium, & futurorum sustineatur, quādo adest iuramentum quòd bona presentia: tamen, pace illius, loquitur cōtrā communem, vt dicit *Clar. in d. S. donatio, q. 20. num. 2.* qui allegat concordantes, quæ opinio in iudicando est tuenda.
- 23 Minus facit, quòd D. Virginius reseruauerit sibi vita sua durante annua scuta 25. quia ex quo in dicta reservatione conuentum fuit, quòd d. scuta 25. donatori præstarentur tantummodò post emissam professionem, quo tēpore nemo est, qui dubitat, quin de illis nō posset testando disponere, iuxta *text. in can. quia ingredientibus 15. q. 3. auth. ingressi, vbi Bald. num. 3. & 4. Las. num. 7. Dec. num. 10. C. de sacros. Eccles. Crass. in d. testamentum, q. 39. num. 1. & 2. Couarr. in cap. 2. num. 3. in fin. vers. secunda autem obiectio, de testam. Rot. decis. 76. num. 1. & decis. 87. nu. 1. part. 2. recent.* propterea dicta reservatio scutorum 25. nihil operatur, cum fuerint ea promissa post emissam professionem, & sic tempore, quo non poterat disponere, vt autem donatio suffragaretur, erat opus, quòd valuisset de illis scur. 25. testari, & in eis hæredem instituere, itā *Bald. in d. l. fin. num. 19. vers. alioquin diceremus, & vers. quia licet, C. de pact. & Instit. ad l. salciidā, in princ.*
- 24 Quòd verò ad tertiam inspectionem, an donatio facta matri fuerit validè reuocata, affirmatiuè responsum fuit, ex quo præcessit absolutio à iuramento, quæ operatur ad effectum agēdi, & dicēdi de nullitate. Vterius obtinuit, sibi dari curatorem, & postmodum de consensu Vicarij Episcopi, & dicti curatoris donationem prædictam reuocauit.
- 25 Deueniendo igitur ad quartam inspectionem, scilicet an donatio facta Monasterio sustineatur. Domini, non sustineri respondebant, quia donatio fuit facta Monasterio 13. Martij 1626. & postea dictus D. Virginius, qui fecit donationem, emisit professionem 26. Maij eiusdem anni, & sic
- per 13. dies ante duos menses, & propterea esse contra formā præscriptam à *Conc. in d. sess. 25. c. 16. de Regul. quæ annullat cessiones, & donationes factas ab illo, qui ingressus fuit Religionem, & professionem emisit ante duos menses à die factæ donationis, cum d. Concil. videatur statuere certum determinatum tempus, Sanch. in præcept. decal. tom. 2. lib. 7. c. 5. nu. 82. Fr. Barthol. de Ecclis in prax. admitt. nouit. disp. 8. dub. 9. num. 5. Aug. Barbof. de offic. & potest. Episc. alleg. 99. num. 11. cum in Conc. adfit decretum irritans, quo non seruato actus corrui, Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. de rescript. Gutierrez. lib. 3. pract. q. 15. num. 3. Menoch. de arbitr. q. 30. num. 5. Cened. pract. q. 6. num. 4.*
- 26 Tandem, & vltimò, quantum attinet ad quintam inspectionem, an alia via sit succurrendum Monasterio, dictum fuit, quòd sic. Ex quo de iure communi successio Monachorum non disponētium de bonis suis, salua legitima debita ascendētibz, & descendētibz spectat ad Monasterium, per *text. in authent. ingressi, C. de sacros. Eccles. can. quia ingredientibus 19. q. 3. authent. si qua mulier, s. nūc autem, C. de sanctis. Episc. Innoc. in cap. in presentia, num. 4. vbi Io. Andr. num. 13. 16. 20. & 22. Bald. num. 4. Abb. num. 2. do probat. Nauarr. de Regular. comm. 2. num. 55. Sanch. in summ. lib. 7. c. 12. num. 4. Molin. de iust. & iur. disp. 140. lib. 2. vers. à regula, nu. 6.* et qui est, qui dubitet, quòd statim atque D. Virginius professionem emisit, dicatur mortuus, itā et talitèr, quòd statim bona peruenerint ad Monasterium, vt eius hæredem.
- Quibus stantibus benè Domini hodiè censuerunt, sententiam A. C. contrarium firmantem, approbando primam donationem factam ad fauorem matris esse vt iniustam reuocandam.
- Et itā resolutum, etc.
- Luna 17. Decembris 1640.
- 27 Cum Camillus Latinus intenderet ingredi Religionem, donauit omnia sua bona presentia, & futura Virginiz Petitz matri, cum solemnitatibus statutarijs, sibi reseruatis scur. 25. vita sua durante; successiue supradictas Camillus ingressus fuit Religionem Cælestinorū, & ante emissam professionem donationem factam ad fauorem matris reuocauit, aliamq; fecit ad fauorem Monasterij; ventilata causa coram A. C. super validitate prædictarum donationum, fuit pronunciatum pro prima

donatione ad fauorem matris, Causa in gradu appellationis ad Romam deuoluta, & proposito pluries dubio, an sententia A. C. esset confirmanda, vel infirmanda. Tandem sub die prima Februarij præteriti fuit coram me resolutum, sententiam A. C. esse infirmandam.

8 In extensione decisionis fuerunt examinatae quinque inspectiones. Prima, an donatio facta matri esset irrita, ex quo non fuit seruata forma Concilij Tridentini, sess. 25. cap. 16. de regular. & non esse irritam firmatum fuit, quamuis in d. donatione facta fuerit mentio ingressus, iuxta modernas declarationes Emin. Interpretum Sacr. Cõcilij: pro hac sententia adsunt duo ultra quadraginta DD. & tres Rot. decis. prout latius in dicta decis. deductum fuit.

9 Altera, & secunda fuit inspectio, an dicta donatio facta matri potuerit reuocari, & potuisse reuocari fuit conclusum, Primum, quia erat donatio sub cõditione merè potestatiua, à qua potuit Camillus recedere, antè emissam professionem, iuxta cons. Menoch. 388. à n. 34. Vlt. ad n. 40. Bar. dec. 581. num. 13. Secundò, quia d. prima donatio non erat valida, vti donatio omnium bonorum, iurium, & actionum presentium, & futurorù, cum nihil sibi reseruauerit ad testandum, ex Iul. Clar. in Si donatio, quest. 20. num. 1. cum alijs in d. decis.

30 Tertia inspectio fuit, an d. donatio facta matri fuerit validè reuocata, & validè fuisse reuocatà determinarunt Domini, cum præcesserit absolutio à iuramento.

31 Quarta verò, an donatio facta Monasterio per d. Camillum sustineretur, quam non sustineri resolutum fuit, cum facta fuerit per 13. dies antè duos menses emissæ professionis, & cõsequenter, extra tempus determinatum à Concilio.

32 Quinta, & vltima inspectio continebat, an nihilominus bona, de quibus agitur, spectent de iure ad Monasterium, vti successorem bonorum Monachorum, & fuit decisum affirmatiuè, salua legitima Parentum, iuxta tex. in Aub. ingressi, C. de Sacr. Sanct. Eccles. ex Nanar. Sanch. & alijs in d. decis. cumulatim.

33 Reproposita hodiè causa super eisdem, Informante etiam Francisca Petira Larina filia, & hærede Virginie, materia plenè discussa, articulo bis examinato Domini hodiè resoluuerunt, donationem factam matri non potuisse reuocari, & in hac parte, sollicit quoad secundam inspectionem recedendam à decis.

34 Ex eo, quia Camillus cum iuramento non tantum propter ingressum Religionis, sed ob amorem ergà matrem, ac ob beneficia ab ea recepta in donatione recensita, & cum clausula, ad habendum, ac constituti, iuncta promissione de eam non reuocando, illa presente, ac acceptante, d. Virginie matri omnia bona sua irrenocabiliter inter vivos donauit, ista donatione valida, stante, nõ fuit locus reuocationi; quamuis adfuerit protestatio, quòd donatio non valeret, nec suum fortiretur effectum, nisi sequuta pfessione, ex quo à cõtractu conditionali non licet recedere ex capite penitentia, Bald. & Salycet. l. 2. C. quando liceat ab empt. discedere, Couar. lib. 1. var. cap. 14. num. 6. circa med. vers. et si respondens, Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 6. nu. 8. Cald. var. quest. lib. 1. quest. 20. nu. 77. Surd. conf. 268. num. 50. Seraph. decis. 1157. num. 4. & vlt. antè firmavit Rosa decis. 174. à num. 7. vsq; ad num. 23. par. 6. recent.

35 Nec in presenti casu fuit locus reuocationi donationis, cum res non esset amplius integra, ex quo agebatur de præiudicio matris donataria, quæ donationem iam acceptauerat, cum promissione iurata de non reuocando, tex. in l. spem, C. de donat. Sarnen. in reg. de non toll. iure quaesito, quest. 4. vol. 3. vers. sed istis non obstant. Rota d. decis. 174. num. 14. & 15. par. 6. recent. propterea non potuit reuocari, stante peculiari iuramento de non reuocando, quod facit contractum valere omni meliori modo, quo potest, dummodò non sit contra bonos mores, aut leges, & possit seruari sine dispendio salutis æternæ, cap. cum contingit, de iure iuran. iuncto cap. quamuis pactum, de pact. in 6. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 27. nu. 2. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donat. sub num. 9. vers. 2. est opinio, Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 21. num. 68. par. 1. & dictum peculiare iuramentum operatur irrenocabilitatem, Surd. conf. 450. nu. 25. Martienz. ad ll. Castell. tit. 10. l. 7. glos. 1. num. 22. Rota in Anconit. prædij 24. Ianuarij 1635. coram R. P. D. meo Merlino, nam donator legem sibi imponendo cum iuramento à dicta donatione recedere non valuit, præsertim quia donatio facta fuit presenti, ita Theaur. iun. quest. for. lib. 2. quest. 53. num. 3. & per tot. Gabr. conf. 96. num. 20. & 23. vers. ex quibus pnto lib. 2. Rim iun. conf. 529. num. 33. Rol. conf. 8. num. 37. lib. 1. Gutierrez. de iuramento, par. 1. cap. 12. sub num. 5. post med.

36 Vlteriùs donatio facta per Camillum, ad fauorem matris antè ingressum Reli-

gionis, sub cōditione, *quatenus professionem ipse emitteret*, erat irrevocabilis, cū per talem donationem Camillus remaneret ita irretitus, ut ab ea non valeret recedere, nisi in casu egressus Religionis ante professionem, vel ob nō sequutum ingressum, *Bero. in cap. in presentia, num. 154. de probat. Sanch. in precept. decalog. lib. 7. cap. 1. num. 18. & cap. 5. num. 57. Amat. dec. March. 46. num. 37. in fin. Gratian. decis. March. 42. nu. 7. 8. & 9. & discept. 975. nu. 19. Castro Palao oper. moral. par. 3. tract. 16. punct. 15. n. 12.*

37 Nec obitant duo obiecta in contrarium deducta, & firmata in decisione hodie reuisa in dicta *secūda inspectione*. Primum, quod donatio facta matri cum mero titulo lucratiuo, & cum clausula, *quatenus donans professionem emittat*, apparet sub conditione merè potestatiua, à qua benè potuisse recedere Camillum ante emissam professionem, videbatur ex *Menoch. conf. 388. nu. 34. 35. & 40. Burat. decis. 581. à num. 13. usque ad finem.*

Alterum verò, quod donatio facta matri esset invalida, uti omnium bonorum, nihil sibi reseruat ad testandum, ex *Clar. in S. donatio, quest. 20. cum alijs in decis. deductis*, quæ sunt omnia fundamenta Monachorum.

38 Quia quodad primum placuerit Dominis responsiones datæ, nimirum hanc donationem factam matri, non fuisse sub cōditione merè potestatiua, sed puram, & inter viuos irrevocabilem, uti à principio perfectam, Ideoque non potuisse reuocari per Camillum, nisi in casu non emissæ professionis, ex *Sanchez super precepta Decalog. lib. 7. cap. 1. num. 18. & cap. 5. num. 57. & 58. Amat. decis. March. 46. num. 37. Gratian. d. dec. 42. nu. 9. ubi quod ad hoc ut sit locus reuocationi factæ ob ingressum Monasterij, requiritur, quod donas realiter exeat, & in puris nostris terminis contra *Menoch. d. conf. 388. quod donatio facta à nouitio sub conditione ingressus sit irrevocabilis, conditione pendente, dixerunt Molin. de contract. disput. 885. nu. 8. Caldas var. quest. lib. 1. q. 20. num. 77. Rim. iun. conf. 529. Rot. d. decis. 174. à num. 7. usque ad num. 23. & claris verbis Menoch. reprobatur Sanch. in precept. Decalog. d. lib. 7. cap. 1. num. 18. & cap. 5. num. 57. & 58. quam Sanch. opinionem uti magis æquam, & minus à iure communi oberrantem, salua pace tanti Viri, Domini amplecti, voluerunt.**

39 Ponderatum etiam fuit, quod stante interuentu duorum testium, concurrentibus

solemnitatibus statutaris solitis adhiberi in conficiendis donationibus inter viuos, cum clausula *constituti*, & clausula *ad habendum*, quæ omnia faciunt censeri donationem validam inter viuos, nec inde erat reuocabilis, cum aliq; prædicta, tanquam nihil operantia remansissent inepta, *Rolan. conf. 61. num. 45. & 48. lib. 2. Sord. conf. 450. n. 16. Ciriaco. controu. forens. cap. 314. num. 15. benè pluribus, ac optimis rationibus cōprobat Rota coram R. P. D. meo *Merlino in d. Anconitana prædij 24. Ianuarij 1635. dicta*sq; clausulas operari irrevocabilitatem donationis, etiam ex causa ingressus, dixit *Amat. dec. March. 46. num. 40.**

40 Nec conditio professionis emittendæ visa fuit merè potestatiua, cum non penderet à sua mera potestate professionem emittente, poterat etiam Camillus non admitti à Superiore ad professionem faciendam, sed immò eicià Monasterio intrā annum approbationis, ut quotidiè experimur, & extat scriptum in *Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 16. Azor. in lib. moral. lib. 12. cap. 3. in 8. quest. Lessus de iust. & iur. lib. 2. cap. 141. disp. 14. num. 106. & dixit Rot. in Bononien. transactionis 27. Februarij præteriti coram R. P. D. meo *Verospio.**

41 Quò verò ad alterum, quod fuerit invalida donatio facta matri, ex quo nihil sibi reseruauerit ad testandum, fuit responsum, vltra quò videbatur aliquibus ex Dominis, quò donatio valida remaneret, ob solam reservationem sibi factam certæ summæ annuæ, scilicet *scut. 25. ex cōgestis per Gutier. de iuram. p. 1. cap. 11. nu. 15. cessat omnis scrupulus, ex quo versamur in casu donationis factæ contemplatione ingressus Religionis, quo casu benè valere donationem omnium bonorum presentium, & futurorum, in specie tradit *Laderth. in conf. 473. lib. 1. quem refert, & sequitur Sanch. super decalog. lib. 3. cap. 1. num. 19. ubi rationem assignat, ideò valere, quia habet tacitam conditionem, si professio emittatur, per quam tollitur Religioso testandi facultas.**

42 In omnem casum stante d. peculiari iuramento renunciatio semper sustinetur, saltem quòad presentia, *Salyc. in l. fin. in fin. C. de pact. Aret. conf. 545. in fi. Ruin. conf. 51. nu. 24. Tob. Non. don. 5. 5. num. 6. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 98. num. 24. cum tale iuramentum appositum in donatione simul facta de bonis presentibus, & futuris operetur duplicem censeri factam donationem, alteram scilicet de presentibus, alteram de futuris, quarum vna si corruat, alteram be-*

nè valere, tenuerunt *Barro. de virt. iuram. col. 2. n. 7. Surd. conf. 450. n. 60.* vbi de cõmuni, *T. bob. Non. conf. 59. n. 6. Nat. conf. 453. n. 16. Seraph. de primil. iuram. vbi proximè, Fontan. de pat. v. ap. claus. 4. gl. 21. n. 68. par. 1.*

43 Vltimò ponderatum fuit, hanc donationem factam matri suum non potuisse habere effectum, nisi post emissam professionem, vt sunt verba donationis, propterea benè poterat testari Camillus de fructibus medio tẽpore percipiendis, & in illis herede inuenire, ex quo in dispositione predictæ donationis nõ veniunt fructus futuri, ex *Ruin. conf. 51. n. 24. lib. 1. Surd. d. conf. 450. n. 53. cum seqq. Mofes ad Confut. Neap. p. 10. tit. de instrum. confes. q. 5. n. 5.*

Cetera autem fundamenta decisionis hõliè scilicet placuerunt, præsertim illud, quòd in donatione facta per volentem ingredi Religionem cum expressa mentione ingressus non veniant adhibendæ solènitates Concilij Trident. sess. 25. c. 16. de re. g. iuxta, modernas declarationes Eminèntissimorũ Interprerũ Concilij, ac *Dofores, Rotaq; decisiones, prout ibi.*

Et ita resolutum, vtraquẽ parte Informante, &c.

Veneris 15. Martij 1641.

44 Firmatum fuit coram me, informante tantum Monasterio S. Eusebij de Vrbe sub die 1. Februarij 1640. sententiam A. C. in qua pronunciatum fuit, donationem factã per Camillum Latinum ad fauorem Virginis matris (subtineri) esse informandam, prout in d. *decisione*, à cuius secunda inspectione Dominis placuit sub die 17. Decembris 1640. vtraq; parte informate recedere, & sic d. donationem matri factam non potuisse reuocari, vt latè fuit deducũ in *decisione*, quam hodiè Domini confirmandam esse censuerunt, moti ex eo, quæ rationes, & fundamenta in ea adducta benè subtinètur, ex quo à principio predicta prima donatio facta matri per Camillum filium fuit perfecta, nec idèd potest reuocari, cum non esset amplius locus precipientis, ob sequentem professionem eiusdem Camilli, sub cuius conditione parafacta apparet, *Alex. conf. 40. n. 5. vol. 5. Cephal. conf. 118. n. 28. Gabr. conf. 64. n. 6. lib. 1. Paris. conf. 59. n. 9. lib. 1. Afflic. dec. 280. n. 3. Seraph. dec. 1157. n. 4.*

45 Nec obstat, donationem predictã matri factam cantare de omnibus bonis, & idèd tanquam in iure prohibitam nõ va-

lere, cum videatur adempta facultas testandi, ex *Dida. Cou. ar. in rub. de testam. in 2. par. n. 4. Duen. in reg. 219. in 2. ampl. cum alijs in 1. decis.* Quoniã placuerunt respõsiones datæ, quòd cum d. donatio perfectionem reciperet, solum emissa professione per Camillum donantem, eo tempore non erat amplius locus factioni testamenti, ex congestis per *Sanchez super præcept. Decalog. lib. 7. cap. 1. nu. 19.* & in omnem casum sufficit, quòd sibi reseruaerit scuta illa 25. annua, de quibus benè poterat testari, & heredem sibi inuenire, *Cess. Vgo conf. 37. nu. 3. Roland. conf. 39. nu. 2. lib. 1. Dec. conf. 30. nu. 1. Rom. conf. 26. n. 1. & 2. Anton. Gomez. in l. 69. Tauri, n. 3.*

46 Fuit etiam animaduertum, primam donationem tanquam à Camillo factam tẽpore, quo nemini subiectus erat, & liberũ habebat suorum bonorum dominium, & motus naturali amore erga Genitricem, magis sustineri, nec potuisse per secundã donationem factam ad fauorem Monasterij reuocari, vt factã post ingressum Religionis, ac verisimiliter inducus potius suasionè aliorum Religiosorum, ac propter reuerentiã in Religionem, quam quòd aliquam reuocandi causam contra matrẽ haberet, sine qua nõ est locus reuocationi donationis, vt in *donationis circa filium, iunctã l. generalitèr sancimus, C. de reuocand. donat.*

47 Et tandẽm, quia fuit ius acquisitum ad fauorem matris super omnibus bonis Camilli vigore primæ validæ donationis, & propterea nõ potuit ipse amplius disponere, cum prima donatio non possit per secundam reuocari, vt sunt *tex.* expressi in *S. alia autem, Inst. de donat. l. perfect. C. eod. tit. l. quotièr duob. C. de rei vendicat. Ruin. conf. 172. à nu. 18. vlt. ad fin. vol. 1. Rim. iun. conf. 224. num. 33.*

48 Fallitur, & quidẽ egregiè *Menoch. conf. 388.* vbi conatur ostendere, similem donationem, tanquam potestatiuam benè potuisse reuocari, & contra illum consuluerunt *Rimin. iun. conf. 529.* Nec nõ duo celeberrimi Iuriconsulti Casenates, nempe *Cesar Angelicus, & Pandoiphys Morus,* quos refert *Rim. iun. d. conf. 529. in præfatione, vtr. super quo pũcto.* Et vtr. ex Dominis plenè attestatus fuit, se argumẽtis, cõtrã *Menoch,* tunc fuisse indicatũ, & quidẽm latè est, quòd *Rota* de eiusdẽ *Menoch. cons.* aliàs dubitauerit, prout corã *R. P. D. meo Merlino* in illa *Taxen. donationis,* quæ est *des. 174. n. 12. & per tot. par. 6. rec.*

& apertis verbis eundē *Menoch.* reprobat *Sanchez* (super *præcept. decalog. cap. 1. n. 18.* & *c. 5. n. 57. & 58.* prout contra illum sentiunt *dec. Marchie 42. n. 9. Gratian. & Amat. dec. 46. n. 37.* cum alijs in *d. decis. 17. Decembr.* præteriti cumalatis. Et ita resolutum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Delinquens si timens capi à Curia seculari, ab Ecclesia aufugerit, & extra illam caperetur, an sit ad eandem reponendus, & quid si blandis verbis à privato homine fuerit extractus, & n. 2. & 3.*
Decisio Collateralis Consilij cum Dominis Iudicibus Regiæ Iurisdictionis refertur.

A R G V M E N T V M.

Repositioni ad Ecclesiam an sit locus, si delinquens timēs capi à Curia seculari, ab Ecclesia aufugit, & extra illam captus fuit, vbi determinatio Collateralis Consilij.

C A P. CXCVII.

Repositioni ad Ecclesiam dubitauimus *lib. 1. c. 175. num. 8.* an sit locus, vbi delinquens, dum in ea commorabatur, iuste timens, nē à Curia seculari ibi caperetur, aufugit, & extra locum immunem captus fuit, vel si per vim, aut blandis verbis à privato homine extraheretur, ac demum à seculari Iudice in hoc haud cooperante in loco profano caperetur, & in vtroq; casu, reiecta funditus *Suar. sententia tom. 1. de relig. lib. 3. c. 13. num. 17.* affirmatiuē respondimus, auctoritate *Farinac. in tract. de immun. Eccles. cap. 2. num. 5. vers. ex præmissa, Sarmient. select. interp. lib. 2. c. 11. n. 8. Genuës. in prax. Archiep. c. 17. n. 6. & Peregrin. de immunis. Eccles. c. 14. n. 10.* per totum.

3 Sed quia his diebus in facto, quod contigit, satis de hoc dubitabatur, & aduersus dicta per me loco cit. afferebātur, quæ scripta reliquit *D. Reg. Sanfelix. dec. 286.* cum pro nostræ sententiæ confirmatione ad ma-

nus perueniret determinatio super hoc annis superioribus in Collaterali Consilio cū Dominis Iudicibus Regiæ iurisdictionis facta, quā propria manu Domini *Iulij Casaris Minadoi* Regiæ Cameræ Præsidentis scripta habeo, vt quādo deinceps casus contingeret, quid aliās seruatum sciatur, hic eam imprimi curavi, & est tenoris sequentis.

Iesus, Maria, Ioseph.

- 3 Quidam commiserat delictum, de quo poterat Ecclesiastica immunitate gaudere, cōmisso delicto ad Ecclesiam aufugit sãcti Petri ad Aram, & cum in quadā Capella intus Cortile dormiret, birruarii habitata notitia, illuc accesserunt, & ianuam Capellæ fregerunt, delinquens nudus aufugit ad iardenum Monasterij, & per quoddam foramen proiecit se in quoddam puteo domus propinque cuiusdā laici, & ibi captus fuit, dubitatum exitit, an deberet ad Ecclesiam reponi, & licet causa ageretur in Magna Curia, tamen quia de iurisdictione tractabatur, fuit per Suam Excellentiam ordinatum, quod Magna Curia relationē faceret in Collaterali Consilio, cum inter nētū Iudicum iunctę Regiæ iurisdictionis, qui sunt Domini Regiam Cancellarium, Regentes, D. Præsēs Sacri Consilij, D. Locumtenens Regiæ Camera, quatuor Regij Consiliarij, & tres Præsidentes Regiæ Camera, accesserunt iam Iudices Magna Curie, auditoq; Filci patrono, & pro inquisito pauperum patrono, fuerat late discussa, quæ in materia scripserunt *Couarr. lib. 2. var. resol. c. 20. Io. de Visib. de immun. Eccles. Argid. Boss. in prax. in tit. de captura, Iul. Clar. q. 39. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. q. 28.* qui omnes cumulat, fuit & tandem pro maiori parte conclusum, quod potuit licitē aufugere, & audita fractione portæ, & captus in puteo habebatur, tanquam captus in fuga, & proindē erat reponendus, aliqui ex Dominis dixerunt, quod non debebat gaudere, ex quo aufugiendo videbatur, nolle, vti privilegio Ecclesie, cum ab ea ad aliū locum se transfulerat, & sic illi renunciauit, sed cum id ex violentia processerit, audiens, frangi portam, sicq; timens de inimico, qui erat ibi licitē aufugerat, vnde meritō in Ecclesiam fuit repositus.

Iulius Casar Minadoi.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum an detur privilegiato aduersus exceptionē declinatoriam fori omis-
sam, & num. 5.
- 2 Restitutio non datur ad ea, qua sūt modici præ-
iudicij.
- 3 Testium productio secunda non datur ad pro-
bationem exceptionum dilatoriarum.
- 4 Beneficia num concedantur personis priuile-
giatis, asserentibus se lasas in probationibus
circa exceptionem fori declinatoriam, &
num. 11.
- 6 Restitutio non conceditur, vbi completo termi-
no super repulsa vellet minor beneficia
petere.
- 7 Restitutio in integrum non datur in iudicio
summario.
- 8 Iudicium originale, & non incidens spectatur.
- 9 Fiscus non restituitur in iudicio, quando petyt
pignus ei per contractum promissam, sed ex
causa criminali dependentem, vbi decisio
num. 10.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an vidua, pupillus, aliq; miserabiles personæ possint restitutionis in integrum beneficio potiri aduersus omis- sam exceptionem fori declinatoriam. Primum, & secundum beneficium, quod in Regno ad pinguius probandum conceditur pupillo, viduæ, Ecclesiæ, & Fisco, an concedendum sit Fisco, vbi ageret de lucro aliquo consequendo, ex delicto descendente, vbi decisio Regiæ Cameræ.



C A P. CXCVIII.



- 1 Restitutio in integrum, dubitari solet, num vidua, aut pupillo, ceterisq; personis miserabilibus sit concedenda aduersus exceptionem declinatoriam fori omis- sam? Et negatiue respondet *Andr. in Constit. Regni Obscuritatem, in princ. in vers. maius autem, Bald. in l. peremptorias, num. 18. C. sentent. rescind. non posse, quia vsi sunt iure communi, Felin. in cap. fraternitatis, num. 6. vers. fallit secundò, de testibus, Capyc. decis. 13. nu. 9. & seq. & Muscatell. in prax. Sacr. Consil. par. 2. glos. competentes, num. 35. reddunt rationem,*
- 2 quia restitutio ad ea, quæ sunt modici præiudicij, aut modicæ læsionis nõ datur, *l. scio, l. quod si minor, S. i. ff. de minor. non enim tãguntur merita causæ principalis, nec Pars pecuniario incõmodo grauatur, & si Pars in hac exceptione vicerit, parui, aut nihil utilitatis consequitur, sunt verba Innocent. in cap. coram, super glos. in verb. scilicet, de integr. restit. & ad probationem exceptionũ dilatoriarum non datur secunda testium productio, ita dicunt Io. Andr. ad Specul. in tit. de testibus, S. qualiter, vers. sed cum super, in verb. competente, Burr. 1. mol. & ceteri in cap. ultra tertium, de testibus, quia in istis exceptionibus de apicibus iuris disputare non conuenit, l. si fideiussor, S. quantum, ff. mand. hoc idem firmavit D. de Franch. decis. 439.*
- 4 num. 1. vbi tetigit articulum, an sit primum beneficium concedendum mulieri asserenti, se in fori declinatoria circa probationes factas læsam, & quod sit denegandum, per Sacr. Consil. decisum testatur, & rationem assignat, quæ casum nostrum determinat, per hæc verba, *quia si aduersus declinatoriam fori omisam minor non restituitur, vt dicit Bal. in l. scio, ff. de integr. restit. colligit ceteros Capyc. decis. 13. ergò multò minus, quando est opposita, & non probata, authent. multò magis, & c. idemq; firmavit Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 20. de minor. Muscatell. in prax. S. C. p. 3. glos. fuerit, num. 9. lib. 2. Ricc. collect. 186. et Imbrian. ceteris omissis in tract. de primo, & secundò benef. consid. 8. num. 36. 37. & 38.*
- 6 Hinc est, quod si in causa civili fuerit petita repulsa, et terminus super ea concessus fuerit elapsus, non dabitur in integrum restitutio, maximè si vellet criminas aut testium defectus obijcere, ita ait *Afflict. in d. Constit. Obscuritatem, num. 9. per ea, quæ ibi-*

dem sentit Andr. quæ omnia in dilatorijs iudicijs (prou est fori declinatoria, Sappellantur, Instit. de except.) Doctores passim admittunt, scilicet in dilatorijs solutionis, aut pacti, per ea, quæ dicit Archid. in can. in religiosum 87. dist. Et an quis sit iudex, summariè cognoscitur, et in summarijs nõ dari in integrum restitutionem, decidit Cypre. citata decis. 13. quæ omnia fortius procedunt in criminalibus, ubi non dari in integrum restitutionem iuris est notissimè, per tex. in Lauxilium, ff. de minor. Bal. in l. in. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. Specul. de in integr. restit. S. 2. vers. sed pone, quòd Ecclesia, Capell. Tholosan. decis. 53. ubi Aufrer. in addition. multa congerit ad materiam, Cremenf. sing. 23. num. 2. et licet articulus remissionis sit civilis, nihilominus dicebam ipse in facti contingentiâ, si in exceptionibus prædictis in civili iudicio propositis daretur restitutio, quod negauimus, in casu, de quo agebatur non erat concedenda, quia dependebat à causa criminali, et ab ipsa originem trahebat, et sic iudicium originale, non incidens spectandum esse, argumento. l. tutor, ubi, non titula actionis, sed debiti causa, ff. de sic ess. et e. glo. in l. 3. S. idem scribitur ff. de pecul. ne plus haberes incidens, vel emergens in iudicio, quàm ipsum principale iudicium, Specul. de test. S. 3. num. 10. et hoc in specie videtur decidere, Andr. in quobus locis per alia iura, et rationes. l. in. Consil. Obscuritatem. in vers. quid ergo si pignus, et in cap. Imperialem, S. præterea si quis infendatur, in fine addition. de prohib. feud. alien. per Federic. in quibus ponit questionem, quòd si pena dependens ex delicto promissa fuerit Fisco per contractum, tunc in illo iudicio Fiscus, mulier, aut minor non restituntur, quia iudicium sapit naturam eius rei, super qua, et de qua interponitur, allegat Litam veniunt, S. cum prædixerimus, ff. de petit. hered. l. 1. S. planè, ff. si quis testam. liber. esse ius. fuer. et in d. S. præterea, ubi latius dilletic, et reddic alias rationes. S. quia attenditur causa originalis iudicij, allegat l. si id, quod, ff. de donation. et l. 2. C. ad S. C. Macedon.

10 Et quòd Fiscus, ubi tractat de aliquo lucro consequendo, ex delicto descendente, restitutionem in integrum, siue primam, et secundum beneficium petere non possit, inueni de anno 1575. decisum fuisse in Regia Camera ad fauorem Vniuersitatis Sulmonis cõtra Illustrem eius Principem, et Fiscum, in iudicio pro suo interesse subintrantem, vt habeo ex quadam Apollilla

Domini Presidentis Bernardini de Sanda-cruce, scripta super allegationibus pro dicto Principe, et Fisco factis in 1. 2. vol. meorum Allegationum diuersorum Iudicum Sultorum.

Ecce igitur, quòd licet articulus sit civilis, tamen, quia dependens à causa criminali, restitutio denegatur, et fuit etiam decisum in supradicta decis. de Francho in fine, ubi exposuerat videtur quædam criminalis, et quæ in causa remissionis potest, per supradictam hoc est articulum, et pro præterea dicitur, inquisitum esse Clericum, primum petisset beneficium, fuit per S. C. mulieri illi denegatum, referens præstantissimo, ad integritatem illa viso D. Felicio Constatio, tunc Regio Consiliario, deinde vtrique Supremo, Collatoralis Consilij, Regente Decano, et Corleti Marchione.

Resitutio in integrum petita aduersus sententiam tacite denegata intelligatur per progressum ad vltima, C. vlt. 2. A.

A R G V M E N T V M

Agitur, an restitutio in integrum petita aduersus sententiam, a Iudice tacite denegata censeatur, si ad vltiora in causa processit, nulla promissione facta super restitutione petita.

C. A. P. CXCIX.



Resitutio in integrum petita aduersus sententiam, hodie interrogatur fuisse, an à Iudice tacite denegata censeatur, si ad vltiora in causa processit, non licet super petita restitutione pronunciatum.

Respondi pro dubio resolutione, duos casus distinguendos esse, quorum primus est, quando de petita restitutione fuerit coram Iudice inter litigantes discussum, qua discussione facta, Iudex non aliter super ea pronunciauit, sed ad vltiora in causa pro sententiæ executione procedi mandauit. Alter casus est, quando de peti-

ra restitutione nulla discussione facta Iudex ad vteriora processit.

In primo casu, dic, petitam restitutionem tacite cenferi denegatam, omniaq; rite, et recte processisse, ita vt nullitas aliqua nullatenus allegari possit, secus in secundo, in quo per processum ad vteriora modo aliquo dici potest, tacite fuisse super petitis pronunciatum, indeq; oritur, vt omnia, quæ demum sequuta fuere, pro nullis sint habenda; videantur infrascripti Doctores, ex quorum dictis distinctio hæc comprobatur, Bar. in l. a procedente, num. 4. vers. quandoq; Index, C. de dilation. ibiq; Alex. in addition. Paul. de Castr. in l. fin. num. 7. ff. si cert. pet. Ang. cons. 88. Ludovic. Roman. satis bene cõs. 220. n. 8. vers. tertia conclusio est, & cons. 241. num. 7. vers. vltimo si dicatur, et vtrouique Mandos. in addition. Felin. in cap. suborta 21. col. 4. vers. limita tamen prædicta, de sentent. & re iudic. Ias. in l. 2. circa finem, C. si quis in ius vocat. Boer. decis. 43. num. 3. et alii.

si in sententia detegitur, an sit locus huic restitutionis remedio, si restitutionem petens aliud non querat, nisi sententiam reuocari, non autem, vt euitet exequutionis damnum. Restitutio in integrum an possit peti aduersus æquè priuilegiatum. Exequutio sententiæ Sacri Consilii an impediatur, si victus scripturas præsentauerit priuatas, quibus constaret de satisfactione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat, & de aliis.

S V M M A R I U M.

- 1 Restitutio in integrum ubi petitur aduersus sententiam, impedit illius exequutionem, sed quid in sententia Principis, num. 3. & 4. & quid ubi ceptum est exequi, num. 5.
- 2 Sententia Iudicis inferioris suspenditur per appellationem.
- 6 Sententiam exequi an semper impediatur per petitam restitutionem in integrum, & num. 7. 8. 9. 10. & 11.
- 12 Restitutio in integrum, quæ impedit sententiæ exequutionem an in iustitia causæ operetur, vt semper sit petenti deferendum.
- 13 Remedium ordinarium ubi adest, cessat extraordinarium.
- 14 Restitutio in integrum non petitur aduersus æquè priuilegiatum, nec aduersus decreta affirmatiua, num. 15.
- 16 Scriptura priuata præsentata post sententiam num. illius exequutionem impedit, & num. 17. & 18.

A R G V M E N T V M.

Agitur de restitutione in integrum petita aduersus sententias Præfecti Prætorio, & quæ concurrere debeant, vt illarum exequutio impediatur. I. æsio

C A P. CC.



Restitutionem in integrum aduersus sententiam petitam, illius exequutionem impedit, probat text. in l. vnica, C. de in integr. restit. postul. & fuit pluries decisum, vt videre est apud Capell. Tholos. decis. 54. Franc. March. decis. 52. lib. 3. Mohedan. decis. 2. Benintend. dec. 85. Thes. decis. 181. Magon. decis. Florent. 1330. Petrum à Syria quest. forens. lib. 1. quest. 27. & apud alios passim, idq; indubitatum est in sententiis inferiorum, quarum exequutionem per appellationem suspendi, certum est, & proinde non est dubium, si per petitam restitutionem impediti, cum hoc etiam appellatio operetur, vt per glos. & Doctores communiter in d. l. vnica.

- 2 tatum est in sententiis inferiorum, quarum exequutionem per appellationem suspendi, certum est, & proinde non est dubium, si per petitam restitutionem impediti, cum hoc etiam appellatio operetur, vt per glos. & Doctores communiter in d. l. vnica.
- 3 An autem impediatur exequutionem sententiæ Principis, vel ipsius nomine prolata, controuersum est, & licet in puncto iuris receptior opinio sit negatiua, vt per Innocent. in cap. suscitata, de rest. in integr. Bal. in l. si causa cognita, in 3. notab. C. de transact. Couarr. post alios antiquos præct. quest. c. 25. num. 7. et omnium latissime per Lancellott. in suo tract. de attentat. par. 2. c. 18. in tit. de attentat. restit. in integr. pend. limit. 5. ubi hanc veram fatetur opinionem, Afflict. reprobando, qui contrarium tenuit in decis. 356. n. 5.

- attamen contrarium practicamus in Sacro Cōsilio Regni huius, vbi restitutiones propositæ aduersus sententias, admittuntur, et in exequendo supersedetur, vt post *Affl. loco cit. dixit Capyc. decis. 53. et Vinc. Præs. de Franch. decis. 86. et 702. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. nu. 475.* nisi sententia executioni demandari cępta esset, vt quia
- 5 **mandatum de parendo victo notificatum esset, quo casu per petitam restitutionem non impediretur, vt post *Annam in repet. cap. 1. de vasall. decrep. at at. num. 239. & seq. obseruauit Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 28. sub tit. de minor. quem citat Monachus in suis locupletissimis addit. ad dec. Minad. dec. 14.***
- 6 **Sed videndum est, an semper verum sit, vt obtenta Regia decretatione de verbo faciendo, ad finem videndi, an sit deferendū, Sacri Cōsilio sententiæ suspendi debeat?**
- Ad quod negariuè respondemus, sed plura requiri, vt victus in petita restitutione obtinere possit, ad effectum, vt sententiæ executio impediatur, et primò ne cōtra restitutionem petentem sit pręsumptio iuris, quòd id petat ad dilatandum, vt in casu *Minad. in decis. 14. supra cit. vbi fuit per S. C. decisum, per restitutionem in integrū petitam non impediri executionem ipsius S. C. sententiæ, ex quo Vniuersitas, quæ restitutionē petebat, erat re vera debitor, et potius ad differendum petebatur restitutio, nec læsio verificata erat, idemq; probauit etiam *Menoch. de pręsumpt. lib. 2. pręsump. 47. et 74. lib. 1. et Minsyng. singul. obser. cent. 1. obser. 48. et cent. 6. obser. 80.* quos ad citatam *decis. addit Monach. quoties igitur malitiosè petitur restitutio ad executionem dilatandam, siuè malitia, et calumnia manifesta sit, siuè pręsumpta, utroq; casu executio non retardatur, ita *Bal in authēt. quæ supplicatio. C. de precibus Impera. offeren. Lancellott. loco cit. à num. 63. Sforz. in tract. de restitut. in integr. quæst. 42. part. 1. art. 5. vbi alios refert, declarando expressam, et manifestam calumniā, quando, vel nulla adest læsio, aut causa restitutionis ridicula esset, pręsumptam verò, quæ extrinsecus cognoscitur, ex his, quæ facta sunt, vel ex qualitate Iudicis, qui iudicauit, requiritur ergò bona fides, et quòd nō temerè petatur restitutio, vt per *Bal. in d. auth. quæ supplicatio.****
- 7 **Secundò requiritur, quòd causa, propter quam restitutio petitur, sit euident, et manifesta, *Bart. in l. si defendente, ff. de author. tutor. Abb. in c. 1. in 2. notab. de restit. in integr. quod indistinctè seruat Sacrum Cōsiliū, à quò tales non admittuntur restitutiones,***

nisi ex euidenti causa, vt per *Affl. Capyc. et Franch. locis cit.*

- 8 **Tertiò requiritur, quòd causa tendat ad rescindendam sententiā, *Capyc. cit. dec. 53.***
- 9 **Quartò, quòd probationes sint in promptu, & altiore non requirant indaginem, nimirum vt euidentèr constet de læsione, nec aliqua alia magna inquisitio requiratur, ita *Bart. in l. Marcellus, num. 3. ff. de iudic. & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. & in d. l. defendente, num. 3. ff. de author. tutor. & per DD. relatos per Sforz. Odd. d. par. 1. quæst. 43. art. 4. num. 63. & licet aliqui contra *Bart. tenuerint, vt indistinctè impediatur executionem, etiam quòd causa altiore requiratur indaginem, vt per *Rip. in d. §. condemnatum, num. 30. et Paris. cons. 100. num. 80. lib. 1. tamen ipsimet, et post eos *Benintend. d. dec. 85. aiunt, quòd quando opinionem contra *Bart. sequeremur, id limitandum est, vt non procedat in sententia Principis.*******
- 10 **Quintò requiritur, quòd ad hoc aliquod producat instrumentum, vel priuilegium, quòd rem faciat euidentem, vt per plura probant *Barbat. cons. 18. num. 13. Vrsill. ad Affl. d. decis. 356 et videtur esse de mente *Innocent. in cap. tūm ex literis, num. 6. de restit. in integr. et Abb. in c. 1. in 2. notab. eod. tit.****
- 11 **Ultimò requiritur, quòd causa non sit læuis, vel modica, pro qua etiam minori, vel priuilegiato restitutionem denegari, latè probat *Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 3. vbi alios refert, et communem dicit *Ant. Gabr. commun. conclus. tit. de restit. in integr. quæst. 1.****
- 12 **Illud tamèn in hac materia certissimum est, quòd in omni casu, vbi restitutio petitur, et suspenditur, vel non sententiæ executio, in iustitia causæ restitutionis, si læsio in sententia appareat, tunc demum declarandum est, esse deferendum petitiæ restitutioni, et sic locum esse huic remedio extraordinario, si pinguius prouidet illud, quàm remedium ordinariū reclamationis, nam si pinguius non prouidet, sed pari passu ambulant, omninò declarandum est non esse deferendum, nam quoties habemus**
- 13 **remedium ordinariū, cessare debet extraordinariū, ita ex *tex. in l. in causa cognitione, quæ est 17. ff. de minor. deduxit Rot. decis. 34. & 62. de appell. in nouis, Bart. et DD. communiter in l. in provinciali, §. 1. ff. de nou. oper. nunciat. et in l. fin. C. si aduersus rem iud. aliq; plures relati à Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 17 art. 2. per totum, quibus addo *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glof. 18. part. 1. num. 103. & seq. & decis. 113. & Hieronym. de Leo decis. 166. fingamus enim,****

quod

quod victus per restitutionem petita aliud non querat, nisi reuocationem sententiarum, contra se latae, non autem ut euitet executionis detrimentum, aliudne damnum, vel interesse, quod reparari non posset, nisi per restitutionem, est ne in hoc casu concedenda restitutio? certe non, quia uti potest victus ordinario reclamationis remedio, cum in ea procedere non impediatur.

14 Illud etiam aduertendum, haec omnia cessare, quoties restitutio aduersus eamque privilegiam peteretur, eo enim casu omnino deneganda esse, probauit Bald. in l. pupillorū, in fin. C. de repud. hered. Ioseph Ludou. dec. Perus. 54. nu. 8. vbi dicit, post alios id firmasse Cephal. conf. 7. nu. 16. & seq. lib. 1. quibus addimus Sforz. Odd. & alios, quos ipse refert, & sequitur cit. tract. de restit. in integr. par. 1. q. 18. art. 5. post n. 35. vers. si verò uterque, & Marc. Anton. Amat. dec. Marchia 77. n. 8. & 12. nisi, qui petit restitutionem tractaret de damno, & illè, contra quem petitur, de lucro, ut pulchre Masfrill. dec. 44. n. 6.

15 Vltimò supra firmatam conclusionem limitari dices, vbi restitutio aduersus decreta affirmatiua, de quibus per Affl. dec. 261. peteretur, in illis enim per petitam in integrum restitutionem suspendi non posse executionem, dicit per S. C. decisum idem Affl. in supra cit. dec. 356. in princ. quem citat, & sequitur Monach. in d. dec. 14. Minad.

16 His visis, in hac materia quæro de questione, quam non semel apud nos in factio contigisse scio, est enim indubitatum ex supra resolutis, executionem sententiæ nostræ Sacri Consilij, tamquam Præfati Prætorio per reclamationem non impediti, minisque per restitutionem in integrum, quæ petitur, quando requisita iam relatæ non concurrunt, sed quid dicemus, si lata sententiæ, victus scripturas produceret priuatas, quibus mediantibus constaret de satisfactione illius crediti, ad quod condemnatus fuerat, num stante harum scripturarum presentatione Sacri Consilij sententiæ, ut non exequatur, impediti posset?

17 In hac re scio, vnum ex nostris in vna facti contingentia partem substinuisse affirmatiuam, ad id asserendum motum ex dictis per Io. Vinc. de Ann. in repetit. c. 1. nu. 142. & seq. de vasall. dec. rep. at. fol. mihi 170. vbi dicit, ad relationem D. Vincentij de Franck. tunc Regij Consiliarij, demum Præfatis meritissimi in causa Hentici Gentilis cum Vniuersitate Griptasiarum fuisse

in Collaterali Consilio decisum, impediri executionem, cum pro parte Vniuersitatis essent presentatæ quædam apodixæ de recepto, quamuis ab Henrico victore negatæ, sed Ego dixi, quod in casu, de quo agebatur, doctrina Io. Vincentij de Ann. allegari non poterat, loquitur enim Anna in terminis restitutionis in integrum, quæ à persona privilegiata petitur ad impedendam executionem sententiæ S. C. ad quæ restitutionem fundandam presentantur scripturæ priuatæ, ex quibus appareret de satisfactione crediti contenti in sententiæ S. C. sicq; presentatio, siuè illarum scripturarum exhibitio petitæ restitutioni præstat robur, sed quando restitutionis remedium non est in medio, sicq; victus nullum habet privilegium ad obtinendam Regiam decretationem, ad finem videndi, an sit de ferendum, non video, per quas regulas sententiæ Præfati Prætorio impediti possit, presentando victus scripturas priuatas, in quibus victor, vel eius auctor debitum recepisse confitetur, dum illas negat, est enim hæc exceptio, quæ altiore requirit indaginem, cum requirat probationes extrinsecas, vnde sententiæ exequutio impediti non potest, quodq; hoc verum sit, non discedendo à scriptis per eundem Annam, dixi, quod in eodem loco in numeris præcedentibus 236. cum duobus sequentibus intendens ipse defendere, sententiæ executionem impedimentum recipere ex presentatione publici instrumenti de nouo reperi, determinationem contra Clientem reportauit, ex eo, quod productum instrumentum non erat tam clarum, sicq; aliqua facti verificatione indigebat, ac proinde sententiæ S. C. executionem impediti non poterat. Vnde, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Aeconomi Ecclesiarum num ad nutum possint eijcere Presbyteros ibi ad sacra ministrandum deputatos. & n. 4.
- 2 Negotia ad Brechia cultum spectantia laici pertractare non possunt.
- 3 Laici num possint administrare bona temporalia Ecclesiarum.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an Aeconomi, siuè Magistri alicuius Ecclesiæ possint absquè Ordinarij permissu Sacerdotes in Ecclesia illa ad sacra peragendum deputatos ad nutum eijcere, & remouere.

C A P. CCI.



Sacerdotes seculares deputati ad sacra ministrandum in Ecclesia, cuius bona, & redditus per laicos administrantur, qui Aeconomi, seu Magistri nuncupari solent, reuocatur in dubiū, num ab iniuncto seruitio per eosdē Aeconomos, seu Magistros ad nutum remoueri possint?

Scio, à docto Viro fuisse per hęc media negativè responsum, constat enim, nullam præfatus Aeconomis fuisse à iure tributā facultatem absq; Ordinarij auctoritate Clericos, & Presbyteros in Ecclesia, cuius bona administrant, recipiendi, deindeq; illos ab iniuncto sacro munere dimittendi; etenim laici negotia ad Ecclesiæ cultum spectantia tractare vetitum est, cum illa, ut Prelatorum tantum iudicio disponantur, statutum sit in *cap. 2. de iudic. eiusdēq; laici super Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis nullam, tam in spiritibus, quam in temporalibus fuisse attributam cognitionem, dixerunt omnes per illa iura in c. Ecclesia S. Maria, de cōst. in c. fin. de rebus Eccles. alien. vel non, & in c. bonē 99. dist.*

Et quāuis hodiè in multis Ecclesijs, signanter diuitibus Aeconomi laici deputantur, qui illarum bona administrant, hoc quidē in euenit ex Prelatorum tolerantia, nō quod de iure id fieri possit, *can. iudicatum 89. dist. & can. in noua actione 16. q. 7. quibus sãctionibus expressè canetur, ut laici ad Ecclesiastica bona ministranda nullatenus deputentur, illud enim, quod his Administratoribus à locorū Ordinarijs indultum est, versatur tantummodò in quodam nudo exercitio, providentia, & sollicitudine, bona temporalia Ecclesiæ administrandi, & nō in alio, *can. laici 16. q. 7. Abb. in d. c. 2. n. 9. & Bal. nu. 8. de iudic.**

4

Et nē per mendicata suffragia deambulemus dico, conclusionem hanc, quod laicis, absq; Episcoporum consensu nullatenus permittatur Clericos, & Presbyteros ad Ecclesiæ inseruiendum deputare, probari in *can. per laicos 20, & in can. inuēti 38. 16. q. 7. Innoc. in c. cum venerabilis, in fin. de except. Idemq; ut absq; Ordinarij permissu modo aliquo laicis ipsi licitum sit Sacerdotes Ecclesiarum seruitio deputatos remouere, cautum esse in *can. laici 37. eadem causa, & questione. Sed quicquid sit de huius articuli veritate, praxis seruat cōterariū in Regno, & maxime in hac Vrbe Regia Neapolis, in qua ad nutū Aeconomorum Ecclesiarum, quę per laicos reguntur, Sacerdotes in illis ad sacraministranda electi, remouentur, & alij in locum remotorum eliguntur.**

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia transacta in rem iudicatam sub pretextu instrumentorum de nouo reperiuntur, reuideri non potest; sed limitatur in Fisco, in Ecclesia, Pupillo, Minore, Furioso, Prodigio, & c. & nu. 3.
- 3 Fiscus, Ecclesia, & ceteriq; priuilegiati quātū tempus habent ad perquirendas scripturas pro retractandis sententijs, cōtra ipsos latis, & quid ubi adsunt dua sententia conformes, num. 4. 5. & 8.
- 5 Tex. in l. Imperatores, in 2. resp. & in l. unica, C. de sent. aduers. Fisc. lat. retract. declaratur, & n. 7. & 9.
- 6 Restitutio in integrum ad id datur, quod quis facere potuit, & non fecit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an tex. in l. Imperatores, in 2. resp. & in l. unica, C. de sent. aduers. Fisc. lat. retract. lib. 10. (quibus cauetur, fauore Fisci, & Reipublicæ peti posse, ut sententia in rem iudicatam transacta reuideatur, pretextu instrumenti de nouo reperi) procedant, ubi adessent dua sententię conformes, & de alijs ad materiam pertinentibus.

G A P. CCII.



Ententia in rem iudicatam transacta, iuris est indubitari, quod sub pretextu documentorum de nouo reperorum nullatenus reuideri potest, sicut & transactio,

sunt iura nimis clara in *l. Imperatores, in 1. resp. ff. de re iudic. in l. sub pretextu, C. de transact. & in l. sub specie, C. de re iudic.*

2 Est tamen verum, conclusionem istam semper illam recepisse limitationem, vt nō habeat locum in Fisco, *l. 1. vbi glos. & DD. communiter, C. de sentent. aduers. Fisc. lat. retract.* Item in causa Reipublica, & qualibet Communitate, *d. l. Imperatores, in 2. resp. Sforz. de rest. in integr. par. 2. quest. 75. art. X. num. 4. & 5.* Item in Ecclesia, Pupillo, Minore, Furioso, Prodigio, & alijs huiusmodi, qui per alios reguntur, *glos. in d. l. Imperatores, & in d. l. sub specie, & in d. l. vnica, C. de sent. aduers. Fisc. lat. retract. l. 1. in d. l. Imperatores, d. num. 8. Sforz. Odd. cit. quest. 75. art. 2.*

3 & 4. habentque personæ hæc priuilegiatæ trium annorum spatium à die sententiæ latæ ad scripturas perquirendas, & producendas, prout de Fisco est *tex. clarus in d. l. vnica, quàmuis ibi Bar. & Doctores communiter per viam restitutionis in integrum quatriennium dari asserant, ex regula tex. in l. superuacua, C. de tempor. in integr. rest. sicque etiam scripserunt omnes in d. l. Imperatores, præsertim Paul. de Castr. post princ. & Alex. num. 6. Bal. in d. l. sub specie, alijsque vt per Sforz. loco iam dicto, art. 6. num. 28 rationem assignant, nam licet *tex. in d. l. vnica* de triennio tantum verba faciat, id fuit, quia tunc temporis, restituendi in integrum tempus erat annus utilis; sed superueniente demum Iustiano Imperatore, qui multo temporis spatio post Antoninum, illius sanctionis Conditor Imperio præfuit, annum utilem ad in integrum restitutionem petendam in quatriennium reduxit, in *d. l. superuacua*, et si dices, grauissimos Viros ab hac *Bar. & sequacium sententia* recessisse, prout sunt *Butrig. in d. l. sub specie, Imol. in d. l. Imperatores, & Io. de Plat. in d. l. vnica*, dum triennium tantum concedi putarunt, id, quod verius esse annuit *Alex. loco cit. responsio erit, quam iidem Doctores tradunt, vtramque opinionem cum distinctione procedere, duplex concedendo remedium Fisco, ceterisque personis supra**

nominatis pro retractandis sententiis aduersus tales latis, vt si intra triennium à die latæ sententiæ Fiscus, Ecclesia, Vniuersitas, Pupillus, Minor, Prodigus, &c. scripturas repperint, illis productis, & presentatis per simplicem quærelam, sententia vt reuideatur, petere possunt, et ita procedit *tex. in d. l. vnica*, verum si in quarto anno noua inuenerint documenta, adhuc audiri possunt, non tamen per simplicem quærelam, sed per viam restitutionis in integrum, quæ illis competit, et procedet *tex. in d. l. fin. elapso autem quatriennij tempore, præcluditur via vltius agendi, vt satis notantèr ratiocinatur insignis D. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. 4. §. 2. d. n. 36. ad 39.*

4 His sic generalitèr cognitis, ad peculiare dubium deueniendo, quæro, an priuilegium hoc ad Fiscum fauorem, cæterarumque personarum supra descriptarum introductum procedat, vbi transitus in rem iudicatam consideratur vigore duarum sententiarum conformium, cum impositione perpetui silentii, prout apud nos sunt sententiæ Sacri Consilii, et Regiæ Cameræ, à quibus reclamacione interposita, cognitoque iure, illas fuisse prolatas, alia interponitur primæ confirmatoria, cum impositione perpetui silentii, an, inquam, si post secundæ prolacionem intra triennium noua reperirentur instrumenta, vt reuideatur sententia, peti possit?

5 Et hoc in casu non procedere priuilegium prædictum, sed tantum aduersus illam sententiam, quæ in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non prosecutionis transitum fecit, indubitanter affirmo: sic enim intra prædicta *Doctores* communiter intellexerunt, signanter *Iaf. in d. l. Imperatores, num. 8.* dum dicit, notandum esse casum, in quo sententia, à qua non est appellatum, et sic transit in rem iudicatam, potest retractari; ratio est manifesta; etenim quando vnica tantum est interposita, & prolata sententia, aduersus illam etiam in rem iudicatam transactam iura nonnulla adinuenerunt remedia, eius tollendo rigorem, et multoties in rem iudicatam transire impediendo, præsertim de impedimentis in appellatione, vel illius prosecutione docendo, et multa alia remedia, de quibus per *DD.* et ideo non mirum, si de hoc alio subsidio ex capite instrumentorum nouiter reperorum lex etiã fuit contenta, quod concessum fuisse dicendum est, ex quo in eo iustior causa, et maior æquitas, quàm in alijs remedijs confi-

deratur, non enim in hoc iura vetera, et idem discussa proponuntur, sed prorsus noua, et adhuc non cognita per instrumentorum, et scripturarum euidentiam; in casu autem, ubi geminatae interpositae sunt sententiae, cum perpetui silentii impositione, nullum consideratur remedium, omneque praclusum subsidium videtur; sciebat enim lex, hoc aliud posse competere remedium, et nihilominus silentium imponi iussit; Hinc *Bal. in l. su. num. 3. C. de reuocand. donat.* dixit, quod aduersus sententias, in quibus silentium est impositum, nec prima contrauentis vox in iudicio audiri debet, quod ex alio corroboratur, nam si bina Iudicis monitio alicui facta ad iura sua infra certum terminum proponendum, cum silentii comminatione operatur, vt illo transacto termino, amplius audiri non possit ad iura sua proponendum, quae forsitan iusta, et clara esse possent, vt per *Ang. in d. si quis autem, Auth. de hered. & falcid.* cum aliis adductis per *Aff. decis. 264. & Capyc. dec. 305.* quanto magis silentii impositio in casu proposito operari debet, in quo iura non solum fuerunt proposita; sed etiam per duas sententias, tam in prima, quam in secunda instantia discussa.

- 6 Insuper considerandum est, in integrum restitutionem ad id dari, quod quis facere potuit, et non fecit, prout optimè declarat *Bar. in d. l. superuacua*, ac proinde, quando aduersus Fiscum fuit prolata sententia, dum ab illa non est appellatum, et sic in rem iudicatam transiit, summa cum ratione, praetextu nouorum, in integrum restitutio ad appellandum est illi concedenda, et procedit *tex. in d. l. vnica, C. de sentent. aduers. Fisc. lat. retract.* At quoniam est appellatum, siue apud nos supplicatum, reclamatum, etc. et in gradu reclamationis prima sententia est confirmata, cum impositione perpetui silentii, eo casu nullatenus procedere potest *tex. in d. l. vnica*, et in *d. l. Imperatores, in 2. resp.* cum priuilegia etiam specialia multiplicare non debeamus, ex regula *tex.* et dictis per *Dolores in l. spectale, ff. si cert. pet.* duplex enim in hoc casu consideraretur priuilegium, primum nimirum, vt audiatur Fiscus, Ecclesia, Vniuersitas, etc. intra quadriennium post sententiam latam, secundum, quod audiatur aduersus sententiam, quae perpetuum imponit silentium, quare omnino concludendum est, priuilegium praedictum ad Fiscum, Ecclesiam, Republicam, Pupillum, Minorem, Prodigum, et Furiosum fauorem introductum, tunc demum


locum habere posse, ubi sententia in rem iudicatam fuerit transacta ex capite non appellacionis, vel illius non prosecutionis; secus autem, ubi fuerit reclamatum, & visis de iure videndis in secunda instantia alia fuerit prolata sententia primae confirmatoria.

- 8 Et ne in puncto rerum indicatarum, auctoritate careamus, dico, sic per Regiam **C**ameram sub die 9. Decembris 1577. fuisse decisum ad fauorem Comitum Motellae; etenim cum spectabilis ille Comes ad Fiscum instantiam conuentus fuisset ad ostendendum titulum secundarum causarum ipsius Status, allegato legis titulo, eas scilicet possedisse per spatium centum annorum, & vltima datoque sibi termino, plures produxit testes, ex quorum dictis per requisita necessaria praedictum legis titulum probauit, aded quod fuit per Regiam Cameram absolutus, & cum Fiscus ab hac sententia reclamasset, in gradu reclamationis fuit confirmata, cum impositione perpetui silentii; Post haec cum Vniuersitas Balneoli de his sententijs notitiam habuisset, per quas obtinuerat iam Comes secundas causas, comparuit in Regia Camera, factaque diligentia inuenit priuilegium Regis Ferdinandi primi in anno 1477. in quo praedecessoribus Comitibus de domo Cauaniglia concessae reperiebantur Terra Balneoli, & aliae cum primis causis tantum, unde producto hoc priuilegio poenens acta, petijt Vniuersitas praedicta pro interesse suo, instante etiam Regio Fisco, declarari facere, etiam per viam restitutionis in integrum, quatenus ea indigerent aduersus sententias praedictas ex hoc priuilegio nouiter reperto declarari facere, Comitum secundas causas non habere; sed illas ad Regium Fiscum spectare, & per praedicta fuit decisum, quod tempora non largiebantur, prout habeo ex quibusdam manuscriptis *D. Marci Antonij de Ponte*, olim Sacri Consilii Praesidis meritisissimi, & *D. Heßoris Caraccioli*, qui eo tempore vna simul cum *D. Reg. de Ponte* pro Comite in causa praedicta patrocinabantur, in quibus decisionem notatam inueni manu *D. Bernardini de Sancta Cruce*, qui fuit Praesidens, & Locumtenens dignissimus Regij patrimonij per haec verba. *Die 9. Decembris 1577. fuit pronisum, Ill. Comitem non molestari ad instantiam Vniuersitatis, cum nullum sibi competat ius, nec ad instantiam Fiscum, stantibus duabus sententijs latis, non obstante priuilegio presentato de nouo, &c.*

9 Ultimo, illud est etiam in hac materia notandum, quod in causa prædicta *D. Marcus Antonius de Ponte* animaduertebat; nimirum priuilegium, de quo supra restitutionis in integrum petendæ, sub prætextu instrumentorum nouitèr reperorum non aliter fuisse à lege introductum, nisi respectu rei condemnati, & in eius fauorem, & sic quando Fiscus, Respublica, Ecclesia, Puppillus, &c. conueniuntur, & condemnantur, ut possint demùm non obstante, quòd sententia fuerit in rem iudicatam transacta, intra certum tempus petere, ut illa reuocetur, sub prætextu scripturarum de nouo reperorum; secus autem illis actoribus existentibus, qui succubuerunt; discriminis ratio patet satis, nam cum in actoris arbitrio sit; si, vel nè litem mouere velit, dum postea hoc eligit, & ita deliberat, ad iudicium instructus accedere debet, sua preparare iura, & pro illis perquirendis omnem adhibere diligentiã, alias sibi imputandum, quare litem mouit priusquam documenta reperiret, contra consilium *rex. in l. 1. & in l. qui accusare, C. de edendo, & idè aliter faciendo, cum sit in culpa, videtur cessare æquitas, & iusta causa, super qua restitutionis beneficium potissimè fundatur; hæc siquidè ratio cessat in reo, qui cum inuitus in iudicium trahitur, non potest sic sibi consulere, ac proindè est omni excusatione, ac beneficio dignus, & in puncto hac ratione attentata firmavit *Paul. de Cast. conf. 257. par. 2. in libro meo, & incipit In causa, qua vertitur Parma, Curt. tm. conf. 18. num. 2. lib. 1. & Boer. decis. 307. circa finem, & apertius colligitur ex exemplis per Scribentes traditis in iuribus allegatis, & præsertim de reo conuento, qui post sententiam in rem iudicatam transactam, solutionis instrumentum reperit, ut ibi per eos, &c.**

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata à Iudice Ecclesiastico contra laicum, qui ad suum Iudicem se remitti non institerat, an sit de iure valida.
- 2 Sententia lata à Iudice incompetente est ipso iure nulla, sed an hoc sit semper verum, n. 3.
- 4 Laici possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an sententia lata à Iudice Ecclesiastico in actione hypothecaria cõtra laicum, & clericum, rei obligatæ pro indiuiso possidentes, possit exequi contra laicum, qui ad suum Iudicem se remitti instat, ad ornatum *text. in l. fin. C. de exception. & præscript.*

C A P. CCIII.



1 Sententia lata per Iudicem Ecclesiasticum in actione hypothecaria, contra laicum, & clericum fratres, rei obligatæ pro indiuiso possesores, his diebus dubi-

tabatur, an exequi posset contra laicum, qui ad suum Iudicem se remitti instabat?

- 2 Et pro ratione dubitandi videbatur pro laico conuento, & condemnato respondendum, per *rex. in l. 1. & fin. C. si à non compet. iudic. vbi sententia lata à Iudice incompetente est ipso iure nulla; sed contrarium verius esse fuit resolutum, nam etsi attentata dispositione d. l. 1. & fin. dubitari non possit, quin sententia à Iudice incompetente lata sit nulla, attamen iuris hoc axioma est intelligendum, si quis citatus coràm Iudice incompetente, de incompetencia opposuit, ad *tex. in l. fin. C. de except. & præscript.* nam si nihil dixerit, sed se cognosci passus fuit, certè sententia demùm lata erit valida, quia dum poterat de Iudicis incompetencia opponere, & non opposuit, Iudicis citantis iurisdictionem prorogasse cõsetur, possumus enim nos laici Iudicis Ecclesiastici iurisdictionem prorogare, licet non è contra, ut per *DD. quos citant Ozas. decis. 78. num. 8. Carol. de Grass. de effect. cleric. cas. effect. l. n. 75. & Gratian. decis. 1111. n. 15. facit ad propositum notabilis decisio Affl. 27. vbi Sacrum Consilium censuit, sententiam latam per Curiam Admiratiz contra non subditum fore exequutioni demandandam, ex quo dum de incompetencia non opposuerat, Iudicis citantis iurisdictionem prorogasse videbatur.**

S V M M A R I V M.

- I *Seruitutem allegans in aliquo Territorio habere, an abstinere debeat, Domino territorij se opponente, vel potius lite pendente in possessione conseruandus.*
- 2 *Seruitus quibus modis acquiratur, & num. 3.*
- 4 *Tex. in cap. cum persone, de privileg. in. 6. declaratur.*
- 5 *Turbans aliquē in proprio territorio, habet iuris afflictionem, & quō turbatur resistitiam.*
- 6 *Prescriptio centenaria requiritur pro acquirenda seruitute, causam habente discontinuā.*
- 7 *Prescriptio inmemorabilis si ab aliquo allegatur, non potest allegans lite pendente conseruari in possessione, quam allegat; sed debet prius illam probare.*
- 8 *Interdictio ordinario vti possidetis intentata, si Index pronuncians, dandum esse terminum, an possit intentari summarissimum manucutionis, & num. 9.*
- 10 *Attentatorum iudicium non impedit causam principalem, super remedio retinenda possessionis intentatam.*
- II *Actuare nō dicitur, qui possessionē continuat.*
- 12 *D. Antonius Ianuarius Præses S. C. Neap. commemoratur.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an si quis allegauerit, seruitutem habere iuris pascendi, aquandi, siuè lignandi in alieno territorio, Domino illius territorij se opponente, abstinere debeat, vel potius lite pendente sit in sua quasi possessione conseruandus. Instituto iudicio ordinario interdicti vti possidetis an intentari possit extraordinarium, siuè summarissimum, quod ab Hispanis interim nūcupatur, & de alijs, vbi singularis obseruatio D. Ioannis Angeli Pisanelli cū decisionibus Sacri Consilij.

C A P. CCIV.



Seruitutem iuris pascendi, aquandi, siuè lignandi, si quis allegauerit in alieno territorio acquisiuisse, dubitatur, an Domino territorij se opponente, abstinere debeat, vel potius lite pendente sit in sua quasi possessione conseruandus.

Contigit aliās in supremo Regni ius Senatu de his disputari in causa Vniuersitatis Casalæ Pappaniciæ cum Io. Dionysio Suriano, qui cum postquam ab Ill. Principe Seruogoli feudum quoddam emisisset, quod dicitur de *Appiglianella*, procurauit, vt de ordine M. C. baccorum illud emanaretur, aliorum prohibens accessum, quauis occasione, & causa aqua ducenda, lignandi, pascendi, &c. absq; expressa ipsius Domini licentia, aduersus quod comparuit Vniuersitas Casalæ prædictæ, & eligendo in forum S. C. egit interdicto vti possidetis, quod pro rebus incorporalibus, prout sunt iura, & seruitutes competere, dixit *glos. in l. i. ff. de act. interd. adferens, per tempus inmemorabile statisse illam, ac stare in pacifica quasi possessione iurium prædictorum, ac proindè in ea fore conseruandam contendebat.*

Ego Io. Dionysij tuens, partes, attentò statu motæ litis cernere non videbam, quibus medijs Vniuersitas Pappaniciæ sua eius asseueratione, nimirū quod per tempus inmemorabile fuerit in quasi possessione iurium prædictorum, et in ea manuteneretur absq; termino obtinere potuisset, etenim dicebā, cum nulla seruitus causam habeat naturalem, ius hoc acquisiuisse, altero dumtaxat ex duobus modis prætere poterat, vel & primò iure seruitutis, medijs contractu, aut testamento constituta, vel & secundò spatio centum annorum præscriptæ, ita sanè ratiocinantur *DD. in l. 1. §. fin. & l. seq. ff. de aqua pluuiæ arc. Iacob. Menoch. de rem. possess. remed. §. num. 12. & Iacob. Cæcer. alijs omiffis var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 244. si primum inspiciamus acquisitionis modum, illam prorsus deficere agnoscebā nullibi enim in supplicatione per Vniuersitatē porrecta legebatur, repetiri in pacifica possessione, seu quasi huius seruitutis, ex eo, quod illam ex gratuita, vel onerosa cessione Dominorū feudā prædicti assequuta esset, ac proindè non erat, cur eo tempore de*

hæc acquisitionis, modo tractari potuisset.

3 Sin autem alterum præscriptionis inspicimus, in quo videbatur Aduersarii se fundare, dum asserbant, per tempus, cuius memoria non extabat in contrarium reperiri in possessione, seu quasi aquandi, lignandi, pascendi, & iurium familiarum; & in hoc cum Vniuersitas eo tempore iuris habebat resistenciam, ius enim resistit, ut quis me invito ad fundum meum accedat, illiusque commoditatibus fruatur, *l. fin. vbi Doctores, C. de pasc. publ. lib. 11 gl. in l. præsum. ff. de verb. signif. Marin. Broc. de subser. lib. 2. in 46. auth. 2. 8. fol. mihi 375. cetero donec, & quousque non fuerit improbatum, nimirum, ut tempus illud, quod allegabat, quæ memorabile probaret, abittere cogebatur, nam hoc est de iure, ut qui in sola, & nuda præscriptione se fundat, lite pendente, & sine donec de ea constet, ius illud, quod præten dit habere præscrip tum, ut prohibeatur, hic est casus, inter*

4 alios, quos decidit *text. in vulgato cap. cum persona de pasc. lib. 6. vbi tunc domum lite pendente quis veniat conseruandus in quasi possessione iuris, quod dicit tñere, contra habentem intentionem solidam de iure communi si iuris sub produceret ratiõem, vel si allegaret præscriptionem, & cum illa non iustificaret, & exhiberet ratiõem saltem coloratam, qui talis sit, et allegatam possessionem subiectam, instans præbeat præscribendi causam, in quibus sanè terminis procedunt allegata per *Io. Vinc. de Anna alleg. 84. & decis. Cypri. 189. de qua tamen non bene tenet *Seje. de inhi. cap. 5. §. 1. c. 19. ceterum si in sola præscriptione quis se fundat, prout in casu, de quo agebatur, determinatur expressè in eo *text. ut lite pendente sit conseruandus ille, contra quem allegatur præscriptio, ex eo, quod ius commune pro se habet, & aduerialio ius resistit, ut bene ibi hæc omnia declarat *Philip. Franc. Gem. Anch. & omnes, Abb. de iur. cap. 1. ut lit. pend. & in c. cum venissent, de inhi. & in terminis nostris *Ioann. Franc. de Particoñ. 97. per tot. præsertim à nu. 20. usque ad 27. & in decis. 18. num. 12. Regens Ronæ satis bonè in *prog. 2. à num. 29. de iurisd. iuric. non turb. vbi inter plura notatu digna dicit, eum, qui in proprio territorio turbat, fundatam habere intentionem de iure communi, sicque iuris assistentia in niti, eum verò, qui turbatur iuris resistenciam contra se habere, idemque *Reg. Cypri. & Aleor. contr. iur. lib. 2. contr. 53. num. 6. & his addendi sunt *Frœcc. in supra citata 46. auth. num. 7. vbi præten dens Baro ex gene-*********

rali sermone verborum, in eius privilegio contentorum immitti facere propria auctoritate animalia in territoriis particularibus vasallorum, S. C. mandauit, ut lite pendente abstinere, per *text. in d. cap. cum personis, donec instructio processu, partibus auditis aliter prouideretur, & magis in puncto *Io. Franc. Capiblin tract. de auctor. Baron. lib. 2. cap. 76. vbi præten dense Archiepiscopo Consano, uti Barone in ciuilibus Terræ S. Menne conseruari, & amplius à vasallis nõ turbari in sua quasi possessione pro fida pascuorum, quam ille exteris animalibus in territoriis domanialibus Vniuersitatis faciebatur, sicut per S. C. ad relationem tunc Reg. Consil. Ferdinandi Brancia, tunc Regentis mercisissimi, datus terminus simpliciter, de præscriptione per Archiepiscopum allegata nulla ratione habita.**

6 Quæ omnia eo fortius in casu prædicto procedebat sine controversia, cum iura, quæ Vniuersitas Rappanica allegabat, præscripsisset, uti causam discorsinnam habentia, non nisi centum annorum spatio præscribi poterant, ut per *glos. & DD. in l. seruitutes, la grande. ff. de seruit. tit. generali, in l. 2. C. de seruit. & aqu. & in l. hoc iure, de iur. aqua. ff. de aqu. quod. & alij. Balb. de præscrip. 3. p. 4. princip. q. 1. 11. 3. fol. mihi 227. & pluribus alijs relatis de horum iurium præscriptione individualiter loquens probat *Cancer. cit. cap. 4. 2. num. 46. usque & per tot. num. 51. vnde fiebat locus receptissimæ conclusioni,**

7 nimirum, quod in casibus, in quibus immemorabilis requiritur præscriptio, quæ ius illa allegatur, non poteris allegans in possessione, quam allegat conseruari, nisi prius tempus illud immemorabile probet, ita sane scripsit *Roland. cons. 89. nu. 35. & 36. lib. 2. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. titul. de præscript. nu. 24. Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 44. nu. 14. & alijs relatis *Ioan. Franc. Capiblin. lib. 2. de auctor. Baro. cap. 77. num. 15. vers. ceteri Doctores, qui omnes ad hæc probandum allegant *text. in d. cap. cum persona.***

Vnde cum Vniuersitas usque ad illud tempus non oratione probatis, dicebam Ego, quod impariendus erat terminus, & interim cum ius ei resistebat, à turbando abstinere cogebatur, sed quia Partes se concordarunt, nil fuit determinatum.

8 Post hæc Amicus quidam, qui hæc omnia considerauit, voluit à me scire, si in hac causa Sacrum Consilium censisset, impariendum esse terminum simpliciter, & demum potuisset Vniuersitas extraordinarium, siue summariissimum manentio-

nis intentare remedium: hoc enim interdicitur uti possideris, ut etiam Tyrones sciunt, duplex est, ordinarium nimirum (quod ab Vniuersitate institutum fuerat) in quo iuris ordine seruato proceditur, & ut dixit Bar. in *extrauag. ad reprimendum*, in *verbo summarie*, principaliter, atque absolute de partium possessione discrepatur, & extraordinarium, siue summarissimum, (quod ab Hispanis *interim* nuncupatur) respondi statim ab omni dubio procul, hoc licere, illamque vulgatam apud nos *Capyc. decis. 96. in 2. dub.* allegaui, & ex recentioribus *Io. Petr. Fontanet. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. par. 10. num. 7. & Ludouic. Post. in suo tract. de manutenen. obseru. 2. num. 45.* reperi demum, ita pariter in vna facti contingentia (quod fuit causa, ut hec notare) respondisse insignem illum, ac celebratissimum Iureconsultum *D. Io. Angelum Pisanellum*, qui per infra scripta verba propria eius manu scripta dubium absoluit, que hic imprimi facere placuit, & sunt tenoris sequentis:

Iesus, Maria.

9 **O**rta controuersia inter Ill. Principem Melphie Ioannem Caracciolum, et Ill. Comitum Potentie magnum Regni Senescallum super interdicto retinende, dubitatum fuit, an si instatum fuisset, quod capiatur informatio interim, ad finem prouidendi lite pendente, quis commodo possessionis gaudere debuisset, sic ordinari deberet? prima facie contra Comitem, informationem capi petentem videbatur, non esse informationem capiendam, quia Princeps continuabat possessionem, et sic euentus plenarij iudicii erat expectandus, sicut dicimus in eo, qui proposito iudicio retinende petebat reuocationem attentatorum, iuxta notata per *Card. in clem. su. 2. opposit. ut lite pend.* et tunc Dominus Antonius Capycius, qui erat cause Commissarius dicebat, quod alias Sacrum Consilium in causa Notarii Bernardini Castaldi cum qu. Domino Carolo Coppula Medico, & filio eius ita decreuerat, scilicet quod non esset locus petitioni reuocationis attentatorum, stante petitione primo loco oblata super plenario possessorio retinende, quem processum videlicet volui tunc, & reperi decretum factum 4. Iunii 1512. referente qu. Domino Io. Abyssio Artaldo cause Commissario, Viro subtilissimo, de quo casu demum ipse Capycius fecit decisionem, que est nu. 72. quem casu in remedio attentatorum Ego repu-

taui semper verum, & in plurius causis ita determinari feci, pro quo solitus sum allegare *Rot. in nouis. in tit. de restit. spoliat. dec. 11. incip. Si Restor.* dum ibi deciditur, quod qui continuat, non dicitur spoliare, pro qua videndus est *Geminian. in cap. ad decimas, col. 1. in fine, de restit. spoliat. & que scribit Bertrand. in cons. 253. vol. 2. et de continuante, quod non dicatur attentare, per Dec. cons. 103. et Socin. in cons. 95. col. fin. vol. 3. et de inuouatione facta super re principaliter petita per *Franch. in cap. significanti, de app. appellat.* Tandem Ego patrocinando pro Comite dicebam, esse diuersitatem, quia in attentatis propter regulam, quod qui continuat, non dicitur spoliare, nec attentare, bene procedit, quod non sit articulus attentatorum discutiendus, cum sit determinare causam principalem, et in discussione nil aliud erit tractandum, quam de possessione, ad finem ut videatur, quis possidebat tempore litis motae, ut sic dicitur, si post litem motam inuouatum non dicitur, si tamen est, quando proposito iudicio uti possideris, vna pars institisset, ad finem ut durante illo iudicio esset manutenendus aliquis ipsorum, ut demum discutiatur, quis erit actor, et quis probare habeat, iuxta theoreticam *Paul. de Cast. in cons. 5. lib. 2. incipit In causa, que vertitur coram D. Ficerio Potestatis Pergomi*, quia hoc non impedit discussionem in plenario iudicio possessorio, ut ibi per *Paul. de Castro*, qui assignat rationem, et tunc Domini de Sacro Consilio, in quo presidebat ille Vir prudens, maximi iudicii, et longee experientie *D. Antonius Iannarius* dixerunt mihi, quod in causa Domini Roberti Bonifacii cum Domino Bellisario Aquauia, Marchione tunc Neritoni, demum Duce eiusdem Ciuitatis ita fuerat decisum, prout nunc reperitur decisio impressa per *Capycium* num. 96. in 2. dub. et ita fuit in causa ipsa determinatum, scilicet quod capiatur informatio, quis lite pendente esset manutenendus, demum in alia causa inter eundem Comitem Potentie me aduocante, et Ill. Principem Hostiliani, relato eodem *Capycio* ita fuit decisum, et pro ista opinione in effectum consuluit *Alber. Brun. cons. 98. col. 1.* et istae due determinationes apud nos non habent difficultatem, cum in multis aliis causis ita demum fuerit practicum.*

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Seruitus causam habens continuam, vel quasi per quantum tempus præscribitur.*
- 2 *Seruitus quæ dicitur habere causam continuam, & quæ quasi, declaratur.*
- 3 *Fenestras facere in pariete communi ius resistit, sed an ius hoc præscribi possit, ibidem, et quid in Ciuitate Neap. ibidem, & nu. 4.*
- 5 *Domum habens supra, vel iuxta domum vicini, si velit super illa alia adificare membra, poterit in illis fenestras facere, quæ tamen non sint veteribus ampliores; sed quid si velit fenestras facere in parte inferiori, ibid., & num. 6. 7. 9.*
- 8 *Tex. in l. seruitutes, §. stillicidium, ff. de seruit. urban. prædior. declaratur.*
- 10 *Consuetudines sunt stricti iuris.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an seruitus causam habens continuam, vel quasi præscribi possit, & quanto tempore, & quæ dicatur seruitus causam habere continuam, & quæ quasi continuam. Domum habens cum fenestris supra, vel iuxta domum, siue hortum vicini, an sicut attentata Consuetudine Neapolitana volens nouum facere solarium, possit nouas facere fenestras per directum fenestræ inferioris, ita pariter valeat in membro inferiori, in quo nulla vnquam fuit apertura nouam facere fenestram per directum fenestræ membri superioris, vbi notabilis obseruatio Dom. Ioannis Angeli Pisanelli.

C A P. CCV.



- 1 **S**eruitutem causam habentem continuam, vel quasi præscribi spatio decem annorum inter præsentem, & viginti inter absentes, exemplo bonorum immobilium, est apud omnes sine controuersia, ex tex. in l. 2. vbi glos. & DD. C. de seruit. & aqua, in l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendicet. & in l. foramen, ff. de seruit. urban. prædiorum, bene Veronens. in tract. de seruit. urban. præd. cap. 19. n. 7.
- 2 vbi num. præcedent. declarans, quæ dicatur seruitus causam habere continuam, & quæ quasi continuam, ait, illam seruitutem dici causam habere continuam, & perpetuam, quæ semper est in vsu actualiter, & potentialiter, vt est seruitus aquæ ductus, altius non tollendi, & similis; quasi verò continuam, siue quasi perpetuam dici illam, quæ continuo potentialiter, sed non actualiter est in vsu, vt est seruitus stillicidij, vel ductus aquæ ex Cælo cadentis; causam pariter dico habere continuam, & perpetuam seruitutem illam, quam quis acquirit in pariete communi, aperturas, siue fenestras faciendi, ius enim resistit, vt quis in pariete communi aperturas faciat, l. penult. ff. de seruit. urban. prædior. latè Anel. Amat. cõs. 40. vnde si quis bona fide, aduersario præsentem, et non contradicente in communi pariete fenestras aperiret, sic decem annorum spatio hac vtens seruitute, dico Ego, iure communi attento, quòd non potest de cætere cogi ad illas claudendum; est tamen verum, quòd in hac Ciuitate inoleuit praxis, quæ antiquissima est, quòd vbi in communi pariete hæc inueniuntur foramina, siue aperturæ, aut fenestræ, sed sine cantonibus, accedente Tabulario ordine M. C. super faciem loci, illas claudi mandat, quamuis antiquas, et diu forsan toleratas, de qua quidam praxi testantur Ant. Capyc. ad Consuet. Si quis habet parietem, sub tit. de seruit. in annotat. quæ incipit Nota, quòd Tabularij, et Casar Vrsil. in addition. ad Affl. de cõs. 265. num. 15. 16. 17. & 18. qui tamen dicunt, hoc non posse procedere, quotiès membrum, in quo fuit factum foramen totaliter remaneret obscuratum, sicquæ aliundè lumen habere non posset, eo enim casu nè ædificia remanerent inutilia, adhuc si præscriptio non subintraret, putarunt hi Doctores, cogi posse vicinum ad lumen tan-

tum

tum ingrediendum, pretio mediante permittere, ut apertura non claudatur, licet in hoc *Anel. Amat.* aliter senserit in cit. *cōf. 40.* ubi indistincte tuetur, quod quando apertura reperitur sine cantonibus, est omnino claudenda, quamuis antiqua, adhuc si membrum illud, in quo facta reperitur, remaneret penitus obscuratum, quæ tamen opinio mihi semper satis rigorosa visa est, ubi ius vicini multum deterius non fit.

5 Sed quicquid sit de hoc, versantes nos in casu, ubi quis in pariete communi, vel iuxta domum vicini fenestras haberet, vel iure seruitutis præscriptæ, vel mediante contractu, aut ultima voluntate acquisitæ, ad tradita per *glos. in l. seruitutes, nu. 35. §. Si antea, in verb. quoquo modo, ff. de seruit. urban. prædior. cum in hac Ciuitate Consuetudo vigeat scripta, incipiens Si quis habet domum, sub tit. de apertur. non faciend.* qua sancitum est, ut habens domum supra, siue iuxta domum, hortum, locum, vel aream vicini, in qua quidem domo sunt aperturae dominantes domum, hortum, locum, vel aream vicini, si domum illam altius velit extollere, aliudquæ ædificare solarium, siue membrum, valeat hic talis in ipso nouo solario, siue membro alias facere aperturas, quæ tamen ampliores non sint, nec veteribus longiores, & fiant in directum aliarum veterum aperturarum; fuit non semel dubitatum, an sicut attentata hac *Consuetudine* in nouo superiori solario, siue, ut nos vulgò dicimus, *appartamento* possum Ego facere nouas fenestras per directum fenestræ inferioris, ita pariter possim, sicquæ mihi liceat in membro inferiori, in quo nullum vnquam fuit foramen, siue apertura, nouam facere fenestram per directum fenestræ membri superioris.

6 *Matthæus de Affl.* in puncto *decisione* sua 224. hoc mihi licere in pleno Consilio votatum refert, sicquæ dicit, *Consuetudinem*, hanc fuisse extensam, ut non solum mihi liceat facere aperturam in nouo membro superiori per directum aperturæ membri inferioris, sed etiã ut sit mihi licitum nouam facere aperturam in membro inferiori per directum aperturæ membri superioris, dum tamen illam cancellam, ne de facili ad curiam, vel hortum vicini introitum, & exitum habeam.

7 Sed certè in contrarium est veritas, sicquæ; nullo pacto affirmari posse, dicendum est, præfatam *Consuetudinem* hanc posse recipere extensionem; & cum post *decisionem*, quam *Affl.* refert, iterum de hoc in propria

sua causa dubitari contigisset, *D. Io. Angelus Pisanelus*, admirabilis Iureconsultus, nescio, cuius partes tuens, dixit, quod hæc *decisio* aduerlabatur dispositioni *tex. in l. seruitutes, §. stillicidium, ff. de seruit. urban. prædior. cap. 28. num. 10.* etenim in eo *text.* habetur, quod si Ego stillicidij seruitute in super solo tuo quoquo modo acquisiuero, possum domum meam altius tollere, inferius autem illam dimittere non valeo; ratio assignatur, quia quando altius tollitur, eo facto leuior fit seruitus, *Cum quod ex alto cadit lenius, & interdum nec directe ad locum seruientem peruenit; at si inferius demisterem, grauior fit seruitus, & pro stillicidio flumen,* hæc sunt verba *tex.* cui verè directò aduersatur *decisio* per *Affl.* relata, nam si hac attentata dispositione grauior consideratur seruitus in parte inferiori, quam in parte superiori, & hæc est ipsa veritas, quo pacto affirmari potest in casu proposito, ut quod licitum est facere in solario superiori, sit pariter licitum in membro inferiori; vnde meritò *Sacrum Consilium* in causa propria *Affl.* recessit à resolutis in allegata illius *decis.* 224. sic attestante *D. Pisanello* in sua *annotatione*, siue *observatione* propria, sua manu scripta, quæ est 19 in libello, quæ conferuo suorum notabilium, & est tenoris sequentis,

Iesus, Maria.

9 Orta fuit contentio inter quon. dominum *Maxxæum de Affl.* & quendam de domo de Camprotrundo, an scilicet esset licitum facere fenestram per directum in locum inferiorem, prout stabat in loco superiori, secundum terminos *Consuetudinis Neapolitanæ*, sub tit. *de aperturis non faciendis*, in *Consuetudine Si quis habens domum*: pro vna parte allegabatur *decisio* ipsiusmet *Affl.* num. 224. in qua dicitur, quod sic, Ego dicebam, quod ipsa *decisio* si vera fuisset, erat contra *tex. in l. seruitutes, §. stillicidium, ff. de seruit. urban. prædior.* nam durior erat seruitus, & sic cessabat ratio *Consuetudinis* loquentis de faciendo fenestram in loco superiori, prout illum *§. stillicidium* declarat *Veronens.* in *tract. de seruit. urban. prædior. c. 28. col. 2.* & sic cum *Consuetudines* nostræ sint stricti iuris, ut tenet *Napod. glossator* ipsarum in *Consuet. Si quis*, in verbo *præterquam*, ibi, præterea, quia *Consuetudines de successione ab intestato non debent extendi, ut contineant casum odiosum, & duriorè, ut esset facere fene-*

stram

stram subtus, iuxta rationem *tex. d. §. stilli-*
cidii, propterea idem *Napod. in Consuet. fi-*
lius familias, sub *tit. de filijs familias volēt. test.*
in verb. possūt. ibi quia sic esset, dicit, quod illa
 lex municipalis, quæ est stricti iuris, nõ de-
 bet extendi, nisi sit eadem humanitatis rati-
 o; in casu igitur nostro est diuersa ratio,
 vt consideratur in illo *§. stillicidii*, & ad hoc
 plura exempla adduci possunt, si *Consuetu-*
do extendatur, quæ poluit *Rochus de Curte*
in repet. cap. fin. col. 53. cum pluribus *seqq.*
de Consuet. & secundum istam opinionem
 contra *decisionem Mazzzi* fuit in propria
 prædicta causa determinatum, & hæc de-
 terminationem tunc in d. sua *decisione* notauit.

Io. Angelus Pisanellus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniacus an censendus sit, qui pecuniam dat*
Familiari Pontificis, vt operam suam præstet
ad ei aliquod beneficium impetrandum, &
num. 9. 10. 11. & 12.
- 2 *Text. in extrauag. 2. de simon. declaratur.*
- 3 *Text. in can. præsentium 1. q. 5. declaratur.*
- 4 *Extensio in pœnalibus non permittitur.*
- 5 *Argumentum de maiori ad minus non valet.*
- 6 *Regula, vbi est eadem ratio, est eadem iuris di-*
spositio in pœnalibus non procedit.
- 7 *Bulla Pij V. contra sodomitas an habeat locum*
contra bestialitatis crimen committentem.
- 8 *Dispositum aduersus committentem simoniam,*
in ordine an censeatur dispositum aduersus
committentem simoniam in beneficio.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an simoniacus censen-
 dus sit Vir ille, qui familiari
 Põtificis pecuniam dederit,
 ad hoc vt operam suam præ-
 stet, siuè intercedat, vt Pon-
 tifex beneficiũ aliquod Ec-
 clesiasticum ei conferat.

C A P. CCVI.



Simonia, reuocatur in-
 dubium, an contraha-
 tur, vbi quis Familiari
 Pontificis pecuniam
 dederit, ad hoc vt ope-
 ram suam præstet, siuè
 intercedat, vt Pontifex
 beneficium aliquod Ecclesiasticum ei con-

ferat? Respondeo negatiuè, quod probo
 ratione, & autoritate, ratione, quia nullo
 canone, nullauè Pontificia constitutione,
 captum inuenimus, vt quis non possit in-
 recognitionem futuri fauoris, aut laboris,
 siuè intercessionis à Familiare, Consangu-
 neo, vel Affine Põtificis præstandæ certam
 pecuniæ quantitatem pro beneficio asse-
 quendo promittere, *text. enim in extrauag.*
2. de simon. prohibet tantum expresse, nè
 2 *quis sit mediator ad simoniam committē-*
dam, ibi, qui quomodolibet dādo, vel recipien-
do simoniam commiserint, aut quod illa fiat
mediatores extiterint, seu procurauerint, &c.
 ex quibus quidẽm verbis apertè sentiit il-
 lius *extrauag. conditor* de eo, qui est medi-
 ator ad promittendum, siuè soluendum be-
 neficii collatori pecuniam, vt beneficium
 conferat, sicq; supponitur in *text. vt benefi-*
 cii collator per mediatorem pecuniam reci-
 piat, non autem prohibetur *ibi*, vt nec
 etiam mediatori pro officio, quod præstat,
 possit certa pecuniæ quantitas in recom-
 pensationem gratuitam offerri, est verum,
 quod hæc fuit opinio aliquorum *Doctõrum*
 putantium, vt nec etiam mediatori possit
 aliquid solui, inter quos primus omnium
Innocent. in cap. tuam, antè num. 3. extra de
estat. & qualis & ordin. præficiend. vbi expres-
 sis verbis dixit, idem esse pecuniam solui
 mediatori, ac ipsimet beneficii collatori,
 ad quod probandum allegat *text. in canon.*
præsentium 1. quest. 5. idemquè nonnulli alii,
 quos refert, & sequitur *Bonacii. tract. de si-*
 3 *mon. quest. 1. §. 1. & 2. num. 14. sed rogo, &c.*
 illum ab *Innocent. relatum* reuideri, cum
 nullatenus probet id, ad quod allegatur,
 loquitur enim de mediatore, cui fuit solu-
 ta pecunia, ad finem intercedendi apud
 Episcopum, vt Sacerdotii dignitas alicui
 conferatur, prout fuit collata, asserere mo-
 dõ, idem esse in collatione beneficii, de
 qua *tex. non loquitur*, fieret locus extensio-
 4 ni de vno casu in alium, quæ in pœnalibus
 etiam ex identitate, aut maioritate ratio-
 nis non permittitur, ex *regula Odia, de reg.*
in 6. & canon. pœna, de pœnit. dist. 1. Cassa-
dor. in propria materia nostra decis. 5. num. 6.
de constit. vbi dicit, in pœnis benignam fa-
 ciendam esse interpretationem, & quod
 5 argumentum de maiori ad minus non va-
 let, ad *text. in authent. quas actiones, C. de sa-*
crof. eccles. hinc cum fuisset aliàs dubitaciõ,
 an irregularitas, quæ contrahitur ex reite-
 ratione baptismi, ex *cano. confirmandum 50.*
dist. & cano. si bis, de consecrat. dist. 4. contra-
 hatur in simul ex reiteratione Sacramenti

- Côfirmationis, & Ordinis, fuit magis communiter negatiue resolutum, nam regula illa, quæ se habet, ubi est eadem ratio, est eadem iuris dispositio, in penalibus locum non habet, licet bene in legibus dispositiuis, discriminis ratio assignatur, quia leges dispositiue ita pendent ex ratione, ut ratio legis dicatur anima legis, vnde merito iudicantur habere vim, ubicunq; militat eadem ratio, et leges penales eum non dependeant ex ratione, sed ex sola voluntate Legislatoris, pœnam imponentis, de vno casu ad alium extendi non debent, ita satis bene *P. Auila tract. de censur. par. 7. dispnt. 7. dub. 5.* & alijs relatis *Garz. de benefic. par. 11. c. 10. num. 206.* vbi loquitur in terminis *Bulle Pij V. sanctæ memoriæ, contra sodomitas, ut non habeat locum aduersus bestialitatis peccatum committentes, vltra quod in materia nostra maius facinus consideratur in committente simoniam in ordine, quam in beneficio, patet, quia atrociores penæ à Summis Pontificibus impostæ sunt aduersus illos, qui ad sacros ordines pecunia mediante se promoueri faciunt, quam aduersus illos, qui per pecuniam beneficia assequuntur, ut optimè per *Nauarr. conf. 61. num. 1. de simon in antiq. Campanil in diuers. iur. can. rub. 11. c. 27. num. 85.* & alios passim, quod fit, ut dicamus, perperam affirmari posse id, quod dispositum est aduersus committentem simoniam in ordine, cenferi pariter dispositum aduersus committentem simoniam in beneficio, argumentaretur enim de maiori ad minus, quod in pœnulis à iure prohibetur, ut per *Cassador. loca cit. vnde sequitur, quod dum Innocent. ad probandum, quod committatur simonia, dando pecuniam mediatori pro assequendo beneficio, allegat text. in d. canon. presentium, respondetur, hoc in eo text. non probari, & consequenter eius contentiam omni prorsus fundamento carere:**
- 9 Quare teneo indubitanter, satis bene in hoc articulo alloquutos *Valent. tom. 3. disp. 6. quest. 16. punct. 3. Adam. Tanner. in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 3. num. 76. Rodriq. in summ. tom. 4. c. 133. num. 19. Sanch. in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 3. dub. 26. num. 7. & 10. & Dian. resol. moral. par. 2. tract. 16. miscell. 2. resol. 37. fol. mihi 278. & par. 4. tract. 4. resol. 151. fol. mihi 226.* etenim ex dictis ab his Doctoribus resoluitur apertissime, simoniam non contrahi, vbi quis dat pecuniam mediatori pro intercessione ad beneficium, ex quo in rei veritate hic non emit beneficium, sed illam intercessionem, quæ est quid tempo-

- rale, sicquæ dies non potest, quod traditur temporale pro spirituali, cum pecunia detur pro favore humano, qui est pretio estimabilis, collator enim beneficii nihil accipit, sed intercessor, non quidem pro collatione beneficii, sed pro postulatione, & intercessione, & sicut collator beneficii nullam contrahit simoniam, ita neq; mediator pecuniam accipiens, nec prorsus pecuniam intercessori tradens, gratis enim hic beneficium à collatore consequitur, quamuis humanam favorem emerit, & licet id, quod soluitur, illius humani favoris, aut laboris excedat estimationem, non per hoc dici potest, quod sit peccatum simoniam, sed potius iniustitiæ, quia emitur ille favor, siue labor vltra iustum pretium, quod meretur, quod quidem iniustitiæ peccatum existimauit *P. Diana cit. resol. 37. in fine* cuitari posse, si illud plus, quod labor, siue favor ille non meretur, daretur liberally, & gratis; & quod hæc omnia verasint, satisq; diceretur impertinens, si quis putaret, in casu proposito emi beneficium, ex eo magis indubitatum redditur, cum ad perficiendum contractum emptionis, & venditionis necesse sit, vltra rem, & pretium, quod ex vna parte adfit persona venditoris, & ex alia emptoris, quæra modò in casu, de quo agimus, vbi est persona vendentis beneficium? si dices, considerari illam collatoris beneficii, mentiris, quia ille gratis beneficium confert, si autem personam mediatoris, somniaris, cum beneficii collatio ad illum non spectet, vnde non est, cur dici possit, quod vendat beneficium, quare dicendum est, quod verè dicitur emi favorem à mediatore, & quamuis ordinetur ad obtinendum beneficium, non tamen potest dici, quod hic favor sic ordinatus sit quid spirituale, de quo loquitur *text. in cap. fin. de patris, & in cap. questum, de rerum permiss.* sed prorsus mere temporale, quod à sacris Canonibus prohibitum non inuenimus.
- 12 Ex quibus omnibus credo satis aperte probatum in casu propositi dubij nullam posse simoniæ labem considerari, vel ad peius stante opinionum diuersitate rem esse in iure dubiam, quod sat est ad excusandû etiam peritissimos, eoque magis cum in Romana Curia hæc cõtractatio quodammodo sit practicabilis, vnde ex hoc Papæ scientia, & intelligentia, aut saltem tolerantia, arguitur, ut in terminis citatæ *extranag. 2. de simonia* scripsit *Cassador. cit. decis. 5. num. 11. & 12. de constitution.* sicq; per hoc non officere, quæ generaliter statuit Pontifex

sanctissimus Gregorius XIII. in sua Constitut. 24. de anno 1574. promulgata. Hæc est mea sententia in casu proposito, cui Theologi peritissimi, cum quibus hic Neap. & Romæ de his differui, adhererunt, saluo tamen iudicio melius sentientis.

S V M M A R I V M.

- 1 Societas quibus modis soluitur, & num. 2. & 3.
- 4 Societatis dissolutio an noceat creditoribus, qui bona fide cum altero ex socijs postea contraxerunt, & num. 5.
- 6 Societas finita potest tacite renouari.
- 7 Casus decisionis Rotæ narratur.
- 8 Societatis natura est, ut quilibet ex socijs insolitum conueniri possit.
- 9 Societas an, & quando transeat ad hæredes, & renouata dicatur, & num. 10. 11. & 12.

A R G V M E N T V M.

Agitur, quibus modis soluatur societas, & tacite ea dissoluta renouata dicatur. Societatis dissolutio an, & quando noceat creditoribus illis, qui postea cum altero ex socijs sociali nomine bona fide cõtraxerunt, & de alijs notabilibus, vbi *decisio Sacra Rota Romanæ.*

C A P. CCVII.



Societas ad certum, & determinatum tempus inter plures contracta, quod eo elapso tempore absq; alia declaratione, aut renunciatione extincta dicatur, scripserunt Paul. Castrens. in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. actio. & in cons. 77. & 104. lib. 1. Dec. in l. si socius, num. 4 ff. si cert. pet. & in l. qui cum alio, num. 2. ff. de regul. iur. Paris. cons. 88 num. 10 lib. 1. Decian. cons. 60 num. 30 lib. 2. Bursat. cons. 370 num. 7. lib. 4. Menoch. cons. 121 num. 62. & seq. lib. 2. Stracc. de mercas. tit. de contract. num. 12. Rot. Gemæ decis. 71. & Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. nu. 20.

- 2 & seq. soluta pariter dicitur societas, intra tempus contractæ societatis aliquis ex socijs è viuis decederet, etiam quoad superstites socios, est text. in l. actione, §. morte, ff. pro soc. & in §. soluitur, Instit. eodem, Decian. cons. 78. num. 18. lib. 4. censetur tandem extincta societas eo ipso, quod vnus ex socijs contra consocium super societate litem mouit, d. l. actione, §. 1. vbi glos. Bart. & communiter omnes, l. verum, §. fin. vbi Bal. ff. eodem, & Mantie. loco cit. tit. 25. num. 8. & 9.
- 3 Sed aliàs apud nos dubitari contigit, an hæc dissolutio in casibus prædictis noceat creditoribus illis, qui postea cum altero ex socijs sociali nomine bona fide contraxerunt? quod non sit eis nociua, facit text. in l. sed si pupillus, §. 1. ff. de institutor. action. vbi si postquam fuerit quis in certo loco negotiis præpositus, à domino reuocatus extiterit, ita de man. creditoribus, qui post reuocationem cum illo contraxerunt, nocebit reuocatio, si palam Populo notum fiat, præpositum fuisse reuocatum, cumq; in factis, quod proponebatur, sollempnitatem hanc à lege præscriptam nullatenus interuenisse constabat, ergò dicendum videbatur, socios omnes ex hoc contractu cum altero ex eis inuito obligatos remansisse.
- 4 Ceterum, in societate certo tempore duratura contrarium à doctis Viris resolutum fuisse scio, nam cum per lapsum temporis societas soluta extiterat, non est, eorum creditoribus, qui postea contraxerunt excusari possint, sed potius sibi ipsis imputandum, quare modum, & formam societatis, cuius contemplatione contraxerunt, non indagarunt, videatur Paul. Castrens. in l. 1. §. non autem, num. 3. ff. de exercit. actio. quo loci dicit, ita Florētiz consuluisse inter duos Mercatores, qui societatem per quinquennium contraxerunt, ut nimirum ex contractibus cum altero ipsorum quinquennio completo celebratis, alter non teneretur, licet, qui contraxerunt societatis extinctionem ignorassent, ex eo, quod de qualitate societatis se informare debebant, secus verò, addit, quando indeterminatè contracta fuisset societas, & sic absq; temporis præfinitione, quia tunc eueniente aliqua dissolutionis causa, ut alter ex socijs non teneatur, erit præconizanda dissolutio, & ita, subdit, procedere text. in d. l. sed si pupillus, §. 1. ff. de institutor. action. idemque scripsit in cons. 104. lib. 1. & 335. lib. 2. cui adhererunt Dec. in l. si socius, num. 4. ff. si cert. pet. & in l. si quis cum alio, num. 2. ff. de reg. iur. Stracc. de mercas. in tit. de contrah. mercas. num. 13. Rot. dec. 1146.

num. 4. penes Seraphin. Mastrill. decis. 135. num. 92. & alii.

- 6 Verum non essent iuris auxilia destituti hi creditores, qui post lapsum temporis in iura societatis contraxerunt, si probauerint, socios eo completo tempore negotium continuasse, quàmuis nulla noua conuentione concurrente, constat enim, societatem per certum tempus contractam, eo elapso censeri tacite eisdem pactis, & conditionibus, quibus contracta fuit, renouatam, si socii negotium continuant, idque ex ratione text. in *l. cum quaritur, §. qui impleto, ff. locat.* ita satis notanter *Bal. cons. 448.* per totum, signanter *num. 2. lib. 4. Socin. cons. 87. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 548. num. 4. Tiber. Decian. respons. 22. num. 17. & 18. lib. 3. Honded. cons. 85. num. 26.* & alii, unde probata hac tacita renouatione, omnes socii sunt condemnandi, & ita in puncto decidit *Rota* in vna *Romana successiois de Rotignis* sub die 19. Iunii 1645, coram Illustrissimo *Ghislerio*, & per hæc verba, adhuc alibi non impressa.

Luna 19. Iunii 1645.

- 7 Aperta fuit in Vrbe de anno 1638. Ratio bancaria sub nomine Ioannis Mariæ, & hæredum quæ Ioannis Andreæ Rotigni, seruatis omnibus, quæ de stylo seruantur à Mercatoribus in aperitione similibus negotiorum. De mense Octobris anni 1641. incidit improuisus obitus Ioannis alterius ex dictis hæredibus, quo non obstante, publice, & palam continuata fuit ratio sub eisdem nominibus socialibus, vsque ad principium mensis Maii anni 1643. de quo tempore, cum ratio esset summo ære alieno grauata, fecuta fuit actualis decoctio. Verum cum creditores prætenderent, rationem defecisse de mense Maii 1643. è contra verò Ioannes Maria prætenderet, defecisse de mense Octobris 1641. per obitum Ioannis, & consequenter non teneri ad debita contracta à ratione post d. obitum; Introductum fuit iudicium coram A. C. & ad fauorem Io. Mariæ læta fuit sententia absolutoria, ab omnibus debitis post mortem Io. contractis, à qua interposita appellatione, & commissa mihi causa à Signatura Sanctiss. cum clausula *appellatione remota*, dedi dubium; An Io. Maria teneatur ad debita d. societatis, hoc est ad suprascripta debita contracta post mortem Ioanis, quod affirmatiue fuit resolutum.
- 8 Quia cum inter Partes non cõtrouertatur, quin de anno 1638. fuerit inita societas inter suprascriptos Io. Mariam, & hæredes q.

Io. Andreæ Rotigni, cum Io. Maria sit vnus ex sociis, vtique tenetur in solidum pro gestis, tam à Ioanne, quàm à Francisco hæredibus q. Ioanis Andreæ, ex quo hæc est natura societatis, vt quilibet ex sociis conueniri possit in solidum; ratio est, quia in rebus socialibus promiscue per socios gestis, alter ab altero mandatum habere præsumitur, ad inuicemque præpositi societati videntur, ita vt propterea in solidum obligentur, siue in eadem, siue in diuersa sine Ciuitate; quæ vtroque modo, et casu militat par ratio, nempe, ne in plures distinguatur, qui cum vno contraxit, *l. ne in plures, vbi glos. ff. de exercit. act.* secundum tradita per *Bart. in l. eandem, in princ. & in fine, ff. de duob. reis, Bald. in rubr. C. de exercit. act. num. 26. & in l. cum te, in fine, vers. caue tamen, C. si cert. per. Paul. de Cast. in l. 1. §. si plures, num. 3. ff. eodem de exercit. act. cum alijs, quos refert, et sequitur *Surd. decis. 213. nu. 1. Rota in rec. dec. 536. sub num. 3. in fine, par. 3. dec. 246. nu. 5. par. 6. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 416. num. 2. et coram San. me. Greg. XV. decis. 302. nu. 1. vbi Addent. num. 9.**

- 9 Non obstat, quod societas fuerit extincta; Tum per mortem d. Io. alterius ex dictis hæredibus Io. Andreæ, ita ut non potuerit residere apud superstites, nec ad hæredes transire, *§. soluitur, cum glos. Instit. de societ. l. adeo morte socij, l. verum, §. in herede, & l. actione, §. morte vnus socij, ff. pro socio;* Tum ex particulari conuentione per meum frerem post dictam mortem inita inter Io. Mariam, et Franciscum superstitem ex dictis hæredibus, qui est vnus ex modis dissoluedi societatem, *d. l. verum, §. fin. ff. pro socio,* cum alijs allegatis per *Felic. de societ. c. 35. nu. 4.* de qua conuentione constat per apocam in *Archivio Urbano* iuxta editam, desuper publicata exhibitam; Cui accessit etiam inhibitio iudicialiter obiecta ab A. C. de anno 1643. ad instantiam Ioanis Mariæ contra Franciscum, ne amplius illius nomen expenderet.
- 10 Nam quicquid sit de primo motino, an societas fuerit dissoluta per mortem Ioannis, an verò transuerit ad hæredes, ex sententia *Paris. cons. 82. nu. 15. & 32. lib. 1.* quem sequitur *Felic. de societ. cap. 32. num. 14. in fin. vers. sed hoc non procedit,* contra quem in eademmet causa consulendo responderunt *Dec. cons. 212. nu. 7. vers. non obstant alia verba, & Ruin. cons. 90. num. 10. in fine, cum seqq. vol. 1.* quatenus etiam per mortem dicti Ioannis fuisse legitime extinctam, nihilominus cum dicta ratio bancaria post dictam

mortem Io. & præsentam diffidam secuta fuerit vsque ad decoctionem de mēse Maii 1643. sub nomine Io. Mariæ, et heredum. qu. Io. Andree de Rotignis, vt ex libris negotiationis, et depositionibus testium, et proxenetarum Urbis, & ex aliis testibus examinatis Anconæ, quatenus societas fuisset dissoluta, fuit tacite renouata ex consensu tacito vtriusque Partis, ad *lex. in l. 4. ff. pro socio, Ang. cons. 112. in princip. Castr. cons. 349. in princ. lib. 1. Imol. cons. 53. col. 2. post mrd. Socin. cons. 87. num. 8. & 12. lib. 1. et cons. 192. col. 3. post princ. lib. 2. Decian. resp. 12. num. 17. & 18. lib. 3.* in hac enim materia attenditur consensus sociorum remanentium, qui patiendo, eorū nomen post mortem vnus continuare in societate, censentur, eam renouasse, *Castr. cons. 73. per tot. par. 2. Socin. sen. cons. 82. nu. 13. lib. 1. Dec. cons. 548. num. 4. Paris. d. cons. 82. num. 35. & 37.* Consensus ite tacitus ex actibus socialibus demonstratur, qui citra ius, & nomen societatis fieri nō possunt, vel nō solent, *Corn. cons. 54. vers. tacitus autem, lib. 1. Soc. in d. cons. 87. nu. 12. vers. adeo autem, lib. 1. Roman. cons. 291. in princ. Authar. cons. 349. num. 1. Butr. cons. 71.*

11 Nec potest allegari, quod dicti actus fuerint gelti absque scientia, et patientia Io. Mariæ, et proinde non valuerint ei præiudicium inferre, quia consensus saltem tacitus Io. Mariæ non potest controuerti, dum habuit scientiam, quod ratio bancaria cantabat sub eisdem nominibus, quæ scientia resultat ex notorio, in quo non allegatur ignorantia, cum illud, quod est notorium ab omnibus sciri præsumatur, *Rota decis. vlt. vers. sed quia, de delo. & contumac. in nouis,* et maxime ab habentibus interesse, vt propterea in isto casu non possit Io. Maria de re tam graui ipsam concernente, allegare ignorantiam; Ex eo, quod idem Io. Maria recepit plures epistolas a diuersis Mundi partibus, a quamplurimis Mercatoribus communi nomine datas, et scriptas, ex quibus probari scientiam, et patientiam sociorum, dixit *Rota in puncto in recent. decis. 590. num. 3. par. 3. vers. scientia autem, Rota. decis. 811. num. 34. & 35. par. 1. diuers.* Ex eo, quod post mortem Ioannis Io. Mariæ accessit ad Urbem, mādando Casperio solutionem, et receptionem literarum cambii, inhabitando in eadem domo eiusdem rationis bancariæ; ex hac autem cohabitatione per considerabile spatium temporis in domo rationis, vbi publicè eius nomen expeadebatur, non potest negari, quin ma-

gnum resultet adminiculum scientiæ continuationis eius nominis, et præsertim ex eo, quod dum fuit Romæ, tractabat cum Proxenetis de negotiis rationis, ex quibus omnibus simul iunctis resultat animus continuandi societatem, et scientia Io. Mariæ continuantis, *Rot. diuers. dec. 89. num. 34. & seq. part. 1. & dec. 345. nu. 8. par. 5. recent.* Accedit, quod agebatur de sanguine coniuncto, vnde facilius continuatio inter cōiunctos inducitur, prout etiā, quod post mortem Ioannis nulla fuerunt reddita, et solidata cōputa, quæ inducerent presumptionem dissolutæ societatis, *Socin. dictis cons. 81. num. 12. lib. 1. & 192. lib. 2.* vbi quod ex hoc arguitur animus continuationis societatis, non est autem verisimile, quod Io. Maria voluerit tenere capitale mortuū, et indiuisum.

12 Quod ad supradictam apocam in *Archiuo Urbano* exhibitam, nec per illam potest dici, societatem fuisse extinctam, quia cum ex supradictis appareat de continuatione societatis cum scientia Io. Mariæ, qui post illam expressè passus est, non solum expendi nomen societatis sub eisdem nominibus, sed etiam dedit licentiam Francisco illius bonæ, & effectus obligandi pro summa scutorum 4. millium, per quam licentiam factus est existentiam societatis, etiam de illo tempore; illa non potuit ita operari in præiudicium Creditorum, vt potuerit se eximere a societate, nisi Creditoribus formiter certioratis, inxta stylum Mercatorum, de dissolutione eiusdem societatis, qui stylus est vniformis dispositioni iuris communis, vt probat *sex. in l. sed si pupillus, in S. de quo palam, & ibi Bart. & Castr. num. 2. ff. de inflat. act. Castr. cons. 73. n. 1. lib. 2. Gomiz. var. resol. tom. 1. cap. 5. de societ. nu. 6. vers. verū tamen est, quod talis dissolutio societatis oportet, quod denunciatur, & ibi late Addent. litera B.* & in omnem eueniū præualere debet vsus nominis dicto Io. Mariæ post confectionem dictæ apocæ, illiusque productione in *Archiuo Urbano*, ipso sciente, & patiente. Hinc enim resultat eius obligatio indubitata, ex iuribus allegatis supra in principio.

Idem dicendum de inhibitione obtenta a Io. Maria, cum emanauerit sere in limine decoctionis.

Multum etiā facit ad probandum, quod Io. Maria se habuerit pro obligato, non obstante d. apoca, fuga secuta ad Ecclesiam S. Francisci, statim atque decoctio innotuit in Ciuitate Anconæ.

Stante igitur præexistentia societatis, &

illius

illius continuatione vsquè ad decoctionem, semper sub eisdem nominibus Ioānis Marię, & hęredum qu. Io. Andreę Rotigni, sciēte, et patiente Io. Maria, DD. vtraq; parte audita censuerunt, ipsum teneri ad omnia debita sociali nomine contracta, &c.

S V M M A R I V M.


1. Soror concurrat cum fratre in successione alterius fratris prædefuncti, sed an hæc conclusio procedat de iure consuetudinario Ciuitatis Neap. num. 2.
2. Fratre defuncto in Ciuitate Neap. superstisibus fratre, & sorore in capillo, frater succedit cum onere maritandi sororem de paragio.
3. Anni introitus super Arrēdamentis an dicatur de districtu Neap.
4. Soror dotata excluditur per fratrem à successione prædefuncti fratris.
5. Paragium vnicum sufficit in Ciuitate Neap. secus in Regno.
6. Soror maritata licet dotata nõ appareat, à fratris successione excluditur.
7. Soror defuncto fratri non succedit, concurrenibus parentibus, de iure Consuetudinario.
8. Fratre defuncto superstisibus sorore vtrinq; coniuncta, & fratre consanguineo, vter succedat in Ciuitate Neap.
9. Filij fratrum an amitam excludant à successione patris prædefuncti, & n. 11. 12. et 13.
10. Soror masculiata an succedat fratri prædefuncto cum alijs fratribus superstisibus.
11. Fratre defuncto superstisibus sorore, & nepte ex fratre prædefuncto omnes succedunt.
12. Subingresso in linea collateralis in Ciuitate Neap. quomodo consideratur.
13. Fratre defuncto superstisibus sorore, & fratribus omnibus inter se utrinis omnes succedunt.
14. Matre decedente superstisibus filia masculo ex vno matrimonio, & filia femina ex alio, an masculus feminam excludat, & quid de iure Constitutionis Regni, nu. 19. & 20.
15. Frater vterinus an sororem vterinam dotare teneatur, & num. 21.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & in quibus casibus soror de iure Consuetudinario Neapolitano fratri suo ab intestato defuncto, ob existentiam alterius fratris, vel

ex fratre nepotam non succedat, & in quibus admittatur, ad ornatum *Consuetudinis Sed si morienti*. Soror veterina attentata *Constitutione Regni In aliquibus* num in successione matris equis portionibus cum fratre veterino admittatur, vel potius propter masculi existentiam excludatur, dote recepta.

C A P. CCVIII.



Ororem ad defuncti fratris successionem concurrere cum alijs fratribus superstisibus, et iure comuni, quã Regni huius attēto, nemo ex nostris; hucusq; dubitauit.

1. Sed videamus breuiter, an hæc conclusio procedat de iure Consuetudinario huius Ciuitatis? qua in re reassumendo omnia nostrorum maiorum dicta, in gratiam Tyronum sequentes cōstituo cōclusiones.
2. Prima est, defuncto fratre, superstisibus fratre, & sorore in capillo, & sic non dotata, frater succedit cum onere maritandi sororem de paragio, vt nimis clarè probatur in *Consuet.* *Sed si morienti*, vbi disponitur, quod si morienti ab intestato sine liberis supersint frater, & nepotes, ac neptes, pronepotes, & proneptes ex fratre præmortuo sit locus successioni in stirpem, ita vt frater hæreditatis medietatem præcipiet, & aliam medietatem nepotes, siue pronepotes masculi ex alio fratre præmortuo nati; sorores autem eorundem excluduntur, cum fratres cogantur eas de paragio maritare, & hæc est ipsa veritas, secundum literam dictæ *Consuetudinis*, vt per *Cappyc. decis. 159. in principia*, qui quid sibi dixerit *Io. Vinc. de Anna allegat. 117. vbi n. 11.* distinguere voluit, quando soror tempore delatæ successionis reperitur dotata, & nõ dotata, nam vt benè auertit *Io. Franc. de Pont. in tract. de potest. Proreg. sis. de successione mulier. in princ. nu. 6. vers. qui. Anna, post Jacobum Anel. de Bottis*, quem allegat semper decisum fuit contra sorores, siue tempore

delataz successionis reperiantur dotataz, si-
 uè non dotataz, & ita hoc anno 1639. sub
 die 18. Martij decisum fuit per D. Reg.
 Branciam, vti Excellētissimi Proregis de-
 legatum, Virum contumacissimum, & de
 iure nostro Regni, & municipali satis præ-
 ditum in causa Donnæ Ramundæ Pucces
 Marchionissæ Cirellæ, vti legatariz Mar-
 chionis Viri, cum Donna Catharina Man-
 riquez Principissa Marani, vt nimirum in
 bonis remāsis in hæreditate Don Andrez
 Manriquez, intrâ districtum huius Ciuita-
 tis existentibus, exclusa Donna Catharina
 sorore, quamuis non dotata, nec nupta,
 succedere deberēt Don Didacus Marchio
 Cirellæ, & Don Gonsalvus fratres; in bonis
 verò extrâ districtum omnes; in qua quidē
 causa sub die prima Februarii eiusdem
 anni fuit pariter decisum, inter bona infrâ
 districtum existentia haberi annuos introi-
 tus, qui per defunctum possidebantur su-
 per Arrendamentis; functiones verò Fisca-
 les extrâ, id, quod satis benè explicauit Ca-
 putus ad Consuet. Ncap. in præludij, §. 6. à nu.
 12. vsquē ad 15. qui tamen quoad functiones
 fiscales huius Prouinciæ Terræ Labo-
 ris, quia illorum essetio fit hic Neapoli, de
 his iudicandum esse, dicit, sicut de bonis
 intrâ districtum, qua de re latius diximus
 lib. 1. cap. 70. num. 39.

Secunda conclusio, soror dotata super
 successionem bonorum defuncti fratris nihil
 prætere potest, stante super existentia
 alterius fratris, & hoc siuè bona illa defun-
 cto fratri à maioribus obuenerint, siuè fue-
 rint per illum de nouo quaesita; ex quo in
 hac Ciuitate sufficit vnicum paragium, vt
 ab omnibus successiōibus, etiam frater-
 nis foemina excludatur, quod secus est in
 Regno, cuius quidem iure attento, quot
 sunt successiōes, tot requiruntur dotatio-
 nes, ita Capyc in Consuet. Si moriatur, in ad-
 dition. quæ incipit Ad hanc Consuetudinem,
 circa finem, vers. an autem maritata, fol. mihi
 69. vbi sic per Sacrum Consilium decisum
 refert, Vinc. de Franch. decis. 87. num. 7. & 8.
 Additio ad Napod. in Consuet. Sed si morienti,
 in §. quod autem, incipiens Circa istam gl. fol.
 mihi 159. Io. Vinc. de Anna allegat. 81. nu. 6.
 & 7. P. Molfes. plures cumulans decisiones
 par. 4. quæst. 29. num. 16. Fab. Capyc. Galeot.
 plenissimè in addition. ad cons. 11. Camil. de
 Medic. num. 30. 31. & 32. post Reg. de Pont.
 cit. tit. de success. mulier. per totum, num. 6. &
 cons. 50. nu. 26. lib. 2. & Georg. alleg. 30. n. 22.

Tertia conclusio, soror maritata licet
 dotata non appareat, adhuc à fratris suc-

cessione per alium fratrem superstitem
 repellitur, sicquē per Sacrum Cōsiliū de-
 cisum refert Io. Ang. Pisanel. in Consuet. Sed
 si morienti, §. quod autem, in addition. quæ in-
 cipit, Pone, quod soror, fol. 156. licet fuerit di-
 ctum, esse locum petitioni paragij, de qua
 decisione meminit etiam de Franch. decis.
 412. num. 4.

Quarta conclusio, soror defuncto fratri
 non succedit superstitibus ascendentibus,
 & fratribus, quamuis secus attento iure
 communi, per text. in authent. defuncto, ita
 Napod. in d. Consuet. Sed si morienti, in verb.
 neptis, nu. 72. fol. mihi 153. Vinc. de Franch.
 decis. 543. num. 4. & 486. Consiliar. de Bostis
 in d. Consuet. Sed si morienti, in addition. quæ
 incipit In causa Illustrissima D. Isabella, ple-
 nissimè P. Molfes. par. 4. quæst. 46. nu. 3. & seq.
 Fab. Capyc. Galeot. in addit. ad cit. cons. 11.
 Camil. de Medic. nu. 20.

Quinta conclusio, defuncto fratre su-
 perstite fratre consanguineo, & sorore,
 vtrinque coniuncta, frater solus succedit,
 vinculi duplicitate, quæ in sorore concu-
 rit non obstante, cum onere tamen mari-
 tandi, & dotandi, si maritata, & dotata nō
 reperitur, Pisanel. ad Napod. in d. Consuet. Sed
 si morienti, fol. mihi 155. in addition. incip.
 Sentit Napodanus, sicquē determinatum in
 Sacro Consilio tradit Prsil. ad Affl. dec. 38.
 nu. 12. & in simili statuto Taurini existente
 dicit decisum Gasp. Am. T. best. quæst. 69. n. 6.
 lib. 2. quæst. forens.

Sexta cōclusio, hæc omnia, quæ diximus
 de exclusionem sororis à defuncti fratris suc-
 cessione propter existentiam alterius fra-
 tris procedunt indubitanter, adhuc si fra-
 ter non superesset, sed illius filij defuncti
 nepotes, hi enim locum, & gradum eorum
 prædefuncti patris subingrediētes amitam
 defuncti sororem prorsus excludunt, quia
 eadem exclusionis ratio, nimirum conser-
 uationis bonorum in familia, quæ fuit per
 Ciues nostros considerata, sicut militat,
 quando superest frater, eodem modo si su-
 peressent filij fratris masculi, quicquid im-
 prudentè, pace sua sit dictum, in contratiū
 scripserit Molfes. par. 4. quæst. 27. à num. 5.
 vbi, quod in hoc casu defuncti soror cum
 nepote ex fratre præmortuo ad succeden-
 dum concurrat, defendit, loquutus enim
 fuit contra Napod. & ceteros nostros Con-
 suetudinarios, ac decisiones Magnæ Cu-
 riaz, & Sacri Consilij, nam quod nepos ex
 fratre à defuncti successionem amitam ex-
 cludat, dotando tamen eam de paragio, si
 dotata non reperitur, dixit Napod. in Con-

suetud.

suetud. Si moriatur, S. & omnia, num. 114. fol. mihi 109. *Marin. Frecc. in addition. ad eundē Napod. in citato S. quod autem, in verbo parentum, in addition. quæ incipit Nota ex ista, glos. Lalinus Caput. in praludjs. ad Consuetud. Neapol. S. 5. num. 33. fol. mihi 39. et alii, sicq; tam per M. C. quàm per S. C. annis superioribus decilum fuisse inueni in causa successionis bonorum Doctoris Antonij de Gliembo ab intestato defuncti, ad cuius hereditatem acquirendam concurrentibus Portia defuncti sorore utrinquē coniuncta, Felice Antonio nepote ex fratre præmortuo, Siluia Corrada, et Ioanue de Vrso nepte, et nepote ex sororibus similiter præmortuis, per Magnam Curiam sollempniter discusso articulo fuit decilum, ut in bonis extra districtum succederent omnes, in illis verò intra Felix Antonius tantum, prout ex decreto præambuli, cuius tenor est.*

In causa interpositionis decreti præambuli quondam Doctoris Antonij de Gliembo cum Felice Antonio Gliembo, Siluia Corrado, Ioanue de Vrso, & Portia de Gliembo, ut ex actis, &c.

Die 14. Julij 1617. Neapoli.

Per Magnam Curiam Vicaria visis actis omnibus factisq; verbo in plena Banca causarum, simulium ipsius M. C. promissum, & decretum est, supradictum quondam Antonium de Gliembo fuisse, & esse mortuum, & Ecclesiastica sepultura traditum, & prædictos Felicem Antonium de Gliembo, Siluiam Corrado, Ioannem de Vrso, & Portiam de Gliembo fuisse, & esse eius heredes vniuersales in stirpes, pro equali parte, & portione ab intestato cum beneficio legis, & inventarij, & proinde modo prædicto potuisse, & posse succedere in, & super omnibus eius bonis mobilibus, & stabilibus, auro, argento, recolligentijs, & nominibus debitorum remansis in hereditate ipsius quondam Antonij, extra tamen districtum. Quò verò ad bona infra districtum prædictum Felicem Antonium de Gliembo tantum fuisse, & esse heredem vniuersalem ab intestato prædicti quondam Antonij cum dicto beneficio legis, & inventarij super omnibus eius bonis mobilibus, stabilibus, auro, argento, recolligentijs, & nominibus debitorum remansis in hereditate prædicti quondam Antonij infra districtum tantum, ut supra, & successiue potuisse, & posse modo, quo supra instrumenta, & obligationes quascunquē accusare, & liquidare, & eas, & ea accusata, & liquidata exequi, iuxta formam Ritus M. C. P. & generaliter omnia alia, & singula facere, modo, quo supra, prout facere posses prædictus qu. Antonius, si viueret, & personaliter interesset, & que facere potest

quilibet heres factis præambulo, hoc faum., &c. Pascalis, Franc. Vollarus.

Constantinus Actuarius.

12 Et cum ab hoc decreto appellatum esset ad Sacrum Consilium, visis videndis factis de omnibus relatione in Aula sub die 3. Nouembris eiusdem anni 1617. per Regium Consiliarium Ioannem Baptistam Meliorem præstantissimum Iureconsultum, & in iure municipalit huius Ciuitatis versatissimum decretum M. C. confirmatum fuit, prout ex sententia, cuius verba sunt.

In Dei nomine Amen.

Visa supplicatione appellationis Maiestati nostra in nostro Sacro Consilio exhibita, & presentata præ parte Siluia Corrado appellantis à decreta præambuli Magnæ Curie Vicaria in fauorem Felicis Antonij de Gliembo; & visa alia supplicatione porrecta in nostro Sacro Consilio pro parte Felicis Antonij de Gliembo petentis, confirmari decretum præambuli qu. Antonij de Gliembo, quarum tenor talis est, & 3. S. R. M.

Visis deniquē videndis.

Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, bene fuisse iudicatum per nostram Magnam Curiam Vicaria per decretum ipsius Magnæ Curie sub die 14. Julij 1617. & proinde decretum prædictum debita executioni demandetur, iuxta ipsius seriem, continentiam, & tenorem.

Hanc eandem, &c. Ioannes Baptista Melior bella lata, &c. Carolus Carbanus.

13 De his decisionibus meminerunt Ioannes Baptista de Thoro in suo aureo compendio decis. Regni, in verbo Nepos ex fratre, & Lelius Caputus in loco proxime cit. qui tamen de illis valde dubitat, attenta facti qualitate, quæ in causa illa concurrebat, non quòd dubitet, an nepos ex fratre præmortuo amitam defuncti sororem, ceterosquē sororum præmortuarum filios excludat, quia hoc pro indubitato supponit ad fauorem nepotis ex fratre; sed ex eo, quia soror erat externa, dotataque reperiebatur in loco suæ originis de bonis paternis, & maternis, non secundum Consuetudinem huius Ciuitatis, qua attenda, ut diximus, sufficit vnicum paragium; sed secundum Constitutionem Regni, ex cuius dispositione quot sunt successiones, tot debent esse paragia, sicquē videbatur super bonis intra districtum per defunctum fratrem qualitatis, nulla habita ratione de dotatione prædicta, debuiffe huic sorori saltem paragium

deceitil: considerauit & alia *Capitus* pro adumbranda nostri supremi Senatus decisioe, vt in loco supra relato videri potest, quibus tamen non obstantibus facta determinationi adhzreo.

14 Septima conclusio, soror masculiata, ex causa, quæ narratur in *Consuet. Si moriatur, Si eas autem*, succedit defuncto fratri cum alijs fratribus superstitibus, & in virili, ita *Napod. in d. Consuet. Sed si morienti, §. quod autem*, in verb. *parentum*, num. 302. & ita intelligo eundem *Napod. in glos. precedenti*, in verb. *soror*, in fine, vers. *quod autem hic dicitur*, dum dicit, illud, quod dicitur de exclusione sororis in bonis prædefuncti patris, intelligendum esse de sorore dotata, secus vero si non esset dotata, quia tunc haberet partem, hoc, dico Ego, esse intelligendum in terminis dicti *§. eas autem*, quando soror non dotata reperitur masculiata, nam secus destrueretur litera *Consuetudinis Sed si morienti*, *Fab. Cypre. Galeos. in addit. ad cons. 11. Camil. de Medic. num. 35.*

15 Octaua conclusio, defuncto fratre superstiti sorore, & nepte ex fratre præmortuo, omnes ad successionem admittuntur, quia cessat ratio exclusionis, sicquæ decisum habemus penes *Cypre. decis. 21. Cölut. Coppala in additio. ad Napod. in d. Consuet. Sed si morienti*, in illa, quæ incipit *Scias, quæda die*, & similiter nostris temporibus decisum retuli Ego supra cap. 145. quod incipit *Neptis ex filio*, in fine.

16 Nonæ conclusio. Hæc omnia, quæ diximus de exclusione sororis, dic procedere in omnibus casibus, in quibus de iure Consuetudinario datur subingressio in linea collateralis, iuxta *Consuetudinem Sed si morienti*, & sic in fratribus, & sororibus patruelibus, amitinis, & consobrinis, quo fit, vt cum de fratribus, qui tertio gradu coniunguntur, non loquatur *Consuetudo*, sicquæ in illis cessat subingressio, quam non dari vltra filios fratrum consobrinorum, quando concurritur cum consobrinis defuncti, dicit decisum *Vinc. de Franch. decis. 24.* consequens est dicere, vt defuncto fratre, superstitibus masculis, & feminis tertio gradu sibi coniunctis, omnes succedant, & sic tam masculi, quam feminae, sicquæ decisum per S. C. refert *D. de Franch. citata decis. 24.* in fine, & meminit *Fab. Cypre. Galeos. in addit. ad cons. 11. Camil. de Medic. num. 38. 39.* & 40. dixi paulò antè, quando concurritur cum consobrinis, vt subingressio non extendatur vltra filios fratrum consobrinorum, nam si superesset frater consanguineus,

vel vtrinque coniunctus defuncti, & cū eo concurrerent alij descendentes ex altero fratre prædefuncto, subingressio daretur in infinitum, vt probat litera *textus in Consuetudine prædicta Sed si morienti*, & obseruauit *Martial. in additio. ibi incipiente Verum quod dicatur*, fol. mihi 152.

17 Decima, & vltima conclusio, defuncto fratre superstitibus fratre, & sorore, omnibus inter se vterinis, ex quo eorum communis mater ter nupsit, succedit tam frater, quam soror, quia in hoc etiam casu cessat alia exclusionis ratio, quæ est fundata in onere dotationis; vterinus enim nõ cogitur sororẽ dotare vterinam, & sic cessat exclusio; idèq; si defuncto fratri superesset frater vtrinque cõiunctus, & soror vterina, vt adhuc soror cū fratre cõcurrat, in bonis tam defuncto a cõmuni matre obuētis, vinculi duplicitate non obstāte, cum ex millies reperitis apud nos maius vinculum non attendatur, sed à quo bona obueniunt: & ita paritèr determinatum in fortiori casu, nimirum in successione matris; illa enim ex 18 testamento, vel ab intestato decedente, superstitibus filio masculo, & filia femina, ex duobus matrimonijs susceptis, ad succedendum concurrunt, tam filius masculus, quam filia femina, & pro virili, ex dispositione *Consuetudinis Si qua mulier*, quæ tunc demum masculorum prælationem admittit, quando sunt masculi, & feminae eiusdem matrimonij, ceterum si ex diuersis, succedunt æqualitèr masculi, & feminae, & ita semper in Sacro Consilio decisum, quando casus contigit, videantur *Cypre. decis. 92. num. 3. vers. fuit dubitatum, Additio ad Napod. in dicta Consuet. Si qua mulier*, incipiens *Inferrebat*, fol. mihi 206. & alia in *Consuet. Sed si morienti*, quæ incipit *Vterinus*, fol. 155. *Vinc. de Franch. decis. 639. num. 10. vers. nam si sunt ex diuersis matrimonijs*, idemquæ in *decis. 25.* vbi loquitur in casu fortiori, nimirum, vt succedat filia femina pro æquali parte, & portione cum filio masculo, etiã in bonis, quæ matri obuenerunt ex successione alterius filij, qui cum filio masculo superstiti erat vtrinque coniunctus, *Molfes. par. 3. quest. 22. num. 17. Fab. Cypre. Galeos. in additio. ad cons. 11. Camil. de Medic. num. 41. cum seq. de Pont. cons. 39.*

19 Idemquæ dicendum putat *Capitus ad Consuet. Si moriatur*, par. 1. §. 5. num. 9. fol. 131. de iure *Constitutionis Regni exordientis In aliquibus*, quæ cum ex receptissima nostratum sententia procedat etiam in successione matris, vt ibi per *Andr. & Affl.* alioquæ

plures relatos per *D. de Franch. decis. 171.* ubi dicit, sic hodie absque dubio iudicari, hæc receptissima sententia intelligenda est, quando frater, & soror sunt utrinque coniuncti, sicque ex eodem patre, & matre nati; secus si essent uterini, quia tunc, dicit *Caputus*, succedet matri tam filius masculus, quam filia femina, & uterque in virili, id, quod ex alio defendi non potest, nam cum exclusio feminae in dotatione fundata sit, & frater uterinus sororem uterinam dotare non tenetur, consequens est dicere, ut cessante causa exclusionis, cesset similiter & ipsa exclusio.

20 Sed credo, quod hac vice *Caputus* non bene dixerit, cum nulla Regni lege eius sententia proberetur; nullibi enim legimus in *Constitutionibus Regni*, prout in *Consuetudinibus Neapolitanis* habemus, ut in successione matris superstitibus filio masculino, & filia femina ex diversis matrimonijs, ita succedat femina, sicut & masculus; etenim, cum ex indubitata nostratum sententia receptum sit, ut *Constitutio In aliquibus* procedat etiam in successione matris, adeo quod pro lege hæc opinio servatur, ac si expressis verbis ita in dicta *Constitutione In aliquibus* cautum esset, non video, cur ad hanc distinctionem deveniri possit, ut nimirum tunc masculus excludat feminam à communis matris successione, quando nati illi sunt ex eodem matrimonio, secus si à diversis; nam si hoc verum esset, idem etiam dicere possemus in successione patris, *Constitutio enim In aliquibus*, quæ ex receptissima sententia matris successione comprehendit, loquitur generaliter, ut in successione patris masculus feminae præferatur; nec aliter distinguit, an superstitibus filij ex uno, vel diversis matrimonijs nati sint, quo fit, ut cum in patris successione distinctio hæc fieri non possit, sicque frater consanguineus sororem consanguineam semper excludit, idem etiam & in successione matris; respectu cuius certè nulla potest fieri consideratio, quod filius masculus ex uno matrimonio natus est, filia autem femina ex altero, omnes enim sunt filij; unde, ut concludam, cum legem habeamus expressam, ut in successione patris semper masculus feminae præferatur, non aliter distinguendo, an masculus, & femina sint utrinque coniuncti, vel consanguinei, quæ quidem lex citra controuersiam procedit etiam in successione matris, consequens est dicere, ut siue filius masculus, & femina sint inter se utrinque coniuncti, siue uterini, semper

masculus etiam in successione matris feminae præferatur.

21 Nec obstat, quod frater uterinus non tenetur sororem uterinam dotare, *l. cum plures, §. fin. ff. de administr. tutor.* nam non per hoc sequitur, ut masculus, & femina uterini æquis portionibus matri succedere debeant, hæc enim conclusio procedit vivente matre, prout dicimus in fratre consanguineo, qui vivente patre nec etiam sorore consanguineam dotare tenetur, & si illam dotauerit, animi liberalitatem, non autem iuris debitum exercere diceretur, ut bene probat *Andr. in d. Constitut. In aliquibus, col. 10. vers. quid si frater, fol. mihi 240.* mortuo autem patre, quia filius masculus in succedendo feminae præfertur, subintrat fratris consanguinei debitum in sororem dotando, & non prius, ut bene etiam aduertit *gl. in d. l. cum plures, §. fin. in verb. alio patre*, quod quidem onus, dic tu, ut subintrat etiam in fratre uterino matri succedente, ut sorori uterinae præferatur, dummodo eam de paragio docet, servata forma *Constitutionis*, quæ ita demum prælationem hanc masculis concedit, dummodo sorores pro modo facultatum de paragio maritare habeant, & non aliter; & si dices, fratrem consanguineum, etiam citra casum paternæ successione teneri sororem consanguineam dotare, quando illa nihil habet in bonis, unde se dotare possit, ut probat *glos. proximè cit. in d. §. fin. in verb. alio patre, in fine*, quæ ab omnibus canonizatur, quod secus est in fratre uterino, qui adhuc si soror uterina aliunde, ex quo dotare se possit, non habeat, dotem illi dare non cogitur, ut probat *text. in d. l. cum plures, §. fin. ibi, etiam si aliter ea habere non patuit, &c.* nam respondemus, hoc procedere de iure *Digestorum*, quo atreato cognati non succedunt cum agnatis, secus verò de iure *Codicis*, secundum quod sibi ipsis succedunt, *l. fin. §. sed nec fratrem, C. de legit. hered.* ac proinde fratrem uterinum sororem uterinam inopem alimentare, & dotare teneri, est hodie receptissimum, prout videre est pœnès *Campeg. de dot. par. 1. quest. 23. Tiraquel. de primog. quest. 62. n. 3. Surd. de aliment. quest. 25. tit. 1. num. 24. & Gratian. ceteris omisis tom. 1. discept. forens. cap. 65. num. 4. & 5.*



S U M M A R I U M.

- 1 Statutum excludens feminam à successione fratris an locum habeat in successione familiarum, & num. 4. & 5.
- 2 Res prohibita alienari, si semel legitime alienetur, alienabilis efficitur.
- 3 Soror fratris appellatione continetur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an *Consuetudo Neapolitana*, incipiēs *Sed si morientis*, qua in collateralium successione masculus foeminam excludit, procedat in successione foeminae, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CCIX.



Ororem, de iure consuetudinario huius Civitatis à defuncti fratris successione propter alterius fratris superexistētiam excludi, aliquibus tamen casibus exceptis diximus latē. *cap. procedenti*: nunc opportune dubitatur, an exclusio hęc procedat in successione foeminae, ut putā, decessit Iulia, superstitibus Alexandro fratre, & Maria sorore, an Alexander tantum vigore *Consuetudinis nostrae Sed si morientis* ad successione, Maria exclusa admittatur?

Hęc non inveniā nostris, quos vidi tantum, credo forsā, quia existimant, non esse dubium discussione dignum; placet tamen mihi aliqua super illo disserere; etenim *Surd. decis. 9.* in terminis consimilis statuti, Mantuae existentis decisum refert, nō esse locum in hoc casu exclusioni sororis superstitis, sicquē illam insimul cum fratre defunctę sorori æquis portionibus succedere, & hoc non obstante, quod statutum utatur verbo, seu termino communi, non autem masculino, cum aliquādo dicat *morientium*, aliquando *deficientium*, prout *Consuetudo nostra ibi in principio Sed si morientis*, ratio assignatur, quia statutum agnationis respicit favorem, & non tanta militat ratio in hereditate foeminae, quanta in hereditate masculi; quando enim agitur de succedendo masculino, maior est ratio, ut solum ad fratres superstitēs, foeminis exclusis pertineat successio, nimirum ut detur continuatio bonorum in eadem familia; quando autem sorores nuptę sunt, eisquē eorum portio pro dote assignata, dicitur certē portio illa à patrimonio paternę familię diuisa, sicquē non tanta vrget ratio, vel æquitas, ut de familia mariti reuertatur ad paternam, quanta vrget in cōservanda, & continuanda in eadem familia;

- 2 hinc res prohibita alienari, si semel legitime alienetur, alienabilis efficitur, etiam in alias personas prohibitas, nec aliter onus revertendi ad familiam alienantium reuiuiscit, *l. 1. l. pater filium, s. quindecim*, vbi *Bar. ff. de legat. 3.* & itā pariter determinauit *Rot.* sub die 14. Iulij 1630. in vna *Romana successione* coram *D. Merlino*, in terminis *Statuti Urbis 146. lib. 1.* quāuis ibi minor cōsiderabatur difficultas, quia *Statutum* loquitur de successione fratris ab intestato decedētis, quod proindē cum sit iuris communis correctorium, videtur, quod extendi non potest ad sororis successionem, licet illa de iure fratris appellatione contineatur, *l. tres fratres, ff. de pat. l. Lucius 78. ff. ad S. C. Trebel.* cum alijs concordatibus adductis per *Rot.* in dicta *Romana successione*, & itā ratiocinatur *Mart. in summ. succes. par. 3. q. 6. art. 5.*
- 4 Contrariam verō sententiam, cui libenter me subscribō, nimirum, ut quando statutum, quo excluditur soror à successione fratris, propter alterius fratris superexistētiam, loquitur per verbum commune, scilicet *morientis, decedentis, &c.* locum habeat etiam in successione sororis, sicquē ut altera soror superstes per fratrem excludatur, semel, atquē iterum reiecta *Mantuani Senatūs decisione* pōnēs *Surd. loco cit.* probauit *Rot.* in vna *Rauēnatisi successione*, prout in *decis. 548. par. 1. & 644. par. 2.* in *recollekt.* per *Farinac.* in terminis *Statuti Rauēnatisi*, quod utitur termino communi, nimirum *Bona quacunque decedentis ab intestato, &c.* & vterius *defuncta persona, &c.* per quem loquendi modum negari nō potest, quin statutum verificetur, tam quādo moritur masculus, quā cum foemina decedat; si enim Statuentes sentire voluissent de successione fratris tantum, ad illamquē dumtaxat statutum restringere, utiquē de fratre speciatim dixissent, prout dixerunt in *pręcitato Statuto Urbis 146. lib. 1.* quod, ut suprà annuimus, loquitur de successione fratris; vnde cum vsi sint termino communi, prout Ci-

us nostri in illis verbis in principio Consuetudinis, ibi, *Sed si morienti ab intestato absque liberis, &c.* nō est, cur dubitari possit, quin Consuetudo nostra pro sororum exclusione, nēdum masculorum; sed etiam foeminarū comprehendat successiones, nec stringit ponderatio, quōd non militet tanta ratio in hereditate foeminae, quanta militet in hereditate masculi, ex eo principaliter, quia portio assignata foeminae est iam à patrimonio paternae familiae deuulsa, quādoquidē nō per hoc sequitur, vt recedi possit à verbis statuti, aperte disponentis, vt in linea collateralis morienti ab intestato, nō expresso, an moriens sit masculus, vel foemina, frater, sorore exclusa succedat; vnde Res. in dicta Romana successione coram D. Merlino ponderando supradictam rationem, ac firmans, in successione foeminae sororis exclusionem vnā cum fratre superstite, in terminis Statuti Urbis de fratris successione loquentis, pertransit tamē cum alijs per eandē decisio in supradictis duabus decisionibus 348. & 644. in recollect. per Foeminas. nimirū, vt subiaceret exclusio, quoties Statuentes termino communis morientis scilicet, vel decedentis, defisientis, &c. vti essent.

S V M M A R I U M.


- 1 Soror, ad defuncti fratris successionem admittitur cum alijs fratribus.
- 2 Soror et cum alijs fratribus possit succedere, fratri defuncto, qui illam de proprijs bonis dotauerat, & nu. 3. & 4.
- 3 Soror primogenita dotata à fratre, & de illius bonis, in successione honorum feudaliū eiusdem fratris, excluditur per sororē in capillo.
- 5 Constitutio Regni in aliquibus loquitur tantum de successione descendentiū in bonis ascendentiū.
- 6 Dotatio communi iure attendo, non facit, vt dotata à dotantis successione excludatur.
- 7 Collatio cessat in linea collateralis.
- 8 Affi. in Const. In aliquibus, nu. 20. & seq. loquens fuit de successione honorum feudaliū.
- 9 Consuetudo viget in Ciuitate Neap. vt soror à defuncti fratris successione per alterum fratrem excludatur.



A R G V M E N T A

Agitur, an soror ad defuncti fratris successionem admittatur vnā cum alijs fratribus superstitibus, si dotata reperitur de bonis eiusdem fratris defuncti, vel potius sit repellenda.

C A P. CCX.



Oro, est iuris notissimi, quōd ad defuncti fratris successionem, cum alijs fratribus, & sororibus superstitibus admittitur, vulgata athen. defuncto, C. ad S. C. Tertull.

- 1 Sed fuit mihi quaesitum, an haec conclusio in Regno procedat, quando soror, que succedere vult, reperitur dotata de proprijs bonis fratris, de cuius successione agitur?

Et quōd in hoc casu soror non admittatur, videtur tenere Affi. in Const. In aliquibus, nu. 20. 21. & 22. precipue sub illis verbis, *Si ergo est maritata à patre, repellitur à successione patri; si à fratre, à successione fratris*, idemquē affirmasse Franciscum Pinium, cernitur ex eius dec. 188. nu. 15.

- 2 Tu autem Regnicola, resolutiū procedendo, distingue inter successionem bonorum feudaliū, & allodialiū, vt in prima, nimirū si agatur de succedendo fratri in bonis feudalijs, in quibus viuatur de iure Francorum, soror de illius defuncti bonis dotata, non modō per fratrem superstitem; sed etiam per sororem in capillo excluditur; sic enim pro declaratione Consti. *Vt de successione* causū est in prag. 1. de feud. quae vulgō dicitur *no la stringeria*, & per Andr. tam in Const. In aliquibus, quae iam in proximē citata *Vt de successione*, & in cap. 1. nu. 15. vbi etiam Affi. nu. 22. & 97. de natur. success. feud. Lucas de Penna nō fin. ad ponul. C. quādo, & quibus quarta pars deb. Minad. in Const. In aliquibus, in dem. in prim. à nu. 58. vsquē ad 75. Marefcot. var. resolut. lib. 2. cap. 1. 22. per totum, D. Romit. conf. 2. 3. nu. 13. lib. 1.

- 3 In successione autem bonorum allodialium seorsus dicendam est, vt nimirū in soror

benè ad fratris defuncti successione cum alijs fratribus superstitibus æquis portionibus admittatur, quamvis de illius bonis dotata proponatur & ut pateat de veritate, sciendum est, per *Const. In aliquibus*, quæ loquitur de bonis burgenfaticis nihil super hoc statutum esse, agit enim *lex* illa de successione descendendum in bonis ascendendum, ut stante filio masculino, filia dotata non succedat, quando verò tractatur de succedendo fratri, verbum nullum in *lege* illa, quòd proinde communiter nostri dicunt, servandam esse dispositionem iuris communis, & sic procedere *text. in d. anobis defuncto*, ut per *D. de French. ceteris omnia decisi. 171*, quæ nimirum communi iure attento, dotari non facit, ut dotata à dotantis successione excludatur, nam si tractatur de succedendo patri ab intestato, filia dotata, collatis dotibus, in simul cum fratribus succedit. *l. 2. & 3. l. filia, & l. filia, C. de collatione*, si verò tractatur de succedendo fratri, idem dicendum est, & cum hac prerogativa, nam quia sumus in linea collateralis, succedat foror absque dotis collationis onere, cessat enim collatio in hac linea, ita *Bal. in l. 1. C. de legit. hered. in princ. & in l. emancipati, C. de collatione*, & in his locis *DD. communiter*, nil obstante *Affl. decisi. 161*, ubi foror à fratre dotata fratri dotantis successit una simul cum alijs in capillo, dote collata, quia ibi quantitas dotatio facta fuerit à fratre, de bonis tamen patris; ad hoc autem ut femina dotata à dotantis successione excludatur, necesse est, ut particulari statuto id caveatur, & tunc erit locus communi onerum dicto, ut sic statuti intelligendum, dummodò dotatio de proprijs dotantis bonis sequatur sit, nam si frater fororem de paternis, vel maternis bonis dotasset, non per hoc eo mortuo statuto locus erit, ut per *Bal. in d. l. 1. C. de legit. hered. & in l. neque mater, C. de iur. dot. Comp. de dote, pars. 21. q. 35. & 64. Minad. loco cit. num. 63. & alij*.

Non obstant dicta per *Affl. in d. Const. In aliquibus* circa propositum dubium, nam ibi per illum notata intelligenda sunt circa successione bonorum feudaliu, prout benè advertit *Rom. citato conf. 23. num. 13. circa medium*, minus obstat scripta per *Simon. gratis* enim id omne asserit, in advertentem sine ratione, & authoritate, prout videri potest.

In hac autem Civitate viget *Consuetudo*, per quã in linea collateralis foror à fratre successione per alios fratres supersti-

tes excluditur, ut in *Consuet. Sed si morienti*, ad cuius ornatum inter nostros Scribentes vide, quæ novissimè adnotavit *D. Capry. Gabot. in addit. ad conf. 1. Dom. Camill. de Medicis*.

S Y M M A R I U M.

- 1 Spoliatus sua possessione est illicò restituendus, adhuc si spoliatus vellet illicò de iure suo docere.
- 2 Spolium ultimum est prius purgandum, quod exemplo declaratur, num. 3.
- 4 Princeps Superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Index, coram quo de illato spolio agitur, procedat simul, & semel, tam in possessorio, quam in petitorio, & num. 6. 7. 8. 10. & 16.
- 5 Spoliatus in Regno Sicilia nunquam in iuribus suis audietur, nisi spoliato prius restituetur.
- 9 Procuratorem constituens ad capiendam possessionem delata hereditatis, dicitur illam adire.
- 11 Spolium quando violentè, & dolosè est commissum, nulla admittitur defensio.
- 12 Princeps in dubio non presumitur uti plenitudine potestatis.
- 13 Princeps potestati positivo derogare.
- 14 Inimicitia ex litibus oritur.
- 15 Princeps potest cogere subditum ad concordiam.


A R G V M E N T U M.

Agitur, an spoliatus sit de iure restituendus, si spoliatus in propria de iure suo doceret. Princeps superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Index, coram quo de illato spolio agitur, simul, & semel, tam in possessorio, quam in petitorio procedat, & de alijs notabilibus, vbi singulare responsum *D. Ioannis Angeli Pisanelli*, nunquam impressum.

ves nostri in illis verbis in principio *Consuetudinis*, ibi, *Sed si morienti ab intestato absque liberis, &c.* nō est, cur dubitari possit, quin *Consuetudo* nostra pro sororum exclusione, nēdum masculorum; sed etiam foeminarū comprehendat successiones, nec stringit ponderatio, quōd non militet tanta ratio in hereditate foemine, quanta militat in hereditate masculi, ex eo principalitē, quis portio assignata foemine est idē a patrimonio paterna familia deuulsa, quādoquidē nō per hoc sequitur, vt recedi possit a verbis statuti, apertē disponētis, vt in linea collateralī morienti ab intestato, nō expresso, an moriens sit masculus, vel foemina, frater, sorore exclusa succedat; vnde *Res. in dicta Romana successiois coram D. Merino* ponderando supradictam rationem, ac firmans, in successione foemine sororis exclusionem vnā cum fratre superstite, in terminis *Statuti Urbis* de fratris successione loquentis, pertransit tamē cum alijs per eandē decisīs in supradictis duabus *decisionibus* 548. & 644. in *recollē* per *Feminas*. nimirū, vt subiaceret exclusio, quoties Statuentes termino communi, morientis scilicet, vel decedentis, deficientis, &c. vti essent.

S P M M A R I K M.


- 1 Soror, ad defuncti fratris successione admittitur cum alijs fratribus.
- 2 Soror an cum alijs fratribus possit succedere fratri defuncto, qui illam de proprijs bonis dotauerat, & nu. 3. & 4.
- 3 Soror primogenita dotata a fratre, & de illius bonis, in successione bonorum feudalium eiusdem fratris, excluditur per sororē in capillo.
- 5 Constitutio Regni In aliquibus loquitur tantum de successione descendantium in bonis ascendentium.
- 6 Dotatio communi iure attentio, non facit, vt dotata a dotantis, successione excludatur.
- 7 Collatio cessat in linea collateralī.
- 8 *Aff. in Const. In aliquibus*, nu. 20. & seq. loquens fuit de successione bonorum feudalium.
- 9 *Consuetudo* viget in *Ciuitate Neap.* vt soror a defuncti fratris successione per alterum fratrem excludatur.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an soror ad defuncti fratris successione admittatur vnā cum alijs fratribus superstitibus, si dotata reperitur de bonis eiusdem fratris defuncti, vel potius sit repellenda.

C A P. CCX.



Soror, est iuris optimi, quōd ad defuncti fratris successione, cum alijs fratribus, & sororibus superstitibus admittitur, vnde *authen. defuncto*, C. ad S. C. Tertull.

- 2 Sed fuit mihi quæsitum, an hæc conclusio in Regno procedat, quando soror, que succedere vult, reperitur dotata de proprijs bonis fratris, de cuius successione agitur?

Et quōd in hoc casu soror non admittatur, videtur tenere *Aff. in Const. In aliquibus*, nu. 20. 21. & 22. præcipue sub illis verbis, *Si ergo est maritata a patre, repellitur a successione patris; si a fratre, a successione fratris*, idemquē affirmasse *Franciscum Pipium*, cornitur ex eius *dec.* 188. nu. 25. 10099.

- 3 Tu autem *Regnicola*, resolutio procedendo, distingue inter successione bonorum feudaliū, & allodialium, vt in prima, nimirū si agatur de succedendo fratri in bonis feudalibus, in quibus viuitur de iure Francorum, soror de alius defuncti bonis dotata, non modò per fratrem superstitem; sed etiam per sororem in capillo excluditur; sic enim pro declaratione *Const. Hæc de successione* causū est in *prog. 1. de feud.* que vulgò dicitur *La fliingeris*, & per *Andr.* tam in *Const. In aliquibus*, quæ in proximè citata *Hæc de successione*, & in *cap. 1. nu. 15.* vbi etiam *Aff. nu. 22.* & 27. de *natur. success. feud.* *Luce de Penna* ubi *fol. 201. C. quādo*, & quibus quarta pars deb. *Minad. in Const. In aliquibus*, in *deci. in princ. a nu. 58.* vsquē ad 75. *Marescos. var. resol. lib. 2. cap. 122.* per totum, *D. Roue. cons. 23. nu. 13. lib. 1.*

- 4 In successione autem bonorum allodialium secus dicendum est, vt nimirū soror

bene

• bene ad fratris defuncti successione cum
 alijs fratribus superstitibus equis portio-
 nibus admittatur, quamvis de illius bonis
 dotata proponatur & ut pateat de veritate
 sciendum est, per *Const. In aliquibus*, quz
 loquitur de bonis burgenfaticis nihil su-
 per hoc statutum esse, agit enim *lex* illa de
 successione descendendum in bonis ascen-
 dentium, ut stante filio masculino, filia dota-
 ta non succedat, quando verò tractatur de
 succedendo fratri, verbum nullum in *lege*
 illa, quòd proinde communiter nostri di-
 cunt, servandam esse dispositionem iu-
 ris communis, & sic procedere *text. in d.*
Authent. defuncto, ut per *D. de French. ceteris*
similibus decis. 171 qua nimirum communi
 iure attento, dotanti non facit, ut dotata à
 dotantis successione excludatur, nam si tra-
 ctatur de succedendo patri ab intestato, si-
 filia dotata, collatis dotibus, infimul cum
 fratribus succedit, *l. 2. & 3. l. filia, & l. filia,*
C. de collation. si verò tractatur de succedendo
fratri, idem dicendum est, & cum hac
prerogativa, nam quia sumus in linea col-
laterali, succedat soror absque doris colla-
tionis onere, cessas enim collatio in hac li-
nea, ita Bal. in l. 1. C. de legit. hered. in princ.
& in l. emancipati, C. de collation. & in his lo-
sis DD. communiter, nil obstante Affl. decis.
161, ubi seron à fratre dotata fratri dotan-
ti successit una simul cum alia in capillo,
dotis collata, quia ibi quamvis dotatio fa-
cta fuerit à fratre, de bonis tamen patris;
ad hoc autem ut femina dotata à dotantis
successione excludatur, necesse est, ut par-
ticulari statuto id. caueatur, & tunc erit lo-
cus communi omnium dicto, ut sic statutu
intelligendum, dummodò dotatio de pro-
prijs dotantis bonis sequuta sit, nam si fra-
ter sororem de paternis, vel maternis bo-
nis dotasset, non per hoc eo mortuo statu-
to locus erit, ut per Bal. in d. l. 1. C. de legit.
hered. & in l. neque mater, C. de iur. dos. Com-
pag. de dote, part. 2. l. 4. 35. & 64. Minad. loco
cit. num. 63, & alij.
 • Non obstant dicta per *Affl. in d. Const. In*
quibus circa propositum dubium, nam
 ubi per illum notata intelligenda sunt cir-
 ca successione bonorum feudaliu, prout
 bene advertit *Romis. citato conf. 27. num. 13.*
quod sic medium, minus obstat scripta per *Fi-*
limum, gratis enim id omne asserit, in d. ver-
 benter, sine ratione, & autoritate, prout
 videri potest.
 • In hac autem Civitate viget *Consuetu-*
do, per qua in linea collateralis soror à fra-
 tris successione per alios fratres supersti-

tes excluditur, ut in *Consuet. Sed si morienti,*
 ad cuius ornatum inter nostros Scribentes
 vide, quz novissimè adnotavit *D. Capyc.*
Gabes. in addit. ad conf. 11. Dom. Camill. de
Medicis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Spoliatus sua possessione est illico restituendus, ad hoc si spoliatus vellet illico de iure suo docere.
- 2 Spolium ultimum est prius purgandum, quod exemplo declaratur, num. 3.
- 4 Princeps Superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Iudex, coram quo de illato spolio agitur, procedat simul, & semel, tam in possessorio, quam in petitorio, & num. 6. 7. 8. 10. & 16.
- 5 Spoliatus in Regno Sicilia nunquam in iuribus suis audietur, nisi spoliato prius restituito.
- 9 Procuratorem constituens ad capiendam possessionem a laza hereditatis, dicitur illam adire.
- 11 Spolium quando violentè, & dolose est commissum, nulla admittitur defensio.
- 12 Princeps in dubio non profumitur nisi plenitudine potestatis.
- 13 Princeps potestati positivo derogare.
- 14 Inimicitia ex laibus oritur.
- 15 Princeps potest cogere subditum ad concordiam.

A R G V M E N T U M.

Agitur, an spoliatus sic de iure restituendus, si spoliatus in proptu de iure suo doceret, Princeps Superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Iudex, coram quo de illato spolio agitur, simul, & semel, tam in possessorio, quam in petitorio procedat, & de alijs notabilibus, ubi singulare responsum *D. Ioan-*
nis Angeli Pisanell. nunquam
impressum.

C A P. CXXI.



- Poliatuſ ſi quis fuerit de facto poſſeſſione rei, quam tenebat, ex remedio *canon. reintegranda* 3. q. 1. venit illico reſtituendus, et in eum locū reponendus, in quo antè ſpolium reperiebatur, idq; adeò verum, ut ſpolians nullatenus audiri poſſit, adhuc ſi in prompta de iure ſuo docere vellet, ut quia verè illius rei eſſet dominus, in cuiuſq; pacifica poſſeſſione exiſtēs, extiterat priuſ per. *vim*. ab illa deiectus; nām vltimū ſpolium eſt priuſ omninò purgandum, ad *tex. in l. qui poſſeſſionem, ff. de vi, et vi armat. Gabr. conf. 149. num. 12. & 16. lib. 1. Rot. deciſ. 96. penes Seraphin. & 146. num. 8. in collect. per Poſt. poſt tract. de manut. Petr. de Benintēd. fatiſ elegātè deciſ. 8. vbi probat, quòd ſi*
- 3 Ego ſpoliaui te veſte, et Tu ex interuallo ſpoliaſti me eadem veſte, poſſum contra te agere, non obſtante, quòd per priuſ te eadem veſte ſpoliaueram, ratio aſſignatur, quia licèt Ego male fecerim, tamen nullo pacto tibi poſtea licuit me propria authoritate ſpoliare, ac ideò opus eſt, ut iſtud vltimum ſpolium purgetur, aliàs vltima uolentia impunita remaneret, quòd eſſe non debet, quāmuſ ſecùs eſſet, ſi incontinenti te ſpoliaſſem, iſtoq; iure utimur.
- 4 Sed queritur elegantèr, an Princeps Superiorem non recognoſcens poſſit mandare, ut Iudex, corām quo de illato ſpolio agitur, procedat ſimul, et ſemel, tam in poſſeſſorio, quām in petitorio?
- 5 Contigit in proximo priori ſeculo de hoc dubitari in Regno Vltioris Sicilię, in quo expreſſa lege cāutum eſt, ut nunquām ſpolians in iuribus ſuis audiri poſſit, niſi ſpoliato priuſ reſtituto, deq; hiſ conſultus magnuſ ille noſter Iureconſultuſ D. Io. Angeluſ Piſanelluſ, affirmatiuam inſequēſ ſententiam, per hæc uerba, quę propria eius manu ſcripta habeo, de iure reſpondit.

Ieſuſ, Maria.

- 6 Quæſitum à me fuit, an Cęſarea Maieſtas poſſit, uel debeat mandare, quòd in lite ſuper ſpolio intentata in Regno Vltioris Sicilię per Ill. Duciffam Montileonis contra Ill. Dominam Antoniam ſorem procedi poſſit, tam in poſſeſſorio, quām in petitorio, ſtante illuſ Capituliſ, ſeu Ritibuſ

illiuſ Regni, quòd cōſtitio de ſpolio perpatrato infra bi-meſtre tempuſ fieret: reſtitutio, antequām audiretur ſpolians in deſenſionibus ſuis, et niſi ad eſſent illi *Rituſ*, reſ apud Sapienteſ careret difficultate, quia hoc eſt permiſſum Principi, ad ſineam, ut euitetur circuituſ; et quia non tollitur iuſtitia Partis quoad merita cauſę, ut eſt *tex. in cap. conſtitutuſ, de ſil. praſbyt.* quem ita intelligit *Abb. in cap. in lueris, col. 9. in verſ. ad cap. conſtitutuſ, de reſtit. ſpoliat. idem conſultuit Alex. in conſ. 54. verſ. quiniſmo, vol. 5. Veronenſ. in conſ. 59. col. ſin. verſ. & maxime,* et nouiſſimè, licèt de prædictiſ non meminerit, tenet *Ioan. Ant. Rub. Alex. in conſ. 10. col. 2. ibi, Item dici poteſt,* ſolū igitur uidetur reſ ſcrupuloſa, nè dicatur, Cęſaream Maieſtatem illiſ Ritibuſ derogare.

- 7 Quibus tamen non obſtantibus ſum in opinione, quòd ſi ipſa Cęſarea Maieſtas id mandauerit in caſu noſtro, quòd non dicitur contrauentum illiuſ Regni Capituliſ, ſeu Ritibuſ, et pro fundamento præſuppono ueram illorum intelligētiam, præcipuè primi Regiſ Alphoſiſ fuiſſe, ne uolentia committerentur, nam dato ſpolio, et ſic data uia facti, prout ſpolium ipſum denotat, *l. ſi quiſ ad ſe fundum, C. ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi quiſ in tantam, C. unde vi,* cum ſimilibus, quia multę poterant de iure communi naſci limitationeſ, iuxta notata per *Scribenteſ in l. naturaliter, S. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. uoluerunt Siculi ad audaciam reſtrenandam, quòd nulla deſenſio admitteretur, quo præſuppoſito ſtante, dico, a cęſante ratione, quòd ratio illiuſ Rituuſ cęſat in caſu noſtro, nām mortuo Ill. Comite Golifani remanſit heres inſtituta Ill. Domina Antonia ſoror utrinquè coniuſcta in capillo, et ſic ex forma *Conſtitut. Regni Vlt. de ſucceſſionibus* ex ſui prima facie legitima ſucceſſoreſ, ſoror enim, ex iure tranſmiſſionis a dimittebatur, ut uerbis utar *Bald. per illum ſext. qui in Comitatu loquitur, in cap. ſignificauit, de reſcript.* Ergò deſtinando procuratoreſ, ut caperet poſſeſſionem Comitatuſ, cuiuſ erat effecta domina per aditionem, eò ipſo, quòd procuratoreſ conſtituit, *l. Pauluſ, aliſ incipit per Procuratoreſ, ff. de acquir. heredit. &* ut efficeretur poſſeſſor, requirebatur apprehenſio, *l. cum heredeſ, ff. de acquir. poſſeſſ.* non uidetur poſſe dici eam ſpolium, et factio, uel uolentia commiſiſſe, ut ſic rigor Capituliſ prædicti poſſit locum habere, tanto magiſ, quia ſciebat Duciffam ſoreſm maritatam, et dotatam, et ſic prima facie excluſam, per*

vers. in d. Constitut. Et de successione, & sic
 tantò inferior, & prior erat possessio sua,
 quantò magis erat à proprietate causata,
 ut verbis utar Bald. in l. data opera, in fine,
 & qui deus. nò possit ex quibus sequitur, quòd
 sic Princeps potest ordinare, quòd cog-
 noscatur de petitorio, & possessorio, &
 quòd de tractatu de spolio in eo, ut supra
 dixi, in casu nostro, quia super extra
 terminos veridicos dicti Capituli, et solum
 est discutendum, quia ipsarum debeat, vel
 possit succedere, siue Comitatum habere,
 dolus enim in casu nostro desuit, nam so-
 cor ipsa heres instituta licito iure stante
 testamento, et stante, quòd erat proximè
 successura, et sic nò requirebatur assensus,
 c. l. de alienat. feud. pater. cum concordanti-
 bus, erat immittenda in possessionem, l. fin.
 C. de edict. diu. Hadrian. tollend. l. filiam, ff. ad
 Trebell. nec ipsa Ducissa, quæ per contra-
 ctum pretendebat, sibi Comitatum deberi,
 poterat hanc immisionem impedire, ut
 declarat Bart. ibi, ergò quomodo potest dici,
 quòd Capitula Regni Siciliae possint de
 hac possessione intelligi, ut habeat ille rig-
 or militare, saltem, quòd cessare habeat
 potestas Principis in decernendo, quòd su-
 per utroque procederetur, et quòd ista sit
 vera intelligentia Capitulorum, apparet per
 aliud Capitulum Regis Ferdinandi, dum
 conquærentes Siculi, quòd præcedens Ca-
 pitulum nimis largè, et improbè interpre-
 tabatur, restrinxerunt se, et voluerunt, quòd
 procederet, ubi vis, et ubi clandestinitas, in-
 teruenirent, quæ duo capita iam de iure
 habebat priuilegium paratæ restitutionis,
 ut per Alex. in d. S. nihil commune, col. 8. vers.
 iuxta illam fallentiam, et in his voluerunt,
 quòd nullæ defensiones admitterentur,
 quando violentè, et dolosè spoliū esset
 commissum, similiter apposuerunt duos
 alios casus, videlicet quando spoliū esset
 commissum per interuersionem, in qua
 dolus, et delictum arguitur, l. peregrè, §. qui-
 bus, ubi DD. ff. de acquiren. possess. alius casus,
 quando Iudex non iuridicè procedens per-
 miserit, ut ita intelligi debeat, Partem spo-
 lium committere, nam utiq; dolus adest, et
 uerum spoliū de facto dicitur commis-
 sum, l. fin. C. si per vim, vel alio modo, et com-
 petit remediū restitutorium, ut post alios
 declarat Socin. in l. iuste possidet, col. 4. vers.
 secunda conclusio, ff. de acquir. possess. consuluit
 Veronens. in cons. 19 vers. secundò ad idem, in
 vol. consil. ciuiliū, quæ rationes cessant
 utiq; in casu nostro, palam procuratorem
 constituit, ut hæres publicè accessit medi-

to titulo hereditario, nullum inuenit resi-
 stentem, quis igitur sani capitis diceret,
 Capitula illius Regni habere locū, ut Prin-
 cept non possit præcipere, de utroq; debe-
 re discuti, cum magis simus extra Capitu-
 la, quam contraueniatur eis.

12. Secundò hoc mihi videtur clarum, quā-
 do Rex illa Capitula cōfirmavit, non habuit
 considerationem, quòd tolleretur sibi fa-
 cultas, quando casus, & causa euenirent
 præcipiendi, quòd etiam cognoscatur de
 petitorio, & procedit de potestate Princi-
 pis non ordinaria, quòd non posset hoc
 facere, nam in dubio Princeps non præsu-
 mitur uti plenitudine potestatis, sed iure
 communi, et ordinario, ut dicit Innoc. in
 cap. innovuit, de elect. posuit Alex. in l. quan-
 quam, in 1. notabili, C. de testam. militis, si igitur
 Princeps nunc uidet, quòd ex utriusq;
 cognitione uenit euitandus circuitus, cur
 negari debeat, id prohibitum per Capitula,
 quæ hoc non distet contra iuris regulam,
 ut probat tex. in d. c. constitutus, et per Abb.
 in d. cap. in literis, ex cuius Abb. uerbis, dum
 constituit differentiam inter Principem, et
 Iudicem inferiorem, uidetur uerus intelle-
 ctus dictorum Capitulorum, quòd illa intel-
 ligantur in Tribunalibus inferioribus Prin-
 cipe, ut non ualeant formam alterare, non
 13. autem, quòd si Princeps, qui potest iuri
 positiuo derogare, ut dicit Alex. in d. cons.
 et Veron. etiam loco cit. uoluerit ordinare,
 quòd simul de possessione, et de meritis
 petitorij discuteretur, quòd hoc nò possit,
 Capitulum hoc non dicit, si uoluisset hunc
 comprehendere casum, expressisset, no-
 luit, ergò non expressit, ut uerbis utat text.
 in l. i. §. si autem ad deficientis, C. de caduo.
 tollend. persona enim Principis in illorum
 Capitulorum sermone non intelligitur, l. in-
 quisitio, cum concordantibus, C. de solut. cap.
 petitio, ubi glos. de iur. iurand.

14. Tertiò suaderi potest uiuo fundamento,
 nam istæ Ill. Domine sūt sorores carnales,
 tractatur de Comitatu, et lites in Regno
 Siciliae sūt lógissimæ, ex lite tot bonorum
 oritur de iure inimicitia, nascitur ex pro-
 relatione ipsarum odium, §. inimicitia, & §.
 item is, Instit. de excus. tutor, notat glos. in
 auth. si testis, C. de testib. quis igitur negabit,
 quòd si hic casus esset de notatis in Capitu-
 latis prædictis, quòd ad euicandum odium
 inter sorores, ad fugiendum lites, rancores,
 et inimicitias, quòd sicut potest Princeps
 15. cogere ad concordiam, ut dicit Imol. per
 illum text. in cap. cum inter, vers. in presenti,
 de elect. quòd alibi non reperiri ita expref-

sè dicit ibi *Abb. in l. notabili, & in Principe* firmat *Paul. de Castr. in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. petat. ita dicamus, posse iubere, quòd de utroq; videatur, certè eadem ratio est, & hanc rationem sentit *Abb. in d. c. in literis*, cum ad finem euitadi circuitum, putat, *Principem* posse hoc mandare, quanto magis, nedum ad euitandum circuitum, sed lites, odia, rancores, & inimicitias.*

- 36 Quarto, dicant mihi Siculi, si tempore supplicationis illorum *Capitulorum* fuissent interrogati à Principe, quòd si casus eueniret, quòd ex aliqua causa fuisset expediens non procedere ad restitutionem, sed quòd videretur iustitia causa, quòd ipse Princeps volebat, posse id mandare, non nè fuissent contenti certè sic, quia aliàs fuisset Principis potestatem restringere, immò petere id, quòd esset eis nociuum, ergò hic casus dicitur expressè reseruatus, iuxta ea, quæ plenè decidunt *DD. post glos. in l. tale pactu, §. fin. ff. de pact.*

Ioannes Angelus Pisanellus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Statutum excludens matrem à filij successione an intelligatur illam excludere à successione filia.
- 2 Statutum excludens matrem à filij successione per agnatos, an excludet, vbi in media extaret filia.
- 3 Statutum excludens auum paternum à successione nepotis, patruo existente, an locum habeat, vbi in medio extaret auia materna.
- 4 Statuto excludente feminas propter masculos in linea collateralis, an neptis ex fratre excludat amitam.
- 5 Statutum excludens feminas propter masculos in linea collateralis an locum habeat in successione feminae, & num. 6. 10. 13. 14. 15. & 16.
- 7 Soror equalitèr succedit cum fratribus, sororibus, vel fratribus defunctis.
- 8 Fratrum appellatione an veniant sorores.
- 9 Masculinum an concipiat femininum.
- 11 Ratio legis quando magis attendi debeat, quàm ipsa lex.
- 12 Lex est quicquid in ratione consistit.
- 17 Renunciatio cum sit stricti iuris, extensionem non recipit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an statutum foeminam, etiam in linea collateralis per masculum excludens, locum habeat, cum decesserit frater, superstitibus sorore, & fratris præmortui filia, vbi decisio nouissima Sacri Cõsiliij pro ornatu *Consuetudin. Neap. Sed si morienti*. Insupèr an idem Statutum locum habeat in successione foeminae, vbi decisio *Rota*.

C A P. CCXII.



- 1 Statutum excludens matrem à filij successione, cum dubitassent *Doctores*, an censetur etiã illam excludere à successione filia? negatiuè responderunt, ex eo, quia non est eadem exclusionis ratio, ita *Archidiaconus in c. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4.* quem sequitur *Geminianus in cap. generali, de electio. in 6. Alex. conf. 45. col. 1. vol. 7. et conf. 85. circa finem, vol. 4. las. in rubr. de acquir. possess. num. 23. Imol. Barbat. Dec. & alij plures, quos sequitur *Surd. decis. 9. num. 8.* conferunt scripta per *Dec. conf. 377. nu. 9. vers. venio igitur*, vbi inquit, quòd si per Statutum, vt est *Florentia mater* excludatur ab intestato ab agnatis defuncti filij, non excluditur, si defuncti sorores superessent; cum illis enim ad successionem concurreret, idemquè concludit post *Anchar. in Statuto*, quo cauetur, vt existente patruo, mater filio non succedat, nam si mater, soror, & patruus defuncti in simul extarent, patruo excluso, soror cum matre succederet; paritèr num. 10. post *Bal. affirmat*, quòd si Statutum ob patruum existentiam auum maternum excluderet, si superesset auia materna, non succedet patruus; sed auus, & auia, assignat *Dec. in omnibus supradictis casibus rationem*, nimirum, quia eorum quilibet à Statuto omnis censetur, quòd proinde*

remanet

remittet in dispositione iuris communis, et ibi per eum.

4 Quid autem dicemus, ubi Statutum extaret, siue *Consuetudo*, ut est in hac Vrbe Regia Neap. quæ incipit: *Sed si morienti*, per quam femina, etiam in linea collateralis per masculum excluditur, si decesserit frater superstitibus sorore, & nepte filia alterius fratris præmortui, nam neptis ipsa amitam excludat dicitur, ambas æqualiter ad defuncti fratris, & patris respectiue successionem venire, quamuis neptis patris personam representet, qui si viueret, certe sororem exclusisset; hæc enim *Consuetudo* masculos feminis præferens procedit tantum, quando frater masculus cum eius sorore in successione concurrat, non autem, ubi obcurrit soror cum nepte alterius fratris præmortui filia, & sic casus à *Consuetudine* omittitur censetur, sicque per S.C. decisum testatur *Ans. Capyc. decis. 21. & in Consuet. Si moriatur in addition. quæ incipit, Nota ex glos. Bucin. in Consuet. Sed si morienti, in addition. incip. Subingressio, vers. quid autem in sorore, Colub. Coppul. ibidem in addit. quæ incipit, Scias, & Pisanel. in alia sequenti, quæ incipit, Ego, Thor. in Compand. decis. in verb. neptis filia, par. 1. & in verb. succedere an debeat, par. 2. & his addimus *Mart. in summ. success. par. 1. quest. 22. art. 1. num. 6. vers. & secundum hanc opinionem, fol. mihi 486. & Tepas. nar. iur. sentent. tit. 648. cap. 3. ubi de nostro Capycio memor fuit; & cum similis casus his diebus in nostro S.C. disputandus occurreret, ob mortem Doctoris Scipionis Rendinz, absque liberis, superstitibus Magnificis Faustina sorore, Francisca nepte ex fratre præmortuo, & Magnificis Hieronymo, & Ludouico Follerijs, illius ex sorore, similiter præmortua nepotibus, quamuis neptis illa Francisca patris personam representans, Dominos Follerios à defuncti patris successione sub *Consuetudinis* clypeo excludere prætendisset, re in iudicium deducta, fuit per S. Conf. iudicis Dominis duarum aularum pro Follerijs pronuntiatum, illos ad defuncti auunculi successionem, pro tertis parte admittendo, referente Domino Don Thoma de Carleual Iureconsulto Hispano clarissimo, & Regio Cõsiliario; decisio fuit sub die 10. Iunii 1633. p̄nès de Scacciauento, S.C. Aõtorum Mag. quam post hæc scripta impressam inueni inter *decisiones Dom. Reg. Capyc. Latro*, & est 41. in ordine.**

5 Sed satis vtiliter videndum est, an præcitata *Sed si morienti Consuetudo*, per quam,

ut diximus, femina etiam in linea collateralis per masculum excluditur, in feminae successione locum habeat, ut puta decessit Iulia, superstitibus Titio fratre, & Ioanna sorore, an Titius tantum vigore præfate *Consuetudinis*, siue Statuti ad successionem admittatur, Ioanna exclusa?

Et quod procedat, teneo indubitanter; non enim dixerunt Cines, ut *decedente masculino, siue fratre, &c.* quibus sanè verbis attentis, dubitari posset, an masculinum concipiat femininum, & sic an fratris appellatione veniat soror; sed vsi fuerunt verbo illo, *Sed si morienti*, quod sine dubio est aptum comprehendere, tam masculum, quam feminam, & ita in puncto videtur affirmasse *D. Praef. de Franch. decis. 65. 2. in fin.* secus verò, ubi Statutum disponderet, ut decedente fratre, soror per fratrem superstitem excludatur; hoc enim casu nonnulli magni nominis tenuerunt *Doctores* (licet non sine maxima controuersia) ut in successione sororis Statutum nullo pacto procedat; sed quod insimul tam masculus, quàm femina, & sic tam frater, quàm soror superstites in prædefunctæ sororis hæreditate succedant, ita iudicatum ait *Surdus decis. 9.* per totam; & in terminis *Statuti Urbis 146. lib. 1. Rot. in vna Romana successionis coram D. Merlino* sub die 14. Iunii 1630. cuius decisionis tenor est sequens.

Veneris 14. Iunii 1630.

6 Celebrem apud *Doctores*, olimque sæpius in Rota discussam, & non resolutam questionem, an *Statutum Urbis cap. 146. lib. 1.* dum hæreditatem fratris decedentis ab intestato defert fratribus, excluditque sorores, locum sibi vendicat in hæreditate sororis, hodie Domini negatiue desinierunt, & non oblitate dicto *Statuto*, Isabellam æqualiter admittendam esse ad successionem. Annæ, cum Prospero fratre, responderunt.

7 Ipsa enim fundatam habet intentionem de iure communi, secundum cuius dispositionem soror æqualiter cum fratribus succedit sororibus, vel fratribus defunctis, §. *si igitur, il secondo, authent. de hæred. ab intestat. venien. auth. post fratres, la prima, C. de legitim. hæred. & Statutum* cum expressè ad oculum non loquatur de hæreditate sororis, hic casus tanquam omittitur à *Statuto* reiiciendus est ad dispositionem iuris communis, l. *commodissime, ff. de liber. & posthum. l. si extraneus, ff. de condit. caus. dat. Anchar. cons. 26. num. 2. Dec. cons. 451. nu. 6. Socin. sen. cons. 228. sub n. 2. lib. 2. Affl. dec. 21. n. 13. cū aliis*

8 Et quamvis appellatione fratrum veniant sorores, ut in *l. tres fratres*, ff. de pactis, l. Lucius 78. ff. ad Trebet. l. Lucius, & Titia 38. ff. famihereise. l. Lucius Titia 91. §. quisitum, ff. de legat. 3. Attamen cum versemur in materia correctoria iuris communis, cautè procedendū est in extensionibus de persona ad personam, nec de facili recedendum à clara dispositione iuris communis, & in simill materia fratrum appellatione non veniunt sorores, nec masculinum concipit femininum, Socin. im. conf. 1. num. 102. lib. 2. Hònded. conf. 8. num. 2. Maurent. conf. 1. n. 12. lib. 2. & fuit dictum in *Summ. Successionis* 10. Martii 1597. coram Lieta, impress. apud Giougn. conf. 1. lib. 1. Præsertim verò quia *Statutum* nō in plurali numero loquitur respectu eorum, quibus est succedendum, sed in numero singulari, ibi, *Defuncto fratri ab intestato*, quo casu intelligitur de fratre tantum, non autem de sorore, ut egregiè distinguit *Castrens. d. l. tres fratres*, nam 2. *Alex. conf. 85. num. 7. lib. 4. Dec. in l. 2. num. 12. ff. de reg. iur. Corn. conf. 94. num. 4. lib. 2. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 288. lib. num. 7.* nec masculinū concipit femininum, vbi diuersis nominibus vnumquodq; denominatur, frater enim dicitur frater, & soror nuncupatur soror, licet secus sit in his, quibus diuersa nomina attributa nō sunt, sed solum per qualitatem, vel femininam, vel masculinā distinguuntur, ut sunt filius, filia, nepos, neptis, auus, auia, quia hoc casu facilius masculinum aptum est concipere femininū, & datur procliuor transitus in intellectu in istis nominibus symbolicis. Itā post *Bal. in l. Quicumq;. C. de seru. fugit. obseruat Capra conf. 62. num. 9. Bolognet. conf. 9. num. 84. vbi de cōmuni testatur, Menoch. conf. 146. n. 7.* Quod eò magis dicendum est, quia *Statutum Urbis* discretiue loquitur de fratribus, & de sororibus, ibi, *defuncto fratri*, & ibi, *excludant etiam sorores*, & itā intelligi debent singuli sexus sub eorum germano nomine, nec cōfundi, ad tradita per *Ias. in l. tres fratres, n. 13. ff. de pact. Zuccard. in repet. l. fin. n. 70. C. de edict. Diu. Hadr. toll. Siluan. conf. 1. num. 21. Gabr. de verb. signific. conclus. 6. num. 63. Hònded. conf. 8. n. 31. lib. 2. Menoch. conf. 990. num. 4. Rim. iur. conf. 782. num. 92. & 93.*

9 Verum quia difficultas istius questionis posita est in ratione *Statuti*, nam ex identitate rationis soror potest venire appellatione fratris, nec dicitur extensio, sed cōprehensio, ad tradita per *Curt. sen. conf. 9. nu. 22. & 23.* qui in tuenda opinione, quod huiusmodi *Statutum* sibi locum vendicat,

etiam in hereditate sororis, potissimum nititur hac identitate rationis, quemadmodum & *Abbas. cōf. 200. lib. 9. Abb. Grand. conf. 101. num. 5. lib. 1. Menoch. conf. 342. num. 28. & quot. quot. Curtium* sequuntur; siquē ratio ipsa latius, quam lex pateat, ratio tanquam incitantes virtus legis, & spiritus illi prædominans magis attendi debet, quam lex, *glos. in l. qua ratione, §. licet, ff. de acquit. vet. domini. Bart. in proem. ff. Subst. iur. tria, Ang. conf. 521. num. 3. vtr. nam licet est, cum aliis per Tiraquell. in l. si tu quidam, verbo Libertis, num. 45. C. de reuoc. donat. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 5. num. 8. & 9.* Ex ratione enim efficitur ius, ut inquit *Bal. in cap. cum dilectus, §. primo, de reuoc. & lex* est quidquid in ratione consistit, ait *Abb. in cap. ratio nulla, num. 1. de probat.* Immo ratio est ipsa lex, quæ impellit Legislatorem ad sic faciendum, & rationis quodammodo Interpret dicitur esse lex, *Bal. in l. 1. C. de interditi. Ancharan. in cap. canonum statuta, de constit. Port. Imol. conf. 183. num. 20. 23. & seqq.*

13 Idèò Domini putarunt, indagandam esse differentiam rationis, & cur sororem excludere non intellexerint Statuentes ab hereditate sororis, quæ admodum excluderent ab hereditate fratris, & visum fuit, duplicè posse assignari rationem; prima est, quia si *Statutum* fundatur in presumptra dilectione defuncti erga personam succedentem, sicuti illud fundari censendum est, cum regularitèr humanæ dispositiones intelligendæ sint secundum id, quod naturalis ratio, & necessitudo sanguinis dicat, *Bal. in l. Titus, in sum. ff. de hered. instituten. & conf. 156. nu. 1. lib. 2. Cardin. Matie. de consuet. vlt. voluat. lib. 6. tit. 11. nu. 5.* certè præsumi potest, fratrem magis diligere alium fratrem, quam sororem, nedum ob æqualitatem sexus, verum etiam ob votum conseruandæ agnationis, vterq; enim frater est in agnatione, & illam conseruat, & frater dicitur quasi ferè alter, vnus, & idem sanguinis, in quo eadem militat ratio charitatis, quæ in filiis, ut post *Agellium lib. 13. cap. 10. et Brisson. de verb. significat. in verbo frater*, inquit *Decian. conf. 83. num. 69. lib. 4. Bardellon. conf. 16. num. 16. & 25.* et propterea iure merito Statuentes ad successionem fratris defuncti vocarunt alterum fratrem dumtaxat, exclusa sorore, interpretando mentem ipsius defuncti, iuxta naturalem affectionem, quæ rationes non ita vrgent in defuncta sorore, quæ vel præsumitur minus diligere fratrem, quam sororem, quippè quod soror dicitur quasi

seorsim à fratre nascens, & ab eius domo separanda, vt *Antifilius Labeo* magnus I. C. putabat, teste *Agellio d. lib. 13. cap. 10. Brissonius in verbo soror, il primo, de verb. signific. Tiraq. de legibus connub. in l. 1. glos. I. num. 31.* vel saltem æqualitèr præsumitur diligere sororem, ac fratrem, vltra enim sanguinis coniunctionè additur inter sorores lexis communio; & muliebris indigentie experimentum, & indè in sociam facilis commiseratio, cumq; in ipsis sororibus expiret agnatio, l. *pronunciatio, in fine, ff. de verbor. significacion.* non ità anxie paternæ familiz consilere voluisse censendum est, & consequentèr ex interpretata à *Statuto* sororum voluntate, ad ipsarum successionem vnà cū fratribus admittendæ sunt eodè sorores pro æquis portionibus.

14 Altera est ratio; quia cū agitur de bonis fraternis, maior est ratio, vt ad alios fratres superstites solùm pertineant, vt detur continuatio bonorum in eadem familia; dū verò sorores nuptæ sunt, eisq; assignata earū portio pro dote, hæc portio diuisa est à patrimonio familiz paternæ, nec tanta vrget ratio, vel æquitas, vt de familia mariti reuertantur ad paternā, quanta militat in cōseruanda, & continuāda in eadē familia, quemadmodū dicitur, qd prohibita alienari, si semel legitime alienetur, efficiatur alienabilis, etiā in alias personas prohibitas, nec reuiuiscit onus reuertendi ad familiam alienantium, l. *I. l. pater filium, S. quindacim, vbi Bart. ff. de leg. 3.* Ità considerant *Salycet. in l. 2. num. 27. vers. non idem, C. de noxal. Socin. iun. cons. 23. n. 51. & 52. lib. 1. Surd. decis. 9. nu. 9.* huicquè motiuo multum accedere videtur *Statutum Vrbs*, dū in fine ad successionem bonorum maternorū æqualitèr admittit sorores, & fratres, quia mater æquè censetur diligere masculos, & fœminas, nec ità sollicita præsumitur circa conseruationem masculorum, prout ipsi masculi.

15 Demū hanc sententiam, quod *Statutū* deferens successionem hæreditatis fraternæ solis fratribus, non comprehendat hæreditatem sororis, in terminis tradiderunt *Castrensis. cons. 119. num. 1. 2. & 3. lib. 1. Capr. cons. 62. num. 2. Ias. in rubr. ff. de acquir. poss. num. 22. Cranet. cons. 743. num. 7.* latissimè *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 288. num. 4. Caball. cons. 54. num. 7.* qui plures alios congrunt, & de veriori, & communiori testantur *Menoeb. cons. 990. num. 2. & 3. & cons. 1146. num. 6. & 7.* & in hanc sententiam inclinante *Rota*, teste *Caputaquen. decis. 334.* aliàs

331. lib. I. in manuscript. & tamen ibi agebatur de *Statuto* antiquo *Vrbis* sub lib. 5. cap. 24. vbi quæstio erat magis dubia, quia illud *Statutū* antiquum non utebatur verbo *fratris*, sed alio, masculinæ quidem significationis, at magis generali, & indefinito, nempe, *defuncto succedant germani fratres*, quod verbum *defuncto* commodius referri poterat ad sororem etiam defunctam, secus autem est in hoc *Statuto* nouo, vbi signantèr additur verbum *fratri*, & discretiue nominantur fratres, & sorores, quod videtur factum cum misterio, vt Statuentes indicarent, quod de hæreditate fratris, nō autem sororis loquebantur, et in his terminis loquitur etiam *decisio 548. par. 1. recent.* quæ fuit confirmata, vt in *decis. 644. par. 2. recent.* in eadem causa emanata, quia *Statutum Rauennatense* ibi loquebatur de hæreditate cuiuscunquè intestati, quod verbum *cuiuscunquè* rectè referri poterat etiam ad hæreditatem fœminæ, & vterius addebat *Statutum, defuncta persona, &c.* quæ tam ad masculum, quàm ad fœminam referri poterat, & *Rota* ibi multum insistit, quod ratio conseruandæ agnationis expressa fuerat, & quò laderat aliud *Statutum Rauenna* disponens, agnatos præferri etiam in successione fœminæ, vt in dicta *decisione 644. num. 3.* quæ deficiunt in *Statuto* nouo *Vrbis*, de quo agitur, quod dū veteri *Statuto* addit expressam illam denominationem *fratris*, videtur voluisse remouere dubitationem, de qua in dicta *decisione Caputaquen.*

16 Nec refert, huiusmodi *Statutum* exclusiuum sororum propter fratres esse fauorabile, tanquàm fundatum in motiuo cōseruationis familiarum, quoniam hic fauor debet regulari intrā suos limites, quos propria uerborum significatio præscripsit, nequè contra mentem *Statutèrium*, qui de sorore discretim mentionem faciunt, extendi ad ampliorem exclusionem, *Surd. decis. 9. num. 16. vers. non etiam obstat*, et minus hæc extensio permitti debet, cū magna differentia considerari possit inter casum, quo agitur de excludenda sorore ab hæreditate fratris, & casum, dū agitur de hæreditate alterius sororis, ut supra dictū est.

Non obstat *Curt. sen. cons. 9. Alciat. cons. 200. lib. 9. Gerard. Mazzol. cons. 8. & 9.* et alii relati per *Gratian. discept. forens. cap. 449.* quoniam *Curtius* reprobatur à dicto *Socin. iunior. cons. 23. num. 48. & 57.* et in contrariū militat receptior, et uerior *Doctorum* sententia, ut supra dictum est, præsertim concurrentibus circumstantiis particularibus

huius Statuti noui Urbis, Gratianus uerò loquitur uti Aduocatus in hac causa, & Gerard. Maxzol. conf. 9. in princ. testatur, contra ipsius consilia fuisse iudicatum, & rationes pro hac sententia magnificat.


Nec suffragatur Prospero Statutum Eugubinum, quia cum ipse sit forēsis, illi Statutum non censetur fauisse, nec Statuentes Eugubini curarunt conseruationem familie Romanæ ipsi nō subditæ, ut per Alex. conf. 111. in princ. lib. 7. Paris. conf. 12. nu. 25. lib. 3. Peregr. conf. 90. nu. 13. & 20. lib. primo, & fuit dictū in Narnien. successionis 23. Maij 1628. corā me, quam sequuta est Rota in Ferrarien. de Tassanis 18. Martij præteriti corā R. P. D. meo Pironano.

17 Nequē Isabellæ obstat renunciatio, loquitur enim de bonis dumtaxat paternis, maternis, & fraternis, & cum sit stricti iuris, nequē extēsiōnem recipiat, nequaquam referēda est ad bona sororum, iuxta deducta per Bal. conf. 48. per tot. lib. 2. Aret. conf. 161. nu. 5. Dec. in his terminis conf. 230. n. 3. in fine, vers. & prædicta maxime, Nat. in addit. ad Alex. conf. 85. lib. 4. Hond. conf. 29. nu. 93. & 94. lib. primo, Eugen. conf. 88. nu. 82. lib. primo, & in Bononien. hereditatis de Armis 18. Aprilis, & 22. Decembris 1622. corā me.

Et itā Domini unanimiter censuerunt, Statutum cap. 146. lib. primo non comprehendere casum passiuæ successionis sororis, & Prosperum teneri soluere Isabellæ eius portionem, etc.

S V M M A R I V M.


- 1 Statutum laicorum clericos non ligat.
- 2 Casus nouus proponitur.
- 3 Statutum ubi derogat iuri singulorū, omnium consensus requiritur.
- 4 Consensus expressus, & tacitus qui sit.
- 5 Consensus an dicatur præstitus, ubi quis per sonam campana vocatus non comparuit.
- 6 Taciturnitas quando habeatur pro consensu.
- 7 Baro an possit exigere de plantatis, sicut exigebat de seminatis, & num. 9. 10. & 11. ubi decisio, num. 12.
- 8 D. Ioannes Vincentius de Anna commendatur.



A R G V M E N T Y M.

Agitur, an conuentio inter Baronem, & Vniuersitatem, cōuocato consilio inīta, ut tempore collectionis frumenti, ad fraudem euitādā exigatur à Ciuibus in territoriis Baroni reddititiis seminantibus, medietas quantitatis frumenti seminati, & nō amplius quantitas vnus modii ex singulis decem, quæ colliguntur, iuxta antiquum solitū, liget nē Clericos, qui vni laicorum successores territoria à Baronibus concessa tenent, & de aliis ad materiam pertinentibus.

C A P. CCXIII.



Tatutum laicorum quantumuis generale, vel speciale, certum est, ex cap. Ecclesia Sancta Maria, de cōstit. Clericos, et Ecclesiasticas personas non ligare, etiam si earum commodam, et fauorem concernat.

3 Sed fui vna die interrogatus à quodam Barone, qui in eius territorio tempore collectionis frumenti, et altarum frugum (quia territorium totum antiquitus fuerat suum, et demū Ciuibus concessum, cum infra scripto onere) exigebat modium vnum ex singulis decem, et demū ad tollendam fraudem, quæ in tali exactione concurrere solebat, cum subditis, publico interueniente colloquio, et nemine dissentiente ad conuencionem deuenērūt, quod non aliter huiusmodi fieret exactio, sed quæ exigebatur medietas illius quantitatis frumenti seminati, quam deindē sub certa pena Baronali Curia reuelare Ciues illi tenerentur, nē Baro ipse in aliquo fraudaretur, an hæc cōuentio ligaret illos Clericos, qui

simi-

similiter, uti laicorum successores territoria a Barone concessa tenebant?

3 Responsum, nendum Clericos, sed nec etiam Laicos, qui in conventionione, seu statuto non interuenerunt, praefata conventionione, siue statuto ligatos esse, constat enim, hanc conventionem non generalem esse, sed singularum personarum ius tangentem, quo casu omnium necessarium esse, nec maioris partis sufficere consensum, voluerunt Doctores infra citandi, quoties enim consuetudo, siue statutum derogat iuri singularum personarum, oportet, illarum expressum, vel tacitum consensum interuenire, ita Ang. conf. 267. & alij per ipsum adducti, quos citat Modus. in §. plebiscitum. dubit. 53. dixi expressum, vel tacitum requiri consensum, expressum, quando quis expressè statuto consentiret, tacitum verò, quando quis passus esset exequi conventionem, siue statutam illud.

5 An autem quando sumus in statuto iuri singulorum derogante, tacite quis illi consentire videatur, si Comunitate per sonum campanae, vel per gridam conuocata pro eali condendo statuto, aliquis ad publicum colloquium accedere non curauit? dic, quod non, tunc enim quis tacite actui consentire videtur, quando consentire tenetur, sed quando quis in actu consentire non tenetur, prout in casu proposito, taciturnitas non habetur pro consensu, glof. in l. 2. §. voluntatem, in verb. contradicat, in additio. ff. solue matrimon. alia in materia uide citatum Modis. dubit. 54. & 60. in d. §. plebiscitum.

7 Sed in terminis propositi articuli citra conventionem praedictam quaero, si Baro est dominus totius territorii, in quo de seminatis quotam fructuum exigit, an possessor possit illud territorium mutare, ipsum plantando, & an Baro possit exigere quotam fructuum de plantatis, prout de seminatis percipiebat? dic, quod sic, sicut in veroque casu affirmat Capiblanc. trad. de author. Baron. pragmat. 11. a num. 75. usque ad num. 78. ubi ex Alber. & aliis uoluit, Dominum quousque creuerint arbores posse petere quotam solitam percipi, prout quando seminabatur.

8 Ad hoc propositum ad manus meas peruenit quodam manuscriptum Domini Ioannis Vincentij de Anna, respectate sua Iuriscoonsultorum iuriscōsultissimi per haec uerba.

Responsum D. Io. Vinc. de Anna.

In isto dubio Magnifici Fracisci Antonij de Maramonte cum uasallis feudi Plaanzani clarum est in facto, quod dictus Fran-

ciscus Antonius est Dominus dicti feudi, & solet exigere quintum omnium fructuum nascentium in dicto feudo, dubium remanet, quia in multis uineis dicti feudi sunt plantatae arbores Oliuarum, & aliorum fructuum, utrum debeatur quintum? quod debeat, allegatur text. in cap. commissum, de decimis, ubi ille, qui tenetur soluere decimam pascuorum, si postea illa pascua sunt reducta ad culturam, etiam illarum frugum debetur decima, & per illum text. notat ibi Abb. in 1. notab. quod mutatio qualitatis loci non alteret obligationem decimarum, & ideo si terra erat sterilis, nunc reductur ad culturam, vel aliquid in ea plantetur, debet solui decima culturae, & arborum, & 10 quaerit ibidem Ant. de Butr. quod si soluitur decima terrae aratoriae, postea in ea plantatae sunt uites, & arbores, debetur decima fructuum arborum, & uini, & ratio est, quia una res non debet diuerso iure censeri, cap. cum in tua, eod. tit. de decim. Couar. pract. question. 2. 37. num. 5. Balb. de praescript. 2. par. princ. 3. effect. num. 17.

11 Secundo pro hac opinione allegatur auctoritas Specul. & Io. Andr. in tit. de locat. §. 1. col. 6. vers. illud autem, quod is, qui concessit Terram infructuosam ad partem fructuum, habebit medietatem arborum, quia sunt in fructu, & dabit partem uini, & fructuum arborum, quos allegat Paris de reintegratione feud. fol. 90. col. 4.

Ioannes Vinc. de Anna.

Demum sequitur Apostilla manu eiusdem, quae est illius causae, & propositi dubii decisio per haec uerba.

12 Die 11. Iulij 1571. fuerunt condemnati Particulares in processu contenti ad soluendum quintum omnium arborum, tam vindemiarum, quam oliuarum, sicut de alijs rebus in dicto territorio soluitur, &c. Anna.

Post haec uidi eundem Annam, qui latius in hac causa scripsit, prout uidere est in sua allegat. 94.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum, per quod prohibetur adificari, an locum habeat, quando quis uellet domum suam ruinam minantem rescire, & n. 2. 3. & 8.
- 4 Nouum opus antiquum adificium rescienti an nunciari possit, & n. 5.
- 6 Castrum dirutum an uasallus rescire valeat absque Regis licentia.
- 7 Barones an possint noua Castra adificare, & antiqua rescire.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an statutum, quo cauetur, ut nemo ex Ciuibus possit in solo suo ædificare, nisi certa pecuniarum quantitate, iuxta ædificij qualitatem, Communitati prius soluta, an locum habeat, quando Ciuis vellet domum suam ruinā minātem reficere. Barones an valeāt in eorum iurisdictione noua Castra ædificare, & antiqua reficere, ad ornatū *Constitut. Regni Castra*, & de alijs.

C A P. CCXIV.



Statutum, si in aliqua Ciuitate extaret, ut nemo ex ciuibus possit in solo suo ædificare, nisi certa pecuniarum quantitate, iuxta ædificij qualitatem, Communitati

prius soluta, dubitabatur, an locum haberet, quando ciuis vellet domum suam ruinam minantem reficere?

- 2 Respondi negatiuè, cum tam canonico, quam ciuili iure attēto, ædificare prohibitus, reficere minimè prohibeatur, sic enim habetur in *cap. Iudgij*, l. 1. & clariùs in *cap. cōsuluit*, vbi Io. de Anania, *Ant. de Butr. Felin.* & ceteri, extra de *Iudgij*, in l. 1. circa finem, vbi *glos. in verb. reficere*, ff. de mort. inferen. in l. 1. §. si quis ædificium, ff. de oper. noui nunciat. & in l. 3. §. reficere, ff. de itiner. alijque priuat. sic què vno ore in his iuribus fazi sunt *Bald. Ang. Imol. Roma. Zas.* & ceteri omnes, *Andr. in c. 1. §. fin. n. 23. de capitulis Corrad. Symon. Crauet.* in d. l. 1. num. 169. ff. de oper. noui nunciat. *Cagnol. & Dec. in l. domum*, ff. de regul. iur. *Bolognin. in l. qui viam*, num. 78. ff. cit. tit. de oper. noui nunciat. *Castrens. cons. 247. lib. 2. Affl. decis. 392. vbi Addent. Nicol. Boer. decis. 44. Alex. cons. 190. num. 7. lib. 2. Capella in tract. de seruit. vrb. prædior. tit. de refect. cap.*

59. *August. Berous cons. 144. lib. 3. Horat. Carpan. ad Statut. Mediolan. in tit. quod habentes antiquam sedem*, cap. 240. *lit. N. & R. Grat. cons. 112. num. 4. Alciat. cons. 100. num. 8. lib. 5. Surd. cons. 121. num. 7. lib. 1. vbi ex tex. in l. 3. §. enim verò, & §. reficere*, ff. de itinere, alijque priuat. firmans conclusionem, quòd aliud sit reficere; aliud verò opus de nouo facere, infert ad Statutum, quo cauetur, nè belli tempore ædificare liceat, ut non procedat, cum quis antiqua ædificia reficere vellet, allegat *Bald.* & *Ang. in l. 1. in fine*, ff. de mortuo inferen. *Alex. in rubr. ff. solut. matrim. num. 21. Ias. in l. ius ciuile*, num. 10. ff. de iustit. & iur. & in l. quamuis, num. 190. ff. de fluminibus, & quòd hac sic stante conclusione sequitur, quòd reficienti antiquum ædificium noui opus nunciari non potest, allegat *Bart. Castrens.* & *Alex. in l. 1. §. si quis ædificium*, ff. de oper. noui nunciat. & *Bologn. in l. qui viam*, num. 69. cum pluribus seqq. ff. hoc eodem tit. Et licet non desint *Doctores*, qui contrarium firmauerint, attamen dicta per eos procedunt; cum quis ædificium pœnitens collapsum reficere vellet, ita distinguendo scripserunt *Castrens. in d. l. 1. §. opus nouum facere*, num. 3. ff. de oper. noui nunciat. & clariùs *Alex. in eadem l. 1. §. si quis ædificium*, in fin. quos citat, & sequitur *Surd. loco cit. num. 18. vers. & non constat*, & num. 22. hi enim distinguunt inter ædificium funditùs, & omninò destructum, & ædificium antiqui vetustate corrosum; sed non omninò collapsum, ut in primo tanquam facienti noui opus possit fieri nunciatio, secundo verò non; qua distinctione sic stante, quam puto verissimam, aliàs Ego inferebam ad disposita in *Constit. Regni* huius, quæ incipit *Castra*, vbi sancitum est, absquè Regis licentia vasallis non licere dirutum Castrum reficere, (id, quod notauit *Affl. decis. 265. num. 70.* & post eum *Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. de diuers. provision. in princip.*) ut sanctio ista sit intelligenda, quando Castrum esset funditùs, ac omninò destructum, secus verò si esset tantum vetustate corrosu, sed non omninò collapsum, hoc enim casu *Constit. prædicta* non procederet; verum distinctionem hanc procedere aduerto in locis domanij, secus verò in Terris Baronalibus, in quibus Barones absquè Regis licentia benè possunt, non solum Castra diruta reficere; sed de nouo construere, ut post *Andr. in eadem Constit. notat Affl. n. 3. vers. & propterea*, & satis benè *Reg. Tap. ibidem, vers. hanc tamen conclusionem*, vbi huius dicti assignat rationem, nimirum, quia

cum

etiam Barones Regum appellantur, iurisdictionemque habeant in territorio, pro ipsorum defensione necessarium est eius Camera munitis habere, id quod allegat D. Thom. de Rejimine Princip. lib. 2. cap. 12. & Petr. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 2. cap. 3. insuper inferebam ad prohibiciones, quas nos habemus, ne cuiquam liceat extra mœnia huius Civitatis absque licentia Regis Camere edificare, ut procedant, quando nova edificia facere, vel vetera funditus diruta reedificare cupimus, secus verò si non funditus destructa reficere vellemus, quia tunc, attentis superius dictis, nulla opus est licentia.


S P M M A R I F M.

- 1 Stipendia annua debita Magnati pro militum praefectura, an illi debeantur pro eo tempore, quo in vinculis propter aliquod delictum detentus est, & num. 4. 5. 6. 7. 8. 11. & 13.
- 2 Milites, qui personaliter servire tenentur, eo ipso, quod propter delictum condemnantur, consuetis stipendijs privantur, sed declaratur num. 3. & qua sit ratio, num. 11.
- 3 Clericus beneficiatus in perpetuum carcerem condemnatus non censetur beneficio privatus, si sententia de illo mentionem non fecerit.
- 4 Beneficium est stipendium militiae clericalis.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an stipendia, quae ex Principis largitione singulis annis Magnates pro militum praefectura, siue alicuius Castri custodia consequuntur, eisdem debeantur pro eo tempore, quo in vinculis, ex causa alicuius patrati facinoris detruduntur. Clericus beneficiatus si sententia mediante fuerit in perpetuum carcerem damnatus, absque quod de beneficio aliquid in sententia exprimat, num beneficius illo privatus censetur, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CCXV.



Stipendia, quae ex Principis largitione annuatim consequuntur Magnates, puta pro militum praefectura, alicuius castri custodia, & similibus, in quibus per sub-

stitutum, quem vulgò Locumtenentem appellant, deseruiunt, elegans est difficultas, si ob aliquod delictum, siue alia ex causa, contingeret, Magnatem illum in commissi facinoris poenam per certum tempus carceribus subijci, num carcerationis tempore durante, eadem solita, & annua debeatur, ac si in libertate constitutus esset?

Hac quaestio frequens esse potest, praesertim in hoc Regno, in quo nonnulli Proceres ex Regis Nostri munificentia alicuius Castellaniae, vel grauis armaturae praefecturae consequuntur, quae communiter appellantur Capitan de Cavalis, & Castellani, qui si aliqua ex causa simpliciter in temporalem carcerationem essent condemnati, dubitari posset, an eisdem essent solvenda consuetis stipendia, quae singulis annis a publico Erario consequuntur?

1 Respondeo, ceruicem esse, & in dies in Regis Camera decidi audiuimus, priuatos milites, & alios, qui personaliter seruire tenentur, quia eo ipso, quod condemnantur, a seruitio deficiunt, consequenter consuetis stipendijs priuatos censuris hanc tamen conclusionem in illis tantum militibus, qui personaliter seruire tenentur procedere, est necessario fatendum, secus autem affirmari videtur in his Illustribus, quibus in seruiendo substituendi facultas ipso iure conceditur, & ad similitudinem, C. de Episc. & cler. l. nullas, la. 3. C. de decur. lib. 10. vbi Bald. hoc notat, & nouissime Reg. Constant. Cephal. cons. 1. n. 35. quod procedit, etiam quando personae industria est electa, alioquin nullam esset priuilegium personae Illustris, ut arguit Barbat. de praesent. Card. quast. 5. prime par. n. 22. & Bal. in d. l. nullas, multoq; magis, quando substitutus est expressus, & apertus, quo casu substitutio personali assistentiae comparatur, Ass. in cap. Imperialem, S. firmiter, num. 15. de prohib. feud. alienat. per Frider. Cephal. d. cons. 1. nu. 36.

2 Verum ut propositae quaestiones vera habeatur resolutio, duos casus distincti uendos esse arbitror, quorum primus est, quando Illustris ille vir in officio deliquit, & co-

dem-

demnatur, & in hoc casu quàmuis in sententia de officio, seu beneficii priuatione non fiat mentio, adhuc tamen ipso iure officii, & dignitatibus, in quibus deliquit priuatus censetur, *tex. est in l. si aliquid, C. de suscept. & arch. lib. 10. vbi Doctores, præsertim Alex. ad Bart. Ang. Jacob. & alii in l. si quis ex argentarijs, §. cogetur, ff. de ed. do.*

5 Alter casus est, quando crimen extra officium committitur, & communis, ac indubitata est conclusio, quòd condemnatus de crimine, etiam infamiam irrogante potest retinere officia, & dignitates, nisi fuerit expressè in sententia priuatus; probatur primò in *l. si quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. de ed. do. & ibi Ang. nu. 1. post Odofred. ibi circa finem, & alios antiquos, quos allegat, sequitur ibidem Jacob. num. 14. Bar. conf. 174. nu. 5. Decian. conf. 14. nu. 88. & seq. lib. 3. Franc. Marc. decis. 116. queritur, an notarius, lib. 2. probatur etiã in *l. si quis decurio, vers. sed non statim, C. ad l. Cornel. de fals. quam ad hoc ponderat Bald. qui omnes in Notario extra officium delincente loquuntur, Alex. post Bar. in d. l. si aliquod, C. de suscept. & arch. lib. 10. sententia enim, quæ de priuatione dignitatum, officiorum, & stipendiorum non loquitur, non est amplius exaggeranda ultra modum interdictionis datum, argumento *l. 3. post princ. ibi, neq; enim exaggeranda, & c. ff. de decurion. est enim stricti iuris, & ultra illius tenorem aliqua priuatio non imponitur, argumeto *l. at si quis, §. diuus, ff. de Religios. & sumpt. funer. l. 3. post princ. ff. de decurion. & in pœnalibus, quia, strictissime proceditur, regula illa planè locum habet. Omissum habetur pro omisso, *l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. hinc lex imponens pœnam corporalem, & bonorum publicationem, si in sententia bonorum publicatio non exprimitur, censetur reus ab illa absolutus, Affl. in tit. que sint Regal. in verb. condemnatorum, num. 25. Peregr. de iur. hie. tit. 1. lib. 5. nu. 23.*****

7 Item in Comite condemnato habemus doctrinam Bal. in *l. Cassius, num. 1. ff. de senat. qui hæc verba suggerit. Sed hic queritur, an Comes condemnatus pro furto, vel falso in mille perdat Comitatum, quem habet à Rege, à quo non reperitur amotus. Et videtur, quòd sic, quia Comes sunt spectabiles, sed omnis infamis perdit dignitatem, ergò perdit Comitatum, quia est ei annexa dignitas, ad hoc, *C. de dignitat. l. Iudices, lib. 10. In contrarium videtur, quia ex quo est taxata pœna, ergò non patitur aliam pœnam exteriorem, argumento infra de postula. l. Imperator, & pro hoc facit Innocent. qui dicit,**

quòd in his, quæ ratione officij quis facit, putà si sit Prælatus, tenet, & facit infamis, donec priuetur officio, de accusat. cap. qualiter, & quado, in glos. magna, item dicit, quòd irregularis, & homicida remanet in sua dignitate, & prælatura, donec remoueat ab ea, etc. hæc Bal. quem sequitur Io. de Selua in tract. de benef. part. 3. quæst. 2. nu. 5. & 20.


8 Sed opponi posset, hanc Bal. doctrinam ad casum istum non esse applicabilem, postquam procedit in Comite habete feudum in dominium vtile, quo dominio aliàs concessio non censetur priuatus, nisi ex statutis criminibus felloniz, nos verò sumus in officio Præfecturæ militum, Castellania, &c. quo facilius delinquēs priuatur, quam feudo, sed respondeo, quòd rationes, quibus vtitur Bal. terminant casum nostrum, quarum illa est præcipua, quia taxata est pœna in sententia, ergò non patitur aliam pœnã exteriorem; item Prælati irregularis, infamis, & homicida adhuc remanet in sua dignitate, & prælatura, si non remouetur, ergò quamuis in casu nostro delinquēs fuerit extra ordinem condemnatus, adhuc retinet militiam, & stipendia, quibus per sententiam priuatus non fuit.

9 Confirmatur etiã hæc conclusio exemplo clerici inquisiti de crimine, & ad perpetuos carceres condemnati, quia per hæc sententiam super crimine latam non intelligitur beneficio priuatus, nisi hoc in sententia sit expressum, videatur, quæso, notabilis decisio Rot. quæ est quinta, incipiens *Accusatus, sub tit. de sentent. & re iudicat. in antiquioribus, vbi ad partes articulus disputatur, & itã tandem concluditur, sequitur Felin. in cap. cæserium, num. 24. circa medium, de rescript. Io. de Imol. in cap. cum nostris, num. 34. de conu. praben.*

Sed dicet quis, quid commune habet beneficium Ecclesiasticum cum stipendijs militaribus? Respondèo, quòd beneficium est stipendium militiæ clericalis, *tex. est in cap. Episcopus, de praben. ibi, Conuenientia stipendia militia clericalis assignet, Guglielm. Redoan. tract. de simon. ment. par. 2. cap. 27. n. 12. ergò postquam habemus particulares decisiones in stipendijs militiæ clericalis, vt confiscari non possint ex delictis clericorum, idem quoquẽ seruari debet in stipendijs militiæ secularis; regularitèr enim vtraquẽ militia equiparatur, nisi aliter in vna, quàm in alia iure cautum sit, *glos. in l. miles, ff. de re iudic. vbi Alex. & alij, Barbat. in cap. Odoardus, de solution. notatur in l. stipendia, de execution. rei iudicat. Minad. in**

Constit. Reg. In aliquibus, vers. filiorum, nu. 16.

11 Præterea decidi potest hæc quæstio inuestigando causam, siue rationem, vbi fundatur quotidiana decisio, & Regiæ Camere obseruantia, quæ regularitèr omnes milites pro criminibus condemnatos stipendijs priuat, & duplicè esse inuenio, prima, quia stante impedimento condemnationis actu seruire non possunt, secunda, ratione delicti commissi, quia criminosis ianua Domini non patent: modò dico Ego, si decisiones prædictæ fundatæ sunt in prima ratione, iam quisquè fatebitur, delinquenti, de quo agimus, stipendia deneganda non esse, quia actu personalitèr seruire non tenetur, sed sufficit seruitium per substitutù, vt supra diximus; sin autem in secunda, scilicèt ratione delicti commissi, non ea ratione, quia seruire non possunt, & hoc falsum est, & contra dictam decisionem Rot. & alios sequaces supra citatos, qui loquuntur in clerico condemnato pro delicto commisso, & decidunt, non amittere beneficium, etiam requirens residentiam, & sic in casu fortiori secundù rationes allegatas in decis. Rot. ergò non est vera conclusio, quòd miles delinquens ratione delicti priuatur ipso iure beneficio: concludo igitur, Magnates, de quibus agimus in temporalibus carceribus condemnatos consueta stipendia semper consequi, nisi in eiusdem præfecturæ officio deliquerint, quo casu omni iure denegantur; & ita per hæc, & alia insigniora media in facti contingentia pro tuitione iurium Excellentissimi Asculanorum Principis inueni respondisse *D. Ottavianum Bammacarium* doctissimum Iuriconsultù, & in feudorum iure versatissimum, cuius anima requiescat in pace, prout vidi, & obseruavi ex quibusdam eius locupletissimis manuscriptis, quibus confert nouissima decisio in casu simili facta per Regiam Cameram in Collaterali Consilio ad fauorem Excellentissimi Marchionis Piscapiz, Regni huius Magni Camerarij, pro quo doctissimè iuxta morè scripsit *Dominus Hector Capycius Latro*, tunc causarum orator primarius, demùm Regius Cõsiliarius, nunc Reges Regiam Cancellariam dignissimus, & Marchio Torelli, prout videre est in sua *consuls. 36. lib. 1.* quam paritèr imprimi curauit *Thorius in compend. decis. par. 2. in verb. salarium ex causa officij.*




S P M M A R I V M.

- 1 Subingressio in successione, tam in linea ascendenti, quam transuersali quomodo hodie procedat, tam attento iure communi, quam municipali Neapolitano, explicatur, & nu. 2. 3. 5. 8. 9. & 10.
- 4 Nepos an concurrat cum patruo in successione fratris patruelis.
- 6 Lex feudalis, sicut et Romanorum post fratrum filios subingressione non admittit.
- 7 Subingressio non datur in successione emphyteusis concessa absque qualitate hereditaria.
- 11 Vinculi duplicitas an, & quando in successione præualeat, & nu. 13.
- 12 Patruus ex utroque latere coniunctus an in successione nepotis excludat alterum patruum, vno tantum latere coniunctum.
- 14 Vinculi duplicitas an præualeat in successione fideicommissaria, & num. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. & 30.
- 24 Legatum fratribus factum an debeatur, tam utrinque coniunctis, quam consanguineis, & uterinis.
- 29 Proximitas qua nam attenditur in fideicommissis grauati, vel grauantis.

A R G V M E N T V M.

Agitur de subingressione iure, quomodo in defunctorum consanguineorum successione procedat, tam iure communi, quam consuetudinatio Ciuitatis Neapolis attento, & ad quem gradum se extendat, & quid in feudis. Duplici vinculo munitus an in successione, & fideicommissis vincat ex vno latere coniunctum, & de aliis notabilibus, vbi decisio nouissima *Sacre Rote Romanæ.*



C. A. P. CCXVI.



Vbingressio in successione, quo nam modo procedat hodie, hic breuiter in gratiam Tyronū explicare cōsui, & vt sūmaria de hac materia habeatur cognitio, sciendum est primò, vnicam tantum ante *Authenticarum* iura subingressione fuisse cognitam, nimirum quando ayo succedebatur, filius enim defuncti, & nepotes ex altero filio pramortuo suscepti eorum patris locum assumptes, ad aui successione in simul admitterentur, §. *cum filius, Instit. de hered. que ab intest. defer.* in linea verò collateralis nulla prorsus erat subingressio, quare si aliquis moriebatur fratre, & alterius pramortui fratris filio superstitibus, frater tantum admitteretur, nepote penitus excluso, §. *si plures, Instit. de legit. agnat. success. l. consanguinitatis iure, C. de legit. hered.* superuenit demum *Auth. ius*, in hoc tantum casu subingressione extendens, idque ex quodam beneficio, & privilegio, vt inquit *tex. in §. reliquum, vers. huiusmodi verò, auth. de hered. ab intest. venient.* in tantum, quod existentibus fratre in secundo gradu, & alterius fratris filio, qui est in tertio, quoad patruj successione hic fratris filius sui patris locum subingreditur, vt censeatur in secundo gradu, & cum patruo ad alterius patruj defuncti successione admittatur, præter hunc tantum casum, si ad alicuius collateralis successione concurratur, qui patruus nō sit, nunquam subingressio permittitur, sic disponente *tex. in d. §. reliquum, in fine, ibi, nulli alij omnino personæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur, &c.* & sic hodie in aui, & patruj tantum, non autem in aliorum collateralium successione subingressio conceditur, *Bart. in authen. post fratres, C. de legit. hered. vbi Salycet. circa finem, l. as. in l. 2. nu. 4. vers. quantum autem, & num. 6. C. de success. edit. Ang. in d. §. reliquum, in 3. notab. Alex. cons. 44. num. 19. vol. 5. & cons. 5. in fine, num. 3. Dec. cons. 1. nu. 3. Roman. cons. 196. vers. ergo à contrario, post Cyn. in d. authent. cessante, in fine, vbi decidit,*

4 quod in successione fratris patruellis, qui est mihi in quarto gradu de iure ciuili, & in secundo de iure canonico, præferuntur mihi patruj, seu amitæ, qui sunt in tertio gradu, nullatenus patris mei persona inspecta, que similiter erat in tertio, id, quod pa-

ritèr scripserunt *Marant. cons. 19. nu. 2. Petr. Cabal. cons. 107. per totum, par. 2. Georg. alleg. 12. num. 47 & Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 15. idemque in feudorum successione,*

5 procedere, nimirum, quando ad successione collateralis, qui patruus non esset, concurrunt, sunt plura consilia, inter illa *feudalia Albert. Brun. 70. 71. 74. & 75. vbi Albertus ipse dicit, ita bis in materia feudali obtinuisse, & cons. 76. num. 4. vers. tertia conclusio, qui Consulentes pro ipsis dicta per Bal. adducunt in cap. 1. num. 3. de success. feudi, in §. bis verò, num. 2. de success. frat. vel grad. succeden. in feud. vbi subingressione in feudo considerat, cum patruo succedatur, idemque affirmat *Præpos. in cap. 1. §. penul. in fin. col. penul. de his, qui feud. dare poss. in tantum, quod si Titius feudatarius decederet, Scio patruo in tertio gradu, & Caio fratre in quarto post se relictis, Seius defuncti patruus in tertio gradu excludet Caium defuncti fratrem in quarto, quamuis filium,**

6 fratris, qui Scio maior natu erat; lex enim feudalitatis, sicut & Romanorum post fratru filios subingressione non admittit, sicque succeditur, prout proximior reperitur, hic est *tex. in cap. 1. §. bis verò, de gradibus succed. in feud. vbi Andr. omnino videndus, vers. sed post fratres, Reg. de Pont. de feud. lect. 12. nu. 18. 19. & 20. Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 82. de feud. & nos diximus lib. 1. cap. 126. & 125. 1.*

7 in emphyteusi verò recepta pro se, & filijs absque qualitate hereditaria in linea collateralis, receptior est sententia, nullam dari subingressione, sicque in successione patruj nepotem nō posse concurrere cum altero patruo superstitite, ita sanè decedit *Sacrum Consilium sub die 28. Martii 1640. referente Domino Regente Capycio Latro, tunc Regio Consiliario dignissimo, qui in hoc articulo decisionem particularem scripsit, & est 126. par. 2. & aliqua considerauit Montan. controuers. 3. à num. 1. vsque, & per totum 10. Hæc in materia subingressione iure communi attentio.*

8 In hac verò Ciuitate aliter illa tractatur, habemus enim *Consuetudinē* in scriptis redactam, quæ incipit *Sed si morienti, iuncto §. quod autem,* qua statuerunt Ciues, vt abintestato decedente fratre carnali, ad illius successione cum fratre superstitite concurrant descendentes in infinitum ex altero fratre pramortuo, quibus non superexistentibus, scilicet fratre carnali, & descendentes ex altero fratre pramortuo; sed alijs in vteriori gradu positus, sit locus subingressione vsque ad filios fratrum cons-

brinorum tantum, & non vltra, ita vt si decesserit Caius relicto fratre consobri- no, qui est in quarto gradu, & filio alterius fratris consobrini, qui est in quinto gradu, hic eius patris personam subingrediens vna simul cum patruo succedet, quod non est de iure communi, vt supra diximus, & explicat *Præs. de Franch. decis. 149. num. 2.* præter hos autem casus dices, semper subingressio cessat, nam si contingeret, vt quis decederet superstitibus sibi tantum fratribus sobrinis, qui vulgò nuncupantur fratres tertij, & filij aliorum fratrum sobrinorum præmortuorum, qui inter eos erant in sexto gradu, hi filij vt in septimo gradu excluduntur omnino, nec eorum patrum personas subingredi possunt, vt post *Napod. in d. 9. quod autem*, satis bene explicat *Præs. de Franch.* sic per S. C. decisum referens *decis. 24. num. 1. 2. & 3.* similiter si quis moreretur superstiti sibi nepote ex fratre, vel sorore præmortuis, & filio alterius nepotis præmortui, hic sui patris personam subingredi non potest, sicque nepos tantum succedet, non autem alterius nepotis præmortui filius, nam licet per d. *Consuet. Sed si morienti* subingressio ad descendentes vsq; ad infinitum etiam in linea collateralis extensa sit, tamen extensio hæc in eo tantum casu procedit, quando defuncto superest frater carnalis, & cū eo concurrenter descendentes ex altero fratre præmortuo, vsque ad infinitum, vel quando superest frater consobrinus, & cum eo concurrent filij alterius fratris consobrini; at quando hi non supersunt, subingressio cessat funditus, & ille succedit, qui reperitur in gradu proximior, ita in puncto refert decisum *Præs. de Franch. decis. 262.* quam singulariter exornat *Reg. Ronit. conf. 23. a num. 1.* vsque ad 4. quicquid in hoc sibi dixerit *Montan. contr. 2.* per totam. Hæc quoad subingressio- nem, tam iure communi, quam municipali huius Ciuitatis attento.

21 Quid autem dicemus in vinculi duplicitate, an, & quomodo in successione præualeat, ita vt qui duplici vinculo cum defuncto coniungitur, vincat illum, qui vno tantum abstringitur? dic, vinculi duplici- tatem de iure tunc locum habere, quando tractatur de succedendo fratri carnali, patruo, siue auunculo carnali, ita vt frater vtrinque coniunctus in alterius fratris successione consanguineum tantum vincat, & nepos ex fratre vtrinque coniuncto in patrii successione alium patrum ex vno tantum latere defuncto coniunctum excludat,

ita *Alex. conf. 166. ante num. 1. & sub num. 2. lib. 5. Rube. Alex. conf. 102. nu. 1. Caball. conf. 10. num. 19. part. 2. Anna conf. 125. num. 54.* è tamen conuerso patrum vtrinque coniunctus in successione nepotis non excludit patrum ex vno tantum latere coniunctum, *Craff. in S. successio ab intestato, quest. 33. nu. 2. Mart. voto 124. & in summ. success. p. 3. quest. 9. art. 2. num. 5. post Alex. vbi supra nu. 4. & Rube. Alex. loco cit. num. 2.* dicens, hanc esse communem opinionem, & ab ea in iudicando non esse recedendum, & de primo dicto est *tex. in authen. itaque, C. commun. de success.* & de secundo est *tex. in authen. cessante, C. de legit. heredibus, in tantum, quod nepotes ex pluribus fratribus dispariter coniunctis defuncto succedunt, nõ equaliter, sed vinculorum ratione habita, vt præferatur nepotes ex eo fratre, qui defuncto vtrinque coniunctus erat, exclusis ceteris venientibus ex patre vno tantum latere coniuncto, Cabal. d. conf. 10. par. 2. num. 19. & 58. & D. de Franch. decis. 26. nu. 7.* de iure verò municipali huius Ciuitatis in successione bonorum antiquorum vinculi duplicitas, siue, vt nos dicimus, maius vinculum nusquam attenditur, ita vt si quis decesserit cum bonis paternis, superstiti sibi fratre vtrinque coniuncto, & consanguineo, omnes equaliter succedunt, quia attenditur, vnde bona proueniunt, qua de re latè dixi *lib. 1. cap. 70.*

24 Sed videamus breuiter, an ea, quæ diximus de vinculi duplicitate iure communi attento in illis casibus, in quibus locum habet, procedat in successione fideicommissaria, à testatore ad agnationis fauorem ordinata? & non esse attendendam ex receptissima Seribentium sententia singulariter resoluit *Rota in vna Firmana fideicommissi sub die 28. Nouembris 1646. coram Illustrissimo Ostobono, & per hæc verba.*

Mercurij 28. Nouembris 1646.

25 Silentius Fulchus instituto sibi hærede, vniuersali Horatio fratre germano eidem substituit Fulchum, Marcellum, M. Marinum, & omnes alios filios masculos nascituros pro equali portione, addens, quod vnus decedens sine filijs moriatur alteri, & alter alteri, & quod dictus Horatius, & eius filij masculi nullo modo possint vendere, alienare, & permutare bona stabilia dicti testatoris, sed illa perpetuò remaneant ad memoriam testatoris, & sustentationem familiz Fulchorum.

26 Testatore diem functo, & deinde Horatio fratre instituto, superstitibus quinque

ipſius filijs masculis, videlicet Fulcho ex prima vxore, & Marcello, M. Marino, Remulo, & Vincētio ex ſecunda. Poſtmodum obierunt M. Marinus cum Victoria filia femina, & Remulus cum Maria filia, & cum ventre prægnante, ex quo ortus fuit Remulus iunior poſthumus, qui etiam in pupillari ætate deceſſit.

37 Ideò primùm fuit diſputatum coram recolende memoriæ Hieronymo Cardinali Pamphilio 4. Aprilis 1601. & 10. Decembris eiſdem anni, & reſolutum, per obitum Remuli iunioris ſine filijs factum fuiſſe locum fidei commiſſo Silēti ad fauorem eorum de Fulchis contra dictam Mariam, Remuli ſenioris filiam, vt eſt videre *par. 1. recent. deciſ. 44. & 47.* quæ firmarunt, fuiſſe à Silētiō teſtatore conſtitutum perpetuū, & agnaticium fidei commiſſum.

38 Quo firmato altera orta eſt controuerſia inter Fulchum fratrem ex parte patris tantum coniunctum, & Marcellum, & Vincentium vtrinque coniunctos, dum hi prætendebant excludere Fulchum à ſucceſſione bonorum, quæ vigore fidei commiſſi obueniant M. Marino, & Remulo, ſuper quo dato dubio ſub die 26. Nouembris 1604. coram claræ memoriæ Francisco Penia, huius Sacri Tribunalis olim Decano, Rota cenſuit, Fulchum ex parte patris tantum coniunctum æqualiter concurrere debere cum Marcello, & Vincentio fratribus vtrinque coniunctis, ſuper qua reſolutione reaſſumpta coram me diſputatione hodiè Dominij perſiſterunt in deciſis.

39 Informantes pro Vincentio, & illi adhe- rentibus admittebant, ex verbis teſtamenti Silēti reſultare fidei commiſſum reciprocum inter filios masculos Horatii, non ſolum in caſu expreſſo, ſi alter ex eis decederet ſine filiis, ſed etiam quando decederet cum filiis, qui poſtea ſine filiis deficerēt ex voluntate teſtatoris, quam enixè habuit conſeruandī bona in agnatione, prohibendo alienationes bonorum, addita ratione, vt illa perpetuò remanerēt ad memoriam ipſius, & ſubſtentionem familiæ Fulchorum, vt firmatum fuit in ſuprà allegat. *dec. 44. & 47. part. 1. recent.*

30 Verùm in eo præcipuè inſiſtebant, quòd inter vocatos ſeruari deberet ordo iuris communis in ſuccedendo, ita vt dum teſtator vnum ſubſtituit alteri, & alterum alteri ad ſucceſſionem fratrum, cedeatur prætuliffe vtrinque coniunctos conſanguineis, & proindè defuncto Remulo iuniore ſine filiis, ſuperſtitibus Vincentio, & Marcello

Remulo ſeniori vtrinque conſanguineo, & Fulcho ex vno tantum latere coniuncto præferendi ſunt vtrinque coniuncti conſanguineo tantum, prout ab inſtatore, inſpecto iure communi præferri debuiffent, ita *text. in auct. in auct. de ſucceſſ. & in corpore vidè ſumitur ex auct. de conſanguinitate fratrum. & ita eſſe ſeruandū in teſtamentaria diſpoſitione, docuerunt Balthaſar. re coniuncti, num. 62. ff. de leg. 3. Caſtr. in l. fin. num. 6. C. de verb. ſignific. & ibid. Inſ. num. 76. Fufar. de ſubſt. quaſt. 79. num. 31. & 38. & hanc opinionem eſſe communiter receptam deſtatur pluribus relatis Peregr. de fidei comm. art. 20. num. 19.*

31 Attamen Dominie attentius perperſa dixerunt, quòd in ſucceſſione fidei commiſſaria ordinata à teſtatore ad fauorè agnationis non attenditur duplicitas vinculi cum æquali vinculo agnationis, ſed magis attenditur voluntas teſtatoris, quæ eſt Regina fidei commiſſorum, ac diſpoſitionum, & totum facit, *l. in conditionibus 19. ff. de cond. & demonſtr. l. penult. ff. de leg. 1. nec attenditur voluntas grauati, qui vel inuitas reſtituere cogitur.* Ex quibus, & ex aliis etiam rationibus dixerunt communiter DD. in fidei commiſſo, maximè agnatio vinculi duplex non eſſe attendendum, *Caſtr. in d. 1. num. 2. ad med. C. de impub. & ali. ſubſt. Alex. conf. 30. num. 4. & 5. lib. 2. Aret. in l. Lucius, nu. 6. poſt med. ff. de vulg. vbi etiam Inſ. num. 3. in fin. & num. 32. Rip. num. 47. in fin. Alciat. num. 49. Dec. conf. 304. num. 2. Ruin. conf. 107. num. 6. lib. 2. Rub. Alex. conf. 126. nu. 3. Curt. iun. conf. 125. num. 8. Gratus conf. 18. num. 19. in fin. lib. 2. Mandell. conf. 29. num. 18. & 19. Berous conf. 90. num. 18. & ſeqq. lib. 2. Part. Imol. conf. 10. nu. 18. in fin. & ſeqq. Socin. iun. conf. 66. num. 4. & ſeqq. lib. 3. Craueſ. conf. 43. num. 1. vbi de communi, Corraſ. in l. 1. num. 27. C. de impub. & alijs ſubſt. Rimin. iun. cõſ. 283. num. 29. & ſeqq. Simon de Prat. conf. 4. num. 7. poſt med. & pluribus ſeqq. lib. 2. Craſſ. de ſucceſſ. S. fidei commiſſum, quaſt. 12. num. 6. vbi de communi, Surd. conf. 31. num. 15. & ſeqq. per tot. Mancic. de conſect. lib. 8. tit. 13. num. 7. Menoch. conf. 841. per tot. Fachin. controuerſ. lib. 4. c. 87. per tot. Peregr. de fidei comm. art. 20. num. 12. vbi teſtatur de receptori, Grat. diſcept. 661. num. 1. & ſeqq. trigl. de ſubſt. cent. 3. q. 77. nu. 3. & 4. vbi de receptiffima, Fufar. cod. traſt. quaſt. 79. num. 22. & ſeqq. vbi de magis communi, Bellon. iun. de iur. accreſc. c. 5. quaſt. 56. num. 15. & ſeqq. vbi de receptori, Barry de ſucceſſ. lib. 7. tit. 3. ſub nu. 1. Rota coram Buratto deciſ. 770. num. 7.*

- 22 Atque ideo cum in presenti appareat ex verbis testamenti, Silentium testatorem fideicommittentem æqualiter dilexisse Fulchum nepotem ex Horatio fratre ex primo, ac alios ex posteriori matrimonio susceptos, dum Fulchum expressè, & nominatim cum aliis fratribus vtrinque coniunctis, atque etiam omnes alios eiusdem Horatii filios nascituros æquis portionibus substituit, & ad suam hereditatem vocavit, nulla quidem inter eos debet esse distinctio, sed ex æquo, iuxta testatoris voluntatem admitti debet. *Lis, qui cum plures* 92. & *ibi glos. in verb. omnibus, ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. ultim. vol. lib. 8. tit. 13. num. 7. vers. igitur multo magis, Mandell. conf. 29. num. 18. Menoch. conf. 434. nu. 33. & conf. 686. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 20. num. 20. in fin. & nu. 21. Bellon. iun. de iur. accresc. c. 5. quæst. 56. num. 41. Mart. de success. legal. part. 3. quæst. 4. art. 3. nu. 9. Gratian. discept. 661. n. 15 & seqq.*
- 23 Cum enim ratio conseruandæ agnationis æquè respiciat cõsanguineos, & vtrinque coniunctos, & per vtroque eodem modo equaliter, & absq; ullo discrimine conseruetur agnatio, idèd par est, ut equalitèr, & absq; ulla differentia admittantur, tam cõsanguinei, quàm vtrinque coniuncti, *Crot. in l. filiusfamilias, §. Dui, num. 161. ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. C. de legit. hered. num. 3. Menoch. conf. 841. num. 17. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75. num. 23. Surd. conf. 31. nu. 36. & 37. Riminal. iun. conf. 283. nu. 34. Soc. iun. conf. 67. num. 32. lib. 3. Bellon. iun. conf. 2. nu. 72. & seqq. Gratian. d. discept. 661. nu. 12. Crass. de success. §. successio ab intestato, quæst. 31. nu. 2. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 13. num. 7. post med. vers. aut verò fideicommissum, Mart. de success. legal. d. par. 3. quæst. 4. art. 3. nu. 6. & 7. Barry de success. d. lib. 7. tit. 3. num. 1. ad fin. vers. secundò fallit, Rot. decis. 84. nu. 17. & 18. par. 5. & decis. 53. num. 7. par. 7. recent.*
- 24 Nequè obitare visum fuit, quòd in casu proposito agatur, non de fideicommissò ascendenti, de quo loquuntur ferè omnes doctrinæ adductæ in decis. bonæ memoriz *Penia*, sed de fideicommissò ordinato à transuersali, in quo videtur intrare doctrina *Castr. in l. fin. C. de verb. signif. vbi*, quòd si testator reliquit fratribus suis, censetur intèllèxisse de vtrinque coniunctis, *Fusar. d. quæst. 79. num. 37. Bellon. iun. de iur. accresc. t. 5. q. 55. nu. 18 & seqq. Peregr. de fideicom. art. 17. num. 34. & art. 20. num. 19. & conf. 51. nu. 17. lib. 1. Intrigl. do subst. cent. 3. q. 77. nu. 5.*
- 25 Quia fuit animaduersum, prædicta procedere, quando testator vocauit fratres

- suos, quo casu intrat duplicitas vinculi respectu ipsius testatoris, iuxta doctrinam *Castr. & sequacium*, secus verò quando sumus (prout in præsentia) in pluribus nepotibus ex vnico fratre, qui siue sint ex vna, siue ex diuersis vxoribus, semper sunt eodemmet vinculo agnationis iuncti testatori, & in eis, ac in descendenti bus intrat impertinentia vinculi cognationis, idèdque sunt æqualitèr vocati, ut in his terminis firmat *Socin. iun. conf. 66. per tot. lib. 3. Berous conf. 90. in princ. & num. 18. & 19. lib. 2. Peregr. conf. 64. num. 5. & seqq. lib. 5. Barry de success. lib. 7. tit. 3. num. 2. vbi benè distinguit. Nequè doctrina *Castr.* est applicabilis in fideicommissò agnatio, in quo non attenditur vinculum maternum, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75. num. 21. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 13. nu. 17. post med. Peregr. de fideicom. art. 20. num. 19. in fin. Intrigl. de subst. quæst. 77. num. 8. Fusar. cod. tract. 4. 75. num. 42. Mart. de success. par. 3. quæst. 4. art. 3. num. 6. & 7. Barry d. lib. 7. tit. 3. num. 1.**
- 26 Immo semper verum est, quòd in fideicommissò etiam à transuersali ordinato admittuntur tam cõsanguinei, quàm vtrinque coniuncti, quando æqualis apparet ergà vtroque testatoris affectio, ut latè probat *Socin. iun. d. conf. 66. per tot. lib. 3. Berous d. conf. 90. nu. 18. & seqq. lib. 2. Peregr. d. conf. 64. num. 7. & seqq. & num. 16. lib. 5. Surd. conf. 31. nu. 34. & 35. lib. 1. Gratian. d. discept. 661. num. 16. & seqq. Fusar. de subst. quæst. 79. num. 41. & 43. et quæst. 494. num. 11. quando enim vtriusque qualitatè fratres fuerunt nominati, & expressè vocati, & æqualitèr honorati per testatorem, tunc faciendà est relatio ad voluntatem testatoris, dum omnes paritèr instituit, *Dec. conf. 886. num. 3. Surd. conf. 362. num. 10. vers. quibus sic positus, Mart. de success. d. par. 3. quæst. 4. art. 3. num. 10. Fusar. quæst. 481. num. 9. & respondit Rota in Bononien. de Caparellis 8. Martij 1613. coràm S. D. N. in recent. decis. 460. num. 7. par. 1.**
- 27 Nec refert, prædictos fratres fuisse quidem æqualitèr uocatos in substitutione reciproca, inter eos à testatore ordinata, casu, quo alter ex eis decederet sine filiis, non autem in ea, quæ resultat ex ratione conseruandæ agnationis casu, quo primogenitum institutorum filij decederent sine filiis, ut in proposito, in quo Remulus alter ex fratribus decessit superstitè Remulo iuniorè ultimo loco defuncto, per cuius obitum prætenditur purificatum esse fideicommissum resultantis ex coniectura conseruandæ agnationis, quòd etiam non fuerit à testatō-

re expressum, videatur esse definiendum ad normam iuris communis.

28 Nam certè eadem substitutio extenditur à casu obitus filiorum sine filiis ad casum obitus cum filiis, si etiam isti postea sine filiis decederent, vt dixit *Ros. in recens. d. dec. 44. num. 1. & dec. 47. per tot. par. 1. ac eadem æqualis affectio testatoris ergà dd. fratres, dum illos ad inuicem substituit, si decederet sine filiis, viget etiam ergà easdem personas ipsi filii decedentibus substitutas, cum nulla ratio maioris affectionis ergà easdem personas considerari possit in primo casu, quàm in secundo, l. 1. C. de impub. & ali. substi. l. Lucius, S. pater, ff. ad S. C. Trebel. Dec. conf. 186. num. 4. & conf. 304. num. 2. & 3. Socin. iun. d. conf. 66. num. 4. lib. 3. Menoch. conf. 686. nu. 18. cum pluribus adductis per Bellon. de iur. accrese. d. c. 5. quest. 56. num. 44. & per Fusar. de subst. d. quest. 79. nu. 46. & n. 51. semper enim inquirenda est principalitèr testatoris affectio, & voluntas, quæ si fuerit ergà omnes æqualis, par etiam debet esse in successione conditio, *Ruin. conf. 167. n. 3. & num. 8. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 20. num. 11. 12. & 19. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 75. num. 16. lib. 4. Bellon. d. quest. 56. num. 49. Fusar. de subst. quest. 484. num. 72.**

29 Non obstat, quòd in fideicommissis attendatur proximitas grauati, non grauatis, quia conclusio procedit in personis diuersorum graduum, secùs verò in personis eiusdem gradus, nam inter eos quæritur de concursu, non de maiori, vel minori proximitate, vt firmat *Peregr. de fideicommiss. art. 20. num. 11. & seqq. Surd. conf. 31. nu. 34. Bellon. iun. d. c. 5. quest. 56. num. 46. & seqq. Gerius Spinus conf. 76. num. 7. Aldouin. conf. 91. num. 48. Ciriac. controuerf. 269. num. 27. Fusar. d. quest. 484. num. 71.*

30 Deniq; fuit animaduersum, quòd etiam iure communi inspecto respectu portionis Remuli iunioris cessat omnis difficultas. Nam si respiciamus ad personam Silentii testatoris, æqualitèr dilexit nepotes consanguineos, ac vtrinq; coniunctos, sin autem respiciamus ad personam dicti Remuli heredis grauati, eidem æqualitèr succedere debent ab intestato omnes illius patris superstites, tam consanguinei, quàm vtrinq; coniuncti, cum vinculi duplicitas in eorum personis non consideretur, nec habeat locum in successione nepotis, ad *text. in auth. cessante, C. de legis. haredit. et in auth. itaque, C. comm. de success. Bart. in l. 2. §. legitima, n. 1. ff. de suis, et leg. hared. Bart. conf. 188. per tot. lib. 1. præsertim num. 4. Alex. conf. 166. nu. 2.*

lib. 3. Gozad. conf. 19. num. 20. Peregr. de fideicom. d. art. 20. num. 19. Mart. de success. d. p. 3. quest. 4. art. 2. num. 5. et 6.

Et ita fuit resolutum, vtraq; parte æquè informantè, &c.

S Y M M A R I U M.

- 1 Subingressio, qua in terminis Consuetudinis Neap. Sed si morienti datur in infinitum, quando quis decedit superstibus sibi fratre carnali, & descendens ex alio fratre præmortuo, an locum habeat in successione sororis, superstibus sorore, & abnepte ex altera sorore præmortua, & num. 2. 3. 5. 6. 82. 13. & 15.
- 4 Fratris appellatione an soror contineatur, & num. 9. & 11.
- 7 Consuetudinis Neap. Sed si morienti verba illa, & in præmissis appellatione fratris soror non continetur declaratur, & num. 16.
- 8 Clausula in fine posita est apta comprehendere omnes casus præcedentes.
- 10 Consuetudo Neap. Sed si morienti loquitur exemplificatiue, non autem taxatiue in personis expressis.
- 14 Renunciatio iustam habet tacitam conditionem, si renunciatio ad renunciantem deuoluitur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an subingressioni sit locus in terminis Consuetud. Neap. Sed si morienti, quando moritur soror superstibus sorore, & abnepte ex altera sorore prædefuncta, ità vt ista abneptis matris, & auiz personam subgrediens, possit ad succedendum concurrere cum matertera magna. Renunciatio matris præmortuæ an obstet filiis eius hereditibus, ex propria persona venientibus, & de aliis notabilibus ad materiã pertinentibus.

C A P. CCXVII.



Vbingressio, quæ in terminis *Consuet. Neap. Sed si morienti* datur in infinitum, quando quis decedit, superstitibus sibi fratre carnali, & descendentibus in infinitum,

siuè maribus, siuè foeminis ex altero fratre carnali præmortuo, aliquando dubitari contingit, an habeat locum, quando moritur soror, superstitibus sorore, & abnepre ex altera sorore præmortua, ita vt ista abnepre matris, & auie personâ subingrediens, possit ad succedendum cõcurrere cum matertera magna?

Partem negantē amplexus fuit *D. Reg. de Põs. conf. 39. n. 21. 22. & 23.* vbi dicit, *Consuetudinem prædictâ* loqui de fratribus, in tantum, quod in §. *quod autem* disponitur expressè, vt appellatione fratris soror nõ cõtineatur, fuisq; *Consuetudines* emanatas in beneficium masculorum, & in exclusionem foeminarû, quod proinde, subdit, subingressio allegationem secundum terminos *Consuetudinis* vanam esse, cum locum habeat masculis existentibus, sed quando tantum supersunt foeminae, illæ secundum formam iuris succedunt, & subingressio locum non habet, hoc est principale *Reg. de Pont. fundamentum loco cit.* & in *conf. sequenti*, quod est 40. n. 16. cui adhæsit *D. Reg. Rouit. conf. 23. num. 5. lib. 1* & nouissimè *Consiliar. Pronenzal. ad Conf. Neap. obser. 29. n. 5.*

Contrariâ verò sententiâ amplexus fuit *D. Præf. de Franch. decis. 652.* per totâ, vbi pro abnepre cõcludit, nimirum, vt ipsa matris personam subingrediens possit cum matertera magna, quæ fuit soror eius auie, ad succedendum concurrere, eo modo, & forma, quibus concurrere possit eius mater, si viueret, duplex à Domino *Præside* assignatur ratio; Prima, quia *Consuet. Sed si morienti* loquitur de fratribus, nepotibus, & pronepotibus, & ex eis in infinitum, sicq; comprehendit etiâ sorores, ex quo de iure appellatione fratris soror continetur, ex *Napod. ibi in verb. soror, p. tex. in l. Lucius, ff. famil. ercisc.* & in §. *si verò intestatus, auth. de nõ elig. secund. nubent.* & apparet ex eadem *Consuetudine*, dum excipit casus, in quibus soror nõ comprehenditur, vnde cum sub verbo fratris soror comprehendatur, dicentur sorores à *Consuetudine* comprehensiuè vocatæ, non autem extensiuè, & sic cessat extensio

contra ius commune; altera assignatur ratio, quia si est verum, quod si ab intestato moreretur foemina, superstitibus fratre, nepote, & pronepote ex altero fratre præmortuo, sine dubio per viam subingressio nis omnes succederent, quare idem non erit dicendum, quando soror sine liberis decedit superstitibus sororibus, nepotibus, & pronepotibus ex alijs sororibus prædefuncti; hæ sunt rationes, quæ ad suam fundandam sententiam afferuntur. à Domino *Præside*, cui adhæsit *P. Molfes, par. 4. de success. ab intest. quest. 36. nu. 10. vers. fuit etiam alijs determinatum*, nec recessit *Dom. Reg. Capyc. Latro consultat lib. 1. consult. 61. nu. 42. vers. immò etiam secundum Consuetudines.*

5 Quid dicendum? puto ab opinione *D. de Franchis* nullo pacto fore recedendum, & vt pateat de veritate, quia tota vis huius questionis consistit, an casus, de quo agimus sit omisus à *Consuetudine*, vel potius per illam decisis, operepretium est, attentè ponderare verba *Consuetudinis* præfatæ, qua sancitum habemus, vt si morienti ab intestato sine liberis supersint frater carnalis, nepotes, & pronepotes, & in infinitum descendentes, tam masculini, quam foemini sexus ex altero fratre prædefuncto, eo casu, quamuis frater sit proximior, cum eo tamen ad succedendum concurrunt descendentes in infinitum, in stirpem scilicet ex altero fratre præmortuo, verum si inter hos descendentes reperirentur foeminae, quæ fratres carnales haberent, foeminae ipsæ per fratres excluderentur, cum onere dotandi, sequitur demum *versiculus*, siue §. *quod autem*, in quo disponitur, quod si huic morienti ab intestato non supersint frater carnalis, nepotes, & pronepotes in infinitum ex altero fratre carnali præmortuo, sed alii agnati, & cognati in vltiori gradu positi, eadem sit successio nis forma, verum, vt in præmissis, appellatione fratris soror non contineatur.

6 His sic positis, vt ad questionis resolutionem deueniamus; dico, nulli dubiû esse, casû, de quo agimus contineri sub prima parte *Consuetudinis*, in qua datur subingressio in infinitum, cum supponamus, defunctam esse foeminam superstitibus sibi sorore carnali, & abnepre, siuè abnepote ex altera sorore præmortua, sed negant Aduersarii, quod loquatur *Consuetudo*, quando defuncto, vel defunctæ supersunt tantum foeminae, sed solum quando supersunt masculus, & descendentes in infinitum, siuè masculi, siuè foeminae ex alio masculo præmortuo, &

quod

quòd hoc sit verum, ponderant verba illa, & in *præmissis appellatione fratris soror non continetur*, quasi Ciues nostri dicere voluerint, quòd si defunctæ personæ supersunt foemina tantum, sit eo casu attendenda dispositio iuris communis.

- 7 Domini, hæc verba, & in *præmissis appellatione fratris soror non continetur*, vel sunt referenda ad secundam partem *Consuetudinis*, & sic ad *vers. quod autem*, put sic illa intelligit *Napod. in verb. soror*, eam dicit, quòd si quis decefferit superflite sibi fratre consobriño, & filijs sororis consobriñæ, ex his verbis solus frater consobriñus succedit exclusis filijs sororis consobriñæ, & hæc dispositio non pertinet ad casum nostrum, in quo agimus de succedendo sorori, quæ post se reliquit sororem carnalem, & abnepotem, siue abnepotem ex alia sorore præmortua, vel dicimus, verba illa esse etiam referenda ad primam partem *Consuetudinis*, cum sit clausula in fine posita, quæ est apta comprehendere omnes casus præcedentes, ex vulgatis iuribus, relatis per *Capyc. decis. 21. num. 3.* & non obstant casui nostro, quia per hæc verba voluerunt Ciues providere, ne sorores possint concurrere cum fratribus, nam cum dispositum esset, ut morienti ab intestato superflitibus fratre carnali, & descendentes ex altero fratre præmortuo, possent hi descendentes patris, aui, vel proaui personas subingredientes insimul cum patruo magno succedere, quia poterant etiã sine dubio ex hac dispositione concurrere soror, si superesset, & descendentes ex ea, non obstante, quòd *Consuetudo* loquebatur de fratre; ea quidem ratione, quia appellatione fratris de iure soror continetur, d. l. *Lucius 38. ff. famil. erisc. l. tres fratres. ff. de part. l. Lucius Titius 91. §. quafitum. ff. de leg. 3.* & l. *Lucius 78. §. Mutia. ff. ad Trebell.* voluerunt Ciues providere, quòd si cum fratre superflite concurrerent soror, quæ venit appellatione fratris, vel ipsius filij, et descendentes in infinitum, non possent hæc personæ succedere, sicq; cum fratre, siue avunculo concurrere, ac proinde dixerunt, ut in præmissis appellatione fratris soror non contineatur, ita sanè est germanus intellectus dictorum verborum, ut satis benè explicat *Capyc. decis. 21. intrã num. 10. vers. posset etiam intelligi hoc modo*, et fuit de mente *Napod. in d. verb. soror*, id, quòd satis probatur ex verbis sequentibus ibi, *præterquam si soror partem, ut unus ex fratribus habuisset de bonis parentum, &c.* tunc enim quia diceretur soror masculiata, benè ipsa, eius-

quæ descendentes ad succedendum in bonis prædefuncti fratris cum fratre superflite concurrerent, et sic, ex verbis prædictis continuatiuis ad præcedentiã, ibi, & in *præmissis appellatione fratris soror non continetur*, constat manifestissimè, quòd si hæc verba sunt referenda ad primam partem *Consuetudinis*, voluisse Ciues, ut fratris appellatione non veniat soror, ad effectum, ut in prædefuncti fratris successione cum fratre superflite soror, siue eius descendentes concurrere non possent, etenim satis erraret, qui putaret, *Consuetudinem. Sed si morienti* loqui, quando ad morientis successionem concurrunt tantum masculi, non autem quando concurrunt tantum foeminae, ex eo, quia loquitur de fratribus, nam loquuti fuerunt Ciues exemplificatiuè, non autem taxatiuè in personis expressis, ut benè in terminis subingressionis probat *Horatius Monax. controuers. cap. 2. col. penult. vers. & Consuetudines prædictæ*, nam si secus diceremus, sequeretur, ut in successione sororis superflitibus masculis, et foeminis non haberet locum *Consuetudo*, et tamen indubitanter procedit, ut considerat *Dom. Praef. loco cit. in fine*, et satis aperte hoc probat verbum illud, *Sed si morienti*, quòd sine dubio comprehendit masculum, et foeminam.

- 11 Vterius ad maiore prædictorù declarationem insistendo conclusioni formate, ut appellatione fratris soror contineatur, dummodò diuersa non militet ratio, & hoc siue verbum *fratres* a lege, siue à statuto profertur, ut per *Alex. conf. 85. volum. 4. Curt. sen. conf. 9. num. 22. & seq. Ias. in d. l. tres fratres. Corne. conf. 96. man. 5. vol. 3. Alciat. conf. 200. lib. 9. Soc. iur. conf. 10. num. 28. lib. 4. Macerates. var. resol. lib. 2. resol. 59. casu 9. alioquæ, quas pleniori calamo referunt *Barbos. in tract. de appellat. in verb. frater, appell. 102. num. 4.* & *Gratian. omnino videndus discept. forens. c. 449. n. 4.* pro eo, quòd ad rem nostram pertinet, illud tantum inspiciendum est, nimirum an in terminis præcitatz *Consuetudinis. Sed si morienti* subingressionem inducentis diuersitatis ratio considerari possit, ut appellatione fratris soror non contineatur. Et certè nullam inuenies, nam si dices, ideò in successione fratris subingressionem fuisse inductam, ad hoc ut bona in familia conseruentur, hoc falsum est, quia si hæc Statuentiũ fuisset mens, descendentes foeminae ex fratre præmortuo, per quas familia non conseruatur, ab altero defuncti fratre superflite excluderentur, &*

tamen

tamen contrarium in dicta *Consuetudine* deciditur, nimirum, ut descendentes in infinitum ex fratre præmortuo, siue mares, siue feminae in stirpem concurrant cum fratre superstitite; quare necessario dicendum

12. est, *Ciues statuētes* verè aliud non potest esse, nisi in linea collateralis subingressione inducere in infinitum, contra illud, quod est dispositum de iure communi, non alia ratione, nisi quia sic ipsis placuit, ut notat *Molles. p. 4. quæst. 37. num. 15.* & licet vsi sint illi verbo *fratres*, tamen quia appellatione fratris soror continetur, nec ut non continetur in hoc diuersitatis ratio allegari potest, sequitur ergo dicendum, ut illa subingressio, quæ in terminis dictæ *Consuetudinis* datur in infinitum, quando quis decedit, superstitibus sibi fratre carnali, & descendentes in infinitum, siue maribus, siue feminis ex altero fratre carnali præmortuo, locum pariter habeat, quando moritur soror, superstitibus sorore, & abnepte ex altera sorore præmortua, ita ut ista abneptis, matris, et aui personam subingrediens, valeat ad succedendum concurrere cum matertera magna.

13. Quibus sic stantibus remanet, ut respondeamus ad auctoritates adductas per *D. Reg. de Ponte*, qui ad probandum, quod quando morienti supersunt feminae tantum, non habet locum subingressio, dicit, quod hoc in specie decidit *Napod. in d. S. quod autem, in verbo parentum, vers. sed pone*, et in casu fortiori *Capyc. decis. 21.* etenim fas sit mihi dicere, utrumque istorum nec sibi somniasse affirmare id, ad quod allegantur, ut bene obseruauit *Dom. Reg. Capyc. Latro loco cit. n. 43. & 44.* *Napod.* enim proponit dubium, nimirum, quid dicendum, si aliquis decederit, duabus, vel tribus relictis filiabus, et demum ex illis altera decederit, an sorores superstitites, siue ipsarum filii succedent? et distinguendo respondit, aut si sorores superstitites aliquid habeant ex causa dotationis, et non succedent, aut verò ex causa successionis, et tunc fecus, quia censentur fratres, et utuntur iure fratrum, et hoc verum, addit, nisi superstes sit frater, qui illam excluderet, et sic concludit, quod sorores prædictæ sibi inuicem ab intestato succedunt; unde nihil ratiocinatio hæc ad casum nostrum pertinet, prout nec *decis. 21. Capyc.* in qua solum fuit dubitatum, an in terminis huius *Consuetudinis* ad fratris successionem concurrere possit soror cum nepte ex altero fratre præmortuo? & affirmatiue decusum testatur, ex rationibus, ut ibi per eum.

14. Hæc prout sunt vera, & indubitata, nulli possent recipere obiectum, si aui, vel proaui, cuius gradum, & locum subingreditur abnepos, vel abneptis, uti à patre, vel à fratribus dotata amplissimè illorum bonis renunciaffet, nam cum omnis renunciatio infitam habeat tacitam conditionem, si successio ad renunciantem deuolueretur, mortua renunciante, antequam renunciate successioni fiat locus, euanescit renunciatio, tanquam facta sub conditione, quæ non existit, sicque nepotibus, & pronepotibus illa non officit, ita *DD.* communiter in *l. qui superstitis, ff. de acquir. heredit. Dom. Præs. de Franch. decis. 67. Auendan. ad ll. Tauri, l. 40. glos. 17. num. 32. Surd. conf. 133. num. 20. Marant. disp. 10. Morotius conf. 22. num. 2. Viuius decis. 211. Robles de representat. c. 76. nu. 65. 66. 99. & 100. Gallerat. de renunciatione, lib. 1. cap. 11. num. 9. Alex. Trentacing. conf. 48. & 49. lib. 1. Thesaur. filius quæst. for. lib. 2. quæst. 90. sub num. 4. Gratian. discept. forens. c. 785. lib. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 9. glos. unica, par. 1. num. 65. Molin. de rit. nupt. quæst. 84. num. 20. lib. 3. sicque per *S. C.* decusum refert *D. Reg. Capyc. Latro decis. 4. & 41.* vbi alijs pluribus relatis probat, hanc procedere conclusionem, siue filij ad succedendum concurrant cum alijs, qui defuncto sunt in pari gradu, siue cum patruis, vel auunculis.*

15. Quare his omnibus attentis mihi videtur, quando casus contingerit, potius adherendum esse opinioni *Dom. de Franch.* qui in decidendo sic vocum suum declarauit, quam *Dom. de Ponte*, qui consulendo contrarium defendit, eoque magis cum nulla considerari possit diuersitatis ratio, quæ sit iuri consentanea, cur sit locus subingressioni, iuxta disposita in dicta *Consuetudine*, quando cum fratre superstitite concurrunt, descendentes, etiam feminae ex altero fratre præmortuo, per quas bona in familia non conseruantur, secus verò quando cum sorore defunctæ personæ vellent succedere descendentes in infinitum ex altera sorore prædefuncta; & si dices, *Consuetudinem* loqui de fratribus, responsum est iam, sub hoc nomine fratris sororem de iure comprehendere, nec aliter taxatiue in personis expressis; sed exemplificatiue *Ciues* nostros alloquutos fuisse, illamque clausulam, ut in præmissis appellatione fratris soror non continetur fuisse adiectam probauimus, quando soror vellet cum fratre concurrere.

Hæc occurrunt sub correctione melius sentientis.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio in feudis prohibetur in Regno absq; Regia Corona permisso, sed quid dicendum in casu, qui proponitur, num. 2. 3. 4. et 5.
- 4 Successor in feudo potest grauari pro concurrēti feudi valore, quæ conclusio quomodo procedat, num. 6.
- 7 Hæres quando non tenetur defuncti dispositionē obseruare.
- 8 Hæres succedens in feudo hæreditario potest aduersus defuncti factum fraudulentum insurgere.
- 9 Dispositio fraudulenta nullo pacto sustineri potest, quamuis citrà fraudem fieri potuisset.
- 10 Hæres in feudo dicitur succedere ultimo morienti.
- 11 Actio ad legatum consequendum datur contra hæredem testatoris legantis.
- 12 Hæres hæredis tenetur adimplere id, ad quod hæres tenebatur.
- 13 Text. in l. sed & si 6. ff. de leg. 3. & in l. præced. §. si quis enucleatur.
- 14 Hæres hæredis quando non teneatur ad obseruantiam dispositionis primi testatoris, et nu. 15. et 16.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an substitutio facta à feudatario sustineri possit, dùm filium hæredem instituens, eiq; sinè filijs masculis decedenti fratrem substituens, istoquè paritèr sine filijs masculis decedente, fœminis prorsus exclusis, alium de familia vocās, ordinauit, quòd si contingeret, fœminam cōtrà ipsius testatoris voluntatem in feudis succedere, teneatur illa pretium feudorū illi de familia substituto soluere, vel ad ipsius fœminæ electionem feuda relaxare, an, inquam, si casus euenerit, quòd fieret locus successioni

ad beneficium fœminæ, teneatur illa ad præfatæ dispositionis obseruantiam, & de alijs notabilibus ad materiã pertinentibus.

C A P. CCXVIII.



1 Substitutionem, sinè fidei commissum à feudatarijs Regni huius in bonis feudalibus, quæ possident, absq; Regiæ Coronæ permisso ordinari nullo modo posse, cautum est in pragmat. 4. quæ uulgò dicitur *de li noue capi*, in 6. cap. sub tit. *de feud.* per hæc uerba. *Sextò ubi in testamento, uel contractu, adest substitutio.*

2 Sed uideamus, quid dicendum, si feudatarius filium hæredem instituens, eiq; sine liberis masculis decedenti fratrem, sinè nepotem in gradu successibili substituens, illiq; paritèr sinè filijs masculis decedentibus, fœminis prorsus exclusis, alium de familia, non tamen in gradu successibili uocans, ordinauerit, quòd si contingeret, fœminam contra ipsius testatoris uoluntatem in feudis succedere, teneatur illa pretium feudorum illi de familia substituto soluere, & de contantis exbursare, uel ad ipsius fœminæ electionem feuda relaxare, nūm si casus euenerit, quòd fieret locus successioni ad beneficium fœminæ, teneatur illa ad præfatæ dispositionis obseruantiam, sicq; uel pretium, uel feuda substituto tradere?

3 Contigit in præsentiarum de hoc articulo disceptari in Sacro Consilio Regni huius, in causa uertente inter Octauium Villanum ex una, & hæredes quondam Hippolytæ Villanæ ex altera, Nobiles de terra Sancti Seuerini etenim est in facto uerissimum, Thomam Villanum Sagrignani, & Baronissi Baronem, in nouissimo uita spirity constitutum filium suum unicum Nicolaum Franciscum uniuersalem instituisse hæredem, eiq; in pupillari ætate, sinè quandocunq; sinè filijs masculis legitimis, & naturalibus decedenti substituisse Camillum fratrem (hic fuit Regius Consiliarius) sinè eius filios masculos, in eorumquè defectum, fœminis semper, ac perpetuò exclusis substituisse Anabalem, ipsius testatoris patrum, sinè eius filios, similiter ma-

sculos legitimos, & naturales, quia volebat, bona in familia conservari, & in istorum omnium defectum vocasse filium masculum primogenitum, descendente a quondam Hieronymo Villano seniore, & demum subdit hæc verba.

Item voglio, ordino, & lascio, che quando omni; succedesse il caso che nella mia heredita, o beni feudali hauessero da succedere, & esser chiamate le figlie femine maritate, o vero li figli, & descendent; di esse, ita che non obstante il presente testamento, & substitutioni fatte hauessero da hereditare, & succedere dette figlie femine gia maritate, o vero figli, & descendent; in tali casu dette figlie femine maritate, o qualsivoglia di esse, o loro descendent;, & quomodolibet succederanno in detti feudali, siano tenute, & obligate dare, e pagare contanti duc. diecimila di carlini a detto Signor Camillo mio fratello, o vero alli suoi figli masculi legittimi, & naturali, & in loro difetto al detto Signor Annibale mio zio, & in suo difetto alli suoi figli masculi legittimi, & naturali, & in difetto di tutta la linea masculina del quondam Tomaso seniore, pagare allo figlio mascolo primogenito legittimo, & naturale delli descendent; da detto quondam Geronimo seniore, preferendo sempre il piu prossimo, gradus prerogattiva servata, quale descendent; da Geronimo sia obligato farne al pagamento delli ducati quattromila per farne un Monte, et infra si dira, verum quando cum dette figlie femine maritate, o descendent; da esse, che venissero a succedere in detti feudali, volessero dare, e daranno con effetto le dette robbe feudali alli sopradetti instituiti, et substituiti, come di sopra della famiglia Villano, sicut in liberta loro, e non siano tenute, ne obligate ad altro.

Defuncto testatore, & demum Nicolao Francisco filio, nullis, nec ab ipso, nec a Camillo, neque ab Annibale superstitibus descendentibus, sed tantum Hippolyta Villana amita, quam universalem instituit heredem, insurrexit Octavio Villanus, vnus ex masculis descendens a dicto Hieronymo, petijque in Sacro Consilio, declarari, ob mortem predictorum absq; descendentibus, factum esse iam casum substitutioni, & fideicommissi ad sui beneficium, ac proinde exclusis omnibus interesse pretendentibus, esse eum immittendum in possessionem bonorum, dicto quondam Nicolao Francisco obuentorum a dicto quondam Thoma eius patre, & respectu bonorum feudalium condemnari personam, que in illis successit ad ipsi Octavio solvendum ducatos decem mille, pro qua quidem quan-

titate declinavit, promptum esse eadem et feuda in solutum accipere, contradicunt Hippolyta amita, & hæres a Nicolao Francisco instituta, sive eius hæres, unde dubitatur, quid sitis?

Ratio dubitandi contra Hippolytam, & successivè contra illos, qui eam representant, ea est, quia feuda, de quibus agimus, sunt cum qualitate hereditaria, quæ alia sunt in Regno omnia, ac proinde quamvis in illis sit prohibita substitutio, non tamen prohibetur, quin valeat feudatarius legitimus instituendo successorem, illum pro concurrenti feudi valore gravare, ad tradita per D. de Franch. in vulgatis de off. r. & 704. per D. Reg. de Ponte cons. 54. hb. 1. & alibi, ac per ceteros nostrates passim.

Sed hac dubitandi ratione non obstante, contraria sententia in casu, de quo agimus, illius facti qualitate attendi, omnino adhaerendum est, quod brevissimè quæcum poterò, duplice ex capite demonstrare conabor.

Et primo, quia etiam conclusio paulò antè firmata in Regno nostro receptissima sit, procedit tamen in casu, quo feudatarius decedens, & legitimus instituens successorem, bona fide suo vres iure, & extra fraudem, tot relinquit legata, quæ ad feudi valorem ascendunt, secus vero, quando fraus detegeretur, prout consideratur in casu nostro, in quo nec persona, quæ fuit hæres instituta, nec etiam duo alii priore loco substituti, ad aliquid alicui præstandum gravati fuerunt, sed prædicta tractant ubi sitet locus successioni fœderatam, quas ab omni beneficio exclusas declaravit testator, & sic constat apertissime de fraude, nam illud, quod directe peragere non poterat, nimirum ut femina in feudis succedere non potuisset, quæ in Regno ad succedendum est iam admissa, fecit per indirectum, ut scilicet quando casus eveniret, ut succederet femina, cogere solvere extraneo, quamvis de familia quantitate logè maiorem pretio feudorum, quæ in eius hereditate remanebant, illud subtrahens (æ quæ maior fraudis demonstratio?) ut si vellet pro quantitate legata feuda relaxare, quod ad aliud non teneretur, quæro modò Ego, hæc dispositio in substantia continet aliud, nisi hæredis institutionem, in personam extraneam factam? quò ergo pacto, quòve iure de tali dispositione ratio aliqua haberi potest? nulla certe, sonat enim in auribus omnium conclusio illa, nimirum, quod quoties testatoris dispositio tendit ad hæredem

fraudandum, eo quod sibi ex legis, vel statuti præcepto debetur, nullatenus ad illius observantiam scriptum hæredem obligat, ita gl. Bart. Bal. Paul. de cast. & ceteri communiter in l. 2. c. si in fraud. patron. c. in inf. 1. C. eod. ubi Alber. in Rubr. vers. circa legem 2. idem Bult. et Salycet. in l. 1. c. de inoffic. donation. Bart. cons. 65. Belemes. in cap. constitutus. de in integr. restit. Bal. cons. 27. anse. nu. 2. vers. tertia respondetur. Alex. cons. 57. circa h. em. lib. 5. Fracisc. Curt. sen. cons. 1. Bal. cons. 7. vers. nec obstat. si dicatur. lib. 3. Tiraquell. de testat. consuet. S. 1. glo. 9. num. 57. Cachet. decy. 180. num. 5. Camill. de medic. cons. 65. num. 18. & in specie in hærede, qui succedit in feudo hæreditario, ut possit aduersus defuncti factum fraudulentum insurgere, sicq; ut nulla possit haberi ratio de dispositione, quæ quomolibet à feudatario fieret ad fraudandum legitimum successorem, ex quo illud, quod à feudatario potest ordinari, intelligendum est semper, dummodo sincere, bona fide, sine odio, & fraude fiat. firmarunt Camer. in cap. Imperialem. fol. 7. lit. B. vers. hinc certe. Io. Fracisc. de Pont. omnino videnda trakt. de potest. Proreg. in tit. de absent. Reg. super dote. S. 2. num. 27. vers. et sic pariter annullarem, idemq; in lect. 11. de feud. num. 58. P. Mofes. in comment. ad Consult. nostras. tom. 1. part. 3. tit. de success. ex testat. quest. 2. num. 10. Surd. similiter omnino videndus cons. 382. num. 53. et 384. à nu. 63. usq; ad 67. in quibus locis post. inhiatos Doctores, quos allegat, addit notabile dictum, illudq; est, quod quoties dispositio aliqua fieret in fraudem, nullo pacto subtrahi potest, quamvis citra fraudem fieri potuisset, per text. in l. Titius. ff. ad S. C. Trebell. & in cap. beneficium. si de feud. fuer. controu. & quod licet dicatur, in fraudem non fieri id, quod iure permittente fieri potest, tamen id subtrahitur, quando id, quod ex legis permisso fieri potest, cum effectu citra fraudem fiat, ex quo lex fraudem non comitatur, l. si sponsus. S. circa ff. de donation. inter. vir. & vxor. id, quod etiam placuit Camer. loco cit. fol. 6. lit. S.

10. Secundo, quando hæc omnia non militarent, ex alio in occurrenti controuersia cessat omnis difficultas, etenim illud est in facto certum, Nicolao Fracisco heredi instituto nullum à patre institutæ fuisse gratiam in iudicium, quod hoc legatum decem millium ducatorum respiceret, sed tantum ipsi heredi instituto in casu, quo absq; liberis masculis decessisset, fuisse Camillum, testatoris fratrem substitutum, secundo loco Annibalem patrum, & tertio descendentes à Hieronymo, hæc substitutio est sine controuersia, quod dum respectu honorum feudaliū non existit assensu noborata, nullam habere potuit substantiam, ac si facta non esset, vade poterat sine dubio Nicolaus Fraciscus hæres institutus facta illa alienare, & in alium quocunq; titulo transferre, Regio accedente beneplacito, nec substituti poterant alienationem impedire, non alienauit, sed in vltima constitutus Hippolytam amitam, & immediate successitricem, ob mortem Camilli patrum, qui prædefunctus erat, hæredem instituit, sicq; Hippolyta, quamuis à testatore nolliter excluda, extitit tamen hæres Nicolai Fracisci nepotis, illiq; successisse dicitur, non autem Thomæ fideicommissarii, sicut enim Nostrates, quod in feudo etiam ex pacto, cui est annexa qualitas hæreditaria, vltimo morientis succeditur, ut post. Andr. Camerac. & alios, infinitis relatis, probant Fab. de Anna in addit. ad singul. sui Gonit. ris 222. Mart. in sum. success. legal. p. quest. 12. art. 2. Rouit. in rubr. pragm. de feud. num. 19. Fulu. Lanar. in addit. ad Regem. Lanar. in repetitio. §. sed & etiam res, per quos fiat inuestit. num. 60. Laytha. in theatr. feud. par. 2. dilucidat. 28. vbi plenissime, fol. 278. hoc posito vellem; ego scire à contraria sententia fautoribus, qua actione hoc legatum ab Hippolyta, & successore ab eius heredibus consequi intendunt, reali forsitan, siue hypothecaria? certe non, quia carent assensu personali? & minus, hæc enim actio non datur, nisi contra hæredem testatoris legantis, §. nostra autem. Inst. de legat. sed Hippolyta nunquam Thomæ fideicommissarii extitit hæres, ergo caret actione ad text. in l. q. 60. §. de fideicommiss. & si dicas Hippolytam esse hæredis hæredem, & hæres hæredis testatoris dicitur, veras. l. fin. C. de heredit. instit. cum concordas. relatis per glo. ibi. in verba testatoris, respondeo, hoc bene procedere posse, ut cogi possit ad actione personali pro adimplendo id, ad quod Nicolaus Fraciscus hæres tenebatur, & in quo ille grauatus erat, nam cum Hippolyta Nicolai Fracisci hæredis representet personam, in id teneretur, ad quod testatoris hæres cogi posset, cumque in casu nostro Nicolaus Fraciscus ad aliquid actori præstandum cogi non posset, consequens est dicere, ut nec etiam Hippolyta, eius hæres, quæ cum ex bonis Thomæ testatoris nihil consequuta fuerit, quia feuda, in quibus successit, ex iuris dispositione, & ex coacta voluntate nepotis acquisuisse dicitur,

tur,


tur, ex quo in feudis, vt supra diximus vltimo morientis, non dicitur, certe nullo fouente iure potest illa, & successiue eius hæres adolefcenti, probatur, & per hæres non modo ex rationibus supra enucleatis, sed ex punctuali decisione lex in l. si quis, ff. de legat. 3. ubi in principio, & in l. si quis, ff. si quis, cum dispositum esset, post testamentum a futura heredis heredi aliquid legare, & per hæres commissum relinquere, subiungit Paulus lxx. Consultus, secus esse, si per nomen proprium heres heredis grauaretur, & putat si Petrus erit heres Sempronii, quem heredem feci, rogo, siue mando, vt det centum Joanni, hoc enim casu dicitur lxx. Consultus, quod de iniuncto grauamine nulla erit habenda ratio, discriminis ratio inter primum & secundum casum a Doctoribus magis communiter assignatur, quia quando grauatur heres heredis sub nomine appellatiuo, certum est, heredem a testatore institutum futurum heredem habiturum, in quem grauantis bona sunt transfenda, & sic videtur ex tacito testatoris iudicio hereditaria bona consequi, non sic in secundo, vbi sub nomine proprio, siue sub aliqua appellatione heres heredis grauaretur, tunc enim, quia hic talis fortuito, & non testatoris iudicio heredis heres efficitur, ad nihilum de iniuncto grauamine tenetur, cum recipiendum non sit, vt cum, cui nihil de diti obliges, siqui lucrum illud aduentitium, quod ex testatoris prouidentia non prouenit, ubi pacto, inspicendum est, idemque vbi quis sub aliqua appellatione, non tamen sub nomine heredis grauatus esset, vel si grauaretur, qui heredi scripto legitimus ab intestato successurus foret, his enim casibus, perinde est, ac si nominatione heredis heres grauaretur, ex quo eadem militat ratio, cum certum non sit, fore locum, successioni ab intestato, siue successurum illi, qui sub aliqua appellatione nominatus est, ita sane hæc omnia declarant glof. Dyn. Alber. Bar. Paul. de Cast. de ceteri communiuiter in d. l. sed et si, idem Bar. in l. qui fundus 86. & qui filios in fine ff. ad leg. falcid. ubi, etiam glof. in verb. legatus, Bald. in d. ab eo, num. 6. & de fideicommissis, R. P. in l. cum in d. de familia, num. 2. ff. de leg. ubi hinc de al. num. 103. & in l. amen, quia pro communi opinione, Soc. in l. unum, num. 166. Crues. num. 86. l. 34. & 35. l. 44. in l. in d. de part. Claud. Aquens. num. 6. Sigon. in l. de Heredibus omnino videndus, com. 173. & in l. 2. vbi dicit hæc verba.

15. Præterea quando quis grauatur sub proprio nomine, vel sub aliqua appellatione, & non sub

nomine heredis, licet postea sub nomine proprio, vel sub nomine appellatiuo reperiat heres heredis, quia magis hoc contingit casu fortuito, quam iudicio testatoris, fideicommissum est nullum, vt in d. l. sed et si sic, §. final. Et c. Sforz. Odd. conf. 63. num. 22. Peregr. de fideicommissis, art. 1. num. 18. & seq. Angel. Mattheac. lib. 2. in epitom. de legat. & fideicommissis, c. 1. num. 2. Crass. in §. Legatum, quest. 15. num. 3. Fusar. de subsist. quest. 298. num. 5. & 303. num. 2. vers. declaratur primo.

16 Videamus modò, in quo casu nos veriamur, in primo? certe non, nunquam enim Thomas testator sub simplici nomine appellatiuo dixit, grauo heredem Nicolai Francisci heredis mei, vt det Camillo, Annibali, siue primogenito a Hieronymo descendenti ducatos decem mille, sicque, vt dici possit, Hippolyram instituti heredis heredem ex tacito Thomæ grauantis iudicio in feudis successisse, sed disposuit, attento facto, in quo veriamur, sub proprio nomine, siue sub appellatione feminei generis, vt si femina in feudis succedet, soluet substituto ducatos decem mille, vnde Hippolyta, quæ vti femina successit, non modò nullo testatoris iudicio eam successisse dici potest, sed penitus contra expressam testatoris voluntatem, ibi, ita che non obstat il presente testamento, e substitutione, quæ fit, vt fortuito, fato, casu, & fortuna fit Hippolytæ obuenta successio, idque non solùm, quia certum non erat, feminam scripto heredi successuram, sed nec etiam illà defuncto heredi fore ab intestato legitimam heredem, vnde verè veriamur in secunda parte textus, ubi, quoniam, qui fortuito, non iudicio testatoris, consequitur hereditatem, vel legatum, non debet onerari, nec recipiendum est, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges, quæ omnia sicut militat in successione bonorum allodialium, de qua iura loquuntur, a fortiori procedere debent in successione bonorum feudaliu, quorum dispositio arcta est.

Hæc occurrunt.



S V M M A R I U M.

- 1 Clausula codicillaris operatur, ut caducata institutione, habeat locum substitutio.
- 2 Substitutus caducata institutione admittitur ex vulgari in compendiosa comprehensa.
- 3 Testamentum potest incipere ab expressa substitutione vulgari.
- 4 Substitutionis vulgaris effectus est, ut moriente instituto, vivo testatore, substitutus admittatur.
- 5 Substitutio pupillaris an locum habeat moriente pupillo ante testatorem, & num. 6. 9. 16. 18.
- 7 Clausula codicillaris communiter à Notarijs apponitur.
- 8 Hæres institutus si vivo testatore cum filijs decesserit, data substitutione cum clausula codicillari, qui nam tenentur venientes ab intestato hereditatem restituere, filijs instituti, vel substituto.
- 10 Facti species decisionis Rotæ, quæ refertur.
- 11 Donatarius ut per constitutum acquirat, quod ei donatur, quæ requirantur.
- 12 Probatio nulla melior est illa, quæ procedit ex propria oris confessione.
- 13 Actus possessionis quando præsumuntur facti iure familiaritatis.
- 14 Causa testati facit cessare causam intestati.
- 15 Filia præterita in testamento patris an in Regno Neap. possit illud impugnare.
- 17 Testamentum potest incipere à tacita vulgari, in expressa pupillari comprehensa, moriente herede vivo testatore.
- 19 Substitutio pupillaris an contineat tacitam vulgarem, quando adest expressu vulgari.
- 20 Possessionem apprehendens parte non citata dicitur intrusus.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an substitutioni locus sit, caducata institutione per mortem instituti antè testatorem, cum eodem testamento demùm defunctum, idquæ tam si ageretur de substitutione compediola, quàm pupillari, & de aliis ad materiã pertinentibus.

C A P. COXXI.



Substitutio ex vi clausulæ codicillaris, quod locum habeat, caducata institutione per mortem instituti, antè testatorem, multorum auctoritate dicitur decisum Dom. de

Franch. decis. 156. quæ quotidie apud nos allegatur: inibi enim cum mater filium instituisse herodem, eiquæ sine liberis decessenti locum patris substituisse, accidit, filium antè testatricem absquæ filijs decessisse, quod proinde caducata remansit institutio, fuit tamen resolutum, per clausulam codicillarem censerî venientes ab intestato gravatos de hereditatem substituto restituendo, quam decisionem nominaverunt Turrett. tract. de clausul. codicill. q. 84. Rot. decis. 943. num. 2. pœnens Card. Seraph. Ricc. collect. 59. Gasp. Thess. quest. forens. lib. 4. quest. 35. num. 6. Marescos. var. resol. lib. 2. cap. 78. nu. 5. & alij recentiores; immò quod in hoc casu absquæ quod clausulam subingrediamur codicillarem, ex vulgari in compendiosa comprehensa, sit substitutus admittendus, dicit per Senatam Mânnum decisum Surd. decis. 37. vbi nu. 8. subdit, dubitandum nõ esse, substitutione sub simplici forma, si decesserit sine filijs, compendiosam esse, quamvis dictionem quandocunque non contineat, allegat glos. in c. si pater, in verb. absquæ deductione, de testam. in 6. ab omnibus communiter receptam, ut videri potest apud DD. ibi per Surd. allegatos, & expressè id firmavit Tob. Non. conf. 25. num. 1. quod proinde omnis cessat dubietas in casu posito per Gratian. decis. Marchia. 140. vbi compediola substitutio cum dictione illa quandocunque erat confecta, & sic ad testatoris successionem, venientibus ab intestato exclusis, fuit merito substitutus admittus, stante instituti morte, antè illam testatoris sequuta, ea, quæ ibi assignatur, ratione, quia testamentum ab expressa substitutione vulgari incipere potest, immò etiam à tacita vulgari, ut ibi num. 9. & sic censetur, compendiosam aliquid post a mortem factã in vim vulgaris loci habere, etiam si vivo testatore decedat ille, cui substitutio facta est, ut per Jacob. de Arden. Gyn. & alios in 1. precib. C. de impub. & alijs substitutione. Dec. conf. 419 num. 9. Gratian. loco cit. nu. 1. consert. de sac. def. legal. par. 4. quest. 30. art. 8. nu. 1. cum seq. & Gasp. Thess. in additio. ad P. Turrett. dec. 150.

4 vbi dicit, hunc esse vnum ex effectibus vulgaris substitutionis, quæ locum habet, instituto adhuc moriente, testatore superstitite, ex quo morte preuentus hæres esse nõ potuit, nec adire valuit, quia nulla erat adhuc hæreditas ei delata, quicquid contrarium sentire videatur, sed malè *Vinius com. opin. lib. 2. opinione 854.*

Quæ omnia pro verissimis habita fuerunt in testamento Illustris quõdam Principis Rocæ Aspidis, qui cum filium instituisset heredem, eiquè absquè liberis quandoquæ decedenti fratrem Ducem Perdisumi substituisset, quamuis institutus patri testatori absquè liberis præmortuus esset, defuncto demùm Principe diffinitino laudo fuit pronunciatum, Ducem substitutum ad successionem admittendum esse, Principis filia pœnitùs exclusa, in bonis tamen burgenfaticis, quia in feudalibus successit filia, cum substitutio illa à Principe facta ad bona feudalìa extendi non poterat, id disponente Regia sanctione, quæ est 4. in tit. de feud. in vol. prag. nec aliter fuit dictum, esse locum gratiæ, Regni feudatarijs concessæ, de qua in prag. fin. cod. tit. de feud. ex rationibus, credo, per me relatis lib. 1. cap. 126. num. 73. vers. sed possit hic dubitari.

5 Sed videndum est, an hæc omnia subintrent in simplici substitutione pupillari, vt nimirum moriente pupillo antè testatorè sit locus substitutioni, dum testator cum eodem testamento demùm decedit? & negatiuè respondit *Dyn. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst.* quem sequitur *Bart. ibidem, nu. 32. vers. vltèrius quaro, Aret. Salyc. & alij, Oddus de compend. subst. par. 6. quæst. 1. num. 7 Trentacinq. de subst. par. 4. cap. 14. num. 28. & Intriglio. de subst. cent. 3. quæst. 43.* quos refert, & sequitur *Mart. loco citato, num. 8.* vbi loquitur de compendiosa facta impuberi, vt si demùm viuente testatore decesserit ille in pupillari ætate, caducetur substitutio respectu pupillaris, ea quidè ratione, quia pupillaris hæreditatis aditionem requirit, l. 2. §. aded. ff. de vulg. sed patris testatoris viuentis non adhuc est hæreditas, l. si alienum, §. in extraneum, ff. de heredibus instituen. ergò, item, quia per substitutionè pupillarem, pupillo succeditur, non autem testatori. Hæc enim substitutio filij, pupilli testamentum dicitur, l. 2. ff. de vulg. & pupill. §. 1. Inst. cod. Gratian. discept. forens. som. 3. cap. 542. num. 60. cum autem in hoc casu patri præmoriatur pupillus, quo pacto substitutus defuncto demùm testatori succedere potest?

6 Contrariam verò sententiam, quòd substitutus ex tacita vulgari in expressa pupillari contenta, & comprehensa, sit admittendus, tuentur *Ripa in ead. l. 1. num. 167. Alciat. num. 74. Couar. in cap. Raynuntius, §. 5. de testam. Costa in cap. si pater, verb. testatore mortuo, cod. tit. Crass. post alios, quos citat, §. substitutio, q. 10. num. 4. ad finem, Hieronym. Cauall. comm. contrà comun. lib. 1. q. 106.* vbi dicit communem, & in fine subdit, sic semel in facto fauore substituti aduersus ab intestato venientes consuluisset, hanc etiam opinionem inuenio firmasse *Bald. cons. 170. lib. 5. per totum, vbi instituta à patre filia pupilla, eiquè sine liberis decedenti, ipsius matre, testatoris coniuge substituta, cum filia patri præmortua esset, & in pupillari ætate, consuluit Bald. substitutioni locum esse, testatoris fratre pœnitùs excluso, & hæc opinio mihi verior videtur,*

7 maxime si in patris testamento clausula codicillaris apposta esset, quæ hodiè communiter à Notarijs de stylo apponitur; operatur enim illa, non modò, quando testamentum ratione sollempnitatis non seruata ruit, in quo tãtùm casu præsupponit *glos. in authen. ex causa, C. de liber. præter. etiã reiecta ex vi clausulæ codicillaris testamētũ substineri, sed etiam in omnem casum, in quo testamentum factum ab eo, qui testari potuit, defecit, vt per eundem Bald. loco cit. num. 3. vers. nam clausula codicillaris, & cons. 395. lib. 1. Bar. post Dyn. in d. authent. ex causa, num. 24. Rot. decis. 1067. par. 3. diuers. Ant. Gabr. commun. concl. tit. de claus. concl. 7. D. Card. Tusch. pract. concl. lit. C. concl. 292. in princ. Ant. Gomez ad l. 3. Tauri, nu. 78. et alij ad nauseam adducti per *Turrett. loc. citato, q. 54. et per Iul. Clar. §. testamentum, q. 46.* quare in testamento quondam Scipionis Carasæ, his diebus subitanea morte defuncti, nullam probabilem habui difficultatè pro coniuge, et substituta, prout in casu *Bald. respondere, ad venietium ab intestato exclusionem; instituerat enim ille filiam pupillam, eiquè in pupillari ætate decedenti, vel demùm quocumquè ab intestato sine descendenti bus vxorem substituerat, cumque demùm pupilla patri præmortua esset, dicebam ipse, bonorum successionem ex vi clausulæ codicillaris ad substitutam coniugem spectare, salua antiquorum mediæ tate venientibus ab intestato, seruata forma testamenti, et Consuet. huius Ciuitatis Et si testator.**

8 Sed possit in hac materia dubitari, quid dicendum, si institutus viuo testatore cum

filij mortuus esset, cui nãra in hoc casu venientes ab intestato hæredisatem restituere tenentur, filijs, an verò substituto? dic, in facti cõtingentia fuisse resolutum pro opinione *Dec. conf. 242.* quòd sit restituenda filijs instituti, idquẽ ex coniecturata mente defuncti, testatur *Thef. allegata decis. 60.* quam vide:

2 Post hæc scripta, secundum opinionẽ hãc per me firmatam, nimirum, vt caducata institutione per mortem pupilli ante testatorem, ex tacita vulgari in expressa pupillari contenta, & comprehensa, substitutus sit admittendus, inveni plene discusso articulo decisum per Rotam in vna nostra Neapolitana bonorum, sub die 7. Februarij 1642. coram Illustrissimo Domino Dunozet, cuius quidem decisionis tenor est sequens.

Veneris 7. Februarij 1642.

10 Franciscus Antonius Pontecorbus de anno 1635. condidit testamentum, in quo instituit heredes posthumos nascituros ex Dianora vxore tunc pregnãte per hæc verba. *Instituisco, ordino, e fo miei heredi vniuersali li figlioli, ò figliole nasciture del corpo della Signora Dianora Stella mia carissima, è legitima moglie, sopra tutti, e qualsiuoglia beni mobili, e stabili, &c. Item che detti figlioli, ò figliole nasciture del corpo di detta Dianora Stella, ò non venissero in luce, ò che dopò nasci morissero in pupillari etate, faccio hærede il Ven. Monasterio di Santa Maria del Carmine sopra tutti miei beni, &c.* Post conditum huiusmodi testamentum Dianora peperit filium masculum, qui paucos post dies decessit, adhuc viuentis Francisci Antonii patris, deindẽ obiit idem Franciscus Antonius, post cuius obitum Fratres Carmelitæ die 20. Septembris 1635. ceperunt possessionem cuiusdã massariæ hæreditariæ eiusdem Francisci Antonij, sitz in loco, nuncupato à *Capo di Mòte, seù la Conocchia*, eamq. possederunt vsq. ad diem 7. Iunij 1638. de quo tempore Olimpia vti prætenfa hæres ab intestato eiusdem Francisci Antonij eius fratris, & Aldonsæ Imbertæ cõmunis matris eandem massariam Hebdomadarijs maioris Ecclesiæ Neapolis donauit, qui 9. eiusdem mensis Iunij de facto illius possessionem acceperunt, quæ possessio deindẽ fuit per Decretum Prouisionale D. Nuncij reuocata, sed quia Decretũ D. Nuncij fuit postea per sententiam Vicarij generalis Litter. iudicis appellationis à d. Decreto Nuncij per Breue Apost. ad instantiam dd. Hebdomadarioꝝ deputati reuocatum,

quæ sententia fuit per aliam R.P.D. Vanni confirmata, hodiẽ in gradu restitutionis in integrum contigit dubitari, an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum. Pro parte Fratrum Carmelit. impugnabatur d. sententia ex capite nullitatis, & iniustitiæ, sed DD. omnis nullitatis resoluunt, ex capite iniustitiæ non constare de re iudicata, & per consequens constare de causis restitutionis in integrum.

11 Iniustitia siquidẽ dd. sententiarum est euidentis, quia conceditur manutentio in possessione d. massariæ Hebdomadarijs donatarijs d. Olimpiæ, & tamen nullibi iustificatur, quòd ipsa Olimpia tempore donationis ius aliquod haberet super dicta massaria, nequẽ respectu proprietatis, nequẽ respectu possessionis, prout requiritur, ad effectum vt per constitutum transferri poterit in donatarios, *Alex. conf. 10. post prin. lib. 4. Menoch. conf. 701. num. 12. Fulu. Pacian. conf. 20. num. 88. Rota diuers. decis. 766. num. 1. p. 1. & in rec. decis. 768. num. 4. p. 2. & coram Buratt. decis. 136. n. 11.* Immo contrarium probatur.

12 Nãm respectu possessionis hoc clarẽ apparet, quia post obitum Francisci Antonij constat, Fratres Carmelit. cepisse possessionẽ d. massariæ, eamq. pacificẽ per totum triennium possedisse, & hanc possessionem Fratrum facta est ipsa Olimpia in iudicio moto contra ipsos Fratres Carmelit. post obitũ d. Francisci Antonij, qua quidẽ confessione nulla potest dari melior probatio, *l. cum te 5. C. de transact. Greg. XV. dec. 143. n. 3.* cum similibus.

13 Nõ obstant actus gesti per ipsam Olimpiam, ex quibus præcenditur probari illius possessio, quia cum ipsa non potuerit succedere Aldonsæ matri, in cuius bonis fuit massaria, de qua agitur, stante testamento ab ipsa facto ad fauorem Iosephi, & Francisci Antonij filiorum, supradicti actus representantur facti iure familiaritatis, non autem iure possessionis, *Bart. in l. qui iure 4. l. n. 1. & 2. & ibid. Castr. in princ. & alii, ff. de acq. poss. Ruin. conf. 3. lib. 1. Menoch. de presump. lib. 6. pres. 67. n. 12.* & in terminis fororis exclusæ per testamentum parentum censuit Rot. coram b. m. Buratt. dec. 169. nu. 4. & seqq. & dec. 216. num. 3. & seqq.

14 Quò verò ad proprietatem est etiam euidentis, ipsam nullumius habuisse, quia ipsa donauit dictam massariam Hebdomadarijs, vti hæres ab intestato Francisci Antonii fratris, & Aldonsæ eius matris, &

tamen

tamen stantibus utriusque testamenti nõ potuit esse hæres, cum causa testari faciat cessare causam intestati, *l. quando potest 39. ff. de acq. hered. l. quando 90. ff. de reg. iur. l. antequam 8. C. de success. Sard. cõs. 268. num. 46 lib. 2.* Vnde cum ipsa non possideret d. massariam, nec aliquod ius haberet circa eius proprietatem, sequitur, in Hebdomadarios aliquod ius considerabile nõ fuisse translatum, cum donans plus iuris in donatarium transferre non valeat, quàm ipsemet habeat, *l. si domus 71. in fin. ff. de leg. 1. Bart. in l. pradia 5. nu. 3. C. de locat. pradior. civil. lib. 16. Sudd. dec. 172. nu. 7. Rot. dec. 192. num. 16. p. 6. recent.*

15 Nec obstat, quod in testamento Aldonze Olympia fuerit præterita, & sic illa possit dare de nullitate ipsius: quia ultra quod non subsistit in factis, quod illa fuerit præterita, cum in testamento fuerint ei relicta sicut, 50. respondetur, filiam præteritam sibi Constitutionem Regni Neapolitani non posse impugnare testamentum parentum, in quo, prout in hoc casu, filij masculi sunt vocati, *Neapodan. in Consuet. Si morietur, in verbo succedunt, vers. in contrarium, nu. 86. fol. 102. Minad. in Constit. In aliquibus, not. 2. num. 63. Et in l. de l. 248. num. 7. Molpbes. in Consuetud. Neap. p. 4. de success. ab intest. q. 18. num. 3. & illam habere locum, etiam in testamento matris, tradunt Afflic. dec. 178. num. 1. et 2. Franch. dec. 171. num. 1. Molpbes. in Consuetud. Neap. d. p. 4. de success. ab intest. q. 18. num. 7.*

16 Nõ obstat, quod cum Dominicus hæres institutus prædecesserit, ante obitum Francisci Antonij patris, testamentum remaneret caducum, *l. totis 81. in fin. ff. de acq. hered. quia per prædecessum d. Dominici instituti irrita quidẽ fuit institutio, sed non substitutio facta ad fauorem Fratrum Carmel. cum sit concepta verbis directis, tam in casu non natiuitatis filiorum, quàm in casu natiuitatis, & mortis in pupillari ætate, quæ pupillaris continet vulgarem tacitam, *l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. & pupill. & ideo siuẽ filij non sint nati, siuẽ decellerint in vita patris, succedit substitutus, quia vulgaris in sua formula habet cõditionem impotentie, quæ cõprehendit casum mortis viuente testatore, vt est *tex. in l. vnica, §. pro secundo, vbi glos. in verbo substitutus, C. de caduc. coll. l. Thais 4. §. Splendephorus, ff. de fideic. lib. Bart. in l. 1. n. 28. vers. 2. casu, vbi, siuẽ primus sit exclusus, ff. de vulg. Castr. cons. 218. lib. nu. 1. vers. 2. probatur, lib. 1. Menoch. cons. 106. num. 364. Sudd. dec. 37. nu. 10. & seq. Rot. in Firmana hereditatis 11. Decemb. 1619.***

6. Nouemb. 1620. coram b. m. D. moe Ar-
17 chiepiscopo Seleucien. & in terminis vulgari tacite, in pupillari substitutione contentæ, quod operetur, vt testamentum ab ea incipiat moriente hærede, viuo testatore, post alios tenuerunt, de magis communi, & veriori testando *Couar. in c. Raynutius, §. 5. colum. pen. vers. 3. est sententia, de testam. Crass. §. substitutio, q. 10. nu. 4. post med. Mant. de consuet. lib. 5. tit. 6. nu. 11. post med. & seq. Fach. contr. lib. 4. c. 67. per tot. Fusar. de substit. q. 23. n. 4. & prædicta procedunt, etiam si mortuo filio pater superuixisset tanto tempore, vt aliud testamentum commode condere potuerit, quia præsumitur, non condendo aliud, permanisse in ea voluntate, ex qua substitutus per tacitam vulgarem admittebatur, & ab ea testamentum potest incipere, vt reiecta cõtraria opinione *Bart. in d. l. 1. nu. 32. vers. vltimis quæro, ff. de vulg. tenent Aleiar. in ead. l. 1. n. 122. vers. subicit Bartolus, titens, quod omnes illam reprobant, Couarr. vbi supra, vers. 2. hac dubitatione, vbi ait, illa ab omnibus reprobari, & esse manifestè contrariam menti testatoris, qui censetur non mutasse voluntatẽ, & velle, substitutum admitti, & omnibus præferri, Crass. vbi supra, vers. 3. opinio, Mant. sub d. n. 11. vers. immo hodie, Fachis. d. lib. 4. controu. c. 67. vers. ceterum alijs relictis, Trontacin. de substit. c. 10. nu. 20. Intrigl. eo. l. et aff. cent. 1. quæst. 37. n. 21. in fin. qui de communi, Simon de Prat. de interpr. ult. vol. lib. 3. fol. 241. nu. 54. vers. siuẽ testator, Fusar. d. q. 23. m. 7. & prædicta tanto magis procedunt, stante substitutione pæ causæ, cuius fauore extenditur substitutio, *Vsq. de success. tom. 2. lib. 2. §. 11. num. 38. in fin. Fusar. d. quæst. 23. nu. 5. Tiraquell. de prinil. pæ causa, prinil. 76. Franch. decis. 156. num. 4.***

18 Et cessat hæc controuersa, quando substitutio pupillaris est cõcepta sine illis verbis, *si hæres erit.* Sed cum sola alia conditione, *si in pupillari ætate decesserit,* quia tunc vulgaris non est omninõ tacita, sed continetur sub istis verbis generalibus, & ideo absque controuersa substituitur testamentum mortuo pupillo, viuo testatore, vt benè explicat *Couarr. in d. §. 5. sub num. 5. antè fin. vers. verum etiam si admittamus,* quem sequatur congesti per *Fusar. d. quæst. 23. n. 13.*

19 Non obstat, quod pupillaris non contineat tacitam vulgarem, quando adest expressa vulgaris, *l. cum ex filio 39. §. filio, ff. de vulg. & seqq.* quia hic non visa fuit adeste expressa vulgaris, cum duo tantum casus fuerint à testatore considerati, primus scilicet

licet, si filij non nascerentur, qui casus non euenit, quia filius natus est, secundus casus, si in pupillari etate decederet, qui nec etiam contigit, quia filius nunquam fuit pupillus, dum patri predecessit, & sic remanet tertius casus omissus, cum uiuente, patre obierit, & consequenter inerat vulgaris tacita, a qua potest incipere testamentum, *l. idem est* 13. §. vlt. ff. de testam. milit. *Conar. in d. §. 5. vers. tertia est sententia, sub vers. nam quod a tacita, cum alijs fusc cumulatim a Fusar. d. quast. 23. nu. 1. & seqq.* & bene etiam ad propositum *Goffred. a Salignas. in d. l. cum ex filio, ad med. vers. & hac vera sunt, Cassad. decis. 1. num. 6. tit. de testam.*

Præterea ex alio etiam capite costat de iniustitia dd. sententiarum, ex quo concedunt manutentionem Hebdomadarijs, qui possessionem de facto apprehenderant d. massariæ, non citatis Patribus Carmelitans, qui a triennio erant in pacifica possessione. Unde euidenter apparet, d. possessionem fuisse turbatiuam, & nullo modo manutentionem, *cap. licet causam, ubi Doct. de probat. Menoch. rem. 3. de retin. num. 725. & 726. Rot. decis. 19. num. 1. par. 1. diuers. & dec. 293. num. 8. & decis. 555. num. 1. par. 1. recent. & in fortioribus etiam, quando non citatur, intrusus iniustus detentor est, *text. in cap. licet Episcopus 28. de preben. in 6. Calder. cons. 4. tit. de dilat. Ruin. cons. 27. dum. 3. lib. 5. Rim. iun. cons. 494. nu. 34. & seq. Monded. cons. 20. num. 47. lib. 1. & ideo dandum esse manutentionem existenti in anteriori possessione, non attenda huiusmodi expulsionem nulliter facta, firmat *Grat. discept. 43. nu. 1. & seqq. Card. Caualer. decis. 501. nu. 1. & seqq. Rota decis. 284. nu. 14. & seqq. par. 5.***

Et ita utraque parte informante fuit resolutum.


S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio facta pluribus institutis in casu mortis sine liberis an locum habeat statim uno absq; liberis defuncto, & n. 2. 3. 5. 6. 7. & 13.
- 4 Donatio facta a viro, & vxore post eorum mortem alicui Ecclesie, altero eorum defuncto an Ecclesia possit petere bona illius, qui defunctus est.
- 8 Substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resulat, nisi fuerit verbis expressa, uel probabilibus coniecturis, & num. 9.
- 10 Substitutio reciproca tacita ut inducatur que requirantur, & num. 1. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. & 20.
- 17 Condicio a casu substitutionis longe differt.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an substitutio facta in casu, quo hæredes instituti absque liberis decederent, verificetur statim cum contingerit, alterum ex institutis sine liberis mori, an vero ut locum habeat mors omnium institutorum absq; filijs expectanda sit. Donatio facta a viro, & vxore bonorum eorum omnium, post tamen eorum mortem alicui Ecclesie, altero ex coniugibus defuncto an Ecclesia possit petere bona illius, qui defunctus est, vel amborum mors erit attendenda,

C A P. CCXX.



Substitutio facta pluribus in simul institutis, quodcumque sine liberis mori contingerit, antiqua est questio, an locum habeat, statim uno ex institutis sine li-

beris defuncto, ut scilicet ad illius portionem admittatur substitutus, an vero mors omnium sine liberis expectanda est, ita ut si postremus ex institutis cum filijs decederit, dicatur quodam omnino conditionem defecisse, quam ex recentioribus late tradarunt *Cephal. cons. 132. lib. 2. Petr. Gilk. in l. penult. C. de impub. & alijs subst. Rot. decis. 804. par. 1. diuers. Marzar. de fideicommiss. quest. 11. Peregr. eod. tract. art. 13. Mantie. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 5. Fusar. de subst. quest. 473. & cons. 24. Gambr. dec. Lusc. 367. & alijs, qui omnes ex sententia *Barr. in l. barodes mei, Sum. id. n. 5. ff. ad S. C. Trebel.* duos casus principales distinguunt, quorum primus est, quando instituti sunt descendentes testatoris, & eo casu, quia ex præsum-*

per voluntatem patris, vel aui instituentis, inest instituto est locus iuri accrescendi, ut substitutio locum habere possit, requiritur, ut omnes instituti sine liberis decedat, & hic est casus in l. pendi. C. de impub. & alijs substi. aliter casus est, quando instituti sunt extranei (extraneos appellamus omnes, qui sui non sunt, l. unica, §. extraneum, C. de res uxoris actio.) quibus absque liberis quodcumque decedentibus datus est substitutus, & hoc casu semper substitutioni locus erit, quando conditio verificatur in qualibet persona ex institutis, nec aliter momentum expectanda est mors, & hic est casus in l. su. §. filium, ff. de legat. 2. & citarijs in l. Lucius, §. Gajo ff. ad S. C. Trebel. per quem Cyn. post Jacob. de Raven. in d. l. penult. in §. su. singulariter respondet in donatione facta a marito, & vxore omnium bonorum alicui Ecclesie, post tamen eorum mortem, ut vobis moriente altero superlute, Ecclesia admitatur ad bona decedentis, nec aliter vtriusque mors expectanda, idemq; Cuiusd. Pap. decis. 204. in fine, in questione autem proposita, quando extranei sunt honorati, ut fiat locus substitutioni, altero ipsorum absque liberis decedente, nec aliter omnium institutorum mortem expectandam esse, habemus nouissima in decisione Sacre Rote Romane, in vna Romana laudi futi die 30. Ianuarij 1640. coram Illustrissimo Domino Duvoyet, existenter adhuc abba non impressus est loquens.

Luna 30. Ianuarij 1640.

6 Quodam Jacobus Antonius Mannehus in testamento, sub quo decellit, reliquit Felici, & Mariae ex sorore proneptibus menseuta mille monetarum, pro qualibet ipsarum, deijq; Franciscum, aliosq; germanos fratres, ac respectiue pronepotes, per hac verba substituit.

Lascio per ragione di legato a Felice, e Maria Foruie mie pronepoti scudi mille di moneta per ciascheduna di esse, &c. & in detti scudi mille per ciascheduna di esse, &c. instruisco dette Felice, e Maria pronepoti heredi vniuersali, di maniera, che dalla mia heredita, e beni non possano pretender altro, e morendo in qualsuoglia tempo dette Felice, e Maria senz'esser monacate, o maritate, o vero alcuna di esse monacata, o maritata, o senza figliuoli legitimi, e naturali, in detti scudi duemila voglio che succedino Francesco, Paolo, Pietro, Gio. Battista, Girolamo, e Tomaso Foruia fratelli di dette Felice, e Maria, e miei pronepoti, quali tutti instruisco in d. legato ne' casi predetti per egua-

le portione, e morendo senza figliuoli legitimi, e naturali, succedano gli altri per egual portione parimente.

7 Obijt Felix vna ex dictis legatarijs adhuc innupta, Maria altera sorore superstitite, inter quam, & predictos fratres nonnullis ortis controuersijs super successione in portione d. Felicis predefuncte, eisque in Arbitrum compromissis, emanauit laudum, quo inter alia declaratum fuit, in legato scut. mille eidem Felici relicto successisse Mariam sororem, in cuius executionem A. C. mandatum relaxauit, sed adita pro parte dictorum fratrum Signatura, causaq; appellationis quoad effectum deuolutiuum mihi commissa, dedi dubium, an in d. legato scutorum 2000. adesset reciproca substitutio inter dictas Felicem, & Mariam? eoq; pluries posito, tandem hodie negatiue responsum fuit.

8 Quia substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resultat, nisi fuerit expressa verbis, vel ex coniecturis necessarijs tacite inducatur, Ias. in l. potest quis, num. 8. & seqq. ff. de vulg. & pupill. Zanch. in l. heredes mei, §. cum id, num. 558 & nu. 694. ff. ad Trebell. Cephal. conf. 401. num. 28. Peregrin. conf. 47. num. 7. conf. 54. num. 1. & 122 conf. 54. num. 8. lib. 1. & conf. 30. num. 1. & conf. 33. num. 11. lib. 3. Menoch. conf. 85. nu. 55. Burfat. conf. 372. num. 12. lib. 4. Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num. 4 & num. 73. Fusar. de substi. q. 471. n. 1.

In proposita autem facti specie reciproca substitutio inter dictas sorores in legato, de quo agitur, neq; verbis expressa, neq; tacita ex coniecturis resultare visa fuit.

9 Non quidem expressa verbis, cum talis in testamento non legatur, immo contrarium ex illis eliciatur, cum enim testator reliquerit dictis Felici, & Mariae scut. 1000. pro qualibet ipsarum, eisque quouis tempore decedentibus non monacatis, neq; maritatis, aut earum alteri non monacatae, neque maritatae, aut sine filijs legitimis, & naturalibus supersticibus substituerit dictum Franciscum, aliosq; earum germanos fratres, aperte colligitur, testatorem vocasse dd. fratres in casu obitus, tam vtriusque, quam etiam alterius ex dd. sororibus sub altera ex dd. conditionibus predefuncte, & consequenter defuncta d. Felice sine filijs, sequitur, in illius portione factum fuisse locum substitutioni ad fauorem dd. fratrum, ex adductis per Menoch. presump. 186. num. 6. lib. 4. Peregrin. de fideicommiss. d. art. 13. num. 29. Fusar. de substi. quest. 473. num. 13.

10 Neque etiam tacita, quia licet illa indu-

Et dicatur inter plures honoratos, quando concurrunt illa tria requisita, nempe quod omnes sint honorati, quod substitutio sit facta in toto, & quod illa sit facta ultimo morienti, juxta *text. in l. Titia, §. Sola libertis, & ibi Doct. ff. de leg. 2. de quibus late per Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. Odd. conf. 45. num. 41. Sard. conf. 329. num. 6. Fusar. conf. 17. num. 17. & seqq. Ros. dep. 266. nu. 21. & decis. 300. num. 9. cum alijs relatis in Florentina fideicommissi 28 Junij 1632. coram R. P. D. mag. Carillo, nihilominus prædicta tria requisita in præsentī casu nequaquam concurrere visa fuerunt.*

11 Non quidem primum, quia & si testator vocaverit tam Felicem, quam Mariam, neque collectivo, & sic eas coniunxerit verbis, attamen cum illis non reliquerit scuta his mille, sed scuta mille pro qualibet ipsarum, & sic eas non coniunxerit re, utiq; ex ista divisione quantitatatis, unaquæq; ipsarum dicitur vocata ad scuta mille tantum, non autem ad portionem sororis, & propterea, qua ratione inter eas cessat ius accrescendi propter divisionem quantitatis, utriq; earum relicto, et adverterunt *Id. in l. re coniuncti, num. 100. ff. de leg. 3. Cras. de success. §. ius accrescendi, q. 8. num. 5. vers. sed Bart. contrarium, Mant. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 29. et patet ratione videtur cessare reciproca quoad portionem alterutrius, in qua altera vocata non fuit, cum ius accrescendi sit tacita quædam substitutio reciproca similis, *l. Titia, & Menia, §. Julian. ff. de leg. 2. cum alijs relatis per Sard. decis. 152. num. 2.**

12 Nec etiam secundum, quia licet substitutio ad favorem dd. fratrum per hæc verba concepta fuerit: *In detti scudi 2000. voglio che succedino, &c.* nihilominus in toto legato facta non videtur, quia cum testator d. substitutionem fecerit, non simpliciter in scudi 2000. sed cum dictione repetitiva, ibi, *in detti scudi 2000. censetur, d. substitutionem fecisse eodem modo, quo dd. Felicem, & Mariam instituit.* Unde cum non integram quantitatem scus. 2000. sed scut. mille earum cuilibet reliquerit, utiq; sequens substitutio in dd. scut. 2000. censetur facta, non simpliciter, sed in scut. 2000. si utraq; ex dd. sororibus, in scutis verò mille, si altera ex eis non monacata, aut innupta, aut sine filijs decessisset, virtute d. dictionis repetitiva, *In detti, quæ repetit. singula superius expressa singulariter, non autem simul iuncta, l. Lucius Titius 28. §. Lucius, ff. de leg. 2. Bald. in l. vlt. num. 7. C. de impub. & alijs substit. cum*

alijs congestis *Perog. d. 29. num. 3. circa princip. Fusar. d. q. 473. num. 5. prout è converso, si in præcedenti oratione facta fuisset mentio de integra quantitate scut. 2000. ac postea in d. quantitate substitutio facta fuisset, diceretur inducitur tacita reciproca, virtute pariter d. dictionis, in detti quæ argueret substitutionem in tota quantitate scut. 2000. factam fuisse, *Bart. decis. Ronon. 5. num. 38. cum alijs cumulatis per Menoch. præsumpt. 62. num. 14. lib. 4. & Fusar. d. quæst. 473. num. 62.**

13 Tertium deniq; requisitum, nempe, quod substitutio sit facta ultimo morienti, adhuc deficere visum fuit, nam licet ad hunc effectum non requiratur, quod substitutio sit facta verbis expressis ultimo morienti, *Peregr. conf. 62. num. 25. lib. 1. Maref. de leg. lib. 1. cap. 66. num. 10. Fusar. d. q. 473. num. 82. Ros. d. decis. 266. num. 24. vers. & non est necessitas, & d. decis. 300. num. 12. vers. dicitur quod non est opus, & decis. 361. num. 16. p. 1. recant. Reverendiss. D. meus Decanus d. decis. 494. num. 12. nihilominus contrarium censuerunt Domini in casu isto, necdum ex verbis illis simpliciter prolatis ibi, *Voglio che succedino, &c.* cum substitutio fideicommissaria simpliciter facta post mortem plurimum honoratorum non inducat inter eosdem honoratos recipere, sed resolvetur in suas singularitates, perinde ac si cuilibet ex honoratis illa facta fuisset, *l. pater filius, §. duobus, q. ibi Angel. col. 1. in fin. vers. sequitur in text. & alii DD. ff. ad l. falcid. Menoch. d. præsumpt. 62. num. 30. lib. 4. Peregr. de fideicommiss. d. art. 13. n. 20. ubi ait, id procedere absque difficultate, quando, prout hic, agitur inter extraneos, *Intriglos de substit. cent. 2. q. 23. num. 35. cum alijs relatis d. Gabriel. comm. opin. tit. de substit. concl. 1. et Fusar. d. q. 473. num. 2. et 20. et 11.***

14 Verum etiam ex alijs verbis subsequen-
tibus, *d. vero non d. heredes monachos, d. maritatus, d. senza figli, &c.* quæ aperte eternitatem concepta aperte indicant testatorem vocasse dictos fratres in casu quo utraq; foret, vel altera ex eis non effecta monialis, aut innupta, aut sine filijs decesseret, & consequenter talis substitutio eo facilius censetur reciprocā inter dd. sorores institutas, cum per obitum unius, vel alterius sub vna ex dd. conditionibus intro substitutio ad favorem dd. fratrum, *Rip. in d. h. proder mei, §. cum ita, num. 87. et seqq. ff. ad Trebell. §. in iura, conf. 148. nu. 2. lib. 3. Menoch. de præsumpt. 186. num. 10. lib. 4. Intrig. cent. 3. q. 48. in fine, Peregr. d. art. 13. num. 34.*

15 Nec placuit intellectus, quòd d. alternatiua, ò vero aliqua di esse, sit referenda, non ad casum mortis dd. sororum, sed ad qualitatem nuptiarum spiritualium, vel temporalium. Quandoquidem talis intellectus videtur repugnare verbis eiusdem legati, vnica oratione, ac verborum structura conceptis, ex quibus apparet, d. alternatiuam non posse referri, nisi ad casum mortis utriusq; sororis, vel alicuius ex eis sine aliqua ex dd. qualitatibus decedentis, quia cum testator dixerit. *E morendo dette Felice, e Maria senz'esser monacate, ò maritate, ò vero alcuna di esse maritata, ò monacata, ò senza figli*, ista secunda pars alternatiua, ò vero alcuna di esse maritata, ò monacata, ò senza figli, tanquam defectiua, & imperfecta non potest intelligi de per se, nisi reguletur à verbis antedictis. *E morendo dd. Felice, e Maria*, & sic ad casum mortis, tam utriusque, quàm alicuius ex eis, perindè ac si testator dixisset: *E morendo dette Felice, e Maria, ò alcuna di esse senz'esser monacata, ò maritata, ò senza figli*, nam quando oratio est imperfecta, vel aliàs resularet perplexitas in dispositione testatoris, supplenda sunt verba necessaria, *Peregrin. de fideicom. art. 11. num. 28. et seqq. Fusar. de subst. q. 228. nu. 3. et seqq.*

16 Et uidebatur in hac re cessare omnis ratio dubitandi ex aperta testatoris declaratione, resultante ex uerbis adiectis post substitutionem masculorum, ibi, *Quali tutti sustituisco in d. legato ne' casi predetti*, ex quibus colligitur, testatorem fecisse plures, & ad minus duos casus substitutionum, quia pluralis numerus non est contentus uno, *l. ubi numerus, ff. de test. cum allegatis per Surd. conf. 31. num. 23. Peregrin. de fideicom. art. 20. sub num. 20. et Rot. decis. 194. num. 53. p. 5. recent.* cum autem d. pluralitas casuum uerificari non possit admissa reciproca, quia unico tantum casu, quo utraq; soror mortua esset sine filiis, vel aliis conditionibus supradictis masculi succederent, è conuerso autem recepto supradicto intellectu, quòd masculi sint uocati, tam in casu mortis utriusque, quàm alterius earum, bene intraret substitutio masculorum in pluribus casibus. Hinc propterea testatoris uoluntas ita uenit interpretanda, ut substitutio in pluribus casibus ab eo ordinata locum habere possit, *l. final. ff. ad Trebell. & late per Surd. et Peregr. in dd. locis.*

17 Nec dici valet, substitutionem in pluribus casibus posse uerificari in diuersitate substitutionum, sub quibus masculi sunt uocati, nempè si neptes morerentur non

monacata, vel non maritata, vel sine filiis, quia ista sunt conditiones, sub quibus testator substituit, non casus substitutionum, qui alij non sunt præter illos obitus amborum, vel etiam alterius ex eis sine aliqua ex prædictis conditionibus, conditio autem à casu substitutionis longè differt, prout differre ab ipsa substitutione dixit *Rot. d. decis. 594. num. 53. ad fin. & seq. part. 5. recent.*

18 Minus obstant alia coniectura ex aduerso ponderata, ex quibus etiam circumscriptis dd. requisitis, tacita reciproca resultare dicebatur, *Rot. d. decis. 266. num. 24. par. 1. recent.* Reuerendiss. D. meus Decanus d. decis. 493. num. 9. cum aliis relatis à *Rub.* in suis singular. ad decis. in *Urbeuetana fideicommiss. 28. Aprilis 1586. coram Card. Pamphil. Sen.* quia omissa disputatione, an d. conclusio indistinctè procedat inter descendentes, in quibus terminis procedunt dd. decisiones, siue prout hic inter extraneos, illæ uis fuerunt satis leues, cum tamen urgentissimæ, ac necessariæ requirantur, ad hoc ut reciproca ex illis resultare valeat, *Rot. dec. 145. num. 6. p. 1. recent. Burjat. conf. 371. num. 1. 2. & num. 33. cum seqq.* qui nedum uult, coniecturas esse necessarias, sed quamlibet de per se esse aptam ad reciprocam inducendam, *Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num. 4. & 73. Fusar. quest. 47. num. 1. & seq.*

19 Prima namque coniectura desumpta ex eo, quòd inter dd. fratres substitutos inducitur fit reciproca, qua proinde etiam inter dd. sorores institutas facta præsumitur, ex relatis à *Fusar. d. q. 472. num. 24.* non concludit, nec est admodum recepta, ex relatis per *Fusar. d. q. 472. num. 25.* immò d. coniectura uisa fuit potius retorqueri, nam sicuti testator inter dd. fratres substitutos reciprocam, quam uoluit, expressit, sic paritèr inter dd. Felicem, & Mariam eorum sorores, & sic æquales in gradu, si uoluisset, expressisset.

20 Secunda uerò ducta ex maiori dilectione testatoris erga dd. Felicem, & Mariam, uti prius honoratas, ac puellas indoratas, quàm erga dd. fratres, qui tanquam masculi aliunde sibi prospicere potuissent, uisa fuit irreleuans ad effectum reciproca, de qua agitur, tum quia ad hunc effectum nõ omnis prædilectio admittitur, sed illa solù, quæ consideratur in liberis, vel descendentes à testatore, inter quos dd. mulieres non existunt, *Peregrin. d. art. 13. num. 46. & seqq. Fusar. d. q. 473. nu. 35. & seqq.* tum quia testator relinquens dd. proneptibus suis inscuta mille pro qualibet, præsumitur, hanc

stantiam pro congrua dote cuiuslibet sp-
 marium reliquisse, argumento *l. quod autem*,
 & ibi Bart. ff. de iur. dos. Pas. in l. huiusmodi, §. cū
 pater, num. 17. ff. de leg. I. vnde intrat potius
 coniectura suadens, testatorem, vna ex dd.
 foroelibus defuncta sine filijs, voluisse in-
 portione d. legati præferri potius dd. sub-
 stitutos, qui nihil ex illius hereditate ha-
 buerant; quam alteram proneptem super-
 stitem, quæ cum d. legato scutorum mille,
 ei relicto congruè dotari poterat.

Reliquæ verò coniecturæ desumptæ ex
 digressu ad plures gradus substitutionum,
 compediola, & ablatiuis absolutis, quibus
 illa concepta fuit, visæ fuerunt æquiuocæ,
 nec applicari casui, de quo agitur.

Et ita vtraque, &c.

S U M M A R I U M.

1. Casus proponitur.
2. Legatum, vel fideicommissum ad alicuius tertij
 arbitrium collatum an de iure subsistat, &
 num. 3.
4. Captatoria voluntas an fauore piæ causæ sub-
 sineatur, & num. 5. & 6.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an substitutio in alicuius
 tertij arbitrium collata
 de iure subsistat. Captatoria
 voluntas an, & quando fauo-
 re animæ subsineatur, distin-
 guuntur plures casus, ex qui-
 bus materia enucleatur.

C A P. CCXXI.



Substitutio; his, quæ se-
 quantur verbis à matre
 filio, quem instituebat
 heredem, facta propo-
 nebatur, e morendo detto
 mio figlio herede, vt supra
 instituto quodocunq; sen-
 za figli legitimi, e naturali, dà libera potestà al
 Signor Antonio mio carissimo marito, che quã-
 do Iddio N. S. lo chiamarà nell' altra vita, e fa-
 rà testamento, possi dichiarare, sibi donerà succe-
 dere à detto nostro figlio nel caso predetto, che
 morisse senza figli. Antonius vir cum demum

post aliquos menses in nouissimo vtræ spi-
 ritu constitutus esset, testamento suo eum-
 dem filium instituens heredem, disposuit,
 vt eo sine liberis quodocunq; moriente,
 tam in bonis paternis, quam maternis suc-
 cedere deberet Capella S. Antonij Patavi-
 ni, quæ erat de iure patronatus ipsius te-
 statoris, cum autem casus contigisset, vt
 hic filius sine liberis decederet, testamētum
 condens Amicum instituit heredem, siq;
 eo defuncto, respectu bonorum maternorū
 orta fuit controuersia inter Beneficiatum
 Capellæ substitutz, & heredem à filio insti-
 tutum circa validitatem d. substitutionis,
 dicebat enim hæres filij, nullo pacto dubi-
 tari posse, quin substitutio illa vti captato-
 ria nullius roboris esset, contradicebat Be-
 neficiatus, eam fauore piæ causæ sustineri
 contendens, vnde quid iuris dubitabatur?

Pro cuius dubij resolutione consultus
 Ego, primò considerabam, quòd ad digno-
 scendum, an subsistat de iure dispositio illa,
 nimirum quando testator heredis institu-
 tionem, legatum, vel fideicommissum re-
 mittit arbitrio, & voluntati alicuius tertij,
 sunt inspicienda verba, quibus testator vltus
 esset in arbitrium committendo, id, quod
 duobus modis contingere posse annuebam,
 vel & primò, quando institutio, legatum,
 vel fideicommissum remittitur arbitrio ter-
 tij, vt eligat personam, quæ est incerta, sed
 de certis, vt si dixerit, *instituo heredem
 vnam ex consanguineis meis, quem Titius
 elegerit, declarauerit, voluerit, &c. siue sub-
 stituo heredi meo vnam ex consanguineis
 meis, quem Titius elegerit, declarauerit,
 &c.* vel & secundò modo, quando substan-
 tia institutionis heredis, legati vel fidei-
 comissi, alicuius tertij arbitrio remittitur,
 siq; committitur electio incerti de incer-
 tis, & hoc erit, si testator dixerit, *instituo
 heredem, quem Titius elegerit, declarauerit,
 voluerit, &c. vel lego centum illi, quem Titius
 elegerit, vel heredi meo substituo illum, quem
 Titius declarauerit, &c.*

Primo casu subsistit dispositio; adeò quòd
 vbi non sequeretur declaratio, omnes con-
 sanguinei admittuntur, lectus verò in secū-
 do, in quo dispositio tanquam captatoria
 pro non scripta habetur, obstat enim ius,
 vt testatoris voluntas ab alieno arbitrio
 dependeat, discriminis ratio inter vtrumq;
 casum ea consideratur, quia in primo non
 erit in arbitrio tertij non declarare, cum
 tantum sit illi committam arbitrium eli-
 gendi vnum ex nominatis per testatorem,
 siq; verè dicatur hæres à testatore nomi-

natus,

natus, quia iam dixit, instituo vnum ex consanguineis meis, non sic in secundo, in quo substantia institutionis legati, uel fideicommissi posita fuit in mero placito, & arbitrio tertij, qui posset eligere personam, de qua testator nunquam cogitauit, uideantur iura, quae hec omnia probant, nimirum *text. in l. utrum 8. §. 1. ff. de reb. dub. in lilla institutio 32. ff. de heredib. instit. & in l. captatoria 67. ff. de legat. 1.* cum aliis mille concordant. & in his locis DD. communiter, id, quod pro indubitato pariter firmanunt *Guglielm. de Benedic. in cap. Rainutius, in verb. condidit num. 3. de testam. Ruin. cons. 19. num. 1. & per totum, lib. 2. vbi num. 7. dicit, aliud esse ponere substantiam dispositionis in libera voluntate alterius, & aliud esse committere ei declarationem eius, quod testator disposuit, & ordinauit, Couarr. in cap. cum tibi, num. 10. & II. de testam. Peregr. de fideicommiss. art. 33. num. 57. Gomez variar. resol. tit. de legat. num. 48. Seraphin decis. 1219. num. 2. Mart. in summ. success. legal. par. 4. q. 9. art. 2. num. 4. & 5. Anton. Fab. diffin. II. C. de heredib. instit. & Fusar. alijs omis. tract. de substit. quest. 503. num. 1. & 50. cum seqq.*

His sic praesuppositis, reassumendo articulum dicebam, ex praedictis satis constare, Bart. distinctionem in *repet. l. 1. num. 64. vers. secundum quod, C. de sacros. Eccles.* esse communiter receptam, nimirum ut fauore pie cause sustineatur captatoria uoluntas, quoties dispositio arbitrio tertij collata esset, secus uero si in liberam alicuius uoluntatem, prout in casu proposito, discriminis ratio est in promptu, quia in primo casu cum testator non expresserit, quomodo, & in quem casum, siue ad quam personam bona sua sint obueniendae, cum dispositionem suam in alterius arbitrium remisit, utiq; arbitrium illud uenit regulandum, ut dispositio fiat pro anima testatoris, secus autem in secundo, in quo, ex eo, quod confertur dispositio liberae uoluntati alterius, libera illa uoluntas regulatum, siue restrictum arbitrium non recipit, sicque censerit non potest, uoluisse testatorem pro anima sua disponere, & consequenter dispositio illa uti captatoria non sustinetur, ita satis egregie *Phil. Corne.* omnino uidentur *cons. 156. in tra. num. 6. vers. & praedicta procedunt, lib. 2. vbi cum testator facultatem de bonis suis disponendi ad arbitrium, & uoluntatem tertij commisisset, consuluit Corne. dispositionem uti captariam nullam esse, haec proferens uerba; & ideo cum dictus Fiordus testator commiserit facultatem disponendi ad*

*beneplacitum, & uoluntatem dictae Nicolae, apparet, quod noluit restringere facultatem dictae Nicolae ad arbitrium boni uiri, & sic cessat ratio, quare censeatur restringere ad disponendum ad pias causas, quia uoluit, dispositionem dictae Dominae Nicolae esse regulatam a ratione, & ideo hoc casu non censeatur restricta ad pias causas, idcirco ut simplex captatoria non ualeat, per praedicta, & c. huiusq; sententia adhaesit pariter Alex. Trentacinq. similiter omnino uidentur *var. resol. lib. 1. tit. de pia caus. resol. 1. num. 8. per totum, vbi Bart. distinctionem nonnullis DD. exornat, & demum num. 10. addit, conclusionem illam, ut pia causa fauore sustineatur captatoria uoluntas nullatenus procedere, quoties dispositio collata esset sub certa forma, quae ad piam causam nullo modo accommodari potest, prout contingit in dispositione, de qua noster est sermo, in qua meam faxus sui imperitiam, cum percipere non potuerim, quo pacto ex illis uerbis, de quibus in principio, coniecturari, siue deduci possit, ut talis potestas ad piam causam accommodari posset, licq; uoluisse testatricem prospicere, ut bona sua in casu mortis filii sine liberis in pios usus distribuerentur.**

Hae breuiter considerabam

S V M M A R I V M

1. Proximior de familia uocato, si talis extaret ubi femina, an illa, masculo remotiore excluso, admittatur, & num. 2.

3. Femina agnata remotior an excludat proximiores cognatos, testatoris agnatione uocata, & num. 4.

A R G V M E N T V M

Agitur, an substituto proximior de familia, facto substitutionis casu, foemina de familia proximior masculum remotiorem excludat. Item Agnatione uocata num cognatus proximior foeminam agnatam remotiorem repellat, ubi decisio Sac. Consil.

C A P. CCXXII.



Vstitutione à patre filio facta, vt eo absq; liberis decedente, succedat proximior de familia, fuit aliàs dubitatum, an vbi substitutioni locus esset, & proximior de familia

esset femina, illa ad successionem admitti debeat, vel potius masculus, licet remotior, foemina proximior excludat?

Et quòd femina proximior, masculo remotiore excluso, ad successionem vigore præfatæ substitutionis admittatur, ratione, & Doctorum authoritate inter nouissimos Scribentes fundamur *Jacob. Mevach. conf. 1284. lib. 13.* per totum, ibi enim cum testator tres eius filias, & ex fratre nepotè hæredes æquis portionibus instituit, eisq; absq; liberis decedentibus, proximiores agnati vocati essent, factò substitutionis casu, consuluit *Mevach.* testatoris sortem admittendam esse, masculo agnato remotiore excluso.

2 Contrariam verò sententiam, nimiram, quòd admittendus veniat agnatus masculus, quàmuis remotior, agnata femina excludat, licet proximior, crebrius obtinuisse, non dubitamus *responsum* secundum illam, pluriès per Senatum Pedemontanum iudicatum testantur *Cacher. decis. 127.* & *Thef. decis. 37.* post infinitos, quos referunt, idq; præ cæteris rationibus, & fundamentis, ex coniecturata testatoris mente favore familiæ, agnationisue conseruandæ, sicq; etiã doctè satis firmatum per *Francisc. Viuinum decis. 10.* per totam, *Paul. Staibanus conf. 54. num. 20.* & ità non semel ipse in diuersis factorum contingentis à doctissimis iuris prudentiæ Viris, responsum vidi.

3 Sed, quid dices, & est notabilis casus, si tempore, quo substitutioni locus esset, nemo ex masculis de testatoris familia reperiretur, sed tantum foemina, nùm si in medio extarent cognati proximiores, illis exclusis, foemina ipsa admittenda veniat, vel potius cognati proximiores? Dic, in hoc casu singularitè fuisse decisum ad fauorè foemine agnatæ, licet remotioris, cognatis proximioribus pænitens exclusis, fuitq; decisionis ratio, quia cum testator voluerit agnatos præferre cognatis, masculis agnatis deficientibus; ista agnationis qualitas in foemina tantum agnata cadit, sic satis notantè scripsit *Thefaur. filius in additio. ad*

allogatam sui Genitoris decisionem 37. per hæc verba: *Circa materiam huius decisionis non omisso inueni, quod contigit in facto, & est notabile, testator institutis morientibus, vocauit proximiores de agnatione, dubitatum fuit, posito, & admissò (provis concedebatur) quòd masculis agnatis foeminam excluderent agnatum, an nullis extantibus masculis de agnatione, illa verba obtemerent ipsam in foemina agnatæ, ità vt excluderet foeminam cognatam proximiores, vel in pari gradu existentes? Dubium faciebat, quia testator videtur agnationem considerasse ad exclusionem foeminarum, quatenus masculi extant, sed illis deficientibus cessat ratio, & mors ipsi testatoris, eam deficiat, vti conseruanda agnationis, æriam hoc non obstantè fuit iudicatum in Senatu, agnatam foeminam isto casu esse præferendam, quia testator voluit agnatos præferre cognatis, & masculis deficientibus, ista qualitas cadit in foeminam agnatam, & sic possunt militare hoc casu ea, que Doctores dicunt favore foemine agnatæ, quibus, &c. hæc illo.*

4 Et ità, attenta hac sacri Pedemontani Senatus decisione, de anno 1692. ad relationem Regii Consiliarii Constantii fuit per Sacrum Consilium decisum in causa, vertente inter Eugenium, & fratres de Pellicciante ex vna, & Fulginiam Trimontiam ex altera de Ciuitate Therami, Apruinæ Prouinciæ, casus erat iste. Deceßerat Martius Trimontius, Theobaldo, Io. Iacobo, & Francisco Antonio filiis hæredibus institutis, reciproca adiecta substitutione, vt vni ab sq; liberis decedenti, superstes succederet, & vbi cõtingeret, omnes sine filiis mori, quòd mortui censerentur stirpi masculinæ ipsius testatoris, euenit omnes filios hæredes institutos, & vltimo loco Franciscum Antonium sine filiis deceßisse, superstitibus ex uno latere, paterno scilicet Fulginia Trimontia, quæ prædictis hæredibus defunctis secundo coniungebatur gradu, nata n. erat ex Mauritio Trimontio, fidei committentis fratre germano, & ex altero latere materno, nimiram Eugenio, & fratribus de Pellicciante, qui similiter in secundo gradu erant, ex quo nati à Fabio de Pellicciante, fratre utriq; coniuncto Flaminie matris dictorum Theobaldi, Ioannis Iacobi, & Francisci Antonii hæredum sine filiis defunctorum, undè dicebat Fulginia, bona omnia in Martii fidei committentis hereditate remansa ad ipsam uti unicam, de illius stirpe masculina spectare, è cou-

tra excipiebatur per fratres predictos de Pellicciante, esse bona illa diuidenda, nulla ratione habita, quia Fulginia erat de fidei-
committentis progeie, quia illius fuerat intentio familie prospiciendi, que per ipsam Fulginiam conseruari non poterat, & sic fideicommissum dicebatur extinctum, at

Sacro Consilio contrarium iudicare uisum fuit, sententiam M. C. confirmando, per quam decretum extiterat, bona obuenta à Martio fidei committente, ad Fulginiam spectare, bona autem per Franciscum Antonium filium ultimo loco defunctum acquisita, pro medietate ad eandem Fulginiam, & pro altera ad dicros fratres de Pellicciante, & sic per Sacrum Consilium fuit canonizata predicta decisio à *Gasp. Theaur. loco. citato* relata. Processus est in Banca.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio reciproca à patre filijs ordinata in casu mortis sine filijs, altero cum filijs defuncto an expiret, ut superstes possit liberè disponere, & num. 2.
- 3 Filij in conditione positi quando censentur uocati, quo nam modo uocatio intelligatur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, substitutione facta à patre filijs, ut altero absq; liberis decedente, ad defuncti successionem superstites admittantur, nùm altero cum filijs mortuo, superstites sine liberis decedentes in præiudicium nepotum, qui ex fratre præmortuo nati sunt, possint de portionibus, quæ eis contingerūt, liberè disponere, ubi nouissima decisio S. C.



C A P. CCXXIII.



Ubstitutione facta à patre filijs, quos instituit hæredes, ut altero absq; liberis decedente, ad defuncti successionem superstites admittantur, dubitarunt *Doctores*, al-

terò cum liberis mortuo an superstites sine liberis decedentes, in præiudicium nepotum, qui ex fratre præmortuo nati sunt, possint, & valeant de portionibus, quæ eis contingerūt, liberè in extraneum disponere?

- 2 Et affirmatiuè magis communiter responderunt, dum putarunt, nepotes in hoc casu aliquid præterire non posse, siue ex persona propria ipsi uenirent, uti forsan ab ano testatore uocati, siue iure representationis patris præmortui locum subiungredientes, sic ratione, & authoritate fundarunt *Bertrand. conf. 105. part. I. lib. 3. Ruin. conf. 181. num. 2. lib. 2. Soc. iun. conf. 14. num. 7. lib. 4. Alciat. conf. 147. lib. 9. Natt. conf. 551. lib. 3. Curt. iun. conf. 96. num. 5. Peregrin. de fideicommissum. art. 21. num. 24. & 28. Crass. in §. fideicommissum, quest. 10. nu. 14. Fusar. de subst. quest. 48. num. 60. Ant. Gabr. commun. concl. tit. de fideicommissum. concl. 3. num. 8. Inrigliol. de subst. cent. 3. quest. 87. nu. 20. sic iudicatum testis est Hieronym. de Laurent. decis. Auenionens. 37. Card. decis. 38 per totam, Seraphin. decis. 1479. & 1281. num. 3. Mant. dec. 120. num. 9. Milanens. decis. 8. num. 207. lib. I. Hercul. Marefott. variar. resol. lib. 1. cap. 27. & alij plures, qui unanimes consensu dixerunt,*
- 3 quod etiam si admitteretur opinio, quæ se habet, ut filij in conditione positi censentur uocati, intelligenda esset, ut procederet uocatio in portione paterna tantum, cuius respectu positi sunt in conditione, non autem respectu portione patris, ad quod *Cardinal. Seraphin. & Mant. locis modò citatis* plures allegant, & ita in casu proposito per Sacrum Consilium iunctis Dominis duarum Aularum decisum scio hoc anno 1632. mensis Iunij ad fauorem Dominorum Cæsaris, Antonii, & Vincentii Mormilis, contra D. Ducè Vairani, & alios filios quondam Caroli Mormilis, referente integerrimo, ac doctissimo Regio Consiliario Don Thoma de Carleual, pænes Romanum pro de Ferrariis actorum Magistrum, pro limitatione autem conclusionis in principio firmata recurrendum est ad *Rot. decis. 553. pænes D. Ludonissum, & 568. pæ-*

nēs Buratt. Fusar. de substit. quest. 490. à num. 142. & D. Reg. Capyc. Latro in sua famigera-
ta decis. 1. num. 90. ad quam semper est re-
currendum, vbi de his disputari cōtingerit.

S V M M A R I V M.

1. Tempus certum à lege municipalis prescriptum ad ius congrui petendum an instante emptore possit à Iudice restringi. & num. 5 & 6.
2. Beneficium à iure indultum non est alicui aufe-
rendum.
3. Clericus nondum Sacerdos si Ecclesiam obti-
nerit Parochialem, tenetur intra annum ad
Sacerdotium promoueri, sed an tempus hoc
possit ab Episcopo abbreviari, ibidem.
4. Tempus à iure statutum ad appellandum an
possit à Iudice minui.
7. Tempus anni à Pragmatica statutum, ut quā-
do venditur Terra, possit Vniuersitas ad do-
manium proclamare, an emptore instante,
possit à Iudice abbreviari.
8. Domanium quando ab Vniuersitate petitur, de-
negatur, si apparet, quod subsistere in eo non
possit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an tempus à lege muni-
cipali ad retrahendum præ-
scriptum cum venditur fun-
dus aliquis, fundo alterius col-
lateralis, possit instante em-
ptore à Iudice restringi. Te-
pus anni à Pragmatica san-
ctione statutum, ut quando
venditur Terra possit Vni-
uersitas ad domanium pro-
clamare, num emptore instā-
te possit à Iudice abbreviari,
vbi decisio D. Reg. Mules.

C A P. CCXXIV.



Tempus vnius anni, ex le-
ge municipalis huius Ci-
uitatis prescriptum ad
ius congrui petendum,
quando venditur domus
aliqua domini alterius
collateralis, his diebus
dubitabitur, an instante emptore possit à

Iudice restringi, ut nimirum retrahat vici-
nus, si vult, infra mensem, quo elapso tem-
pore præcludatur via? pro ratione dubitā-
di videbatur negandum, primò per text. in
2. regula indultum, de regul. iur. in 6. vbi indul-
tum à iure beneficium non est alicui aufe-
rendum, sed sic est, quòd tempus vnius ani-
ni ad retrahendum vicino concessum, be-
neficium dicitur à lege municipalis indul-
tum, ergò. Hinc glos. ibi, hac regula attenda,
in terminis text. in cap. licet canon. de election.
3. in 6. per quem statutum est, ut clericus non
datus Sacerdos si Ecclesiam obtinuerit Pa-
rochialem, teneatur intra annum sub pena
privationis illius ad Sacerdotium promo-
ueti, affirmat, non posse Episcopum tem-
pus hoc illi abbreviare, assignat rationem,
quia indultum est tali clerico à iure, ut ha-
beat annum ad promouendum, & successi-
uè nō potest Episcopus beneficium illud
ei auferre, idemq; firmavit Dyn. in d. cap. in-
dultum, num. 15. & seq. in termino à lege
statuto ad appellandum, ut tempus hoc
Iudex minuire non possit, & scire in pun-
cto, de quo agimus, hoc sentire videtur Ti-
raquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. glos. 10.
nu. 63. vbi in terminis illius consuetudinis,
qua cautum est, ut proximioribus consan-
guineis non retrahentibus, possint retra-
here remotiores, docet, ad istorum instan-
tiam non posse Iudicem tempus à consue-
tudine ad retrahendum proximioribus in-
dultum abbreviare, quia esset auferre be-
neficium à lege, suè statuto eis concessum.
Ceterum pro veritate considerabam,
duos casus hac in re distinguendos esse,
quorum primus est, si vicinus, facta vendi-
tione rei sibi collateralis non aperuit velle
uti iure prothomiseos, & in hoc crederem
indubitanter, nullo pacto, emptore instan-
te, posse Iudicem tempus illi à consuetudi-
ne prescriptum restringere, quia verè au-
ferretur eidem beneficium, à iure muni-
cipali sibi indultum, ut possit intra annum,
si vult, retrahere, sicq; fateor, omnia, quæ
suprà dixi de plano procedere, alter casus
est, quando vicinus saltè extrajudiciali-
tèr declarauerit, velle uti iure prothomi-
seos, tunc enim, ut emptor à molestia per
vicinum sibi inferenda quantocius libe-
retur, poterit instare apud competen-
tem Iudicem, ut anni tempus à lege mu-
nicipali prescriptum restringat, & in
hunc sensum intelligo dicta per D. Reg. Mo-
les in decisionibus suis manuscriptis, in illa
questione, an ius prelationis competat Vniuersi-
tati, &c. quæ pro contraria parte allega-

batur,

batnr, dñm per Regiam Camerã decifum testatur, quòd quando venditur Terra aliqua, & Vniuersitas prouocat ad domaniũ, poterit Iudex, emptore instante, tempus illud à Pragmatica sanctione præscriptum ad domanium petendum restringere, per hæc enim verba loquitur D. Reg. Moles.

Decifio D. Regis Moles.

7 In hac materia domanj accidit quandoquẽ, quòd cum Vniuersitas vendita peteret admitti ad domanium, fuit per emptorem ipfius dictum, se contentari, quòd admittetur, dummodò infra tot faceret depositum pretij capitalis, & intereffe, prout debebatur in casu retractus, & itã fecit Magnificus Fabius Marchesius Aduocatus insignis in hac Ciuitate, dñm emisit Ciuitatem Literarum, in qua causa Ego fui Cõmissarius, & vidimus, quòd olim per Regiã Cameram in causa Hieronymi Xarques, qui emerat Terram Lauris fuit ordinatũ, quòd Vniuersitas ipsa intrã tot dies faceret depositum, alias nõ audiretur, & perpetuum silentium ei imponeretur, & fuit habitatum, si hoc iure fieri poterat, et decidimus, quòd sic, maximè præcedenti biria, cõminatione, per text. in cap. constitutus, in finalibus verbis, extr. de rellig. domib. glos. & ibi Angel. in auth. de hered. & salcid. in §. si quis regens, verbo mouitus, Afflic. decif. 264. num. 3. & 4. Capyc. decif. 18. & decif. 205. Boer. in decif. 255. num. 7. & seq. post Bart. in l. Titia, col. fin. vers. quaro, vtrum Iudex ff. de accusationib. Guid. Pap. singul. 7. maxime quia, vt supra in præcedentibus diximus, quando Vniuersitates non possunt subsistere in domanio, tunc indistinctè non solent ipsæ admitti, nam non esset renocare ipsas in libertate, si ipsa libertas non esset duratura, quia multoties Vniuersitates semel admissas ad libertatem, iterũ, et de nouo oportuit in seruitutem redigere, et alteri vendere, stante maximè, quòd si interesse Regis consideremus, nullum videretur posse considerari, quia introitus Baronales ad Regem nõ veniunt, et seruitium militare ab Vniuersitate non præstat, c. 1. quis dicat. Dux, c. 1. & similiter, S. in ostendit, de capit. Corrad. & c. Imperialem, S. firmiter, de prob. alien. per Feder. præterea admittit Fiscus spem caducitatis, cum nõquam Vniuersitas moriatur, ideo quando in Camera vidimus, Vniuersitates non habere facultatem, et modum inueniendi pecuniam, nec se posse subsistere in Regio domanio, ipsas statim exclu-

simus, vel incussimus eis, quòd intrã cert. tempus pecuniam inuenirent, quo ternõ elapso etiã ex hac via ipsas exclusimus imposito eidem perpetuo silentio, vt in cõca causa Vniuersitatis Lauris olim, & dñm multoties prouidimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum an de iure subsistat, si venient ab intestato per testes probarent, testatore tempore, quo ille viuebat, non fuisse san-
mentis, & num. 2. & 9. vbi decifio S.C.
- 3 Testes ad insaniam probandam producti, de-
bent reddere causam scientia.
- 4 Furori si quis inmittitur, debet probare, adfuis-
illum tempore actus gesti.
- 5 Testibus duobus de sana mente deponentibus
magis standum est, quàm mille de insaniam
attestantibus.
- 6 Testator præsumitur sana mentis, si in postre-
ma infirmitate, in qua testamẽtum condidit
Ecclesie sacramenta recepit.
- 7 Testamentum quamuis à demente conditum
dicitur validum, si ex illius lectura constat
prudenter testatorem disposuisse.
- 8 Testamentum an condi possit ab illo, cui ad li-
tes est datus curator.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum sit nul-
lum de iure censendum, stã-
te depositione plurium te-
stium, ad instantiam venien-
tium ab intestato examina-
torum, qui cum iuramento
deposuerunt, testatorem tem-
pore, quo ille viuebat, non
fuisse sanæ mentis, sed pror-
sus à recto intellectu alienũ.
Testamentum conditum ab
eo, de cuius sana mente du-
bitatur, an validum sit diju-
dicandum, si ex illius lectura
constat, testatorem omnia
prudenter disposuisse.

Testamentum conditum ab illo, cui ad lites datus erat curator an de iure subsistat, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi decisio Sac. Consil.

C. A. P. CCXXV.



Testamentum, his diebus in Sacro Consilio dubitabatur, an nullum, ac inualidum esset declarandum, stante depositione plurium testium ad instantiam venientium

ab intestato examinatorum, qui cum iuramento deposuerant, testatorem tempore, quo ille vivebat non fuisse sane mentis, sed profusus a recto intellectu alienum.

- 2 Ego, qui heredis scripte iura tuebar (erat enim hæc vxor testatoris) ex sequentibus demonstravi, testamentariam illam dispositionem fuisse omni sui parte perfectam, & primo dicebam, nullam de istorum testium depositione haberi posse rationem, ex eo, quod eorum dicti causam scientie non reddiderant, nimirum, quo nam modo scirent, testatorem fuisse insanum, quibusve signis eum obseruasse in recto sensu, dum vivebat non stetit, sed tantum illos deposuisse, quod testatorem cognouerant, nunquam fuisse in recto sensu, sed omnino insanum, etenim asseuerabam, communem esse DD. conclusionem, testes ad insaniam probandam productos debere reddere rationem convenientem, & concludentem causam scientie per signa exteriora, interiora demonstrantia, alias eis non creditur, ita Bar. in tract. de testibus, num. 94. vers. furiosus probatur, & in l. is, qui, §. 1. vbi etiam Alex. ff. de tutor. et curat. dat. ab his, Felin. in cap. cum causam, vers. & istam fallentiam, de testib. Res. decis. 384. num. 7. pars. 1. in collectis, per Farinac. cum alijs latissime congestis per Mascard. concl. 827. Simon. de Pras. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 1. solut. 4. num. 28. quibus addendus est Spin. in suo spec. testam. in gl. rubr. par. 10. num. 9. circa finem, vbi sic loquitur, quod testis, qui super furore deponit, debet interrogari, quid vidit, quæ signa, quos motus, vel actus fecit, ut ex illis percipere possit furorem, & dementiam testantis, cum hæc accidentia non possint percipi ex momento temporis, sed ex quadam dissensu, & multitudine actuum, te-

net Bald. in c. causam, quo, de testibus, & Aret. in l. 1. ff. si cert. pet. hæc ille.

- 4 Secundo dicebam, quod quando testator verè insanus fuisset, venientium ab intestato onus erat probandi, testatorem fuisse in furore tempore conditi testamenti, & sic in individuo, quandoquidem receptissima pariter est alia conclusio, nimirum, quod qui ad actum infringendum furori innititur, illum adfuisse tempore actus gesti, probare debet, ita Soc. in cons. 42. in fine, lib. 1. Castrensis, in l. qui testamentum, §. nec furiosus, ff. de testam. milit. Alex. in l. furiosum, post num. 3. C. qui testam. facer. poss. Ruy. cons. 97. nu. 13. lib. 1. Zabarella, cons. 56. vol. 2. vers. an ex dicto, Lanfranc. de Oris. latis bene in tract. de testib. in verb. attende tamen, nu. 249. Joseph Ludovic, de cons. Derus. l. num. 11. & seq. Mascard. de probat. concl. 826. num. 15. 16. & 17. Rot. in d. decis. 384. nu. 9. sub illis verbis, Klerius, quia isti testes super dementia non deponunt de tempore conditi testamenti, proinde est necesse ad illius inuoluntatem, &c. vnde cum in casu, de quo agebatur, hoc non fuisset a venientibus ab intestato probatum, ergo. Immo e contra pro parte heredis scripte plenè probatū, quāuis præter necessitatem, testatorem in postrema eius infirmitate, & tempore conditi testamenti in sui recta loquutione, & sensu stetit, & ex hoc alia etiam subintrabat DD. conclusio, & ea est, vt in concursu probationum magis stādum sit duobus testibus de sana mente deponentibus, ex quo illorum depositiones coadiuantur a iure communi, & nature, quā mille de insaniam attestantibus, ita communiter tradiderunt Corne. cons. 219. num. 7. lib. 1. Decian. cons. 527. num. 35. vol. 3. Dec. in l. si furiosum, num. 5. C. qui testam. facer. poss. Boer. dec. 23. num. 33. Gabr. commun. conclus. tit. de testam. concl. 4. num. 14. Mascard. de probat. concl. 827. num. 13. Simon. de Pras. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 1. solut. 4. n. 18. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 45. num. 21. & alij quos refert Martin. summ. success. legal. par. 4. quæst. 1. art. 2. num. 10. & 19. cum seqq. Rot. in decis. 384. num. 9. pars. 1. in collectis per Farinac.
- 6 Tertio, oppositionem hanc vanam, quæ circa dementiam fiebat, & alio profusus corruere ipse dicebam, dñm in facto non controuertebatur, testatorem in sua postrema infirmitate, quo tempore testamentum condidit, Pœnitentia, Eucharistia, & Extrema unctionis Sacramentis fuisse referatum, id, quod contingere non poterat, si in recto sensu non stetit, quodq; sane men-

nés Buratt. Fusar. de subtil. quest. 490. à num. 142. & D. Reg. Capyc. Latio in sua famigera-
ta decis. 1. num. 90. ad quam semper est re-
currendum, ubi de his disputari cōtingerit.

S V M M A R I V M.

1. Tempus certum à lege municipalis præscriptum ad ius congrui petendum an instante emptore possit à Iudice restringi. & num. 5. & 6.
2. Beneficium à iure indultum non est alicui aufe-
rendum.
3. Clericus nondum Sacerdos si Ecclesiam obti-
nerit Parochialem, tenetur intra annum ad
Sacerdotium promoveri, sed an tempus hoc
possit ab Episcopo abbreviari, ibidem.
4. Tempus à iure statutum ad appellandum an
possit à Iudice minui.
7. Tempus anni à Pragmatica statutum, ut quā-
do venditur Terra, possit Vniuersitas ad do-
manium proclamare, an emptore instante
possit à Iudice abbreviari.
8. Domanium quando ab Vniuersitate petitur, de-
negatur, si apparet, quod subsistere in eo non
possit.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an tempus à lege muni-
cipali ad retrahendum præ-
scriptum cum venditur fan-
dus aliquis, sūdo alterius col-
lateralis, possit instante em-
ptore à Iudice restringi. Tē-
pus anni à Pragmatica san-
ctione statutum, ut quando
venditur Terra possit Vni-
uersitas ad domanium pro-
clamare, nūm emptore instā-
te possit à Iudice abbreviari,
vbi decisio D. Reg. Mules.

C A P. CCXXIV.



Tempus vnius anni, ex le-
ge municipalis huius Ci-
uitatis præscriptum ad
ius congrui petendum,
quando venditur domus
aliqua domni alterius
collateralis, his diebus
dubitabitur, an instante emptore possit à

Iudice restringi, ut nimirum retrahat vici-
nus, si vult, infra mensem, quo elapso tem-
pore præcludatur via? pro ratione dubitā-
di videbatur negandum, primò per text. in
regula indultum, de regul. iur. in 6. vbi indul-
tum à iure beneficium non est alicui aufe-
rendum, sed sic est, quòd tempus vnius ani-
ni ad retrahendum vicino concessum, be-
neficium dicitur à lege municipalis indul-
tum, ergò. Hinc glos. ibi, hac regula attenda,
in terminis text. in cap. licet canon. de election.
in 6. per quem statutum est, ut clericus non
dum Sacerdos si Ecclesiam obtinuerit Pa-
rochiale, teneatur intra annum sub pena
priuationis illius ad Sacerdotium promo-
uere, affirmat, non posse Episcopum tem-
pus hoc illi abbreviare, assignat rationem,
quia indultum est tali clerico à iure, ut ha-
beat annum ad promovendum, & successi-
uè nō potest Episcopus beneficium illud
ei auferre, idemq; firmavit Dyn. in d. cap. in-
dultum, num. 15. & seq. in termino à lege
statuto ad appellandum, ut tempus hoc
Iudex minuire non possit, & scire in pun-
cto, de quo agimus, hoc sentire videtur Ti-
raquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. glos. 10.
nu. 63. vbi in terminis illius consuetudinis,
qua cautum est, ut proximioribus consan-
guineis non retrahentibus, possint retra-
here remotiores, docet, ad istorum instan-
tiam non posse Iudicem tempus à consue-
tutine ad retrahendum proximioribus in-
dultum abbreviare, quia esset auferre be-
neficium à lege, suè statuto eis concessum.
Ceterum pro veritate considerabam,
duos casus hac in re distinguendos esse,
quorum primus est, si vicinus, facta vendi-
tione rei sibi collateralis non aperuit velle
vbi iure prothomiseos, & in hoc crederem
indubitanter, nullo pacto, emptore instan-
te, posse Iudicem tempus illi à consuetudi-
ne præscriptum restringere, quia verè au-
ferretur eidem beneficium, à iure muni-
cipali sibi indultum, ut possit intra annum,
si vult, retrahere, sicq; fateor, omnia, quæ
suprà dixi de plano procedere, alter casus
est, quando vicinus saltè extrajudiciali-
tèr declarauerit, uelle uti iure prothomi-
seos, tunc enim, ut emptor à molestia per
vicinum sibi inferenda quantociùs liber-
retur, poterit instare apud competen-
tem Iudicem, ut anni tempus à lege mu-
nicipali præscriptum restringat, & in
hunc sensum intelligo dicta per D. Reg. Mo-
les in decisionibus suis manuscriptis, in illa
questione, an ius prelationis competat Vniuersi-
tati, &c. quæ pro contraria parte allega-

bat,ur,

Datur, dum per Regiam Camera decifum testatur, quod quando venditur Terra aliqua, & Vniuersitas prouocat ad domanium, poterit Iudex, emptore instante, tempus illud a Pragmatica sanctione præscriptum ad domanium petendum restringere, per hæc enim verba loquitur D. Reg. Moles.

Decifio D. Regentis Moles.

7 In hac materia domanij accidit quandoque, quod cum Vniuersitas vendita peteret admitti ad domanium, fuit per emptorem ipsius dictum, se contentari, quod admitteretur, dummodo infra tot faceret depositum pretij capitalis, & intereffe, pro quo debebatur in casu retractus, & ita fecit Magnificus Fabius Marchesius Aduocatus insignis in hac Ciuitate, dum emisset Ciuitatem Literarum, in qua causa Ego fui Commisarius, & vidimus, quod olim per Regiam Camera in causa Hieronymi Xarques, qui emerat Terram Lauris fuit ordinatum, quod Vniuersitas ipsa intra tot dies faceret depositum, alias non audiretur, & perpetuum silentium ei imponeretur, & fuit decretum, si hoc iure fieri poterat, et decidimus, quod sic, maxime præcedenti bina comminatione, per text. in cap. constitutus, in finalibus verbis, extr. de relig. domib. glos. & ibi Angel. in auth. de hered. & salcid. in §. si quis ingens, verbo mortuus, Afflic. decis. 264. num. 3. & 4. Capyc. decis. 18. & decis. 205. Boer. in decis. 253. num. 7. & seq. post Bart. in l. Tina, col. si uers. quero, vtrum Iudex ff. de accusationib. Guid. Pap. singul. 7. maxime quia, vt supra in præcedentibus diximus, quando Vniuersitates non possunt subsistere in domanio, tunc indistincte nos solent ipsæ admitti, nam non esset renocare ipsas in libertate, si ipsa libertas non esset duratura, quia multoties Vniuersitates semel admissas ad libertatem, iterum, et de nouo oportuit in seruitutem redigere, et aliter vendere, stante maxime, quod si interesse Regis consideremus, nullum videretur posse considerari, quia introitus Baronales ad Regem non veniunt, et seruitium militare ab Vniuersitate non præstat, c. 1. quis dicat: Dux, c. 1. §. si militet, §. in ostentibus, de capit. Conrad. & c. Imperialem, §. firmiter, de prob. alien. per Feder. præterea aduocatus Fiscus spem caducitatis, cum nunquam Vniuersitas moriatur, ideo quando in Camera vidimus, Vniuersitates non habere facultatem, et modum inueniendi pecuniam, nec se posse subnatare, in Regio domanio, ipsas statim exclu-

simus, vel incussimus eis, quod intra certum tempus pecuniam inuenirent, quo termino elapso etiã ex hac via ipsas exclusimus, imposito eidem perpetuo silentio, vt in dicta causa Vniuersitatis Lauris olim, & demum multoties prouidimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum an de iure subsistat, si venientes ab intestato per testes probarent, testatorem tempore, quo ille viuebat, non fuisse sanæ mentis, & num. 2. & 9. vbi decisio S.C.
- 3 Testes ad insaniam probandam producti, debent reddere causam scientia.
- 4 Furori si quis innuitur, debet probare, adfuisse illum tempore actus gesti.
- 5 Testibus duobus de sana mente deponentibus magis standum est, quam mille de insaniam attestantibus.
- 6 Testator præsumitur sanæ mentis, si in postrema infirmitate, in qua testamentum condidit, Ecclesie sacramenta recepit.
- 7 Testamentum quamuis à demente conditum, dicitur validum, si ex illius lectura constat, prudenter testatorem disposuisse.
- 8 Testamentum an condi possit ab illo, cui ad lites est datus curator.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum sit nullum de iure censendum, stante depositione plurium testium, ad instantiam venientium ab intestato examinatorum, qui cum iuramento deposuerunt, testatorem tempore, quo ille viuebat, non fuisse sanæ mentis, sed prorsus à recto intellectu alienum. Testamentum conditum ab eo, de cuius sana mente dubitatur, an validum sit iudicandum, si ex illius lectura constat, testatorem omnia prudenter disposuisse.

Testamentum conditum ab illo, cui ad lites datus erat curator an de iure subsistat, & de alijs ad materiam pertinentibus, vbi decisio Sac. Consil.

C A P. CCXXV.



Testamentum, his diebus in Sacro Consilio dubitabatur, an nullum, ac inualidum esset declarandum, stante depositione plurium testium ad instantiam venientium ab intestato examinatorum, qui cum iuramento deposuerant, testatorem tempore, quo ille vivebat non fuisse sane mentis, sed prorsus a recto intellectu alienum.

Ego, qui heredis scripte iura tuebatur (erat enim hæc vxor testatoris) ex sequentibus demonstravi, testamentariam illam dispositionem fuisse omni sui parte perfectam, & primo dicebam, nullam de istorum testium depositione haberi posse rationem, ex eo, quod eorum dicti causam scientie non reddiderant, nimirum, quo nam modo scirent, testatorem fuisse insanum, quibusque signis eum obseruasse in recto sensu, dum vivebat non stetit, sed tantum illos deposuisse, quod testatorem cognouerant, nunquam fuisse in recto sensu, sed omnino insanum, etenim asseuerabam, communem esse DD. conclusionem, testes ad insaniam probandam productos debere reddere rationem scientie per signa exteriora, interiora demonstrantia, alijs eis non creditur, ita Bar. in tract. de testibus, num. 94. vers. furiosus probatur, & in l. is, qui, §. 1. vbi etiam Alex. ff. de tutor. et curat. dat. ab bis, Felin. in cap. cum causam, vers. & istam fallentiam, de testib. Rot. decis. 384. num. 7. pars. 1. in collect. per Farinac. cum alijs latissime congestis per Mascard. concl. 827. Simon. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 1. solut. 4. num. 28. quibus addendus est Spin. in suo spec. testam. in gl. rubr. par. 10. num. 9. circa finem, vbi sic loquitur, quod testis, qui super furore deponit, debet interrogari, quid vidit, qua signa, quos motus, vel alius fecit, ut ex illis percipere possit furorem, & dementiam testantis, cum hac accidentia non possint percipi ex momento temporis, sed ex quadam dissensu, & multitudine actuum, te-

net Bald. in c. causam, qua. de testibus, & Aret. in l. 1. ff. si cert. per. hæc ille.

- 4 Secundo dicebam, quod quando testator verè insanus fuisset, venientium ab intestato onus erat probandi, testatorem fuisse in furore tempore conditi testamenti, & sic in indiuiduo, quando quidem receptissima pariter est alia conclusio, nimirum, quod qui ad actum infringendum furori innititur, illum adfuisse tempore actus gestu probare debet, ita Soc. in cons. 42. in fine, lib. 2. Castren. in l. qui testamentum, S. nec furiosus, ff. de testam. milit. Alex. in l. furiosum, post num. 3. C. qui testam. facer. poss. Ruy. cons. 97. nu. 13. lib. 1. Zabarel. cons. 56. col. 2. vers. an ex dicto, Lanfranc. de Qrion. satis bene in tract. de testib. in verb. attende tamen, nu. 249. Joseph Ludovic. de cons. Derus. l. num. 11. & seq. Mascard. de probat. concl. 826. num. 15. 16. & 17. Rot. in d. decis. 384. nu. 9. sub illis verbis, K lacrius, quia isti testes super dementia non deponunt de tempore conditi testamenti, prout est necesse ad illius inuoluntatem, & c. unde cum in casu, de quo agebatur, hoc non fuisset a venientibus ab intestato probatum, ergo. Immo e contra pro parte heredis scripte plenè probatù, quamvis præter necessitatem, testatorem in postrema eius infirmitate, & tempore conditi testamenti in sui recta loquutione, & sensu stetit, & ex hoc alia etiam subintrabat DD. conclusio, & ea est, ut in concursu probationum magis standum sit duobus testibus de sana mente deponentibus, ex quo illorum depositiones coadiuantur a iure communi, & nature, quam mille de insaniam attestantibus, ita communiter tradiderunt Corne. cons. 219. num. 7. lib. 1. Decian. cons. 527. num. 35. vol. 3. Dec. in l. ff. furiosum, num. 5. C. qui testam. facer. poss. Boer. dec. 23. num. 33. Gabr. commun. conclus. tit. de testam. concl. 4. num. 14. Mascard. de probat. concl. 827. num. 13. Simon. de Pragis de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 1. solut. 4. n. 18. Menoch. de presumption. lib. 6. presump. 45. num. 21. & alij quos refert Martin. summ. success. legal. par. 4. quæst. 5. art. 2. num. 10. & 19. cum seqq. Rot. cit. decis. 384. num. 9. pars. 1. in collectis per Farinac.
- 6 Tertio, oppositionem hanc vanam, quæ circa demetiam fiebat ex alio prorsus controuertebatur, testatorem in sua postrema infirmitate, quo tempore testamentum condidit, Pœnitentia, Eucharistia, & Extrema vñtionis Sacramentis fuisse referatum, id, quod contingere non poterat, si in recto sensu non stetit, quodq; sane men-

tis præsumatur testator, si in eius infirmitate sacramenta assumpsit, post *Decian. cōs. 127. num. 34. vers. insuper probata est religio- sa, lib. 3. dicit Rot. allegata decis. 384. num. 4. sicq; Notarium, qui testamenti clausuram stipularus fuerat, attestatum fuisse, illis si- quidem verbis, sanus Dei gratia mente, & in sui recta loquutione, ad tradita per Cardinal. Zabarell. in cōs. 56. num. 1. In fine, Imol. in l. 2. ff. de testam. Corne. d. cōs. 219. col. ultim. vers. item eadem ratione, lib. 1. Soc. cōs. 42. nu. 1. lib. 1. Dec. cōs. 448. num. 13 & Paris. cōs. 88. num. 19. lib. 3. quos omnes recenset *Meno- ch. d. præsumpt. 45. num. 21. vers. item etiam.**

7 Quarto, ad saturitatem adducebam, quod quando probabiliter de testatoris sana- mente dubitari potuisset, eius testamenti validitas ex alio indubitata reddebatur, nimirum ex illius lectura, dum ea perpeta, plenè constabat, testatorem prudenter dis- posuisse, nec verbum aliquod legi stulte, si- uè imprudenter prolatum, ex quo alia sub- oriebatur iuris conclusio, quæ contradi- ctorem non habet, et ea est, quod validum sit testamentum, quamuis à demente con- ditum, siuè ab illo, qui dilucida habet inter- ualla, ac si à Sapiente conditum fuisset, dum prudenter testator disposuit, nec signum aliquod stultitiæ ex testamenti lectura cer- ni potest, quamuis pro parte hæredis scri- pti probatum non sit, testatorem actus ges- ti tempore dilucida habuisse interualla, ratio assignatur, quia præsumptio illa insa- niæ ex qualitate actus postea gesti tollitur omnino, adeo, quod si actus gestus viro sa- næ mētis congruit, præsumitur, testatorem testamenti tempore sanæ mentis fuisse, ita sanè scripserunt DD. tam in *Commentarijs*, et *Tractatibus*, quam in *Consilijs*, et *Decisio- nibus*, siquidem in *Commentarijs Bald. in c. 1. in princ. in tit. per quos fiat inuestit. Hostiens. in cap. ad nostram, extra de consuet. ubi testatur, pro ualida fuisse habitam sententiam à quodam Papiense fatuo prolatam, quia Gratianus illam rectius proferre non po- tuisset, Io. Andr. in cap. fin. num. 20. de success. ab intest. ubi refert, Valerium Maximum at- testantem, Senatores Populi Romani tes- tamentum cuiusdam furiosi confirmasse, ex eo, quod sapienter testatus fuerat, *Ca- strens. in l. qui testamentum, §. nec furiosus, ff. de testam. Alex. in l. furiosum, num. 3. Roman. nu. 3. & 6. Ias. num. 3. C. qui testam. facer. possunt, in Tractatibus Marsil. singul. 380. Spin. in spec. testam. in glos. rubr. part. 10. num. 7. circa me- dium, Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 45. num. 66. Mant. de coniect. ultim. uolunt. lib.**

2. tit. 5. num. 7. & seq. Mascard. de probation. conel. 817. nu. 13. Mart. in summ. success. legal. p. 4. quest. 1. art. 2. nu. 24. cum seqq. Argel. de acquir. possess. quest. 3. art. 1. num. 62. & 100. et alij. In *Consilijs Soc. cōs. 42. num. 11. vers. secundo, quia, uol. 1. Barbat. cōs. 58. col. 6. uol. 1. Corne. cōs. 216. num. 15. lib. 3. Ruin. cōs. 67. num. 5. lib. 1. Paris. cōs. 88. num. 45. & seq. lib. 3. Riminal iun. cōs. 809. nu. 22. et seq. lib. 6. Menoch. cōs. 688. num. 6. Honded. cōs. 78. nu. 61. lib. 2. In *Decisionibus noster Affili. decis. 143. num. 5. Grammat. decis. 37. nu. 37. et 38. Boer. decis. 23. num. 54. cum seqq. ubi subdit, non omnia à furiosis facta nulla esse, nam si aliqua prudenter, et sapienter gesta ap- parent, tenent, Magon. decis. Florent. 97. num. 22. Ludouic. decis. Perus. 1. num. 13. Minfynger. singul. obseru. cent. 2. obseru. 41. num. 3. Rot. de- cis. 384. nu. 10. part. 1. in collect. per Farinac. et in una Romana hereditatis de Gracchis die 5. Decembris 1618. coram Remboldo, quam refert Argel. d. quest. 3. art. 1. nu. 100. eadem Rot. decis. 577. part. 1. diuers. ubi num. 11. de- creuit, in nihilo obstare illud, quod ad pro- bādam testatoris dementiam afferebatur, (quod pariter in casu, de quo noster est ser- mo in factō adducebatur) nimirum, quia per Iudicis decretū fuerat illi curator da- tus, ad tradita per Dec. cōs. 86. num. 7. nam fuit responsum, prout et Ego respondi, fuisse datum curatorem ad lites tantum, sicq; nullo pacto impediēbatur, actus extrajudiciales facere, ex quo deputatio curatoris restringitur ad imbecillitatem respectu iudicialium, in quibus ex negligentia, & taciturnitate facilius infertur præiudicium, sequitur Mart. d. par. 4. quest. 1. art. 2. num. 28. ubi citat etiam *Cephal. cōs. 546. vbi nu. 62. & 63. generaliter tuetur, curatorem habē- tem, testamenti facultate priuatum non esse, idemq; satis notanter post Castrens. & Alex. in l. si frater, C. qui testam. facer. poss. et Ias. in l. ex factō, ff. de uulg. et pupill. aduertit Decian. cōs. 127. num. 32. lib. 3. quo loci ait, sententiam hanc nullum habere contradi- ctorem.***

9 Quinto, & tandem hæc omnia rerum iudicatarum autoritate confirmabam, sic enim Sacrum Consilium de anno 1634. determinauit, licet in possessorio in causa tunc vertente inter Don Ioannem Alderisium sobrinum, & hæredem vniuersalem quondam Marij Alderisij, et Victoriam eiusdem Marij sororem vtrinq; coniunctā, quæ cum prætendisset, fore denegandam immisionem dicto Don Ioanni heredi scri- pto, eo sub prætextu, quod dictus Marius

testa-

testator sanæ mentis non fuerat, ad idquæ probandum aliquas producens attestaciones, consideratis principalitèr, quòd qui de dementia attestabantur, concludentem causã scientiam non reddiderant, nec verbum aliquod aperuerant, quòd in actu testandi fuisset Marius non sanæ mentis, & è conuerso confitito per alias attestaciones, quòd fuerant infirmo testatori Ecclesiæ sacramenta administrata, quòdque extiterat tempore testamenti sanæ mētis, et ex illius lectura nimis constare, testatorem prudenter disposuisse, decreto Sacri Consilij pronisum fuit, fore Don Ioannem immittendum in possessionem bonorum remansorū in hereditate d. quondam Marij, referente D. Regente Capycio Latro Marchione Torelli dignissimo, tūc prestantissimo, et oculatissimo Regio Consiliario, et pro Don Ioanne patrocinate Domino Francisco Rocco, Aduocato doctissimo, & inter primarios Sacri Consilij, qui in causa doctè factis de iure respondit, Processus est in Banca Fabritij Solatij S. C. actorum Magistrj.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum perfectum an solo cursu temporis decem annorum tollatur, & num. 4.
- 2 Testamentum primum sollemne, ut censeatur reuocatum per secundum minus sollemne cum decemni cursu, an sat sit, quòd decemniū sit elapsum à die conditi primi testamenti.
- 3 Text. in l. sancimus, C. de testam. interpretatur, & num. 3. 6. & 7.
- 7 Legata in testamento sollemni an censeantur reuocata per secundum testamentum minus sollemne, & num. 8.
- 9 Legatum si fuerit factum de aliqua re Titio, et demum eandem rem testator iusserit, dari incapaci, an per hoc dicatur ademptum.
- 10 Legata an censeantur adempta, si testator post testamentum conditum sollemne, aliud minus sollemne condiderit, declarando, nolle, primum testamentum valere.
- 11 Testamentum licet quòd institucionem non possit dici per aliud minus sollemne reuocatum, bene tamen legata possunt dici adempta.



A R G V M E N T V M.

Agitur de testamēto sollemni, quod de iure per secundum minus sollemne cum decemni cursu reuocatur, à quo nā die tempus illud decemniū decursum esset debeat, à die scilicet conditi primi sollemnis testamenti, vel à die secundi minus sollemnis. Testamentum primum sollemne an per secundum minus sollemne possit dici reuocatum quoad legata, licet nullatenus quoad hæredis institutionem, & de alijs.

C A P. CCXXVI.



Testamentum perfectum, quòd solo cursu temporis decem annorum non tollatur, statuit Imperator in vulgata l. sancimus 27 C. de testam. vbi addit, nisi de contraria testa-

- toris voluntate constaret, quamuis imperfecta, quo casu si decemniū fuerit elapsū, euanescit: ex hac dispositione ingens controuersia orta fuit inter DD. vt testamētum perfectum per aliud minus sollemne dicatur reuocatum, si decemniū fuerit elapsū, vt in d. text. à quo, inquam, die tempus illud decemniū decursum esse debeat, à die scilicet conditi testamēti, vel à die imperfectæ voluntatis? potest enim contingere, vt qui post decem annos à die conditi sollemnis testamenti, aliud minus sollemne condiderit, & illicò moriatur, nam si dicimus, sensisse Imperatorem, vt hoc decemniū sit decursum à die conditi primi sollemnis testamenti, & certè illud dicitur reuocatū, sin verò, vt sit computandum decemniū à die secundæ imperfectæ voluntatis, & primum non diceretur reuocatum.
- 3 In Collegio septem Aduocatorum, inter quos Ego minimus interueni, habito in

causa successionis bonorum qui. Octauij
 Trani Marchionis Speclæ, dixi, *Doctores* su-
 per hac questione in vanum laborasse, cum
 ex litera *textus* clarè dignoscatur, hoc tan-
 tum voluisse *Imperatorem*, vt decemniū
 sit elapsum tempore, quo testator moritur,
 nec aliter requiri, vt effluxi sint decē anni
 antè reuocationem minus sollempnem; sed
 fat esse, tempus illud esse effluxum antè, vel
 post reuocationem, cum testator mori cō-
 tingat; & quod hoc sit verum, inuestige-
 mus, quæso, de quo principaliter in eo *tex.*
 dubitatur; etenim dubitatum fuit, an testa-
 mentum seruatis seruandis conditum di-
 catur reuocatum, si post illius confectionē
 decemniū profluxerit, & deciditur, quod
 non, quia quod non mutatur, quare stare
 prohibetur? addit demū *Imperator*, nota,
sin autem in medio tempore, hoc est illius de-
 cemnij (non dixit post decemniū) testa-
 tor mutauerit voluntatem, dicendo coram
 tribus testibus, nolo primum valere testa-
 mentum, & de cemniū fuerit emensum,
 (hoc est indubitanter) tempore, quo testa-
 tor ipse moritur, primum testamentum di-
 citur reuocatum; non enim de casu illius
legis dubitari cōtingit, nisi mortuo testato-
 re, nam frustratorium esset dubitare de va-
 liditate, vel inualiditate testamenti, cum
 testator viuat, sicquē quando dicit *textus*,
 & decemniū fuerit emensum, voluit deci-
 dere quæstionem in principio motam, an
 defunctorum testamenta dicantur reuo-
 cata, si post illorum confectionem decem-
 niū profluxum sit, & determinatur, quod
 non, nisi in medio tempore fuerint illa re-
 uocata, quamuis ex minus sollempni volū-
 tate, & sic *Imperator* clariū loqui non po-
 tuit; confirmatur hoc ex verbis subsequen-
 tibus, in *sine textus* positis, ibi, aliter enim te-
 stamenta mortuorum per decemnij transcursio-
 nem euanesce nullo patimur modo, &c. & cū
 hac opinione transferunt *Guid. Pap. decis.*
200. num. 4. quem meminit *Anna alleg. 10.*
num. 1. Maynard. decis. 23. p. 5. Franciscus Ra-
guel. ad d. l. sancimus, vers. & paterfamilias in-
termedio tempore, &c. Ant. Fab. de erroribus
pragmat. decad. 39. errore 6. num. 11. in fine,
Mart. in summ. success. legalis, part. 4. quæst. 4.
art. 1. num. 42. fol. 68. & alij recentiores.

7 Fuit etiam secundo loco disceptatum,
 quatenus ex diuersitate opinionum, quæ
 circa intellectum *d. l. sancimus* circumferū-
 tur respectu lapsus decemni, defendi pos-
 set, testamentum non fuisse reuocatum, an
 legata in eo contenta adempta cēferi pos-
 sant, dixi Ego, in hoc distinguēdos esse quos

casus, quorum primus est, quādo testator,
 qui prius sollempne condidit testamentum,
 aliud minus sollempne condens de re in pri-
 mo sollempni Titio legata nullam fecit mē-
 tionem, & in hoc est *textus* ad literā, quod
 non censeatur ademptum in *l. si iure 18. ff. de*
legat. 3. quia, vt in illo *text.* probatur, tacita
 reuocatio, quæ ex illa minus sollempni di-
 spositione desumitur, non est sufficiens ad
 adimendum legatum in primo sollempni
 testamento alicui relictum, nisi inter testa-
 torem, & legatarium inimicitia superue-
 nerit, quia tūc benè diceretur ademptum,
 quamuis de re legata in primo testamento
 sollempni, nullā in secundo, minus sollempni,
 & inualido fuerit facta mentio, prout sunt
 iura in *l. 3. S. fin. & in l. ex parte, ff. de adimēd.*
 8 *legat.* Alter casus est, quando id, quod Titio
 in primo sollempni testamento relictum est,
 in sequenti minus sollempni alteri relinqui-
 tur, et in hoc benè dicitur ademptum, quia
 constat de expressa voluntate legantis, ad-
 imere volentis, et licet primum testamentū
 non possit dici reuocatum quoad institu-
 tionem, benè tamen quoad illud legatum,
 de quo in sequenti minus sollempni disposi-
 tione expressam fecit mētionem, probatur
 hoc ex *text.* in *l. planē 34. ff. de legat. 1.* et in
l. et si transferam 20. ff. de adimēd. vel trans-
 9 *fer. legatis,* in quibus iuribus habetur, quod
 si ego legauī rem aliquā Titio, et demū
 eandem rem iussi dari alteri, sed incapaci,
 dicitur ademptum legatum Titio ex volū-
 tate expressa legantis, quamuis nouissimus,
 cui relictum est, talis sit, vt illud ex legis
 prohibitione capere non possit, et itā iura
 prædicta intellexit *Bart. in d. l. si iure 18. ff. de*
legat. 3. et post eum *Ang. Aret.* notanter in
cons. 91. circa finem, vers. igitur vel secundo,
Ias. in d. l. planē, nu. 3. vers. tertio limita, Couar.
in rubr. de testam. part. 2. num. 21. vers. quinta.
 10 *conclusio,* et idem dices, quando testator
 post conditum primum testamentum sol-
 lemne, aliud minus sollempne, vel nullum,
 condens testamentum declarauerit, nolle
 primum testamentum valere, sed illud pro
 reuocato haberi, nam hoc casu, quamuis
 de re in primo testamento alicui legata,
 nulla in hac secunda dispositione inualida
 fuerit facta mentio, benè tamen omnia le-
 gata ibi relicta reuocata cēsentur, hoc enim
 operatur hæc expressa declaratio volunta-
 tis testatoris nolentis, primum sollempne,
 valere testamentum, vt omnia legata ibi
 scripta reuocata intelligantur, quamuis de
 illis in hac secunda declaratione nulla fiat
 11 mentio, cum sat sit, vt reuocetur testamē-

tum,

tutur, quod licet quoad institutionem reuocantur dici non possit; nisi concantant requisita d. l. sancimus; Cide testam: bene tamen quantum ad legatum; ita ex textu in l. i. in §. veteranus; ff. de iur. testam. scripserunt Cyn. in l. i. nostram, num. 3. vers. si processis ad verbum; C. de testam. Alber. in dist. l. sancimus, Alex. conf. 30. num. 9. lib. 3. Berol. conf. 4. vol. 2. quod conf. 320. num. 5. lib. 3. Mart. in summ. success. legat. par. 4. q. 4. art. 2. in fine.

S. V. M. A. B. L. P. M.

1. Testamentum in scriptis si à testatore non fuit sigillatum an dicatur nullum; & num. 2. & 4.
2. Notus in hac cōsultissima; C. de testam. docturatur.
3. Testamentum an dicatur nullum, si testes, qui quilibet subscripserunt, non dixerunt, cuius erat testamentum illud.
4. Testamentum an dicatur nullum, si testes, qui se subscripserunt, sunt Religiosi.
5. Testamentum dūm aperitur, quae sollemnitates interuenire debent; & no. 8. 9. 10. & 11.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum, quod testator non sigillauit, & in quo Religiosi prō testibus se subscripserunt, sit de iure validum. Testamentum in scriptis si in publicam formam redactum fuit, ac sollemni Notarij stipulatione munitū, an cum aperiatur, necesse est, vt testes, qui interfuerunt, eorum subscriptiones, & sigilla recognoscant, & de aliis, ad ornatum *tex. in l. cum ab initio, ff. quemadmod. testam. aper. & in l. hac consultissima, C. de testam.*

C A P. CCXXVII.



Estamentum in scriptis, quod tot requirit sollempnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. de testamen. fuit aliàs non modicè controuersum, an validè conditum cē-

sendum sit, si testator illud subscripsit tantum, non autem sigillauerit?

Et affirmatiuè, quod nullum censeatur, stante sigilli testatoris omissione, docuerunt Paul. de Castr. in d. l. hac consultissima, in decimo. requisito, Petr. Gilken. ibidem, num. 6. vers. nono, quod etiam, Ias. conf. 67. num. 7. vol. 3. Boer. conf. 48. num. 2. Rolan. à Valle conf. 36. num. 4. lib. 1. Matienz. in l. 2. glos. 5. nu. 2. sit. 4. noua recompilat. Paris. conf. 19. num. 3. lib. 3. Burg de Paz in l. 3. Tauri, part. 2. concl. 3. num. 1119. Menoch. conf. 639. num. 13. lib. 6. Meyer. lib. 3. de testam. tit. 1. num. 52. Franc. Barry de succes. lib. 1. tit. 1. de testam. nu. 4. Io. Bapt. Cost. de remed. subsidiar. remed. 82. num. 7. & alijs qui omnes testamenti sollempnis requisita referendo, de testatoris sigillo meminerūt.

Contrariam verò sententiam, quæ est ipsa veritas, nimirum, quod ommissio sigilli testatoris testamentum inualidū, siuè nullum non reddat; sed sat esse, quod sit tantum ab illo subscriptum, tenuit *Ægid. Bellem.* omninò uidendus *conf. 1. sub nu. 1. vers. item ipse testator,* sicque Ros. determinasse constat ex *decis. 30. par. 1. diuers.* estque huius sententiæ ratio manifestissima, cum legem habeamus expressam, quæ cunctas descripsit sollempnitates, quæ in testamentis sollempnibus concurrere debent, ut validè condita censeantur, nec aliter de hac sigilli sollempnitate aliquid fuit dictum, ergò dicere fas est, *Doctores* supra allegauerunt, uerè allucinatos esse; *tex.* enim in d. l. hac consultissima tantum testatoris subscriptionem exoptulat, addere modò à *Doctores*, & quod ab eodem testatore sigilletur, aliud non est, nisi contra legem loqui, dūm formæ à Legislatore introductæ nouum addit requisitum, & quod si: uerum, quò. l. inconsiderate hac in re *Doctores* se gesserunt, patet, nam incipiendo à Paul. de Castr. qui fuit omnium primus in hoc asserendo, dūm uoluit omnia referre requisita, quæ in testamento sollempni concurrere debent, iuxta formam traditam in l. hac consultissima, postquam nouem retulerit, addit decimū,

dicen-

dicendo, decimo quod etiam testator se subscribat, & sigillet, etc. quasi quod Imperator hoc in dicta lege statuisset, cumque ex illius textu, locura clare constet, de testatoris sigillo nil di positum fuisse, ergo ceteri autem Doctores Paul. simpliciter abiq; quod aliud perpendissent, securi fuerunt, quod proinde de eorum dictis, etsi mille essent, qui id tenuissent, ratio aliqua haberi non potest.

Præterea aliud consideravit Rot. cit. dec. 30. num. 1. nam cum ex Doctoribus, qui ante Paul. de Cast. in hoc Orbe fuerunt, nonnulli etiam reperiantur, qui testamenti in scriptis sollempnitates retulerunt, servata forma illi hac consuetissima, nullus tamen inuenitur, qui de testatoris sigillo mentionem fecerit, prout sunt Azo in summ. C. de testam. num. 5. Io. Fab. in §. possunt, l. ff. eodem, Specul. in tit. de instrum. editio: §. vi. autem, & alij, ergo, etiam per litteras currenti mense Junij 1631. per notitium Sacrum Consilium iudicis Dominis Consiliarijs doctum Augustinum decilem habemus ad fauorem Dominici Ludouici Rodulphi Patricij Florentini, contra Dominum Nicolaum Marchionem Baselicis eius fratrem, qui cum præfendisset, testamentum quoddam Marchionis Alexandri communis fratris, in Civitate Florentiæ conditum, hunc sigilli defectum pati, non fuit auditus, prout nec de alijs defectibus, qui fuerunt in dicto testamento considerati, tam illius clausuram, quam aperturam concernentes ratio aliqua habita fuit.

Etenim circa clausuram secundus addebatur defectus, cum testes, qui se subscripserunt, non aliter meminerunt, siue expresserunt, cuius erat testamentum, quod exprimi debere sub nullitatis pena dicebatur, ex text. in l. singulas. 30. ff. de testam. ex glos. in l. fio. eod. & in dyed cum paulatim, Insti. eod. Bald. in cons. 207. in fine, vol. 2. Meyer. cit. tract. de testam. lib. 3. tit. 1. num. 45. Io. Fab. in §. possunt autem, num. fin. Insti. de testam. ubi formam subscriptionis ponit per hæc verba: Ego talis vocatus, & rogatus in testem ad testamentum talis, quod hac scheda continetur, mea propria manu me subscripsi, & tali signo signavi, & c. Burg. de Paz. in cit. l. 3. Fasti, p. 2. concl. 3. num. 108. & ex alijs, fuit enim habitata hæc oppositio pro satis scrupulosa inquisitione, cuiusmodi enim fieri debere legitur in d. l. hac consuetissima, quæ, ut diximus, testamenti sollempnis conuicendi formam præstat, immo aliqua requisita ibid. expressa, dummodo non sint de substantialibus, circa timorem testamenti, vitandi, omittit

posse, post antiquos voluerunt Roland. cons. 82. & seq. vol. 1. quem sequitur Rot. cit. dec. 30. num. 2. ad quid enim hæc sollempnitas, non ne certam est, dum testis se testamentum subscribit, vel notum esse, cuius sit testamentum illud, in quo pro teste interfuit? certe sic, ergo, hoc enim leue requisitum, ideo fuit adiuuentum, ne alius supponatur testator, & ut a testibus cognoscatur, ut per Menach. cons. 639. num. 14. quod proinde factum est, si testator uti notus, vel a Notario, vel a testibus cognoscatur, ad tradita per Berol. cons. 3. num. 2.

6 Minus etiam habita fuit ratio de tertio defectu, qualitates nimirum testium, cum omnes Religiosi Ordinis Predicatorum exierint ad illum actum, citra Superioris licentiam interuenientes, nam licet non desint Doctores, qui in hoc casu pro testamento inualiditate responderint, frequentius tamen contraria obtinuit sententia, ut diximus lib. 1. c. 331. ubi retulimus, alijs sic Sacrum Consilium determinasse, & in hac eadem causa, in iudicio tamen immissionis, citra ut ad præiens hoc idem in petitio determinare, nulla se obtulit difficultas, constat enim, licentiam, ut Religiosus in testem admitti possit, nunquam præcisè necessariam esse, & in illo casu, ubi Doctores eam requirunt, est potius de consilio, ut per Francisc. Aret. cons. 159. & Caran. in ritu. 144. hinc si absque licentia in iudicio, & coram Iudice seculari de facto reciperentur, non per hoc actum vitari, eorumque depositionem infirmari, voluerunt Abb. in cap. cum nunciis, num. 4. de testam. & ibi Aret. num. 151. Felin. num. 3. D. Card. Mant. dec. 351. nu. 17. Guazzin. de reor. defens. c. 1. nu. 11. Corne. cons. 135. num. 33. vol. 1. Farinas. de testibus, quest. 62. num. 84. & 134. Caran. loco cit. & Siluan. cons. 26. lib. 1.

7 Insupèr nec fuit auditus Marchio quodam alterum defectum, quem testamenti aperturam concernere dicebat, nam cum certum sit, certam fuisse à lege datam formam in testamentis sollempnibus aperiendis, nimirum ut pro apertura inisset persona, quæ in ea re interesse habeat, quod capiatur informatio de morte, interueniat Iudicis auctoritas, ac testium omnium, aut maioris partis præsentis, vel illis absentibus (quod constare debet) probatorum Virorum, qui sigilla, & subscriptiones recognoscant, ut est text. in l. cum ab initio, cum seq. ff. quemadmodum testam. aperiunt. & in l. 1. & 2. C. eod. in testamento autem, de quo agebatur, à pertura abiq; his sollempnitatibus reperiebatur, et

gò nullum, veniebat declarandum, prout in puncto per Sacrum Consilium decilum testatur *D. de Franch. decif. 429.* vbi aperto testamento in scriptis absq; sollempnitatibus prædictis, fuit illud nullum declaratum, non obstante, quòd testator Notario facultatem testamentum absq; iuris sollempnibus aperiendi concessisset.

8 Placuit tamèn Sacro Consilio responsio huic oppositioni data, nam ad primum de instantia interesse prætendentis, fuit in factu demonstratum, bene hoc requisitum concurrisse, insisterat enim pro apertura quidam Notarius, eam tam nomine Ludovici testatoris fratris, & hæredis, quam Marchionisæ coniugis petendo, nec in aliquo obstare, quòd mandatum ad id exposcendum non habebat, cum demùm fuerit actus ille à Principalibus ratificatus, ad text. in *l. licet, ff. de iudicijs*, immò dicebatur, nullum requiri mandatum ad pro apertura instandum, nec aliter de interesse petentis constare debere, cum quilibet pro illo actu explendo agere possit, ut sciat, an testamento sit aliquid sibi relictum, ad quod fuit allegata punctualis decisio *gl. communitè recepta in d. l. 2. ff. quemadmod. testam. aperiunt. in verb. publicum*, ibi, *an autem ille, cui est nihil legatum, possit agere, ut sciat, an sit sibi relictum? videtur, quòd non, ut in principio huius legis, & supr. de tabul. exhiben. l. 3. §. solent, sed dicas contra ut hic, & supr. l. 1. in princ. & §. ratio, & infra eodem §. si dubitetur, & notatur C. de tabul. exhiben. l. 1. etc.*

9 Quò verò ad alia requisita, & signanter circa recognitionem per testes faciendam de eorum sigillis, & subscriptionibus, responsio fuit, id procedere, & requiri, quando testamentum in privata scriptura, privataque manu confectum fuit, contrarium tamen quando in publicam formam redactum reperitur, ac stipulatione munitum, prout erat illud, de quo agebatur, testamentum, eo enim casu absq; aliqua testium recognitione ad illius aperturam deveniri posse, cum sit Notarij fides, dixerunt *Bar. in l. 2. ff. & C. quemadmod. testam. aperiunt. Capall. cautel. 88. vers. vel passè etiam alio modo; Ia. Dilect. de art. testand. tit. 2. cautel. 1. sub num. 3. & Gratian. omninò videndus discops. forens. som. 3. cap. 429. num. 3. sub his verbis. Quare ad hoc ut testamentum valeat sine ulla recognitione testium, datur cautela, ut postquam testator scripsit testamentum, & testes signaverint, & subscripserint, Notarius publicus à tergo clausi testamenti scribat ibi, esse scriptum testamentum, prout coram dicto*

Notario, & testibus ascriptis testator asseruit, tunc enim scriptura fidem faciet, quòd non vivans testes, quasi tunc probet, tanquam roborata manu publica Fabellionis, ita ut aliqua testium agnitione non indigeat, &c.

10 Nec fuit ratio aliqua habita de oppositio, quæ huic cõclusioni fiebat, nimirum Doctores supra citatos, signanter *Bar. loquutos fuisse de publicatione testamenti, non autem de apertura, cum certum sit, utraq; actu esse distinctum, de publicatione enim loquitur text. in l. 2. C. de testam. & de apertura text. in citata *L. cum ab initio, ff. quemadmod. testam. aperiunt. & in l. 2. C. eod.* hoc namque verum non est, cum verè *Bar. & alij* omnes post eum de apertura sentierint, videatur, quæ *lo. Bar.* dum dixit, testamentum in scriptis conditum antequam testes veniant, & sua signa cognoscant, ac se interfuissent, deponat, privatam esse scripturam, nihilq; probare, demùm verò his peractis, secus esse, subdit postea prædicta verà esse, si testamentum privata manu scriptum fuerit, secus si manu publica, & sic aperte concludit, tunc demùm in apertura testium recognitionem requiri, cum testamentum fuerit privato modo confectum, secus si stipulatum, eo enim casu recognitio necessaria non erit, sicut nec requiritur, quando fuit testamentum publicatum, in tantum quòd iuxta *Bar. theoreticam* ad evitandam testium recognitionem in apertura, fat esse, alterum de duobus cõcurrere, nimirum vel quòd testamentum sit publicatum, iuxta *text. in d. l. publicati, & secundum formam per eundem *Bar. ibidem* traditam, vel quòd sit manu publici Notarij confectum, quæ omnia nimis clarè distinguit *Marant. cons. 90.* omninò videndus, dum postquam distinctè, tam de publicatione, quàm de apertura loquutus fuerit, num. 3. hæc verba subdit. Si verò testamentum fuit scriptum per Notarium rogatum ad hoc, tunc totum testamentum dicitur publicum, & habet publicam fidem, & non requiritur alia publicatio, nec apertura coram testibus, quia ipsemet Notarius propter eius auctoritatem, & publicam fidem potest de testamentis conficere publicum instrumentum, &c. & demùm num. 6. subdit, quòd si de testamento fuit rogatus Notarius, tunc non indiget, nec publicatione, nec alia sollempni apertura, &c. idemquæ *Rovis. decif. 95. num. 15.* in tantum quòd merito de oppositione facta non, fuit habita ratio.**

Ad decisionem *D. de Franch. 429.* fuit optimè responsum, in casu illo non fuisse hoc oppositum, ut satis clarè ex illius tenore

constat,

constat, ac proinde nec etiam decifum.

II Ultimo ex alio fuit demonstratum, præfati testamenti aperturam defectum aliquem non habuisse, cum postquam illud fuerit conditum, sollemniter clausum, & stipulatum, testes, qui se subscripserunt, eorū subscriptiones, & sigilla recognouerunt, de eaque recognitione Notarius coram duobus testibus actum fecit publicum, & sic subintrabat cautela, à Doctoribus tradita, quam in hoc casu Sacrum Consilium approbavit, ut dixit mihi vnus ex Dominis Iudicantibus, quod dum hic actus post testamentum absolutum concurrat, non opus est amplius post testatoris mortem alia testium recognitione, sed abique alia sollemnitate potest fieri apertura, sic *Veronens. cautel. 88. num. 1. & ibi addens, Fulgos. conf. 56. Soc. reg. 494. Roland. à Valle conf. 36. num. 20. vol. 1. Ludouic. Lan. in tract. de formul. test. num. 13. & sub num. 30. vers. hac, Gratian. loco cit. nu. 4. & alij, quod procedere dictum fuit, siuè ab eodem Notario, qui testamenti clausuram stipulatus fuit, siuè ab alio hic actus recognitionis, subscriptionis, & sigillorum testium stipularetur, sic Barry de success. lib. 11. tit. de apert. sub num. 2. vers. verum addit, nec dissentit Anton Fab. de erroribus pragmat. decad. 67. error. 5. in fine, vers. illud plane non reprobo, quamuis contrarium, sed malè senserit Meyrer. lib. 3. de testam. tit. 1. num. 64. dum putauit, alium Tabellionem in hoc actu adhibendum esse.*

Quare ex his omnibus, tam in possessorio, quam in petitorio fuit pro Domino Ludouico pronunciatum, processus est in Banca Sarri S.C. actorum Magistrum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum quoad causas profanas an in Regno Neap. stipulari possit per Notarium Apostolicum, & quid si testator esset clericus, num. 4.
- 2 Instrumentum stipulatum per Notarium Apostolicum an in Regno possit presentari via Ritus, & quid inter personas Ecclesiasticas, num. 3.
- 3 Clericus an, & quando Principis secularis legibus sit solutus.
- 4 Contractus nullus potest in Regno stipulari, nisi à Notario, qui sit à Rege creatus.
- 5 Statutum quando dicitur contra libertatem Ecclesie.
- 6 Clericus an in patrimonialibus gaudere possit privilegio ordini clericali concesso.

9 Clericus dum testamentum condit, videtur illud subijci legibus fori, vbi causa agitanda est.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum conditum à clerico manu Notarij Apostolici, in hoc Regno de iure subsistat. Instrumentum stipulatum manu Notarij Apostolici an in Regno via Ritus Magnæ Curie presentari possit. Clerici an subsint Principi laico, quando tractatur de dispositione bonorum patrimonialium, quæ secundum legem humanam habentur, & de aliis, ad ornatum pragmat. 2. sub tit. de contractibus.

C A P. CCXXVIII.



Testamentum quoad causas profanas à Notario Apostolico sollemniter scriptum, ac stipulatum, quod in Regno nullius sit roboris, prout & quodlibet aliud instru-

mentum, facile affirmari potest, ex dictis per *Andr. in Confis. Instrumentorum robor, vbi etiam Afflic. qui num. 14. hoc expressè tenens declarat, nisi septem examinentur testes, de testatoris voluntate deponentes, licet demum addat, quandam magni Doctoris vidisse Apostillam in libro Constitutionum Regij Consiliarij Io. Aloysii de Artaldo, eius compatri, in qua, dicebatur, tempore Regis Caroli secundi, inter eum, & Sanctam Sedem Apostolicam conuentum fuisse, quod si Notarius Apostolicus in profanis coram Iudice, & testibus publicos conficeret contractus, plenam faceret fidem, id, quod pariter affirmare videtur Io. Vinc. de Anna sing. 246. vbi dicit, instrumentum stipulatum per Notarium Apostolicum non posse via Ritus presentari; sed agendo ordinariè, posset ex illo sequi*

condemnatio; veritas tamèn est, & praxis apud nos seruat, vt contractus inter personas seculares nullatenus per Notarios Apostolicos celebrari possint; sed tantum per illos Tabelliones, qui à Rege creati sunt, vt nimis clarè disponitur in *pragm. 2. tit. de contract.* vbi *D. Reg. Rouit.* post quam plures, quos citat, hoc notat, addens, secus esse inter personas Ecclesiasticas, inter quas instrumentum quodlibet per Notarium Apostolicum stipulatum plenè probaret; id, quod etiam alijs relatis scripserunt, & satis benè peritissimus, ac consummatissimus Iureconsultus *Eliseus Danz.* dum hæc scribo, proprijs meritis in his supremis Tribunalibus Regius pauperum patronus electus, in *tract. de pugna Doctorum, lib. 1. tit. de instrumento, c. 2.* per totum, præstantissimus *Gaitus* in suo *tract. de credito cap. 3. tit. 1. n. 483.* & *Novar. in d. pragm. 2. n. 4.*

4 Sed opportunè quaeritur, an conclusio in principio firmata procedat, quando clericus manu Notarii Apostolici testamentum condiderit, alium, quam à lege vocatum sibi instituendo hæredem? Et pro ratione dubitandi videtur dicendum, hoc testamentum valere, nam cum testator sit clericus, non est, cur dici possit, vt nequeat ille rogare Notarium Apostolicum, qui, vt paulò antè diximus, potest inter personas Ecclesiasticas publicas conficere scripturas; sed hac dubitandi ratione non obstante, contraria sententia tenenda est, nimirum, vt conclusio in initio posita procedat, siue testamētum manu Notarii Apostolici scriptum à laico sit conditum, siue à clerico, dummodò non ad pias causas, probatur, quia licet clericus Principis secularis legibus sit solutus; tamèn quando tractatur de dispositione bonorum patrimonialium, quæ secundum legem humanam habentur, Ecclesia, & clerici subsunt Principi laico, ità vt id, quod statutum est in laicis, seruari quoque debeat in clericis, ità *gl. in l. munerum, §. patrimonialia, ff. de muner. & honor. Innocent. in cap. nouerit, extrà de sentent. excommun. Bart. in l. de quibus, ff. de legibus, prætereà legem hodiè habemus expressam in Regno, vt nullius sint roboris, & momenti testamenta, codicilli, cæteri; contractus, qui ab alio, quam à Notario Regio stipulantur, vt in *d. pragm. 2.* vnde quoties dubitari contingerit inter laicos, an validum sit testamentum, quod à Regio Notario stipulatum non apparet, attenda hac *pragmatica sanctione* semper pro nullitate respondendum est, siue illud conditum sit à laico,*

6 siue à clerico, ratio est in promptu, quia non potest quis pro Notario publico rogari, nisi sit ille à Rege creatus, & sic cum persona Notarii Apostolici sit prorsus inhabilis ad publicas scripturas conficiendù, consequentè, qui institutus est hæres in testamento clerici, per Notarium non Regium scripto, siue stipulato, non poterit in foro seculari eo vtique nec pronis auribus audiendum, *pragmaticam* prædictam dispendere contra libertatem Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum, et successiue clericum non ligare, ad dicta per *DD. in d. cap. nouerit,* et in *auth. cassa, c. de Sacros. Eccles.* statutum; dicetur contra libertatem Ecclesiæ, quotiescunque clerici ea, quæ sunt sibi concessa à iure communi, facere impedirentur, vt per *Ant. de Butr. Felin. & Imol. in cap. Ecclesia Sancta Maria, extrà de constit.* etenim conclusio hæc de plano procedit in his, quæ Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis sunt maximi præiudicii, secus verò quando statutum esset parum, aut nihil præiudiciale, vt per *Federic. de Sen. conf. 155. Abb. in cap. 1. in princ. extrà de consuet. per tex. in c. cum omnes, extrà de consuet.* quod propriè consideratur in casu proposito, in quo nihil interest clerici, dum testamentum condere vult, quòd roget Notarium Apostolicum

8 potius, quam Tabellionem Regium; vterius, quando dicemus, adhuc in patrimonialibus clericos gaudere priuilegio, ordini clericali concessio, respondeas, hoc procedere in illis dumtaxat casibus, qui à iure expressi sunt, sic *Ant. de Butr. in cap. si diligenti, extrà de præscript. Abb. in d. c. Ecclesia Sancta Maria, DD. in c. cum ex eo, de elect. in 6. Roman. conf. 325. & alii,* sed sic est, quod nullibi iure cautum reperitur, vt clerici in Ditione Principis secularis commorantes, possint testamenta condere, sicque de bonis suis patrimonialibus quodam causas profanas disponere per manus Notariorum, siue Imperialium, siue Apostolicorum, ergò; Vltimò considerandum, quòd cum de validitate testamenti per clericum conditi, dum lis agitur inter laicos, necessariò coram Iudice seculari agendum sit, certè secundum leges fori erit iudicandum, sic enim videtur consensisse clericum testando, vt eius testamentum subiiciatur legibus fori, vbi causa agitanda est, ità *Abb. in cap. quòd clericus, de foro compet. & licet Imol. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria,* quem citat *Felin. ibidem* dixerit, valere testamētum clerici, vbi aliquem institueret, adhuc Statuti forma non seruata, quia eo clericus non ligatur,

tamen secundum Bald. in d. authent. cassa, C. de Sacros. Eccles. verior est opinio Bart. in l. cuiusmodi populos, C. de summ. Trin. quod nulla sit hæc dispositio, si laicus esset hæres institutus; quodque hoc verum sit, nè rerum iudicatarium deficiat autoritas, dico, sic in puncto S. C. determinasse apud Capyc. decis. 201. per totam.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum de iure civili septem requirit testes; de iure vero canonico requiruntur duo cum Parocho, sed quid si loco Parochi adhiberetur Testantis Confessarius, num. 2.
- 3 Tex. in cap. cum esses, de testament. loquitur de testamento profano, sequens autem in cap. relatum, de testamento ad pias causas.
- 4 Parochi præsentia an requiratur in testamento ad pias causas.
- 5 Testes an requirantur in testamento ad pias causas, & num. 7.
- 6 Scheda manu testatoris scripta, in qua continetur dispositio ad pias causas, an verificari possit per testes deponentes, habere manum notam.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum ad pias causas sollemniter cõditum dici possit, si loco Parochi adhiberetur Testantis Cõfessarius, & quid si constaret de voluntate disponētis ad pias causas per schedulam illius manu scriptam, & an ad illã verificandã sat sit, si testes deponãt, habere manũ notã.

C A P. CCXXIX.

1



Estamentum, quod de iure civili corã septẽ testibus confici debet, iuxta tex. in l. hac consultissima, C. de testam. validũ esse de iure canonico, si corã proprio Parocho, & duobus testibus suam postremam declarauerit testator voluntatem, cautum est

in cap. cum esses, extra de testam. idemq; si in locum Parochi duo alii adhiberentur testes, & sic corã quatuor exprimeretur voluntas, vt per Abb. in d. cap. cum esses, Gugliel. de Benedic. in cap. Raynuntius, in verb. testamentum, il. 1. num. 92. de testam. Iul. Clar. in S. testamentum, quæst. 57. num. 3. Boer. decis. 93. nu. 4. in fine, Cened. in collect. iur. canon. part. 2. collect. 159. nu. 2. & alios citrà controuersã.

2 Sed his diebus in facto dubitari contigit, an si in locum Parochi adhiberetur Testantis Sacerdos Confessarius, præcitata Decretali satisfactum censendum sit?

Et negatiuè per plura resoluit Philipp. Corne. cons. 77. num. 2. vers. nec oblat, quod aliter ex dictis testibus, lib. 1. eumquẽ citat Cardin. Tusch. præf. concl. lit. T. concl. 113. num. 3. communiter enim voluerunt Doctores, vt necessariò proprius Parochus interuenire debeat, nec alium Presbyterum illius supplere præsentiam, itã ait Petr. Magdal. tract. de num. test. par. 2. cap. 8. num. 5. Renat. Chopin. de sacr. forens. polit. lib. 3. tit. 1. nu. 13. Ferrer. in addition. ad Guid. Pap. decis. 543. in fine, & Borrell. aliis omissis in summ. decis. par. 3. tit. de testam. num. 208.

3 Hæc tamẽn omnia intellige in testamento profano; de illo enim loquitur tex. in cap. cum esses, secus in testamento ad pias causas; in eo enim procedit tex. sequens in cap. relatum, vbi duorum testium tantum

4 numerum statuit Summus Pontifex, nec aliter Parochi præsentiam requiri, vt originaliter voluit Specul. in tit. de instrum. edition. S. compendiosè, in verbo item per ius canonicum, Archid. in can. 1. 2. q. 3. & singulariter Roman. in auth. similiter, num. 95. vers. quamobrẽm verioreẽ esse puto, C. ad l. falcid. vbi à nu. 94. vsquẽ ad 96. optimè differit de intellectu, tam c. cum esses, quã c. relatum;

5 immò hodiẽ secundum magis communem opinionẽ, nec etiam testes requiruntur, vbi testamẽtum ad pias causas testatoris manu scriptum fuerit, sicquẽ bis per Rot. decisum habetur in decis. 124. nu. 2. par. 2. diuers. & 475. pœnès Buratt. in quibus etiam fuit

6 dictum, ad schedulam illam verificandã, sat esse, quod testes deponant habere notam manum eius, de cuius scriptura agitur, hanc eandem sententiam pro dispositionis validitate probant Thomas Valasc. alleg. 68. nu. 20. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 235. num. 26. & 27. Intrigl. sing. 98. nu. 6. vbi plures citat, Borrell. loco cit. nu. 252. nec dissentit Aluar. Valasc. decis. 67. num. 7. lib. 1. consult. & expressè firmarunt Tiraquel. de priuileg. p. a. caus. priuileg. 4. & Genuens. in

practi-

practicab. Eccles. quest. 660. in fine, vbi ex Corne. cons. 307. lib. 3. dicit, testes in testamento ad pias causas non requiri, si testatoris voluntas alio legitimo modo verè probaretur, quicquid in contrarium scripserit Maceratenf. var. resol. lib. 3. resol. 44. in 4. casu, vers. & licèt schedula, post alios, quos ipse allegat, & Mantie. de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. à nu. 9. & ità iuxta prædicta consilij pro validitate dispositionis quòdam Doctoris Didaci Melismeli Ciuitatis Messanz, qui sub die 7. Maij 1627. propria eius manu schedulam scripsit, & subscripsit, in qua declarauit, quòd vbi ab intestato mori contigisset, & absquè descendentes, bona sua conuerti deberent in fundatione Collegij, Nouitiatu, vel alterius Domus pro Religione Societatis Iesu, in eadè Ciuitate Messanz construendæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Testamentum scriptum per Notarium vasallum, in quo illius Baro est hæres institutus an de iure subsistat, & nu. 4. & 5.
- 2 Rex Ladislaus nullam fecit mentionem de scriptura testamenti in cap. Regni Non sine prudentis.
- 3 Testamentum an publicum dicatur instrumentum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an testamentum scriptum per Notarium vasallum, in quo illius Baro est hæres institutus, de iure subsistat, ad declarationem *tex. in Cap. Regni Non sine prudentis Regis Ladislai.*

C A P . CCXXX.



Testamentum scriptum per Notarium vasallum, in quo illius Baro est hæres institutus, dixi *lib. 1. cap. 280.* nullius roboris esse; nunc huic infertens cõclusioni addo, dicta per me non nullatenus aduc. sari decisioni not. supreuni Senatus, de qua verba facit *Thorus in compend. decij. part. 2. in verb. testamentum, vb. ad relationem Regij*

Consiliarii de Ocampo decisum testatur, validum fuisse testamentum conditum per Dominam Portiã de Castellis, in quo Dominus Fabritius Carafa eius vir hæres institutus erat, quàmuis scriptum per Notarium vasallum, etenim aliàs allegati decisionem hanc respondi Ego, fuisse illam, pace tanti Senatus, emanatam contra casum *Legis Regi* huius, conditæ per tunc Regem Serenissimum *Ladislaum*, nam quamuis *ibi* expressis verbis de testamento mentio facta non fuerit, attamen sub generalitate bene illud comprehenditur, dum sancitum extitit, nè Notarius vasallus conficiat instrumenta, scripturas, & contractus publicos, de quibus agitur de interesse Baronis, cumque testamentum publicum sit instrumentum, *l. 2. ff. quemadmodum testam. aperiuntur, l. Paulus respondit, ff. ad l. Cornel. de falsis, l. fin. C. eadem, l. si idem, C. de codicillis, Lucas de Ponna in l. mediterranea, num. 7. C. de annon. & tributis, lib. 10. Bartholom. de Capua in Constitutione Regni Consuetudinem, num. 3. Carauit in prægim. 1. §. 8. num. 21. de Senatusconsulto Macedon. aliique plures, & appellatione contractus veniat etiam testamentum, *l. eadem, ff. de duobus reis, l. unica, C. ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes, cap. cum a nobis, extra de testam. Afflict. satis bene decis. 260. nu. 6. ergò.**

4 Verum, vt mihi plenius satisfacerem, volui de his verba facere cum Domino Io. Bernardino de Castellis, viro natalibus, ac doctrina clarissimo, & inter primarios S. C. causarum patrono, qui in causa prædicta pro testamenti inualiditate doctissime; et copiosè scripsit, dixitque mihi, verantè esse decisionem per *Thorum* relata, qua mediante fuit declarata valida dispositio dictæ Dominæ Portiæ testatricis; sed cum demùm prolata sententiæ fuisset de nullitate dictum, quia contra casum legis, melius discusso articulo, iunctis Aulis decreto S. C. fuit prouisum, nullitates obstarè, & sic sententiæ prædictæ in gradu oppositarum nullitatũ fuit reuocata, & cum ab hoc decreto pro parte hæredum d. quond. Fabritii fuisset reclamatum, facta iterum relatione in Sacro Consilio per dignissimum Regium Consiliarium D. Aloysium Gamboa sub die 16. mensis Martij currentis anni 1649. articulo plenissimè discusso, fuit decretũ prædictũ confirmatũ, & per modũ legis condendæ, *Anna* prorsus reprobato determinatum, *cap. Ladislaus* in testamento procedere, tam quando Baro instituitur hæres, quàm cum ipse testamentum con-

dere

dere vellet, quam quidem decisionem habes in libro votorum, quò sit, vt dicamus, intellectus infirmitate elaborare *Doctorem illum*, qui de cetero in hoc Regno huic, quã tuemur sententiã contradiceret, cui antequam Ego essem in hoc Mundo, vltra *Dom. Regentem Tapiam*, Virum in nostra legali iuris prudentia consummatissimum, ac nõquam satis laudatum, quem reguli citato cap. 280. adhaeserunt insignis *Affl. in Const. In locis domany, num. 11. & Grammat. decis. 66. num. 51. vers. nec suffragari posset*, quibus nunc ex nouissimis Scribētibus addo *Gait. in tract. de credito, cap. 3. a num. 845. & in appendic. ad idem cap. nu. 27. cum seq. fol. 427. Galterium in praxi liquidat. instrum. rubr. in publica forma sumptum, nu. 20. fol. 23. in postrema impressione, & Tasson. ad pragmat. de antef. vers. 9. obser. 3. num. 28. fol. 431.*

S V M M A R I V M.

- 1 Terminus in iudicio reuocationis contractus alienationis rei feudalis an per Iudicem sit impartendus, & num. 3.
- 2 Iudex in omni causa terminum litigantibus ad eorum iura probanda concedere tenetur, & quid si tractatur de iuris articulo tantum, num. 5.
- 4 Assensus an possit per testes probari.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an terminus in iudicio reuocationis contractus rei feudalis virtute *Const. Regn. Constitutionem Diuæ memoriae*, reo instante, necessariò à Iudice impartendus sit, vel potiùs denegandus, actore denegari petente.

C A P. CCXXXI.



Terminus in iudicio reuocationis contractus rei feudalis ex vi *Constitutionis Regni Constitutionem Diuæ memoriae* an reo instante necessariò à Iudice impartendus sit, vel potiùs denegandus, actore denega-

ri petente? ratio dubitandi contra actore est, quia in omni causa Iudex terminum litigantibus ad eorum incumbentiã probandum concedere tenetur, sic in Regno nostro disponete *Ritu 69.* sed contrarium per *S. C. refert. decisum Reg. & Præs. de Curr. in suo diuersor. iur. feudal. par. 2. cap. 5. nu. 148.* & per hæc verba, *temporibus meis vidi dubitatum, si in hoc iudicio reuocationis proposito, altera Parte petente terminum, debeat sibi concedi, & fuit in causa Ill. Ducis Nuceriae cum Ill. Marchione Arena, in quo articulo dum facta fuisset longa discussio in Sacro Consilio, & res, & iudicium deductum ad paritatem votorum, datis adiunctis fuit decisum, procedendum esse ad expeditionem cause absq; termino, inter alios adiunctos Ego fui vnus, & optimè credo, quòd deciderit Sacrum Consilium, illa ratione, quia in hoc iudicio reus ad finem, vt obtineat, nihil aliud producere potest, nisi tantum, quòd assensus precesserit reuocationem, at verissima est opinio, quòd hodiè assensus non potest probari per testes, sed per scripturam, propter sollempnitates, quas requirit assensus, & paulò post dicemus, meritò probatio per testes non erat, nec poterat esse Parti proficua; hæc ille Vir doctissimus, & Feudista maximus, cuius sententiã ex iuris principiis comprobatur, nam supposito pro indubitato, iudiciũ hoc reuocationis nullam facti mixturam in se habere, sed tantum in eo non nisi de iuris articulo disputandum, consequens est dicere, vt nullo pacto terminus sit impartendus, hic est *tex. quem lib. 1. cap. 66. num. 6. diximus nonnullos ignorare in cap. sæpè, de appellat.**

S V M M A R I V M.

- 1 Titulus criminis, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis an sat sit ad tribuendam iurisdictionem Iudici, qui aliàs esset incompetens, & num. 3. 9. 10. & 11.
- 2 Pœna mortis est præscripta à iure pro homicidio.
- 4 Veritas rei, non titulus in criminibus coercendis est attendendus.
- 5 Banno emanato, vt omnes assassini extrahant, illi dumtaxat includuntur, qui per sententiam inculpati sunt.
- 6 Iudex laicus vt possit procedere contra clericum assassinum, quod nam requiratur.
- 7 Iudicia ad torturam an sat sint ad tribuendam iurisdictionem Iudici laico contra clericum in crimine assassinij.
- 8 Rubrica informationis nihil probat.
- 12 Verba decretorum S. C. interpositorum pro subditis nobilis Artis Seruici.

ARGUMENTVM.

Agitur, an titulus criminis, pro quo venit imponenda poena mortis naturalis, sit sit ad tribuendum iurisdictionem iudici, qui alias si non veniret imponenda poena mortis, esset incompetens.

C A P. CXXXII.



In titulos criminis, pro quo venit imponenda poena mortis naturalis, dubitatum, an sit ad tribuendam iurisdictionem iudici, qui alias si non veniret imponenda poena mortis, esset prolixus incompetens.

Contigit alias de hoc dubitari in Supremo Regni huius Senatu, in causa Consulari Nobilis Artis Serici, cum Regio Fisco Magnae Curiae, in qua cum quidam eiusdem artis subditus iniquitas de homicidio reperiretur, comparuerunt Consules, causa remissionem petentes, cui instantiae opponens se Fiscus, allegabat, Curiam artis Serici non esse competentem in coercendos subditos, nisi pro illis delictis, pro quibus non venit imponenda poena mortis. Cumque pro homicidio prescripta sit à iure poena mortis, l. i. & toto titulo, ff. ad l. Cornel. de Siciarijs, ergo, & quamuis de meritis causae adhuc non esset cognitum, an scilicet inquisitus verè reus esset mortis, dicebat Fiscus, fat esse ad excludendum Consulam à petita remissione, titulum homicidij, pro quo regulariter venit imponenda poena mortis.

Dixi, in hac controuersia, vt vnicuique, quod suum est, tribuatur. Supremo Iudicij partes esse, petite remissionis causam dilatare, sicque mandare, vt de his in calculo ferenda sententiae causae principalis homicidij ageretur, eo enim tempore si cognitis meritis causae, inquisitus mortis reus reperiretur, & remissio derogabitur, at si non nisi extraordinaria poena afficiendus veniret, & tunc esset omni iure remittendus, etenim satis iustitiae, ac aequitatis repugnans diceretur, si solus delicti titulus faceret ad

Consulatum remissione priuandum, quandoquidem explorati iuris est, in criminibus coercendis, non titulum, sed rei veritatem attendendam, sic est text. in l. famose, vers. hoc tamen etiam, ff. ad l. Iul. Maiest. Gramm. conf. l. num. 55. post decisiones impresso, ubi ex Bald. in l. i. num. 16. de hered. inst. docet, quod si lege aliqua pronuncietur, vt omnes Assassini, & Latrones à Ciuitate, vel Regno extractent, illi dumtaxat sub hoc Banno includerentur, qui vere de tanto scelere per sententiam, vel propriam confessionem in iudicio emanatam inculpantur, si demque dixerint communitè.

DD. in clerico assassino, contra quem, vt Index laicus procedere possit, necesse est, vt delicti qualitas, quae est eius iurisdictionis fundamentum, vere, & conuenienter sit probata, rationem assignat, quia non debet quis pro assassino haberi statim, quod de hoc scelere imputatur, sed postquam fuerit de tali delicto convictus, ita Io. And. Gemin. & omnes in cap. 1. de homicid. in 6. Cap. de decis. v. i. & in l. i. num. 5. Farin. de inquisit. cap. 7. num. 1. alijque sine oratore, quos refert, & sequitur Carol. de Grass. trakt. de effect. cler. effect. l. i. num. 7. quibus addo Batard. ad l. Iul. in prax. s. in qualib. 44. num. 58. & Mastrill. de indultu, cap. 29. num. 20. vers. secundo sicutum, id, quod adeo verum esse aliqui putant, vt in hoc delicto ad tribuendam iurisdictionem Iudicij laico, nec satis indicia ad torturam sufficientia, quae de re plura dixi lib. 1. cap. 51. à num. 6. ad finem. Hinc quoque propositum Mastrill. Siculus in terminis indultus generalis, quo semper exclusi fuerunt, qui prodigijs, & lassitudine mediante homicidia patrauerent, querens citato cap. 29. num. 19. an vt tanto beneficio quis indignus sit, fat esse, vt ex facie ipsius accusationis delictum probaretur, & negatiue respondit, rationibus, & Doct. tribus, vt per eum, & demum nu. 20. ad id, rubricam informationis nihil disponere, nec probare, si in ipsa informatione non intènitur id, quod in ea rubrica indicatur, & indiuidualiter, quod solus reus non faciat, quem esse reum, probatur in l. quod ad statum, ff. de panis, quam citat Praef. de Franch. de d. 330. in fin. vbi Viscont. in addit. & Mastrill. loc. cit. quos satis ad rem nostram refert, & sequitur Reg. Rouit. in prag. l. num. 4. de custodia reorum, quo loci in hac aurea verba prorumpit. Quod male aduertunt Iudices nostri temporis, qui ad solam tituli ostensionem procedunt ad carcerationem, & quando pro il-

lorum excarceratione sub fideiussoribus inflatur, allegando innocentiam carcerati, & deficientiam probationum, illud tantum replicat, quod scilicet obstat titulus: non enim titulus delicti attenditur, sed veritas rei in criminibus, ut est textus ad litteram in d. l. famosi, vers. hoc tamen crimen, ff. ad l. Iul. Maiest. sed hoc faciunt fortasse confisi, quod Iudex si non carceret aliquem iniuste, & contra ordinem, non propterea tenetur ad damna, expensas, & emendas, nisi carcerauerit ad vindictam, vel ob aliam fraudis suspicionem, ut docet Petr. Cabal, resol. crim. cap. 86. sed aeterni Iudicis Tribunal nescio, quomodo euitabunt, cum ex indebitis incarcerationibus multoties sequuntur mortes, & alia damna irreparabilia. Hæc ille: etenim in casu, de quo agimus, qualitas delicti, scilicet homicidij, quæ regulariter secum affert pœnam mortis naturalis, est illa, quæ M. C. iurisdictionem tribuit; vnde si daretur casus, ut hæc pœna non subintraret, quia inquisitus pœna mortis puniri non posset, certè propter deficientiam qualitatis, quæ est fundamentum iurisdictionis Mag. C. deficeret insimul ipsa iurisdictione, & consequenter in præiudicium Consulatus, qui ex privilegio, & decretis S. Cons. pro illius obseruantia emanatis est Iudex competens in cognoscendo subditos de omnibus delictis, pro quibus non venit imponenda pœna mortis, Mag. Cur. ipsa uti carens iurisdictione procedere non posset.

9 Quò fit ut dicamus, omni iure à Supremo Senatu decidendum, quòd suspenso decreto Mag. Cur. à qua fuit remissio denegata; eadem Mag. Cur. in expeditione causæ principalis, Fisco, & Consulibus auditis provideat de iustitia super remissione petita; illud enim erit tempus opportunum, ad de his differendum, quandoquidem pronunc, nullo pacto dici potest, inquisitum, pro cuius remissione instant Consules, pœna mortis omnino puniendum, quæ quidè pœna Mag. Cur. iurisdictionem tribuit, ex quo in calculo ferenda sententiæ exceptionem talem habere posset, ut capitalem pœnam euadat, prout satis benè in his terminis loquitur Prosper Carax. (licet in casu suo aliud sentiat, & merito) in prag. 1. num. 138. de exulib. sub illis verbis. Secundò quia ille, qui inquiritur de homicidio, & allegationem, exceptionemquè aliquam habet, nè pœna mortis puniatur, non potest dici commississe delictum, pro quo pœna mortis mereatur, etc.

11 Et in terminis terminantibus, nè individuali autoritate careamus, dico, sic pro Curia Artis Serici respondisse Cõsiliatum

Augustinum Carauit. in adnotation. ad citatã l. quod ad statum, de pœnis, & per hæc notabilia verba. Item posset inferri, quòd Curia Artis Serici, quæ habet priuilegium cognoscendi de quibuscunq. criminibus, præterquã ubi venit imponenda pœna mortis, posset cognoscere de illis delictis, quæ licet respectu tituli punirentur pœna mortis, respectu verò finis, non, etc. verba autem decretorum Sacri Cõsiliij, pro obseruantia priuilegij interpositotum, sunt hæc.

12 In causa honorabilium Consulatum Artis Serici Ciuitatis Neapol. cum Regio Fisco, & Magna Curia Vicaria super petita remissione causarum criminalium ad eosdem Consules.

Visis Priuilegijs, Capitulis, & Decretis per ipsos Consules in Sacro Regio Consilio exhibitis, auditisque in eodem Sacro Consilio dictis Consulibus, ac Procuratoribus, & Aduocatis ipsorum, nec non Maiestatis Iudicibus Mag. Cur. Vicaria, & Regij Fisci Aduocato, prouisu, & decretum est per idem Sacrum Consiliũ, quòd decretum olim interpositum per aliud Cõsiliũ tempore Serenissimi Regis Federici, cuius tenor talis est, videlicet. (Die XI. mensis Februarij 1501. Neapol. in causa Regij Fisci cum Consulibus Artis Serici Ciuitatis Neapol. super petita remissione causarum criminalium, spectantium ad dictam Curiam Artis Serici, & alijs, ut in actis latius continetur, auditis in Sacro Regio Consilio Maiestatis Regente Mag. Cur. Vicarij, & Berardino de Marchisis Iudice dictæ Curie Artis Serici, ac visis Regijs litteris, decretum est per dictum Sacrum Consiliũ, quòd omnes causæ criminales, de quibus venit imponenda aliqua pœna, præter pœnam mortis naturalis, remittantur ad dictam Curiam Artis Serici. Vbi verò venit imponenda pœna mortis naturalis consultetur Regia Maiestas, ut inde prouideri possit, hoc suum, dicto Sac. Cons. super prædictis solemniter interponente decretum) seruetur, & seruari debeat, iuxta ipsius præinserti decreti seriem, & tenorem, hoc suum, &c.

Letum latum, & publicatum est in eodem Sacro Consilio Neapol. 27. Septembris 1507. Angelus Secretarius.

Hæc breuiter occurrunt.



S V M M A R I V M.

- 1 Transactio an lationis prætenu rescindi possit, & num. 6. & quid si enormissima se offerret latio, nu. 7 & 8.
- 2 Transactio equiparatur rei iudicatae.
- 3 Error calculi semper allegari potest, nisi super illo fuerit transactum.
- 4 Transactio sub prætenu instrumentorum de nouo reparatorum rescindi prohibetur.
- 5 Transactio vt rescindi non possit, sat est, quod lis fuerit.
- 9 Latio quomodo dignosci possit, quod intoruerit in contractu transactionis, & nu. 10.
- 11 Probandum quid sit, quado transactio rescindi petitur prætenu enormissima lationis.
- 12 Transactio inita inter heredem, & legatarium an rescindi possit, lationis prætenu, ex quo cõpertum fuit, as alienum excedere valorem hereditatis, & nu. 15.
- 13 Hares obligans se nomine proprio, ac insimul renuocians beneficio discussionis inuentarij, semper ultra vires patrimonij tenebitur, & num. 14.
- 16 Filiusfamilias an per assequutionem dignitatis Principatus, Ducatus, Marchionatus, &c. à patria potestate liberetur.
- 17 Exceptio S. C. Macedoniani cessat vbi filiusfamilias patre mortuo agnauerit debitum, tempore, qua vivebat sub patria potestate contractum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an, & quando transactio lationis prætenu rescindatur, & quomodo dignosci possit, lationem in transactionis contractu interuenisse. Transactio inita inter heredem, & legatariũ nũm lationis prætenu rescindi possit, si allegetur, & probetur, scluto ære alieno, nil in hæreditare remanere, vt legataris satisfieri possit. Filiusfamilias an per assequutionem dignitatis Principatus, Duca-

tus, &c. à patria patria potestate liberetur, & de alijs notabilibus ad materiã pertinentibus.

C A P. CCXXXIII.



- Transactio, vt nullo pacto enormis lationis prætenu rescindi possit, magis communiter asfirmasse DD non dubitamus; etenim inducta fuit illa, causa litium finienda rum, probat *tex. in l. fratris, C. de transact. glo. in l. prima, in principio, ff. de iur. iur.* vnde inita transactione, pœnitentiæ amplius locum non esse, statuitur in *l. quamuis 39. C. de trans. & per hæc verba, quamuis eum, qui pactus est, statim pœniteat, transactio tamen rescindi, & lis instaurari non potest, & qui sibi scastit infra certum tempus licere à transactione recedere, falsum asseuerant. Hinc Paulus 1. C. tanti ponderis transactionem existimauit, vt rei iudicatę cõparauerit in *l. 2. ff. de iur. iur.* idemquẽ verbis aureo caractere dignis statuerunt Imperatores. in *l. non minorem, C. de transact.* sic sancientes, non minorem auctoritatem transactionem, quam verum iudicatarum esse, recta ratione placuit, siquidem nihil itã fidei congruit humana, quã ea, quæ placuerunt custodire, & c. idemquẽ in *l. unica, C. de error. calc.* vbi decernerunt, calculi errorem semper allegari posse, nisi super illo fuerit iudicatum, vel transactum, & in *l. sub prætenu, C. eod.* adeo inuolabilem traditionem fore habendam, decreuerunt, vt non possit illa rescindi sub prætenu instrumentorum de nouo reparatorũ, itã vt si Ego decem tibi debens ex instrumẽto, quod est deperditum, ad illa soluenda sim conuentus, & me non debere excipiens, transegi mus pro quinque, reperto demũm instrumẽto; ex quo illa decem deberi plenariẽ conset, transactio inita non rescinditur, & tamen instrumentum certam lationẽ ostẽdit, & *Scuola Iureconsultus* strictius hac in re procedens, statuit in *l. Lucius 78. S. fin. ff. ad S. C. Treb.* quod si hares à fideicommissario ad fidem seruãdam conuentus dixerit, in hereditate quid minimum reperisse, cũ magna quantitas in bonis fuisset, illudquẽ, quod dixit, repertum, restituerit, transactione inita super illo pluri prætenu, nullatenus eam rescindi posse respondet, sub pr-*

textu, quod apparuit demum quadruplo
5 amplius in hereditate remansisse; sat enim
est, ut rescindi non possit transactio, quod
lis fuerit, ita ut si quod per transactionem
solutum est, verè non debeatur, non repe-
6 ritur, scripsit Paulus in l. in summa 65. ff. de
cond. in deb. quibus sanè iuribus attentis, ut
nullo pacto rescindi possit transactio læ-
sionis pretextu, iuris Interpretes magis cõ-
munitèr docuerunt, tam in Commentarijs,
& Tractatibus, quam in Consilijs, & Decisio-
nibus, siquidem

In Commentarijs

Glof. fin. in l. Lucius, §. ultimo, ff. ad S. C.
Trebell.
Alberic. ibidem.
Glof. in cap. cum causa, in verbo restitueret,
ext. de empt. & vend.
Anchar. ibidem, num. 7. per totum.
Innoc. ibidem, vers. in transactiõne.
Barbat. ibidem, num. 4.
Cyn. in l. 2. num. 16. C. de rescind. vendit.
Iacob. de Aren. ibidem.
Bald. ibidem, in 8. oppositiõne, vbi dicit,
Bart. sententiam in contrariu esse er-
roneam, & quandam truffam.
Salyc. ibidem, num. 6. & 7.
Alex. in l. si quis cum aliter 36. num. 8. 9.
10. & 11. ff. de verb. oblig.
Aret. ibidem, num. 6. vers. vnde standum est
regule.
Zaf. ibidem, num. 20. vers. contrariam opi-
nionem, & num. 15. vers. sic existis.
Angel. in l. in summa, n. 2. ff. de cond. in deb.
Imol. in d. l. Lucius, §. fin. in finalibus ver-
bis, ff. ad Trebell.
Alciat. eleganter in l. quamuis 39. à nu. 5.
ad finem, C. de transact.
Padill. in l. 2. num. 23. C. de rescind. vendit.

In Tractatibus

Specul. in tit. de rescind. vendit. nu. 14. vers.
quid de transactiõne.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 24. gl. vnica,
num. 4. fol. mihi 416.
Gomez ad regul. Cancell. de annal. possess.
quæst. 2. num. 4.
Cott. in memorat. in verb. venditor.
Andr. Gayll. pract. obser. lib. 2. obser. 70.
Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 8. dub.
9. err. 10. tom. 1.
Franc. Barry de success. testat. & intestat.
lib. 16. tit. 10. per totum.
Ioseph Mascard. in tract. de prob. tom. 1.
concl. 610. num. 42.
Anton. Merend. omninò videndus cõtro-

vers. iur. lib. 6. c. 2. per tot. vbi strenuè hanc
nostram, quam tuemur, defendit sententiã,
subdens in fine hæc aurca verba, quæ his tẽ-
poribus, & in hac Ciuitate satis vrgent. *Ideo
non est dubitandum, quin prudentes, & docti
Iudices sint sequuturi eam sententiam, quæ ve-
rior est, & Reipublicæ vtilior, cum præter in-
gentem nostrorum Interpretum numerum, tan-
torum Principum iudicio firmetur, neglecta
specie quadam aqutatis, quæ ad implendas cru-
menas Aduocatorum magis, quàm ad rescissio-
nem transactionum iniustarum impetranda
idonea est.*

In Consilijs

Curt. sen. cons. 65.
Alex. cons. 42. num. 11. lib. 1.
Socin. iun. cons. 32. à num. 15. & 16. lib. 3.
Bero. cons. 176. num. 25. lib. 1.
Ruin. cons. 132. num. 3. lib. 1.
Alciat. cons. 124. n. 3. & 89. nu. 4.
Rom. cons. 42. num. 56.
Roland. cons. 28. n. 25. lib. 4.
Parif. cons. 96. num. 61. lib. 1.
Mandel. de Alba cons. 11. num. 22.
Marc. Ant. Eugen. cons. 64. n. 8. lib. 1.
Mench. cons. 401. num. 157. lib. 5.
Surd. cons. 451. num. 9.
Alex. Trenacinq. cons. 71. n. 2. lib. 2.
Paul. Staiban. cons. 42. num. 17.
Valenzuel. cons. 175. num. 24. & 34. lib. 2.

In Decisionibus

Affict. noster decis. 220. vbi pro hac opi-
nionè per Sacrum Conf. decisum testatur.
Grammat. dec. 66. nu. 20. vers. item quia
transactio, & num. 63. vers. item & secundo, &
num. 66. vers. & maximè dum sumus.
Seraphin. decis. 638.
Vincent. de Franch. decis. 159. num. 7.
Franc. Viu. decis. 429. num. 4. & 9.
Ioan. Bapt. Larrea decis. Granaten. 68. vbi
adeò doctè, copiosè, & eleganter in hoc ar-
ticulo scripsit, negans funditùs, posse tran-
sactionem rescindi, nedum quando enor-
mis contigit læsio, sed etiam si enormissi-
ma contingeret, ut aliud pro rei veritate de-
siderari non possit: fundat enim multipli-
ci ratione, grauissimorumq; Iurisconsulto-
rũ authoritate, nullo pacto posse dari casũ,
quando alterius ex litigantibus iura dubia
sunt, posse certam, & manifestam ostendi
læsionem, sicquè ex Ant. Fab. cit. decad. 8.
error. 10. tradit, se omninasse Bartolum, cum
dixerit, posse dubium litis euentum certò
existimari, illiusq; sententiã truffã appellasse
Schifordegherium lib. 2. tract. 25. q. 2. ad fin.

Est tamen verum, quod quādo enormiffima se offerret lēfio, nō defunt DD. & grauiiffimi, qui contrarium responderunt, nimirum eo casu transactionem fore rescindendam, ex quo in illa dolus praesumitur, & praeter ceteris ex recentioribus hi sunt

Andr. Gayll. *pract. obseru. lib. 2. obseru. 70. num. 1. & 16.* vbi tamen aduertit, dummodo clare de lēfione illa enormiffima doceatur.

Molin. de *Hispan. primog. lib. 4. c. 9. no. 36.*

Equagrios *comm. contra comm. q. 71.*

Joseph Ludouic. *decis. Perus. 18.*

Io. Vincent. de Anna *alleg. 9. & singul. 553.* vbi Fil. us plenē addens.

Ioan. Gutierrez *pract. quaest. lib. 2. quaest. 141. num. 4.*

Addentes ad *Molin. loc. cit. a nu. 34. vsq; ad 37.* vbi dicunt, quod quamuis placquam nouissimum sit, vt ex sola lēfione vtra dimidia transactio rescindi non possit, e contra verò, quando enormiffima cōtineret, cum lēfio hōc enormiffima in magno excessu vltra dimidiam esse debeat, vt probat *Joseph Ludouicus decis. sup. cit. num. 62.*

Et vt intelligatur iste magnus excessus, magis communiter dixerunt DD. vt duplo, vel triplo vltra dimidiam debeat doceri, esse deceptum, qui se enormiffimē lēsum allegat, ita

Capyc. *decis. 159. num. 24.*

Greg. Lopez in *l. 56. tit. 5. in verba mayor de catorze años, par. 5.*

Molina *cit. lib. 4. cap. 9. num. 36.*

Hieron. Grat. *conf. 88. num. 3.*

Parlador in *se sequent. different. iur. diff. 114. in fine.*

Escobar de *variis comput. 6. nu. 12.* omnino videndus.

Ludouic. Peguer. *decis. 202. num. 6.*

Ioan. Griuelli *decis. 80. num. 1.*

At quomodo lēfio hōc in contractu rra-
sactionis dignosci possit, est omnino viden-
dum, nam si versaremur in contractu em-
ptionis, & venditionis, facili esset cogni-
tio, diceretur enim enormiffimē lēsus van-
ditor, si rem triginta ualentem pro raius
decem vendidisset, uel si emptor pro re ua-
lente decem triginta venditori solmisset; in
transactione uerò, ut dignosci possit, quan-
do alter ex transigentibus est enormiter,
uel enormiffimē lēsus, erit bene aduertē-
dum, lēfionem nullo modo cōsiderari pos-
se circa ualorem rei, super qua transigitur,
& in hoc nemo discrepat, cum cōmuniter
receptum sit, remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* omnino fore denegandum, si alter ex

transigentibus lēdatur ultra duplum rei,
de qua contenditur, adhuc si lēsus probare
posset, suam causam iustam fuisse, ita ut se-
cundum iuris sanctiones obtinere debuif-
set, se se confideratur autem lēfio enormis, seu
enormiffima, habito respectu ad dubium
eventum litis, seu causae, super qua transig-
tur, vt g. attenta lēfione enormiffima si ar-
sifigens pro instituta actione acciperet de-
cem, cum experti homines pro iure, seu
actione illa cōmuniter darent triginta,
uel e conuerso, si transigens daret triginta,
cum cōmuniter pro iure aduersarii non
nisi decem dedissent, & attenta lēfione
enormi, si transigens acciperet minus di-
midia parte eius quantitatis, uel experti
homines pro iure, & causa illius cōmu-
niter darent, uel e conuerso si transigens da-
ret plus dimidia eius quantitatis, quae com-
muniter pro iure aduersarii darent, ita sa-
ne scripserunt DD. uox allegandi, qui om-
nes unanimes consensu admonent, in hac
enormi, uel enormiffima lēfione probanda
causarum Patronus tantos esse debere, vt
ponant, & probent praetensam lēfionem
respectu iuris, & actionis, sicque articula-
re, quod homines experti, & de negotij
qualitate certiorati cōmuniter pro tali
iure, & causa darent triginta, actorem uerò
accepisse decem, uel e conuerso, reum de-
disse triginta, cum cōmuniter iuri experti,
& certiorati pro tali instituta actione, &
causa non nisi decem darent, uideatur

Bart. in *l. Lucius 78. §. fin. num. 3. ff. ad S. C. Trebell.*

Angel. *ibidem, num. 2.*

Aretin. in *l. si quis cum aliter, circa finem, l. 2. §. ff. de verb. obligat.*

Ioan. de Imol. in *d. §. fin. l. Lucius.*

Cagnol. omnino videndus in *l. 2. nu. 78. vers. in primis autem, C. de rescind. vend.*

Corne. *conf. 61. nu. 10. lib. 3.*

Purpurat. *conf. 223. nu. 3. lib. 1.*

Petr. Bim. *conf. 193. nu. 25.*

Nett. *conf. 144. nu. 10. lib. 1.*

Peguer. *decis. 207. nu. 7.*

Amus Pintel. in *commentar. ad cit. l. 2. p. 1. cap. 4. nu. 12. & 16.*

Molin. *cit. lib. 4. de Hispanorum primogen. cap. 9. nu. 34. & seq.*

Rozanet. de *pass. nuptial. class. 4. gl. 9. par. 5. a nu. 207.*

Franciscus Anton. Costa *conf. 29. nu. 16.*

Admissa autem, citra ueritatis praedi-
cium, hac opinione, nimirum, ut praetextu
enormiffimae lēfionis rescindi possit tran-
sactio, in una facti contingencia dubitaba-

tur, an esset rescindenda transactio inita inter cuiusdam defuncti hæredem, & legatarium, cui cum post diuturnam litem super legati nullitate habitam, esset in uim transactionis certa pecuniarum quantitas promissa, cum renuntiatione ex parte hæredis discussionis inuentarii, ac decreti generalis, per modum legis condendæ interpositi, quod nos dicimus, quatuor Aularum, ad illius solutionem euitandam allegabat hæres, fuisse in ea promissione enormissimè læsum, ex quo discussio demum viribus hæreditatis ob ingens æs alienum, quod in ea compertum fuit, nil remanebat, ut quod in transactione inita promissum extiterat, solui potuisset.

13 Consultus Ego de hoc, pro legatario audacter respondi, ea adductus ratione, cum læsionis termini nullatenus applicari possent, etenim obligauerat se hæres, uti extraneus, quantitatem in transactione contentam soluere promittens, etiam ultra vires hæreditarias, renunciando beneficio discussionis inuentarii, ac decreto S. C. iunctis quatuor Aulis interposito, certioratus prius ab eius iuris Peritis de importanciam dicti decreti, & beneficii inuentarii, ac de effectibus renuntiationum illarum, ex quibus ab omni dubio procul dicebam læsionis terminos esse valde remotos, siue impertinentes, nec aliter illos ad causam subintrare, sed bene iuris illam conclusionem, quæ contradictorem non habet, nimirum, quod quoties hæres nomine proprio, uti extraneus cum renuntiatione beneficii inuentarii se obligat, semper ultra vires patrimonij tenebitur, & sic de proprio soluere, probant hoc, & satis bene

Filipp. Corne. omnino videndus *conf. 31. in tra. num. 11. vers. quod & clarius, cum duobus sequentibus, lib. 3.*

Ioan. Cephal. *conf. 327. num. 18. & 20. I. Gozad. conf. 69. num. 20.*

Ioan. de Nebizan. *conf. 91. num. 18.*

Roland. & Vall. *conf. 13. num. 11. lib. 1. & in tract. de dote, quest. 42. n. 14.*

Crauet. *conf. 290. num. 5.*

Sebast. Monticul. *tract. de inuent. q. 232. num. 39. diuersorum.*

Paul. Gallerat. *de renunciat. cent. 1. renunc. 91. per totum num. 3.*

14 Id, quod in Regno nostro particulari sanctione cautum habemus, nam cum magna inter DD. esset controuersia, an hæres cum beneficio legis, & inuentarii creditoribus hæreditariis, & legatariis proprio nomine, & insolidum obligatus, absque tamen re-

nuntiatione dicti beneficii, conuentus demum ab illis, possit discussionis inuentarii exceptionem opponere, ita, ut ex *Doctorum* conflictu apud nos contrariæ subortæ essent decisiones, ut videre est apud *Minadoiū decis. 25. Vrsill. ad Affl. decis. 399. num. 6. Vincent. de Franch. decis. 323. & 648. Scipionem Rouit. in pragm. odia, num. 47. de arbitr. & Filipp. Pascal. de vir. pat. potest. par. I. c. 2. nu. 77.* ad hanc controuersiam tollendam in anno 1623. Sacrum Consilium iunctis classibus, Præside magno illo viro Hispano Domino *Regente Valenzuela*, Episcopo demum *Salmanticense* generali lege decreuit, posse hæredem, quamuis proprio nomine, & insolidum obligatum, & sub quibusuis alijs clausulis ad contractus obseruantiam conuentum, discussionis inuentarii exceptionem opponere, excepto tamen, si specialis renuntiatione huius beneficii se offerret, ac promissio soluendi ultra vires hæreditarias, cuius determinationis verba per modum legis condendæ prolata, sunt hæc.

Super dubio exorto in Sacro Regio Consilio an hæres cum beneficio legis, & inuentarii obligans se pro debito defuncti proprio, priuato, & principali nomine, & sub quibusuis clausulis, absque tamen expressa renuntiatione beneficii inuentarii, teneatur ultra vires hæreditarias soluere, & rescicere de sua propria pecunia.

Die 16 Martij 1623. Neapoli.

Congregato S. C. ordine Spectabilis Io. Baptista Valenzuela Velazquez Regij Collateralis Consiliarij, Regentis Regiam Cancellariam, & officium Præsidis S. C. vicequæ Prothonotarij pro decidendo dubio prædicto, interuenientibus præfato Spectabili Præsidi, una cum infra scriptis Regijs Consiliarijs prouisum est, atque decretum, hæredem cum beneficio legis, & inuentarii obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, principali nomine, & insolidum, & sub quibusuis alijs clausulis non teneri ultra vires hæreditarias (nisi expressa, & specialis renuntiatione beneficii inuentarii prædicti interueniat, & obligatio satisfaciendi etiam ultra vires hæreditarias) Verum facta discussione inuentarij, exequutio fiat etiam in bonis proprijs, & de persona, quatenus ad eum perueniat de bonis hæreditarijs. hoc suum, &c. Valenzuela Reg. Regiam Cancellariam, & officium Præsidis S. C. Iacobus de Franchis, Pyrrus Pagauns, Pomponius Saluus, Villalobos, Salinas, Patiño, Io. Baptista Melior, Ferdinandus Bracia, Scipio Rouitus, Io. Franciscus Sáfelicius, Octauius de Piccolellis, Camillus de Perio, Franciscus Antonius de Mercatis Secret.

15 Ex quibus bene, ni fallor, ipse dicebam, & vnâ mecum viri præstantissimi, nullo pacto hæredem sic obligatum fore audiendum, eo sub prætextu, quod in transactione cum legatario inita læsus ille extiterat, nedum enormissimè, sed in totum, cum in hæreditate nihil remaneret; vt promissa pecunia exolui potuisset, imputandum namq; erat ei, cur antequàm fidem suam adstringeret, partitionis vires non agnosceret?

16 Nec pariter pronis auribus à Iudicibus hæredem hunc audiendum vltèrius Ego contendebam, ex eo, quod obligationis tẽpore erat hic filiusfamilias, sicquẽ directò, vt eius Aduocati dicebant, obligationi factæ aduersari nimis vulgarem dispositionem *Pragmatica Sanctionis Per Excellentem*, sub tit. de S.C. Maced. etenim erat iste Marchionatus dignitate decoratus, sicq; à patria potestate liber, ac successiue, vt sui iuris poterat publicè contrahere, nam quod titulo aliquo insignitus ob Regalem, quam assequitur dignitatem, à patria potestate liberetur, ex *tex. in §. in summa, Inst. quib. mod. ius pat. potest. soluit. sine contradictore probant*

D. Garzias Mastrill. in *tract. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 219.*

D. Episc. Ricc. in *collect. dec. par. 9. collect. 3898. in fine.*

Io. Bapt. de Thor. in *supplem. compend. decis. in verb. filiusfamilias.*

Io. Maria Nouar *decis. 244.* quo loci indiuidualitèr dicit, Comites, Marchiones, Duces, & Principes, quamuis partes illi habeant, ualidè obligari posse, tanquàm à patria potestate liberatos, & successiue Macedoniani exceptione iuari non posse, sicquẽ subdit de anno 1634. per nostram M. Curiam iudicatum, dum pro ualida habuit obligationem factam à quodam Titulato filiofamilias, quicquid ex aduerso, attentâ dispositione *Pragmatica Per Excellentem* contrarium prætenderetur.

17 Præterea ex alio cessabat prorsus oppositio hæc, quæ fiebat circa nullitatem obligationis, uti factæ à filiofamilias, ex quo in facto constabat, hunc filium Marchionis auunculi sui hæredem post patris mortem interuersurium promissæ quantitatis legatario exoluissè, quocirca dicebamus (estò millies, quod obligatio prædicta tempore patriæ potestatis facta esset, quia, ea soluta hæres iste debitum agnouerat, sic promissæ sortis usuras soluens) Senatus Cõsulti Macedoniani beneficium omninò filere, probant conclusionem hanc nimis vulga-

ta iura, nimirum *l. sed Iulianus, §. fin. in fine, ff. ad S. C. Maced. ibi, si paterfamilias factus partem soluit debiti, cessabit Senat. Conf. c. l. 2. C. ad Sen. Conf. Maced. ibi, vel sua potestatis constitutus nonatione facta fidem suam obligauerit, vel aliàs agnouit debitum, non esse locum decreto amplissimi ordinis, rationis est.*

Glos. in ead. *l. 2. in verb. agnouit, ibi, soluendo partem debiti, vel usuras.*

Ant. Faber in *rational. ad l. sed Iulianus, §. fin. & ad l. fin. ff. ad S. C. Maced.*

Ioan. Griuel. *decis. 14. num. 21. & 62.* ubi loquitur in terminis statuti, quod est simile nostro.

Anton. Gomez. *var. resolut. tit. de contract. mut. tom. 2. c. 6. in 7. limit. vers. vel si ipse filius.*

Io. Baptista Feazon. ad *Statutum Urbis* 152. num. 86.

Prosper Farinac. in *reperor. de contract. 9. 44. num. 53.*

Carol. de Grass. in *tract. de except. in except. 27. num. 14.*

Et ex Nostratibus.

Prosp. Carau. in *d. prag. Per Excellentem, §. 11. n. 25. vers. bene tamen verum est.*

Pater Molfes. *conf. 42. in fine.*

Thor. *vol. 44. num. 101.*

Montan. *controuers. 38.*

D. Reg. Merlinus *controuers. cent. 1. cap. 39. num. 42. & latius cap. 53. cent. 2. in quibus locis adeò late, & doctè nostram tæctur sententiam, vt scriptis per eum nequẽ*

aliquid addi, nequẽ diminui possit. Vnde, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Transactionem rescindi petens an ad acceptorum restitutionem teneatur, & nu. 2.
- 3 Text. in l. si diuersa, C. de transact. ponderatur.
- 4 Decisiones S. C. ad questionem afferuntur.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an transactionem ex aliqua causa rescindi petens, teneatur, priusquàm ad vltèriora in causa procedatur, id, quod transactionis nomine

accepit, restituere, vbi geminæ decisiones S. C. ad intelligentiam *text. in l. si diuersa, C. de transact.*

C A P. CCXXXIV.



Transactio, cum ab altero ex transigentibus aliqua de causa rescindi petitur, in dies apud nos dubitari contingit, an si persona, quæ pro rescissione instat, aliquid transac-

tionis nomine receperit, antè omnia acceptum restituere cogatur?

- 1 In hoc articulo breuiter, ac resolutiue procedendo, semper Ego partem amplexus sui negatiuam, ea quidem motu ratione, cum nulla lege cautum esse inueniui, ad id transactionem rescindi petentem, teneri, nam quæuis qui contrariam insequuti sunt sententiam, signanter ex nostratibus *Affl. & Gramm. relati à Domino Reg. Capyc. Latio decis. 149. lib. 2. ad eorum dicta*
- 3 fundandum allegent *text. in l. si diuersa, C. de transact.* monui tamèn Ego, nullibi iteo *textu* hoc probari, cum ex illius litera clarè constet, dispositionem illam procedere, quando omnes transigentes pro transactionis rescissione conueniunt; ibi *et in hoc desideras, vt aduertunt communiter, signanter Iaf. ibidem, alijque relati per Barbof. in collect. ad huc textum. Hinc merito Io. Vinc. de Anna sing. 540. in causa Ill. Marchionis Mesuræ conuenti ab Octauiano Piscicello, opposita hac exceptione restitutionis acceptorum, per S. C. decisum fuisse testatur, esse ad vltiora in causa procedendum, nulla facta acceptorum restitutione: quòdque pro hac parte in S. C. inducta sit iudicandi consuetudo, affirmat *Cons. de Georg. alleg. 34. in fine, quo loci bene loquitur, idemque tam per M. C. quam in gradu appellationis semel, atque iterum per S. C.**
- 4 indicatum habemus in causa Portia de Ayello cum Octauio Antoghietto penès Carbonum Actorum Magistrum, quicquid in contrarium suo tempore decisum affirmet *Affl. decis. 220. n. 4. & post eum Gramm. decis. 66. num. 22.* vnde cum his diebus de hoc dubitari contigisset in causa rescissionis transactionis petitæ pro parte Doctoris Marci de Sancto Antonio, cuius partes ipse tuebar, contra Sacrum Hospitale In-

curabilium huius Ciuitatis, uti heredem quondam Doctoris Ocauij Giraldi Casalis Iuliani, opposita pro parte dicti Hospitalis exceptione restitutionis acceptorū, discussis omnibus de iure discutendis, plenissimèque Partibus auditis, facta relatione in S. C. per nobilissimam, ac prestantissimū Regium Cōsiliarium Dominū Antonium Miroballum, fuit decisum, fore procedendam ad vltiora in causa, acceptorum restitutione per Sacrum Hospitale petita ad merita causæ referuata, idque sub die 27. mensis Iunij proximi præteriti instantis anni 1648. sic confirmato decreto per eūdem Dominū Regiū Cōsiliarium domi lato sub die 26. mensis Octob. 1645. penès Vincentium Lombardum S. C. actorum Magistrum, quicquid in contrarium pro Sacro Hospitale doctè satis, & elegantè, prout de more allegasset doctissimus causarum patronus, & inter primarios S. C. Dominus *Franciscus Maria Pratus*, prout videre est in *secunda parte suarum doctissimarum discept. forens. cap. 40.*

S V M M A R I V M.

- 1 Tutor litigans nomine sui pupilli an debeat deponere vti principalis super positionibus à reo presentatis, & num. 4. & quid in Abbatissa, num. 2.
- 3 Deposito Principalis an possit peti de iure post conclusum in causa, & num. 5. & quid seruetur in Regno.
- 6 Iudex an possit post conclusum testes examinare.
- 7 Verba sola veritate inspecta quid importent.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an tutor litigans nomine sui pupilli, reo instante teneatur deponere vti principalis super positionibus in actis presentatis, & an hæc depositio possit peti vsquè, & post conclusum in causa, vbi singularis observatio D. *Ioannis Angeli Pisanelli.*

C A P. CCXXXV.



Vt or litigans nomine sui pupilli, aliquādo fuit dubitatum, an aduersario instante teneatur vti principalis super positionibus presentatis ad veritatem eruendam deponere? *Dom. Reg. & Marchia Capycius. Latio* tractat articulum in Abbatissa, & an per ipsam solam vti principalem in iudicio moto per Monasterium, vel potius per omnes, vel maiorem partem Monialium, debeat fieri depositio; & quod sit; si sola Abbatissa deponat, in illo casu, semel, atque iterum per S. Conf. decisum refert *decis. B6.* per totam; in tutore autem, quod teneatur etiam vti principalis deponere, firmat *D. Jo. Angelus Pisanellus* in sua *observatione*, siue *annotatione* manuscripta 25. immo addit, quod hæc possit peti depositio post cōclusum, & vsque ad causæ expeditionem, sicque bis per S. C. decisum testatur, quamuis hodiè per nouissimam *pragm.* quæ est 4. S. 7. de *ditationibus*, in *novissimis*, ad calumnias obruncandas expressè statutum sit, vt Principalis depositio post cōclusum peti amplius non possit; sed de iure contrariū fundat *Dom. Pisanellus*, & per hæc, quæ sequuntur verba.

Iesus, Maria,

4 In statum fuit, vt tutor cuiusdam se examinaret vti principalis, fuit visum, quod tenetur, per *text. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum.* & licet ibi loquatur de iuramento calumnie, tamen idem est in quolibet iuramento, nam tutor debet agnoscere bonam fidem, vt in *l. quoties, §. sicut, ff. de administ. tutor. & facit l. non solum, in princip. ff. de procur. & hanc opinionem tenet *Bart.* in *d. §. quod obseruari in l. 1. C. de confess.* & in *l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess.* & quod debeant hi Administratores respondere, tenet *Bart.* expressè in *l. iusurandum, quod ex coniunctione, §. procurator, ff. de iureiurando*, allegat *d. l. non solum, in princip.* nam *Bart.* in alijs locis præallegatis dicit, quod talis confessio præiudicat, & sic infertur, quod ipse tutor tenetur se examinare, & eius confessio præiudicat.*

5 Et quia ista instantia fuit facta post cōclusum in causa, incidit dubium, si tenebatur deponere, etiam quod conclusio non esset facta in forma, nam si in S. Conf. post

conclusum in causa presentantur scripturæ, ex quo cessat timor subornationis, contra *cap. cum dilectus, de fid. instrum.* multo magis debet examinari Principalis; & quod Principalis vsque ad sententiam examinari debeat, est *text. in l. generaliter, §. 1. C. de reb. credit. & facit l. vbiunque, ff. de interrogat. action.* quoniam Iudex potest vsque ad 6 sententiam, etiam post conclusum examinare Partem, & testès etiam ad fundandam de nouo intentionem Partis, ita *Ant. de Butr. in cap. 1. col. 3. de iudic.* propter iura prædicta, *Bald. in l. si accusationibus, sol. fin. de accus. Alex. conf. 43. col. 8. vol. 4.* & si diceretur, quod *d. l. vbiunque* cum similibus loquuntur in Iudice volente ex officio, non autem ad Partis instantiam, respondeo, quod ista distinctio non probatur lege, & lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi, *l. 3. de offic. consul. l. quæsitum, de testibus* cum similibus; præterea respondeo, præsupponendo, quod in Regno debet procedi in causis sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, vt in *principio Regie Pragm. & in cap. Regni Detestantes*, quamuis in causis illa verba sola veritate inspecta importent plusquam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vt per *Ant. de Butr. in cap. 2. in princip. de iuram. calum.* sed nos habemus, quod in causis, in quibus procedi debet sine figura iudicij, prout etiam fuit causæ Regni, secundam verba *pragmaticæ*, referendo *Alex. in conf. 84. col. penul.* nunquam intelligitur, ita conclusum, quod Iudex non possit post cōclusum in causa ad petitionem Partis interrogare aliam Partem, allegat *clem. sapè, in verb. interrogabit, de verb. signif.* & quod ibi hoc voluit communiter *Doctores* per illum *text.* et reparat *ibi Card.* hoc esse singulariter notandum, et sequitur etiam *Abb. in cap. cum Ioannes, de fide instrum.* in notabil. et sic Pars nō potest se tueri, quod fit in causa conclusum, et ita decisum fuit in S. C. in causa Vincentij Cangiani cum Domina Comitissa Palenz, tutrice, et balia suorum filiorum, et vidi, quia ita determinari feci in causa Magnifici Federici Tomacelli mei generi in Camera, et per Collaterale Consilium, etiam quādo causa erat introducta, et discussa, cum Domina Portia Filomarina, reluctantante Filco, pro quo vide *Felin. in d. cap. cum Ioannes.*

Io. Angelus Pisanellus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mulier obligans se pro re ad se spectante, velleiani exceptione non succurritur, quamuis pecunia in sui utilitatem versa non sit, sed quid si in contractu vir intervenierit, uxorem fideiubens, num. 2.
- 3 Casus proponitur.
- 4 Exceptio S. C. Velleiani transit ad heredem mulieris.
- 5 Mulier non innatur Velleiano in Regno, quando in obligatione intervenit dispensatio Collateralis Consilij.
- 6 Mulier nullo iure prohibetur, ut pro suis necessitatibus se obligare non possit, & num. 7.
- 8 Renunciatio beneficij S. C. Velleiani, quamuis cum iuramento, in Regno inutilis est, sic disponente prag. 1. de S. C. Velleian.
- 9 Mulier an iuuetur Velleiano si instrumentum intercessionis ratificaverit, & quibus modis ratificatio hæc sequi potest, ibidem.
- 10 Exceptio S. C. Velleiani potest de iure post sententiam condemnatoriam opponi, sed quid si sententiâ illa fecerit transitum in rem iudicatâ.
- 11 Exceptio illa, quæ nec ante, nec post sententiâ fuit opposita, nullo iure eanetur, ut possit opponi post rem iudicatam.
- 12 Specul. hallucinatus loquutus fuit in §. 3. num. 14. tit. de except. & replicat.
- 13 Sententia an differat à re iudicata.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an mulier in Regno validè dicatur pro alio obligata, si beneficio S. C. Velleiani prævia Regia dispensatione renunciauerit. Mulier an exceptione S. Consulti succurritur, si ex intervallo eius obligationem ratam habuit. Exceptio hæc, quæ ex dispositione *tex in l. tametsi, ff. ad S. C. Maced.* potest adhuc post sententiam opponi, an validè opponi possit post sententiam, quæ fecit transitum in rem iudicatam, & de aliis notabilibus.

C A P. CCXXXVI.



- 1 Elleiani Senatus Cōsulti beneficio locum non esse, vbi mulier principaliter se obligat, mutuo accipiendo pecuniam, vel alium pro re ad ipsam spectante faciēdo contractum, procedit sine controuersa, quamuis demum constet, pecuniam illam non ad sui utilitatem; sed in alterius beneficium fuisse conuersam; non enim qui pecuniam dat, curiosus esse debet, ut illa in mulieris usus conuertatur, sunt iura satis vulgata in *l. sed si ego, in princ. in l. si mulier i. ff. ad Velleian.* & in *l. si sanebis 13. C. eod.* cum aliis relatis per *Troyf. in prag. 1. nu. 6. vers. item quando mulier, & paulo infra, vers. sed in casu, in tit. de Senat. Cons. Velleia.* secus autem dicendum, si mulier constituens se principalem debitricem, vir eius fideiubere, vel se in simul cum uxore principalem debitorem constitueret, tunc enim si creditor nō probauerit, pecuniam, quam dedit, in mulieris utilitatem fuisse conuersam, presumitur color quæsitus, & quod verè vxor intercesserit pro viro, non autem vir pro uxore, hic est *tex in auth. si qua mulier, vbi Bald. singulariter nu. 9. & 13. C. ad Sen. Cons. Vell. Thesaur. decis. 222. nu. 14. & 223. nu. 2. vers. amplia 1. Georg. alleg. 32. num. 9. vers. sed quando, & Dom. Reg. Merlin. contra: cent. 1. cap. 55. vbi conclusionem hanc procedere ait, non solum quando mulier se obligat cum viro, sed etiam cum filio, vel quolibet extraneo, ut adhuc diiudicandus sit color quæsitus, ut contractus ille sustineri non possit, nec etiam pro medietate, quia cum vnicus sit contractus, non potest ex vna parte sustineri, & ex alia irritari, allegat *tex. in si mulier, la 3. S. fin. ff. ad Velleian.* & *cap. sequenti, ead. I. cent.* hoc procedere docet, etiam si mulier pro dote se obligaret, vel intercederet, nam & si mulier regulatè pro dote cuiusvis extraneæ personæ se obligans, Velleiano non succurritur, prout est *tex. vulgat. in l. finali, C. ad Velleian.* actamen probat *D. Reg. Merlin.* vbi supra, Imperialè hæc decisionem locum nō habere, vbi mulier pro marito intercederet, ad dotem extraneæ mulieri constituendam.*
- 3 Sed contigit aliàs dubitari, an conclusiones modò pro muliere indicatæ essent applicabiles ad casum, de quò controuertebatur in S. C. in causa Doctoris Pauli

Emilij Ferrilli, huius Regni Prothomedici, viti omnibus numeris absolutissimi, cum heredibus qu. D. Thomae de Aquino, qui fuit heres qu. D. Beatricis de Aquino, casus talis erat. In anno 1613. D. Beatrix de Aquino cum in solidum obligatione eius viri Ioannis Sergij de Summa, Regia precedente dispensatione vendidit dicto Donatori Paulo Emilio annuos duc. octuaginta pro capitali pretio ducatorum mille, in cuius obligationis executionem defuncto viro intra annum celebrati contractus D. Beatrix dum vixit, usque ad annum 1622. in quo & viuis decessit, annuos introitus promissos punctualiter soluit, & demum D. Thomas eius heres, quo similiter mortuo, pretensionem habuerunt eius filij, & heredes, nullo pacto, nulloque iure ad solutionem annuorum introituum continuandam cogi posse, sed ex persona D. Beatricis Senatus consulto beneficio iuari, nam, quod, exceptio haec ad heredes transeat, est *lex. in l. heredes, vbi D. P. & in l. si sciens, C. ad S. C. Kell. Grass. in tract. de except. in except. 27. num. 44. Noalis tract. de transmiss. cap. 26. num. 12.*

Dicebam, partes supremi Senatus esse, heredes praedictos ad soluendum condemnare, opposita Velleiani exceptione non obtinere, idque potissimum ex tribus.

1. Primo dato, sed nunquam concessa, heredes fuisse in probatis, quod pecunia D. Beatricis soluta, in viri utilitatem versa esset, sicque dici posse, D. Beatricem pro viro intercessisse, adhuc affirmandum, validam fuisse illius obligationem, ob Regiam, quam mulier obtinuit dispensationem. Nam quicquid in hoc sibi dixerit Reg. de Pont. de potest. Praereg. tit. 10. de decret. Collateralis Consilij super obligatione rerum dotal. in dies praedicamus, quae decisa fuerunt penes Dom. de Franchi decis. 622. adeo ut dici possit, consuetudinem fuisse inductam in S. C. sic iudicandi, ut constat ex tot decisionibus per me relatis lib. 1. cap. 276. ubi inter alias, quas retuli S. C. determinationes pro satis notabile a nostratis fuit habita, quae contigit in causa Marchionis Corati, & successivae Sacri Hospitalis A. G. P. huius Civitatis, illius heredis, cum D. Ioanna de Capua, haec cum in anno 1599. cum in solidum obligatione D. Octavij de Capua eius viri tot ann. census dicto Marchioni vendidisset pro capitali pretio ducatorum 3000. constituit, apocam, in qua fuit mandatum Banco, ut pecunia solveretur dictae D. Ioannae, fuisse per illam, ut vulgariter dicitur

giratam dicto eius viro, qui in proprios usus eam converterit. Et quamvis a dicto anno 1599. usque ad annum 1614. D. Ioanna ann. introitus Marchioni creditori promissos solvisset, conventa demum in Sac. Conf. ex quo deinceps solvere reculabat, amplissimi ordinis exceptionem opposuit, sed compilato processu, quia super obligatione contracta Regia fuit producta dispensatio, condemnata remansit, quicquid de huius dispensationis subreptione opponeretur, Dicebatur enim, in supplicatione fuisse narratum, pro suis necessitatibus mulierem se obligasse, & tamen contrarium constabat, quia pro necessitatibus viri etiam omni iure non fuit ratio habita de hac falla assertione, ex qua dispensatio sequi non poterat, ex eo, quod mulier sic asseruerat, nullo enim iure, nec communi, nec Regni huius, ut in principio indicavi, prohibetur, quin mulier pro suis necessitatibus se obliget, sed tantum ne intercedat, unde si dispensatio super principali obligatione mulieris impetraretur, esset dicere, *Arma virumquecano*, prout de assensu Regio super contractu, qui eo non indiget, impetrato loquuntur nostri Feudistae, & omnium primus *Andreas in cap. 1. §. sed nec alia iustit. post num. 38. vers. quia consensus domini non necessitate impetratus, in titulo, quae sit prima causa beneficij amittend. Regens de Pont. conf. 95. num. 8. lib. 1. Regens Romit. decis. 84. num. 4.* Fuit enim concessa dispensatio ex eo, quod D. Ioanna in supplicatione asseruerat, cum in solidum obligatione viri se obligare uelle, quae quidem enarratio de iure importabat, ac si dixisset, quod pro viro se obligare intendebat; diximus enim in principio, quod quando mulier cum in solidum obligatione viri se obligat, siue quando uir pro uxore intercedit, nisi constet, pecuniam fuisse versam in utilitatem uxoris, praesumitur color quaesitus, ita ut verè uxor pro viro intercedere dicatur, non autem uir pro uxore, ac proinde dum super hoc contractu petitur dispensatio, & conceditur, esto millies, quod mulier asserat, se pro suis necessitatibus obligare uelle, concessa intelligitur super intercessionem, quae fit ad beneficium uiri, non autem super principali obligatione mulieris, quae nullum habet iuris impedimentum ad se pro suo commodo obligandum, sed tantum ad alienam suscipiendam obligationem, hoc enim dumtaxat ius commune prohibuit, ne pro alijs intercedat; uerum quia promulgata lege illicò inuenitur & status,

ut mulieris obligatio ualida esset, sicquē ut Senatus Consulti beneficium cessaret, procurabant contrahentes, ut huic exceptioni cum iuramento renūciaretur, fieri posse, ex *Greg. Lopez in l. 4. tit. 7. par. 6. docet R. de Pont. loc. cit. n. 33.* post alios, quos citat *The. Jaur. relata decis. 222.* & satis benē *Troyss. in prag. 1. artē n. 7. de S.C. Vell. ubi à n. 6.* pluribus connumeratis casibus, quibus iure cōmuni attēto, mulierj Senatus Consulti beneficium nō succurritur; addit & alium, nēpē qū huic beneficio renunciaret, subdens, itā communem practicam docere, samptam ex *text. & glos. & quæ ibi habentur per DD. in l. final. §. penult. ff. ad S.C. Vell.* & quōd hęc sit cōmunis opinio, à qua non est recedendum, affirmauit *Scacc. de sentent. & re indic. glos. 7. q. 3. limit. 4. num. 207.* & noster *Præs. de Franch. decis. 478. nu. 4.* at cūm renūciatio hęc in Regno, crescente in dies hominum malitia, frequentissima esset, necesse fuit, Regiam promulgari sanctionem, qua mediante quolibet renūciatio, etiā iurata prohibita fuit, & casu, quo de facto fieret, nullius roboris, & efficaciz esset, priuationis officij pœna Notarijs huiusmodi intercessiones stipulantibus imposita, ut aduertit *de Franch. loco cit.* Hoc ergō nouissimo iure attēto, impossibile est, ut possit mulier ualidē pro alijs intercedere, nisi huiusmet Regiē sanctionis obtineatur dispensatio; sublato enim obice, quem tribuit Pragmatica impeditiuum renūciationis Velleiani, sit locus cōmuni *DD. sententię*, ut mulier renūciando, exceptioni Velleiani liberē ualeat alienam suscipere obligationem, id, quod cūm in causa prædicta concurreret, meritō pro hærede Marchionis creditoris prodijt decisio, patrocinante *D. Io. Baptista Iouino*, tūc inter primarios *S. C. caesarum patrono*, nunc Regio Confiliario dignissimo.

Secundō, cum eodem erroneo præsupposito, quōd pecunia *D. Beatrici* soluta in viri commodum cesserit, ex alio dicebam, *Pauli Emilij* iustitiam in tuto esse; in facto enim verum erat, mulierem ipsam, quę in anno 1613, annuos introitus vendidit, vsq; ad annum 1622, quōd uix decessit, tertias creditori suo punctualitē soluisse, quę quidē continuata solutio sat erat, de iure ad illam à beneficio Sen. Conf. excludendā, nam si dicamus, mulierem intercessisse pro viro, qui eodem obligationis anno decessit, poterat certē illa à creditore ad solvendum sollicita, hac se tueri exceptione; unde cūm continuatis temporibus soluere

uoluerit, necessariō dicendum, primam eius obligationem confirmasse, siuē ratam habuisse, & consequentē cessat funditus *S. C. beneficium*, hic est *text. in l. si mulier 22. C. ad S. C. Vell.* ubi sancitum est verbis expressis, quōd si mulier, postquā se pro alio obligauit, elapso biennio creditorem noua obligatione, vel pignore cautum redderet, conuenta demūm *S. C. beneficio* non succurritur, *Sibi enim impuset, si quod sapius cogitare poterat, & euitare, non fecit, sed ultra firmavit, videtur enim ex huiusmodi temporis prolixitate, non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, sunt verba text. in l. prædicta, ubi Salyc. & Paul. de Cast.* huius dispositionis reddunt rationē, nimirū, quia ubi mulier post lapsū biēnij primam approbat intercessionem, iterūm promittēdo, seu cauendo, vel quoquo modo (nota) eam confirmando, censetur, hoc ex magna deliberatione fecisse, non ex fragilitate, idē meritō tanto beneficio non iuuatur, sicut quando donat, vel patrimonium suum diminuit, idēquē facti sunt *Ioan. Zanger. in tract. de except. part. 3. cap. 9. nu. 38. Petr. Gilken. de præscript. par. 2. membr. primo, cap. 4. nu. 103. Petrus Augustinus Morla in Emporio iuris, par. prima, tit. 3. quæst. prima, num. 8. & 13. Pancirol. conf. 44. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 21. num. 2. Mascard. de probatio. concl. 1081. nu. 10. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 540. nu. 16. vers. tertius, Ant. Gomez in l. 61. Taur. num. 1. circa finem, Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 7. num. 448. & alij pœnēs Barbof. in collect. ad d. l. si mulier, id, quod fuit satis, & benē ponderatum in causa *D. Ioannæ de Capua*, quæ ab anno 1599. vsquē ad annum 1614. annuos introitus promissos Marchioni soluit; si ergō simplex pignoris datio, aut primeuz obligationis ratificatio, elapso tamen biēnio sequuta, Velleiani exceptionem cessare facit, quasi hoc ex magna deliberatione, non ex sexus fragilitate fuerit actum, quid asseuerare cogebamur in casu proposito, in quo *D. Beatrix* elapso biennio à die initę obligationis, intrā quod tempus eius vir decessit, promissos introitus quot annis vsquē ad diem mortis soluit, nedūm uidua euasa, sed etiam iterūm alteri nupta; posset nē stantibus his actibus longo temporis interuallo reiteratis maior huius Matronę perscrutari animi deliberatio, qua uoluit creditori suo satisfacere? posset nē potentior considerari initę obligationis cōfirmatio? *Bellon. conf. 15. n. 11. Surd. conf. 28. num. 21. & Rot. decis. 136. num. 5. part. 2. in**

posse. *Farinas*. ubi fuit dictum, per receptionem eorum, quæ in transact. one dari promittuntur, transactionem illam ratificatam censeri.

10 Tertiò, & tandem, vt in casu, de quo agebatur omnis cessaret dubietas, omnisquæ amaritudo, fuit in facto deductum, mortua D. Beatrice, quia eius hæres Don Thomàs de Aquino solutionem annuorum introituum ab eius Authrice promissorum continuare renitens erat, creditor in M. C. comparuit, & sollemni libello præfatum hæredem ad soluendum in præteritum, & correspondendum in futurum cõdemnari iussit, prout sic visis vidèdis distinctio decreto mandatũ fuit, a qua sic iusta emanata ordinatione conuentus, nedũm appellare non fuit ausus, ita vt passus fuerit, ad rem iudicatam deueniri, sed potius, vt par erat, iniuncto mandato obtemperare decreuit, præteritos soluens introitus, & futuros correspondens; hoc in facto pro vero supposito, quærebam Ego, quo suadente spiritu hic, qui est hæres hæredis in opposita Velleiani exceptione perseverabat, non ne omnis præclusa est via ulterius excipiendi? Opponebant Aduersarii, exceptionem hanc nunquam in iudicio contra D. Thomam mota fuisse propositam, quæ cum sit admodũm priuilegiata, adhuc post sententiam opponi potest, prout est *tex. apertus in l. tametsi, ff. ad S. C. Maced.* quamuis regularitèr omnis peremptoria exceptio antè sententiam sit opponenda, ad *tex. in l. 2. C. senten. rescindi non posse*, sed respondebam, hoc verum esse, quando mulier lata sententia ad illius executionem impediendam, & ne soluere sit coacta, hæc opponit exceptionem, in his enim terminis procedit *tex. in d. l. tametsi, & quod dixit Barr. in l. 1. num. 5. C. de iuris, & facti ignor.* & ex nouissimis Scribètibz noster Consultarius Carleual. *tratt. de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 17. num. 6. fol. 265.* At vbi condemnatoria sententia ex condemnata mulieris tolerantia facit transitum in rem iudicatam, nullo iure cautum inuenimus, vt exceptio illa, quæ non fuit opposita, nec ante, nec post sententiam, possit demũm ea in rem iudicatam transacta proponi, nunquam enim litium esset finis, cum posset quilibet condemnatoriam passus sententiam, omni tẽpore aduersus rem iudicatam insurgere, sic proponendo exceptionem illam, quæ asserit, nec antè, nec post sententiam proposuisse, vnde meritò contrarium vtroquẽ iure cautum inuenimus, vt aduersus rem

iudicatam nil noui opponi possit, de iure enim ciuili est *tex. sacis vulgaras in l. sub specie, vbi glos. prima, C. de re iudic. & de iure canonico in cap. inter monasterium, extra eodem, vbi glos. in verb. alioquin, & in verb. confirmantes* expressis verbis dicit, quod transacta sententia in rem iudicatã, si reus in iudicio contra ipsum motus aliqua omisit opponere exceptionem, & hoc siue scietèr, siue ignorantèr, de cetero eam opponere volens, non auditur, idemquẽ *Rota decis. 92. nu. 9. tom. 3. in collect. per Rubenm,* quicquid sibi dixerit *Specul. qui in hac re allucinatus volens in tit. de exceptio. & replicat. S. 3. num. 14. tom. 2. nouem referre casus, in quibus post sententiam in rem iudicatam transactam peremptoria exceptio opponi potest, illam Macedoniani, & Velleiani connumerant, allegando *tex. in d. l. tametsi, & in l. quamuis, §. 2. ff. ad S. C. Velleia.* quæ iura hæc probare nullo pacto affirmari potest, cum tantũm in illis fuerit sancitum, vt filiusfam. qui mutuo accepit pecuniam, & mulier, quæ alienam suscepit obligationem, postquam fuerint condemnati, valeant Macedoniani, & Velleiani opponere exceptionem, dum igitur *Iurisconsultus* in vtroq; *tex.* hoc verbo *condemnati* vltus fuerit, certè non nisi de simplici sententia condemnatoria sentire potuit, non autem de sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, nam si de ista sentire voluisset, vtique expressisset, satis namquẽ distinet sententia, siue res iudicata, quæ secundũm *Marantã* loco infra citando largõ modo pro sententia accipitur, a sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, sententia enim, siue res iudicata propriè est illa, quæ controuersia per absolutionem, vel condemnationem finem imponit, *l. 1. ff. de re iudic. l. litigatoribus, & ibi glos. & Barr. C. de appell. l. 1. in l. & post rem, ff. de transact.* sed appellationi subiacet sententia autem, quæ fecit transitum in rem iudicatam dicitur illa, quæ pro veritate accipitur, & pro lege habetur, *l. res iudicata, ff. de regul. iur. & contingit, quando infra decem dies ab ea non fuerit appellatum, auth. hodie, C. de appell. cap. quoad consultationem, extra de sens. & re iudic.* idemquẽ quando fuit appellatum, sed appellatio fuit deserta, ex quo appellans eam infra legitima tempora non fuit prosequutus, *authen. ei, qui, C. de temp. appell. & habetur in Const. Regni Appellationum tempora, estquẽ tantæ autoritatis, secundũm l. 1. in l. Iulianus la 2. ff. de condit. indeb. & Marant. in prax. par. 6. in verb. & demũm fer-**

in sententia, num. 129, fol. mihl 470. quòd facit de non ente ens, de vero fallum, & de albo nigrum; si ergò huius importantie est sententia in rem iudicatam transacta, consequens est dicere, quòd si expressè lege, vel statuto cautum non reperitur, vt aduersus illam possit exceptio aliqua proponi, satis à iuris tramitibus erraret, qui exceptionem aliquam opponere uellet, postquam sententia in rem iudicatam transitu fecit. Quare his omnibus semel, atque iterum in aula S. Còsiliij per me exaratis sub diebus 10. Martij, & 22. Maij instantis anni 1649.

prodijt geminata determinatio pro Cliente, referente nobilissimo, ac integerrimo Regio Còsiliario D. Iulio Mastrillo, dignissimo Mariliani Duce, pœnès Solutium aëtorum Magistrum.

S V M M A R I V M.

- 1. *Mulier non inuatur Velleiano, ubi se pro aliqua dotanda obligauerit, & idem pro dote restituenda, num. 2.*
- 2. *Mulier virum habens, si eo in se pro aliqua dotanda se obligauerit, an die solutionis cedente possit exequi super bonis dotalibus, & num. 9. & quid super bonis extra dotem, num. 11.*
- 3. *Mulier coniugata triplicis generis bona habet, & num. 8.*
- 4. *Bona parasrenalialia mulieris, qua sint, & an in illis vir habeat administrationem.*
- 5. *Bona viri sunt tacite obligata uxori pro administratione bonorum parasrenalium.*
- 6. *Martus an bonorum parasrenalium fructus suos faciat.*
- 7. *Bona dotalia nunc constante matrimonio exequi possint pro delicto uxoris.*
- 8. *Martus in bonis extra dotem nullam habet administrationem.*
- 9. *Texan l. maritus, C. de procur. & in l. cum maritum, C. de solutio. declarantur.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an mulier, quæ de iure Velleiani beneficio non succurritur, quoties pro aliqua dotanda se obligauit, adhuc validè obligata censeatur, si absquè eius viri consensu se obligauit, ità vt die solutio-

nis cedente, ipsaquè ad dotem soluendã obligata soluere recusante, possit ille, cui fuit dos promissa, super bonis dotalibus, & extrà dotem obligatæ mulieris exequi facere. Mulier coniugata quæ bona vtrà dotem habere dicatur, & an in illis vir habeat administrationem, & de alijs ad materiam pertinentibus.

C A P. CCXXXVII.



Elleiani Senatus Consultu beneficiũ prorsus cessare, ubi mulier pro aliqua dotanda se obligauerit, cautum est verbis expressis in *l. si dotare, & l. fin. C. ad Senatuscon. Velleia. Pres. Fab. diff. 14, cod. tit. vbi* satis notat

hoc indubitatum axioma, ità demum procedere dicit, quoties mulier pro dote se obligauerit, matrimonio adhuc non contracto, quia secus si post contractum matrimonium eius obligatio interuenerit, licet enim nihil veter, constante matrimonio dotem & augeri, & constitui, locus tamen erit Velleiani exceptioni, rationem subdens per hæc verba, *quia nec tantus esse debeat favor dotis, quæ contrahendo matrimonio causam non dederit, nec dicere possit maritus, se deceptum, qui antequam mulier quicquã promitteret, iam duxerat uxorem.*

Est etiam certam, conclusionem, vt supra firmatam, vt mulier Velleiani exceptione non succurratur, quando dotè pro aliqua puella in matrimonium collocata promiserit, procedere etiam, quando pro dotis restitutione se obligauerit, idquè ex identitate, siuè maioriãte rationis, quamuis iura de dotis promissione loquantur, vt satis notantèr dixit Bald. Nouel. tract. de dat. par. 6. priuileg. 12. & 57. & Greg. Lopez in l. 3. in verb. date, tit. 12. p. 5. & fuit per Sacrum Consiliũ decisum hodiè 12. Iulij 1638. in causa Faustine Gamboæ, dotis, & antefati restitutionem petentis, cum heredibus quondam Antonij, & Cæsaris Marzati viri, & soceri, Lucretia Genuense fo-

erit, de aliis de Sirfale, ubi principaliter fuit determinatū in terminis *Consuetudinis* huius Ciuitatis, quæ incipit *Si Pater, & Mater, sub tit. de patre recipien. dot. simul cum uxore, & filio, &c.* posse nulum pro recuperatione dotis, & antefati, focero non existente soluendo, agere contra focrum ad dotis, & antefati restitutionem, in simul cū eius uiro obligatam, contra *Napod. in Consuet. prædicta, in verb. soluendo*, ubi allegat iura, quæ eius dictum non probant, Commiliarius extitit Dominus Consiliarius de Franchis, pœnès de Scacciauento S. C. ad Mag.

3 Sed quæstio insurgit, quid dicendum, ubi mulier uirum habens, eo inscio dotem pro aliqua promiserit, an die solutionis cedente, possit ille, cui dos fuit promissa, aduersus mulierem promittentem agendo, exequi facere super eius bonis dotalibus, & extrâ dotem?

In factō præsupponebatur, mulierem hâc habuisse bona dotalia, eius uiro in dotem assignata, nec non certum debitoris nomen, quod extrâ dotem tenebat, cūmq; ille, cui dos fuerat promissa, non tam super bonis dotalibus, quàm etiam extrâ dotem, pro eius crediti consequutione agere uellet, duos inuenit scopulos, alterum uiri mulieris promittentis, de promissione pœnitus inscii, asserentis, super eius dote molestari eum non posse, alterum uero nominis debitoris, quod erat extrâ dotem, de satisfactione mulieris creditricis uiro facta, opponentis, undè quo pacto huic uiro, cui dos fuit à muliere promissa consulendum esset, dubitari contigit.

4 Pro cuius indagationis resolutione illud antè omnia supponendum est, mulierem coniugatam triplicis generis bona habere, secundum *Dofiores* communiter in *l. maritus, C. de procurat. & l. fin. C. de pact. conu. super dot. & per Vrsl. decis. 44. num. 3. Gayl. præf. obser. lib. 1. obser. 133*. Primò enim habet dotem, & illa est in dominio mariti, aded quòd pro ea uindicanda, nullatenus uxori competat actio, sed uiro constante matrimonio, *l. doce ancillam, C. de reinend.*

5 Secundò, mulier dicitur habere bona parafrenalia, & illa dicuntur, quæ extrâ dotem tenet, marito in custodiam tradita, in his enim uir administrationem habere dicitur, & pro his bonis absquè uxoris mandato agere potest, iuxta *sex, in l. fin. C. de pact. conuen. super dot. Gratia. discept. forens. c. 514. num. 24.* quod intellige, uxore consentiente, quia si ea prohibente nullam in bonis

parafrenalibus uirum habere administrationem, dicendum est ex *sex. in l. hac lege, C. de pact. conuen. super dot. in tantum*, quòd constante matrimonio ad omne ipsius libitum potest uxor bona hæc à viro uendicare, *Bald. in l. ubi adhuc, C. de iur. dot. cū possit de illis omni tempore disponere, Alex. cōf. 144. lib. 5.* debet tamen mulier, quando bona illa marito tradit, expressè asserere, quòd sunt extrâ dotem, illaque in custodiam, & non aliter ipsi uiro tribuit, alias omnia in dotem censi data, est asserendum, *Surd. conf. 94. vol. 1. & 397. vol. 3. Dec. conf. 521. antè nu. 11. vers. superest responde. re, sunt quæ bona uiri pro bonorum parafrenalium administratione tacitè uxori obligata, d. l. fin. C. de pact. conuen. super dot. nec alio in his mulier fruitur priuilegio, ut per 7 DD. ibi, an autem maritus bonorum parafrenalium fructus suos faciat, uide *Dec. loco cit. num. 4. post Bart. in l. penul. ff. ad leg. fal. & nouissimè uidèdi sunt Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. & Fontanel. de pac. nupt. som. 2. claus. 6. glos. 2. par. 7. fol. mihi 456.**

8 Tertium genus bonorum, quod mulier habere dicitur, est illarum rerum, quæ in dotem non dedit, nec ea marito in administrationem, nec tacitè, nec expressè tradidit, sed ipsa separatim habet, regit, & administrat, in his enim nullum ius habet maritus, ita ut pro illis, absq; uxoris mandato agere non possit, præterquam cum cautione de rato, *l. maritus, C. de procur. qui text. ita intelligi debet, ut per Dofiores ibi, & text. in d. l. fin. intelligendus est de bonis parafrenalibus, pro quibus, ut diximus, potest agere absq; mandato, nec mirum, cū illa traditio, & administrationis commendatio, citrà omne dubium loco sufficientis mandati habere dicatur, ergò secus dicendum est, ubi nulla interuenit traditio, nam tunc in illis nihil sit marito commissum, non est dubitandum, quòd mandato eget uxoris, & ita leges prædictas intelligendas, & conciliandas esse aduertunt *Dofiores ibi, & ex recentioribus Ant. Gomez. ad ll. Taur. l. 50. nu. 29. vers. item adde, quòd uxor, & vers. tertio potest habere, & satis notantè Fontanel. loco iam dicto, num. 55. ubi post uim. seq. per illum Senatū decisum reperisse testatur, nullitèr factam fuisse exequutionem ad instantiam mariti, citrà uxoris mandatum, & cautionem de rato, pro pensionibus cuiusdam Violarij, quod constante matrimonio uxori ex quadâ successione adueherat, nec uiro tradiderat, & pro motiuo, ut ipse ait, sumptum fuisse, cū in his non poterat**

maritus agere, sine vxoris consensu.

- 9 His sic præcognitis, propositæ quæstionis patet resolutio, nam si iste, cui dos fuit à muliere promissa, absq; eius viri consensu vult super bonis dotalibus agere, & non poterit, cum ei obligata non sint, etenim mulier constante matrimonio in viri præiudicium, qui dotis habet dominium, bona dotalia obligare haud poterat, & proinde vir super illis molestari non potest, prout cum in casu forsan maioris cōsiderationis molestandum non esse de anno 1616. 5. die Februarij decidit *Senatus Pedem*. nam cum quædam mulier cōstante matrimonio pro delicto per eam patrato in certa summa, ad partis læsæ beneficium pro suis damnis, et interesse, et Fisci pro pena condemnata esset, volentes demum, et Pars offensa, et Fiscus super bonis dotalibus agere, et de prælatione inter se pugnantes, fuit uterq; exclusus, et decisum, non esse virum super pecunia dotali molestandum, quia pecunia illa erat privilegiata pro oneribus matrimonij sustinendis, ac etiam filijs pro alimentis ius spectabat, verum si alia adfuissent bona extradotalia, super illis procedendum esse, ita tamen, quod pars offensa pro suo interesse semper Fisco præferri deberet, testatur *Thef. filius quæst. forens. lib. 4. quæst. 3.* idem in casu nostro, quo enim pacto potest mulier constante matrimonio delinquendo, vel contrahendo, in viri præiudicium dotis conditionem facere deteriore?
- 11 Videndum igitur restat, an possit huic esse consultum super nomine debitoris, quod mulier extrà dotem tenebat, et de quo maritus nullam habebat administrationem? et citrà omne dubium censerem, quod sic, nullam habendo, rationem de opposita satisfactione viro facta, nam cū,
- 12 vt supra fundauimus, in bonis extrà dotem nullam habeat maritus administrationem, absq; vxoris mandato, et hoc debitoris nomen erat extrà dotem, dum mulieris debitor viro soluit, malè soluisse censeretur, et quemadmodum potuisset mulier non obstante satisfactione eius viro facta, aduersus eius debitorè agere, ex *text.* ad literam in *l. cum maritum, C. de solut.* de quo meminit *Cassane, in Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 5. nu. 48.* ita et ipsius mulieris creditor.
- 13 Nec dices, *text. in d. l. cum maritum* quodammodo aduersari *text. in d. l. maritus, C. de procurat.* vbi in bonis extrà dotem permittitur viro agere, etiam absq; mandato, dummodo præstet cautionem de rato, quia non

per hoc sequitur, quod possit exigere, secundum *Bal. in l. soluendo, num. 2. ff. de negot. gest.* vbi citando *text. in d. l. cum maritum*, inquit, quod licet coniuncta persona possit agere, non tamen potest exigere, & remittit se ad dicta in *l. si autem, C. eod. tit.* vbi ex *Iacob. de Aren.* dicit, quod licet non possit agere, vt sibi solvatur, potest tamen agere, vt deponatur, quod menti tenendum esse commendat, verum si *Urbanus* agendo, vellet hic, cui dos fuit promissa, mulieris promittētis virum cōuenire, vt vxoris pecuniæ exactorem, benè ad eius electionem id peragere, possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Mulier pro alio intercedens non obligatur, secus vbi rem suam donauerit.
- 2 Mulier si donauerit alicui hereditatem sibi delatam, idq; cum scriptura priuata, num donationi stare compellatur, & n. 6. 10. & 11.
- 3 Mulier in Regno etiam cum iuramento nulliter contrahit.
- 4 Instrumentum publicum requiritur, ad hoc vt mulier valide se obliget in illis casibus, in quibus se obligare potest.
- 5 Donatio facta à muliere si inceperit à promissione, an subsistat, & num. 12.
- 7 Pragm. i. de Senatuscons. Velle. de donationis contractu non loquitur.
- 8 Intellectus *text. in l. antique, §. fin. C. ad S. C. Vell.* & num. 9.
- 12 Stipulatio an requiratur in donatione.
- 13 Cessio idem operatur in rebus incorporalibus, quam traditio in corporalibus.
- 14 *Tex. in l. sed si ego, ff. ad S. C. Velle. quomodo procedat.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Velleiani beneficio locus sit, vbi mulier per scripturam priuatam hereditatē sibi delatam alicui cesserit, vel dicendum est, esse illam omnino cogendam ad cessione factæ persistendum. Obligatio mulieris an subsistat, quando facta non apparet per publicum documen-

tum,

rum, & de alijs ad intellectu
text. in l. antiqua, §. fin. C. ad
S. C. Velleian. & in l. sed si ego
ff. eod. m.

1694. P. COXXXVIII.



Veneficio
verumque est quod sit lo-
cutus, quoniam mulier pro
dona se offerit, vel
alienam suscepit obli-
gationem. huc est text. in
l. 1. ff. de C. ad S. C. Velleian.

ian. at sedus si re nō propterea aliter donaverit, quia tunc legitime eam contraxisse deciditur in l. sed si ego, ff. eod. m.

2 Sed de illo hoc anno 1628. d. putari cogit in Sacro Consilio Regni huius in causa vertente inter Zenobiam de Aurabile, & Hippolytam de Iasio, ac Iosephum Puoti coniuges, nimirum an donatio, huc cessio cuiusdam hereditaris dictae Zenobia delata, per eandem contemplatione matrimonij dictis coniugibus per Albaranum facta, cum promissione de illam ratificando per instrumentum publicum infra menses sex, valida censenda esset, cum prefati coniuges instantes in Sacro Consilio, declarari hereditatem cessam, & donatam ad eos spectare in vim dictae donationis, praedicta Zenobia se opposuerat de illius invaliditate, asserendo, eam reuocasse, ac proinde beneficio Senatusconsulti iuvari, idq; ex pluribus:

3 Primo, cum nulliter mulier illa contracterit, ne dum de iure communi, verum etiam Regni, per pragmat. 1. sub tit. de S. C. Velleian. per quam expresse statutum esse dicebatur, mulieres etiam cum iuramento nulliter contractere.

4 Secundo, quia donatio non erat facta interueniente persona publica, quo casu expresse statutum est in illis casibus in quibus mulier efficaciter obligatur, illius obligationem non valere, nisi instrumento publice confecto, & in illius tribus subsignatq; sunt verba text. in l. antiqua, §. fin. C. ad S. C. Velleian. l. si donare, de Bal. eod. m. sed in casu, de quo agebatur, omni soluta donatio per Albaranum, & sic priuate, ergo.

5 Tertio, quia etsi facta fuisset per publicum instrumentum, adhuc nullius esse roboris, & momenti, cum inceperat donatio & promissione, non autem a traditione, quo

casu dicebatur, ex doctrina Martij que citat D. de Franch. decif. 179. num. 3. donationem per mulierem factam non subsistere, sed ita demum, si a traditione inceperit.

6 His tamen non obstantibus, contrariam sententiam veriorē esse existimaui, ut nimirum talis donatio omni iure subsistat, ob particularem deestitionem text. in l. sed si ego, qua expresse statutum est, cessare Senatusconsultum, ubi mulier donat, sed tantum illi locum esse, cum mulieres se pro alijs obligent, vel intercedant, sed in casu proposito, horum neutrum considerabatur, sed tantum simplex donatio, ergo.

7 Ad contraria respondet, & primo ad illud, quod dicebatur, ob stare pragmat. 1. de S. C. Velleian. dicitur in illi in ea lege mulieri prohibuitur esse donare, sed tantum pro alijs se obligare, quod longe distat, inumquid aliud, ut asserunt in d. l. sed si ego, in fine, ubi, hoc idem, quia scilicet se mulier obligat, quam alieni donat, ergo circa hoc de iure Regni nihil dispositum habemus, & proinde, iuris communis dispositionem in hoc rebus permittit, quod cautum est mulier, re recte donato, nec amplissimo Ordine locum esse.

8 Ad secundum, quod dicebatur de invaliditate donationis, quia non interueniat persona publica, sed text. in l. antiqua, §. fin. C. ad S. C. Velleian. ubi dicitur, nullum ad casum nostram allegari non posse, id, quod in iurisdictione, ergo, adhibendum esse regulam se habere, mulierem se obligando, eius obligationem nullius esse efficacit, hoc Regula plures habuit in re imitationes, scilicet in aliquis casibus, in quibus mulier efficaciter obligatur, de quibus per gl. in d. l. 1. pad. de S. C. Velleian. ubi dicitur, pro illo, & per Martij in fine, §. fin. ubi dicitur, exceptio statuitur, in illis obligatio non valeat, si interueniente persona publica, & tantum rebus in obligatione subscriptis, ut in d. l. fin. de d. l. si donare, ubi dicitur, per illam tantum mulierem donem pro alio promittendo efficaciter obligari, sed tunc, inquit, quia hoc intelligitur, interueniente persona publica, sed si non interuenit, dicitur in l. antiqua, §. fin. in tantum, quod quoniam mulier in re permittente potest se obligare, intelligitur cum sequitur iam dictis, & ita Martinus antiquus glossator text. illam accepit.

9 Sed certe hunc intellectum communiter Doctores damnarunt, ut nimirum text. in d. l. §. fin. nullatenus procedat in casibus, ubi mulier efficaciter obligatur, sed tantum in

illis, vbi iuuatur mulier Velleiano, & fuit originalis intellectus *Bulgari*, quem sequitur *glos. ibi*, dicens, quod in istis casibus, vbi habet locum Velleianum, datur forma hec, quae si seruata non sit, corrumpit actus ipso iure, si verò seruata sit, tunc iuuatur etiam mulier Velleiano, sed ope exceptionis, sic *glos. explora Martini* opinione tenet in *d. s. in. in verb. ne autem, in finalib. verbis, ibi, prima opinio verior est*, sequitur *Bart.* qui sic sentiat *tex. illum*, & latius *Bal. ibi*, qui aperte dicit, mulierem intere dēntem, non seruata illa forma, ipso iure non teneri, cum illa verò forma, ope exceptionis posse liberari, & iuari, quod etiam obseruauit *Thes. decis. 2121. num. 1.* vbi aperte dicit, beneficium Velleiani fuisse introductum in fauorem mulierum, sed ope exceptionis, *ex d. s. verba, ff. ad S. C. Velleia. at pinguis remedium est proditum a Iustimiano in l. anti. sup. s. in. C. eod. vbi disponitur, quod mulier, si pro alio promittit, ipso iure non obligatur, nisi promissio fiat mediante instrumento, trino teste signato, & hoc latissime defendit *Gulterr. de iuram. confirm. c. 26. n. 6.* *ibid. 7.* vbi late defendit intellectum *Bulgari*, *glos. ibi, C. de. Bart. & Bal.* dicit, id esse verum, ponderando, & transcribendo *verba text.**

Sed si qualiscumque intellectus, dico modo Ego, hae ad casum nostrum non esse applicabilia, non enim agimus de mulieris obligatione, siue obligatione, de quibus *glos. in d. s. in. loquitur*, sed tantum, an donatio a muliere facta, valida sit, vbi aliud non loquimur, nisi mandatis consensum, & donandum sufficientem, secus in obligatione, in qua idco tantam sollempnitatem adhiberi statutum est, dicit *Bal.* quia non ita de falli decipitur mulier interuentu Tabellionis, & testium, sicut per priuata scripturam, ad quam facilius induceretur, nec ratio cessat in donatione, nunquam enim mulier in donatione decipi potest, quia tunc de genere avarissimo sit, nunquam donat, nisi omnimodo eius voluntate, & anithi liberalitate concutente, quare videndum restat, si de iure donatio facta in Albarano perfecta indicetur, an verò stipulatio requiritur, & dico, quod perfectissima fuit, sed aliter stipulationem requiri, vt in terminis decidit *in d. Mans. lib. 13. de tact. & ambig. conuenit. l. 3. num. 7.* per hae verba. *Et eo autem, quod donatio simplex praesertim hodie sit contractus nominatus, eleganter deducitur, quod ex panitentia non possit renocari, etiam si non sit vallata traditione, vel stipula-*

tione, sed iudo tantum pacto conuenit, quia tale pactum a lege Iustimiani roboratur, & promissori necessitas imponitur ad tradendum, d. l. si quis argentum, S. vlt. C. de donat. & c. in tantum, quod citra omne dubium concludi potest, donationem in Albarano factam, a donatarijs acceptatam perfectissimam fuisse, nec aliter stipulationem indiguiffe.

12 Ad tertium, quod dicebatur, donatione iniuriam sumpsisse a promissione, hoc in factis negabatur, cum expressis verbis fuerat facta donatio, nec aliter traditionem, siue numerationem in illo donationis actu requiri, cum quid tradi, vel numerari non ex taret, sed tantum fuit facta cessio hereditatis delatae, & proinde aliud non requirebatur pro donatione magis perfectionandae, id enim operatur cessio in rebus incorporalibus, quam traditio in corporalibus, ad notata per *Bart. & DD. in l. penal. ff. de ser. ur. Salernis. decis. 35. num. 7. Osalet. decis. 51. num. 5. Thomat. decis. 29. nu. 25.* licet verum putem, *text. in d. l. sed si ego* ita demum procedere, si donatio, quae a muliere fit, a traditione, siue numeratione inceperit, secus verò si a promissione, ita vt si mulier centum milia donaret, numerandos, siue soluendos in fine anni, cessio iam die, si contra illam agam pro centum donata consequenda, posset Velleiani exceptionem opponere, cum ab obligatione donatio inceperit, in quam facilius quis incurrit, licet animo donandi, quam quando numerat, id colligi

14 videtur ex litera *d. l. sed si ego*, quae de numeratione tantum loquitur, *Arret. ibidem in 3. notab. Paul. de Castro in l. sed si eum, num. 2. ff. eodem*, vbi dicit hae verba, *Tertius casus ponitur in fine l. sed si ego, quod quando mulier inceperit a solutione, non promissione pro alio, nam ad promittendum faciles sunt, non sic ad soluendum, idco in primo casu non subuocatur ei, in secundo sic, & c. Salyc. in l. 1. n. 3. C. ad S. C. Velleia. Ang. Arret. in d. item s. nu. 45. In sit. de except. D. de Franch. decis. 279. num. 3. Arpendol. in addition. ad Eundem decis. 182. num. 8. & ceteri omnes.*


S Y M M A R I U M.

- 1 Casus proponitur.
- 2 Contractus promissionis emendi, & vendendi sub conditione in itus, an dicatur perfectus, & num. 5.
- 3 Promissio de vendendo, & emendo, certa expresso pretio, an sit venditio, & num. 4.

- 6 *Tex. in l. necessario, ff. de pericul. & comodo rei vend. explicatur.*
 7 *Periculum rei vendita sub conditione, cuius sit parificata conditione, & nu. 8. & 11.*
 8 *Tempus contractus est inspiciendum, an sit latio in contractu, & quid si sub conditione sit initus, ibidem, siue illius executio in futurum protrahatur, & nu. 9. & 12.*
 10 *Periculum rei vendita an sit emptoris, quando emptor non est in mora, quominus res ipsa tradatur.*
 13 *Res empti sub conditione, si ea pendente incrementum receperit, cuius illud sit, & num. 14.*

A R G V M E N T V M.

Agitur de venditione facta rei cum pacto de retrouendendo, infra certum tempus exercendo, si demum emptor eadem rem pro eodem pretio liberè alteri vèdere promiserit, dummodò infra tempus ad redimendum prescriptum primus venditor non reemerit, casu contingente, quòd non fuerit sequuta reëptio, & hoc tempore pendente res sit deteriorata, cuius nam periculo cedat deterioratio, venditoris nimirum, vel emptoris. Vendita re in diem pro pretio solvendo, die illa adueniente, si hoc medio tempore res illa augmentum receperit, cuius nam illud sit, venditoris, vel emptoris, & de aliis notabilibus.



C A P. CCXXXIX.

- V**endita, recum pacto de retrouendendo, infra certum tempus exercendo, si demum emptor pro eodem pretio, quo emit eandem rem alteri liberè vèdere promiserit, sub ea tamen lege, si infra tempus, ad redimendum prescriptum non fuerit sequuta reëptio, sicquè in casu, quo res illa penes emptorem libera remaneret, dubitatur, si primus venditor infra tempus prescriptum non reemerit, adeò quòd secundus contractus promissionis vendendi, & emendi in suo robore, & firmitate remanserit, num si res illa vendi promissa, conditionis pendente tempore fuerit in aliquo deteriorata, cedat deterioratio in damnum illius, qui vendere promisit, vel potius illius, qui emere pollicitus est?
- Pro huius dubij resolutione suppono. Primo pro indubitata, & certa predictum promissionis emendi, & vendendi, quamvis sub conditione inustum, fuisse, & esse ex omni sui parte perfectam, ut ex gl. & Hostien. probat. Aff. in l. 2. §. 2. & 4. proprieque illum dicit, & nominari conditionis, & emptoris, cum reëptio non sit, promissionem de vendendo, & emendo certo, expresso pretio, ad circuitum evitandum certum, veram, & perfectam venditionem esse, & ex ea rei posse, probari conclusionem hanc, *Bulsius, Alex. cons. 2. & ex notabilibus Casar. Kiril. in additio. ad Aff. decif. 61. num. 3. Vinc. de Franch. decif. 3. 26. num. 1. P. Maffei, ad Consue. Neapolis tit. de renuntiat. quest. 1. l. num. 2. Francisc. X. inus commun. opin. lib. 3. opinio. 1025. num. 2. ubi de communi testatur, Ego ipse lib. 1. num. 298. num. 6. & alii, qui huius sententiam laudant in authorem Ip. Andr. in additio. ad Specul. in rubr. de obligation. es. solutio. ubi dicit, quòd si promitto me obligaturum in daed. erga te, ad circuitum evitandum possim cogi ad illa decem prestanda, priusquam me obligauerim, id, quod pariter amplexi suat Alex. Jason, Socin. & Purpur. in l. cum fundus. §. servus tuus imprudens, ff. si cert. pot. Vinc. cons. de Franch. decif. 574. la. Andr. do Consue. alleg. 45. num. 27. & alii penes Cartar. decif. Rot. Genua 29. num. 12. & quamvis nò ignorem, quamplures conclusioni predictæ contradixisse, existimantes, aliud esse promissionem*

fionem

sionem de vendendo, & emendo, & aliud
 venditionem, & emptionem ipsam, ex eo,
 quod factum regulariter à facti promissio-
 ne distinguitur, prout videre est apud DD.
 quos citant *Thef. decis.* 233. & *Casus Barz.*
decis. 111. num. 1. attamen omnes hi cōtra-
 riz opinionis fautores, nonnisi excepto, af-
 firmant, vt quando qui vendere, vel emere
 promisit, velit à promissione recedere, te-
 netur ad interesse ei, qui contractum exe-
 qui est paratus, ita *Alex.* & alij penes *Ri-*
iminal. iun. cons. 51. num. 13. *Laderchius cons.*
84. num. 6. Bursat. cons. 100. num. 38. *Barz. loco*
cit. nu. 5. Magon. decis. *Lucens. 95. à nu. 2. ad 5.*
 5 Supposito hoc, ad rem deueniēdo, cum
 attenda facti specie, promissio illa emendi,
 & vendendi, aliterscūs sequuta, sub condi-
 tione facta videatur, nimirum, si res vendi-
 ta à litionis nexu liberari cōtingeret, di-
 stinguendo responderet *Iuriconsultus* in vul-
 6 gata *l. necessario, ff. de periculo, & commodo*
rei vend. aut enim conditione pendente,
 quæ demum exitit purificata, res vendita,
 siue vendi promissa est perempta, & vendi-
 toris est periculum, ratio à *Doctoribus ibi* as-
 signatur, & ab *Antonio Gomezio var. resol.*
in tit. de emptio. & venditio. ante nu. 33. *vers.*
item prædicta, quia cum res tempore existi-
 tis conditionis non reperiatur, non est, in
 quo fundetur venditio, sicque cum perfici
 non possit, quia deficit extremum neces-
 sarium, pro non facta habetur; aut verò res
 illa vendita non est aliter perempta, sed
 deteriorata, & tunc, quia res extat, licet de-
 teriorata, emptoris erit periculum, ibi in
lex. sanè si res extat, licet deterior effecta, potest
dici, damnnum esse emptoris, & c. & ita text. illū
 cum hac distinctione communiter intelle-
 xisse *Doctores,* habes ex *gl. in l. penult. in ver-*
bo suspendat, C. de periculo, & commodo rei
vendit. *Bald. in d. l. necessario, in additio. vers.*
secundò noto, quòd pendente conditione, Saly-
cer. in d. l. penult. num. 2. vers. in periculo autem
deteriorationis, Paul. de Castro. satis benè in
 7 *l. 1. num. 1. C. cit. iii. de periculo, & commodo*
rei vend. sub illis verbis, aut loquimur de pe-
 riculo deteriorationis, & tunc venditio perfici-
 tur postquam res extat, licet deteriorata, idè
 pertinet ad emptorem, vt teneatur ad integrum
 pretium, licet deterior res facta sit, vt hæc ha-
 bentur in dicta *l. necessario, & c. Gregor. Lopez*
 notabiliter in *l. 26. tit. 5. part. 5.* quæ quidem
 lex hoc expressè determinat, illamquæ ex
d. l. necessario sumptam esse *glòs. ibi* aduertit,
 subdens, quòd quando est purificata con-
 ditio, emptio habetur, ac si contracta ef-
 set in præteritum, & ac si pure contractus

211 fuisset, allegat text. in *l. potior, & in l. qui bal-*
 212 *neū, ff. qui potior. in pignor. habeant. Barbof. post*
 213 *alios, quos citat in l. 1. num. 16. & 17. C. de*
 214 *peric. & comm. rei vend.*

8 Est tamèn aduertendum, quòd si dete-
 9 rioratio pendente conditione sequuta,
 adeò excessiua esset, vt ex ea læsio oriretur,
 tunc personæ, quæ emere promisit, esset
 omninò succurrendum, nam quàmuis in-
 specto tempore contractus (quod quidem
 tempus in materia læsionis est attenden-
 dum, vt est communis schola Scribentium
 in *l. 2. in l. si voluntate, & in l. ad rescindendū,*
C. de rescind. vend. & in cap. cum dilecti, & in
cap. cum causa, de emptio. & vendit.) non pos-
 sit considerari læsio, attamen, quia exe-
 cutio conuentorum ad tempus futurum
 differtur, & sic cum conditio purificetur,
 pro vera æstimatione rei emptæ, siue emi
 promissæ ad finem cognoscendi, an læsio
 subinret, non dies initi contractus, sed exe-
 cutio illius, & sic tempore purificatæ
 conditionis erit attendenda, vt ex *Cyno,*
Alex. Ias. Abb. Pinel. & alijs probaui *Ego*
lib. 1. cap. 91. num. 17. & 18. quibus nunc ad-
 do *Cancer. var. resol. lib. 2. tit. de minorib. num.*
274. in nouiss. & alios, quos refert Io. Baptista
Larrea decis. 69. num. 10. 12. 16. & 25. ubi in
 9 puncto principali non minus doctè, quàm
 elegantè disputat quætionem, quam in
 facto habuit de illo, qui rem pro certo pre-
 tio uendiderat, non tamen emptori tradē-
 dam, nec ab eo pretium soluendum, nisi
 post uenditoris mortem, nam cum post
 initum contractum, rei uenditæ ualor ni-
 mis excreuisset, adeò, ut uēditor ipse læsio-
 nem in prelio pateretur, cum dubitatum
 esset, an contractus esset rescindendus, af-
 firmatiuè respondit *num. 18.* non alia certè
 10 principaliori, & efficaciori ratione, nisi
 quia contractus executio in futurū pro-
 tracta esset; & licet satis figat pedes in alio
 fundamento, nimirum, quia pendente tem-
 pore mortis uēditoris nullum emptor sub-
 stinebat periculum, ac proinde nec com-
 modum ex incremento ualoris rei assequi
 poterat, hoc tamèn pro eo, quod ad casum
 illius *decisionis* pertinet, nulla lege, aut *Do-*
 11 *ctorum* authoritate probat, immò loquitur
 12 expresse contra casum citatæ *l. 26. tit. 5.*
par. 5. & d. l. necessario, vers. sanè, cui uolens
 13 respondere *num. 23.* legenti non satisfacit,
 ut uideri potest. Nec ad rem faciunt iura,
 quæ allegat *num. 21. in l. lectos 12. & in l. quòd*
si 14. ff. de periculo, et commodo rei vend. qui-
 14 bus cauetur, rei uenditæ periculum em-
 15 ptoris non esse; sed uenditoris omninò,

Quantum emptor ad est in mora, quomodo si
 fones ipsi tradatur, quasi ex hoc velit Larca
 ad inferre, quod dum in casu suo per empto-
 rem non stabat, quomodo rei emptor do-
 minium assequeretur, sed per venditorem
 qui veluit, eius mortem fore expectandam,
 periculum medi tempore emptoris esse
 non poterat, & sic nec si agi commodum,
 motum dico, quod iura predicta ad casum
 illius decisionis allegari non merebantur,
 nec procedit equum in venditione facta, pure
 in bonorum probitum, que antequam em-
 ptori traditur, nullatenus culpa con-
 currente periculi, eade moritū inarius
 periculum ad eundem non pertinebat, sed
 ad venditorem, aliud autem est querere,
 si in vendite re in diem, vel sub conditione
 periculum sit emptoris, si antequam dies
 advenit, vel condicio purificetur, res illa
 deterioretur, in hoc enim casu nulla est fa-
 cienda consideratio, quod non considera-
 tur mora emptoris in assequutione rei
 emptę, quia a principio ita est conventum,
 ut non fiat traditio, nisi purificata condi-
 tione, vel cum dies in contractu prescri-
 ptus advenit, quod proinde cum contra-
 ctus sit perfectus, & res non est aliter per-
 emptę, quo casu periculum est venditoris,
 sed tantum deterior effecta, statuit iuris
 consulti, in d. l. necessaria, ut periculum sit
 emptoris.

Quare in casu proposito, per Larca
 erit omnino affirmandum, bene ipsum de-
 creuisse, contractum esse rescindendum,
 sed ex eo rursus, quia inspecto tempore,
 quo res vendita veniebat, emptori traden-
 da, quod quidem tempus esse attendendum
 supra demonstravimus, propter excessum
 rei incrementum, in illo tempore, sequenti
 venditor erat laesus, non autem quia, emptor
 medi tempore, non sustinebat periculum,
 cum contractum, causam sit, in d. l. ex
 d. l. 26. cum quidem asseratio nullo
 pacto Larca decisioni adversatur, nam si in
 illa facti specie contigisset, et res vendita
 propter medio tempore incrementum rece-
 pit, decrementum res esset, in que si di-
 set ad ea ex casu, et ex no. in sua orra ef-
 fer, sicut venditor ex incremento patet at
 laesorem allegare, prois, allegavit, ita &
 emptor ex decremento, & sic, ut conclusa,
 supposito, contractu pro, per se a princi-
 pio, quamvis in die, vel sub conditione,
 dumque fuerit, an si res emptę conditione
 pendente, receperit incrementum, vel di-
 minutionem, & purificata conditione, quo
 tempore res vendita emptori traditur, cu-

ius sit, commodum, vel damnum, quod me-
 dio tempore contigit, & ordinem spiritum,
 vel emptoris, pro casu, resolutione est, an-
 terea intelligendum, ea ex incremento, ve-
 ditore laesatur, an emptor ex decremento,
 ut dam incrementum excessum, qui vendi-
 tor dicitur laesus, sicq; contractus venit re-
 scindendus, ipse, aut commodum, sin au-
 tem decrementum contigisset, & tale, ut ex
 eo emptor similiter laederetur, & tunc ven-
 ditoreis pro damnum, cuius est commodum
 in incremento, quia contractus si pariter
 rescindendus, eadem si incrementum, &
 decrementum non esset, in excessu, quod
 quod laesus, nec a venditore ex incremento,
 nec ab emptore, ex decremento, allegari
 posset, & tunc quia res vendita, cum purifi-
 cata sit, condicio, est omnino emptori tra-
 denda, traditur, prois, inveniatur, vel auca,
 vel diminuta, & sic commodum, & damnum
 erit emptoris, & ita individualiter, dixit
 Greg. Lopez, in d. l. 26. per h. c. resba, rei
 vendita sub conditione, damnum, & lucrum,
 pendente conditione, pertinet ad emptorem, si
 deterioratio, totam rem absorbeat.
 Hac occupavit sub correctione
 sententis.

Textum libuoties, C. de rei vendi-
 dat in contractu locationis, & condu-
 ctionis, & de rei vendi-
 tus nullam reale transferri per contractum
 locationis.

ARGUMENTUM

Agitur, an sicut de iure vendite
 re duobus in solidum dieer-
 sis temporibus, ille in em-
 pitione preferatur, cui
 sunt res tradita, sic pariter di-
 cendum sit in contractu lo-
 cationis, & conductionis, ut
 ille in conductione preferen-
 tur, cui prius fuit res locata
 tradita, quamvis utrumq; ha-
 beat posteriorem, ad ornatum
 text. in l. quodies, C. de rei vend.

C. A. P. CCXXX.



Endita re duobus in solidum diuersis temporibus, iuris est indubitati, illum in emptione esse preferendum, cui prius fuit res tradita, quamuis alter priorem ostendat titulum, est *text.* nimis clarus, & vulgatus in *l. quoties, C. de rei uend.* super quo aliqua nouissime scripsit *Marcian. conf. 40.*

Sed dubitarunt *Doctores*, an *text.* ille procedat in locatione, vt nimirum si hodie Caio domum meam locaui, crastina autem die Titio, cui tradidi, sit ne Titius Caio preferendus?

Ratio dubitandi in partem negantem est, quia in locatione cessat ratio illius legis, quae dominij acquisitionem apprehensione mediante, respexit, quod non est in locatione, quae ius aliquod reale non transfert, *l. non solet, ff. locat.* qua principali attempta ratione, quod in locationis contractu non fit locus citatae legis dispositioni, firmavit *Ias. ibidem, num. 32. vers. decimotertio limita*, vbi dicit, casum esse frequentem, & quotidianum, & a *Doctoribus* in specie vsq; ad illa tempora non bene fuisse tactu, sicq; per Senatum Lusitanum decisum testatur *Ant. Gamma decis. 130.*

Sed hac dubitandi ratione non obstante, post *Ias.* crebrius contrariam praeualuisse sententiam non dubitamus, vt si ille preferatur conductor, cui prius res locata tradita est, quamuis posteriorem habeat titulum, quod duplici probatur fundamento, & primo, nam licet verum sit, locationem nullum ius reale per traditionem in conductorem transferre, negari tamen non potest, eum, cui prius res locata tradita est, potentius ius habere, quam ille, cui prius fuit res locata, cum saltem habeat reidentionem, a qua si expelleretur, ante omnia Iudicis officio restituendus foret, ad instar eius, qui cum possideret, fuerit spoliatus, vulgatis iuribus, quod proinde dicebat *Couarr.* infra citandus, eum, qui ex secunda locatione detinet, retentionis iure a priori conductore se defendere posse.

Considero secundo, quis nam ille sit, qui secundum conductorem a rei locatae possessione expellere velit, & inuenio, vel ipsum locatorem, vel primum esse conductorem, sit autem, vel primus, aut secundus, & vtrumq; dico contra conductorem, qui

in possessione reperitur, agere non potest, si enim agit locator, & audiri non potest, cum locati actione pro contractus obseruantia teneatur, si autem primus ageret conductor, & similiter non est audiendus, nulla enim illi contra secundum competit actio, cum nullus contractus inter eos celebratus sit, actio namq; personalis, quam pro contractus obseruantia acquisiuit, rei locatae possessorem, siue detentorem non sequitur, sed tantum aduersus locatorem exerceri potest, *Ias.* ergo sententia, inquit *Couarr.* posset admitti, si secundus conductor, cui res prius tradita fuit, possessioni non incumbat, quod si in possessione reperitur, nulla poterit actione impeti, sed omnino venit priori conductori preferendus, sic enim in Romano Auditorio determinatum inuenimus *decis. 2. alias 879. de locat. in antiq. fol. mihi 516.* quae omnino videatur, insuper hanc eandem firmarunt sententiam

Alex. conf. 122. lib. 5.

Soc. sen. conf. 29. lib. 4.

Cephal. conf. 718. num. 37. lib. 5.

Purpur. in additio. ad Ias. in d. l. quoties, vbi dicit, opinionem contra *Ias.* veriore esse. *Card. Alex. in c. 1. §. si facta, col. fin. tit. si de feud. controu. fuer.*

Anton. Gabr. comm. concl. tit. de emption. & vend. concl. 2. num. 5.

Couarr. omnino videndus *var. lib. 2. c. 19. num. 8. vers. nono ex eadem.*

Ant. Gomez. doctè pro more *var. resol. tit. de empt. & vendit. num. 20. vers. secundo principaliter extende.*

Vinc. Caroc. tract. de locat. & cond. part. 4. tit. de locat. fact. duob. vbi alios citat, *fol. mihi 195.*

Mar. Muta decis. Sicil. 35. num. 11. vbi alios citat, signanter *Borga. Cauale. decis. 25. num. 19. par. 2.*

Addentes ad Ant. Gamma. in supra citata *decis. 130.* vbi nullo pacto, adherendo *decis. 130.* vbi per illum Senatum relata, dicunt, determinationem *Dominorum de Rota in d. decis. 879. in antiquis* magis probari, nisi primus conductor haberet hypothecam specialem in re illa locata, vel saltem generalem, nam eo casu primum preferendum fore affirmant.

Vnde, &c.



S V M M A R I V M.

- 1. *Vendens frumentum in certa die consignandum, si non consignavit, an sicut emptori tenetur ad interesse damni emergentis, ita pariter & lucri cessantis, et nu. 3. et 5.*
- 2. *Interesse lucri cessantis cessat in contractibus bonae fidei, data mora in tradenda re.*
- 4. *Tex. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco declaratur.*

A R G V M E N T V M.

Agitur, venditione facta de certa frumenti, vini, vel olei quantitate pro pretio conuento, soluendo tamen ab emptore in die praescripta rei venditae consignationis, si in statuto tempore venditor frumentum, vinum, vel oleum emptori non consignauerit, an sicut tenetur ad omnia damna, & interesse damni emergentis, ita pariter & lucri cessantis, ad ornatum *tex. in l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de action. empti, et in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco.*

C A P. CCXXXI.



Enditionis facta de certa frumenti, vini, sine olei quantitate pro pretio conuento, soluendo tamen ab emptore in die praescripta rei venditae consignationis, dubitatur, si in statuto tempore, venditor frumentum, vinum, vel oleum, quod vendidit, emptori non consignauerit, an sicut indubitanter tenetur ad omnia damna, & interesse damni emergentis, ita pariter & lucri cessantis? Cōtigit hoc anno 1648. ingentis penuriae de hoc dubitari, occasione partiti initi inter hanc Ciuitatem, & quosdam Mer-

catores de consignando hic infra certū tempus certam frumenti quantitatem, ad rationē ducatorū quatuor pro quolibet modio, quod frumentum cum Mercatores ipsi emissent in Prouincia Calabriae ad rationem carolenorum uigintiquinque, consignandum a venditoribus infra mensē in portu huius Ciuitatis. quia consignatio nullatenus sequuta fuit, pretendebant, fore cogendos Calabros, frumentum venditores ad soluendam interesse lucri, quod emptores ipsi fecissent, si frumentum uenditū in praescripto tempore eis consignatum fuisset, tenebatur enim Ciuitas frumentum illud recipere ad rationē conuentā ducatorum quatuor, cum Mercatores, cum quibus contracterat, non nisi ad rationem carolenorum uigintiquinque a Calabriae emissent, unde, quid iuris dubitabatur?

2. Consultus de hoc, breuiter, ac resolutiue respondi, Calabros frumentum venditores ad hoc lucri interesse non teneri, ea quidem motus solidissima ratione, quia in contractibus bonae fidei, signanter emptionis, & venditionis data mora in tradenda re uendita, interesse lucri cessantis nullo pacto potest, maxime rei uenditae pretio uenditori non soluto, probat hoc *text. in l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empti, ubi Paul. Castrensis, singulariter, notat, contra uenditorem morosum in tradendo rem uenditam agi posse ad interesse tantum intrinsecum, hoc est, quod concernit pretium rei uenditae, si plus, uel minus ualuit post mortem, sed non ad illud extrinsecum, quod pretium rei uenditae non concernit, id oblique probatur in *l. si de peric. et comm. rei uend. ubi glof. allegat pro simile text. in d. §. cum per venditorem, Sacinus bene in d. de ditione, intra num. 14. uers. sed contra hanc conclusionem, ff. de matr. Abant. omnino uideendus in *l. unica, cap. 9. quest. 3. nu. 18. uers. aliud tamen, C. de eo, quod interest; quod loci haec dicit uerba, aliud tamen esse specialiter indubium in emptionis, & uenditionis contractu, cum emptor, & venditor, simili iure censentur, & quod, passim aiunt, sine correctione, non debuit alter plus altero grauari, cum igitur id statutum esset, ut emptor si pecuniam non traderet, in uisus solum legitimis condemnaretur, a quibus fuit, ut venditor quoque mora nihilo diutius puniretur, unde si rem uenditam non tradidit, solum in eo, quod intrinsecus interest, damnatur; id enim, quod extra rem uenditur, legitimum usurarium modum excedit, etc. idemque singularissime *Ano. Fab. in Ratio. ad dictum §. cum per venditorem, sub illis****

4 Fuit iudicatum in Regia Camera, quod veritas vortis non ad usum quotidianum domi deseruientes; sed pro vsu extra domum, dum ornata incedunt ad missam, & alibi sunt hypobecatae pro debitis mariti, & sic in vita mariti fuerunt exequuta iuxta distinctionem Assl. in succedente marito; & licet hodie mulieres tantum quasi quotidie vestibus auro guarnitis, tamen illae non veniunt in usu quotidiano iudicamus in Regia Camera nam non quod fit, sed quod fieri debet; est attendendum, hanc illi vir doctissimus P. Præsidentis Minadous.

ADV S V M M A R I V M.

- 1 Virgo patre orbata gaudet privilegio l. unica, C. quando Imper. Inter pupill. & vid. sed quid si post electionem virum duxerit, & nu. 4. & 7. & quid in causa criminali, num. 8.
- 2 Reus per litem contestationem subicitur Iudicij & obligatur adori.
- 3 Iudicium incipit à litem contestatione.
- 4 Prescriptio an interrumpatur per solam citationem.
- 5 Infantia cepta cum defuncto an transeat ad heredem clericum.
- 6 Fori electione facta in M. C. in causa criminali, quomuis eligens statum mutauerit, non per hoc causa ad aliud Tribunal remittitur.

ARGVMENTVM.

Agitur de virgine patre orbata, cui secundum receptiorem sententiam competit beneficium electionis fori, an si facta electione in causa civili, virum duxerit, possit reus contentus ad suum Iudicem, causa remissionem petere, & quid seruetur in M. C. in causis criminalibus, & de alijs ad materiam.

C A P. CCXLIII.



Ingo patre orbata, qui ex receptissima Andree sententia in Consil. Statutus competit privilegium l. unica, C. quando Imper. inter pupill. & vid. si Tribunal supremum in forum elegeris (loquor de causa

merè civili) & post electionem factam virum duxerit, non semel dubitari contingit, an reus contentus, siue illius Baro possint causa remissionem petere.

In hoc articulo semper cum distinctione procedere solitus sum, nimirum, aut tempore quo virgo nupsit, lis ad eius instantiam mota reperitur contestata, aut non. Et priore casu non sit reus contentus, sicut Baro super petita remissione audiendus. hic est enim inter plures litem contestationis effectus, ut per illam reus subiciatur Iudicio coram quo fuit contentus, & obligetur adori, probat Speculatus de litem contest. §. 6. in §. 6. posteriori autem casu secunda dicendum est, nam cum ante litem contestationem non deum litis, ex quo ab ipsa incipit iudicium, ut probat glossa in cap. ex parte. ff. de iud. de verb. signifi. huius decis. 310. qua incipit contestatio, litem est exordium iudicij, ff. de iud. in praxi Sec. Consil. an gl. sententiam, num. 43. conlequens est dicere, ut superveniente mutatione status ipsius virginis, & sic cessante causa privilegij re integra, & sic litem non contestatam, nullus ipsius privilegium, nec in apud omnes receptissima est illa duris con cluso, nimirum, quod ubi conditio personæ beneficii aliquod causatur, cessante conditione, cessat pariter beneficium & in omnibus causis id observatur, ubi de re, num. 1. & an & DD. communiter ff. de regul. iud. §. de re. ff. de excus. tutor. cum alijs concordantibus, relaxis per Texagull. in tract. cessans causa, vers. privilegij causa, num. 23.

Hinc pro corroboratione propositæ distinctionis iura tantum invenimus, interruptionem prescriptiois longi temporis, ex contentem ex lite, contra prescribentem, mota nullius momenti esse, si prescribens fuerit dumtaxat, citatus, sed opus esse, ad finem ut interrumpatur prescriptio, ut cum eo lis contestetur, hic est text. & ita DD. communiter in l. mota litem, C. de rei vendic. Bald. in tract. de prescriptio. in §. per. 6. ubi principalis, post nu. 31. vers. circa tertiam speciem, Manant in praes. per. C. de verb. & in contestatione litem, ff. de iud. per rationem Doctores, qui ante litem contestationem iudicium interruptionem producens, nullo pacto consideratur, qua quidem ratione attendit Doctores in illa famigerata questione, an instantia cepta cum defuncto laico transeat in heredem clericum, affirmatiue magis communiter respondet, si lis cum defuncto fuit contestata, quia cum in iudicijs quasi contrahatur, sicut Clericus hæres li-

gatur omnibus contractibus à defuncto celebratis, ita pariter & quasi contracta, secus verò si lis non fuit contestata, quia tunc cum nulla consideretur lis, clericus hæres coram Iudice competente erit citandus, videantur *Balb. decis. 553*: quem refert, & sequitur *Ricc. collect. 1039. Cavallos comm. contra common: sm. 36. num. 12. & 13. Min. snyder. sing. obseru. cens. 3. obseru. 45. n. 2. & 3.*

Et quamuis non ignorem, in articulo proposito aliquos affirmasse, sat esse simplicem fori electionem, ut lis coram Iudice electo continuari debeat, etsi eligentis condicio mutetur, inter quos *Foller. in cit. Constit. Statuimus. d. num. 27.* reprobando *Caramano in rit. 233. num. 12.* nostræ sententiæ adhaerentem, attamen quicquid sit de istorum opinione, & de hinc inde discussis per *Presid. de Franob. decis. 257.* dico, quòd ad casum nostrum allegari non merentur, loquatur enim in causa criminali, quando vidua M. C. in forum elegit, nam tunc quia tractatur de interesse Fisci, quòd causatur ex querela, à persona priuilegiata proposita, eo ipso, quòd illud magnum Tribunal in forum eligitur, acquiritur ius Fisco Regio prosequendi accusationem illam, quam certè in alio Tribunali, quam suo prosequi non potest, vnde si tollitur de medio persona priuilegiata propter status mutationem, remanet Fiscus persona legitima ad instantiam prosequendam, & sic non mirum, si in hoc articulo est introducta consuetudo iudicandi in M. C. pro Fisco, non sic quando agitur de causa merè ciuili, in qua Fiscus nullum habet interesse, & in qua dici non potest, per electionem fuisse illi ius quaesitum, hoc enim casu, dum lis non est contestata, & consequenter iudicium adhuc initium non sumpsit, non video, quo pacto, instante persona propter status mutationem, omni electionis fori priuilegio carente, possit denegari remissio ad Iudicem, coram quo alias necessario reus conueniri debet, utroque enim iure cautum est, ut actor forum rei sequi cogatur, *cap. cum sit generale, extra de for. compet. l. fin. C. vbi in rem. d. d. 10.* & hoc summa cum ratione, de qua in *pragm. 2. in tit. vbi de delict. quis deb. conueniri*, cuius dispositionem, ut in his tabulis vigeat semper in cordibus Dominorum Iudicantium non semel Dominos meos monui.

Hæc currenti calamo considerabam

S V M M A R I V M.

- 1 Secretarij Dominorum Proregum an subsint Regiæ generali visitationi.
- 2 Thesaurarius, & Secretarius Regni an prohibeantur munera accipere.
- 3 Officialis an possit visitari post mortem, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Delictum quando patratum contra legem in re aliqua contra legem quaesita, statim ipsius rei dominium amittitur.
- 11 Hæres alicuius Officialis teneatur, si aliquid ad eum peruenit de malè quaesitis per eius auctorem, nè abeno scelere ditetur, & num. 13. 14. 16. & 17.
- 12 Fiscus est saccus malè quaestorum.
- 15 Accusatio in crimine repetundarum debet intra annum proponi, & intra quinquennium in peculatu.
- 18 Lex subiacet canoni, quando tractatur de salute animæ.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an Visitatores generales, qui ad Regios Magistratus inquirendos à Domino nostro Rege destinari solent, possint Dominorum Proregum Secretarios visitare. Officiale defuncto an contra eum inquiri possit, ut hæres teneatur in id, quòd defunctus teneretur, si viueret. Accusatio in criminibus peculatus, & repetundarum intra quantum tempus est proponenda, & de alijs notabilibus, ad ornatum text. in *l. ex iudiciorum, ff. de accusat. in l. defuncto, & in l. 3. ff. de publ. iudic. in l. 2. ff. C. ad leg. Iul. repet. & in l. unica, C. ex delict. defunct. vbi singularis decisio. D. Reg. Moles.*

C A P. CCXXXIV.



Visitatores generales, qui singulis quindecim annis à Domino Rege nostro ad Regios Magistratus inquirendos in his Italicis Regnis destinari solent, (id, quod quantum in eiusdem Regis detrimentum, ac iustitiæ peruersionem redundet, facile ætati potest ex his, quæ ex arat religiosissimus D. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proregum, tit. 3. d. 7. per totum) dubitari aliàs contigit, an Dominorum Proregum Secretarios visitare valeant?

Negatiuam sententiam ab omni dubio procul amplexus fui Ego, ea quippè ductus ratione, cum Secretarij Dominorum Proregum nullam habeant iurisdictionem, nec sub Reginum Officialium appellatione venire possunt, id, quod satis ex Regni huius Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis sanctionibus dignosci potest, quibus cum prohiberetur, nè Officiales munera accipere possint, constat, verba fecisse Legislatores de illis Officialibus, qui ad ius dicendum deputati sunt, idquè, hac ratione attempta, adeò verum, quòd non defuere Doctores, & grauiissimi ex nostratibus, qui dixerint, sub dictarum Pragmaticarum dispositione generalem Regni Thesaurarium non comprehendi, videantur insignes Reg. Laurus & de Ponte, ille in cons. 49. & 93. ille in cons. 49. lib. 1. Similiter & Regni Secretarium, ac Fisci patronum, probat Pres. Marcell. de Mauro alleg. 22. & 77.

Supposito autem, id Visitatoribus esse, permittum, ex speciali forsitan potestate eis a Rege tributa, dicebam in vna facti contingètia, & vna mecum doctissimus D. Io. Franciscus Marcianus, tunc Aduocatus primarius, nunc Regius Consiliarius dignissimus, quòd cum Secretarius, de cuius visitatione tractabatur, eo visitationis tempore mortuus reperiretur, nullo pacto visitationi poterat esse locus, etenim indubitatum est iuris axioma, nimirum per mortem delinquentis delictum vna cum pena extinguui, hic est text. in l. defuncto, & in l. 3. ff. de public. iudic. & hoc nedum in pena corporali, sed etiam in pecuniaria; Filco tamè applicanda, vt per glos. in d. l. 3. quam post Bar. Alber. Ang. & Imol. expendit Cald. in repetitio. l. vnica, C. ex delict. defunct. in 3. par. relect. in princ. vnde ex delictis publicorum

iudiciorum non alijs aduersus heredes penas bonorum ademptionis transire, quàm si lis contestata cum defuncto, & condemnatio fuerit sequuta, sancitum est in l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. & in l. defunctis, & in l. fin. C. si reus, vel accusat. cum quibus concordat text. in d. l. vnica, C. ex delict. defunct. vbi datur actio contra heredes, post tamè litem contestatam, & in quantum ad heredes peruenit, qua de re late per V. asq. controuers. illustr. cap. 25. num. 25. in 4. & 7. limit. Gomez. variar. resol. in tit. de delictis, p. 1. m. 78. cum seqq. Cald. in d. l. vnica, par. 3. num. 20. & per Farinat. in prax. crim. quest. 10. num. 36. vers. regula secunda.

4 Et quemuis ex hac conclusione plures reperiantur casus excepti, & inter alios, dum de repetundarum crimine disceptatur, in quo adhuc reis defunctis contra eorum heredes agi permittitur, prout sunt iura, & satis vulgata in d. l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. & in l. 2. ff. de C. ad leg. Jul. repet. & in l. in heredem, ff. de Columniar. at tamen hoc non erit perpetuum, sed restringitur, vt non viterius permittatur, quàm si iuxta annum à die mortis delinquentis rei actio instituitur, vt expressè sancitur in d. l. 2. ff. ad leg. Jul. repet. vbi glos. Bar. & ceteri omnes, Pergrin. de iure Fisci, lib. 4. tit. 5. m. 31. vers. quintus casus, Cald. optime in d. l. vnica, par. 4. m. 32. & par. 5. num. 16. & 26. Mattienz. in dialogo relat. lib. 3. cap. 25. num. 10. vers. parua locum habet.

5 Post annum verò, etsi aliquando fuerit inter DD. controuersum, an contra heredes hæc actio debeat nonnulliquè in ea fuerint sententia, vt detur in simpliciter pro eo, scilicet, quòd ad heredem peruenit, civiliter tamen, siuè actione in factum, siuè conditione ex lege, vt per glos. in d. l. 2. ff. ad legem Jul. repet. quam aliqui insequuti fuere, contrarium tamen, & melius Vgo, & Azo antiqui Glossatores firmarunt, nimirum vt infra annum tantum teneatur heres, post annum verò minime, quibus Bar. & ceteri passim in d. l. 2. adherere, ea quidem singulari ratione, quia sicut speciale est, vt teneatur, etiam lite non contestata, & quamuis nihil ad eum peruenerit, ita pariter speciale est, vt pro eo non teneatur, nisi intra annum, vt satis benè concludit Cald. d. p. 4. num. 32. & melius par. 5. num. 26. quo loci, hanc opinionem communem esse testatur, & hoc, vt si in vno grauatur, in alio releuetur, allegat Mattienz. in d. cap. 25. num. 11. & prius dixerant Paris de Put. in tract. de iudic. in verb. heres, Ang. in tract. de malefic. in

ribr. ad leg. Jul. repet. n. 8. Pichar. in § non. autem, num. 56. In his. de actio. d. Mayer. in l. si. c. 2. §. ff. de regul. iur. quibus addo De. regis. loco cit.

6 At in hoc parum insistebamus, quia dato, sed nunquam concessio, ut in hoc crimine adhuc post annum ad simplicem teneatur hæres, tamen cum verum sit, hoc cum civili dumtaxat actione permitti, nullum commodum consequeretur Fiscus, quia tunc criminalis esset actio, & pena quam in hoc iudicio intra annum tantum, & non ultra in heredem transire, statutum est in d. h. 2. ff. ad l. Jul. repet. sed omne totum in dantis, siue corruptentis beneficium cederet, ratio assignatur, quia quando agitur contra heredem, lite cum defuncto non contestata, de eo tamen, quod ad heredem pervenit, tunc actio est prorsus diuersa ab illa, quæ contra Officialem viuentem datur, nam prima nullatenus sonat in causam delicti, illiusque punitionem respicit, sed tantum restitutionem ex scelere. acquiritorum, ut post Petr. de Bellapert. in d. l. unica, ubi q. 2. C. ex delictis defuncti. affirmat Cald. d. part. 4. num. 25. ac proinde nullo pacto affirmari potest, actionem hanc post annum posse Fiscum competere, sed tantum Parsi corruptentis, sicque practicationem comperimus in illa Regia Visitatione Archiepiscopi Salernitani cum heredibus quondam Regentis de Ponte, qui fuerunt condemnati ad restituendam quantitatem, à prefato Regente exactam, uti delegato patrimonij quondam Principis Bisiniani, non aliter ad Fiscus beneficium, sed ipsius patrimonij.

7 In causa autem, de quo agebatur, ne iniquum hoc procedere poterat, quia haud verisimile in casu, quo Pars datum repetere potuisset, turpiter enim dedit, quatenus datum supponeretur, quo casu neque datus, neque hæres eius repetere potest, in heredem, §. etiam, ff. de calumniat. l. 3. vbi DD. communiter, ff. de condit. ob turp. caus. glof. & DD. in d. h. 2. ff. ad leg. Jul. repet. Boer. decis. 153 num. 23. Comar. in regula peccatum. 2. par. §. 3. num. 3. Bonadill. in l. na. politic. lib. 2. c. 11. num. 34. & licet Officialis turpiter etiã acceperis, tamen in pari turpitudinis causa melior est conditio possidentis, ut bene dixit Caldus loco cit. p. 3. num. 18. post DD. in d. l. 2. §. ff. de iure Fiscus, id, quod non processit in illa causa heredum quondam Regentis de Ponte, cui non turpiter fuit datum, sed uti delegatus propria autoritate à patrimonio acceperat.

8 Post hæc scripta observavi D. Reg. Moles,

qui in decis. 8. in tit. de penis, quibus tenentur Officialis, qui pecuniam fiscalem retinent, in puncto nostram confirmat sententiam, dicit enim, quod licet quando Officialis defunctus inquiritur de crimine legis Julie repetundarum, vel peculatus, vel de residuis, hæres eius, etiam quod ad ipsum nihil pervenerit, teneatur adhuc lite cum defuncto non contestata, tamen accusatio hæc in his criminibus suam habet instanciam, cum in crimine repetundarum intra annum tantum proponi debeat, & intra quinque annuum in peculatu, allegat tex. in d. l. 2. ff. ad leg. Jul. repet. & in l. peculatus crimen, ff. ad leg. Jul. pecul. in puncto autem principali firmat, quod quando Officialis in legem aliquam peccavit, in cuius transgressione certa pecuniaria pena præscripta reperitur, quod tunc licet regula sit, quod, delinquente mortuo, crimen, illiusque pena extinguitur, hoc tamen locum non habet, quando pena ex legis transgressione Fiscus applicatur, quia tunc indistincte ab hærede repetitur, per hæc enim verba D. Regens ratiocinatur.

Decisio D. Regentis Moles.

9 Si malè se gesserit Officialis, qualibet, & quando ipso mortuo poterit Fiscus repetere ab hærede penas, quibus ipse posset condemnari, & de hoc fui interrogatus in nostro supremo Consilio Italico, occasione visitationis generalis, quæ fit in Regno, & dixi, quod si Officialis inquirantur de aliquo contra statuta, & per Pragm. Regni disposita, in quibus aliquid fuit ordinatum, vel prohibitum, sub pena amissionis rei, vel aliqua pena pecuniaria, quod tunc licet regula sit, quod mortuo delinquente extinguitur etiam crimen, & pena ipsius, hoc non habet locum, quando pena committitur in aliquam legem, vel quod ex dispositione ipsius applicetur Fiscus, quia tunc indistincte repetitur ab hærede, & ratio est, quia hoc Fiscus magis videtur rem suam prosequi, quam de vindicta publica agere, ad tex. in l. commissæ, ff. de publ. per quem text. ita firmat Bart. in l. ex iudiciorum, num. 2. ff. de eson. at. Glof. Bart. in l. 3. §. quod autem, vbi etiam Paul. de ali. ff. quod quisque iur. idè Bart. in l. 1. ff. de primar. delicti. Abh. in cap. su. de sepul. referet. Englib. de Bened. in cap. Raimundus, in 2. par. vers. mortuo isaque testatore, num. 142. & hanc opinionem indifferenter teneri ab omnibus, affirmat Ias. in d. l. 3. §. quod autem, ff. quod quisque iur. nu. 2. licet ipse velit eam impugnare, ut ibi, sed ipsum reprobat Egid. Boss. in sua pract. crim. in tit. de

sententia, num. 47. eandem opinionem probat text. in l. *Causa*, in fine, ff. ad Syllan. prout etiam ad hoc allegat Bart. in d. l. i. ff. de priu. delict.

10 Facit etiam ratio, quia quando delictum patrat in ipsa re, contra legem qua sita, statim dominium ipsius rei auulit defunctus, per text. in l. *Imperator*, ff. de iure Fisci. vbi Glos. & Bart. ideo actio intentanda a Fisco erit realis, per text. in d. l. *Imperator*, & per text. in l. *quod diximus*, §. *hac actio*, ff. quod met. caus. & proinde etiam iudicium hoc erit civile, & non criminale, ad notata per Abb. et DD. in rubr. extra de iudic. ubi Rip. num. 92. et 95.

11 Secunda dixi, quod indistincte haeres tenetur, si aliquid ad ipsum peruenit de male quaesito per Officialem, ne alieno scelere diceretur, l. i. c. *ex delict. defuncti*, & quia sicut delictum morte extinguitur, & ad haeredem non transit, ita non debet ex eo lucrum facere, l. *sicut*, ff. de reg. iur. vbi Glos. & ead. Glos. in §. *non autem*, Instit. de perp. & temp. action. & probat text. in l. *cum falsi reus*, & l. *sequis cum*, ff. ad l. *Corneii de fals.* vbi Glos. in uerbo *extorquendum*, probat text. in l. *Papinianus*, §. *in iure*, ff. de inoff. testam. et in l. *in haeredem*, §. *si falsi*, ff. de inoff. testam. et in l. *in haeredem*, §. *si falsi*, ff. de inoff. testam. vbi Iuris Consultus dicit, quod delictum pena ad haeredem non transeat, ut atramentum, quod turpiter, vel scelere quaesitum est, ad haeredis compositionem peruenire non debet, et in l. *Lucius*, ff. de iur. Fisci. habetur, quod extincto crimine per mortem, prosequutio eorum, quae scelere sunt quaesita, non extinguitur, ad idem text. in l. *3. §. quod autem*, ff. quod quis que iur. et in l. *1. §. si iur.* de eo, per quem factum est, vbi Glos. in uerbo *haeres non lucrativa*, in uersiculo: *uel dic breuius* dicit, quod quando aliquis deliquerit, recepto pretio, illud pretium debet restitui Fisco per haeredes, et ibi Paul. de Cast. dicit, quod si tales debent reputari, ut assassini, ad id probat text. in l. *quod diximus*, §. *fin.* et in l. *uidetur*, ff. de eo, quod met. causa, quae iura probat regulam, quod Fiscus est sacculus male quaesitorum, et dixit Bald. quod est coactus sine conscientia, qui imborzatur male quaesita in cap. *1. num. 10 de alio*, referunt Gugli. de Bened. in supra allegato, et in cap. *1. num. 1. et 2. et quod haec pena applicetur Fisco, vbi Glos. et iura supradicta, quae expresse de pena Fisco applicanda loquuntur, ut in d. l. *Lucius*, ff. de iur. Fisci, probat etiam text. in l. *si quis cum falso*, et ibi Glos. ff. ad l. *Corneii de fals.**

13 Quando autem dicatur ad haeredem peruenisse, declarat bene text. in d. l. *uideamus*, ff.

quod met. causa, ubi quod sufficit, quod semel ad defunctum peruenit, licet ipse consumpserit, quoniam haeres hereditaria obligationem suscepit, ut ibi dicit text. et in d. l. *sequenti*, dixit Glos. in can. *si Episcopum*, 16. in quest. 6. quod eo solo, quod in uniuersum eius successit haeres, dicitur ad ipsum peruenisse, arg. text. in cap. *tua nos*, extr. de usur.

14 Si autem Officialis defunctus inquirentur de crimine l. *Iul. repetund.* vel *peculat.* vel *de resid.* tunc haeres, etiam quod ad ipsum nihil peruenit, tenetur, et etiam lite cum defuncto non contestata, quia ita particulatim est dispositum in ijs delictis, ut etiam in crimine haer. Maiestatis, ut notat Glos. in d. l. *C. ex delict. def.* per text. in l. *ex iudiciorum*, ff. de accusat. l. *fin.* ff. ad leg. *Iul. pecul. l. in Sena*, §. *si propter*, ff. ad Turpill. Sed haec conclusio in praedictis criminibus habet suam instantiam, quia intra annum tantum in crimine repetundarum proponi potest, et intra quinque annu in peculatu, l. *2. ff. ad l. Iul. repetund. l. peculatus crimen*, ff. ad leg. *Iul. pecul.* ex hoc tempus nullis ex causis prorogari potest, ut per *Iur.* in cap. *1. in iura*, extr. qui matrim. accusat. possunt; sequitur Felin. post alios in *compensatim*, extra de iudic. quia quando tempus statuitur a lege, sine per modum praescriptionis, quo casu crimen dicitur aboleri, et dicit Bald. in d. l. *si propter*, ff. de condit. iudic. in finalibus uerbis, et in l. *quarta*, c. *de fals.* quod haec exceptio praescriptionis est intentionis, et facti, et in omnibus questionibus contra Fiscum procedit, in omnibus, ff. de diuers. praescript. Sed in alijs casibus haec accusatio non praescribitur contra Fiscum, nisi spatium uiginti annorum, l. *1. §. diuus*, ubi Glos. ff. de iur. Fisci, et dixit Bart. in d. l. *in omnibus*, de diuers. et temp. praescript.

16 Haec omnia dicta sunt, iuris civilis dispositione attendita, in qua alij casus uideri possunt, et in distinctione Bart. in l. *1. ff. de priuat. delict.* Bald. et DD. in l. *1. c. ex delict. defuncti*. Abb. in cap. *fin. de sepult.* Dec. in reg. *sicuti*, et in reg. *pupillum*, §. *in haeres*, ff. de reg. iur. Par. de Put. in tract. de iud. in uerbo *haeres*.

17 Sed de iure canonico uidetur indistincte introductum, quod haeres tenetur, et tamen lite non contestata cum defuncto, et in solidum pro delicto defuncti, et hoc fauore animae, ut ipsa a peccato liberetur, ita text. in cap. *fin. de sepult.* et text. in cap. *in literis*, extr. de rapt. et ita ibi firmat Innoc. et Abb. in d. cap. *fin. de sepult.* num. 5. dicit, ita communiter teneri a Glosis, licet secus sit de iure civili, et ibi allegat Glosas in decem locis, et licet

illa iura videantur loqui respectu interesse Partium, non autem respectu pœnæ Fisco applicandæ, quia in foro conscientie non iniungitur, ut quis soluat pœnam delicti, tamen quia *text. in cap. fin. de sepult.* loquitur in homicidio, & in incestu; cuius pœna est pecuniaria, quæ fortè à statuto solet imponi, nõ potest Fisco applicari, idèo *Io. Andr. in d. c. fin.* intellexit, ibi agi etiam, ut satisfaceret hæres de delicto ratione pœnæ; & cum hoc sit expeditum de iure canonico, hoc debet omninò seruari, etiam in Curia laicali, postquam agitur de anima, & de liberalitate ipsius, in cuius foro lex subiacet canoni, ut in *Aurb. vt cler. apud propr. Episcop. S. penult.* ita in terminis expressè firmat *Io. Fab. in S. penales, Instit. de perpet. & tempor. act. num. 8. vers. dic. ergò, quod actiones,* ubi ampliùs firmavit, quòd licet ista iura videantur loqui, quando defunctus egit pœnitentiam, tamen idem, dicit ipse, esse iudicandum, etiam si non fecit pœnitentiã, nec adsint signa ipsius, fauore anime, ut idè dixit *ibidem, nu. 6. vers. quid dicendum;* quando autem defunctus mandauerit, satisfieri malè per ipsum ablata, vel etiam si non mandauerit, si tantummodò confessus est, & signa ostendit pœnitentiæ, est in iure expeditum, quòd hæres teneatur, quia tunc ex quasi contractu cum defuncto agitur, ut latius tradit *Fab. in d. S. penales,* post omnes *DD. in d. cap. fin. ubi Abb. & alij, de sepultur.*

S K M M A R I U M

- 1. Vita, & militia debita à fratre primogenito secundogenitis quomodò taxatur.
- 2. Filia, quæ dote recepta renūciavit, an in taxanda vita, & militia super feudo, vel legitima super allodio, sit inter filios connumeranda, & num. 3. & 6.
- 3. Vita, & militia an in locum legitime successerit.
- 4. Discrimen aliquod constitui non potest, quando tractatur de taxando vitam, & militiam super bonis feudalibus, vel legitimam super allodialibus.



ARGUMENTVM.

Agitur, quo nam modo vita, & militia super feudo à fratre primogenito secundogenitis debita taxetur.

Filia monialis, quæ dote à patre accepta amplissimè renūciavit, an in taxanda vita, & militia super feudo, vel legitima super allodio, sit inter filios connumeranda. Vita, & militia, an in locum legitime successerit, & de alijs notabilibus, ad materiã pertinentibus.

C A P. CCXXXV.



Ita, & militia, quæ apud nos ex dispositione Constitutionis Comitibus à fratre primogenito, qui in feudo successit, secundogenito præstada est, cum venerit taxanda,

conueniunt omnes, ad instar legitime illæ fore liquidandam, ita ex nostratibus *And. in Const. In aliquibus, column. fin. circa finem,* & in *d. Constit. Comitibus, column. 3. in princip. ubi etiam Affl. qui num. 4. sic iudicatum testatur, Anton. Capyc. decis. vltima, num. 2. Io. Anton. de Nigr. in c. Regni, quod incipit Alienationis actus, num. 13. Ioan. Thom. Minad. in Const. In aliquibus, notab. 7. n. . . Iacob. Anel. de Bott. in d. Constit. Comitibus, column. 3. in princip. Reg. Reuert. decis. 1. in princip. Reg. de Pont. tract. de potest. Proveg. tit. 7. §. 4. in tra. num. 7. Fab. de Ann. cons. 4. nu. 52. Reg. Tap. decis. 5. C. 14. nu. 31. Scipio Theod. alleg. 81. (quidquid nullo iuris fundamento, sed prorsus inconsideratè dixerit Francisc. de Amic. in repetitionib. feudal. in tit. de his, qui feud. dare poss. §. sed hic pulchrum, nu. 7. fol. 11. quem sequi videtur Reg. Rouit. in prag. 25. num. 4. tit. de feud. in nouiss.) & ex Siculis *Gugl. de Pern. cons. 11. nu. 12. Petr. de Gregor. tract. de vita, & mil. quest. 7. num. 1. & 4. Ioan. Ant. Canner. in extrauag. Si aliquem, num. 54. cum seq. fol. 330. Ioseph Cum. in repet. cap. Si aliquem,**

in verb. antiquis, num. 550. in fin. Blasc. Lanc. ibidem, quæst. 21. Nicol. Intrig. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 16. Reg. Petr. Corset. in addis. ad Octavianum patrem, cons. 27. num. 1. D. Garz. Masvill. decis. 64. num. 2. Mar. Giurb. ad Consuetud. Messan. par. 1. cap. 4. gl. 4. num. 27. & Franc. Amb. Coss. alijs omis. cons. 91. n. 34.

2 Sed semel in facto mihi conigit, an in huius vitæ, & militiæ liquidatione filia Monialis, quæ dote à patre accepta amplissimè renunciauit, sit inter filios connumeranda? qua in re dicebam, quòd quamuis in terminis iuris communis grauissima sit quæstio inter Scribentes, an in taxanda legitima masculorum, siue paragio feminarum, computatis dotibus receptis, sit filia dotata inter filios connumeranda, de qua latè per DD. relatos ab Ant. Gabriel. comm. conclus. lib. 6. tit. de legit. conclus. 2. & ab Ansonin. Theaur. decis. 154. quorum meminit Pres. Amat. cons. 75. num. 14. attamen pars affirmatiua, nimirum, vt aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, sit filia femina inter filios connumeranda, & vt vulgò dicimus, faciat partem, licet ad partem non admittatur, credo, quòd hodiè apud nostrates procedit sine cõtrouersia, vt videre est penès Afflic. in Consil. In aliquibus, num. 54. Capyc. decis. 158. D. Preside. Francb. decis. 549. D. Reg. de Ponte cons. 65. lib. 1. Io. Vincent. de Ann. sing. 214. Molfes. ad Consuet. Neapoh. par. 4. quæst. 17. per totam, & apud alios, quos refert Dom. Reg. Capyc. Galeot. in addis. ad cons. de Medic. 167. quo loci dicit, opinionem hanc in S. C. pro indubitabili hodiè haberi, eamq; indubitanter procedere addidi Ego supra c. 93. quamuis filia amplissimè, & cum iuramento paternæ hereditati renunciauisset, vt adhuc iurata renunciatione non obstantè, in taxanda fratrem legitima partem faciat, dummodo aliquid pro sua portione receperit, (quidquid aliter in puncto de filia moniali verba faciens, consuluerit insignis Menoch. cons. 247. num. 53. lib. 3.) ratio assignatur, quia videtur hoc casu, ac si totalitè patri succederet, & successiuè necessariò partem facere debet, secus autem, si nihilo recepto, tunc enim, supposita renunciatione pro valida, pro mortua haberetur, id, quod vt plurimum euenire solet in personis masculorum, qui Religionem aliquam bonorum incapacem professi sunt, ita sanè scripserunt Bald. Fab. de Giocob. Ioann. Campog. Hieronym. Gabr. Peregrin. Suid. ceterique per me relati d. c. 93. à num. 4. vbi sic maxima discussione præcedente per S. C.

me aduocante, decisum fuisse attestatus sum, idquè sub die 19. Decembris 1644. in causa Ianuarij, & Lelij de Ligorio cum Anna de Ligorio eorum forore, in cuius paragio taxando duo Fratres Monaci Casinenses, qui nihilo recepto renunciauerant, nõ fuerunt inter filios connumerati, benè tamen duz forores moniales in Monasterio Sãcti Hieronymi huius Ciuitatis professæ, quæ ingressarum paragio recepto, amplissimè patri renunciauerant, Commissario olim Domino Consiliario Andrea Prouenzale, penès de Amico S. C. actorum, Magistrum.

3 Nec, quæso, dicat quis imprudentèr, hæc omnis apud nos de plano procedere, càm tractetur de taxando legitimam masculinam, siue paragium feminarum in patrimonio allodiali, (scòs verò, vbi ageretur de taxanda vita, & militia super bonis feudalibus, iuxta ea, quæ notat Capyc. decis. 161. circa finem, vbi in causa filiorum Galearij Caraccioli quædam legitimam burgensaticorum Sacrum Consilium iudicauit, feminas partem facere, quamuis ad partem non admitterentur, licet passè in liquidatione vita, & militia (hæc sunt verba Capyc.) iudicauerit, dñm essent quinque, filij masculi esse quintam partem medietatis fructuum rerum feudalium, & sic decimam, unde feminae ibi non fecerunt partem, quia si fecissent, fuisset octaua pars medietatis fructuum, & sic decima sexta pars, & iudicatum fuit 1521. 17. Aprilis, hæc Capyc. quem sequutus fuit D. Reg. Tap. decis. S. C. 44. num. 6. etenim si veram faborem sellidus, ex his, quæ refert Capyc. non benè percipi potest, an in illa causa fuerit de hoc dubio inter Partes disceptatum, refert namq; liquidationem vita, & militia masculis pro decima parte, ob quod argumentatur, quòd feminae partem non fecerunt, quia si fecissent, aliter vita, & militia liquidata fuisset, non enim in hæc liquidatione Capyc. iudicauit, vt cernitur apertissimè in decis. 159. num. 8. quo loci causa illa fuit terminata, sicq; nescio, quæ fides in hoc sit ei adhibenda, quatenus affirmare velimus, hoc in puncto fuisse per S. C. decisum, sed supponamus decisionem in terminis, nonnè respondere fas erit, esse illam ratione, ac DD. autoritate destitutam, supposita tamen, sic Ego loquor, pro indubitabili, pòd nos sententiã illa, vt in taxanda legitima filiorum femina partem faciat, si enim, vt vtar verbis D. Reg. Merlin. controuers. cent. 2. c. 10. num. 25.

4 vera est grauissimorum DD. sententiã, existimantium, vitam, & militiam succedere,

in locum legitimæ, istamquæ opinionem magis communem esse, ac eam tenentes rectius intellexisse *Andream*, & de contrarijs nullam esse habendam rationem, prout pariter existimarunt *Camill. de Medic. cons. 8. num. 30. Consil. Theodor. alleg. 20. num. 21. & 32. & D. Reg. Capyc. Latro consult. lib. 2. consult. 111. num. 20.* quæro Ego à *Capyc.* quæ discriminis ratio assignari vnquã poterit, vt quando tractatur de taxanda legitima filiorum in bonis allodialibus scemina partem faciat, quamuis ad partem non admittatur, ac secus, quando agitur de liquidanda vita, & militia super bonis feudilibus? si enim ad primum affirmandum eam nostrates vnicam considerarunt rationem, quia filia aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, videtur in ea portione succedere, successivè necessariò partem facere debet, ac si dotata nunquam extitisset, non nè ratio hæc pariformiter militat, quãdo tractatur de taxando vitam, & militiam, sicut enim ad faciendam partem in taxando legitimam, habetur, ac si in portione, quam pro dote recepit, succederet, ita pariter omninò affirmandum, quando agitur de liquidanda vita, & militia, vt nimirum partem quoque faciat, quia videtur in ea portione, quam dotis nomine assequuta est, succedere, nec alicuius ponderis est ratio illa, quam assignat *D. Reg. Tap.* (illius tãti viri pace sit dictum) in cit. *decis. 44. num. 6.* idè sceminam dotatam in taxanda vita, & militia filiorum partem non facere, quia, cum dotata reperitur, cessat onus feudi, quod erat in dotando illam, etenim si vera esset ratio hæc, procederet pariter indubitanter in taxatione legitimæ super bonis allodialibus, quia adhuc in filia dotata cessaret onus illius patrimonij, quod est in dotando filiam, vnde dicamus, quæso, ab omni dubio procul nullam iuri consentaneam considerari differentiam, quando agitur de taxanda legitima super patrimonio burgensatico, aut vita, & militia super patrimonio feudali, nam si diximus, vitam, & militiam in locum legitimæ succedere, æquiparatorum idem iudicium esse debet, vt per *D. Reg. Merlin.* cit. c. 10. m. 26. quòdque hoc verum sit, nè mea hæc sententia ratione munita, rerum iudicarum autoritate destituta sit, videatur omninò *D. Reg. Reuerten.* qui nullum constituendo discrimen inter vitam, & militiam, ac legitimam, quamuis illius fuisset opinionis, vt in taxanda legitima, siue vita, & militia filia dotata partem non faciat, dum ad partem non ad-

mittitur, attamen subdit, quòd in Regno còtrarium fuit sæpè iudicatum, & hoc tam in *decis. 1. par. 1. quam in decis. 58. lib. 4.* aliàs 366. secundum meam compilationem, per hæc enim verba loquitur in *decis. 1. circa finem*; Ex quibus omnibus concludo hanc opinionem veram, quòd filia dotata exclusa per statutum à successione, sicut non admittitur ad partem, ita non faciat partem, nec in legitima filij, nec in vita, & militia, quæ ad instar legitime liquidatur, tamen, vt intellexi, in Regno contrarium fuit sæpè iudicatum, quòd in casu nostro licet non admittatur ad partem, faciat partem, illa ratione potissima, quia non est penitus exclusa à statuto, ex quo illa pars, quam habet, succedit loco legitime, & sic non est omninò exclusa, etc. & ita decisum testatur in cit. *decis. 58. aliàs 366. vers. fuit etiam dubitatum in hac causa,* quòd loci hæc profert verba, quòd si sunt quatuor filij, vel pauciores, sit legitima tertia pars eius, quam quis haberet, si ab intestato succederet, si verò sunt plures, puta quinque, vel ultra, sit semis illius partis, in qua ab intestato succederet, et ita ibi dicunt omnes DD. et in l. planè, §. si duobus, ff. de legat. 1. et ita fuit taxata vita, et militia, habita consideratione ad novem filios, quos tam masculos, quam feminas reliquit dictus Dux, etiam quòd esset vna nupta, quia etsi non admittebatur ad partem, bene facit partem, vt notant *Bart. Alex. Ias. et omnes in d. §. si duobus, et posui latè in quadam mea decisione in principio, quando sui effectus Præsides Regiæ Cameræ, etc.*

Hæc occurrunt.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vita, et militia super bonis feudilibus secundo-genitis debetur, statimatq; quòd frater primogenitus altero ex duobus modis in feudo successerit.
- 2 Interesse vite, & militia an debeatur à di-mortis communis patris, & num. 6. & 10. & quid in paragio, num. 11.
- 3 Vita, & militia super feudo successit in locum legitimæ.
- 4 Interesse legitime à quo die debetur.
- 5 Interesse partis pretij super feudo nouo à quo die pari potest, et num. 9.
- 7 Vsuræ usuræ non debetur.
- 8 Text. in l. nequæ eorum, ff. de usuris expenditur.



A R G V M E N T V M.

Agitur de vita, & militia super feudo à fratre primogenito secundogenitis debita, si non fuerit petita in die mortis communis patris, an cum primùm petatur, peti possit cum interesse, vbi decisio Sacri Consilii, & de aliis ad materiam pertinentibus.

C A P. CCXLVI.



ra, & militia super bonis feudilibus, quòd secundogenitis debeatur, statimatur; quòd frater primogenitus in feudo successerit, id; siue per communis patris mortem, siue refutationem, itemq; & fororibus partagium, per Sacrum Consilium decisum, ait *Anua pater allegat.* 23. in fine, & in rubr. de *vasall. d. q. rep. acat. num. 224. & seq. Mastri. decis.* 248. num. 21. *Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 4. glos. 5. num. 26. Reg. Rouit in pragm. 25. num. 8. de feud. et in cons. 9. num. 10. cum seqq. lib. 2. aliq; passim.*

2 Sed aliquando dubitatur, si secundogenitus post patris mortem per plures annos steterit in petenda hac vita, & militia, an cum primùm illam petat, à primogenito præstari debeat, vna cum interesse à die mortis communis parentis?

3 Pro ratione dubitandi videbatur affirmandum, nam si vera, & magis communis est nostratum sententia, vitam, & militiam filiis secundogenitis super feudo paterno debitam successisse in locum legitimæ, vt ex *Andr. D. Camill. de Medic. D. Reg. Capyc. Intro. et D. Reg. Merlin. cap. precedent. num. 4.* supposuimus, sequitur certè dicendum,

4 quòd quemadmodum debetur interesse legitimæ à die mortis patris testatoris, quavis post multum temporis illius portionis sequatur petitio, vt probant *D. de Franch. decis. 558. num. 5. et 575. Surd. decis. 25. n. 26. Ant. Fab. diffin. 1. C. de usur. et fruct. rei leg. et Reg. Rouit. cons. 90. lib. 1. de quibus meminimus lib. 1. c. 200.* ita paritèr debeatur in-

teresse vitæ, & militiæ, quæ in locum legitimæ successit, idemq; centies iudicatum, quando feudum esset nouum, & filij secundogeniti vellent potius eligere partem pretij, quàm vitam, & militiam consequi, vt portio illa, quæ collationis iure debetur, ex dictis per *Andr. in cap. Imperialem, in 1. addis. à num. 39 de probib. feud. alienat. per Feder.* sit paritèr debita cum interesse, à die nimirum mortis patris, vt latè dixi eodem lib. 1. cap. 128. à num. 13. ad finem, ergo idem dicendum in vita, & militia, istamque sententiam inter terminantibus videtur probare *D. Reg. Merlin. controuers. cent. 2. cap. 10. à num. 23. usque ad 25. & ante cum licet perfuntorie Mastri loco supra cit.*

6 Ceterorum contrariam sententiam amplexus fuit *P. Molfes. cons. 9. à num. 51.* cuius memor fuit *Capan. in tract. de vita, & milit. quest. 3. num. 20.* Illa quidem principatione motus, nam cum vita, & militia ex fructibus feudi in pecunia sit debita, eaq; prorsus ibi quida dicatur, consequens est, vt nullo pacto interesse aliquod deberi possit, & de hoc, dicit esse text. rotundum in *l. nequè eorum, ff. de usuris,* vbi *Paulus l. c.* ait, *usuras fructuum, tam ante, quàm post litè contestatam perceptorem non deberi, asignat ibi glos. rationem, quia sicut usura usura non debetur, sic nec usura fructuum, id est accessio accessioni, etenim in casu, de quo noster est sermo percepit frater primogenitus fructus feudi, quorum parte singulo quoq; anno à die mortis patris tenebatur fratribus secundogenitis in pecunia præstare, non præstitit, vel quia non interpellatus, vel quia ignorabat quantitatem, quæ debebatur, vnde cum primùm ad illam præstandam conuenitur, sat esse debet secundogenitis, vt quantitates pro præterito non habitas consequantur, absq; quòd eandem quantitatem interesse aliquod præterendant, nam alijs fructus fructuum consequerentur, contra text. in *l. nequè eorum,* cuius dispositione attenda, quoties aliquid debetur ex fructibus, nunquam debitum est cum interesse, id, quod non consideratur in legitima, quæ cum in corpore sit, illa debita, *l. libertus, qui, saluendo, ff. de bonis libertor. l. scimus, in finalibus verbis,* vbi *Bal. in l. c. de inofficio. testamenti, D. Reg. Merlin. post alios, quos refert controuers. cent. 2. c. 13. n. 3.* illiusque dominium legis ministerio à die mortis patris in filium translatum, successiue huius portionis in corpore debita debentur fructus, *Surd. cons. 128. num. 3. & seq. lib. 1. post alios, quos citat, Mercur. Merlin.**

tract. de legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 1. num. 3. & D. Reg. Merlin. cit. c. 10. num. 23. idemq; & in parte pretij secundogenitis debita super feudo nouo, quæ cum semel debeat, æquum est ex rationibus per me ponderatis cit. c. 128. a num. 13. vt debeat cum interesse, & à die mortis communis patris, à qua, inquam, die filius primogenitus feudum possedit, & fructus percepit.

10 Et vt pro opinione P. Molfes. assistat rerum iudicatarum authoritas, dico, sic fuisse per Sacrum Consilium decisum sub die 28. Iunii 1642. prout videre est in processu 3. vol. pro Pio Monte mortuorum cum Spectabile Alexandro de Matthæis, in quo per modum legis condèda, referente Domino tunc Regio Consiliario Andrea Marchesio, demum Braside meritisimo, ac feudorum interprete, reperitur interpositum decretum, & per hæc verba. *Per Sacrum Regium Consilium declaratum est, interesse vite, & militia non deberi à die mortis, salua prouisione facienda à die litis contestata, hoc suum, &c.* penes de Martino S. C. actorum Magistru, & in interesse paragij, quod super feudo in pecunia debetur, D. Reg. Merlin. cit. equit. 13. vt illud non nisi à die litis contestate debeat, annuit per S. C. decisum Reg. Rouit. in pragmat. 25. circa finem, de feudis.

S V M M A R I V M.

- 1 Vniuersitates cum æs alienum persolvere non valent, ciues, & particulares tenentur, sed an insolidum contra quemlibet exequi possit, nu. 2. & nu. 8.
- 2 Consuetudo iurisdictionem præbet meram, mixtam, &c.
- 3 Communis non est, quod meum est.
- 4 Pragmatica 7. S. 7. sub tit. de Commissar. declaratur.
- 5 Obligati plures simpliciter, quilibet pro rata tenetur.
- 6 Syndicus, & Electi Vniuersitatis si sunt in mora in persoluendis functionibus fiscalibus, carcerari possunt.



A R G V M E N T V M.

Agitur, an Vniuersitatibus Regni huius non soluendo existentibus possit, creditore instante, exequi contra quemlibet ex ciuibus insolidum, vel tantum pro rata. Syndicus, & Electi alicuius Vniuersitatis, si in persoluendis functionibus fiscalibus in mora extiterint, an carcerari possint, & de alijs, vbi singularis decisio Dom. Reg. Mules.

C A P. CCXXXVII.

1 Vniuersitates Regni huius, cum æs alienum legitime contractum persolvere non valent, pragmatica sanctione, quæ est 7. S. 7. sub tit. de commissar. statutum est, vt possit exequi contra ciues, & particulares, sicque creditorum indemnitati prouideri.

2 Sed aliquando dubitari contigit, an in terminis huius pragmaticæ possit insolidum exequi contra quemlibet ex ciuibus creditori melius visum? in hoc dubio partem, semper amplexus sui negatiuam, nec aliter vnquam mihi persuadere potui, huius Regiæ sanctionis conditores contrarium sentisse; etenim in terminis iuris communis excitat questionem hanc, & satis elegantè Bald. in l. etiam, num. 26. C. de execution. rei iudic. quo loci querens, an pro debito Vniuersitatis singularum personarum iumenta capi possint, affirmatiuè respondet, si Regionis consuetudo hoc diceret, assignat rationem, quia consuetudo iurisdictionem, dat meram, mixtam, imperiosam, atq; am, & bassam, prout disponit, idemque si contractus ciuium hoc disponeret, nam contractus vniuersorum potest ligare vniuersaliter vniuersos, & singulariter singulos, ad notata per Bart. in l. 4. ff. de re iudic. sed pro quanta portione singuli teneantur, cum tot sint ciues, quod quantum tangat pro rata

apparere non possit, & in hoc dicit *Bald.* quod si quis assereret, vt quilibet in solidum teneatur, esset falsum, ac proinde si captus pro tali debito ratam suam, declarari peteret, et actor curam quantitatem odere non posset, ciuis, contra quem fuit exequutum relaxari debet; addit demum, quod si in contractu singulorum obligatio non continetur, ciues ad aliquid non tenentur, cum remaneat tantum obligata Ciuitas, assignat rationem, quia, quod meum est, Communitatis non est. Hæc postrema *Bald.* theoricæ apud nos nullius est reuerentia, cum attentæ *pragmatica* supra citata, quando Vniuersitas non est soluendo, potest exequi contra ciues, adhuc non obligatos; unde remanet difficultas, an possit exequi in solidum contra quemlibet, vel pro rata, non enim verba *pragmatica* hoc aperiant, cum tantum cantent, vt possit exequi contra ciues, quo fit, vt videamus, quid de iure, & quod non nisi pro rata exequi possit, satis probatur ex dictis per *Bald.* in 2. par. sue theoricæ, dum in terminis fortioribus, supposita obligatione Ciuium insimul cum Vniuersitate, dicit, quod falsum esset, si quis assereret, vt quilibet in solidum teneretur, et merito, nã de iure nouissimo quoties plures ad alicuius beneficium vno, eodemque contractu simpliciter se obligant, haud expressa dictione illa *in solidum*, non nisi pro rata quilibet teneretur, hic est *text.* vulgatus in *Auth. hoc ita, C. de duobus Reis.* sicque in puncto affirmare videtur *Dom. Reg. de Pont.* quem citauimus supra cap. 59. nu. 7. dum dixit, quod quando Vniuersitas non est soluendo, illud, quod debetur, ab omnibus ciuibus, qui soluendo sunt, exoluendum est, non enim dixit, ut quilibet teneatur in solidum; sed quod omnes id, quod ab Vniuersitate debetur, exoluat, et sic pro rata; in terminis autem terminantibus, nimirum quod vbi particularis ciuis ratam suam soluerit, de cætero molestari non possit, dixit, et satis bene *Dom. Reg. Moles*, licet male hoc à Regiis Perceptoribus seruari, addat in *tit. de exactione iurium fiscalium, decis. 3.* hic imprimenda; sed puto Ego, hoc procedere, quia aternitatem non credunt; verba autem *decisionis* sunt, quæ sequuntur.

Decisio Dom. Regentis Moles.

7 Est dubitatum, si pro debito Vniuersitatis pro functionibus fiscalibus possint alrungi de persona ciues ipsius; et quoad Syndicum, et Decuriones habuimus pro expedito, quod si sūt in mora, possunt carcerari, quia pro debito fiscali potest realiter, & personaliter fieri exequutio, *l. cum eo, in fine, ibi, corpus retinendo*: modo ipsi Decuriones ex quadam fictione tota Vniuersitate representant, *l. ossa, ff. de religiof. & sumpt. funer.* Item, quia cum ipsi sint deputati ad exactionem introituum Vniuersitatis, & ad solutionem Regiæ Curia, ideo ipsi de proprio tenentur, *l. i. in princ. ff. de muner. & honor.* ideo ibi hoc munus patrimoniale dicitur, seu mixtum, *l. fin. S. mixta, ff. eodem*, & quia ad ipsos stat, vt debitum soluatur, ideo ipsi compelluntur, ita *Bald.* in *l. etiam, num. . . C. de exequut. rei iudic. Roman. in l. 4. S. actor, num. 28. ff. de re iudic. & ibi Rip. nu. 34.* & ita mandauimus practicari hoc anno 1569, in causa Magnifici Io. Antonij de Ponte, cum Vniuersitate Ciuitatis Asculi, condemnata ad certam quantitatem frumenti: quo vero ad particulares, qui iam soluerunt Vniuersitati ratam per ipsos debitam, nullo iure est eaurum, quod amplius possint molestari, quia particulares non tenentur pro debito Vniuersitatis, nisi collectiuo modo, per *glos. in l. i. S. si nemo, in verbo pro consul, ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine*, & ideo soluta collecta prædicta, vel soluta rata oneris sui patrimonii, iuxta dispositionem *text. in l. omnes priuatorum, C. de operibus publicis*, amplius non tenentur, ita *Bart. in d. l. 4. S. actor, nu. 7. vers. quæro, an pro tali*, & ibi etiam *Roman. Alex. Hercul. & Rip. ff. de re iudic.* licet hoc malè obseruetur per Regios. Perceptores, quia indistinctè ciues carcerantur ab ipsis ex antiquata iam super hoc consuetudine, super quo conuenientibus oculis pertransit Regia Camera, quæ nihil desuper in specie prouidit, &c.




S. P. M. M. A. R. I. V. M.

C. A. R. CCXXXVIII.

- 1 *V* usufructuarius tenetur cauere de utendo, & fruendo re arbitrio boni viri.
- 2 *C*autio de utendo, & fruendo an per testatorem remitti possit, & nu. 3.
- 4 *V* usufructuarius si non potest inuenire fideiussorem, an admitti possit ad iuratoriā cautionē.
- 5 *D*onans si donauerit retento usufructu, redonata, donec vixerit, num a donatario cogi possit ad praestandum fideiussionem de utendo, & fruendo, & c. et quid in donatione contemplatione matrimonii, n. 6. 7. 8. 9. 12. et 13.
- 10 *C*onuentus ex sua liberalitate, non condemnatur ultra, quam facere potest.
- 11 *D*onatio, qua fit ad dotandam puellam, an reuocetur per superuenientiam filiarum.

A R G V M E N T V M.

Agitur, an usufructuarius, qui tenetur cautum reddere proprietarium de utendo, & fruendo re arbitrio boni viri, tenetur insimul cauere, quando ipse donauit rem, usufructu retento; & quid in donatione cōtemplatione matrimonii, an si quis hanc fecerit donationem suorum bonorum, vel partis illorum, retento usufructu, donatario in statuente, cogi possit ad sibi praestandam fideiussionē de utendo, & fruendo rebus donatis, & de aliis ad materiam, vbi celebris observatio Dom. lo. Angeli Pisanelii.



Sufructuarius teneri cautum reddere proprietarium de utendo, & boni viri arbitratu fruendo re, super qua fuit sibi relictus usufructus, sunt iura vul-

gatissima in l. i. ubi modus praestandae cautionis traditur, ff. usufructuar. quemadmod. caueat, & in l. i. vbi DD. communiter, c. de usufr. idque adeo verum, vt nec per testatorem, qui usufructum legat; haec cautio remitti possit, iuxta magis communem sententiam, de qua apud DD. per illa iura in d. l. i. c. de usufr. in l. penult. c. vt in possess. legat. & in l. si pecuni. ff. eodem, & alios, quos citant Castil. de usufruct. cap. 15. Surd. decis. 109. Theff. decis. 80. num. 2. vers. immo talis cautio, vbi in puncto principali loquitur, qualiter haeredum indemnitati consulatur, quando vxori uestium, et aliorum bonorum mobilium usufructus relictus est, Prael. in l. i. par. 2. num. 75. vers. amplia decimo, c. de bonis matern. ubi dicit, hoc durissimum esse, sed ita iura disposuisse, Io. Camil. Bilotta ablegat. 7. num. 4. post tract. de absolut. a iuram. ubi num. 4. autoritate Paul. Castrenf. Pauli de Montepico, et aliorum dicit, quod si testator legando vxori suorum bonorum usufructum, expressè prohibuerit, ne haeredes sub poena priuationis hereditatis cautionem hanc petant, quod nihilominus absque metu poenae poterit illa peti. Plus etiam dixerunt DD. quod si persona, cui relictus est usufructus, propter eius paupertatem fideiussorem inuenire non posset, nullo pacto admitti poterit ad iuratoriā cautionem, ad quam alius, qui fideiussorem non habet, admittitur, & eo casu bonorum possessio proprietario consignabitur, cum satisfactione de soluendo. usufructuario omnes fructus, ex bonis illis percipiendos, ita post antiquos, quos allegant ex recentioribus Dom. Præs. de Franch. decis. 497. Cachet. decis. 153. Minsynger. singul. obseru. cent. 6. obseru. 48. num. 8. Fontanel. de pass. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 1. par. 1. num. 57. fol. mibi 52 l. & Surd. decis. 141. in qua tamen contrarium in vxore paupere Senatū illum iudicasse testatur.

5 Quibus sic praesuppositis, videamus breuiter, an conclusio in principio firmata, procedat in eo, qui donauit, reseruato sibi, donec vixerit bonorum donatorum usu-

fructu, an, inquam, possit ille ad præstandam cautionem de utendo, & fruendo re, quam in alium, retento usufructu donationis titulo transfuit, *Arius Pincel loco cit. num. 80.* de his agens existimavit, iuris rigore attento idem sustineri posse, nimirum, sic donantem à satisfactione non excusari, idque ob generalitatem, & geminationem verborum, d. l. 1. ff. usufructuar. quemadmodum caueat, ibi, *ex alia quacunq; causa constitutus fuerit usufructus, & in l. 4. ibi, siue ex voluntario contractu, C. eodem,* attramen fatetur, in contrarium esse communem satisfactionis enim, inquit, durum esset, & incivile, admittere donatarium ad petendum cautionem ab eo, qui liberaliter beneficium ei contulit, ad tradita in *l. res donatas, ff. de edictis edicti.* sed sat esse ex *Soc. in l. 1. num. 16. ff. qui satisf. cogant.* donantem cum suorum bonorum hypotheca se obligari, eandemq; sententiam amplexi fuerunt ex recentioribus *Ant. Hering. tract. de fideiussor. cap. 5. num. 202. Cancr. var. resol. lib. 3. cap. 20. num. 216. vers. cum tamen, & Fontanel de pact. nupt. to. 1. claus. 4. glos. 2. num. 23.* de quibus meminit noster *Hodierna* in suis doctissimis observat. ad *Surdum* in cit. *decis. 109. num. 12.*

6 Sed quæstio insurgit elegantissima, an idem dicendum sit in eo, qui bona sua alicui consanguineo contemplatione matrimonij contrahendi, & demùm contracti donaverit? super hoc articulo cum casus contigisset, magnus iureconsultus *Dominus Jo. Angelus Pisanelus*, requisitus ab Illustrissima Principissa Sulmonis, ut de iure responderet, his verbis propria eius manu scriptis in 1. *quest. suorum notabilium*, quæ poenè me conservantur, votum suum pro-

Iesus, Maria.

7 Quæsit à me Illustrissima D. Principissa Sulmonis, ut suo generali Auditore, dū accidisset casus, quòd quædam nobilis sua, vasalla contemplatione matrimonij contrahendi, tunc, & demùm contracti inter quendam suum nepotem, & quandam nobilem mulierem, donasset quædam bona, dicto suo nepoti, retento in vita sua usufructu, & orirotur dubium, quia nepos, & vxor sua petierunt, ut ipsa donans caueret de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, ut est de natura usufructus, l. 1. ff. usufruct. quemadmodum caueat, cum concordantibus, & Gubernator Status cum consilio sui Assessoris determinasse, eam donantem non teneri, et

setq; appellatum, ille Assessor iustificando sententiam, allegavit *Corne.* qui casum decidebat secundum eum in *cons. 267.* incipiente in hac consultatione, col. 3. fol. 4. cui dixi, quòd hanc opinionem in contingentia facti tenuit *Socin.* ponderando illum text. in *l. omnes, ff. de exception.* qui bene declarat, quòd tantum tenebatur se obligare sub hypotheca bonorum, similiter ponderando text. in *l. filio, ff. de legat. nom. canea.* & ita consulendo sequebatur *Dec. in cons. 265. col. fin.* allegando dictum *cons. Corne.* & *Ioan. de Plat.* & ita determinatum fuisse dicit idē *Socin. in l. 1. fol. 4. vers. certid limita, ff. qui satisf. cogant.* & novissimè sequitur *Gozadin.* in *cons. 95. col. 11. vers. sexto ista,* sed mihi fuit visum contrarium, quia ista non erat simplex, & pura donatio, ita quòd effemus in mera liberalitate, & vrgerent rationes allegatæ per *Corne.* & *Socin.* sed in casu necessario, videlicet, quia nisi fuisset facta donatio, non sequebatur matrimonium, nec illa vxor dedisset dotes marito, qui pro restitutione dorum, & iurisdictione antephati, seu donationis propter nuptias obligavit omnia bona sua, & signanter dicta bona donata, pro quibus bonis ipsa donas promiserat expressam evictionem, & per consequens ipsa donatio dicebatur magis necessaria pro conclusione matrimonij, quàm liberalitas, ut in simili ad exclusionem fraudis, quando donatur filio accipienti dotem, & vxorem, considerat *Angel. in l. si quis posthac, col. 2. vers. sed limita uno modo, C. de bonis proscript.* & tacito *Ang. post Cuman. & Iacob. Puteum* firmat *Paulus de Montepico* in repet. l. post contractum, col. 11. vers. secundid limita, ff. de donation. & ita in terminis nostris, ut intelligatur *Jo. Ant. Alexandrin.* in *cons. 54. col. fin.* dū opponendo, quòd in casu suo videbatur esse donatio remuneratoria, & sic quòd non erat simplex, & pura donatio, procedens ex mera liberalitate, volens evadere contrarium dicit, quòd non erat standum assertioni benemeritorum, per ea, quæ habentur in *l. si donatione, C. de collation.* nam si in facto essent verificata benemerita, non procederent dicta per *Corne. Socin. & Dec.* & ad hoc posset adduci id, quòd ad limitationem regulæ, 10 quòd conventus ex liberalitate sua non condemnatur ultra, quàm facere posset, ut in *l. diuus, ff. de regul. iur.* dicit ibi *Dec.* prius allegando *Socin. in d. l. omnes,* & alios, ut supra, subdit, non habere locum in donatione ob causam, quia in utroq; casu, tam respectu d. regulæ, quàm respectu præstandæ

cautionals, prout equiparat istos terminos
ibi, attenditur, an sit mera liberalitas, &
 quamvis posset dici, quod respectu donan-
 tis est mera liberalitas, cum sit nepos ex-
 transeus, & nullus adest favor ipsius donan-
 tis, sed tantum eius nepotis, cui donabatur,
 ut etiam potest poni exemplum, si donaretur
 pecunia, ut emeretur domus, quia licet
 esset ob causam predictam, tamen quia non
 respicit favorem donantis, sed donatarij,
 diceretur libera, & gratiosa donatio, et in
 ea omnia iura loquentia de donatione, ob-
 tinerent locum, ut declarat *Angel. in l. sed
 hoc ita, ff. de re iudic. Ioannes Fab. et Ias. in S.
 sunt praterea, Inst. de action. idem Paul. de Ca-
 stro in l. 1. ff. de donation. voluit, quod dona-
 tio facta sub conditione, si nautis ex Africa
 veneris, dicitur donatio simplex, quia ex
 mera liberalitate procedit, et pro ista par-
 te posset allegari id, quod consuluit *Alex.*
 in *cons. 71. consideratis his, qua in ibemate,*
 vol. 4. ubi voluit, quod donatio, quae fit ab
 extraneo ad dotandam puellam, vel fau-
 dore matrimonij, cum sit mera liberalitas, et
 titulus lucratiuus quoad ipsam puellam,
 revocatur per susceptionem liberorum, in
 quam opinionem, quamvis *Alex.* non referat,
 fuit *Bertrand. in cons. 76. viso instrumeto,*
 in fine, et in *cons. 383. viso casu, vol. 2. et de
 Alex. consulente, licet numerum non alleget,*
 facit mentionem *Socin. in l. 9. ff. solut. matr.*
 nam etiam in donatione ob causam, quan-
 do solius donatarij commodum cõcerat,
 militante ratione, quae in libera, et pura
 donatione, ut noviter declarat exemplifi-
 cando *Ripa in repetition. l. si unquam, vers.
 decimotertio quara, C. de revocand. donat. ad
 quem me remitto, et in donatione facta
 coniugibus ratione matrimonij consuluit
*Oldrad. cons. 5. Titius dedit duobus, et sequen-
 do Alex. ubi supra, posuit Ias. in cons. 171.
 viso instrumeto 1. col. vol. 4. in hoc dubio
 fuit mihi visum capere hanc resolutionem,*
 prout demum dicta Illustrissima Domina
 habito meo consilio, ita obleruari fecit,
 quod ex quo non esset aliter conclusum
 matrimonium, nisi illa amita fecisset do-
 nationem, et erat expediens, ut fieret ma-
 trimonium, tum propter nobilitatem no-
 tis, iuxta *l. dinortio, ubi DD. ff. de verb. obligat.*
 tum propter sedandas discordias, quae erant
 mortae inter consanguineos, iuxta *l. acquifi-
 tum, ff. de usufruct. et quia expresse ipsa
 promiserat evulsionem, ita, quod sicut te-
 nebatur protegere, et defendere, si alij mo-
 lestarent, vel aliquid in bonis donatis pre-
 tenderent, multo fortius non debuisset ip-***

sa ita se habere, ut deteriorarentur, per ea,
 quae tradit *Corne. in cons. 226. in praesenti con-
 sultatione, vol. 2. quia iste dotus non censetur
 exclusus, ut late per *Ruin. in cons. 284. ubi. I.*
 et sic ipsa uxor remansisset fraudata, tam
 in restitutione dotium, quam in lucro an-
 tephatis, seu donationis propter nuptias, et
 videns marito promissam evulsionem, ste-
 titit secuta, ut non potuisset obijci, quod de-
 buisset cogitare, quod donans ex iuris di-
 spositione fuisset tuta de non cavendo
 uti arbitrio boni viri, postquam ipsa donans
 promittendo defendere ab alijs, multo forti-
 us non debuisset deteriorare, *hanc declaran-
 tem, cum concordantibus, ff. de evulsion. et
 sic ordinaui, postquam de deterioratione
 incipiebat constare, uel quod caveret de
 non deteriorando, postquam ipsa in dona-
 tione dixit, rem liberam, et promiserat evul-
 sionem, sicut dicimus in eo, qui tenetur
 ad liberandam rem, quando ille, cui res est
 obligata, non vult liberationi consentire,
 ut per *Alex. post alios in cons. 65. omisso ar-
 gumentis, vol. 5. uel quod deputentur alij,
 qui tantum habeant de bonis ipsis, ut do-
 nanti respondeatur de fructibus, ut in si-
 mili de patre male administrante posuit
*Aret. cons. 72. in 4. et 5. quest. et per Boer. in
 decis. 63. et circa questionem principalem
 ex supra positis videtur, quod magis com-
 munit opinio sit, quod in libera donatione
 cum reservatione usus fructus, nec ex libera-
 litate sua donans tale premium consequatur,
 quod non teneatur ad cavendum, sed
 tantum ad se obligandum, quae opinio cor-
 roborari etiam potest per id, quod dicunt
 DD. de eo, qui habet se de evulsionem obli-
 gare, ut in *l. 2. ff. de evulsion. et ita pertraheo,
 vide declarationem Regis Roberti, quam
 hic pone.*****

Io. Angelus Pisanelus.

S. K. M. M. A. R. I. P. M.

- 1 Absentia à bono iudicij an probet infirmitatem uxoris in sequenti virum ex causa Republicae petendi restitutionem in integrum ex clausula generali adversus sententiam.
- 2 Restitutionis in integrum beneficium adhuc uxoris militum claritum est.
- 3 Restitutionis in integrum beneficium infra quadriennium petendum est.
- 4 Tempus petendi restitutionem in integrum an currat propositis nullitatibus adversus sententiam.

Restitutio in integrum denegatur, quando illa petens patris sui commodi causa, quam pro Republica fuit absens.

Restitutio in integrum cessat, quoties illam petens per Procuratorem se defendit.

A. R. G. V. M. E. N. T. V. M.

Agitur, an vxor insequens viru, Principi suo inseruietem, iustam habeat causam in integrum restitutionem petendi, ex clausula generali aduersus sententiam contra se latam, procuratore tamen audito, quae quidem restitutio alias si fuisset praesens, peti non posset, & de alijs.

C A P. CCXXXIX.



Xor insequens viru, Principi suo inseruietem, sicq; absens a loco, in quo litem cum alio habebat, dubitatur, an iustam habeat causam petendi restitutionem in integrum ex clausula generali in edicto praetoris contenta aduersus sententiam contra se latam, procuratore tamen audito, quae quidem restitutio alias si fuisset praesens, peti non posset.

Contigit de hoc dabitari in causa verterente inter D. Marchionem Fuscati, et D. Principissam Messanensem, quae cum condemnatoriam passa fuisset sententiam, petijt, aduersus illam sibi fore concedendam Regiam decretationem, ad finem videndi, an esset eidem deferendum restitutioni in integrum petita, ex quo quod tempore latae sententiae absens erat ab hoc Regno cum eius viro, Comite Serbellone, Messaniam Urbem tunc gubernante, sicque pro Regis seruitio, quo casu restitutionem subintrare non dubitatis, cum etiam vxoribus militum hoc largiatur beneficium, l. 1. & 2. vbi Cyn. & Bald. C. de vxor. milit. Inriegl. sing. 99. nu. 139. ubi 3.

At Ego, qui D. Marchionis iura tuebar, ex tribus potissimum, petitam Regiam decretationem Principissae fore denegandam respondi. Primo, quia tempora non largie-

bantur ad petendum restitutionem in integrum aduersus sententiam, quae lata apparebat sex annis retro, cum indubitati iuris sit, beneficium hoc, tam minoribus, quam maioribus ex aliqua iusta causa competens, quatriennio elapso a die latae sententiae, siue in minoribus a die completae minoris aetatis amplius peti non posse, hic est text. satis vulgatus in l. fin. vers. sed etiam maioru, C. de tempor. in integr. restit. glos. in l. 1. in verb. intra annum ff. ex quib. caus. maior. Giurb. dec. 106. & Fontanel. decis. 118. num. 4. nec facta oppositionem obitare dicebam, nimirum aduersus sententiam fuisse propositas nullitates, sicque illarum discussione pendente, quatriennii tempus non cucurrisse, nam respondi, quod cum ex discussione euentu Principissa succubuerit, tempus remansit elapsum, ad tradita per Bald. in l. contra maiores, C. de inoffic. test. & in puncto Reg. Rouit. decis. 18. omnino videnda.

Secundo, cum petitio haec non in alio fundaretur, nisi quia tempore latae sententiae Principissa ab hoc Regno erat absens cum eius Viro, tunc Messaniam Urbem gubernante, & sic pro Regio seruitio, satis frustra dixi, laborasse aduersarios praesupponentes ex hoc, restitutionem competere ex clausula generali, in edicto Praetoris contenta, quandoquidem nullo pacto affirmari posse dicebam, Virum hunc principaliter pro Regio seruitio fuisse ab hoc Regno absentem, sed potius sui privati commodi causa, & ut domui suae prospiceret, quo casu restitutio, quae alias militibus, & pro Republica absentibus, eorumque vxoribus competit, denegatur omnino, sunt iura nuda clara in l. 4. & in l. Republica 36. cuius verba sunt. Republica causa abesse eos solas intelligimus, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt, & in l. non vere 42. cuius verba sunt, Non vere dicitur Republica causa abesse, qui sui privati negotij causa in legatione est, ff. ex quibus causis maior. ubi glos. querens, quid dicendum, si partim ob Rempublicam, partim pro se, s. pro acquirendo aliquo feudo quis abesset, respondet, inspicere, & iudicari secundum quod principaliter intendebat, si hoc in casu, de quo agebatur, inspicendum erat dixi, quod videre poterant Domini Iudicantes.

Tertio, ex alio Principissam non esse audiendam, contendebam, nam esto miles, quod tempore latae sententiae uir eius abesset pro Regio seruitio in bello, contra Christianae Religionis Inimicos praeliando, quia tam in compilatione processus, quam

in calculo ferende sententia acerrime per
 Advocatos, & Procuratores se defendit,
 restitutio aduersus sententiam denegatur,
 hic est text. ad litteram in l. fin. ff. de restit. in
 integrum. §. 3. ff. ex quibus caus. maior. et
 in l. i. ubi. glof. in verb. indefensus, C. quibus ex
 caus. maior. in integr. restit. in quo loco Petr.
 de Bellapert. adeo hoc pro indubitato fir-
 matis iuris dicitur, quod si miles, uel aliter
 pro Republica absens fuerit indefensus,
 quia non sit procurator, defensionem causae
 negat, eo casu licet subiacet in integrum
 restitutio, tamen antequam concedatur,
 discutienda sunt bona Procuratoris, ad
 si super illis poterit, tales sibi consulere,
 nulla ratio ut talis restitutio in integrum
 aduersus sententiam, et. *Marell. de Restituro*
alleg. l. ca. num. 6. dicit, quod si quis Repu-
 blica causa absens fuerit, Restitutorum reli-
 querit, postquam defendi potest, uolens re-
 stitui, in eternum non audietur, allegans
 text. in d. l. qui. Unde &c.

- 1. *Pater militis, siue alterius persona, immovis, si vidua efficiatur, an in collectis uiri privilegio gaudeat.* C. num. 5.
- 2. *Privilegium extinguitur, quando persona, quae est causa privilegii eius decessit.*
- 3. *Matrimonium operatur, ut uir & mulier unum corpus efficiatur.*
- 4. *Statutum, contra exteros emanatum, mulieres inter alias civibus nuptas an viduitate permanentes non comprehendit.*
- 5. *Mulier durante viduitate dicitur fore in privatione sui matrimonii, et tractatur domus uiri.*
- 6. *Uidua dicitur esse in primo matrimonio, & ob id de familia coniugis praedefuncti, non uicem tenit patri, & privilegium, quod uero marito ad plebeia servatur.* §.
- 7. *Nobilis qui ad tributa solvenda non tenetur, si cum plebeia, seu ignobilis matrimonium contraxerit, bona collectis obnoxia in dote accipiens, non tenebitur pro bonis illis tributa solvere.*
- 8. *Mulier ignobilis nobilitatur ex persona mariti, istumque honorem post mariti mortem retinet, donec tamen in viduitate permaneat.*



ARGUMENTVM.

Agitur, an uxor militis, siue alterius personae a muneribus patrimonialibus immovis, si vidua efficiatur, in collectis aliisque uniuersalibus oneribus defuncti uiri privilegio gaudere possit. Statutum contra exteros emanatum an comprehendat mulieres exteras civibus nuptas, in viduitate permanentes. Nobilis, qui ad tributa solvenda non tenetur, si cum plebeia matrimonium contraxerit, bona collectis obnoxia in dote accipiens, num pro bonis illis ad tributa persolvenda cogi possit, & de aliis.

C. A. P. CCL.



VXor militis, siue alterius personae a muneribus patrimonialibus immovis si vidua efficiatur, controuerti solet, an in collectis, aliisque uniuersalibus oneribus defuncti uiri privilegio gaudeat? et pro ratione dubitandi uidetur negandum, nam cum privilegium illud a lege uiro indultum personae consideretur, consequenter cum persona dicitur extingui, cap. privilegium personale, de reg. iur. in 6, quo loci probat. dym. quod quando persona est causa proxima privilegii, tunc cum persona extinguitur privilegium. *l. maximum.* cum *l. sequenti, C. de excusat. muner. lib. 10.* ceterum hac dubitandi ratione non obstante contrarium sepe sepius respondi, constat enim mulierem per matrimonium unam domum, unumque corpus cum uiro effici, ita, ut propriae originis forum perdat, & fiat de origine uiri, ad text. in *l. mulieres*

13. C. de dignis. lib. 12. glos. in l. origine, C. de municip. & origin. lib. 10. aliq; per me relati lib. 1. cap. 22. num. 5. & 6. ubi post Reg. Rouis. decis. 75. probaui, statutum contra exteros emanatum, mulieres exteras Ciuibus nuptas, & demum in uiditate permanentes nullatenus comprehendere, & in puncto, quod uidua uiri priuilegium retineat, per text. in l. fin. C. de incol. lib. 10. & in d. l. mulieres, C. de dignis. lib. 12. probant Bar. in l. quoties, C. de priuil. scholar. lib. 12. Ioann. de Plat. in d. l. mulieres, & in l. C. de mulierib. & in quo loc. lib. 10. & in l. fin. C. de agent. in reb. lib. 12. Iacob. Rebuff. in l. in sacris, C. de proxim. sacror. scdm. lib. 12. & in d. l. quoties, Bal. in l. 2. C. de Episc. & cler. ubi sic intelligit text. in d. l. mulieres, C. de dignis. lib. 12. idemq; in l. ualentes, C. de fideic. Angel. & Castrenj. in l. cum quadam puella, ff. de iurisd. omni. iud. Guid. Pap. decis. 379. & seq. ubi in terminis terminantibus decisum testatur, Consiliariorum, aliquumque nobilium uxores uiduas effectas, earum uiduitate durante in subsidijs Delphinalibus contribuere cogi non posse, Aegid. Thomas, satis bene in tract. de collect. in cap. incipiente Medici, num. 15. & seq. & in cap. exordiente Retenta proxima, ubi pro utraq; parte adductis argumentis, quod uidua gaudeat concludit; eteniam dum vxor lectum seruat viduatem, in primo matrimonio viuere censetur, & consequenter domicilium adhuc retinet, ac sui uiri defuncti originariam ciuilitate, ita Petr. Caball. cons. 125. num. 10. cum seqq. per text. in l. filij 22. §. uidua, ubi Bart. & alij, ff. ad municip. l. femina, in fine, & l. final. in princ. ff. de Senat. Addens ad Guid. Pap. loco cit. D. Reg. Rouis. cit. decis. 79. num. 10. D. Reg. Galeot. controuerf. lib. 1. controuerf. 13. num. 29. ubi ad hoc citat text. in l. fin. ubi late Arias Pinel. num. 4. C. de bonis mater. & in d. l. filij 22. §. uidua, ubi glos. in uerbo domicilium expresse uerbis ait, priuilegium illud, quod mulier dum erat coniugata habebat, eidem uidue demum eius reseruatur, citans text. in d. l. quoties, C. de priuil. scholar. lib. 12. plus fatis ad propositum dixit Rolan. cons. 86. num. 3. 7. & 8. lib. 2. nimirum uiduam adeo dici esse de familia predefuncti coniugis, ut nullatenus illa dici possit esse de familia sui

patris, quodque priuilegium uiri priuilegium gaudeat, latissime Barbof. in l. quia tale 14. post num. 27. vers. quod priuilegium, & num. 25. & 26. ff. solut. matrim. quo loci inter plures citat Io. Eup. in repetitio. rubr. de dignatio. inter uir. & vxor. §. 31. num. 8. ubi in terminis casus propositi sic loquitur: Inde est, quod si nobilis, qui non tenetur ad tributa soluenda, contraxit matrimonium cum plebeia, sed uiliana, qua habebat bona patrimonialia, pro quibus solita erat contribuere cum alijs uicinis in collecta, sui nobili bona ipsa in dote dedit, non tenetur ad munera personalis iuxta, vel extraordinaria, ut notatur traditio Jacobi de Beluis. in l. Lactus, §. idem respondit, ff. de impetribus, & honoribus, uossunt iuris Petr. Arch. bol. Doctor antiquus in suo tract. de uoluer. charta 72. vers. ponit questionem quodlibetam, (secus dicit de contra, ut infra subijctam) & dicit bonorum retinet uulier solus matrona, dum remanet in uiditate, ut in cap. licet, §. mulier, de sepul. lib. 6. & notatur in cap. ex parte B. supra de foro compet. & ibidem disponit lex Regni, qua Thauri Henricus III. & in Tordeftillas edidit, per quam corrigitur alia lex Regni foro generis form. lib. 5. tit. 1. l. 2. qualiter disponit; si tamen postea contrahit matrimonium cum ignobili, perdit omnia priuilegia, qua acquiserat ex primo matrimonio cum nobili, text. notabilis in l. fin. C. de incol. lib. 10. uide Io. de Plus, in l. 1. in princ. C. de dignis. lib. 12. bona glos. in d. l. femina, ff. de Senator. & in l. cum ex lege, de uispa. huc ille.

Cum quibus ad laudem Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Gloriosissime Virginis Mariæ, Sancti Angeli mei Custodis, Sancti Michaelis Archangeli, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Diuorumque Ianuarii, Blasii, Nicolai, Thomæ Aquinatis, Antonij Patensis ac Sanctorum omnium finem dedi huic secundo libro resolutionum quotidianarum, & iuris Pontificij, Cæsarei, & Regni Neap. rogo beneuolos Lectores, ut si quid boni in eis inuenierint, reddant gratias Altissimo, si quid non dignum, paruo Authoris ingenio attribuant, in omnibus eorum iudicio me submittens, & correctioni Sanctæ Mariæ Ecclesie.

F I N I S

DECRETA ALIQVA SACRI NEAP. SENATVS

A DOMINO IO. ANGELO PISANELLO

I. C. Clarissimo annotata.



VM esset controuer-
sia inter Magnificas
Ritam, & Æmiliam
Caldoram cū Ma-
gnif. Ioanne Russo,
quia erat lata sen-
tentia, per quam
domus pro certis
partibus fuit declarata ipsarum mulie-
rum, quæ obtulerunt pretiū restantis par-
tis, ad finem, nè starent in communione,
& quia erat inutilis domus sic diuisa, fuit
per S. C. referente Domino Martiale de-
cretum die 27. Ianuarij 1517. quod præ-
dictæ Magnificæ Mulieres admittantur ad
oblationem per eas factā in pecunia pro
residuo tangente dictum Ioannem, itā
quod dictæ Mulieres habeant totam do-
mum, & præfatus Ioannes ratam, cum tā-
gentem in pecunia.

Alienato feudo sine assensu de mense
Februarij 1517. relatore Domino Ma-
iorana, fuit per S. C. lata sententia in causa
Magnif. Io. Baptistæ Prothonobilissimi, &
Antonij de Luso coniugum, vtilium Do-
minorum feudi, nominati *Brongo*, in Pro-
vincia Terræ Hydrunti, cū Nicolao Coz-
zolo de Cursi, Pasqua de Morineno, Ge-
orgio Cessa, & alijs, condemnentur dicti
Nicolaus, Pasqua, Georgius, & alij ad di-
mittendum, & relaxandum dictis coniu-
gibus possessionem terrarū, & bonorum,
in supplicatione deductorum, & deducta-
rum, eisdem Conuentis concessorum per
quon. Magnif. Io. Petrum de Luso, patrem
ipsius Antonij, vnienda, & incorporanda
cū alijs bonis domanialibus dicti feu-
di, solutis per eosdem coniuges dictis Cō-
uentis pecuniarum quantitibus, per ip-
sos Conuentos erogatis, & solutis dicto
q. Io. Petro pro intratura dictarum ter-

rarum, & bonorum cōcessorum, & etiam
expensis factis, & erogatis in melioratio-
nibus dictorum bonorum, & terrarum, li-
quidandis bonis ipsis, & pecuniarū quan-
titatibus tempore exequutionis, in qua
liquidatione habeatur ratio fructū per-
ceptorum per eosdem Conuentos, quæ
de iure habenda erit, saluo tamen iure, si
quod eis competit prædictis Conuentis
contra authores laudatos, & sic collige-
re, quod Conuēti habuerūt causam ab alijs,
& soluerunt intraturam, & sic habuerunt
assensum, & nihilominus fuerunt con-
demnati.

Fuit dubitatum, si esset dandus termi-
nus ad deliberandum, si intēdebat petere
beneficium, tandē die 11. Aprilis 1517.
relatore Domino Iacobutio de Franchis
in causa Magnif. Andree de Ebulo cum
Vniuersitate Peschi; fuit per S. C. decretū,
quod dicti de Petro habeant terminum
per totas ferias Resurrectionis Domini, ad
deliberandum, si volunt primum benefi-
cium, quibus elapsis, si noluerint, causa
habeatur pro introducta.

In causa hæredum q. Annibalis Mac-
donij cū Albina de Castellis, relatore Do-
mino Episcopo Bisiniani die 27. Octobris
1517. quoad validitatem matrimonij, sci-
licet, si inter eos potuerit coherari, vel
non, remittatur ad Iudicem Ecclesiasti-
cum, quo verò ad causam amissionis do-
tis, & iurium dotalium, per commissum,
vt pretenditur, stuprum, remaneat causa
ipsa in S. C. & in ea procedatur ad actus
incumbentes.

Die 14. Nouembris 1517. in causa Ma-
gnifici Francisci Barrilis cum Magnifico
Gurrello Brancatio super iumento, rela-

tore Domino Martiale, decretum est, ex quo non constat, in quo loco dictum iumentum fuit interceptum, quod factò deposito pignoris per dictum Magnificum Franciscum pro iure fidei, & diffidei, quod prædedit prædictus Dominus Gurrellus, eidem deberi ex causa interceptionis dicti iumenti, iumentum ipsum restituatur, qua restitutione facta, capiatur informatio de dicto loco interceptionis dicti iumenti, vt ea habita debite prouideri possit.

Die 17. Nouemb. 1517. relatores Domino Maiorana in causa Magnificæ Camille Carasæ cum Excell. Comite Roccæ Montis Ragonis, & fratribus, decretum est, quod inter dictos Dominam Camillam, & Excell. Comitem, & fratres fiat compromissum, & liceat dicto Comiti, & fratribus eligere vnum arbitrum, vel tres, prout ipsi voluerint, vnumquemque pro quolibet ipsorum fratrum, quo casu liceat prædictæ Camillæ eligere tres arbitros, vel vnum, qui habeat locum, & vicem trium, & arbitri procedant iuxta formam *Regiæ Pragmaticæ*, & faciant iustitiam.

Die 9. Decemb. 1517. relatores Merar in causa Magnificæ Mathæi de Cardona Regentis Regiam Thesaurariam cum Nicolao de Galterio, remissa est causa ad Magnam Cur. Vic. quæ exequatur obligationem per dictum Mattheum accusatam, contra dictum Nicolaum, iuxta ipsius feriem, & tenorem, præstita prius cautione per dictum Mattheum de restituendo in casu succumbentiæ in causa præuentionis per dictum Nicolaum factæ contra dictum Mattheum, & quod cautio præstita per dictum Nicolaum iuxta formam *Reg. Prag.* habeatur pro cassa, & nulla.

Ex ista determinatione, quæ fuit existentè Aduocato pro Nicolao resultant istæ resolutiones. Quod in obligatione penes acta non admittatur præuentionio, ad finem impediendi executionem. Itè resultat, quod stante præuentione sit cauendum per præuentum in casu, quo fuerit reperiendum verum id, quod in præuentione continetur. Item resultat, quod ex quo soluitur debitum, debet cessare dispositio *Pragmatica* de cautione præstanda, de soluendo penam, & debitum, casu, quo in præuentione succubuerit.

Die 17. Decemb. 1517. relatores D. Martiale in causa Magnificæ Iacobi Maramonti cum Excell. Comite Vgeni, fuit decretum, quia perempta instantia sententia fuit lata, ideò declaratur, sententiã esse nullitèr latã, stante perẽptione instantiæ, & ideò nõ esse ad eius reuisionem procedendum.

Hic est considerandum, quia aderat citatio ad dicendum, per quã perpetuatur per tres alios annos, & illi tres erant elapsi, & sic non poterat vltra triennium prorogari.

Die 6. Februarij 1518. Relatores Domino Seuerino in causa Illustr. Marchionis Polignani cum Capitano Galliufo, decretum est, quod Senes, Valetudinarij, Mulieres, Clerici, Nobiles, & Personæ graues, & egregiæ, ac Infirmi examinentur in locis, vbi degunt, ceteri verò testes examinentur, aut super loco differentia, aut in Terra Cirignolæ, aut Canusij.

Nota modum, quando dantur suspecta loca, quia pro istis personis hic enumeratis cessat suspitio.

Dùm esset quæstio inter Priorem Cicciani cum Comite Nolæ de quodam vasallo de Cicciano, vtroque prætendente habere iurisdictionem criminalem, fuit de dicto mense Februarij 1518. Relatores Domino Martiale latum decretum videlicet: In causa Reu. P. Caroli Gesualdi, & Bernardini Cirellæ cum Excell. Comite Nolæ, conclusum est, quod dictus Bernardinus veniat in posse M. C. V. & capiatur informatio de quasi possessione, exercitij iurisdictionis criminalis in Terra Cicciani, qua informatione capta, super hinc inde deductis per S. C. debite prouidebitur.

Fuit disceptatum, si debebat exequi obligatio præstita iuxta formam *Reg. Pragm.* circa præuentionem, tandem eodem mense in causa Marini Antonij Gargani cum Innocentio Peregrino, Relatores Domino Capycio fuit lata sententia, dictum Innocentium esse absolendum à iudicio præuentionis, & nihilominus ad omnem instantiam dicti Innocentij exequendam, esse obligationem penes acta S. C. factam per dictum Marinum Antonium, & fideiussores eius pro obseruantia *Reg. Prag.*

Dùm pro parte Vniuersitatis Zunguli cum Vniuersitate Flumarie esset petita restitutio in integrum, & dictum de,

nullitate sententiæ, fuit tandem 10. Febr. 1518. Relatore Domino Martiale latum. decretum, quod super causis petitiæ restitutionis in integrum capiatur informatio, ut ea capta, & visa, debite prouideri possit super nullitatibus, & petita restitutione.

De mense Martij 1518. Relatore Domino Martiale in causa appellationis Vniuersitatis Zunguli cum Vniuersitate Flumarie, visa informatione, &c. dictam Vniuersitatem Zunguli esse restituendam in integrum aduersus sententiam latam contra eam, suspensa executione ipsius sententiæ, oppositis non obstantibus.

Die penultima Martij 1517. Relatore Domino Cicco in causa Excell. Comitum Sanctæ Seuerinæ, cum Excell. Comite Vgenti, fuit decretum, quod dictus Comes Vgenti examinetur, si est heres, & quo tempore adiuit hereditatem patris.

De mense Martij 1518. Relatore Domino Maiorana in causa Bernardi Michaelis cum Magnif. Ioanne Tomacello, fuit decretum, quod dictus Ioannes absoluitur à præuentione facta per dictum Bernardum Nicolaum, & quod obligatio facta apud acta S.C. exequatur contra ipsum Bernardum Michaelëm, & fideiussores, tam pro debito principali, quam pro pœna vnciarum decem, iuxta formam Reg. Pragmat.

De mense Aprilis 1518 Relatore Domino Maiorana in causa Magnifici Hieronymi de Guarino cum Magnifico Federico de Prato, cõdemnetur dictus Federicus ad relaxandum, & restituendum Casale Aquarici, & eius possessionem in processu deductum prædicto Hieronymo, restituitis tamèn eidem Federico ducatis octingentis triginta olim solutis pro pretio, & emptione dicti Casalis, nec non solutis meliorationibus in eodem Casale factis, in quibus imputentur fructus percepti ex eodem Casali à tempore mortis, quatenus dicti fructus conuenirent cum dictis meliorationibus, liquidandis siquidem dictis meliorationibus, & dictis fructibus perceptis post dictam litem motam tempore executionis, in qua liquidatione habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, eò quia dicta quantitas dictorum ducatorum octingentum triginta exitit penès dictum Hieronymum

ex causa vèditionis dicti Casalis, ac etiam de fructibus meliorationum forte perceptis, ab alijs autem fructibus dictus Federicus absoluitur.

Dùm esset introducta causa, & dubitatum de scriptura fuit die 26. Iun. 1518. Relatore Domino Seuerino in causa Magnificæ Magdalenz Cantelmæ cum Magnificis Io. Francisco Caiuano, & filijs latum decretum, attento, quod scriptura nouitè exhibita pro parte dictæ Magdalenz, fuit articulata, & producta verbo in exceptionibus pro parte dictorum Ioannis Francisci, & filiorum productis, ponatur in processu, de qua in decisione causæ S.C. habebit eam rationem, quæ de iure erit habenda.

Dùm esset opposita exceptio excommunicationis pro parte Principissæ Bisiniani de mense Septembr. 1518. communi voto cum interuentu Domini Ludouici Montalti, & Domini Sigismundi Loffredi Regentium fuit conclusum, stante exceptione excommunicationis opposita contra Magnificum Iulium de Scortiatas, non esse procedendum in causa.

Dùm pro taxando paragio esset destinatus Commissarius ad capiendam informationem circa appretium bonorù feudalium Magnif. Diosebi de Lantoglietta cum Sororibus, & de salario tractaretur, si debebat Diosebus contribuere, fuit Relatore Domino Galeota de mense Octob. 1518. decretum, quod dictus Diosebus teneretur reficere expensas subministratas pro medietate.

Dùm esset præsentatum Authenticum, seu Transumptum per Comitem Venafri in causa Io. Antonij Vulcani, quia fuerat præfixus terminus, ut produceret Originale, tandem de mente Octobris 1518. Relatore Domino Martiale cum interuentu Domini Regentis de Colle, fuit interpositum decretum, quod de Authentico, seu Transumpto in processu præsentato nulla in decisione causæ habeatur ratio, attento, quod infra terminum præfixum originale priuilegium non fuerat præsentatum.

Dùm in lite Magnif. Hieronymi de Duce cum Magnif. Io. Baptista de Montibus dubitaretur de testibus examinatis vltra numerum Pragm. fuit Relatore D. Episco-

po Bisiniani de mense Decemb. 1518. decretum, quod testes examinati tam ad instantiam Actoris, quam Reirremaneant, & in decisione causæ de numero, & depositionibus ipsorum haberetur eadem ratio, quæ de iure habenda est, iuxta formam *Regia Pragm.* & non aliter.

Aliàs dùm Princeps Salerni obtinisset prouisiones à Catholica Maiestate super reassumptione instrumenti faciendæ, & Princeps Melfæ petijset terminum ad impugnandû dictas prouisiones, per S. C. sub die 21. Iulij 1512. fuit decretum, dictâ dilationem non esse concedendam, sed determinandum esse, reassumptionem instrumenti fore faciendam iuxta mandatum Catholicæ Maiestatis.

Die 26. Febr. 1513. in causa Ill. Marchionis Neritoni cum Magnif. Roberto Bonifacio, Relatore Domino Artaldo, decretum est, quod dictus Marchio admitatur etiam ad examinandum eius testes hîc in Ciuitate Neap. super articulis presentandis infra terminum aliorum dierum, prout fuit Parti aduersæ statutum, dummodò non excedat numerum Partis aduersæ, verùm si idem Marchio voluerit examinare in dicto termino, & compertû fuerit, quod prædictus Robertus examinauerit plures testes numero, quàm dictus Marchio, eo casu fiat æqualatio dictorum testium, aut quod tollantur ab actis.

Die 11. Iulij 1514. Relatore Domino Viceprothonotario in causa Vniuersitatis Venafræ cum Vniuersitate Rapollæ, fuit decretû, quod de omnibus testibus examinatis data electione illis de Rapollæ, possit eligere, quos voluerit, iuxta numerû taxatum in *Reg. Pragm.* & si qui superessent vitrà dictum numerum, habeantur pro testibus impertinentibus.

Aliàs dùm Principissa Altamuræ ageret contra Ducem Ariani Bartholomeum Caracciolum, & alios litis cõsortes, & voluisset superfedere quodam aliquos, essetq; de hoc dubitatum, fuit Referente D. Hieronymo Sperandeo 18. Sept. 1508. latum decretum cum interuentu D. Iacobi de Gello, & D. Marcelli Gazzella Præsidentiu, quod dicta Principissa possit superfedere in causa quodam dictum Bartholomeum, & D. Elionoram Caracciolum, & possit procedere contra prædictum Ducem, & alios

litis cõsortes. Et die 19. eiusdem mensis relecti pro impertinentibus omnes amici illi, & testes cõcernentes fidelitatem D. Petri de Gueuata Magni Senecalli, & quod de eis non haberetur ratio. Et nota quod iam erat datus terminus, in quod supersessoriuum fuit post litem contestatam. Acquarius Angelus Cifa, & sic vxor nõ poterat articulare in repetitione factum dotium de fidelitate vitæ.

In causa Comitis Vgenti cum Iacobo Maramonte, Relatore D. Io. Aloysio Artaldo, fuit interpositum decretum die 15. Maij 1509. quod testes examinati in causa appellationis in reposita, concernentes repositam testium examinatoru in prima instantia habeantur pro reiectis. Ad Rura.

Die 25. Sept. 1509. Relatore Dño Martiale in causa D. Troiani Mormilis cum D. Cornelia de Matra, fuit interpositum decretum, quod D. Cornelia respõdeat præcisè, si intendit vti omnibus testibus pro eius parte in causa examinatis, & q; per eius respõsionem nullû fiat præiudicium Priuilegio exèptionis, in fauorem mulieru per *Pragm.* introducto. Ad Saponus.

Litè orta super bonis feudalibus, & vita militia, si debeatur Abb. Carolo Cosso cû Petro Cosso de mense Febr. 1518. Relatore D. Capycio, fuit decretum, quod quatenus concernat bona feudalialia, & vitam militiam, remaneat in S. C. quò verò ad alia compromittatur, iuxta formam *Reg. Pragm.*

Dùm Episcopus Bisiniani peteret vitæ & militiam, & ratam bonorum allodialium à Duce Amalfiæ, essetq; petitum compromissum pro parte Ducis, Relatore Domino Martiale die 24. Ianuarij, 1509. Ad Angelo Cifa, fuit decretum, Causam non esse compromittendam, sed esse procedendum in S. C. & sic adest decisio, quod quando agitur de vita, & militia, non sit compromissum. Item, quod quando agitur in simul pro bonis burgenfaticis non sit compromissum, alias esset dicere, quod contra clericum non obijcitur de compromisso.

Dubiuum stat, si dubitatur, an debeatur paragium, vel non debeatur, anstante *Reg. Pragm.* quod causæ debeant compromitti, an ista causæ debeat compromitti, videtur dicendum, q; debet compromitti,

quia

Causa ex causa paragi frater nō tractur dare sori portionem hereditatis, sed valore portionis, vt dixit *Napod. in Consuet. Si moriatur aliquis; in verb. paragium, vers. respondeo*, quia cum non tractetur de feudo, sed solum de debito, nō habebit locum dispositio *Conf. Constit. diu. mem.*

Contrarium puto, nām nulli dubium, q̄ quāuis paragium nō debeat de corpore rei, cum sufficiat dare paragiū in pecunia, tamen debetur de bonis, & est onus certo modo reale, vt declarat *Napod. in Consuetu. Si qua mulier, in vers. de bonis, per tot. & Andr. de Isern. in Conf. In aliquibus, col. 7.* & propterea dicebat *Andr. ibi*, quōd quādo frater alienauit feudum, condemnatur frater ad paragium, & ad pecuniā pro paragio, & si in executione aliud non habet, peruenitur ad iuramentum, itā quōd si tenens feudum confiteatur, fiet executio cōtra eum in feudo, si neget, dabitur Curator bonis, & illud renocet, & irrenocabitur fiet executio, *C. quando Fife. vel priu. l. 2. & D. Maxens latē dec. 151.*

Et propterea *ibid.* dicebat *Andr. de Iser. fol. 8. vers. quōd si frater*, quōd est onus

feudi paragiū, a quo repellitur femina, cum cōcurreret cum masculo, vnde cum sit onus feudi, & tēgat feudum, quia si declararetur, debere paragium, afficeret feudum, sequitur compromissum fieri non posse, ad *text. in Consuet. Constitutionem diu. mem.*

Et hoc ē corroboratur, quia sepius fuit determinatū, quōd si disputaretur, an debeat vita militia, quōd istud non potest compromitti, vt dixit *D. azze & is. dec. 43. incip. Dicit Pragmatica, & dec. 138.* & inter alias rationes assignat illam, quia vita militia est onus feudi, vt per *And. in Constitut. Comitibus.*

Et si dicatur, q̄ vita militia magis afficit rem, quā paragiū, quia pro vita militia potest agi de directo contra tertium possessore, vt in *Cap. Reg. Alienationis actus*, pro paragio verō non, nisi in subsid. h, non tamen ex hoc argui pōt, quōd paragiū nō sit onus feudi, vt apparet ex superioribus.

In hac causa per Magn. Anton. Capyciū causā Cōmiss. fuit datus terminus in causa, compromisso petito non obstante.

IO. ANGELVS PISANELLVS.



**D. MAZZEI DE AFFLICTO
IVRISCONSULTI CLARISSIMI,
REGII CONSILIARII**

Annotationes aliquæ ad Glos. Napodani super Consuetudinibus
Neapolitanis ex eiusdem Domini Consiliarij originali
libro Consuetudinum, qui conseruabatur penès Do-
minum Io. Angelum Pisanellum exemplatæ,
adhuc non impressæ.

*In Consuetudine Si moriatur, super text.
d. Consuetud. siue glos. Napod.*

Pone, moritur mater superstitute filio, & filia, & superstitute marito, pater illius filiz non maritauit eam infra annos 16, an succedat equaliter vnâ cum fratre in bonis maternis; videtur, quòd sic, per *text. huius Consuetudinis* *Eas autem, &c. in contrarium* est veritas, quia non spectabat ad fratrem, ipsam dotare, sed ad patrem viuentem, *l. fr. de dot. prom. C. l. qui liberos, & ibi Bart. ff. de rit. nupt.* non quidè iure actionis, sed officio Iudicis, & istud tempus ad maritandum datur successoribus, non patri, & sic patri non potest mora imputari, vt tenet etiam huiusmodi *glos. Napod.* sic ergo nec filie, cuius non erat officium maritare sororem, quia habebat patrem, nec patri potest mora imputari, meritò verbum illud *eadem autem*, non extenditur ad casum nostrum, & sic filia solùm habebit legitimam de dote materna, & non medietatem, & ita vidi pluriès fuisse iudicatum.

Sed quid si ista filia fuit maritata à patre post mortem matris, & renūciauit patri bonis paternis, & maternis, & sic pater succedit virtute renunciationis in illa legitima debita filiz. Vtrum pater in morte possit disponere liberè de illa legitima, vel de medietate tantùm, ita quòd illam medietatem teneatur relinquere alteri filio. Quidam dicebant, quòd sic per *Consuetud. Si aliquis, in vers. de bonis autem*, in contrarium quòd liberè possit disponere, quia illa portio, quæ competeat filiz, fuit in vita alienata patri per renunciationem, quia tantundem habuit à pa-

tre, & in vita potest fieri alienatio in præiudicium successorum, vt dicitur in *glos. in d. Consuetud. Si aliquis*, ergò pater, qui per contractum acquisiuit bona, & portionem filiz, potest liberè disponere in vita, & in morte, quia non sunt bona, quæ ei obueniunt ex successione, sed titulo oneroso, id est renunciatione, quia tantundem dedit filiz, quantum erat eius portio, maximè cum facultates patris non erant sufficientes, attento numero liberorum, de eius bonis dare ita magnam dotem, nisi fuisset computata portio bonorum maternorum propter renunciationem bonorum maternorum, cogita, quia vidi dubitari satis de hoc, sed in contrarium, quòd ex quo pater non expressit, quantum dedit in dotem filiz de suo, & quantum de bonis maternis filiz, si pater erat diues, videtur totum de bonis suis dedisse, *l. si pater, C. de dot. promiss.* quæ est vna de quinquaginta decisionibus *Instituti*, & *ibi in Apostilla mea in Baldo* vide decisionem factam per Sacrum Consilium.

Mazzeus de Afflicto.

Decisio istius Domini est 178. in 9. dubi

In text. eiusdem Consuetud. Si moriatur.

Loquitur hæc *Consuetudo*, quando pater mortuus est relictis filiis masculis, & feminis in capillo, nam fratres tenentur ipsas maritare secundum paragium, & nihil dicit de filiabus maritatis à patre, & sic cessante iure municipali, est recurrendum ad ius commune, vt *ff. de sepulch. viol. l. 3. §. . . & de consuet. cap. cum dilectus*, secundum *Bald. in l. maximum iuris, C. de liber. pr. at.* vadò filia maritata à pa-

ere, in d. two fratre (succedit fratri), nec ita *Consuetudo* hunc casum comprehendit, sed non est sic, vide quod scripsi in *meo memoriali, in verb. foror.*

Mazzeus de Afflicto.

*In text. eiusdem Consuet. Si moriatur,
S. eas autem.*

Solet dubitari, an foror masculiata possit succedere, non solum in bonis intra districtum; sed etiam extra, ratio dubitandi, quia *Consuetudines Neapolitanae* non habent locum in bonis, extra districtum sitis, sed in contrarium est veritas in casu proposito, ratio assignatur, quia ista masculiatio respicit personam, & quando *Consuetudo Neapolitana* disponit de aliquo, quod principaliter concernit personam, nil refert, quod bona, de quibus in consequentiam agitur, sint in districtu, vel extra districtum huius Civitatis, ita in terminis voluit *Napod. in proem. Consuet. in ver. districtu*, & magis plenè, & clarè in *Consuet. Pupillus, sub rubr. de in integr. restit.* si enim secus diceremus, sequeretur absurdum, quod si fratres ciues originarij Civitatis Neap. haberent sororem germanam, & communis patrem reliquisset amplam hereditatem, & bona, existentem, & existentia extra districtum Civitatis Neapol. quod etiam fratribus requisitis, & differentibus maritare, & dotare sororem, non esset consultum forori, quod masculiaretur, quod esset satis incoveniens, & absolum dicere. *Gaspas de Leo.*

*Super glos. super verb. à matre, in Consuet.
Si quis, vel si qua.*

VNum tamen non omitto, quod si maritatur filia secundum pacta, quae observantur, & observata fuerunt, & observari consueta inter Nobiles Capuanæ, & Nidii, ex quo inter ipsos Nobiles est pactum, quod si ex matrimonio superessent filij, & decessissent in pupillari etate, vel ab intestato quocumque; quod dos reuertatur ad consanguineos matris, ergo à contrario sensu, si mortuus est cum testamento, non sunt in aliqua parte successores consanguinei matris, sed hæredes instituti, quia licet in statutis non valeat argumentum à contrario sensu, secundum *Bartol. in l. omnes populi, de iust. & iur.* & notatur per *Bald. in l. conventiculum, extra de Episc. aud.* tamen bene somitur argumen-

tum à contrario sensu verborum contractus in præiudicium contrahentium contra ius commune, ut est *text.* notabilis in *l. inter socerum. Scum inter, ff. de pact. dot.* & tene: *Guido de Suzar. in l. i. de offic. eius, & Alex. & Bald. in l. si vendita, de act. empt.* vnde cum sit deductum in pactum, ut si ab intestato decedant filij, dos deveniat ad consanguineos vxoris, ergo à contrario, si decedit cum testamento, succedunt hæredes instituti, non obstante, quod inducatur ex hoc argumento correctio. *Consuetudinis Civitatis Neapolis*, quæ vult, ut de bonis obuenientibus ex materna, vel paterna linea, non possit disponi, nisi de medietate, quia Partes in eorum præiudicium per argumentum à contrario sensu possunt sibi præiudicare, ut dicit *Alex. in d. l. i. ff. de offic. eius*, & ideo secundum dictum pactum Capuanæ, & Nidii, si filij moriantur postea cum testamento, in dote materna consanguinei ex parte matris non possunt petere medietatem virtute *Consuetudinis*, tene menti.

Mazzeus de Afflicto.

*In text. Consuetud. Si quis, vel Si
qua.*

Iste §. *sed si morienti* debet intelligi, quando fuit dotata à fratre, secus si à patre, quia omnia, quæ excedunt ius commune, sunt stricti iuris, ut notat *Archid. 18 q. 2. can. hoc tantum*, ita *Bald. in l. non sine, C. de bon. quæ liber.* & in materia restringibili id venit, quod palam, & verbis expressis est actum, ff. *de verb. obligat. l. quid quid astringenda, ff. solut. matrim. l. si cum dotem, in princ.* ita dicit *Io. Andr. in addit. Specul. in tit. de actione, seu petitione, §. super petit. in add.* quæ incipit *author nobis, cart. mihi 16.*

Mazzeus de Afflicto

*In text. Consuetud. Quod autem, vers. & in
premissis.*

Nota, quod dicit soror, aliud ergo in filio sororis, si soror prædecessit fratri, quia filius sororis succedit patruo, melius dixisset auunculo vna cum patruis, per id, quod voluit *Bald. in simili in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & lillam, C. de collat. Adæ Bald. in auth. cessante, C. de legit. hæred.* ubi dicit, quod si femina est exclusa per statutum à successione, intelligitur exclusus filius eius, fallit, nisi essent

fra-

fratris, vel fratrum filij, tunc nepos ex femina succedit ex persona, & non habet locum illa regula, quæ primitivum inficit, &c. quod perpetuo tene menti, sed quid si moritur frater sine filijs, superstitibus nepotibus ex fratribus, & nepotibus ex sororibus, an omnes isti nepotes pariter succedant? Videtur, quod sic de iure communi per *auth. post fratres*, sed iure isto, ex quo stantibus fratribus soror non succedit, nisi quando esset masculiata, ergo nec eius filij, & sic nepotes, ita videtur tenere *hic Napod. in glos. in verb. parentum*, ubi si non succedit soror, nec eius filij, dicit ipse multa ad hoc, allegat in rubric. *Albertum Brunum in tract. exclusivo foeminarum*, & licet multos Doctores referat, qui tenent contrarium, tamen dicit, quod supradicta opinio est verior, & communior.

Item si filius succedit in ea parte, in qua mater succederet, ut in *S. neq; illi in auth. de triente, & sem. ff. & ibi Ang.* ergo à contrario sensu, si mater non succedit fratri, stante fratre, ergo nec eius filius.

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem in vers. praterquam.

NOta, quod soror non succedit cum fratre, aut filijs fratris, si sit dotata de bonis patris, sed si partem, ut masculus habuisset, tunc succedet cum fratre, & fortius si nihil habuit à patre, vel fratre, sed nunquid soror maritata post mortem patris, eo casu, quo est masculiata, debet habere dotem de bonis maternis, vel debeat succedere tanquam masculiata, ita quod ista masculiatio intelligatur tam de bonis paternis, quam maternis, vel ut sit solum masculiata quoad bona paterna tantum, & sic solum debeat habere dotem, vel legitimam de bonis maternis; Ego sum voti, quod erit masculiata, tam quoad bona paterna, quam materna, & hoc vobis capio ex *text. Consuetudinis* propriæ, ubi dicitur, quod possunt filia masculiata petere portionem de bonis paternis, & maternis ut fratres. *Mazzeus de Afflicto.*

In Consuetud. Si aliquis moriens, in glos. ibi vsque ad medietatem.

Proprijs nominibus succedunt in viriles partes per iura *hic* allegata, sicut presumitur voluntas testatoris. Nec obstat, quod nepotes succedant in stirpem, quia illud

est verum ab intestato, ut dicit *hic Napod.* & sic Ego votavi ad requisitionem arbitratorum, secundum opinionem *Napod. hic*, licet loquatur in substitutione, idem in institutione facta de nepotibus ex fratre, proprijs, & expressis nominibus, & fratre, ut succedant in capita, secus quando institutio facta fuisset sub nominibus collectivis, puta *instituo fratrem, & nepotes meos ex fratre*, tunc nepotes succedunt in stirpem, & sunt super hereditate Petri Minutuli, vide *decisionem meam.*

Mazzeus de Afflicto.

In Consuetud. Et si testator, in glos. disponere, 2. col. in fin.

Sed hic quero, quod si dictum est, *tibi, liberis, & heredibus*, hic casus non est tutus, nam bene reperitur, quod *tibi, & heredibus* est hereditarium, *tibi, & liberis* est ex pacto, & providentia, ut in *cap. 1. an agnatus*, ubi *Andr. & de alienat. feud. pat. dico*, quod tantum est dicere, *tibi, liberis, & heredibus*, quantum dicere, *tibi, & heredibus ex legitimo corpore descendentibus*, patet, quia liberi sunt illi, qui veniunt ex legitimo corpore, & illi, qui veniunt ex legitimo corpore sunt liberi, ut dicit *Andr. in cap. 1. S. & si clientulus, de alien. feud.* sed quando dicitur, *tibi, & heredibus ex legitimo corpore descendentibus*, feudum est hereditarium, ut *hic*, & notat *Bald. in cap. 1. vers. & nota, quod Iacob. de Belviso, de eo qui sibi, & heredibus*, & illud verbum *liberis* tantum habeat operari, sicut illud verbum *ex suo legitimo corpore descendentibus*, quod tene menti, quia ista est veritas.

Mazzeus de Afflicto Legum Doctor.

Ibidem in glos. predicta, vers. sed quis probabit fraudem.

Idem si donaret benemerenti, debent tamen menta aliter probari, quam per confessionem, vide *consf. Alex. 55. in 1. col.*

Ibidem Sed quomodo probatur fraus.

Vide 81. *distinct. can. 1. & ff. de pact. l. iurigentium, S. sed si fraudandi, in glos. & C. de in lit. sur. l. 2. in glos.* Item probatur fraus per binas combinationes factas per mulierem, quæ volebat, ut nihil perveniret de bonis suis ad filios, argumeto *cap. 2. de renunciat. lib. 6. secundum*

*D. Abbat. in cap. in presentia, vers. in super
quero, de probat.* Item fraus præsuntur
ex actuum celeritate, & nimia liberalitate,
Bald. in l. eam, quam, in 15. col. de fideicom.
in contrarium dic, quod præsuntur id,
quod statim, & ab initio agitur, quod sine
malitia, & machinatione processit, & è cõ-
trà malum præsuntur, quod ex interval-
lo actū est, & in *auth. de equali dote, §. fin
autem mulier ad hoc, ff. de carb. edict. l. 3.*

Item ubique minor apparet lætus,
glos. in l. 2. C. si aduers. vendit. Item in
emptione facta per interpositam personā,
*l. pupilli, §. fin. & ibi Bartol. ff. de auth.
præs. nisi fiat palam, & bona fide, ut ibi,
& Bart. in l. is, qui bonis, ff. de acquir. he-
redit.* ubi præsuntur fraus in filio repu-
diante, & postea emente per interpositam
personam; Item præsuntur fraus,
si filius bastardus emit ab eo, cui pater
vendidit, secundum *Bart. in l. is, qui ad finem,
ff. de vulgar. & pupill.* Item præsuntur,
si mutuum fit cum pacto, quod restituatur
ei, quem Titius declarabit, & Titius
declarat filium mutuantis, *Bald. in
liberemus, §. 1. C. ad Trebell.* Item præsuntur
fraus, si alienantur omnia bona, vel
si non omnia, quasi omnia, vel meliora,
vel maior pars, ut optimè *Alex. de Imol.
1. vol. cons. 55.* quot autem modis fiat
fraus legi, vide *glos. 13. q. 3. can. plerique,*
notatur *ff. de legib. l. fraus, Din. in regul.
fin. lib. 6. Ang. in l. omnes, §. Lucius, ff. de
bis, qua in fraud. credit.* An autē con-
iunctio sanguinis tollat, vel inducat præsump-
tionem fraudis, notat *Alter. lat. è in auth.
quibuscunque, C. de sacros. Eccles. facit l.
non solum, §. de uno, ff. de rit. nupt. Bar. in
l. post contractum, de donat.* Item præsuntur
fraus, ut infra *de iure congrui, in
verb. possidet, vide Luc. de agricol. & cens.
l. quem admodum, vide Instit. de act. §. itē
si quis in fraudem,* ex quibus præsuntur
donatio in fraudem creditorum, *Ang. in
cons. suo, quod incipit ex themate, nu. 48.*
Item scias, quod non committit dolum,
qui vitur iure suo, ut *ff. pro socio, l. meritò,
de regul. iur. l. nullus, quod verum, nisi ali-
tèr iure suo non esset vlurus, ff. de iudic.
lex hoc edicto,* Item probatur fraus, siue
dolum eo ipso, quod alienauit rem si-
pacto de restituenda re, *Bart. in l. item
si res, §. idemque, ff. de alienat. iudic. mut.
rans. fac.* Item præsuntur fraus in dona-
tione, quæ fit coniuncte personæ, si sit facta
in præiudicium tertij, *Paul. in consil.
65.* Item præsuntur donatio in fraudem;

si facta sit tempore infortunitatis, & postea
statim mortuus, *text. est in l. ff. de do-
donat. caus. mortis. Maxzeus de Afflicto.*

*In tex. Consuet. Et si testator, in verb. prout
in capitulis.*

NOta verbum *prout*, quod sicut mater
excludit agnatos, quando succedit fi-
lio ab intestato, ita si mater esset heres in-
stituta à filio excludit agnatos de medie-
tate, quia licet *Consuet.* nihil dicat de
matre, tamen per interpretationem, & sic
idem est; in contrarium facit, quia istæ
Consuetudines sunt ad instar statuti, ut di-
citur in *l. de quibus, ff. de legib.* sed statutū
istud in quantum dicit, *prout*, intelligitur
prout dicitur in statuto de successioni-
bus ab intestato verè, & non in casu per
interpretationem, ut in *l. 3. §. hac verba,
ff. de negot. gest. l. constitutionibus, ff. ad
municip. l. 1. & ibi Bart. ff. de ferijs, &
plenè notatur in l. si verò, §. de viro, ff. sol.
matrim. Anton. de Butr. in cap. cum dile-
ctus 3. col. de consuet. Bart. in l. omnes
populi 24. col. vers. quarto quero.* Vtrum
statuta recipiant interpretationem exte-
rius, *ff. de iust. & iur. & l. apud anti-
quos, C. de furt. Bal. & Cyn. in l. conueni-
cula, C. de episc. et cler.* sed veritas est, quod
indistinctè patre, vel matre existente in
medio cessat *Consuet.* & sic tam ab inte-
stato, quam ex testamento.

Maxzeus de Afflicto.

*In Consuetud. Si qua moriens, in glos. super
verbo disponere. fol. 22.*

SED iuxta hoc quero, quid si obuenerunt
matri bona ab aliquo consanguineo, &
mater illa bona vendidit, & de precio
emit alia bona, vtrum de istis bonis pote-
rit in totum disponere, dicendum videtur
quod non, quia ista bona sunt subrogata
loco illorum bonorum, & subrogatum,
&c. Item quia pretium succedit loco rei
in hoc, & sic res ipsa empta succedit loco
illius venditæ, ut in *l. labeo, de verb. signif.
ubi glos. notabilis in libro D. Stephani de
Caieta, ubi dicebatur, quod iudicatum
fuit contrarium, & facit in specie de em-
ptione, & venditione, §. 3. vers. item pone,
vir alienauit, & facit l. quamuis, C. in
quibus causis pignus, vel hypoth. tacitè cõ-
trahatur, Bald. plenè in l. mater tua, C. de
rei vendic. vide Bald. in cap. 1. de feud. non
habent. prop. feud. nat. Adde, quod sicut*

res empta de pecunia dotali est dotalis, vt in *l. ita cōstitate, ff. de iur. dot. ita res empta de pecunia quāsi dotali, l. si cūm dotem, S. si mulier, ff. solut. matrim.* vide pleniū per *Ludou. in conf. 201. pro decisione presentis dubitationis, &c. Bald. in l. ex peculio, de iure dot. vide Bart. in l. a debitore, ff. de bis, qua in fraud. credit. & not. glo. in l. si cūm seruum, ff. si cert. pet. vide Napod. in Consuetud. Si mulier, de iure dot. in verb. si non extant, vbi querit, an res empta de pecunia dotali, sit dotalis, vbi plura dicit fauore dotis, vt *l. proculus, de iur. dot. secundū Bald. in l. & si vt proponis, de rei vend. & in l. cūm vir, S. fin. de iure dot. Ludou. d. conf. 201. Ioan. de Imol. in cap. 1. de pecul. cler. Abb. in cap. tua nos, de usur. Butr. in cap. quanto, de usur. An in re pignōrata pretium succedat loco rei, Bald. in *l. mater tua, C. de rei vendicat. Bart. in l. 1. ff. de distr. pignor. vide in l. Imperator, de leg. 2. Quid in re furtiua, Bald. in d. l. mater tua, vide Bald. in l. pro debito, C. de bon. authorit. Iud. poss. vbi dicit, quōd si species est in obligatione, non succedit alia empta ex re illa, vide Bart. in *l. testamento, de condit. & demonstra.****

Mazzeus de Afflicto.

In Consuetud. Quartam autem, in glos.
à quondam viro suo.

Item quia propter osculum, &c. Propter osculum lucratur medietatem antefati, & aliam medietatem propter copulam, vide *Paulum de Casstr. in l. cūm fuerit, ff. de condit. & demonstra. vbi dicit, quōd si dicat statutum, quōd vir lucretur dotem vxoris prēmortuæ, quōd statim, quōd est contractum matrimonium per verba de presenti, licet non sit consummatum, habet locum statutum, sed notatur, quōd saltem debet esse ducta in domum viri, secundū *Paul. de Casstr. ibi, qui postea dicit, idem si non sit traducta, si tamen constet de matrimonio per verba de presenti, sed contrarium consuluit Abb. in 1. vol. conf. 1. & in 2. vol. in conf. 79. & idem cum Abbat. per multas rationes tenet Salyc. in l. cūm in te, C. de donat. antē nupt. vide Abb. in cap. ex publico, de conuers. coniug. & Paul. de Casstr. in l. de diuisione, solut. matrim. & in l. si donaturus, in fin. de donat. ob caus. & ibi Alex. qui dat alias remissiones.**

Mazzeus de Afflicto.

Sed pulchrum est scire, si matrimonium fuit consummatum, & remāsit per vxorem, quōd non præticit obsequia matrimonialia, quia recessit à domo viri, & accessit honestè ad domum parentum, & ibi stetit longo tempore, putā decem annis, & vitrā, & nunquā requisita voluit reuerti ad virum, & vir durante eius absentia est mortuus, superstitē vxore sine liberis, an lucretur antephatū? diceret, quōd sic, per *glos. in l. consensu, C. de repud. quz volunt, quōd quando vxor accessit honestè ad domum parentum, remota suspitione fornicationis, quōd non perdit antephatum, sed illę gloss. non loquuntur, quando per longam absentiam vxor se absentauit, vnde per longam absentiam videtur spoliare maritū de obsequio matrimoniali, & sicut maritus expellens vxorem, perdit lucra nuptialia, vt in *l. ab hostibus, S. fin. per Alex. ff. solus. matrim. ita vxor tacitè expellens virum de obsequio matrimoniali, debet perdere antephatum. Item maritus non lucretur fructus dotis, si non sasserit onera matrimonialia, vt in *l. antē, & in l. de diuisione, ff. solut. matrim. & in l. dotis fructus, ff. de iur. dot. & Salyc. in l. si antē C. de donat. antē nupt. multo fortius non lucretur lucra nuptialia, ita vxor denegans prestare onera matrimonij, perdit lucra nuptialia, ideō dubito de ista quæstione.***

Mazzeus de Afflicto.

In Curia Archiepiscopali Neapol. per binas sententias contrarium decism fuit, scilicet, quōd lucretur antephatum.

Mazzeus de Afflicto.

In d. Consuetud. in glos. liberis;
in fin.

Si soluto matrimonio filij extabant, & postea moriuntur, vxor lucretur antephatum, etiam quōdā proprietatem, vt dicit ista Consuetudo, sed quid inter Barones, qui recipiunt dotem in pecunia, & faciūt tertiarium in pecunia, & moritur Barō superstitē vxore, & filio, & fit restitutio dotis, & tertiariz quōdā vsufructuum, postea moritur filius, vtrum in proprietate succedant agnati, vel mater? vide in *Constit. Licentiam, & in auth. praterd, C. vnde vir, & vxor, & Bal. in l. si infanti, in 1. q. C. de iure delib. & Salyc. & Paul.*

de *Castr.* qui tenent, quod hereditas patris delata infanti, non adita, non transmittitur ad matrem, & *Ias.* dicit, quod ista est communis opinio, & sic mater non succedit in proprietate filij infantis defuncti de iure, sed patruus, *Bald. in 1. vol. conf. 95. quaestio est*, vide grande consilium *Andr. Barbatij in 3. vol. conf. 60.* vide *Oldrad. conf. 20.* ubi tenet, quod mater non succedit infanti, hereditate non adita.
Mazzeus de Afflicto.

In text. Consuet. Bona stabilia.

NOta verbum ante venditionem perfectam, scilicet antequam res sit tradita, postquam autem perfecta est, ipsis filijs scientibus, & non contradicentibus, non possunt postea contradicere, sed quero, vtrum vxor vidua, quae habuit dotem in bonis stabilibus, viro datis insolutum pro dote, possit illa bona liberè vendere, sine decreto Iudicis, & sine consensu filiorum, videtur dicendum, quod sic, quia ista *Consuetudo* loquitur, quando mulier transiit ad secunda vota, tunc filij primi matrimonij possunt contradicere, & tunc requiritur iusta causa vendendi, & decretum Iudicis, aliàs filij non possent contradicere, quando est vidua, praesumitur enim pro matre, sicut pro patre, vt in *glos. hoc alij*, sed illa *glos.* loquitur, quod filij secundi matrimonij non possunt contradicere, & ideo *glos.* praecedens dicit, quod cum non possit reddi ratio diuersitatis, si mater contraxit secundum matrimonij, vel non, filij primi matrimonij possunt contradicere, & ideo requiritur causa iusta, & decretum Iudicis, vt in *seq. Consuetud.* Sed Ego dicerem, quod *Consuetudo* haec non loquitur in casu praesentis quaestiois, primo, quia *Consuetudo* loquitur, quando mulier vendit cum consensu viri sui, sed in quaestione proposita vendit mulier vidua soluto matrimonio, quando ipsa est Domina; Item *Consuetudo* loquitur, quando alienantur bona dotalia constante matrimonio, sed soluto matrimonio non dicuntur bona dotalia, quando pro dotibus restituendis data sunt bona insolutum, & pro soluto, quae est ad instar emptionis; item loquitur, quando mulier transiit ad secunda vota existentibus filijs primi matrimonij, tamen audiui à certis Practicis, qui dicebant, quod *Consuetudo* Et si mulier habet locum existentibus filijs, ita vt mulier

nullo modo possit cautè vendere, nisi cū decreto sine consensu filiorum, sed posito, quod ista vltima opinio sit vera, vtrū rescripto Principis possit confirmari talis venditio facta sine decreto, dico, quod sic, per *text. in l. 2. ff. de reb. cor.* & ista confirmatio per rescriptum Principis facit validum, quod erat inualidum, sic *ff. de adopt. l. nam ita diuus*, & *ff. de confirmat. tut. per tot.* est sciendum, quod in tali confirmatione debet exprimi causa alienationis, aliàs non valet confirmatio de re prohibita alienari sine decreto, *Glos.* est singularis in *l. 3. quando decreto opus non est, C.* quam allegat *Ludouic. in sing. suis, in verb. alienatio*, & in verbo *prohibitus*. Item quero, quid si dos mulieris consistat in pecunia, vtrum habeat locum, vt filij anterioris matrimonij possent cōtradicere, si mater vult alienare dotē suam, vltra de decem partibus vnam, si non habet iustam causam, vide *glos. in Consuet. Mulier, de dot. in verb. de fructibus*, in *glos. in Consuet. Et si testator, in verb. disponere.*
Mazzeus de Afflicto.

In Consuetud. Contra instrumenta, in glos. instrumenta.

Quid de instrumentis confectis per Iudicem, Notarium, & subscriptionem trium testium, quod habet vim publicae scripturae, sicut Curialiscum, *Napod.* dicit in *Consuetud. Instrumenta donationum*, quod licet loquatur de Curialiscis, idem seruatur de Notariis, quia generaliter dicitur Instrumenta, & dicit, quod ita seruatur; eadem enim est ratio, *l. 1. §. & generaliter. de legat. praestand. l. prospexit. ff. qui, & à quibus, l. de pre. io, ff. de public.* item quia illud verbum *instrumenta* debet interpretari secundum ius commune, *c. cum dilectis, de consuet. l. 2. C. de noxal. l. quidam, ff. de in ius voc.* item si haec *Consuetudo* voluisset, quod tantum in instrumentis Curialibus haberet locum, dixisset, *l. vnica, §. sin autem deficientis, C. de caduc. toll. e. ad audistiam, de decim.* nec est verum, quod ista *Consuetudo* est sub numero de instrumentis Curialiscis, sed est sub *Rubrica de instrumentis simulatis*, item *rubrica* istarum *Consuetud.* non sunt approbatae, sed *Consuetudines* tantum, vt patet in *proemio* istarum *Consuetudinum.*

Mazzeus de Afflicto.

*In Consuetud. Si quis emit, de iure congrui in
glos. fuerit, in fia.*

Sed iuxta hoc queritur, venditur domus pro quinquaginta, tempore venditionis valet centum, tempore sententiarum, per quam domus mihi adiudicatur iure congrui valet ducentum, an fiet aestimatio secundum praesens tempus sententiarum, an secundum tempus litis contestatae in causa congrui? Respondetur, haec *Consuetudo* videtur respicere, quod fiat aestimatio secundum tempus futurum, scilicet sententiarum, & ad hoc accedant iura allegata per *Napod. hic*, in contrarium tamen est veritas, scilicet quod fiat aestimatio a tempore morae, videlicet a tempore requisitionis, casus est in *l. in hoc, ff. de triar. & in l. quoties in diem, de verb. obligat. & in l. vinum, ff. si cert. pet.* & hoc tenet *Ludov. in conf.* . . . ad hoc facit *l. uxorem, §. restitutioni, ff. de leg. 3.* quam legem allegat *Oldrad. conf. 31* quod condemnatus ad decem, debet solvere de pecunia, quae currebat tempore sententiarum, & non tempore executionis, accedant notata per *DD. in l. cum quid, ff. si cert. pet.* & quod notat *Specul. in tit. de solut. §. nunc aliqua*, & idem *Bald. in l. lud. de sacros. Eccl. & in l. fin. C. commun. de legat.* Mora enim committitur per interpellationem, ut in *l. mora, in prin. ff. de usur. l. si ex legati causa, de verb. obligat.* Nec obstant iura hic allegata, quia loquitur, quando nulla mora est commissa, quia fit aestimatio a tempore morae, per iura allegata, & per doctrinam *Ludovici in d. l. vinum*, item hoc intelligas verum, quod ista mora consideratur a tempore, quo constat, non habuisse iustam causam litigandi, nam donec habuit iustam causam litigandi, non est in mora, & ad hoc accedant illae doctrinae, quod iusta causa, quem excusat ab expensis, de quo per *Modernos in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.*

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem.

Item quia si crevit aestimatio rei, pertinet ad emptorem, *Bal. in rubr. C. de peric. & commod. rei venditae*, item quia quod potuit peti consequutivè tempore litis contestatae, potest etiam peti tempore sententiarum, *Bald. in l. si traditio, C. de act. empt. &* quod inspicitur tempus sententiarum, vide-

tur bonus. in cap. 1. §. de feud. vassal. ab aliquo fuerint interpellati.

Mazzeus de Afflicto.

In Consuet. Si Ecclesia in i. glos.

Quoniam hic glos. tenet, quod bona Stauritae non dicuntur Ecclesiastica, & sic habet locum in eis ius congrui, adde, quod ex hoc sequitur, quod bona Stauritae debent iudicari secularia, & non Ecclesiastica, & sic possunt vendi, &c. & pro hoc adducitur primò, quia ista Staurita non est fundata autoritate Episcopi, in *cap. ad hoc, de relig. domib. & in cap. inter dilectos, de donat. & per glos. in Clem. per literas, de probat. & ibi Paul. de Leazar. ergò sunt merè laicorum.* Secundò, quia res Ecclesiasticae debent gubernari per Economos, qui sunt Clerici, ut in *cap. summos, de offic. ordin. & in cap. Imperatorum, de iuram. catu.* sed bona ista gubernantur per meos laicos, ergò. Tertiò bona ista alienantur sine autoritate Episcopi, quod non posset fieri, si essent bona Ecclesiae, ut in *cap. 1. per totum, de reb. Eccl. non alien. & in can. Abbatibus 12. q. 2. & in cap. hoc consultiissimo, de reb. Eccl. non alienand. cap. Monasteriorum, eod. tit. & est *Cons. Gerardina.* Quartò ipsi seculares faciunt sibi Syndicum, & non Episcopus, ut *de cap. ad haec, vers. habent collegium seculare, & militare, quod non subijcitur Curia Ecclesiastica, & in can. si quis despicit 41. dist. & 24. quia sani.* Quintò Episcopus nullam iurisdictionem in hoc exercet, nec exercet aliquam legem diocesanam, neque iurisdictionem, neque habet Cathedralicum, nec aliquid iuxta formam *c. conquirentis, & c. et dilectus de offic. ordin.* iuxta *Clem. dudum, de sepult.* Sextò, bona dictae Stauritae non reperiuntur in Catalogo Ecclesiae, & in *cap. 1. de probat. & ibi D. Antonius.* septimò isti Stauritarij fuerunt, & sunt in tali possessione, cuius non extat memoria in contrarium, & hoc habet vim privilegij, *c. super quibusdam, §. praterea, de verb. signif. & in c. 1. de presumpt. lib. 6.* semel declaravit Dominus noster Rex Ferdinandus tanquam bona profana, *cap. ex parte, de verb. signif. cum cap. cum venissent, de iudic. & semper fuerunt in tali possessione isti de Staurita, & denominatio, & possessio fit ab ista Staurita, & non ab Ecclesia Stauritae, ut dicitur glos. in *Clem. per literas, in verbo Ecclesiasticas*; nec obstat, quod habent aliquam**

Capellam, quia ibi non est reperire, nec Cœmeterium, neq; Campanam releuatam, vt dicit *D. Antonius in c. patentibus, de priuileg. & Feder. de Senis cons. 130.* licet Stauritarij faciant dicere in dicta Capella, vbi solent congregari, aliquas missas peculiare pro animabus beneficientium, vt in *c. missa peculiare, de consecrat. dist. 1.* sic patet, quod bona Stauritæ sunt secularia, & non Ecclesiastica, vt tenet *hic Napod.* & hoc etiam tenebat *D. Ioannes Antonius Carafa*, qui ita consuluit *D. Cardinali Carafæ Archiepiscopo Neapolitano*, & etiam allegauit, quod non tenentur Stauritarij soluere decimam impositam per Papam Clericis, vt concludit *Doctores*, maxime *Io. de Imol. in d. clem. per literas*, & ibi dicit *glos.* quod ita extitit declaratum per maximos Pontifices, videlicet *Clementem IV. & Honorium, & Bonifacium VIII.* licet *Lapus* aliter dicat, vt refert *ibi Io. de Imol.* tamen contrarium tenet *ibidem D. Franciscus de Zabarellis Cardinalis Florentinus*, & ista est veritas.

Mazzeus de Afflicto.

Ibidem.

ADuerte, quod *Napod.* hic multum videtur dubitare, si Clericus emat pro se, & sic in suum patrimonium, an possit coram Archiepiscopo Neapolitano iure congrui conueniri vigore istius *Constit.* nam licet arguat leuibus argumētis, quod sic, tamen postea seremittit ad suam *glos. in proœmio, in verb. tenorem*, & licet postea subdat, quod istæ consultationes possunt allegari in Curia Episcopi, per *glos. in lex ea tamen*, postea dicit, quod illa *glos.* non dicit, & sic videtur satis dubitasse iste *glossator*, & ideo semper fuit à Literatis huius Ciuitatis dictum, quod Clericus emens non potest conueniri iure congrui, quia priuilegium concessum Clericis in bonis patrimonialibus, censetur concessum contemplatione Ecclesiæ, vt notat in *l. non plures, C. de sacros. Eccl.* item priuilegium Ecclesiæ, vt non possit Ecclesia conueniri iure congrui, transit ad personam Ecclesiasticam, quia priuilegium Ecclesiarum transit ad personas ministrantes Ecclesiæ, vt notat in *c. fin. de vit. & honest. cler.* vbi est ergo priuilegium concessum Clericis, quod non possint conueniri iure congrui. Respondeo, est in ista *Consuetudine*, quæ dicit, quod ab Ecclesia non petitur ius cogtui,

& de consuetudine non reperitur, quod Clericus possit iure congrui conueniri, quia esset contra libertatem Ecclesiæ, vt in *c. nouerit, de sent. excomm.* & ideo si in specie fieri non potest hoc, nec in genere, sic ergo consulari, & obtinui, vide in *consilia meo 443.*

Mazzeus de Afflicto.

In Consuetud. Si est quaestio, in glos. super verbo perceptionem.

Vlt *glosa*, quod si locatarius, vel tertius ostendit in continenti de iure suo, non habet locum ista *Consuetudo*, ex quo infertur, quod si Ego emi domum à te, & tu cõfessus fuisti præcario, nomine meo possidere, & locasti Sempronio domum, & demum Ego reuoco præcarium, & peto, quod locatarius mihi respondeat de pensione, ille venditor comparet cum ipso inquilino, & interrogatus dicit, se tenere ab ipso venditore, si venditor ostendit in promptu instrumentum, non habet locum ista *Consuetudo*, quia constat in promptu de non iure illius, qui locauit, propter venditionem, in qua etiam constituit se præcario possidere, propter quod præcarium recedit ab eo possessio, *l. si quis ui, S. differentia, ff. de acquir. poss.* & ideo talis possessio præcaria sibi non opitulatur, cum quandoque placuerit emptori, poterit eam aduocare, vt plene per *Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. l. quamuis, S. si conduxit, ff. de acquir. poss.* item quia per illa verba posita in instrumento venditionis, quæ solent apponi, videlicet *vendidit, & tradidit* datur licentia autoritate propria ingrediendi possessionem, vt in *l. prædia, vbi Bart. ff. de acquir. poss. & not. Bal. in c. 1. pen. col. quid sit inuestit. Bal. in l. 3. C. de acquir. poss.* sed pone, quod Inquilinus refirmavit fundum titulo locationis ab eodem emptore, demum vocatur à venditore, vt dicat, à quo tenet, ipse dicit, tenere à venditore, sed postea locauit ab emptore, vtrum dicatur interuertere possessionem, videtur, quod sic, *l. cum nemo, C. de acquir. poss.* in contrarium est veritas, quia illud, quod dicitur, quod colonus non potest interuertere possessionem, vt ibi intelligitur, secundum *glos. in d. l. cum nemo*, nisi quando habuit titulum, seu causam à vero domino, vt in *d. l. si quis ui, S. differentia*, & de hoc est *text. ad literam*, quem allegat *Bal. in d. l. cum nemo*, videlicet in *l. non solum, ff. de usucapion. in vers. quod*

vulgo,

vulgò, ibi dùm dicit. *Quanto magis in colono recipiendum est*, item si nouus emptor potest expellere inquilinum, vt in *l. emptorem, C. locat. & tenet Napod. in glos. in verb. cuius, in fin.* multò magis poterit refirmare, & si ille dicit, refirmasse à nouo emptore, quã primò locauit à veditore, non dicitur interuere, si hoc clarè ostendit, per *d. l. non solum*, vt respondeat ipsi emptori, quia apertè constat de eius iure, vt dixit *hic Napod.*

Mazzeus de Afflicto Legum Doctor.

In text. Consuet. Si quis aliquam rem.

Quòd si creditor agit contra debitore, vt luat pignus, & debitor dicit, quòd est paratus luere pignus pignorum

pro decem, & creditor dicit pignorum pro 20. & sic vult iurare, an habeat locum hæc *Consuetudo*; summariùm *Napod.* hoc videtur dicere, quòd idem sit, postea dicit, quòd hæc *Consuetudo* est ad beneficiũ creditorum; ergo non debet eius contrarium operari, in contrarium facit, quia idem *Napod.* dicit, quòd hæc *Consuetud.* loquitur, quando creditor conuenitur à debitore ad pignus, quasi secus, quando creditor agit, & sic videtur contrarius sibi ipsi; Ego dicerem, quòd ista *Consuet.* loquitur in suo casu tantum, & non sic extendenda ad huiusmodi casum, quia est exorbitans, vt patet in *glos. hic in verbo à dicto.*

Mazzeus de Afflicto.

EX QVODAM LIBRO ANTIQVISSIMO in Pergameno post Glosam Caroli de Tocco in Longobard.

NOTA hic quæstionem plurimum vtilem, Filius familias existens in potestate, constituit quartam omnium, quæ habet, & quæ acquirere poterat vxori suæ per scriptum morticap, volente, & consentiente patre, præmoriatur iste filius, queritur, nunquid vxor petat quartam eius patris, quam habiturus esset, si filius iste non esset præmortuus, & videtur, quòd sic, quia fuit quasi dominus, vt *ff. de liber. & posthum. l. in suis, & Instit. de hered. qual. & differ. S. scilicet.* Hoc non obstat, quia est fictio quædam, quòd sit Dominus. Duo enim insolidum non possunt habere dominium, vt *ff. de eo, pec. l. hereditas, S. pater, ff. commoda. l. si vt certo, S. si duobus*, & per speciem, vt notat. *qui pot. in pign. hab. l. assiduis. ff. de adopt. l. nec ei.* itè quia, quòd donat filius, donat pater, vt *ff. de donat. l. in edibus, in fin.* hoc nõ obstat, si benè consideres, nã ibi loquitur, quando filius dat ea, quæ potest donare, hic autè nõ potest donare, cum nõ sit dominus, sed plus videtur obstat *C. qua res pignori oblig. poss. l. fin.* vbi qui obligat res generalitèr, præsentia, & futura obligat, ergò quando quartam constituit in rebus, quas habet in futurum, & in præsentibus constituit, sed non obstat, quia verum est de futuris, quæ obuenerunt; sed hic non obuenerunt, quia antè mortuus fuit filius,

item si testator legat sub conditione, pendente conditione hæres vendicat, vt *ff. de rei vendicat. l. non idè, & fam. her. scilicet. & post, & de pignori. l. grege, S. statulib.* ergò sicut id, quod nõ est nostrum, possumus vendicare, ita & cõstituere quartam, solutio non est similis ratio, quia filius non est dominus, vt dictum est, hæres autè est dominus pendente conditione, vt *ff. ad Syllan. l. 1. S. seruis*, secus in puris legatis, vt *ff. de furt. l. à Titio, de leg. 1. l. si tibi, S. cum ieruus.*

Item videtur esse casus *ff. solut. matrimon. l. si cum dote, S. penult. & fin.* vbi dicitur, quòd filio recipiente voluntate patris, pater tenetur quòd in usu, si nihil habet filius. Ad quod quidam dicunt, quòd illud in dote, non autem inuenies in donatione propter nuptias, ergò non est in quarta, sed mala est responsio, quia proceditur de similibus ad similia; sed dic, quòd illud idè est, quia cum filius recipit dotes, & alium obligat sibi, & se obligat alij, hic autem obligat se alij, & nõ alios sibi, ergò nõ est par ratio, & eodem modo respondeas ad id, quod dicunt quidam in quæstione ista, patrem teneri quòd in usu, quia tunc pater tenetur quòd in usu, cum filius contrahat, & se obligando, & alium sibi.

Item dicunt aliqui, quòd debeat vxor habere quartam in ea parte, quam filius

ab intestato debet habere, argumento *d. l. solut. matrimon.* sed casus legis est contra *ff. de collat. bon. d. l. 1. §. si impubere*, cum de hereditate viuentis non debeamus esse solliciti, *ff. de vulg. & pupill. l. 2.* item de iure Longobardo videtur expeditum, quia quod dicitur de iure Romano idem est, quia filius est in potestate, cum autem de iure Longobardo sint omnes filij emancipari, ergo expeditum est, quod non tenetur pater, quod autem sint emancipari, probatur sic, quia tenet donatio facta à filio ipsi patri, vt in *long. de praescript. l. sunt fratres*, ibi *nobiliter*, l. 2. & de adoption. l. 1. ergo non est in potestate, & donatio facta non tenet inter eos, quod autem dicitur l. praeterea tenetur, primo dico, quod ibi donauit castrensia, vel quasi, in quibus loco patrisfamil. habetur, vt *ff. ad Macedon. l. 2.* & facit *ff. de contrab. empt. l. 2.* & quod iure illo sint filij in potestate, patet, quia iure illo fit adoptio, vt in *long. de adopt. l. 1. & per tot. & Instit. cod. & C. cod. per totum*. Quod etiam iure Longobardo sint filij in potestate, notat *Roffredus in libellis*, in actione *prauidiciali*, qua queritur, verum sit filius in potestate in contractu civilium. Praeterea si verum esset, iure illo nullum esse in potestate, quod falsum est, vt probaui supra, correctum tamen esset per *Cons.* Nam hodie pater dat filio suo tutorem in testamento, & substituit ei pupillariter, vel quomodo vult, ergo patet, quod sunt in potestate, nam aliis nec dare tutorem posset, vt *ff. de vulgar. et pupillar. subst. l. 1. in fin.* Ego dico, quod habet quartam eius partis, quam habiturus esset ab intestato, per dicta iura, & iam patet sibi pater quare consensit, vnde in hoc prodest consensus, quia aliis non obesset patri, nam filius constituendo, constituit in eo, scilicet in portione, quam habiturus est, hac denotant verba; pater cum consensit, sibi prauidicat, estque portio de iure Romano, secundum quod vivit pater, *C. de inoffic. testam. l. quoniam in prioribus*, & *l. omnimodo*, de iure Longobardo, si est vnus, totum debet habere, aliis pro numero, vt in *Long. de eo, quod pater filio nec. ha. relinquit*. & sic dixi de facto in causa filij mei, qui premortuus fuit numeri meo.

Andreas de Ifernio.

Ex eodem libro.

Consuevit dubitari, vtrum soluto matrimonio morte viri vxor possit repetere dotem, & quartam sibi à marito constitutam? & de iure civili possumus aucter dicere, quod non possit vtramque petere, aut enim dicimus, hanc quartam succedere loco donationis propter nuptias; de qua non est factum pactum de ea lucranda, aut neutrius loco succedere dicimus, sed dicimus, esse proprium ius quartae. Primo, soluto matrimonio sicut dos reuertitur ad dotantem, vt *C. de rei vxor. act. l. 1. §. illo*, ita donatio ad donantem, cum paribus passibus debeant ambulare, vt in *auth. de aequali dot. §. 1.* & notat. *Instit. de donat. §. est & aliud*, & *C. de don. ante nupt. auth. dos data*. Secundo casu similiter non potest vtramque petere, quia licet ex pacto lucranda petitionis donationis, ipsam possit petere, vt *C. de iure dot. C. vbi, & qui pot. in pig. hab. l. affiduis*, in *fin.* & notat. in *d. auth. dos data*, tamen maritus eatenus retinet ex dote, quatenus mulier repetit ex donatione, etiam si nullum pactum sit de hoc appositum, sed tantum pactum factum est de lucranda donatione, vt patet expressè *C. de pact. con. auth. aequalitas*, & *auth. siquid*, & notat. *cod. tit. l. leonis*, & *C. de donat. ante nupt. l. fin. §. si autem donatio*, non obstat, quod mulier dicitur domina quartae viuentis marito, quia etiam mulier dicitur domina donationis propter nuptias viuentis marito, siue sit factum pactum de ea lucranda, siue non, vt *C. de donat. ante nupt. auth. praemissa*, & *ad Velleian. auth. siud à me*. In tertio autem casu dico similiter, quod non possit vtrumque petere, quia licet iure civilius quartae, quod habet mulier in bonis mariti, ipsa lege, & siue constitutione ei deferatur; tamen iure Longobardo sine constitutione mulieri ius quartae non competit, vt in *Longob. de ea, qua sine vol. mu. ad mar. l. fin.* & hoc ius mulier non habet, nisi quando est indotata, vt *C. de repud. l. fin.* & superstes labore inopia, vt *C. vnde vir, & vxor. auth. praeterea*. Sic ergo quando dotem habet mulier, hoc ius quartae sibi non competit, & sic non poterit vtrumque petere de iure civili. De iure Longobardo videtur, quod vtrumque mulier possit petere, vt colligi potest in *Long. de bo. li. bo. l. si maritus*, vbi dicitur, quod filij mulieris occise à marito repetunt pharadisiu, & quod

secundum Longobardos interpretatur dos, & morgicap. quod interpretatur quartam, & sic videtur, quod utrumque mulier possit petere, quia si heredes mulieris hoc possunt, multo fortius mulier, a qua ipsi heredes causam habent, cum heredes, & defunctus eadem persona censeatur, ut in *autb ut ius iur. quod prestatur a ma. §. 1.* Item potest colligi ex alia lege in *Long. de success. l. si pater ij*, in qua dicitur, quod filia nupta, vel soror mortuo marito, reuertitur ad domum patris, vel fratris simul cum sororibus, quae in domo patris remanserunt, quibus non teneur conferre morgicap. deest quartam, quam habuit de bonis viri, ea tamen, quae pater, vel frater sibi dedit, conferre teneur sororibus, & sic habes, quod morgicap habuit a marito, item probatur alia ratione, quod utrumque possit petere; nam *Car. notat ad alijs de ijs, quae a vir. & vxor. l. nulli*, quod morgicap est donatio causa mortis, & sic morte mariti confirmatur, ut *ff. de donat. inter vir. & vxor. l. res, quae, & l. donationes*, item probatur per aliam *l. quae est in Longob. de sponsalib. l. si quis filiam, aut quamlibet*, in qua dicitur, quod mortuo marito si haeres eius nolit recipere pretium mundij a muliere, quae vult ad secunda vota transire, quod perdit mundium, & mulier acceptis morgicap. deest quarta, & pharadesio, id est dote, poterit, per proximos parentes suos tradi nuptui, & sic videtur, quod morgicap. & pharadesium mulier possit petere, mortuo viro, potest responderi ad *l. illam de ho. li. bo.* quod ibi ideo contingit, quod utrumque possit petere haeres mulieris propter delictum mariti, sic & alius maritus, qui occidit vxorem, perdit id, quod habiturus fuisset, si ipsam non occidisset, *ff. solut. matrim. l. si ab hostibus*. Item perdit maritus propter delictum suum donationem propter nuptias, quae a eum fuisset aliam remansura, ut *C. de repud. l. consensu*, ad *l. de successioibus* potest responderi, quod ibi fuerat quarta mulieri relicta a marito expressè, vel ibi mulier habuit quartam, & ea, quae sibi pater, vel frater donauit, ut ibi dicitur, nam dos data non dicitur donatio, quia pater teneur filiae dotem dare, ut *ff. de ritu nupt. l. qui liberos*, & frater sorori de bonis paternis, ut *ff. ad Maced. l. idem, §. sed & si filius, & de in rem uers. l. & ideo, §. fin. & l. seq. & in Constit. de successioibus Comit. & Baron.* in necessitatibus enim nemo dicitur liberari, *ff. de adm.*

leg. l. rem legatam, & ideo dicitur donari, quod nullo iure cogente conceditur, & sic non loquitur ibi de dote, sed de donatione, ut supra probatum est, ad id autem, quod notatur per *Car. de ijs, quae a vir. in vxorem*, potest responderi, quod, salua gratia sua, quod licet morgicap. non sit simplex donatio, non sequitur, quod sit donatio causa mortis, quia esset sibi ipsi contrarius, notauit enim in *prima lege ipsius tituli*, quod mulier viuentis marito est domina quartae, quod non posset esse verum, si esset donatio causa mortis, quia viuentis marito non esset ipsa domina, sed maritus, ut *ff. de donat. inter vir. & vxor. l. sed inter iuxta in princip.* ut ergo non erit mortis causa donatio, sed dicitur potius donatio propter nuptias, cui idem *Carol.* quartam assimilat, ut notat *ipse in l. lege ipsius tituli*. Item alia ratio non potest dici donatio causa mortis quia si esset donatio causa mortis, praemortiente muliere reuocaretur, & euangeret, ut *Instit. de donat. §. 1. & ff. si cert. petat. l. non omnis, & ff. de donat. caus. mortis l. Senatus, §. secundo*, & tamen praemortiente muliere dicitur liberis ipsius, ut in praedicta *l. si maritus, de homicid. li. bo.*

Item mulier agit pro quarta viuentis marito in casu, in quo agere posset pro dote, ut notat *Carol. qualiter mu. ali. per se. l. si qua mulier*, & in praedicto titulo de *ijs, quae a viro, & vxore dantur, l. 1.* Quod non posset facere in aliquo casu, nisi donatio causa mortis, cum non sit valida, nisi morte donantis praemortiente, ut supra probatum est, ad *l. autem de sponsalibus* sic respondet, quod similiter ideo ibi illud contingit propter culpam, seu delictum haeredum mariti, nolentium recipere pretium mundij, argumento *C. de repud. l. consensu*, Concludo ergo ex praemissis, quod nec de iure civili utrumque possit petere, nec de iure Longobardo, nisi in casibus supra exceptuatis, ita ergo iuri civili, cum legum correctio sit vitanda, ut *C. de appellat. l. precipimus, in fin. & quod non mutatur, cur stare prohibentur, ut C. de testamentis, l. sancimus*; nec eadem nouum est, ut priores leges ad posteriores trahantur, & posteriores ad priores, ut *ff. de legib. l. non est nouum*, licet enim hodie donationes propter nuptias non constituantur, sed quarta, seu alia iura, ut notat in *l. anti. aequalitas, C. de patris conu.* illud tamen ius, quod seruabatur olim in donationibus propter nuptias, seruabi-

mus hodie in quarta, & alijs iuribus, quæ constituantur earum vice, argumento ff. *si quis test. liber esse iussus fuerit*, l. 1. §. *hæc actio*, licet per aliam legem olim donationes constituantur, scilicet per civile, & per aliam constituantur hodie quartæ, argumento ff. *si cui plus, quam per l. falcid.* l. 1. §. *penult.* An autem dici possit simplex constitutio quartæ, & certè sine aliqua dubitatione responderi potest, quod non, ut notat *Carol. in l. nulli superius alleg.* Item alia ratione, non enim *Car. in l. 1. tit. de jst. quæ à viro in uxore dantur*, quod mulier est domina quartæ viuentis marito, & quod agit mulier constante matrimonio, marito vergente ad inopiam, quod esse nõ posset, si esset simplex donatio, nam non esset valida, nisi confirmaretur morte mariti, vnde rei donatæ à marito uxori constante matrimonio non ipsa est domina, sed maritus, ut ff. *de donat. inter vir. & uxor.* l. 3. §. *si quis igitur nummos*, & l. *qua iam*, præterea si diceremus eam simplicem donationem, muliere præmoriēte nullius momenti efficeretur donatio, ut ff. *cod. l. cum hic status*, §. *si ambo*, & sic hæredes mulieris non agerent pro quarta, quod verum non est, immò præmoriēte muliere hæredes agunt, ut in supra allegata *l. de hom. lib. ho.* quin immò ex verbis, quibus constituitur quarta apparet manifestè, quod non est simplex donatio; sed propter nuptias, nam licet *ibi* non dicatur, quod propter nuptias constituitur, dicuntur tamen ea verba, quæ id denotant, ut *C. de donat. inter vir. & uxor.* l. *fin.* §. *sanctimus*, nam probata qualitate tacti, probatur iterum, sicut de *l. commiss. ut ff. de except. dol.* l. 1. & idèd nihil refert, quod ex æquipollentibus fiat, ut *C. de institut. & substit.* l. 3. non enim figura literarum, sed oratione, quæ exprimit licet quis obligatur, ut ff. *de action. & obligat.* l. *non si gura*.

Andreas de Isernia.

Vidimus plenè de successoribus ab intestato secundum iura Romana. Verum quia hæc iura nostra per ius Longobardum in successione corriguntur, quod ius Longobardum nostris peccatis exigentibus in partibus Apuliz tenet; idèd videamus, in quibus per hoc ius iura civilia corrigantur, & primò, quod nullus cognatus ad successionem admittatur, quod intelligo in linea collateralis, vel ascendenti, vnde mater non succedit filio,

ut not. in *Longob. de success. in l. 1.* sed in linea descendenti secus, vnde filius matri succedit, ut *cod. tit. l. si fratres*, & l. *sorores* not. *Car. in l. si quis Longobardus sorores*, in *fin.* sed ex naturali æquitate non scripta per illud ius potest admitti ad lucuosam hereditatem filij, ut notatur in *l. præallegata si sorores*. Item mortuo aliquo relicto fratre, & nepote ex fratre præmortuo, non succedit nepos cum patruo, quia secundum illud ius, qui potior est in gradu, potior est in successione, ut eodem *tit. l. 1.* & sic corrigitur *authent. cessante*. Item si quis, vel si qua decedat relicto filio masculo, vel femina, femina excluditur per masculum, frater debet eam maritare; immò si decedat relicta filia, vel nepote, vel etiam nepte ex filio, nepos, vel neptis, qui representant personam patris, excludunt amitam; sed eam maritare tenentur, ut ea *l. si quis Longobardus*, & *ibi* plenè notat. & in hoc contradicit *lex, C. de leg. hered. l. lege* cum similibus; filius autem, vel nepos, vel neptis ex filio præmortuo æqualitèr succedunt, & in hoc concord. iure Romano in *authent. in successione*, ut not. in *d. l. si quis Longobardus*. Item si quis decedat relicta sorore in capillo, & filia, succedunt æqualitèr, scilicet amita, & neptis, ut *l. si quis Longobardus filias*, & *sorores*, & ita, quod est mirabile, filia non excludit amitam in capillo, sed patrum, sic ratio diuersitatis *ibi* patet, & plenè notat. per *Carol.*, secus autem ubi amita non erat in capillo, quia tunc excluditur à filia fratris mortui, ut eodem *tit. l. si quis Longobardus sorores*. Item secus si relinquat filium masculum, & sororem, quia tunc filius amitam excludit in successione; debet tamen amitam providere in alimentis, & necessarijs, ut eodem *tit. l. res olimus*, & ita per id, quod dixit, quod amita, idèd soror concurrat cù filia, corrigit ius, quod dixit, in successione ab intestato potiorem esse lineam descendente, ut in *authent. de hered. qua ab intest.* §. 1. & ratio est, ut notat. in prædicta *l. si quis Longobardus filias*, vel *sorores*. Item mundius si est extraneus, excludit omnes agnatos, exceptis filijs, patre, & sororibus, ut eodem *tit. l. si sorores*, & de huiusmodi notatur *l. si qua mulier*, & *tit. de successione l. 1.* Item si maritus sit mundius, excludit omnes supradictos, exceptis filijs, eodem *tit. fin.* & *ibidem* habetur in *summa*.

Item si decedat soror relicto fratre, &

forore, & qualiter succedunt, nisi frater sit mundius sororis præmortuæ, quia tunc ratione mundi præfertur, ut eodem tit. not. *l. si sorores*, quia cum hic non sit mundi locus, uterque succedit æqualiter, ut not. in *d. l. si quis Longobardus*, & hoc conuenit iuri nostro, quia appellatione fratris, & soror continetur, ut *ff. de pactis, l. tres fratres*, & *de legat. 3. l. Lucius, §. que ritur*, sed hic quæro, decessit aliquis, vel aliqua relicto patre, & fratre, vel sorore, quis ei succedit, de iure nostro est indubitatum per *auth. defuncto*, sed de iure Longobardo si decessit filia, cuius pater mundium habebat, ratione mundi dicitur patrem præferri, sicut modo dixit in fratre.

Si verò pater non habebat mundium, vel decessit masculus, tunc quidam dicunt, patrem excludere fratrem, & sororem vocari per *l. si sorores*, quod puto falsum, quia quod dicitur, parentes repellit, exponitur *l. propinqui*, ultra fratres, sic etiam in toto iure Longobardo ponitur hoc verbum *parentes*, ut in *l. 1. de parricidijs*, & notat Carolus in *l. de successioneibus*, unde possumus stare illi *auth. defuncto*, vel possumus dicere, quod pater excludit fratres defuncti, quia potior est linea ascendens, quam collateralis, ut not. in *Long. de success. l. item sicut*, sed quia non inuenio per ius Longobardum expressum in hoc, stabitur *auth. defuncto*; si verò filius moritur superstiti matre, & fratre, isto casu quis succedit in bonis, utrum mater, & frater, & dic, quod si iste frater istius defuncti est frater ex utroque parte, scilicet ex parte patris, & matris, & tunc si remansit vnus frater, debet habere medietatem omnium bonorum dicti defuncti, & aliam medietatem habebit mater, si verò remanserunt duo fratres, mater eorum debet habere tertiam, & alias partes debent habere alij duo fratres, & sic de singulis, si sunt plures, si verò remansit frater ex parte patris tantum, tunc mater succedit in totum, & excludit fratrem, ita not. in corpore *auth. coll. 9. de hered. ab intest. in §. reliquum*, & *§. ex diuerso*, & *C. ad Sen. Conf. Tertull. auth. defuncto*, nam secundum iura Romana potior est linea ascendens, quam collateralis, & sic apparet, quod fratres possunt exhereditari, dummodo non instituantur turpes heredes personæ, sed non possunt patrem à successione excludere, ut *C. de inoffic. testam. l. fratres*, & *ff. eod. l. pater*. Item plures causæ requiruntur in exhereditatione patris, quam

fratris, tamen quoad hoc lex cogit eos, ut in *auth. defuncto*, sed quid erit, mulier habens filios ex primo matrimonio, nubit secundo, et ei dat marito cuncta bona in dote, & ex secundo habet filios, moritur relicto filijs primi, & secundi matrimonij, qui erunt potiores, primi, ac secundi, an concurrent omnes? Respondeo, aut hæc mulier fecit pactum marito de lucranda dote, vel ut remaneret penes filios secundi matrimonij, & tunc serua *l. hac edi Etali, C. de secund. nupt.* quod intelligas, quando nihil aliud habebat mulier, nisi quod dabat in dote secundo viro, aliàs si habebat alia bona, tunc serua legem *C. de donat. ante nupt. l. si liberis*, aut nõ fecit pactum de lucranda dote, & tunc omnes filij vocantur per *Officium*; cū hæc dos debeat remanere penes hæredes mulieris, ut *l. rem in presentis, §. videamus*, & *§. illud pro caldubio*, & not. *C. de inoff. testam. l. 1.* & hoc siue secundus maritus habebat mundium vxoris, siue non, & de hoc plenè not. in *summa. Domini Carol. l. fin. de successioneibus*. & hæc ad præsens de successioneibus dicta sufficiant.

Andreas de Barolo.

Queri conuenit, nunquid mulier possit petere quartam, etiam de legatis Ecclesiæ relicto, ad hoc dixit, quod possit, argumento *ff. de adopt. l. si pater*, & *de donat. ant. nupt. l. filius*, sed heredes tenentur supplere, ut *de leg. l. cum rem alienam, et l. 3.* & *C. de fideicom. l. pradia*, sed nunquid possit petere de re Ecclesiæ concessa in emphyteusim, dic, quod non, argumento *ff. de adopt. l. si pater fam. & in auth. de non alienand. §. in emphyteusim*. Item nunquid de re feudali? Respondeo, quod sic, argumento *l. prad.* Item quæro, nunquid possit queri quarta per mulierem, si non sit constituta, dic, quod non, nisi Consuetudo aliud inducat, & dic, petit quartam ad similitudinem donationis propter nuptias, quæ si non constituatur, non petitur, ut *C. de donat. propter nuptias*, aut dos data, alij dicunt, etiam si non constituatur peti, argumento *C. de repud. l. consensu*. Item quæro, nunquid mulier possit petere quartam de male quæsitis? Respondeo, quod non, argumento *ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris, l. 1.* & *ff. de adopt. l. si pater fam.* & *C. de adopt. l. cum adoptiuos, §. si verò*, & *ff. de acquir. possess. l. quod seruus*, & *pro facio*, nec prætermittendum & *l. quod autè*, quia istorum nulla est co-

munio, ff. de tutel. & rat. dicitur l. 1. §. nunc tractemus, sed dic, quod non; nam quaesita ex turpi lucro non sunt communicanda, sed communicata diuiduntur, ff. pro socio, l. quod autem, & l. sequenti, quod autem bona omnia viri, quae habet, & potest quaerit, sint communicanda, patet, nam not. Carol. in Long. de iis, quae a viro in uxorem dantur, quod a tempore constituci matrimonij transit dominium in eam, tam in acquisitis, quam in acquirendis, illud tamen non omitto, quod si haeres mariti damnatus sit ad restituendum male quaesita, quod potest ante partem, partem, vel ab ea petere, si quartam habet, scilicet vxor in illis male quaesitis, vt d. l. quod autem, cum l. 5. & seq.

Bartholomaeus de Capua.

Questio talis est, maritus constituit vxori suae quartam bonorum, si ipsum praemori contigerit, vxore superstiti; demum maritus extitit vita functus, instituto sibi quodam haerede vniuersali, quaeritur, nunquid mulier in re qualibet mariti sui possit petere quartam, cum haeres in vna re haereditaria possit dictam quartam soluere. Et primo videtur, quod in re qualibet possit dicta vxor petere quartam, argumento C. ad l. falcid. l. si quis quadringentorum, & ff. sod. l. plautius, & l. in quantitate, §. 1. & ff. de peculio, l. si peculium, in princip. in contrarium videtur verius dicendum, quod possit haeres in vna re vxori quartam omnium bonorum praestare, & hoc per rationem, quia quod alicui prodest, & facientem non nocet, compellitur facere, argumento ad hoc ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. item varius, sed cum recipere quartam in vna re, non in singulis rebus haeredi prodest ob vitandam communionem, & vxori non nocet, immo prodest, vt ff. famil. hercisc. l. planens, & ratio, ff. de transaction. l. cum iis, §. causa, ergo ad recipiendam quartam in vna re, debet dicta vxor compelli, cum hoc sibi non noceat, & prodest haeredi praedicto, & pro hoc sunt leges euidentiores ff. famil. hercisc. l. planens, ff. ad l. falcid. l. si ex pluribus, de leg. c. l. non amplius, §. fin. cum l. seq. Non obstant iura in contrarium allegata, quia ibi in legato loquitur, vbi a legatario quolibet debet falcidia exigi, nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, ff. de iure iur. l. quia, quod esset, si in vna re tantummodo legata diuersimodè legatorum detraheretur falcidia, siue quarta, licet calu autem quaestio- nis propositae bonorum omnium mariti est. ex conuentione per vxorem quarta, vt praedicitur, detrahenda, quo casu in vna re debet detrahi quarta praedicta, l. haec not. & expressè colliguntur ex solutione glos. C. ad l. falcid. l. 2. in glos. ibi, sed ibi loquitur in parte bonorum legata, &c. Possit tamen haeres praedictus, si vellet estimationem dictae quartae bonorum praestare, & hoc est cum bona praedicti mariti commodam diuisionem reciperent, vbi autem comodam diuisionem non reciperent, ad praestandam estimationem dictae quartae haeres omnino compelletur, & hoc expressè indicat d. l. non amplius, §. fin. l. seq.

Ioannes de Lando

Sed quid erit, maritus tempore nuptiarum, vel sponsaliorum dedit quartam vxori suae de his, quae tunc habebat, & habuit tempore contracti matrimonij, contigit, quod vxor praedeceffit, nunquid haeres possint petere quartam, & videtur, quod non, cum tacite videtur esse actum in ipsa donatione, quod ita demum habeat locum quarta, si praemoriatur vir, vt ff. de leg. 3. l. item legato, §. si vxori, & ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cum hic status, §. quod si diuortio, sed quid erit, vxor, quae habet quartam in bonis, moritur relictis filiis, cum morietur vxor vir habet in bonis centum, traheatur temporis habet ducenta in bonis, nunquid haeres vxoris habebunt quartam de ducentis, ac de centum, vt ff. de aur. & argent. legat. l. si quis ita, & de legat. 3. l. quod nuper, hoc de iure Romano, de iure autem Longobardo quaeritur, quos agitat mundi labor, sed quid erit, maritus constituit quartam, vel dedit donationem propter nuptias vxori suae, quam non potest cognoscere carnaliter, nunquid lucrabitur donationem, vel habebit quartam, & planum est, quod non, argumento C. de nupt. l. sancimus, & de donat. ante nupt. l. cum in te, & de diuortio l. pen. & est calus legis, sed quaeritur, quidam duxit vxorem, quae erat minor 12. annorum, & constituit sibi quartam, vel fecit donationem propter nuptias, mortuus fuit vir antequam vxor compleret duodecimū annum, vtrum mulier lucretur quartam, vel donationem propter nuptias, quidam dicunt, quod sic, quia hoc non fuit delictum vxoris, sed viri, vt ff. de legat. 1. l. fin. & de ritu nupt. l. praefertur, alij dicunt, quod non, quia co-

licitio quartæ, vel dotarij pacta nuptialia sunt, & illa non videntur habere locum, nisi sequatur matrimonium, vt *C. de don. antè nupt. l. cum in te*, & generalitèr quociscunquè deficit matrimonium propter solemnitates iuris, vel quia cognoscitur antè 12. annos vxor, donationem, quartã, vel dotarium non lucratur, vt *C. de donat. antè nupt. l. ea, qua, & ad l. Iuliam de adulter. l. cum qui.*

Andreas de Ifernina.

Sed quid erit de quarta constituta vxori, nunquid detrahatur primò de bonis viri, & postea dos, an primò dos, & postea quarta, & videtur, quòd primò quarta, quia dos videtur esse in bonis viri, vt *C. de seru. pig. dat. man. l. fin.* si est in bonis viri, deducitur primò quarta, & sic eueniret, quòd mulier habebit quartam de dote, tanquam in bonis viri, præmissis tamen allegationibus non obstantibus veritas se habet in contrarium, scilicèt, vt primò dos, & postea de residuo detrahatur quarta, nam lex dicit, quòd semper, & vbiquè dos est præcipua, *ff. solut. matr. l. 1.* quid plura, dos primò, quam quarta debet de bonis viri exhiberi, nam dicit *lex*, quòd dos habetur loco eris alieni, vt *ff. de coll. dot. l. fin. S. si autem es alienum, ff. de iur. dot. l. si mulier, in princ. ff. de verb. sign.*

l. subsignatum, §. bona, ergò primò detrahitur es alienum, sic, & per consequens dos, & postea quarta detrahi debet, lex optima ff. de inoffic. testam. l. Papinianus, §. quarta, cum similibus suis.

Bartholomæus de Capua.

Pone quæstionem de facto, Ius Longobardorum dicit, quòd si aliquis acceperit vxorem, & consummauerit cum ea matrimonium, habèdo rem cum ea, quòd si morietur postea maritus, vxor debet habere quartam de bonis mariti. Quæro ergò, aliquis accepit vxorem minorem 12. annorum, licèt de iure non possit contrahere, nec valeat matrimonium, vt *Instit. de nupt. in princ.* & moriatur maritus antequàm mulier perueniat ad duodecimum annum, nunquid posset petere quartam, sed videtur primò, quòd sic, vt *ff. de leg. 1. l. ultim. & de rit. nupt. l. perfectus*, sed contrarium videtur verius, quòd non debeat habere quartam de bonis mariti; licèt de facto fuerit matrimonium consummatum, vt *C. de donat. ant. nuptias. l. cum veteris in sententia, et l. ea, qua, & de adulter. l. cum qui, & facit melius de condit. ob. caus. l. 1.*

Bartholomæus de Capua.

D. ALEXANDRI DE TARTAGNIS

DE IMOLA I. C. CLARISSIMI

Responsa duo

Adhuc non impressa, quæ ad pennam habeo manu D. Ioannis
Angeli Pisanelli.

S V M M A R I V M.

- 1 Soror in successione Comitatus fratris an praeferatur nepoti ex sorore prae mortua primogenita, & n. 16. 18. 20.
- 2 Ius Francorum ubi viget, in successione feudi maior natu minori, & masculus foemina praefertur, & n. 8.
- 3 Remedium introductum ex dispositione text. in l. fin. C. de edict. Diui Hadrian. tollend. an, & quando competat substituto per fideicommissum.
- 4 Fideicommissi restitutio in rebus alienatis necessaria non est.
- 5 Condicio apposta in contractibus per verba masculini generis foeminas non comprehendit, licet aliud sit in ultimis voluntatibus.
- 6 Pater si recipit feudum ab Ecclesia in emphyteusim pro se, & filij, an filia comprehendantur.
- 7 Filiorum appellatione in ultimis voluntatibus an nepotes comprehendantur, & quid in contractibus.
- 9 Masculinum in materia, in qua fieri debet latissima interpretatio non concipit foemininum, si per hoc fieret praesudicium tertio.
- 10 Donatio ob causam non dicitur propria donatio.
- 11 Interpretatio stricta fit, ubi contractus sunt ultro, citroq; obligatorij.
- 12 Dominium rerum donatarum nunquam in donarium transfertur, nisi fuerit facta traditio rerum donatarum.
- 13 Donatio facta absenti valida non dicitur, & quid si donatarius fuerit praesens, & dixerit, placet.
- 14 Confessio non sufficit, quod sit facta praesente adversario, nisi sit facta eo praesente, & acceptante.
- 15 Dicitio secundum apposta in donatione est limitata, & restricta ad qualitates descriptas in privilegio, quando de ipso privilegio constat.
- 17 Filius secundogenitus in successione Regni an praeferatur nepoti ex filio primogenito prae mortuo, & n. 20.
- 19 Gradus prioritas ubi attenditur, tunc frater praefertur filio fratris, & soror filio sororis, & ubi lex, vel statutum, vocat proximorem in gradu, patruus praefertur filio fratris.
- 21 Masculus in successione feudi praefertur foemina, quando sunt in eodem gradu.
- 22 Emphyteusim recipiens pro se, & filijs masculis, & foeminis, primo pro masculis,

- & illis non existentibus pro foeminis recipisse intelligitur.
- 23 Text. in cap. 1. de gradib. succeden. in feud. declaratur.
 - 24 Beneficium l. final. C. de edict. Diui Hadrian. tollend. an locum habeat, ubi quis in re certa esset institutus, & nu. 25. & 28.
 - 26 Institutus in re certa non dicitur institutus in parte.
 - 27 Ius superueniens ex causa de praeterito, iudicio pendente suffragatur tam reo, quam aetori, sicut si ante competisset.
 - 29 Recedendum non est a sententia communi in iudicando, maxime ubi adest auctoritas glou.
 - 30 Legitima debita filio est quota bonorum, non quota assis.
 - 31 Filius in re certa institutus non habet beneficium l. final. C. de edict. Diui Hadriani.
 - 32 Peculium, & dos dicitur quid uniuersale, & tamen non reperitur iure cautum, ut institutus in dote, vel peculio, aut grege habeat beneficium l. fin. C. de edict. Diu. Hadr.
 - 33 Verbum relinquo si refertur ad uniuersalem hereditatem, ad institutionem trahitur, & quid si adijciatur dote, vel peculio.
 - 34 Mulier habens dotem, & aliud patrimonium separatum a dote potest decedere testata in dote, & in reliquis bonis intestata.
 - 35 Testator si tres haeredes instituit, & prohibuit, ne uni eorum accrescat portio deficiens, non accrescit illi prohibito, sed alij non prohibito.
 - 36 Testator an possit prohibere ius accrescendi.
 - 37 Testator si dixerit instituo Titium in fundo tantum, an per hoc videatur prohibere ius accrescendi.
 - 38 Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
 - 39 Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian. cessat, si apparet, personam, qua immisionem petit aliquo momento post mortem testatoris bona possedisse.
 - 40 Ius Francorum disponit, ut maior natu minori praeferatur.
 - 41 Alienatio bonorum feudaliu tam de iure communi, quam Regni utriusq; Sicilia prohibita est.
 - 42 Ius primogenitura seruetur tam inter haeredes ab intestato, quam condito testamento.

- 43 *Inuestitura quando est concessa iure Fræcorum, feudum successoribus deferatur, non iure successionis, sed iure contractus.*
- 44 *Feudum, quod à maioribus provenit, alienari non potest, nisi in eum, qui proximior est in successione, vel in alium de istius proximioris consensu.*
- 45 *Cap. Volentes Regni Siciliz declaratur, & n. 48.*
- 46 *Interpretatio legis noua ita fieri debet, ut non ladat ius commune.*
- 47 *Regulis veterum legum relinquitur, quod specialitèr non exprimitur in lege noua.*
- 49 *Statutum si permittit vasallo alienare feudum, non per hoc intelligitur ablata potestas Domino, vel agnatis redimere infra annum, prout de iure communi poterat.*
- 50 *Inuestitura facta de feudo pro se, & hæredibus & successoribus in perpetuum absquè dictione quibuscumq; quid operatur.*

ARGUMENTVM.

Soror in successione Comitatus fratris nùm, nepoti ex sorore præmorta primogenita præferatur. Filius secundogenitus in successione Regni an præferatur nepoti ex filio primogenito præmortuo. Remedium introductum ex dispositione text. in l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend. an, & quando competat substituto per fideicommissum. Item an locum habeat, vbi quis in re certa esset hæres institutus. Pater si receperit feudum, ab Ecclesia in emphyteusim pro se, & filijs, an filia cõprehendantur, & de alijs.

Domini Redemptoris Nostri inuocato suffragio.

IN præfenti consultatione super causa terrarum Castri Sclafani, & eius Comitatus, & Castri Calatabellotti, & eius Baroniz, non discutiam nuac. an euenit casus substitutionis factæ in testamento Comitis Henrici, quatenus substituit Magnificum Dominum Antonium de Barresio, & eius filios masculos descendentes ex eo, aded quod Magnificus Dominus Antonius Perij de Barresio, Dominus, & Baro Militelli, nepos dicti Domini Antonij de Barresio, potuerit, & possit ad dictam substitutionem venire, quia de hoc alias consultus respondi, quod non, & consilium meum incipit *Redemptoris nostri inuocato suffragio. Perspectis verbis testamenti Magnifici Comitis Henrici, &c.* & est *primum volum.* i. nec etiam videretur necessarium insistere, an dictus Henricus videatur intestatus decessisse, & subsequenter, quis ab intestato debuerit præferri in dicto Comitatu Sclafani, an dictus Dominus Antonius de Barresio nepos dicti Henrici ex sorore maiore, seu primogenita præmorta: an verò alia soror dicti Henrici junior, seu vltimogenita, præsupposito, quod mulieres in loco sint habiles ad succedendum in Comitatibus. attento, quod vbi ius Francorum seruatur, prout in dicto Comitatu, maior natu minori, & masculus femine præferatur, attento, quod pro parte dicti Antonij Perij est intentata conditio ex l. dicto, C. de edict. Diu. Hadr. toll. petendo se immittere in possessionem ex forma d. l. dicto, & sic intentauit, & elegit viam veniendi ex testamento virtute substitutionis, igitur illa sibi pateat, l. fin. C. de codicillis, l. si mulier, S. fin. ff. quod metus causa, & constare videtur, dictum Antonium obtinere non posse ex via intentata. Primò, quia non euenit in persona sua casus substitutionis, vt in præallegato consilio, per rationes, & auctoritates ibi adductas consulendo.

3. Secundo, quia posteo, quod euenisset casus substitutionis, per quam potest admitti dictus Antonius Perij. (Istud non potest contingere, nisi ex substitutione fideicommissaria facta Antonio Spatafora, qui Antonius Spatafora se pro hærede dicti Henrici gessit ex substitutione vulgari facta posthumo, seu posthumis dicti Henrici, qui nati non fuerunt, & constat, reme-

dictum introductum per dictam l. editio non posse competere substituto per fideicommissum, nisi facta prius restitutione fideicommissi, ut concluditur per glos. & DD. d. l. editio, & per Bart. in cons. incipiente Missus in possessionem, & in cons. incipiente In Curia Capisani, & per Bal. in addit. ad Specul. in tit. de testam. in ult. col. sed dicto Antonio Perij ab heredibus Antonij Spatafore non est facta restitutio re, neque verbo, ergo sibi non competit tale ius agendi.

4 Nec obstat, si dicatur, quod dictus Antonius Spatafora alienauit dicta Castra, & Comitatum, & ideo in rebus alienatis non est necessaria restitutio fideicommissi, l. fin. §. fin. autem, C. commun. de legat. notat gl. & DD. in l. Marcellus, §. res, quæ, ff. ad l. rebell. & glo. Instit. de fideicommissi heredit. §. sed quia, in verbo restituitur, & notat glos. & Bart. in l. penultim. C. ad trebell. quia respondeo, quod ratio, per quam transeunt iura, & actiones in fideicommissarium sine restitutione, isto casu est, quia in rebus alienatis heres non potest facere restitutionem rerum, quas in alium transtulit, ita notat glos. & DD. in dictis locis, sed hæc ratio cessat in casu nostro, quia si consideramus primam concessionem factam in Thomasiu Spataforam, filium dicti Antonij Spatafore, & certè illa non videtur obstat, etiam in Comitatu Sclafani, de quo tantum facta fuit, quia talis donatio non est fortita effectum, quia actum fuit in donatione ipsa, quod si dictus Thomasius decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, viuente dicto donante, & Antonio Spatafora patre suo, reuenteretur Castrum ipsum, & Comitatus ad ipsum donantem, & constat, Thomasiu decessisse sine vllis filijs legitimis, & naturalibus, & superflue solum dicta Domina Beatrice, filia femina ex primo matrimonio, & cum in dicto contractu donationis conditio fuerit apposita per verba masculini generis, quia dictum fuit si decesserit sine filijs, & non fuit dictum aliquid de filiabus, talia verba masculini generis protata in contractibus non comprehendunt femininum, licet aliud sit in vltimis voluntatibus, ita singulariter voluit Archidiaconus, 17. quest. 4. can. si quis suadente, & refert, ita voluisse Guid. de Suzar. quia in contractibus non reperitur, quod masculinum concipiat femininum; Undè secundum eos imputent sibi

contrahentes, qui hoc non expresserunt, allegant l. vltimis, ff. de pact. & quia plenior quam in contractibus sit interpretatio in vltimis voluntatibus, in quibus masculinum concipit femininum, l. si quis ita, ff. de testam. tutela, l. si ita scriptum sit filiabus, ff. de leg. 2. iuncta l. in testamentis, ff. de reg. iur. cap. cum dilecti, de donationib. idem tenuit Ioannes de Imol. in d. l. si ita scriptum, & in cap. potuit, ult. col. locat. vbi per hoc refert, se consuluisse, quod si pater recipiat feudum ab Ecclesia in emphyteusim pro se, & filijs, non comprehendantur filie, nisi consuetudo aliter se haberet, ita etiam dicit Ludovic. Roman. in l. 2. in princ. 16. colum. de verb. oblig. vbi refert, idem tenuisse in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & postb. bene facit, quod notat Bar. in l. liberorum, ff. de verb. signif. in 16. col. vbi voluit, quod licet in vltimis voluntatibus appellatione filiorum possint comprehendi nepotes, tamen secus esset in contractibus, per d. l. vltimis, & illud dictum sequuntur communiter DD. pro hoc etiam optime facit, quia quando dicimus, quod masculinum concipit femininum, illud procedit, vbi est eadem ratio, ut notat Petr. et Cyn. in l. quisquis, in 1. quest. & ibi Bald. C. ad l. l. Maieff. & Paul. de Loaz. in clem. 1. de election. sed in casu nostro non erat eadem ratio, quod pater voluerit se privare Comitatu, ita per existentiam filiarum Thomasi decedentis viuo patre Comite, sicut per existentiam masculorum, per quos conseruatur agnatio, & familia, & non per feminas, Instit. de legit. agnat. successi. in princ. l. familie, §. 1. ff. de verb. signif. ergo, &c.

8 Accedat, quia dictus Comitatus erat, & est feudum, in quo viuatur iure Francorum, & quod per existentiam masculorum bene denegatur feminis agnatis, ut prouident Constitutiones loci, & veniet infra dicendum, sed non erat eadem ratio excludendi alias agnatas, seu filias dicti donantis per neptes nascituras ex dicto Thomasio, stante præsertim statuto loci, & inuestitura disponente, quod mulier antiquior natu præferatur iuniori in feudo; Undè quia per dictam concessionem factam Thomasio fiebat præiudicium filiabus dicti Comitis, si intelligeretur, Comitem Antonium voluisse per existentiam filiarum Thomasi firmam manere alienationem, quamuis Thomasius decederet viuo patre donante, non erat eadem ratio ex-

cludendi dictam filiam Comitis antiquior-
rem per neptes nascituras ex Thomasio,
sicut erat per masculos nascituros ex Tho-
masio, qui de iure veniebant præferendi
propter sexum feminis, pro hoc bene fa-
cit, quod notat idem *Archidiat. in d. can. si
quis suadente*, & moderni, maximè Do-
minicus de Sancto Gemin. in cap. generali,
de elect. in 6. vbi voluit, quòd etiam in ma-
teria, in qua fieri deberet latissima inter-
pretatio, masculinum non concipit femi-
ninum, si per hoc fieret præiudicium ter-
tio, ita patet, dum *Archid.* dicit, quod in-
telligi, ut notatur in cap. quod dilecto, de
consanguin. & affin. & prout notatur per
Compost. in cap. causam, de testib. & per
hoc patet, quòd non obstaret, si dicere-
mus, quòd verba dictæ donationis debent
intelligi latissimè, quia in donationibus
latissima fit interpretatio, de cap. cum dile-
cti, l. fin. ff. de constit. Princip. quia respon-
detur, quòd illud posset procedere, vbi non
ageretur de præiudicio tertij, ut in casu
nostro, in quo agebatur de præiudicio Do-
minz Ioannz, potest, & aliter responderi,
10 quòd ista non fuit propria donatio, pro-
cedens à liberalitate, sed fuit facta ob
causam, scilicèt, ut sequeretur contractus
matrimonij inter Dominum Thomasi-
& secundam eius uxorem, & etiam ut re-
nunciaret Thomasius iuri cessionis ma-
tris suæ, & sororum suarum, & propter
benemerita dicti Thomasi, ut in dicta
donatione apparet; vnde non est propriè
donatio, l. 1. ff. de donation. vbi etiam di-
citur, quòd ubicunquè agitur, quòd in cer-
tum euentum res donata reuertatur ad
donantem, tunc non est propriè donatio,
& iura, quæ dicunt, in donatione facien-
dam esse latissimam interpretationem lo-
quantur in donatione libera, & pura, ut in
d. cap. cum dilecti, vbi dum text. dicit,
qua tam libera, & pura, &c. vnde ut di-
cit Cyn. in l. fin. de constit. Princip. ratio,
quare in istis fit latissima interpretatio
est, quia continent fauorem, & liberalita-
11 tem, sed alij contractus sunt vltro, citroq;
obligatorii, idèd in eis fit stricta interpre-
tatio, l. quisquid adstringenda, ff. de ver-
bor. oblig. Vnde in proposito ratio, quæ
habet locum in aliis contractibus, milita-
ret in huiusmodi donatione, fortificantur
prædicta per ea, quæ notat Bart. in l. 1. in
princ. in vlt. col. ff. de pecul. dum dicit,
quòd masculinum concipit femininum,
in materia, quæ recipit interpretationem
extensiuam, ut d. l. si ita scriptum, & l. Lu-

cius, S. quasitum, de leg. 3. secus in materia,
quæ non recipit interpretationem extensi-
uam, allegat l. 1. S. quare, ff. de ventr. in
possess. mitt. sed ita est, quòd in contracti-
bus regularitèr non habet locum interpre-
tatio extensiuam, d. l. quisquid adstringenda,
in princ. & ibi notat Bart. ergò in propo-
sito masculinum non concipit femininum.
Cum igitur dicta res, & eius possessio
reuerla esset ad donantem, sequitur,
quòd non potest dici, habere locum ratio-
nem, propter quam dicimus, quòd in re-
bus alienatis transeat ius sine restitutione
fideicommissi, & tantò magis procederèt
ista, si dicta concessio facta Thomasio fuit
facta Thomasio contemplatione sua, & fi-
liorū masculorū ex ipso secundo matrimo-
nio, ut dicitur constare per quasdam at-
testationes, mihi tamen non exhibitas.

12 Si autem considerare voluerimus con-
cessionem, & donationem factam per di-
ctum Comitem Antonium dictæ Comitissæ
Beatrici nepti suæ, ad hoc respondeo,
quia illa non potest dici alienatio, quia
dominium remansit apud donantem, l.
alienatum, ff. de verb. signif. quòd autem
remaneret apud donantem, patet, quia
donatio fuit facta sub conditione, si præ-
dictus Comes decederet sine filiis masculis.
Item quia nunquam facta fuit traditio di-
ctarū rerum donatarū, sine qua non trans-
fertur dominium dictæ donationis irre-
uocabilitèr factæ, l. quod tibi, C. de his, qui
à non doming, l. si ager, ff. de rei vendic.
etiam si esset contractus dotis, aut dona-
tionis omnium bonorum, vel actionis iu-
ris vniuersalis, ut est glos. notabilis secun-
dum Bart. in l. 1. ff. pro dote, & probatur
in d. l. quod tibi.

13 Secundò, non obstat dicta donatio, quia
si bene inspiciatur, nemo fuit, qui dictam
donationem pro dicta Beatrice reciperet,
ergò sibi non fuit acquisitum ius, nec do-
natio valida fuerit, l. absenti, ff. de donat. &
ibi declarat Bart. in princip. dum querit,
an si ego existens in domo mea, dico, dono
Titio fundum, ut ille hoc audito dicit, pla-
cet, per hoc nõ erat perfecta donatio, quia
non interfuerat nuncius, vel epistola, alle-
gatur notata in l. 1. in fin. ff. de contrahem.
empt. & in l. consensu, ff. de act. & oblig.
& in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. & ut
apparet in instrumento dictus Comes An-
tonius promisit procuratori Domini Car-
oli spõsi dictæ Domine Beatricis stipulã-
ti nomine dicti Domini Caroli dare, &

assignare dicto Domino Carolo contenta in certis capitulis factis, & firmatis inter Partes ipsas, & sic capitula non fuerunt firmata cum Domina Beatrice sponsa, ut sonant proximè dicta verba instrumenti, dicentia, *inter partes easdem, &c.* ac etiam in fine dicti instrumenti, dùm ibi dicitur, *prefata Partes, ac etiam dicta inclita sponsa, &c.* & quamvis in fine dicti instrumenti dicatur, *quod predicta Partes, ac etiam dicta inclita sponsa, & etiam uxor dicti Comitis Antonij pro omnibus, & singulis predictis obseruandis, & implendis sollemne prestiterant iuramentum,* tamen hoc non arguit, quòd donatio fuerit ibi facta dictæ sponse præsentis, ad hoc etiam acceptanti dictam donationem, bene facit quod notat *Cyn. in l. 2. C. de confess. in 6. quest.* & ibi clariùs *Salycet.* dùm voluit, quòd non sufficiat, confessionem esse factam præsentis aduersario, nisi sit facta eo præsentis, & acceptante, & sic, quòd celebretur contractus, iuxta *l. de atate, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. action.* & per plures rationes probat hoc *Salycet. in d. l. 1. in 15. opposit. & l. iubemus, in fin. C. de liberal. causa. & in l. generaliter, in 6. quest. C. de non numer. pecun.* & est de mente *Bal. in l. suus in 2. notab. per illum tex. C. de repud. hered.* & sic, licet in capitulis, de quibus fit mentio in instrumeto dicatur, quòd Comes Antonius donat ipsi Beatrici, tamen illa capitula non fuerunt firmata inter dictum Comitem Antonium, & dictam Dominam Beatricem, ut colligitur ex verbis dicti instrumenti supra ponderatis.

15 Tertiò, non obstat dicta donatio, de qua in dictis capitulis fit mentio, quia in illis capitulis dicitur, quòd donat Dominæ Beatrici secundùm formam, & tenorè priuilegiorum suorum, & in priuilegijs, & in inuestituris suis continetur, quòd maior natu succedere debeat in dicto feudo, ergò dicta donatio intelligitur facta sub conditione, si ipsa Beatrix tempore mortis dicti Comitis erit maior natu, quia dictio *secundùm* appositæ in dicta donatione est limitata, & restricta ad qualitates descriptas in priuilegio, quando de ipso priuilegio constat, *l. edita, C. de edendo,* ita inquit *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. prout,* cùm ergò Beatrix non sit antiquior, sed Domina Ioanna, ergò Beatrix non potest admitti, nec ad eam dicitur factam esse alienationem, adeò quòd

in dictis bonis non remanserit tempore mortis ius apud dictum Comitem, & in eius hæreditate, iuxta notata per *glo. in litem videndum, §. fin. ff. de petit. hered.* & per *Bart. in l. iusturandi, §. si liberi, ff. de oper. libert. & in l. si patroni, in princ. ff. ad S. C. Trebell.* & per *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, in addit. incip. questio non est dubia,* nec iuuat, quòd Beatrix nata sit ex masculo, quia non consideratur persona patris, qui decessit, viuo adhuc dicto Comite Antonio Spatafora, ut in sequenti proximo articulo probabitur, omitto etiam, quòd secundùm opinionem traditam per *Salycet. in d. l. fin. §. fin. autem, C. commun. de leg.* & in rebus alienatis oportet, quòd fiat restitutio per fideicommissum verbo, antequàm transeat ius in fideicommissarium, quia hæc disputatio non est necessaria, per prædicta, & hæc sufficiunt ad totalem exclusionem dicti Antonij Perij.

16 Tamen ut satisfaciam petenti, tangam aliquid, an in casu, quo hereditas dicti Henrici diceretur à principio fuisse in causa intestati, quis debuerit præferri? an dictus Dominus Antonius de Barreio, natus ex sorore dicti Henrici prædefunctæ, & primogenita, an verò dicta alia soror ultimogenita mater Antonij Spatafora, quæ bene erat maior natu dicto Antonio Barreio, & videretur primò dicendum, præferendum dictum Antonium de Barreio, tanquàm masculum virtutis Constitutionum volentium, præferri debere masculum, & præsertim hoc seruari debet in feudis, in quibus saltem, donec extat masculus femina non admittitur regularitèr, *cap. 1. §. hoc autem, in tit. qui feud. dar. poss. cap. 1. de success. feudi,* ad hoc etiam possent adduci rationes, quæ adducuntur, præsertim per *Oldradum in conf. 224. incip. Isti sunt, &c.* & per *Ioannem Andr. in addit. ad Specul. in tit. de feud. & per Bald. in l. in antiquioribus, C. de iur. delib. & in l. ex boetio, in 6. quest. ff. de iustit. & iur. in l. liberti, libertaque, C. de oper. libert.* cum suis concordantijs, dùm conatur probare, quòd stante Consuetudine, quòd primogenitus succedat in Regno, & contingat viuo Rege decedere filium primogenitum, relicto ex se filio, deindè decedat Rex, superstitè alio filio suo secundogenito, & superstitè dicto nepote nato ex filio primogenito, præferatur nepos ex persona patris sui, argumento *cap. 1. de*

gradib. succed. in feudo, cum alijs multis allegatis per eos in dictis locis.

- 18 Sed contrarium puto verius, scilicet quod praeferatur dicta soror secundogenita, quae tamen nata fuit ante dictum Antonium Barresium, probatur, quia statuta loci volunt, quod vnus tantum succedat in feudo, saltem in quo vtitur iure Francorum, & quod proximior succedat, & quando duo sunt in eodem gradu, feminam masculus, & iuniorem maior natu praecedat, vt patet in *rubro, & nigro, quod proximior feudatarij, &c.* & in *rubric. quod collaterales succedant in feudo*, sed ita est,
- 19 quod vbi attenditur prioritas gradus, tunc frater praefertur filio fratris, seu soror filio sororis, l. 3. S. si duo, ff. de legitimis tutoribus, l. auunculo, C. commun. de success. & Instit. de heredit. qua. ab intestato defer. S. cum filius, facit lex Iurisconsultus, S. secundogenito gradu, & S. seq. ff. de gradib. & sic verba Bal. in l. cum ita, s. in fideicommissis, in fin. ff. de legat. 2. & inde dicit Bald. in l. 3. C. de legit. heredib. quod quando vnus tantum debet succedere, vt in Regno, si lex, vel statutum vocat proximiores in gradu, certum est, quod patruus praefertur filio fratris, & filius nepoti ex fratre praemortuo, ergo dicta soror secundogenita debuit excludere filium natum ex primogenita praefuncta.

- 20 Secundò confirmatur, quia etiam secundum praedicta statuta maior natu praefertur, scilicet dicta soror, quae supererat tempore mortis Henrici, & erat maior natu dicto Antonio Barresio, ergo, &c. pro ista parte possunt adduci rationes, quae adducuntur per DD. pro filio secundogenito in illa ardua quaestione, an praefertur filius secundogenitus nepoti nato ex filio primogenito defuncto, adhuc Rege viuente, vt concludit Cyn. Bal. & Salyc. in l. si viua matre, per illum text. C. de bonis mater. nis, & Bart. in auth. post fratres, C. de leg. hered. & Andr. de Ifern. in cap. 1. de nat. success. feud. & Bald. in l. 3. C. de suis, & legit. vbi concordando opiniones quoad calum nostrum tenet istam partem, quando filius secundogenitus natus fuit ante nepotem ex filio praemortuo, viuente Rege, & ita etiam Bald. in l. tutela, S. legitima, ff. de legit. tutorib. & DD. moderni, & Ioannes de Imola, & Dominicus de Sancto Gemignano in cap. grad. de supplend. neglig. Prelator. & ita consuluit Petr. de Anchar. in cons. 81. incip. In

Christi nomine dicta facti narratio, & pro ista parte determinauit Ecclesia, scilicet p. Rege Roberto, vt in *elem. pastoralis, de re iudic.* & ista pars, vt nunc vltimum est, munita est melioribus rationibus, & etiam videtur magis communis, nam cum successio deferatur proximiori in gradu, Instit. de legit. agnat. success. in princ. & in d. l. auunculo, & ex equitate reperitur dispensatum in nepte ex filio fratris concurrente cum patruo, vt subiret locum patris, quando tractatur de successione diuisibili, vt in d. S. cum filius, in verbo equum, ergo extra illum casum, vbi non reperitur scripta illa equitas debemus stare regulae scriptae, vt in l. 1. C. de legib. & in l. placuit, cum ibi notatis, C. de iudic. & alias melior esset conditio nepotis, quam filij, d. l. si viua matre, & nunquam iudicatur de nepote, prout de filio, quando filius vocabatur cum aliqua qualitate, quae non erat in nepote, sed erat in filio, a quo ipse processit, l. fin. C. de natur. libar. notat Bar. in l. liberorum, ff. de verb. signif. in 4. col. in vers. secundò queritur, quando verbum filij profertur a lege, & in l. 1. C. de privileg. datis, facit lex si pater, s. pupilli, ff. de rit. nupt. ergo cum illa qualitas primogeniturae non sit in nepote, non potest iudicari de nepote, vt de filio.

- 21 Tertiò, quia Constitutiones disponentes, quod masculus excludat feminam in successione feudi, in quo vtitur iure Regni procedant, & intelligi debeant, quando masculus, & femina sunt in eodem gradu, vt etiam vult Andr. de Ifern. in cap. 1. de eo, qui sibi, & heredibus suis masc. & femin. alias sequeretur, quod femina nunquam admitteretur, quod esset contra mentem dictarum Constitutionum, quae voluerunt, feminas esse habiles ad succedendum in feudo.

- 22 Nec praedictis obstat concessio in feudum facta pro se, heredibus, & successoribus in perpetuum, vt viuatur iure Francor. v. 3. quod maior natu minoribus fratribus, & coheredibus suis, & masculus feminis praefertur, quia respondeo, quod verba posita in dicto contractu concessionis feudi, debent intelligi, & interpretari, vt se conformet statuto, & consuetudini loci, vt inquit Bar. in l. vt iuris iuradi, S. si liberi, ff. de oper. liber. & ideo in suo Consilio, incip. *Quaestio ista habet duo dubia*, dum dicit, quod si quis recepit emphyteusim pro se,

& suis

& suis filiis masculis, & feminis, primo pro masculis, & illis non extantibus pro foeminis, si statutum Ciuitatis disponebat, quod stantibus masculis foemina non succederet. Quo statuto non obstante venirent pariter, argumento notat, in *l. gal-lus, §. 1. ff. de lib. & posth.* & per notata per *Cyn. in l. liberti, libertaq; C. de aper. li-bert.* & ita etiam tenet *Bald. in d. l. liberti, in 11. col. & in l. fin. in 2. col. C. de suis, & legit. & Petr. de Anchar. in cap. olim, dist. 2. de iur. patron & in cons. 433. incip. In Christi nomine postquam ista Domina, & Io. de Imol. in cap. potuit, in fin. de locat. bene facit quod notat *Bart. in l. bares mei, §. cum ita, circa medium, ff. ad Trebel.* sed ex forma dictarum *Constitutionum* preferretur masculus foeminae, quando sunt in eodem gradu, aliis autem proximior praeferretur, ut dictum fuit, & per ista apparet responsum ad ea, quae allegabantur in co-trarium, nam id, quod habetur in *cap. 1. de gradib. succed. in feud.* cum similibus lo-
 23 quuntur in feudo, in quo nepos succedit pro parte, & alius filius pro parte, nos autem loquimur in casu, quo vnus tantum habet succedere, ut dictum est, nec *Ioann. Andr. d. rubr. de feud. nec etiam Bald. in d. l. liberti, nec in lex hoc iure, nec in l. cum in antiquioribus* firmant aliquam opi-nionem, quoniam *Oldrad. in cons. 94. incip. eleganter circa negotium, in 10. col.* tenet istam partem, & ad rationes alias ad-ductas per *Ioann. Andr.* facilis datur res-ponso ex praedictis, & ita est mens dicta-rum *Constitutionum*, quae si voluissent at-tendere qualitate patris praemortui, non qualitate personae succedentis, non di-xissent, quod inter duos eodem gradu de-functo coniunctos praecedat foeminam masculus, & iuniorem maior natu, sed di-xissent, natus ex masculo, vel natus ex an-tiquiore praecedat, & quis sit antiquior, debet considerari tempus mortis illius, de cuius successione agitur, ut inquit *Andr. de form. in cap. 1. de nat. success. feud.* per iura-ti allegata, praeterea non solum arbitra-tus expedire latius hunc articulum exor-diri, stante etiam, quod illa est magis com-munis opinio, quam supra probavi, a qua in iudicando non est recedendum, ut tra-ditur in locis vulgaribus, ex quibus appa-ret, dictum Antonium Perij de Barresio in omnem euentum exclusum esse, & indubi-tanter a beneficio dictae *l. edicto*.*

24 Nunc capio aliam principalem dubi-

tatione, in qua quaeritur, an dictae Dominae Beatrici nepti dictae Comitissae Antonij Spa-tatoris competat cum effectu beneficium *d. l. edicto*, & videretur prima consideratio-ne, quod sic, quia ipsa est instituta haeres in testamento dicti Comitissae Antonij aui sui paterni in dicto Comitatu Sclafani, & Ca-laulturi, & licet sit instituta in re certa, tamen quia testator casu, quo non nasce-rentur sibi posthumi, prout non sunt nati, nullum videtur sibi instituisse haeredem vniuersalem, sed in re certa, v. g. dictam Dominam Beatricem in dictis terris, & dictam Ioannam filiam suam in Castro de Martinis, & in quibusdam alijs rebus, pe-
 25 rinde est, ac si ambae praedictae Dominae fuissent institutae in vniuersa haereditate, & qualiter, & dicta bona particularia fuissent eis praelegata, non attento, quis, vel quae fuerit in bonis maioris estimationis instituta, *l. ex facto. proponebatur, & l. si alterius, l. quoties, §. si duo, ff. de haered. in-stit. facit lex coheredi, §. fin. ff. de vni-g. & pupill.* quoniam nonnulli tenere videntur, quod beneficium *d. l. edicto* competat instituto simpliciter in re certa, etiam quod non haberetur loco vniuersalis haeredis, & praesertim filio, ut per *DD. in d. l. edicto*, attento etiam, quod instituta fuit Domina Beatrix in dicto Comitatu, & pertinentijs, & sic videtur instituta in quodam iure vniuersali sicut dicimus in instituto in bonis castrensibus.

Sed praemissis non obstantibus, contra-rium dico in casu nostro esse verum, maxi-me ex infrascriptis, quia haeredi instituto in re certa non competit beneficium *d. l. edicto*, ut probatur in praelegata *l. edicto*, quae requirit, petentem esse haeredem ex asse, vel ex parte, sed certa res non est pars asse, qui diuiditur in duodecim vn-cias haereditatis, *l. seruum meum, §. bare-ditas, ff. de haered. instit. & sic res certa, seu particularis non est haereditas, nec quota haereditatis, ut probatur in l. quo-ties, C. de haered. instit. l. 1. C. de iust. & euidenter probatur in d. l. quoties, quod
 26 institutus in re certa non dicitur institutus in parte, ergo apparet, casum legis esse in *d. l. edicto*, quod haeredi instituto in re certa non competit illud beneficium, hanc opinionem firmat *glo. in praeleg. l. edicto, in verbo ex parte*, scilicet quando habet alium cohaeredem, qui sit, seu esse censetur vniuersaliter institutus, prout est in casu nostro, ut infra probabo, & dicit *Cyn. d. l. fin.* quod illam *glos.* sequuntur quasi*

omnes, vnde *Bar. in d. l. edicto* tenet, quod non competit heredi instituto, quando coheres vniuersalis adhiuit, quia tunc cessat spes iuris accrescendi, & per consequens excluditur à dicto beneficio, & dicta Domina Ioanna, aut adhiuerat, antequàm dicta Domina Beatrix peteret immitti in possessionem, aut adhiuit pendente iudicio, & sic ius superueniens saltem ex causa de praterito pendente iudicio suffragatur, tam reo, quàm actori, sicut si antè cõpetisset, *l. cum decem, in §. fin. de solut. l. si rem, §. fin. ff. de pignor. act. l. si manda uero tibi, aut Titio, ff. mand. not. Bart. in l. 1. ff. de except. in 3 col. optimè facit l. bares quinque, iunctis ibi notatis per Cyn. Bald. Ioannem de Imol. ff. de acquir. heredit. & ita declaratur id, quod sub dubio forte scripsit ipse met *Bar. in d. l. ex facto*, fortius tenuerunt *Angel. & Salyc. in d. l. quosidè, C. de hered. instit. & Angel. & Io. Imol. in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit. & Angel. & Fulgos. in d. l. edicto, & Ioan. de Imol. in d. l. ex facto, & in cap. Raynutius, super 2. glos. de testam.* quod nullo modo heres in re certa habeat tale beneficium, nisi quando coheres suus repudiasset, quia per omnia habetur tunc pro herede, sicut quando nullus datus est coheres, vt d. *§. si ex fundo*, paria enim sunt, nunquàm fuisse datum coheredem, vel fuisse datum, et repudiare, *l. 2. §. si sint sui, ff. ad tertull. l. unica, §. cum autem, C. de caduc. toll. et à pari procedunt, aliquem à principio non fuisse, vel fuisse, et postea destitisse, l. si quis sub conditione, ff. de testam. tutel. l. si quis cum senatoria, & l. eos, qui, ff. de rit. nupt. sed antè repudiationem non potest dici, quòd sit heres ex asse, vel pro parte, vt requirit text. in præalleg. *l. edicto*, sicut supra probaui, et istam opinionem tanquàm de iure veriorum, et magis communem sum solitus se-
 29 qui legendo, et consulendo, et constat in iudicando, non esse recedendum à sententia communi, et præsertim vbi adest auctoritas glosæ firmantis pedes, vt traditur in locis vulgaribus, et quòd instituto in re certa nõ competat dictum remedium, saltem, quando coheres agnoscit, firmat etiam *Bal. in d. l. edicto, in 1. quest.* nec curandum est, an intentans tale remediũ sit filius, vel non, quando est institutus in re certa, quia illam differentiam inter filium, et alium, quam faciebat *Martinus Sylu.* reprehendunt *Bart.* et alij moderni in *d. l. ex facto, & Salyc. in d. l. quo-***

30 tius, quia legitima debita filio est quota bonorum, non quota assis, seu vniuersi hereditatis, *l. papinianus, §. quarta, ff. de inoff. test. iuncta l. si quis seruum, §. fin. ff. de leg. 2. & in l. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1. et ideo Iacob. Butrig. in d. l. edicto* dicit, quòd quicquid dixit *Mar. Silu.*
 31 veritas est, quòd filius in re certa institutus non habet illud remedium, quia sibi non debetur quota hereditatis, seu bonorum, vt dictum est, et positò, quòd quando filius esset institutus in legitima, id est in quota bonorum, procederet illa opinio, vt per *Bald. in d. l. edicto*, tamen nos sumus in casu, quo Domina Beatrix non fuit instituta in quora; sed in febus certis, propterea veritas videtur, quòd filio instituto etiam in legitima, seu in sua quota bonorum, non haberet beneficium *d. l. fin.* per ea, quæ proximè dicta sunt, et maxime per *d. l. edicto*, bene facit quòd notat *Ang. in l. papinianus, §. conditioni, ff. de inoffic. testam. & Salyc. in l. scimus, in princ. in 2. q. & in l. si quis in suo, in princ. C. de inoffic. testam.* vnde concludunt, non competere filio pro legitima portionem hereditatis, quæ non est quota hereditatis. Nec etiam habet obitare, quòd Domina Beatrix fuerat instituta in Comitatu, et sic in iure vniuersali, quia respondeo, quòd per hoc non debet habere remedium *d. l. edicto*, quia non sequitur per hoc, quòd sit instituta heres in parte, seu quota hereditatis: nam aliàs sequeretur, quòd institutus in dote, vel in peculio diceretur institutus in parte quoræ hereditatis, et haberet beneficium *d. l. edicto*, quia peculium, et dos dicuntur quid vniuersale, *l. quod dicitur, la 1. ff. de impens. in reb. dot. fact. & ibi glo. in verb. sed dotis, & l. peculium, ff. de pecul. l. si peculium, ff. de penu legat. et similitè grex in l. 1. d. fin. cum quibus *ll. seq. ff. de rei vendic.* et notatur per *Bartol. in rubr. ff. solut. matrimon. & in l. fin. C. de sent. qua sine cer. quant.* quòd tamen non reperitur de iure cautum, scilicet quòd institutus in dote, vel peculio, aut grege habeat beneficium *d. l. edicto*, vnde dixit *Io. de Imol. in cap. Raynutius, in 6. col. de testam.* quòd licet quando verbum *relinquo*, refertur ad vniuersalem hereditatem, seu ad quotam hereditatis, trahitur ad institutionem, saltem alio non instituto herede, iuxta plenè notata in *l. his verbis, in princip. ff. de hered. instit. & in aut. de hered. & falcid. §. si verò nulla*, tamen licet verbum *relinquo*, si adijceretur doti,*

vel peculio, quæ ſunt iura vniuerſalia, non per hoc traheretur ad inſtitutionem, quia non reperitur iure cautum, & ita eſt de mente *gloſ. in d. cap. Rainutius, in verb. relinquens, & gloſ. in cap. ſi pater, de teſtam. in 6. in verb. inſtituit, iuncto tex. in d. cap.*

34 *Rainutius.* Item alijs ſequeretur, quod mulier habens dotem per ſe, & aliud patrimonium ſeparatum à dote, poſſet mulier decedere teſtata in dote, & in reliquis bonis inſteſtata, ſi verum eſſet dicere, quod de inſtituto in aliquo iure vniuerſali iudicaretur, prout iudicaretur de inſtituto in hæreditate, ſeu patrimonio caſtrenſi, in quo quis poteſt decedere teſtatus, & in reliquo inſteſtatus, *l. 1. & 2. C. de teſt. milit.* hoc autem eſt falſum, quia mulier in dote, vel alia perſona in peculio aliquo, excepto caſtrenſe, vel quaſi, poſſet decedere teſtata, & in reliquo inſteſtata, per *l. ius noſtrum, de reg. iur.* & in dote not. *Bart. & Ang. in l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſol. matrim.* Non obſtat, quod nullus fuerit datus cohæres vniuerſalis Domine Beatrix, & per conſequens cenſeatur ipſa inſtituta in vniuerſo cum Domina Ioanna, quia reſpondeo, hoc eſſe non poſſe, quia Domina Beatrix fuit inſtituta in dicto Comitatu cum dictione taxatiua *tantum.* Item in dote cum clauſula adiecta in inſtitutione facta de dote, quod *debeat eſſe tacita, & contenta,* quæ verba operantur, vt vltra conſequi non debeat, *l. peto, in princ. ff. de leg. 2.* ſed Domina Ioanna in primo capitulo inſtitutionis factæ de Caſtro de Martinis, & in quibuſdam alijs bonis fuit inſtituta, nulla adiecta taxatiua dictione, vel prohibitione iuris accreſcendi, & licet poſtea in alio capitulo inſtitutionis factæ de dote, & vntijs decem adijciatur illa verba, *de quibus debeat ſe ſentire contentam,* tamen iſta clauſula non refertur ad præcedens ſeparatum capitulum inſtitutionis factæ de dicto Caſtro, ſtante etiam, quod inter iſta duo capitula inſtitutionum eſt aliud capitulum per ſe poſitum, in quo facta eſt certa ſubſtitutio dictæ Domine Ioannæ, refertur ergo dicta clauſula ſolum ad capitulum, in quo eſt inſerta, cum non ſit per ſe principaliter poſita. Ita inquit *Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. per l. filium, cum ibi notat. ff. quando dies leg. cedat.* Modò in propoſito, cum in omni inſtitutione facta de rebus certis Domine Beatrix ſit adiecta prohibitio, ſeu taxatio, non autem in perſona Domine Ioannæ, vt dixi, ſequitur, quod vniuer-

ſa hæreditas quoad bona non comprehenſa in particulari inſtitutione, accreſcat Domine Ioannæ, & ſuo ſauore videtur adiecta prohibitio, & taxatio in inſtitutione facta Domine Beatrix, hoc deciditur ex his, quæ voluit *Bal. in l. unica, in 9. qu. C.*

35 *quando non pet. par.* vbi dixit, quod ſi tres hæredes teſtator inſtituit, & prohibuit, nè vni eorum accreſcat portio deſiciens, non accreſcit illi prohibito, ſed alij non prohibito, quia contemperatione cohæredum non prohibitorum videtur prohibuiſſe, illum habere ius accreſcendi, argumento *l. fideicommiſſa, S. interdum, ff. de legat. 3.* nõ autem intelligitur, teſtatorẽ voluiſſe, quod Domina Beatrix habeat etiam per ius accreſcendi partem reſidui hæreditatis, ſed illam reſtituit per fideicommiſſum Domine Ioannæ, iuxta *d. l. peto, in princ.* quia dico, quod in *l. peto* intelligitur per fideicommiſſum grauatus, ſcilicet in ea parte, quæ fuerat ſibi iure inſtitutionis relicta, nam ſi poſtea teſtator dicat, quod vult, eum eſſe contentum de vna re particulari pro tota parte ſuæ hæreditatis, in qua fuerat inſtitutus, videtur grauari eum per fideicommiſſum, vt dictam partem reſtituat per fideicommiſſum cohæredi, retenta illa re particulari, ſeu quando fuerat inſtitutus, niſi in re particulari cum dictione taxatiua, vt in caſu noſtro, quia tunc non poteſt videri grauatus reſtituere per fideicommiſſum illud, quod ſibi non eſt relicta, *l. labeo, C. de fideicommiſſis. & l. pland, la 2. d. fin. ff. de legat. 1.* & ita intelligitur *tex. in l. quotiens, C. de har. inſt.* vt etiam vult *ibi Salyc. in 8. q. & Io. de Imol. in repet. l. primæ, d. ſi ex fundo, in antepenult. col. ff. de hæred. inſtit. & in d. cap. Rainutius, in 14. car.* pro hoc etiam facit, quia per prohibitionem iuris accreſcendi nõ incidimus in contradictionẽ, & repugnantiam cauſæ teſtati, & inſteſtati tenet prohibitio, ita omnes concludunt in

36 illo articulo, quo quæritur, an teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi, per *l. Dominus, S. fin. cum gloſ. ff. de uſufr. & notat ſpecificè Ang. in l. penult. ff. de iniuſto teſtam. & Bald. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur S. ſi legitimus, ff. de har. inſt.* ſed per dictam prohibitionem non reſultabat, quod decedat pro parte teſtatus, & pro parte inſteſtatus, quia poteſt ſine aliqua repugnantia totum ius vniuerſale, de quo non eſt diſpoſitum accreſcere Domine Ioannæ vigore illius inſtitutionis, in-

qua nulla est prohibitio, & hanc fuisse mentem testatoris, apparet, quia voluit, quod descendentes Domine Ioanne debeant portare insignia domus testatoris, & se cognominare de domo testatoris, quod non disposuit in descendētibus Domine Beatrix, & sic voluit, nomen agnationis, & familie sue remanere in Dominam Ioannam, & eius descendentes, non obstat etiā, si diceretur, quod per dictionē taxatiuam tantum, non videtur prohibere ius accrescendi, per not. per Ang. in l. quoties, §. si duo, de her. inst. vbi voluit, quod si testator dixerit, *Instituo Titium in fundo tantum*, non videtur prohibere ius accrescendi, quia nil dixit de potentia petendi in futurum, presens ad illud non refertur, *l. si ita, de auro, & arg. legat.* & per not. in l. qui Roma, §. duo fratres, de verb. obligat. quia respondeo primo, quod dictum in se non videtur verum, quia illud reprehēdit Ludou. Rom. in d. l. unica, quando non per partes, in 10. q. quia virtus illius dictionis taxatiue est, quod omne id, quod non cōtinetur in verbis, iuxta que posita sunt, intelligatur exceptum, l. 3. §. cum Titio, ff. de adim legat. & not. in l. rationis, C. de prob. & in l. ob as, C. de pradijs minor. sed ita est, quia si testator dixisset, *Instituo Titium in tali re*, excepta reliqua hereditate, videretur prohibuisse ius accrescendi, l. si quis ita bares institutus fuerit excepto fundo, ff. de her. inst. ergo ita in casu isto. Istam opinionem etiam tenebat Honufrus de Perusio, quem refert Ludou. Roman. in l. si quis minor, ff. de acquir. her. vbi etiam dicit, alios hoc tenuisse, & hoc per l. 2. C. de testam. milit. & per l. Lutius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. Secundo respondeo, quod posito, quod dictum Ang. posset procedere quoad portionem, que non veniebat ex inspectione testamenti, sed pendebat ex futuro euentu, puta a repudiatione coheredis, nam tunc illud ius accrescendi bene respicit futurum, & ad hoc tendunt verba Angeli, sed quando ex inspectione testamenti apparet, tempore testamenti hereditatem vacare, vt quia facta est dispositio solum de rebus particularibus, tunc ius accrescendi non pendet a futuro, sed ex presenti, per d. §. si ex fundo, & d. l. ex facto, cum simili. Vnde si tunc est adiecta dicitio taxatiua, nihil repugnat, quod non videatur testator, institutum cum dictione taxatiua voluisse excludere ab illo iure accrescendi, quod cōcernebat portionem de presenti vacantē

ex inspectione testamenti, posito, quod non videatur voluisse excludere a iure accrescendi in futurum procedere a repudiatione coheredis. Tercio respondeo, quod opinio Angeli posset procedere in illa prohibitione iuris accrescendi, quae induceret repugnantiam causae testati, & causae intestati, contra iuris dispositionem, quae tunc debeat euentissime constare, quod testator prohibere voluerit per dictum §. si duo, secundum vnū intellectū, sed vbi non resultaret ex illa prohibitione aliquid contra iuris dispositionem, tunc per dictionem taxatiuam videtur prohibitum ius accrescendi, vt probatur in d. l. 2. C. de testam. milit. nam ibi erat permittum militi decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, & prohibere ius accrescendi de vno patrimonio ad aliud. Ideo per dictionem taxatiuam videtur illud prohibere, vt ibi; facit quod in simili notat Ang. in autb. de hered. & falcid. in §. fin. verò expressim, in princ. 2. col. sed ita est in casu nostro, quod licet per dictionem taxatiuam videatur prohibuisse testator, quod ius vniuersale hereditatis, de quo non est facta dispositio in testamento, praeter res particulares, non accrescat Dominæ Beatrix, non sit contra dispositionem iuris, nec resultat repugnantia causae testati, & causae intestati, immo conseruatur testamentum, quia extat persona Dominæ Ioannæ adheuntis, cui nulla facta fuit prohibitio, & cuius cōtēplatione videtur facta prohibitio Dominæ Beatrix, ideo accrescit Dominæ Ioannæ, & conseruatur testamentum, absque vlla repugnantia, & huic sententiae conformant mens, & verba testatoris, nam alias nil operaretur illa dicitio taxatiua, quod est contra mentem testatoris, & iuridicā interpretationē, l. Menius, in princ. ff. de leg. 2. l. si quando, ff. de leg. 1.

39 Præterea & alia ratione Beatrix non posset obtinere in remedio d. l. edicto, si apparet, eam aliquo momento post mortem dicti Comitum Antonij habuisse possessionem dictarum rerum, in quarum possessionem se immitti petit, vt tenuit Cyn. post antiquos in d. l. edicto, ad fin. argumento l. quod si in diem, in princip. ff. de pet. hered. & Salyc. ibid. nam istud remedium est possessorium adipiscendæ, vt ibi in verbo acquiritur, & not. Bart. ibi in ea questione, qua queritur, quis sit legitimus contradictor, ergo non competit, nisi illi, qui nunquam adeptus est possessione, Institut. de interdicitis, §. ideo autem, not.

glos. in c. 1. in fin. de confess. in 6. bene facit quod not. *Bar. post glos. in l. fin. ff. de fideicom. h. heredit. plus dicit Cyn. in dict. l. edito, cir. à ult. col. in vers. sed pone, q. haeres, quòd si hæres aliquas res possidet, tale remedium sibi non competit, quia datur ad vniuersalitatem, & non ad res singulares, vt colligitur ex illa l. edito, dùm loquitur de vicesima hæreditatis, soluenda per hæredem petentem immitti in possessionem, & per alia ibi allegata per eum, ad hoc facit ad confirmationem illius conclusionis, quã firmavi supra, scilicet, quòd hæredi scripto in re certa non competit beneficium intentatum, verum quia istud est facti, non pono pro constanti, nisi quatenus in facto legitime probetur.*

40. Postremò videndum est, an quia dicta Domina Ioanna per viam principalis petitionis agendo petijt, condemnari Illust. Dominum D. Lupum Viceregem ad restituendum dictum Comitatum Sclafani, & dictam Baroniam Calataurturi, quia dicta bona ad eam de iure pertinent virtute dictarum inuestiturarum factarum in personam dicti Comitatis Antonij, qui fuit inuestitus pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque in perpetuum, & secundum mores Regni Francorum, videlicet, quòd maior natu minoribus fratribus, & cohæredibus suis præferatur, & certum est, quòd ipsa Domina Ioanna, vt verbo fertur inter habiles est maior natu, & proximior in gradu, & est habilis ad succedendum in similibus feudis, secundum mores consuetudinis, & statuta loci. Nec curandù est, quòd D. Beatrix sit nata ex masculino, quia attenditur qualitas personæ ipsius succedentis, vt supra probatur.

41. Solum restat videre, an dictæ Domine Ioannæ habeat obstarè donatio, & concessio facta per D. Comitẽ Antonium dicto Thomasio eius filio, dùm vixit, & etiam postea facta inter viuos dictæ Domine Beatriçis, & etiam institutio facta postea de dicta Domina Beatrice in testamento dicti Comitatis, quæ eam instituit in dictis terris, & videretur, quòd sic, quia licet de iure communi, & per *Constit. Regni* incipit *Constitutionem diuæ memoria Regis Rogerij* esset prouisum, tales alienationes nullam firmitatem habere, & habetur in *cap. Imperialem, in princip. de prohib. alien. feud. per Feder.* & in *c. 1. de success. feud.* & in *cap. 1. qual. olim feud. pot. alien.* tamen talis dispositio, & translatio, vide-

tur permessa, maxime per quandam postea editam *Constitutionem*, quæ incipit *Volentes Comites, & Barones, &c.* per quam corrigitur tota *Constitutio* præcedens, & permittitur quilibet alienatio inter viuos, seu in vltima voluntate, & præsertim attentis illis verbis. *Volentes Comites, & Barones tenentes feuda à nostra Curia, Comitatus, & Baronij, & feudis longius de solito posse gaudere, & eorum emergentibus pro tempore necessitatibus, sine nostrorum iurium lesione subuenire, &c.* Contrarium puto esse verum in proposito nostro, quia, vt dicunt *Hostenf. Jo. Andr. Ant. de Butr. & alij in cap. licet, de voto*, non potest ascendens descendenti auferre ius primogenituræ, nisi iustam causam priuationis commiserit, sicut nec legitimam sibi auferre potest, allegant id, quod habetur in *cap. requisiti, & in cap. officij, de testam. & in l. quoniã in prioribus, C. de inoff. testam. & in l. cum simil. C. de inoff. donat.* ita etiam concludit *O. drad. in cons. 94.* incipiente *Elegantèr circa negotium, &c. & And. de Iser. in c. omnes filij, in tit. si de feud. defun. fuer. contr.* sed dictum feudum transire debet ad habentem ius primogenituræ, vt patet ex inuestituris, & ex dispositione dictorum Itatorum, ergo tale ius auferre non potuit Domine Ioannæ, quæ nullam causam exheredationis, aut priuationis commisit, & non posset negari, quòd aliàs peruerteretur forma inuestituræ, quæ vult, quòd transeat in primogenitum, & intentio dicti Comitatis fuit, per testamentum, aut per alium auctum nolle auferre præiudicium iuri alicuius dictarum filiarum, vt patet ex dispositione, quam fecit in codicillis, attento maxime, quia Domina Ioanna est hæres instituta, & vniuersalis censetur, & sic propriè hæres, vt probaui in superiori dubio, & in inuestitura nõ prouidetur, quòd

42. magis inter hæredes ab intestato, quam condito testamento seruetur ius primogenituræ. Sic videmus, quòd quàmuis feudum videatur receptum pro filij hæredibus, *cap. 1. & ibi Andr. an. agnat. vel fil.* tamen filij, semper æqualitèr succedere debent in feudo, tam ab intestato, quam ex testamento condito, quocunque modo testator disposuerit, vt in *cap. 1. de success. feud.* & infra dicitur, hoc etiam colligitur ex mente omnium *Doctõrum in d. cap. licet, de voto*, dùm voluit, quòd pater non possit etiam in testamento auferre ius primogenituræ filio primogenito, &

sc regimen alteri relinquere, ad hoc bene scit quod not. *Andr. de Ifern. in cap. 1. circa modum tit. qualis. poterat feud. alien.*
 43 vbi vult, quod quando inuestitura est concessa iure Francorum, feudum successoribus defertur, non iure successionis, sed iure contractus, & ideo quamprimum Comes instituit filiam maiorem natu heredem, & dato, quod instituerit etiam nepotem heredem, habebit heres maior natu virtute dictę inuestiturę dictum feudum, in quo vivitur iure Francorum.

44 Pręterea feudum saltem, quod processit a maioribus, quale erat istud, non potest alienari, & transferri de iure in alium, nisi in eum, qui proximior est in successione, nisi alienationi factę in alium consensisset iste proximior, aliis autem reuocari posset per proximiorē in successione predicta, si est heres alienantis cum beneficio inuentarii, ita probatur in *cap. 1. de alienat. feud. pat.* iuncta maximę expositione ibi tradita per *And. de Ifern.* qui hoc ibi vult, & sequitur *Bald. in cap. 1. de alienat. feud.* vbi hoc plenę probat, & plurimos ibi refert, qui ita firmaverunt, quę breuitatis causa omitto, ita etiam probatur in *cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuest.* & ita etiā concludit *Iac. de Betu. in d. c. Imperiali, in princ. & Bal. in c. 1. §. hoc quoq; in 3. col. & etiam in penult. col. in vers. 7. conclus. de success. feud.* benę faciunt not. per *Bald. & Ang. in l. apud Iulianum, §. si quid alicui, de leg. 1.* & per not. per *Bal. in p. alleg. c. Imperialem. in princ. circa 6. col.* vbi plus concludit absolute, quod in feudo, tam nouo, & sic sua probitate, vel prouidentia quęsito, quam in feudo antiquo non posset pater feudum vni ex filijs assignare, nisi consentientibus alijs, per plura ibi allegata per eum, & benę probatur in *d. s. 1. de succ. feud.* vbi not. *DD.* & etiam concludunt *Bal. & Ang. in l. item videndum, §. nunc videoamus, ff. de pet. bar.* vbi referunt, *Iac. Butrig.* ita consuluisse, & ita etiam *Bal. in l. 1. in fin. C. per quas personas nobis acquiritur.*

45 Non obstat præallegata Constitutio, quę incipit *Volentes*, quia respondeo, quod illa *Constit.* venit ad emendationem antiquę *Constitut. predictę*, vt in dicta noua *Constit.* cauetur, dum dicit. *Constitut. Diui August. proavi nostri, per quas feudorum alienationes sunt inhibita corrigentes*, sed in *d. Constit.* correctæ solum prouidebatur, omnes alienationes super

feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis nullam omnino firmitatem habere, nisi de speciali Regis licentia confirmetur, & alienantibus, aut sic contractibus permittebat potestatem predictos contractus iure proprio renouare, & sic solum prouidebat, quod non fiat alienatio vlla sine consensu Domini. Vnde postea in *Constit. noua*, & corrigente cauetur, quod liceat absque permissione, siue licentia Regis alienare, & in vltima voluntate relinquere, aut quolibet alio alienationis titulo transferre in vnam tantum personam digniorem, seu equę dignam, sicut alienator extiterat, debet ergo interpretari, & intelligi dicta noua *Constitut.* quoad prouisionem factam per *Constitut.* correctam, vt in *auth. ut fratrum filij, §. fin.* vbi lex interpretans, intelligitur loqui secundum legem interpretatam ab ea, & lex interpretans accipitur etiam pro lege corrigente, *l. 1. §. qui operas, ff. ad Tertull.* & ibi not. ad idem, quod not. *Archidiaconus in cap. dispendia, de rescript. in 6. in glos. in verb. confertur, in fin.* vbi dixit, quod *Constit.* præsupponens aliam præcedentem, si ei aliquid adijciatur, intelligenda est in eo casu, in quo illa *Constit.* loquitur, & est etiam *glos.* notab. in *elem. statutum, in verb. consuetudine, & ibi DD. de elect.* sed illa antiqua *Constit.* emanauit solum ad prouidendum, quod requiritur licentia Regis in alienatione, ergo ista noua *Constit.* corrigens, intelligitur corrigere illud, quod illa præcedens disposuit, scilicet quod non sit necessaria licentia Regis, ergo quoad consensum, & præiudiciū agnatorum, seu habentium ius primogeniturę nihil intelligitur esse immutatum, ad hoc benę facit, quia non extenditur commissoria lex, nisi ad illud, quod specialiter continetur in lege corrigente, vt dicitur *l. precipimus, §. fin. in verb. specialiter, C. de appell.* sed negari non potest, quod istud de præiudicio, & consensu agnatorum non est specialiter cautum in lege corrigente, ergo non intelligitur derogatum in hoc iuri communi.

46 Denique fieri debet interpretatio, vt lex noua non lædat ius commune, neque ius tertij, & si oporteat verba impropriare, vt est optimus *text.* licet vulgatus in *cap. cum dilectus*, & ad hoc illum ibi ponderant *Doctores extr. de consuet. facit lex 2. C. de noxali act.* & quod not. *glos. & DD. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.*

probatur etiam hæc conclusio per ea, quæ decidit *Andr. de Ifern. in d. cap. 1. de alien. feud. pat.* circa 2. vel 3. col. ubi quærit, utrū per dictam *Constit.* quæ incipit *Constitutionem diuæ memorie, &c.* quæ inditina dicit, alienationem sine consensu Domini non valere, corrigatur *tex. in d. cap. 1. de alienat. feud. pat.* per quem providetur secundum verum intellectum, quem ipse *ibi* approbat, quod vasallus sine consensu Domini potest feudum alienare in agnatū proximiorē, in quem feudum erat reuerfurum, & arguit primò, quòd sic, quia generaliter dictū, generaliter debet intelligi, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, de public. in rē act. l. 1. §. quod autē, ff. de alicat. rē cō-*

47 *trarium* decidit, quia quòd specialiter nō exprimitur in lege noua, relinquitur regulis veterum legum, allegatur *d. l. precipimus, in fin. & §. rebus, in auth. quibus mod. nat. eff. sui, &c.* quia secundum eum generale non derogat speciali, *l. sanctio legum, ff. de penit. &* quia posteriores leges distinguuntur per priores, *l. sciendū, in princ. cū ibi not. ff. qui satisd. cogant. & in authent. offeratur, C. de lit. contest. &* ita dicit, in Regno seruari, pro hoc est *glos. optima in d. c. 7. §. sed & res, in tit. per quos fiat inu-*

48 *stitur a, iuncto d. cap. Imperialem, in princ.* si ergò antiqua *Constit.* quæ incipit *Constitutionē* non habebat locum quòd ad casum dicti *cap. 1. de alien. feud. pat.* nec etiam noua *Constit.* quæ de hoc casu saltem mentionem specialem non fecit, ut requirebatur, & sic *Constit. Volentes* operabitur quòd ad illos vasallos, qui non haberent agnatos successibiles, vel haberent, & consentirent alienationi, nam tunc absque licentia Principis valebit alienatio, ubi primò non valuisset, obstante iure cōmuni, & *Constit.* antiqua. Insuper quòd ad concessionem factas inter viuos d. *Thomasio, &* dictę *Domine Beatrice* alijs medijs apparet, illas non obstare, & non valuisse, prout dixi in primo dubio, & sic quòd ad illas hæc vltima disceptatio parum necessaria videtur, & posito, quòd quantum ad vltimam voluntarem in casu nostro per dictā *Constit. Volentes* diceretur, aliquod esse innouatum, scilicet, quòd possit alienari in vltima voluntate, tamen non dicitur in dicta *Constit.* quòd stantibus heredibus vasalli, inter quos sit ordo primogeniturę, vel sexus, quando in forma inuestiturę hoc traditum est, ut in casu nostro. Igitur ab inuestitura discedere non debemus,

c. 2. de feud. nat. & d. c. 1. de succ. feud. cū in aliquo non reperiat quancum ad hoc illi per dictam *Constit.* esset derogatum, *l. sancimus, C. de testam. c. super eo, de offic. deleg. cum alijs supra allegatis, facit quod not. glos. &* clarius *Iac. de Beluis. in c. 1. §. porrò, qualiter olim feud. pot. alien.* ubi

49 traditur, quòd si per statutum erat permittum vasallo alienare feudum, non per hoc intelligebatur ablata potestas Domino, vel agnatis redimere infra annum, prout de iure communi poterat, iuxta id, quòd habetur in *d. §. porrò*, licet in statuto nihil diceretur, quòd possint redimere, quia non est interpretandum, quòd statutum in hoc voluerit derogare iuri agnatorum, de quo mentionem non fecerat, & licet, ut accipi, varij varios dent intellectus ad dictam *Constit.* quæ incipit *Volentes*, tamen non video, quòd vltimum sanum pati posset intellectum, per quem Magnifica Domina Ioanna maior natu, & proximior in gradu, & instituta hæres vniuersalis, à dicto feudo possit excludi, & potissimè stantibus defectibus, quibus dictę cōcessionem inter viuos laborant, ut ex premissis patere puto.

50 Et prædicta videntur profectò tutè procedere in hoc iudicio meo, in Comitatu Sciasani, in quo facta fuit inuestitura Magnifico Comiti Henrico in feudum *pro se, &* *heredibus, &* *successoribus in perpetuum.* absque dictione *quibuscunquē,* & sic intelligebantur illa verba de heredibus, non penitus extraneis; sed solum de illis, qui sunt successores ex sanguine, & habiles ex forma iuris communis, & Constitutionum loci ad succedendum in feudo, iuxta *c. 1. §. & si clientulus, de alienat. feud. & c. fin. si de feud. fuerit controuer. inter dom. &* *agnat. not. glos. &* *DD. in lex factio, §. fin. ff. ad trebell. &* *Bar. in l. gallus, §. &* *si parenti, ff. de lib. &* *posth. &* *Doctor. maximè Bal in l. liberti, libertaque, C. de oper. libert. in l. etiam, ff. solut. matr. pro hoc bonus tex. &* *ibi Bar. in l. pro hered. §. si quid tamen, ff. de acquir. hered.* ubi in his, quæ nō sunt transitoria ad extraneos, sed ad filios, verbum *heres* accipitur, idest filius, & licet Comes Antonius Spatafora in confirmatione inuestiturę adiecerit dictionem *quibuscunquē,* tamen eo tempore erat iam nata Domina Ioanna, in cuius præiudicium non potuit per Comitem Antonium alterari antiqua inuestitura, absque eius consensu, per ea, quæ dixi supra, allegando *not. per Io. And.*

& alios in *c. licet, de voto, & in c. i. cum ibi* not. per *DD. de alien. feud. pat.* cum concord. supra allegatis; quinimodò est quando à principio facta est inuestitura pro heredibus quibuscunquè, tenuit *Bal. in c. i. §. donare, circa med. qualiter feud. pot. alien.* quòd illa verba, scilicèt pro heredibus quibuscunq; recipiant restrictionem de habilitate; quòd feuda tamen illud nò esset absquè dubitatione: In casu autem nostro standù est inuestiture, vt est dictù.

Ità vt superius còclusum est, puto iuris esse, idèò ità dico, & consulo *Ego Alexander de Tartagnis de Imola I. V. D. Padua Iura ciuilia ordinaria legens. In cuius rei testimonium propria manu subscripsi, & sigillo solito signaui, alterius rectius sententis consilio semper saluo.*

S. V M M A R I V M.

- 1 *Facti species enarratur.*
- 2 *Natura dictionis si conditionem facit, & causam finalem importat.*

Domini Redemptoris Nostri inuocato suffragio.

Superiori anno consultus, an substitutio facta per Magnif. Comitem Henricum Rubeum de Raimundo Rubeo substituto posthumis ipsius testatoris, & successiuè de Comite Antonio Spatafora substituto ipsi Raimundo, ac etià ultimo de Domino Antonio de Barrefio, & eius filijs habuit, ac habere debuerit de iure effectum in personam alicuius predictorum, respondi, quòd non, rationibus, & iuribus allegatis in *conf. ipso incip. Redemptori nostri inuocato suffragio. Per spectis verbis testamenti Magnif. Comitit Henrici, &c.* & in eadem conclusione in presentiarum resideo per ea, quæ in dicto *conf.* allegata sunt. Nec obstat, si contra dictam conclusionem, quam in *conf.* aliàs reddito feci, obijciatur, quòd illa verba posita in testamento, v3. *& si eundem Antonium succedere contingerit predicto Raimundo, ipso casu adueniente, & deficiente ipso Antonio sine filijs masculis, vt supra substituit, &c.* non sunt verba dispositiua sub conditione, sed sunt verba enunciativa, attento, quòd etiam in casu, in quo Antonius Spatafora decessisset antè Raimundum, & sic ei non succederet, etiam erat vocatus Virardus Spatafora

frater ipsius Antonij Spatafora, vnde si postea testator subijciat illa verba, v3. *& si eundem Antonium succedere contingerit predicto Raimundo, &c.* ostenderet, quòd tunc venisset etiam idem Virardus, si superfuisset. Itaque Virardus, & per consequens substituti post eum in utroquè casu fuerunt vocati, & sic etiam sunt vocati in casu, in quo Antonius Spatafora non succederet Raimundo, sed decederet antè eum, vt sonare videntur dicta verba testamenti, videntur ergò illa verba posita in d. versic. *& si eundem Antonium succedere contingerit, &c.* non facere conditionem, sed demonstrationem, quia respondeo, quòd de natura illius dictionis, si, quæ facit conditionem, si Titio, in *prin. ff. quando dies leg. ced. & plenè notatur in l. i. ff. de cond. & demonstr.* est importare causam finalem, & quòd ea cessante, seu non impleta in forma specifica, cessat dispositio, l. qui heredi, in *prin. & §. fin. & l. meius, ff. de condit. & demonstr. l. cedere diem, ff. de verb. signif. & not. Bar. in l. 2. §. fin. cum simil. ff. de don. ergò si non successit Antonius Spatafora predicto Raimundo, non est impleta conditio substitutionis illorum, qui vocati sùt in illa substitutione importata in illo versic. testamenti, scilicèt, *& si eundem Antonium succedere contingerit, &c.* & in sequ. versic. quia non est impleta conditio dictæ substitutionis, quæ conditio intelligitur esse causa finalis. Nec obstat, quòd immò antè fuerit vocatus Virardus, si contingisset, Antonium Spatafora decedere antè Raimundum, quia dico, quòd si euenisset ille casus, scilicèt quòd Antonius Spatafora decessisset antè Raimundum, tunc potuisset Virardus succedere, nam ex illa substitutione posita in d. versic. *& si eundem Antonium succedere contingerit, &c.* sed ex illa substitutione posita antè illum versic. Cum ergò isti, qui volunt in presentiarum venire ex substitutione, non sint nominati in illa substitutione posita antè dictum versiculum, *& si eundem Antonium succedere contingerit, &c.* sequitur, quòd ex illa venire non possunt, nec etiam possunt venire ex substitutione posita in versic. *& si eundem Antonium, &c.* quia non euenit ille casus; plus dico, quòd etiam si contingisset casus, quòd Antonius Spatafora decessisset antè Raimundum, tamen adhuc nò potuisset Virardus venire ex substitutione facta Raimundo, stante quòd Raimondus decesserat viuo testatore, attento, quòd*

ſubſtitutio facta Raimundo de Antonio Spatafora, & de alijs, ſucceſſiue intel-
ligitur facta in caſu, in quo fuerit hæ-
res, & ſeruauerit legem teſtamenti, vt
dixi plenius in priori *conſilio*, & ſic Rai-
mundo fuit facta tantum ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria, vnde cum nemo adhue-
rit hereditatem diſti teſtatoris, nõ potuit
habere effectum diſta conditio fi-
deicommiſſaria, nec in conſequentiam alia depen-
dens ſucceſſiue ab ea, d. l. *ille, à quo, ſ. ſide*
teſtamento, & l. cum in teſtamento, verſ.
ex quo, ff. de hæ. inſt. & in d. l. ſi mater, S.
1. & patet ex not. per Bart. in l. quamdiu
ultim. ff. de acquir. hæred. iunctis alijs iu-
ribus, de quibus in præ alleg. conſ.

Ita, vt ſuperius concludum eſt, dico, &
conſulo, iuris eſſe *Ego Alexander de Tar-*
tagnis de Imola V. I. D. Bononia Iura ci-
uilia legens, in cuius rei teſtimonium pro-
pria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſi-
gillauit, alterius rectius ſentientis conſilio
ſemper ſaluo.

Caput Conſilij Domini Chriſtoſori de Bene-
dictis Siculi in eadem cauſa contra
Alex. & contra alios.

S V M M A R I V M :

1. Soror ſecundogenita an in ſucceſſione Comitatus fratris ſui præferatur nepoti ex ſore primogenita præmorta, & n. 3.
2. Feudorũ in ſucceſſione deficientibus, deſcenden- tibus proximiores in gradu præferuntur, quod eſt etiam de iure comuni.
4. Feudũ ſucceſſio potius ſit ex contractu inueſtitu- ra, ſeu ex pacto, quam ex ſucceſſione.
5. Nepos ex fratre præmortuo in ſucceſſione feudi præferatur amite.
6. Dies incertus pro conditione habetur.
7. Ius quærendum facilius abdicatur, quam ius quaſitum tollitur.
8. Maſculus remotior, Francorum iure attento ſa- mine proximiori præferatur.
9. Femina ubi ſemel ſucceſſerit, per ſupervenientem exinde maſculum non excluditur.
10. Maſculus licet deſcendens ex ſamina, & adhuc remotior præferatur femine, quãvis proximiori, quando tamen viget lex, quod maſculus præfe- ratur femine.

Sed quia DD. Itali præter *D. Barbat.* tenent fir-
miter, d. Comitẽ Henricũ deceſſiſſe ab inte-
ſtato, ex quo Raimundus deceſſit in vita teſta-
toris, & ſic nõ potuit eſſe hæres per aditionem.
Vnde dicunt, quod omnis ſubſtitutio ceſſat, quia
ſubſtituti omnes caſentur vocati, ſi Raimundus
erit hæres, & deceſſerit ſine filijs maſculis, pro-
pter dictionẽ *hæredis*, & ſeruante legẽ teſtato-
ris, vt ſatis eſt ſuprà allegatũ, tamẽ licet hæc o-
pinio ſit erronea, & diſcrepet ab omni ſano in-
tellectu, & iuris diſpoſitione, vt ſuperius demõ-
ſtraui, dato, quod vera ſit, & ſic ab inteſtato deceſ-

ſiſſet d. D. Comes Henricus, quod debuit præferri in
ſucceſſione eius, maxime in Comitatu, & Baronia,
de quibus agitur. Cõcurrerat. n. D. Beatrix mater
D. Comit̃s Antonij ſoror deſuncti, & D. Antonius
de Barreſio filius D. Margaritæ, quæ fuit ſoror d.
deſuncti, & ſoror d. D. Beatricis maior natu, licet
morta in vita d. Comit̃s Henrici, & videtur pri-
ma facie dicendum, quod in d. ſucceſſione debeat præ-
ferri D. Beatrix, & excludi d. D. Antonius Barre-
ſius, licet filius alterius ſororis primogenitæ præ-
deſunctæ, & hoc per *Conſtitut. Si aliquem*, & in
Conſt. Conſtitutione, in quibus cauetur, expreſſe, quod
decedenti ab inteſtato in feudis per lineam tranſ-
uerſalẽ deficientibus deſcendentibus, præferuntur
ſtrictiores in gradu remotioribus, ad quod facit
tex. in cap. 1. de grad. ſucc. in feud. ſ. his verb. & hoc
ẽt prouisũ eſt de iure Romano, nõ ſolũ in deſcen-
dentibus, ſed et in tranſuerſalibus, vt de primo eſt
caſus in *l. lege 12. tabularũ, C. de legit. hæ. ibi, voca-*
ri ſecundũ gradus ſui prærogatiuã, & c. de tranſuer-
ſalibus eſt caſus in *l. meminimus*, & facit *tex. in au-*
th. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. ſ. ex diuerſo, & ſ. il-
lud palã coll. 9. ſed certò certius eſt, quod ſoror, pxi-
mior eſt fratri deſuncto, quã filius alterius ſororis,
quod pater, quia ſoror eſt in ſecũdo gradu, filius ſo-
roris in tertio gradu, ergo d. D. Beatrix debet præ-
ferri d. Antonio de Barreſio, nec tamẽ debet ha-
beri cõſideratio in prærogatiua ſexus, quia nepos
eſt maſculus, & D. Beatrix ſoror eſt mulier, quia
illa cõſideratio debet atteri, quãdo maſculus, &
femina cõ. urrẽtes ad ſucceſſionẽ feudi, eſſent de-
functo eodẽ gradu coniuncti, ſi autẽ diſpari, tunc
proximior præferatur, vt dixi, nõ la facta conſide-
ratione ſexus, vt ſatis cõprehenditur ex d. *Conſt. Si*
aliquem, ibi, vt inter duos eodẽ gradu, & c.

3. Sed his non obſtantibus, dico, d. nepotẽ, licet
remotiorẽ eſſe præferendũ, tũ quia maſculus erat,
tũ quia filius maioris ſororis D. Margaritæ, quæ ſi
vixiſſet tẽpore mortis D. Comit̃s Henrici, debu-
iſſet præferri d. D. Beatrixi ſecũdo natæ, & vt per
inueſtituram, & cõuentionẽ Principis, & Domini
directi patet, quia cauetur, quod maior minor, & ma-
ſculus femina præferatur, & hoc fortius, cũ deſun-
ctus, de cuius feudi ſucceſſione agitur, moritur
ab inteſtato, vt eſt *tex. in d. Conſt. Conſtitutione*, facit
benẽ *Conſt. Si aliquẽ*, & licet d. Antonius Barre-
ſius fuerit remotior D. Beatrixi ipſi deſuncto, il-
lud nõ debet atteri, quia in feudi ſucceſſione nõ
attẽditur proximitas reſpectu perſonæ eius, à qua
vacat feudũ, vt habetur *de ſucc. feud. c. 1. ibi, ſi mo-*
riatur ſine hærede maſculo, & c. ſed attẽta cõuẽtio-
ne feudorũ, in qua dicitur maior natu minoribus
fratribus, & maſculus femina præferatur, patet, d.
D. Antonius Barreſius, licet deſcẽdẽs ex femina,
eſt tamẽ de tranſuerſalibus inueſtiti, quibus datur
ſucceſſio deficientibus deſcendentibus, ſecundũ ſor-
mã iuris ſtatutorũ, hoc eſt, vt maior natu minoribus,
& maſculus femina præferatur, prout ſũt in-
ueſtitura, de quibus agitur, vt d. *Conſt. Cõſtitutio-*
ne, & Si aliquẽ, & eſt *tex. in Conſt. Vt de ſucceſſio-*
nibus, quãuis ergo d. Antonius Barreſius nõ fue-
rit proximior illi Comiti Henrico, à quo vacat feu-
dũ, ſicut erat proximior D. Beatrix, tũ, propter pactũ,
ſed inueſtitura ille maſculus ſuccedit, & præferatur
d. femine, & facit hoc, quia feudi ſucceſſio po-
tius

tius sit ex contractu inuestituræ, seu ex pacto, q̄ ex successione, c. 1. *an agnat.* & sic non debet attrēdi successio respectu gradus, sed attrēditur pactū factū primo inuestito, quo cauetur, quod masculus feminae præferatur, & sic est hodiē feudi natura, vt in *Constitutionibus* supra allegatis, & q̄ hæc opinio sit vera, pbatur p *tex. in c. 1. de eo, qui sibi, & heredibus suis*, vbi masculus licet descendat ex femina, præfertur feminae proximiori, in cuius lineā feudū tēcerat trāsītū, q̄ est mirū, q̄ hodiē in hoc Regno nō habet locum, vt dixit *And. de Iser. in d. c. 1. de his, q̄ sibi, et heredibus suis*, per *tex. in Cōst. In aliquibus*, vnde per illū *tex. glo. ibi* videtur velle, q̄ si concurrat amita cū nepote ex linea transuersali, præfertur in successione feudi defuncto nepos, licet amita, seu matertera sit soror defuncti, & sic proximior, & hoc ex eo, quia masculus in casu d. c. 1. debet præferri feminae, q̄ verū putat *Iacob. de Belu.* quando feudū non fecisset trāsītū ad eā, & tunc si tempore successionis cōcurreret, nō solū matertera, sed et nepos masculus præfertur feminae, per *tex. in d. c. 1. licet And. de Iser.* dicat, et quādo feudū fecisset trāsītū ad materteram, quia per superuenientiam masculorum excluderetur per *d. cap. 1. & sic est de casu quod qui semel est hæres, desinat esse hæres propter superuenientiam masculum*, qui conditionalitèr est heres, s. si masculus nō nasceretur, aliās nō desineret, *Inst. de fideicom. hered. & restituta. l. qui soluendo. ff. de her. inst. facit quod not. Bar. in l. paterfamilias testamento, ff. de her. inst. & sic habebit femina feudum ad diē incertum. s. donec masculus nascatur, & dies incertus habetur pro conditione. l. dies incertus. ff. de cond. & demonstr. & in hoc casu dicit *And. ibi in d. c. 1. dictū cap.* non habere locū in Regno Siciliæ, per *Const. In aliquibus. §. ceterū*, quia semel feudo trāscenti ad vnū sibi succedit filia, exclusis collateralibus. Illud ergo, q̄ dicitur, q̄ femina proximior excluditur per masculū remotiorē; procedit hodiē, quando feudū non dū erat quæsitū feminae, vt est casus noster, si autē semel femina successisset, per superuenientē masculū non fuisset exclusa, & facit pro hoc, quia ius quæritū facilius abdicatur, quā ius quæsitū tollatur, not. in *c. admonet. extra de renunc. & Fed. de Senis conf. 9. l. qui autem, in princ. ff. de his, que in fraud. cred. & idē dixit *Andr. in d. c. 1.* quod si primogenitus viuens iure Francorū decedat, filia tm̄ relicta, secundogenitus frater semel exclusus per primogenitū patrē dictæ filia excluderetur per dictā filiā, sed quia ad dictā materterā nunquā venerat feudū, s. ad D. Beatricem, meritō nepos debeat excludere eā, quia agebatur de feudis quærendis tēpore mortis Comitis Henrici, & hoc est de mente *Bal. ibi*, licet ignorauerit *Cōstit. Regn.* & q̄ in omni casu de iure cōni feodorū masculus remotior præferatur feminae proximiori, stante iure Francorū, s. quando masculus præfertur feminae, est *conf. solemne Io. Cald. in tit. de feud. q̄ incipit Concessū est feudū vni, & c. & est conf. 13.* & pro certo opinio DD. Italiæ, quæ est, q̄ Comes Henricus decesserit**

ab intestato, est falsa, sicut Iudas Scario, vt factis dixi supra, quæ si vera esset, non proficeret D. Ioannæ de Bardaxi, cū ab intestato veniant omnes de Militelli ex persona eius aui D. Antonij Barresij, exclusa matertera, vt dictū est, ex qua descendit D. Ioanna. Inrepede ergo, & firmitèr est dicendū, q̄ stante *Const.* seu aliqua cōuentione, q̄ masculus feudatarij præferatur feminae, vel deficientibus masculis succedant feminae, vel primò succedat masculi, & his deficientibus feminae, vel q̄ masculus præferatur feminae, dictis casibus de iure cōni feodorū posset dici, q̄ si matertera proximior in gradu, et si successisset, per superuenientē masculū remotiorē excluderetur, & ita tenet in *d. c. 1. And. de Iser. q̄ limitat esse verū in d. casu, secundū Cōst. In aliquibus*, quando non successisset matertera, & tēpore, quo agitur de successione feudi nepos, & matertera concurrebant, & tunc masculus præfertur feminae, si autē semel successisset femina, per superuenientē exindē masculū non foret exclusa, ex quo semel feudū fecerat trāsītū ad eā, vel ad eius lineā, & hoc est et, q̄ dicit *Iacob. de Belu. in d. c. 1. ibi, & hoc videtur equius, quod remaneat apud eam, ex quo feudum semel fecerat transitum ad eam.*

Si ergo agimus de successione feodorū tēpore, quo ad femina nō trāsierat, meritō masculus excludit eā, licet remotior, nec obstat *d. Const. Si aliquē*, quæ licet loquatur, quādo masculus, & femina sunt in pari gradu, & velit, d. casu masculū præferri feminae, tamen quando sunt disparēs in gradu, prædicta femina proximior masculo, nil disponit *d. Const.* & in ea hic casus est omissus, remanet ergo in dispositione iuris, & habetur pro omisso. *l. si extraneus. ff. de cond. ob causā, & ibi not. l. cōmod. ff. de lib. & posth. l. si cū dotem. in princ. ff. sol. matr.* sed de iure est in feudis, & de natura ipsorū est, quando defunctus decedit ab intestato, masculus præfertur feminae, et remotior, vt dictū est plenè supra, igitur, & c.

10 Nec obstat, q̄ dicitur iure Romanorū, q̄ non solū descendēs, sed et transuersales succedūt, salua gradus prerogatiua, quæ respōdetur, q̄ in succedēdo nō fit differentia sexus, vt patet per supra dicta, & ad hoc facit, q̄ in simili dicimus, q̄ 13. proximiores in gradu debeant in succedēdo præferri, tamē liberi, & nepotes, qui sunt in tertio gradu præferuntur patri, qui est proximior in gradu, quia est in primo, vt *Inst. de succ. que ab intest. §. 1. cū simil.* & q̄ masculus licet descendēs ex femina, et remotior in gradu præferatur feminae, licet proximiori, quando viget lex, q̄ masculus præferatur feminae, iudicauerūt illi nouem DD. celeberrimi de Regnis Domus Aragoniæ per vias rationes, & optima intrā, vbi tractabāt de successione transuersalium.

Christoforus de Benedictis.

Nolui exemplare totū *conf.* quia tēdebat ad respondēdū motiui *Alex. Bald. Nouel. et Corn.* circa substitutionē secundū testamētū Comitis Henrici, hoc tamē Capitulū volui exemplare, quia tangit intellectum *cap. Si aliquem.*

Io. Angetus Pisanellus



I N D E X
R E R V M , E T V E R B O R V M
O M N I V M ,
 Quæ in hoc secundo Libro Resolutionum
 Quotidianarum continentur,
 Alphabetico ordine digestus.



A

Abbas. Abbatissa.
Abbas nullius diœcesis an possit in loco suæ iurisdictionis examinare notarios Regios, prout possunt Episcopi, et quid in Regno. c. 1. n. 1. et 4. fol. 2
Abbas exemptus sub nomine Episcopi cõprehenditur. ibi. n. 3.
Abbatissa in Italia triennio munus suum exercet, & non ultra. cap. 2 nu. 1. 3
Abbatissa in qua astate eligi debet, cap. 144. num. 8. fol. 429

Abiuratio.
Abiuratio quid sit, & quid operetur. c. 5. n. 7. 8

Absentia.
Absentia à loco iudicij an præbeat instam causam uxori insequenti virum ex causa Reipublica petendi restitutionem in integrum, ex clausula generali aduersus sententiam, cap. 249. num. 1. fol. 702

Absolutio.
Absolutio à iuramento necessaria non est ubi in contractu enormissima læsio interuenit, cap.



136. num. 12. & 13. 411

Acceptatio.
Acceptatio donatarij an requiratur, vt donatio fiat irrevocabilis. c. 70. n. 12. 222

Accessorium.
Accessoria contractus, reuocato contractu an corruant. c. 83. n. 3. & 10. 255

Accusatio.
Accusatio in crimine repetundarum debet intra annum proponi, & intra quinquennium in peculatu. c. 244 n. 15. 692
Accusatus de hæresi, & demum ad perpetuum aânatus carcerem, num per procuratorem possit debitores suos in ius vocare. c. 5. nu. 1. 4. 6. 10. 11. & 15. 7

Acquisitio.
Acquisitum ex re communi per gerentem commune negotium, utriusque quaritur. c. 38. nu. 19. fol. 117

Actio.
Actio ad rem immobilẽ, loco rei immobilis habetur. c. 27. n. 5. 85
Actio, qua competit pro retractu an sit realis, vel personalis in rem scripta. c. 44. n. 4. 235
Actio est instituenda coram illo Iudice, qui est

I N D E X

- competens illius, contra quem instituitur. c. 44. nu. 48. 143
- Actio realis an institui possit super feudo, quod non est specialiter obligatum.* c. 139. n. 5. et 24. f. 416.
- Actio ad legatum consequendum datur contra heredem testatoris legantis.* c. 218. n. 11. 636
- Actionum species, si diuersa se offerunt, & dubitetur, quae actio actori competat, pro declaratione Iudicis arbitrio remittitur.* cap. 106. nu. 11. fol. 321
- Actor.**
- Actor quisnam dicatur in iudicio iactantia.* cap. 6. nu. 1. 3. 4. & 5. 11
- Actorum Magister.**
- Actorum Magister quis esse possit in propria patria.* c. 149. n. 7. 449
- Vide Magister actorum.*
- Actus.**
- Actus, siue contractus extra iudicium nullus consideratur, ex quo efficitur quis reus, ita, & taliter, ut non possit esse actor.* c. 44. num. 49. 143
- Actus prohibitus in territorio, si fraudulenter fieret extra, habetur, ac si in Civitate factus esset.* c. 118. nu. 12. 357
- Actus inter viuas dicitur irrenocabilis.* cap. 150. num. 7. 441
- Actus possessionis quando praesumuntur facti iure familiaritatis.* c. 219. n. 13. 640
- Actum faciens in articulo mortis, per quem prauidicium fit tertio, nullam producit effectum.* c. 138. nu. 4. 413
- Adiudicatio.**
- Adiudicatio bonorum executorum est facienda creditori iuxta appetitum, nisi alius maius offerat pretium.* c. 41. n. 2. 128
- Adiudicatio bonorum debitoris quomodo est facienda creditori, si bona illa longè excedant importanciam debiti.* ibid. n. 7.
- Administrator.**
- Administrator bonorum alicuius, qui in rationibus reddendis morosus extitit an teneatur saluere interesse illius quantitatis, in qua rationibus calculatis debitor apparet.* cap. 110. num. 2. 3. & 7. 327
- Administratores bonorum alicuius, qui rationem de administratis certo tempore reddere tenentur, à pœna excusantur, si statuto tempore computa praesentant.* ibid. n. 5. 328
- Aduocatus.**
- Aduocatus an possit cogi ad suscipiendum officium Consiliarij.* c. 8. n. 30. 19
- Aduocatus an possit esse testis pro cliente, & quid si fuerit requisitus ab aduersarijs ad deponendum contra clientem, et quid in sollicitatore.* cap. 9. nu. 1. 3. 4. & 5. 21
- Aduocatus pauperum an possit interuenire tempore, quo causas, quas defendit Iudices, dant.* cap. 10. num. 1. 3. 4. 14. & 15. 23
- Aduocatus Fiscalis M. C. antiquitus non interueniebat tempore, quo cause fiscales decidebantur.* ibid. nu. 6.
- Aduocatus an possit tuta conscientia patrocinari contra debitoris heredem, ex quo inventarium non fecit, si constat, heredem illum bona hereditaria non subtraxisse.* c. 11. n. 1. & 4. 25
- Aduocatus an peccet mortaliter defendens causam iniustam, ex quo cliens ei dedit, pro certo scire Iudicem pro ipso pronunciatum.* c. 12. nu. 1. & seq. 26
- Aduocatus an in foro conscientia teneatur restituere clienti mercedem pro futuro patrocinio acceptam, si cliens patrocinium demum non exquisiuit.* c. 13. n. 1. 27
- Aduocatus si in progressu litis agnoscens, clientem malam habere causam, tutelam deseruerit, an tuta conscientia salarium acceptum retinere possit, & quid si in morbum inciderit.* ibid. num. 3. fol. 28
- Aduocatus, qui à multis quotannis recepit salarium, si contingerit inter hos clientes litem oriri, an possit vnum contra alium defendere.* cap. 14. nu. 1. & 4. 28
- Aduocatus, cui à cliente fuit constitutum certum annuum salarium, an tuta conscientia illud exigere possit, si cliens nullas habuit lites.* cap. 15. num. 1. 39
- Aduocatus an possit manus petere salarium, quam illud conuentum, si cliens plures lites habuit, quarum respectu salarium constitutum dicitur exiguum.* ibid. nu. 2.
- Æconomus.**
- Æconomi Ecclesiarum num ad nutum possint eicere presbyteros, ibi ad sacraministrandum deputatos.* c. 201. n. 1. & 4. 593
- Æqualitas.**
- Æqualitas in iudicijs est seruanda.* c. 10. n. 8. 24
- Affiliatus.**
- Affiliatus in Constit. In aliquibus, nu. 20. & seq. legitur fuit de successione bonorum feudaliu.* c. 210. n. 8. 613
- Agnatio. Agnatus.**
- Agnata remotior an excludat proximiores agnatos, testatoris agnatione vocata.* c. 222. nu. 3. & 4. 648
- Agnationis ratio à testatore considerata restringitur ad gradum expressum.* c. 89. n. 6. 274
- Agnationis conseruanda ratio, quae consideratur ab aliquibus, in iure retractus reuocatur.* cap. 116. nu. 41. 348
- Agnatus in Civitate Neapolitana an possit in possessionem petere super medietate bonorum antiquorum, extraneis vniuersali instituto herede.* cap. 57. nu. 2. 150
- Agnatus dicitur ab intestato heres medietatis bonorum*

| | |
|---|--|
| <p><i>norum antiquorum. ibid. n. 3. & 5.</i></p> <p>Agnatus non potest possessionem medietatis bonorum antiquorum propria auctoritate, lite super illis pendente capere. ibid. n. 7. 191</p> <p>Agnatus praefertur extraneo in venditione feudi ex pacto antiquo, secus autem in feudo ex pacto nouo, vel hereditario antiquo. c. 116. nu. 2. 3. et 6. 340</p> <p>Agnatus proximior quando venditioni de feudo facta assentit, cessat prelatio. ibid. n. 9. 342</p> <p>Agnatus proximior praefertur, quando feudatarius vendit extraneo feudum. cap. 117. num. 4. fol. 351</p> <p>Agnatus an excludat filiam renunciantem a patris sui intestati successione. c. 189. n. 23. 531</p> <p style="text-align: center;">Alienatio.</p> <p>Alienans bona alienari prohibita potest alienationem reuocare, & contra factum proprium venire. c. 18. n. 60. 51</p> <p>Alienare, id est dictio, alienare, quomodo interpretanda. c. 27. n. 2. 84</p> <p>Alienari prohibitum si semel alienetur, alienabile efficitur. c. 209. n. 2. 611</p> <p>Alienatio bonorum pupilli debet fieri cum tutoris auctoritate, alioquin non tenet. cap. 18. n. 9. fol. 39</p> <p>Alienatio praedij pupillaris maioris valoris, qua sit as alienum nulla est. ibid. n. 32. 44</p> <p>Alienationis appellatione an veniat seruitutis impositio, & usufructus constitutio. c. 30. n. 6. 11. & 17. 101</p> <p>Alienationis prohibitio regulatur iuxta terminos fideicommissi praecedentis. c. 89. n. 7. 274</p> <p>Alienatione feudi prohibita an locatio vetita intelligatur. c. 31. n. 8. & 9. 105</p> <p>Alienatione permessa intelligitur, ut fieri possit tam inter vivos, quam in ultima voluntate. c. 189. n. 69. 540</p> <p style="text-align: center;">Alimenta.</p> <p>Alimenta an possint relinqui damnato ad perpetuos carceres. c. 5. n. 19. 10</p> <p style="text-align: center;">Allodium.</p> <p>Allodiale patrimonium non est separatum a patrimonio feudali, cui est annexa hereditaria qualitas. c. 45. n. 33. 153</p> <p style="text-align: center;">Alternatiua.</p> <p>Alternatiua promissa rerum duarum vna adimpleta, an in alia obligatio remaneat. cap. 65. num. 9. 207</p> <p>Alternatiuarum electio cuius est, debitoris ne, vel creditoris. ibid. n. 2. 4. & 5. 205</p> <p style="text-align: center;">Andr. Fachincus.</p> <p>Andrez Fachin. sententia in cons. 64. num. 15. ab aliquorum oppositionibus defenditur. c. 116 n. 26. & 29. 345</p> <p style="text-align: center;">Annui introitus.</p> <p>Annui introitus super arrendamentis an dicantur</p> | <p>de districtu Neap. cap. 208. num. 4. 607</p> <p style="text-align: center;">Anulus.</p> <p>Anulus sponsalitijs a sponso sponsae traditus an censeatur donatus. c. 71. n. 20. & 21. 226</p> <p style="text-align: center;">Antephatum.</p> <p>Antephatum causam continet lucrativam, dos vero onerosam. c. 19. n. 18. 57</p> <p>Antephatum per uxorem rebellis lucratum, ad quem ex defuncta spectat. c. 22. n. 1. 2. 3. & 27. fol. 71</p> <p>Antephatum in Ciuitate Neap. spectat ad filios, & haeredes patris. ibid. n. 10. & 12. 72</p> <p>Antephatum per secundam uxorem lucratum in Ciuit. Neap. acquiritur filijs, tam primi, quam secundi matrimonij. ibid. n. 20. 74</p> <p>Antephatum potest peti per mulierem mortuo viro, vel in pecunia, vel ut haeres correspondeat. ibid. num. 22.</p> <p>Antephatum, siue quarta an differat a donatione propter nuptias. ibid. n. 22.</p> <p>Antephatum quomodo nuncupetur modo in effectu donatio est. c. 23. n. 1. 76</p> <p>Antephatum acquiritur filijs, uti filijs, non uti haeredibus. ibid. n. 2.</p> <p>Datur cautela, qua mediante Neap. filij succedunt in antephatu, ut filij, non ut haeredes. ibid. num. 3.</p> <p>Antephatum, quod secunda coniux lucrata est, an solui debeat a filijs huius secundi matrimonij. ibid. n. 13. 78</p> <p>Antephatum ut debeatur per mortem viri mulieri, qua concurrere debeant. c. 24. n. 1. 79</p> <p>Antephatum an debeatur mulieri, qua dotem non soluit, si illud constitutum apparet propter dotem recipiendam, & ob alias causas. ibid. n. 2. usque ad 8.</p> <p>Antephatum si fuerit constitutum minus, quam est in Reg. Pragm. taxatum soluto matrimonio an possit peti secundum taxam in Reg. Pragm. contentam. ibid. n. 9. 80</p> <p>Antephatum quando dicatur lucratum per mulierem pleno iure, & quando quoad usufructum tantum, & quid assento nouissimo iure Regni. c. 25. n. 1. & 2. 81</p> <p>Antephatum an possit peti a muliere in pecunia contanti, si haeres vsuras singulis annis soluere se offerat. ibid. n. 3. 4. 5. 7. 9. & 10.</p> <p>Antephatum an debeatur mulieri non obstante, quod dos soluta non fuit, stante quod maritus dotem a socero recepisse confessus est, interueniente demum mutui contractu. c. 140. nu. 15. fol. 424</p> <p>Antephati constitutio qua sit Neap. cap. 22. n. 18. fol. 73</p> <p>Antephati proprietates donec vivit vxor non est in dispositione, propter futurum euentum. ibid. nu. 21. & 26. 74</p> |
|---|--|

I N D E X:

| | |
|---|---|
| <p><i>Antephatō per matrem lucrato an filij ex secundo matrimonio succedant. cap. 23. num. 11. & 12 fol.</i> 78</p> <p style="text-align: center;">Apoca.</p> <p><i>Apoca scripta Banco, ut Titia soluat mille, quae à Caia debentur, pecunia in banco non reperitur, an scribens remaneat obligatus. cap. 25. num. 1. 3. 4. & 5.</i> 82</p> <p style="text-align: center;">Appellatio.</p> <p><i>Appellans à sententia Papae ad Iudicem seculare est excommunicatus. c. 112. n. 9.</i> 332</p> <p><i>Appellare an liceat à decreto Portulani ad Iudicem secundarum causarum. cap. 39. nu. 1. & 3. fol.</i> 123</p> <p><i>Appellari non potest à sententijs Praefecti Pratorio antequam illa exequantur. c. 178. n. 1.</i> 503</p> <p><i>Appellari an possit à sententia Arbitri. cap. 180. num. 5.</i> 508</p> <p><i>Appellatio admittitur à comminata tortura. c. 10. num. 13.</i> 24</p> <p><i>Appellatio à decretis, quae proferuntur à Baiulis locorum, num interponi possit ad Barones, siue eorum Capitaneos. c. 39. n. 2.</i> 123</p> <p><i>Appellatio habetur pro non interposita, quando fatalia sunt elapsa. c. 79. n. 4. & 8.</i> 244</p> <p><i>Appellatio à laudo Arbitrorum an admittenda sit priusquam pœna in compromisso adiecta solvatur. c. 180. n. 6.</i> 508</p> <p><i>Appellatio num suspendat Iudicis inferioris sententiam. c. 200. n. 2.</i> 589</p> <p><i>Appellationis instantia non currit factio inter litigantes compromisso. c. 79. n. 10.</i> 245</p> <p><i>Appellationi an possit pacto renunciari. c. 119. num. 5.</i> 358</p> <p><i>Appellatione filiorum an veniant femina. c. 68. num. 3. & 18.</i> 212</p> <p><i>Appellatione fratris venit soror. c. 209. n. 3.</i> 611</p> <p><i>Appellatione successoris in dubio non veniunt, nisi uniuersales. c. 159. n. 8.</i> 454</p> <p style="text-align: center;">Aquiliana.</p> <p><i>Aquiliana stipulatio in contractu renunciationis restringitur ad fauorem personarum, in renunciatione contemplatarum. c. 190. n. 40.</i> 556</p> <p style="text-align: center;">Arbiter. Arbitrator.</p> <p><i>Arbiter expirato compromisso an possit esse testis in causa alias sibi compromissa. c. 9. n. 7.</i> 22</p> <p><i>Arbitrator quis dicatur. c. 180. n. 3.</i> 508</p> <p style="text-align: center;">Argumentum.</p> <p><i>Argumentum de feudo ad fideicommissum validum est. c. 89. n. 9.</i> 274</p> <p><i>Argumentum de feudo ad officium validum est. c. 148. n. 7. & 8.</i> 437</p> <p><i>Argumentum de maiori ad minus non valet. cap. 206. n. 5.</i> 601</p> <p><i>Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est. c. 138. n. 3.</i> 413</p> | <p style="text-align: center;">Assensus.</p> <p><i>Assensus non requiritur, quando creditor super feudo vult illud ab onere census liberare, cap. 21. num. 41.</i> 69</p> <p><i>Assensus Apostolicus an requiratur, quando Ecclesia in alium vult transferre, siue cedere iura sua. c. 27. n. 1. & 6.</i> 84</p> <p><i>Assensus Apostolicus an requiratur, quando Ecclesia vult in alium transferre hypotheecam, quam super alieno praedio habet acquisitam. ibid. n. 3. & 4.</i> 85</p> <p><i>Assensus Apostolicus an requiratur, quoties Ecclesia bona sua generaliter alicui obligaret occasione emptionis alicuius rei per ipsam facta. ibid. n. 7. & 8.</i></p> <p><i>Assensus Apostolicus an requiratur, quando proceditur ad venditionem bonorum Ecclesia pro satisfaciendo creditori, qui absque assensu habet bona illa obligata. ibid. num. 10. 11. 12. 15. & 16.</i> 86</p> <p><i>Assensus Apostolicus an requiratur, quando Ecclesia vult conuertere in emptionem bonorum, stabulum pecuniam, quam habet constitutam in proprietate. ibid. n. 13.</i></p> <p><i>Assensus Regius habetur pro prestito super feudorum obligationibus, quae fiunt à viris pro restitutione dotium mulierum Neapolitanarum, sed quid si bona feudalia fuissent à viro quesita post mortem uxoris. cap. 28. num. 1. et 2. ratio dubitandi, quae ibid. num. 3. resoluitur dubium. ibid. num. 4. 5. & 7. quod etiam habet locum in mulieris herede.</i> 88</p> <p><i>Assensus tacitus intelligitur praestitus instrumento dotali. ibid. n. 6.</i> 89</p> <p><i>Assensus tacitus concessus instrumento dotali an sit subsidiarius in defectum bonorum allodialium. ibid. n. 10. & 11.</i> 90</p> <p><i>Assensus tacitus an intelligatur praestitus super bonis feudalibus viri. ibid. n. 12.</i></p> <p><i>Assensus tacitus an procedat, quando dos fuit tantum confessata. ibid. n. 13.</i></p> <p><i>Assensus tacitus an prosit mulieribus Neapolitanis. ibid. n. 14.</i></p> <p><i>Assensus tacitus an extēdatur ad bona soceri uxoris, & ad bona soceri mariti. ibid. nu. 15. & 16. fol.</i> 91</p> <p><i>Assensus tacitus an intelligatur praestitus in casu, quo obligans feudum legitimo caret successore, & an praestitus intelligatur, quando non fuit in capitulis matrimonialibus reseruatus. ibi. n. 17.</i></p> <p><i>Assensus tacitus an intelligatur praestitus donationibus contemplatione matrimonij factis in capitulis matrimonialibus. ibid. n. 18.</i></p> <p><i>Assensus tacitus an suum sortiatur effectum super bonis feudalibus tacite obligatis. ibid. num. 19. 25. & 26. & quid si in capitulis matrimonialibus fuerit conuentum, ut stipularetur instrumē-</i></p> |
|---|---|

| | |
|---|-----|
| tum dotale ad consilium sapientis. <i>ibid.</i> à n. 20. vsque ad 24. | |
| <i>Assensus Regius an sit concedendus donationi facta à patre filio secundogenito de feudo, primo contradicente.</i> c. 29. num. 1. 3. 5. 6. 7. 9. & 23. fol. | 95 |
| <i>Assensus Regius impetratus super donatione feudi facta à patre filio secundogenito, an sit subreptitius, dum de primogenito nulla fuit facta mentio.</i> <i>ibid.</i> n. 4. | 95 |
| <i>Assensus an possit præstari à Prorege, si pater vult heredem facere secundogenitum in feudo.</i> <i>ibid.</i> num. 10. | 95 |
| <i>Assensus domini an requiratur, si feudatarius super feudo vellet seruitutem imponere.</i> c. 30. num. 1. cum seqq. | 100 |
| <i>Assensus an requiratur, si feudatarius, & emphyteuta velint vsufructum constituere.</i> <i>ibid.</i> n. 9. & 15. | 101 |
| <i>Assensus an requiratur in communiione herbagiorum per duas Vniuersitates faciendâ.</i> <i>ibid.</i> n. 13. & 14. | 102 |
| <i>Ponderatur Cap Regni Pondus æquum.</i> <i>ibid.</i> | |
| <i>Assensus domini non requiratur in alienatione feudi, quando per alienationem ipsius domini conditio melior sit.</i> <i>ibid.</i> n. 23. | 104 |
| <i>Assensus an requiratur, si feudatarius voluerit terras de dominio feudi parum vtilis alicui concedere.</i> <i>ibid.</i> n. 24. | |
| <i>Assensus an requiratur in alienatione faciendâ feudi à vasallo in conuasallum, & quid in pluribus emphyteutis, an possint inter se ipsos emphyteusim alienare.</i> <i>ibid.</i> n. 26. | |
| <i>Assensus Regius an de iure requiratur in locatione feudi, cum iurisdictione, & vasallis.</i> c. 31. num. 1. 6. 7. 10. 12. 15. & 16. | 105 |
| <i>Assensus domini cur requiratur in venditione bonorum feudaliû.</i> <i>ibid.</i> n. 14. | 106 |
| <i>Assensus an requiratur in locatione officiorum, que in Regno dicuntur de Regalibus.</i> <i>ibid.</i> n. 17. fol. | 107 |
| <i>Assensus Regius an præstari possit à Proregibus super alienatione, vel obligatione feudorum, qua titulo aliquo decorata sunt.</i> c. 32. n. 1. | 107 |
| <i>Assensus præstitus à Proregibus Regni ante annu 1561. super obligationibus omnium feudorum debitoris obligantis, exceptis feudis titulatis, an prosit etiam quoad feuda titulata, stante gratia à Rege concessa, de qua in pragmat. 17. sub tit. de feud.</i> <i>ibid.</i> à num. 2. vsq; ad 9 | |
| <i>Assensus Regius an possit impetrari super obligatione bonorum feudaliû post feudatarij, obligantis decoctionem.</i> cap. 33. num. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. | 109 |
| <i>Assensus Regius an possit impetrari super contractu defuncti, absque nouo heredis consensu.</i> <i>ibidem</i> num. 6. | |
| <i>Assensus à Rege præstitus contractui alienationis rei feudalis, considerat tantum personam, que feudum acquirit, non autem illum, cuius cõtemplatione, & pecunia feudum emitur.</i> c. 38. n. 16. fol. | 117 |
| <i>Assensus est stricti iuris, ac proinde extensionem aliquam non recipit.</i> <i>ibid.</i> n. 21. | 118 |
| <i>Assensus Regius requiritur in cessione actionis ad feudalia.</i> c. 61. n. 4. | 200 |
| <i>Assensus domini requiritur in constitutione fideicommissi super feudis.</i> c. 90. n. 3. | 276 |
| <i>Assensus Regius per quod nam tempus præsumatur.</i> c. 115. n. 14. | 337 |
| <i>Assensus præstitus super obligatione bonorum feudaliû pro dote an censeatur præstitus pro illius interesse.</i> c. 166. n. 26. & 34 | 475 |
| <i>Assensus non operatur, nisi ex nunc, non ve ex tunc.</i> c. 182. n. 10. | 511 |
| <i>Assensus impetrari potest super contractu venditionis feudi post mortem emptoris, viuo venditore, accedente heredis consensu, vel approbatio, vel dispositio.</i> <i>ibid.</i> n. 15. | 512 |
| <i>Assensus Regis impetratus super renunciatione bonorum feudaliû an operetur, vt intelligatur facta renunciatio in manibus domini.</i> cap. 189. n. 50. 57. & seq. | 537 |
| <i>Assensus Regis si impetratur super contractu, que contrahentes sine illo perficere possunt, habetur, ac si non esset impetratus.</i> <i>ibid.</i> n. 52. | 538 |
| <i>Assensus an possit per testes probari.</i> c. 231. num. 4. fol. | 663 |
| <i>Assensu domini deficiente feudum neque diminui, neque commutari potest.</i> c. 30. n. 3. | 109 |
| Attentata. | |
| <i>Attentare non dicitur, qui possessionem continuat.</i> c. 204. n. 11. | 598 |
| <i>Attentatorum iudicium non impedit causam principalem super remedio retinendâ possessionis intentatum.</i> <i>ibid.</i> n. 10. | |
| Augmentum. | |
| <i>Augmentum, quod in feudo reperitur, spectat ad heredem in allodio, tam si aperitur domino, quam si in illo succedit agnatus.</i> c. 21. num. 25. 26. sed an idem dicendum sit de augmento factò à vasallo, feudum ab aliquo onere liberando. <i>ibid.</i> n. 27. 30. 31. 34. 35. & 38. | 65 |
| <i>Augmentum pensionis an locatori debeat ob maximam fertilitatem.</i> c. 186. n. 5. | 517 |
| Authoritas. | |
| <i>Authoritas Iudicis an suppleat defectum tutoris, vel curatoris.</i> c. 137. n. 2. | 412 |
| Auus. | |
| <i>Auus, et Auia insimul cum nepotibus, nepoti prædefuncto an succedant.</i> c. 190. n. 13. | 551 |

B

Bannum Bannitus.

- B** Anno emanato, ut omnes assassini exfractent, illi dumtaxat includuntur, qui per sententiam inculpati sunt. c. 232. n. 5. 664
- Bannitus à Principe restitutus an recuperet bona proximioribus quaesita. cap. 46. num. 15 & 16. fol. 162
- Bannitus à Principe restitutus bona recuperat. c. 185. n. 2. 516

Baro.

- Baro an teneatur solvere collectam pro animalibus, quæ in territorijs feudalibus pasua sumunt. c. 35. nu. 1. 2. 3. 110
- Baro, vasallo pro se laborante, quomodo salarium de iure Regni prestare debet. cap. 37. n. 1. & 2. fol. 112
- Baro an possit cogere vasallum ad servitia prestandum alteri. ibid. n. 3. 5. & 7. 113
- Baro an possit cogere vasallum ad serviendum pro mercantia. ibid. num. 9.
- Baro potest cogere subditos, ut prius terras suas, quam aliorum colant. ibid. n. 10. 114
- Baro non nisi semel tenetur salarium per pragmat. solvere. ibid. n. 11.
- Baro quis non efficitur ex simplici tenuta, quam consequitur fendi. c. 38. n. 26. 119
- Baro an extra proprium territorium valeat in subditos suos iurisdictionem exercere. cap. 115. num. 1. 335
- Baro an possit esse quis unius territorij, & alter in illo habere iurisdictionem. ibid. n. 2. & 6. 336
- Baro si mandaverit, solui provisionem Officiali suo ex prouentibus iurisdictionis, si contingerit, in illo anno, nullos, vel paucos fieri prouentus, an ex alijs introitibus supplere teneatur. cap. 124. num. 11. 371
- Baro praefertur extraneo in emptione fructuum, qui à fundo percipiuntur, sed quid in alijs. cap. 161. nu. 9. 459
- Baro an possit exigere de plantatis, sicut exigebat de seminatis. c. 213. n. 7. 9. 10. 11. & 12. 621
- Barones in Regno dicuntur Iudices ordinarij vasallorum. c. 31. n. 11. 106
- Barones Regni multa habent privilegia aduersus vasallos burgenses, & precipue illa, quæ continentur in Const. Quamplurimum; sed an eisdem privilegijs potiantur illi, qui sub alterius nomine, propria tamen pecunia feuda emere precurant, & cum solita recognitione, et cat. cap. 38. à n. 1. usque ad 39. 115
- Barones dicuntur habere iurisdictionem à Rege, quia iurisdictionis est de Regalibus. cap. 81. nu. 13. fol. 249
- Barones prius temporibus nullam habebant iurisdictionem. cap. 115. num. 4. 336

- Barones ius prohibendi, quod habent, ne vasalli ad alia molendina, furnos, ac tapeta accedant, quam ipsorum Baronum, an procedat, quando vasalli accederent extra territorium. cap. 118. n. 2. 3. & 4. 355
- Barones ius prohibendi, quod habet in molendinis, furnis, ac tapetis, tangit personas vasallorum, illorumque ossibus affixum dicitur. ibid. nu. 6. fol. 356
- Barones an possint noua Castra edificare, & antiqua reficere. c. 214. n. 7. 622

Beneficium.

- Beneficium inuentarij Florentinis non suffragatur. c. 96. n. 17. 297
- Beneficium tenuissimum quod dicatur, remissum. c. 153. n. 8. 446
- Beneficium est stipendium militia clericalis. cap. 215. n. 10. 624
- Beneficium à iure indulium non est alieni auferendum. c. 224. n. 2. 650
- Beneficij renunciatio ut valida iudicetur, quæ requirantur. c. 50. n. 3. et 7. 172
- Beneficij collatio ubi nulla fuerit, nùm personis reservatio super eodem beneficio facta, nulla quoque censenda sit. c. 171. n. 13. et 14. 490
- Beneficij collatio facta à Vicario Episcopi reuocata an valida sit. c. 174. n. 5. 496
- Beneficia plura habere non est contra ius. cap. 40. num. 3. 124
- Beneficia absque vlla defalcatione sunt conferenda. c. 171. n. 8. 489
- Beneficia nùm concedantur personis privilegiatis asserentibus, se lasas in probationibus circa exceptionem fori declinatoriam. c. 198. num. 4. et 11. 587

Bona.

- Bona fideicommissio subiecta possunt pro dote, & donatione propter nuptias in subsidium alienari, sed an principaliter, ubi testator fideicommissum mittens disposuit, ut pro dote alienari possint. c. 16. à n. 1. usque ad 6. & à 10. usque ad 13. 30
- Bona fideicommissio subiecta possunt in subsidium alienari pro dote constituenda, vel restituenda, etiam si in contrarium adesset testatoris dispositio, & quid pro expensis, quæ ut perficiatur matrimonium necessariae sunt. ibid. n. 7. & c. 17 à n. 1. usque ad 8. 33
- Bona emptæ ex pecunia redacta ex uenditione rei fideicommissio subiectæ, censentur subrogata loco fideicommissi. c. 18. n. 1. 37
- Bona pupillorum non possunt uendi, nisi seruatis de iure seruandis. ibid. n. 8. 39
- Bona pupilli non possunt uendi, nisi causa cognitione præcedente, & in quibus causa cognitio consistat. ibid. n. 25. 26. et 27. 42
- Bona minorum antequam uendantur debent per

viginti dies sub hac potest. nec huic solemnitati renunciari potest. ibid. n. 28. & 29. 43
Bona minorum non possunt vendi pro satisfactione creditoribus, nisi illis argentiis, nec alia causa inueniri potest ad inspicendam venditionem praediorum pupillorum, ad huc si pupilli vilitate adesse. ibid. n. 30. & 31.
Bona fideicommissa subiecta ut vendi possint, qua requirantur. ibid. n. 34. 44
Bona minorum si nulliter alienata iudicantur, debent restitui vna cum fructibus, idemque in bonis Ecclesiasticis. ibid. n. 68. 70. & 72. 53
Bona fideicommissa subiecta possunt pro consuetudine, siue restituenda dote alienari, sed an privilegium hoc transeat in mulieris cessonarium. cap. 19. n. 1. & 6. ad 6. 54
Bona stabilia in Regno Neap. pro cento pretio venduntur, & quomodo solvantur. c. 20. n. 1. 59
Bona immobilia debitoris ut legitime vendi possint, requiritur, ut precedat illorum appretium, & quid in mobilibus. cap. 41. n. 1. 3. 4. 5. & 6. fol. 127
Bona clerici ad quorum titulum sacris insignitur est, si de sacro hypotheca submissa reperiantur, an clerico defuncto possit creditor super illis reuersum habere. c. 48. n. 5. 7. & 11. 170
Bona fideicommissa conditionali obnoxia an quousque perficeretur conditio valide alienari possint. c. 90. n. 1. 9. & 10. 275
Bona acquisita a Religioso propter culpam a Religione eiecto cuius sunt. c. 195. n. 11. 575
Bona parafernalia mulieris qua sunt, & an in illis vir habeat administrationem. cap. 237. num. 5. fol. 678
Bona viri sunt tacite obligata uxori pro administratione bonorum parafernaliu. ibid. n. 6. 679
Bona delicta nam constante matrimonio exequi possunt pro delicto uxoris. ibid. n. 10. 679
Bonorum executorum adiudicatio est facienda creditori iuxta appretium, nisi iustus maior offerat pretium. c. 41. n. 2. 128
Bonorum debitoris ad iudicatio quomodo est facienda creditori, si bona illa longe excedant importantiam crediti. ibid. n. 7. 128
Bona delinquentis confiscatis qua fideicommissa subiecta sunt, fideicommissariis restituantur. cap. 18. n. 2. & 3. 37
Bulla
Bulla Sanctae memoriae Pij V. super constitutione census in Regno Neap. accepta non est. cap. 20. n. 10. fol. 60. & c. 163. n. 5. 467
Bulla Pij V. contra sodomitas an habeat locum contra bestialitatis crimen committentem. cap. 206. num. 7. 602

Canonicatus. Canonicus.
Canonicatum an quis possit habere in Ecclesia collegiata, & insimul in plebe rurali simplex alere. c. 40. n. 2. 124
Canonicus receptus ultra numerum an gaudeat iuribus canonicis. c. 113. n. 5. 333
Capellanus.
Capellanus an ab Episcopo cogi possit ad residendum in simplici beneficio. c. 40. n. 4. 124
Capellani electi pro missis celebrandis est de praecipuis iuribus administratoris. c. 120. num. 5. fol. 361
Capitulum.
Capitulum sede vacante an possit conferre beneficia, ad Praelati collationem spectantia. cap. 42. num. 1. & 8. 129
Capitulum Regni.
Capitulum Regni. Ponderus equum ponderatur. c. 30. num. 13. 102
Captatoria.
Captatoria voluntas an favore pia causa substitueatur. c. 22. n. 4. 5. et 6. 647
Captivitas.
Captivitatis tempus an miliei connumeretur. cap. 135. n. 6. 408
Carolus V.
Carolus V. Imperator ingressus fuit Civit. Neap. die 25. Nouembr. ann. 1535. c. 37. n. 4. 113
Castrum.
Castrum dirutum an vasallus reficere valeat, ad Regis licentia. c. 214. n. 6. 622
Causa.
Causa privilegij cessante, cessat ipsum privilegium, factum quando privilegium effectum consummatum produxerit. c. 49. n. 3. et 6. 171
Causa iusta litigandi, dum excusatus a mora, excusatur etiam ab interesse. c. 109. n. 6. 326
Causa iusta litigandi qua sit. ibid. n. 11. 327
Causa fauoris libertatis testandi an cesset, quando filia renunciauit successione ab intestato. cap. 189. n. 26. 532
Causa testasi facit cessare causam intestati. c. 219. n. 14. 640
Causa amissio inducitur per falsitatem in beneficiis. c. 78. n. 10. 242
Causa enumerantur, propter quas parentes solent a filiabus recipere renunciationes. cap. 189. n. 9. fol. 527
Causa feudales an agitari possint cum procuratore, qui uniuersale habet mandatum ad omnes causas. c. 139. n. 27. 410
Cautela.
Cautela traditur pro reddenda valida obligatione ciuium particularium, qui pro vniuersitate

| | | | | |
|---|-----|---|--------|-----|
| <i>se obligant, cap. 39. num. 10.</i> | 197 | <i>Citatio per edictum in quo loco offeri debet. ibid.</i> | n. 11. | 132 |
| Cautio. | | <i>Citatio per edictum relaxatur per Romanam procedente commissione Papa, cum facultate procedendi per edictum. ibid. n. 12.</i> | | |
| <i>Cautio de utendo, & fruendo, an per testatorem remitti possit. c. 248. n. 2. & 3.</i> | 699 | <i>Citatio per edictum ut concedatur iusta causa est depositio testium, reputantium impossibile, ut quis citetur de persona. ibidem. num. 13. 14. 17. & 18.</i> | | 133 |
| Census. | | <i>Citatio partis ad videndum iuramenta testium, an aliquando omitti possit. ibid. n. 15. & 16.</i> | | |
| <i>Census annuus super fundo constitutus, & feudatario acquisitus, ad quem spectat defuncto feudatario cum duobus heredibus, altero in feudo, altero in allodio. c. 21. n. 1. 2. 5. 6. 7. 10. 13. 14. 15. & 23.</i> | 62 | <i>Citatio per edictum (Si quis sua puraverit interesse) non comprehendat personas Ecclesiasticas. c. 75. n. 9.</i> | | 216 |
| <i>Census super fundo constitutus, & vasallo acquisitus, an spectet ad heredem vasalli, qui sine legitimo successore in feudo illo decessit. ibidem. num. 13.</i> | 63 | <i>Citationis omisso utitur processum; illiusque defectum Princeps, vel statutum supplere non potest. c. 18. nu. 35. 36. & 37.</i> | | 44 |
| <i>Census super beneficio Ecclesiastico à patronis imponi non potest, & qua sit pena patronorum impenentium. c. 171. n. 6. & 7.</i> | 489 | <i>Citationis defectus in confectioe inventarij respectu creditorum absentium an sit relevans. cap. 111. n. 4. 5. & 6.</i> | | 329 |
| <i>Census constitutio ad hoc ut substineri possit, requiritur numeratio pecunia, sed quid in Regno Neap. c. 20. n. 9. & 11.</i> | 60 | Civis. | | |
| Certioratio. | | <i>Civis quis dicitur, qui domicilium suum translatum cum animo ibi perpetuo permanendi, adeo ut in loco originis conveniri non possit. c. 56. n. 12. fol.</i> | | 188 |
| <i>Certioratio licet pro sit adulto, non tamen pupillo iuvas, etiam pubertati proximo. c. 136. un. 11. fol.</i> | 410 | <i>Civis Neapolitanus non potest de bonis antiquis disporre, nisi de medietate. c. 57. n. 1.</i> | | 190 |
| Celsio. Celsionarius. | | <i>Cives particulares alicuius Civitatis, qui pecuniam ab aliquo acceperunt, convertendam ad beneficium civis Vniuersitatis, an, & quando valide obligati censentur. c. 59. n. 1. 2. et 8.</i> | | 195 |
| <i>Cedere, verbum, quid importat. c. 21. n. 39.</i> | 69 | <i>Et quid si Vniuersitas principaliter se obligauit, et in eodem instrumento particulares cives, pro maiori creditoris securitate. ibid. num. 3. 4. et 6. fol.</i> | | 196 |
| <i>Cessio idem aperatur in rebus incorporalibus, quam traditio in corporalibus. c. 238. n. 13.</i> | 681 | <i>Cives particulares coguntur se obligare ad beneficium communitatis, pro securitate creditorum, qui Vniuersitati pecuniam dat. ibid. n. 7.</i> | | |
| <i>Cessionarius creditoris, qui super fendi obligatione assensum obtinuit, si super cessione assensum non impetravit, an possit super pecunia ex feudo redacta concurrere. cap. 61. num. 2. 5. 6. 7. & 8. fol.</i> | 199 | <i>Cives conuicinorum Civitatis Neapolis nullo gaudent privilegio, quia Neapolitani sunt, ex quo eorum patres in fraudem uxores pregnantes ad Neapoli parientium duxerunt. cap. 118. un. 11. fol.</i> | | 356 |
| <i>Cessionarius non potest uti assensu cedentis. ibid. n. 3. & 10.</i> | 200 | Clausula. | | |
| <i>Cessionarius constitutus à cedente procurator in rem propriam, potest omnia, quae poterat cedens. ibid. n. 9.</i> | | <i>Clausula, Nec aliter, nec alio modo, quid importet. c. 73. nu. 9.</i> | | 229 |
| <i>Cessionarij mulieris pro dote recuperanda an habeant privilegium pralationis, quo mulier ipsa potitur, & quid in herede mulieris. c. 19. d. num. 11. usque ad 16.</i> | 55 | <i>Clausula, pro quibus omnibus obseruandis, &c. importat obligationem ad interesse. c. 166. nu. 37.</i> | | 477 |
| Citatio. | | <i>Clausula, quibuscumque, & quibus dedit, quid importat. c. 21. nu. 40.</i> | | 69 |
| <i>Citari in quo loco debeat Regnicola, qui est absens à Regno. c. 43. n. 6.</i> | 131 | <i>Clausula, quibus dedit, et clausula, quibuscumque an idem importent. cap. 189. num. 37. 59. et 70.</i> | | 534 |
| <i>Citari quomodo debeant exteri, qui sunt ab hoc Regno absentes. ibid. n. 7. & 10.</i> | | <i>Clausula, & cui dedit, posita post verbum, heredibus, dicitur ampliatus. ibid. n. 68.</i> | | 540 |
| <i>Citatio prima an possit incipere à procuratore. ibid. n. 1.</i> | | <i>Clausula Aquiliana stipulationis facit renunciatio-</i> | | |
| <i>Citatio domi sufficit, quando principalis est citandus. ibid. n. 2.</i> | | | | |
| <i>Citatio in quo loco fieri debet, si citandus est absens à Regno. ibid. n. 3.</i> | | | | |
| <i>Citatio contra Baronem an sat sit, si fiat in loco fendi. ibid. n. 4.</i> | | | | |
| <i>Citatio contra beneficiatum an sat sit, si fiat in loco beneficij. ibid. n. 5.</i> | | | | |

tionem realem, sed est relativa ad personas contemplatas tantum. *ibid.* n. 74. & seq. 341

Clausula in fine posita est apta comprehendere omnes casus precedentes. c. 217. n. 8. 632

Clausula codicillaris quid importet. c. 106. nu. 9. & 10. 320

Clausula codicillaris operatur, ut caducata institutione locum habeat substitutio. cap. 219. n. 1. fol. 638

Clausula codicillaris communiter à Notarijs apponitur *ibid.* n. 7. 639

Clausula codicillaris effectus, quando hæres institutus præmoriatur testatori. c. 189. n. 88. 544

Clausula ad maiorem cautelam, quatenus opus sit, & non aliàs, quid important. cap. 21. num. 42. fol. 70

Clausula appositæ in exequutiis contractus, non mutant principalem dispositionem. *ibid.* nu. 43.

Clausula appositæ in renunciatione bonorum feudaliũ, quantumvis amplissima, non faciunt illam realem, sed tantum quando fit in manibus domini, vel nulla contemplata persona. c. 189. nu. 71. 542

Clausula appositæ in renunciationibus, quæ à puellis sunt dotibus receptis, realitatem denotantes, non possunt operari, nisi ad favorem illorum, quibus est renunciatum. *ibid.* n. 72. Clericus. 542

Clericus beneficiatus in pluribus Ecclesiis an possit uni contra alium patrocinium præstare. cap. 14. num. 2. 28

Clericus si de facto obtinuerit beneficium à Capitulo sedè vacante, an fori privilegio gaudeat. c. 42. n. 2. 5. & 6. 129

Clericus beneficiatus fori privilegio non gaudet, si habitum, & tonsuram non desert, sed quid si de facto beneficia retinet. *ibid.* n. 3. 129

Clericus beneficio propter delictum priuatus, si aliud patrauerit crimen, num fori privilegio gaudeat, quamvis beneficio priuatus. *ibid.* nu. 4. 129

Clericus an ligetur statuto laicorum de iure retrahus loquente, & supposito; quod ligetur, an hoc iure possit coram Iudice seculari conveniri. cap. 44. num. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 27. 28. 29. 30. & 40. fol. 135

Clericus diffamans an possit à laico diffamato coram Iudice seculari conveniri. *ibid.* n. 50. 143

Clericus dices, patris sui filius primogenitus, & hæres uniuersalis, an possit petere ab hæredibus in feudaliibus vitam, et militiam super feudis antiquis, & pretium erogatum in feudis nouis. cap. 45. n. 1. 2. 11. 13. 16. & 18. 144

Clericus num possit à Principe habilitari, ut in feudis à patre relictis succedere valeat, nõ obstante, quod sequenti in gradu successio delata sit. c. 46. n. 1. 3. 5. 6. 10. 12. 22. 23. 24. 25. et 26. 159

Clericus an possit in feudo succedere, & quid in Regno. *ibid.* n. 1. & 4. 165

Clericus valde offensus à minore 18. annis an possit Principis forum eligere. c. 47. nu. 1. 2. 4. 12. & 17. 165

Clericus, qui non habet requisita Concilii Tridentini. sess. 23. cap. 6. de reform. propter quod fori privilegium amisit, an ceteris clericis beneficijs potiatur. *ibid.* n. 5. 9. 10. & 11. 165

Clericus sine habitu, & tonsura incedens an gaudeat privilegio exemptionis à gabellis, & can. si quis suadente diabolo. *ibid.* n. 7. 166

Clericus an possit alienare bona, ad quorum titulum sacris insignitus est, siue super illis annuum constituere censum. c. 48. n. 1. 2. & 4. 169

Clericus creditorum mole gravatus succurritur beneficio. in cap. Odoardus, de solut. c. 49. num. 1. 171

Clericus assequutus beneficium cap. Odoardus laicus demum effectus an eo potiri possit, si fuerit à creditoribus conuentus coram Iudice seculari. *ibid.* n. 2. 4. 5. & 7. 171

Clericus in Ciuit. Neap. non ligatur Cõsuetudine exordiente Et si testator. c. 50. n. 1. 173

Clericus Neapolitanus si beneficio renunciauerit, non tamen seruata forma iuris, an demum testamentum condens cogatur disponere secundam Cõsuetudinẽ Et si testator, & quid si feudi inuestituram petierit. *ibid.* n. 2. & 4. 173

Clericus beneficiatus potens in feudo succedere, si beneficium retinuerit, videtur successioni renunciare. *ibid.* n. 5. 173

Clericus mortuo agnato feudatario potest petere tempus ad deliberandum, an velit in feudo succedere. *ibid.* nu. 6. 173

Clericus uti alicuius fideiussor conuentus an exceptionem opponere possit. c. 51. n. 1. 3. & 6. 173

Clericus si litem habuit coram Iudice laico, conuentus demum ab eius Aduocato coram eodem Iudice ad salarium præstandum, num fori declinatoriam possit opponere. cap. 52. num. 1. 3. & 6. fol. 174

Clericus veniens in causa post sententiam latam in actione reali an sit audiendus, si allegauerit, fuisse prolatam super illius bonis. cap. 53. num. 1. 2. & 4. 175

Clericus an ligetur in Regno dispositione tex. in cap. Conuentus. c. 74. n. 8. 233

Clericus an ligetur Pragm. 1. de Senat. Consul. Maced. *ibid.* n. 11. 233

Clericus an ligetur dispositione Pragm. 1. sub tit. de prauent. moder. *ibid.* n. 12. 233

Clericus an ligetur dispositione Conf. Neap. Et si testator. *ibid.* n. 13. 234

Clericus conuentus coram Iudice seculari ad soluendum annuum censum alicui debitum, ex co-

I N D E X.

quod dum esset laicus condemnatus extiterat ad solvendum in praeteritum, & correspondendum in futurum, num de Iudicis incompetencia opponere possit. c. 75. n. 13. 237

Clericus homicida beneficio priuatur, sed an ipso iure. c. 130. n. 14. 394

Clericus beneficiatus, beneficio per sententiam priuatus an fructus medij temporis suos faciat. ibid. num. 15. & 17.

Clericus loci exempti debet ordinari ab Episcopo diocesis, intra cuius fines locus ille situs est, & si secus, contrahit suspensionem. c. 155. n. 3. sed à quo veniat absolendus. ibid. num. 4. & 5. 448

Clericus excommunicatus an gaudeat fori privilegio. ibid. n. 9.

Clericus si post minores ordines susceptos uxorem duxerit, & mercari ceperit, an mortua uxore creditoribus non satisfactis ad Ecclesiasticum statum redire possit. c. 177. n. 6. 502

Clericus, qui publicam administrationem coram Iudice seculari sponte suscepit, an pro computorum redditione coram Iudice laico conueniri possit. ibid. n. 8. 10. et 13.

Clericus potest compelli ad suscipiendum tutelam miserabilium personarum. ib. n. 9.

Clericus non potest prorogare iurisdictionem Iudicis secularis. ibid. n. 11.

Clericus deponens falsum coram Iudice seculari, an ab eo puniri possit. ibid. n. 12.

Clericus num possit reconueniri, quando illius bona fuerunt sequestrata à Iudice laico, sub pretextu, quod essent in dominio laici. c. 179. num. 1. 4. 8. et 13. 505

Clericus cur possit coram Iudice laico reconueniri. ibid. num. 6.

Et id quomodo procedat. ibid. num. 9.

Clericus quando principaliter pro suo interesse comparet coram Iudice laico, debet remitti ad Ecclesiasticum. ibid. n. 10. et 11. 506

Clericus debet remitti, ubi coram Iudice laico comparuerit vigore edicti generalis quemcumque momentis ad comparendum, si sua putauerit interesse. ibid. n. 12.

Clericus beneficiatus in perpetuum carcerem condemnatus non censetur beneficio priuatus, si sententia de illo mentionem non fecit. cap. 215. num. 9. 624

Clericus non dum Sacerdos, si Ecclesiam obtinuerit parochialem tenetur intra annum ad Sacerdotium promoueri. Sed an tempus hoc possit ab Episcopo abbreviari. c. 224. n. 3. 650

Clericus an, & quando Principis secularis legibus sit solutus. c. 228. n. 5. 660

Clericus an in patrimonialibus gaudere possit privilegio ordini clericali concessio. ibid. n. 8.

Clericus dum testamentum condit, videtur illud subijci legibus fori, ubi causa agenda est. ibi. n. 9.

Clericum sine habitu, et tonsura incidendum percutiens an. in excommunicationis sententiam incidat. c. 47. n. 6. 166

Clericum si quis offendat, censetur Ecclesiam offendere. ibid. n. 15. 167

Clericum ligat statutum laicorum, quando confirmatur iuri naturali, diuino, vel canonico. c. 74. num. 7. 233

Collatio.

Collatio quibus in casibus cessat, et qua requiratur, ut illa locum habeat. cap. 45. num. 35. et 42. fol. 153

Collatio habet locum inter filios heredes, quamuis filius ille, à quo petitur collatio sit heres in obolo. ibid. n. 39. 155

Collatio inter fratres cessat, ubi pater illam prohibuit. c. 85. n. 7. 263

Sed an tacite prohiberi possit. ibid. n. 8.

Et qua sint coniectura, quod pater voluerit prohibere. ibid. à n. 10. vsque ad 14.

Collatio cessat in linea collaterali. c. 210. num. 7. fol. 613

Collatio beneficij ubi nulla fuerit, num pensionis reservatio super eodem beneficio facta nulla, quoque censenda sit. cap. 171. num. 13. et 14. fol. 499

Collatio beneficij facta à Vicario Episcopi renouata an valida sit censenda. c. 174. n. 5. 496

Collationis vinculo non subiacent ea, qua post patris mortem filijs deseruntur. c. 45. n. 31. 152

Collecta.

Collecta si pro bonis in alieno territorio sitis fuerit soluta in loco, ubi hic possidens bona, est originarius, quia in loco, ubi sita sunt vinebat per gabellas, num si hic locus vult viuere per catastrum, possint inibi bona illa collectari, et quid si in illo loco, ubi sita sunt bona adhuc per catastrum ciues vixerunt. cap. 54. num. 2. 3. 6. 10. 11. et 12. 176

Collecta an sit onus mixtum. ibid. n. 8. 177

Collectam soluere in propria incolatu an quis teneatur pro animalibus, qua in diuersis locis possidet. c. 35. n. 5. 111

Collectari an quis possit de iure ratione solius possessionis, quam in alieno territorio possidet. cap. 54. num. 9. 177

Compromissum.

Compromissum num possit in Regna peti contra clericum, pro iuris sui consequitione agentem. cap. 74. n. 9. 233

Communio.

Communio herbagiorum inter duas Vniuersitates an possit fieri absque Regis assensu. cap. 30. num. 13. et 14. 102

Communitas.

Communitatis non est, quod mecum est. cap. 247. num. 4. 698

I N D E X:

Conceptio.
Conceptus si quis fuisset à primis nostris parentibus ante Adæ peccatum, originale peccatum non contraxisset. c. 97. n. 4. 293

Concessio.
Concessio facta à Principe alicui alicuius officij, si deindè Princeps ea reuocata aliquid aliud ei in eius locum tradiderit, posteaquè denuò primum officium, quod abstulit concedat, nùm per hanc concessionem censetur reuocata secunda traditio. c. 152. n. 1. & 2. 444

Concil. Trid.
Concilium Trid. non fuit publicatū in Ducatu Montensi Archiepiscopatus Colonia. cap. 131. num. 13. 398

Conc. Trid. cap. 16. sess. 2. 5. de regularib. procedit, quando de instituto non constat, secus quando adest institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum. c. 195. nu. 14. 576

Concil. Trid. sess. 2. 5. cap. 16. de regul. dispositio an procedat in testamentis, & alijs ultimis voluntatibus, & an ubi renunciatio fuit facta autè habitus susceptionem. c. 196. nu. 2. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 28. 31. & 36. 578

Conditio.
Conditio professionis emittenda an sit mære potestativa. c. 196. n. 40. 584
Conditio à casu substitutionis longè differt. c. 220. nu. 17. 645

Conductor.
Conductor an sit ad instar usufructuarij. cap. 31. num. 5. 105
Conductor finito locationis. tempore cogitur rem conductam relaxare, nec aliter dominij, siue hypothecæ, quæstionem referre potest. Quando dominij exceptio ad eam est notoria, ut euidenter ostenderet locatoris fraudem in petenda, quod restituere debet. c. 55. n. 1. 2. & 3. 178
Cōductor primus pradiorum fiscalium præfertur secundo. conducere volenti. cap. 117. num. 14. fol. 353

Conferre.
Conferre non tenetur filius, quando cum extraneo succedit. c. 45. n. 47. & 48. & id quomodo procedat. ibid. 157

Confirmatio.
Confirmatio quid sit. c. 32. n. 7. 108

Congregatio.
Congregati more Religiosorum an gaudeant immunitatibus Religiosis concessis. cap. 100. nu. 4. fol. 305

Consanguineus.
Consanguinei nominantium an nominari possint pro regimine Vniuersitatis. c. 147. nu. 1. 2. & 7. fol. 436

Consensus.
Consensus directi domini an requiratur, quando

emphyteusis in alium transfertur iure congrui. cap. 73. n. 14. & 15. 229

Consensus est causa efficiens, et substantialis matrimonij. c. 131. n. 8. 396

Consensus parentum an requiratur in matrimonijs perficiendis. c. 132. nu. 2. 398

Consensus expressus, et tacitus qui sit. cap. 213. num. 4. 622

Consensus an dicatur præstitus, ubi quis per sonum campanæ vocatus non comparuit. ibid. n. 5. Constitutio.

Constitutio Greg. XIII. circa tempus, quo Abbatissa suo muneri vacare debet, procedit in omnibus monasterijs monialium, quarumuis militiarum; secus autem in illis, quæ regulam à Sancta Sede Apostolica approbatam professæ non sunt. c. 2. nu. 7. 4

Constitutio Regni In aliquibus an procedat in contractibus. c. 68. n. 20. 215

Constitutio Regni In aliquibus loquitur tantū de successione descendentiū in bonis ascendentiū. c. 210. n. 5. 613

Constitutio Regni Sancimus, sub tit. de matrimonio. contrahend. quid disponat. cap. 132. num. 9. 399

Constitutio Regni Sancimus de iur. prothom. an liget Ecclesiam et Ecclesiasticam personam. c. 74. n. 6. 233

Constitutio Vt de successione gradus, et non personas enumerat. c. 103. n. 5. 7. et 12. 310

Constitutum.
Constitutum, et præcarium nùm per constituentis mortem extinguatur. c. 62. n. 3. 201

Consuetudo.
Consuetudo Neapolitana, incipiens Quartam autem, quid disponat. c. 22. n. 19. 74
Consuetud. Neap. Sed si morienti verba illa, & in præmissis appellatione fratris foror non continetur declarantur. c. 217. num. 7. et 16. 632
Consuetudo Neap. Sed si morienti loquitur exemplificatiue, non autem taxatiue, in personis expressis. ibid. n. 10. 632
Consuetudo Neapolitana Si quis, vel si quæ non habet locum patre, vel matre in medio existantibus, secus si non existat interemptione, prescriptione, vel pactis. c. 192. n. 5. et 7. 563
Consuetudo Nobilium Civitatis Neap. circa renunciationem successionum filiorum deducitur ex doctrina Napod. ibid. nu. 8. 613
Consuetudo viget in Civit. Neap. ut favor à defuncti fratris successione per alterum fratrem excludatur. c. 219. n. 9. 613
Consuetudo Neapolitana ciues adstringens, ne possint de bonis antiquis liberè disponere, cessat data facultate ab agnatis liberè disponendi. c. 56. n. 18. 189

I N D E X.

- Consuetudo Capuana, et Nidi, qua patrem à filij
successione excludit, an procedat in bonis extra
districtum. ibid. n. 15. 188*
- Consuetudo Civitatis Bari, qua incip. Dos à patre,
quid disposuit. c. 167. n. 3. 4. 5. & 14. 481*
- Consuetudo est stricti iuris, & tantum habet de po
tentia, quantum habet de vsu c. 85. n. 16. 265*
- Consuetudo iurisdictionem prabet meram, mixtā,
& c. c. 247. n. 3. 697*
- Consuetudines sunt stricti iuris. c. 205. n. 10. 600*
- Consuetudines Neapolitanae ciues adstringentes, vt
de bonis antiquis disponere non possint, nisi de
medietate, clericos non ligant. c. 56. n. 1. 186*
- Consuetudines Neapolitanae cessans patre, & matre
in media existentibus. ibid. n. 8. 187*
- Consuetudines Neapolitanae de successione tam ex
testamento, quam ab intestato loquentes cessant,
patre, vel matre in medio existentibus. cap. 129.
num. 6. 389*
- Contractus.**
- Contractus pro pupilla debet celebrari cum tutoris
interuentu, quod si paulo post tutor adveniat, ni
hil prodest. c. 18. n. 10. 49*
- Contractus gesti cum tuncore, qui inventarium non
fecit, sunt ipso iure inualidi. ibid. n. 16. 41*
- Contractus alienationis rei libera duos habet con
tractus, tres autem contractus alienationis rei
feudalis. c. 38. n. 15. 117*
- Contractus venditionis annui census ex pretio rei
vendita an subsistat. c. 140. n. 8. 423*
- Contractus censetur usurarius, quoties sit venditio
cum pacto de retrouendendo, pretij modicitate,
concurrente. c. 160. nu. 3. 456*
- Contractus venditionis annuorum introituum num
iure sit improbatu, vbi in eo appositum esset
pactum de retrouendendo ad certum tantum
tempus, & nō ultra, & quid si data esset empto
ri facultas sortem repetendi. ibid. nu. 12 & 13.
fol. 457*
- Contractus dotis, quoties in mutuum, vel contra
ctum censualem transferatur, censetur de vxo ad
alium transfusus, cum omnibus privilegijs, qua
primo inerant, et quid in alijs contractibus. cap.
166. n. 23. & 29. 475*
- Contractus vbi non est celebratus seruata forma
statui, dicitur nullus. c. 190. n. 18. & 19. 553*
- Contractus factus à minore, si est à lege improba
tus, an iuramento firmetur. cap. 193. num. 11.
fol. 568*
- Contractus nullus potest in Regno stipulari, nisi à
Notario, qui sit à Rege creatus. cap. 228. nu. 6.
fol. 660*
- Contractus promissionis emendi, & vendendi sub
conditione initus, an dicatur perfectus. c. 239.
nu. 2. & 5. 682*
- Contractu resoluta res cū fructibus, et pretij cū in
teresse est restituendū de iure ciuili. c. 18. n. 69. 52*
- Contractu alienationis feudi renocato ex defectu
assensus, nūm pacta in contractu illo renocato
apposita, noui feudi corpus, sed contrahentium
interesse respicientia corrunt. cap. 83. nu. 2. 4.
6. 8. 9. 11. & 14. 254*
- Contractu annullato an omnia accessoria corrūt.
ibid. n. 3. & 10. 255*
- Contractu alienationis feudi resolutio ex dispositio
ne Const. Constitutionem Diuz Memoriz
an venditor teneatur ad interesse, ex inobser
uantia pacti, quo se adstringit, vt dominus con
sentiret. ibid. n. 13. 256*
- Conuentio. Conuentus.**
- Conuentio est actoris, Reconuentio rei. c. 179. n. 3.
fol. 505*
- Conuentus ex sua liberalitate non condemnatur
vltra, quam facere potest. c. 248. nu. 10. 700*
- Creditor.**
- Creditor, qui debitoris sui habet obligata bona
feudalia, & allodialia, non potest sibi satisfieri
super bonis allodialibus in prauidicium credi
toris posterioris, qui allodialia tantum obligata
tenet; idemque in creditore, qui habet obligata
bona libera, & fideicommissa obnoxia. cap. 16.
nu. 15. 16. & 18. 32*
- Creditor, qui habet obligata bona feudalia, & al
lodialia, tenetur prius discutere allodialia, de
indē feudalia. ibid. nu. 17. 32*
- Creditor si cesserit debitori suo hypotecam, quam
in aliquo fundo habebat, fundus ille per cessio
nem efficitur liber. c. 21. nu. 3. 62*
- Creditor an post sententiam in iudicio reali obe
tam, passus illius executionem deferere, & pro
crediti consequitione ad alia debitoris bona re
currere. c. 58. n. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 14. & 15. fol. 191*
- Creditor an postquam nactus est tenentem honorum
debitoris, possit instare pro illius incarceratione.
ibid. nu. 6. 192*
- Creditor posterior cum assensu an praefertatur cre
ditori anteriori assensu carenti, cap. 61. num. 1.
fol. 199*
- Creditor de iure non potest agere ad bona sibi
obligata per tertium possessa, principali debite
re non discussio, sed limitatur, quando instrum
entum continet constitutum, & precarium, sed
quid, si eo casu debitor reperitur mortuus. cap.
62. nu. 1. 2. & 4. 201*
- Creditor hereditarius nūm pendente discussione
inuentarij possit hypothecaria actione agere
aduersus tertium possessorem honorum sibi obli
gatorum. ibid. n. 5. 201*
- Creditor in actione personali an possit agere ad
uersus possessorem honorum sui debitoris, saltem
in subsidium. c. 63. nu. 1. 202*
- Creditor anterior quando possit auocare pecuniam
posteriori creditori à communi debitore soluatā,
remissiuē. c. 64. nu. 1. 204*

I N D E X.

Creditor anterior auocat pecuniam solutam ab herede posteriori creditori. c. 105. n. 14. 317
Creditor, qui plura corpora habet obligata propter modicum debitum, non potest rem magni valoris distrahi facere. c. 143. n. 4. 428
Creditor anterior pro sorte an, & quando intelligatur pariter anterior pro usuris, & quid in dote. c. 166. n. 23. 24. & 27. 474
Creditor mulieris in actione personali an possint recursum habere super bonis in dotem marito assignatis. c. 63. n. 2. 3. 4. 5. & 6. 202
Creditor viri an habeant ius offerendi mulieri petenti dotium affectationem super bonis viri. c. 143. n. 2. 427
Creditorum urgentia qua dicatur, ad finem, ut bona pupilli debitoris vendi possint. cap. 18. n. 33. fol. 44
Creditorum arbitrium quando sit resignatum, & quando non. c. 58. n. 8. vsq; ad 13. 192.

D

Damnatio. Damnatus.

Damnatio ad perpetuum carcerem an sit ordinata ad penam, vel ad penitentiam. c. 5. n. 21. & 22. 10
Damnatus ad perpetuum carcerem, maximam patitur capitis diminutionem. ibid. n. 12. 9
Damnatus ad perpetuum carcerem an sit intestabilis. ibid. n. 14.
Damnatus ad Regias triremes ab ordinem susceptione repellitur. c. 36. n. 5. 112
Damnatum.
Damnatum vitandum praesertur lucro captando. cap. 19. n. 23. 38

Debitor.

Debitor an sit liberatus per incursum creditoris in heresim. c. 5. n. 5. 8
Debitor pupilli solvens tutori, qui inuentarium non fecit, male soluit. c. 18. n. 19. 42
Debitor est citandus super decreto interposito ad instantiam creditorum, quod rex vendatur; et antequam ponatur ad publicum incantum citatur.
Debitor pro reuocatione rei ordinata vendi. ibid. n. 38. & 39. 43
Debitor alternativè duo promittens, an una re perempta remaneat obligatio in alia. c. 65. n. 9. fol. 207
Debitor si creditorem suum praenoverit praedia si detur, & c. instrumenti incusationem custodit. c. 66. n. 1. 209
Debitor solvens creditori sui creditoris an liberetur. ibid. n. 1.
Debitor non dicitur esse in mora, quando iustam habes litigandi causam. c. 109. n. 4. 326
Debitor nunquam censetur esse in mora, quando debitor ab illo petis plusquam debet. ibi. n. 12. 327

Debitor si non habet unde creditoribus satisfaciat an ordinari possit, vel in Religionem ingredi. c. 177. n. 4. & 5. 502

Decessio.

Decedente aliquo ab intestato in illius bonis omnibus proximiores ex parte patris succedunt; in bonis vero maternis proximiores ex parte matris, & omnes tanquam heredes ultimi mortis, ita Neapolitana Consuetudine disponente. cap. 21. n. 29. 64
Decedere potest quis Neapoli pro parte testatus, & pro parte intestatus. c. 192. n. 12. 564

Decisio.

Decisio Rotae 6. alias 355, de rer. permut. in antiquis procedis, quando de fraude evidenter constat. cap. 164. n. 6. 469

Declaratio.

Declaratio circa usum an fieri possit sub aliqua conditione. c. 78. n. 5. 241

Declaratoria.

Declaratoria sententia requiritur, ubi actus est ipso iure nullus. c. 48. n. 9. 179

Decoditio.

Decoditio an pro mortuo habeatur. cap. 33. num. 4. fol. 109

Decretum.

Decretum Principis, & Iudicis inferioris in venditione praedij pupilli equiparatur. c. 18. n. 45. fol. 46
Decretum Iudicis in contractibus minorum interpositum facit, ut minor non possit recedere ab eo, quod cessit. c. 116. n. 10. 342
Decretum Iudicis in contractibus minorum potest praecedere, & subsequi contractum. ibid. n. 12.
Decretum Iudicis non requiritur in contractibus minorum, qui cum iuramento promittunt, a promissa, & commensis non recedere. ibid. num. 14. fol. 343

Delictum.

Delictum non est, in dubijs quaestionibus contra Fiscum respondere. c. 10. n. 10. 24
Delictum, quod non est committere ad supremam, pertinet potestatem. c. 170. n. 4. 487
Delictum quando patrat contra legem, in re aliqua contra legem quaesita, statim ipsius rei dominium amittitur. c. 244. n. 10. 692
Delictum puniri Reipubl. interest. c. 10. n. 12. 24
Delinquens si timens capi à Curia seculari, ab Ecclesia aufugerit, & extra illam caperetur an sit ad eandem reponendus, & quid si blandis verbis à primato homine fuerit extractus. cap. 197. n. 1. 2. & 3. 586

Denunciatio.

Denunciatio in casu evulsionis non requiritur, quando venditor, & emptor simul fuerunt conventi. cap. 63. n. 11. 203
Denunciations pro matrimonio celebrando an sint

sint

I N D E X.

| | |
|--|--|
| <p><i>stat de substantia matrimonij. cap. 131. num. 3. fol.</i> 395</p> <p style="text-align: center;">Depositio.</p> <p><i>Depositio principalis an possit peti de iure post conclusum in causa, & quid in Regno. cap. 235. num. 3. et 5.</i> 672</p> <p style="text-align: center;">Descendentia.</p> <p><i>Descendentes censentur vocati in acquisitione secundum statuti, non autem iuris communis dispositionem. c. 68. n. 2.</i> 212</p> <p><i>Descendentium contemptio quando in renunciationibus denegatur, est a fortiori deneganda intransuersalibus. c. 189. num. 11.</i> 528</p> <p style="text-align: center;">Detraçtio.</p> <p><i>Detractiones ubi per heredem granatum faciendæ non sunt, potest fideicommissarius, sine legatarius rei fideicommissata possessionem propria auctoritate capere. c. 88. n. 12. & 15.</i> 271</p> <p style="text-align: center;">Dictio.</p> <p><i>Dictio, ad hoc, conditionem, vel modum importat c. 8. nu. 2.</i> 15</p> <p><i>Dictio, æque, quid importet. c. 55. n. 27.</i> 184</p> <p><i>Dictio, & c. posita in obligatione omnium bonorum, an comprehendat bona feudalia. c. 132. nu. 24. fol.</i> 419</p> <p><i>Dictio, etiam, est inclusiva. cap. 193. nu. 12.</i> 568</p> <p><i>Dictio, in solidum, an importet ius accrescendi inter inuestivos. c. 55. n. 17.</i> 181</p> <p><i>Dictio, inuicem, & vicissim, quid importat. c. 131. num. 11.</i> 397</p> <p><i>Dictio, rata, quomodo accipitur. cap. 55. num. 26. fol.</i> 183</p> <p><i>Dictio, tantum, est restrictiva. c. 128. n. 14.</i> 388</p> <p style="text-align: center;">Discrimen.</p> <p><i>Discrimen aliquod constitui non potest, quando tractatur de taxando vitam, & militiam super bonis feudals, vel legitimam super allodialibus. c. 245. nu. 5.</i> 695</p> <p style="text-align: center;">Dispositio.</p> <p><i>Dispositio quando summi potest parere effectum citra multiplicationem nominum fideicommissorum, nunquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum. c. 89. n. 5.</i> 274</p> <p><i>Dispositio facta per Nonitum ante Religionis ingressum, an sit diuidenda inter rimos, vel potius vltima voluntatis. c. 150. n. 4. 6. & 8.</i> 441</p> <p><i>Dispositio fraudulenta nullo pacto subitineri potest, quamuis citra fraudem fieri potuisset. cap. 218. nu. 9.</i> 636</p> <p style="text-align: center;">Dispositum.</p> <p><i>Dispositum aduersus committentem simoniam in ordine an censetur dispositum aduersus committentem simoniam in beneficio. cap. 206. n. 8. fol.</i> 602</p> <p style="text-align: center;">Doctoratus. Doctor.</p> <p><i>Doctoratus an sit dignitas. c. 67. n. 3.</i> 211</p> <p><i>Doctor ignarus an potitur priuilegijs DD. concessis. ibidem num. 4.</i></p> | <p><i>Doctor clericus an possit cum titulo doctoratus sacris insigniri ordinibus. c. 154. n. 5.</i> 447</p> <p><i>Doctores legum an ad munus arariatus ab eorum Baronibus cogi possint. c. 67. n. 1. 2. & 5.</i> 211</p> <p><i>Doctores denegantes filia renuncianti intestati patris successionem loquuntur, vel quando supersunt descendentes masculi, vel quando tempore renunciationis extabant masculi, & femina. cap. 189. num. 16.</i> 529</p> <p style="text-align: center;">Domanium.</p> <p><i>Domanium quando ab Vniuersitate petitur, denegatur, se apparet, quod subsistere in ea non possit. cap. 224. num. 8.</i> 651</p> <p style="text-align: center;">Domesticus.</p> <p><i>Domesticus an possit pro teste adhiberi, si aliter veritas haberi non potest. c. 9. n. 8.</i> 22</p> <p style="text-align: center;">Dominium.</p> <p><i>Dominium, & hypotheca sunt incompatibilia. cap. 21. n. 4. 7. 8. 9. et 19.</i> 62</p> <p><i>Sed hoc limitatur ibid. & c. 38. n. 14.</i> 117</p> <p><i>Dominium, quod habet feudatarius super feudo an sit perpetuum, vel temporale. cap. 21. n. 10. 16. & 18.</i> 63</p> <p><i>Dominium non transfertur ex locatione. cap. 31. num. 3.</i> 105</p> <p><i>Dominium illi acquiritur, cuius contemplatione actus geritur. c. 38. n. 4.</i> 115</p> <p><i>Dominium feudi non potest per nos duos in solidum esse. ibid. nu. 12. & 31.</i></p> <p><i>Dominium transfertur in donatarium ex donatione ei facta, retento usufructu. c. 70. n. 8.</i> 221</p> <p><i>Dominium transfertur ex clausula constituti. ibid. num. 9.</i></p> <p><i>Dominium ex traditione non transfertur, ubi lex remouet potentiam ab actu. c. 136. nu. 5.</i> 410</p> <p><i>Dominium, & possessio solo Regis priuilegio transferuntur. c. 173. n. 11.</i> 494</p> <p style="text-align: center;">Dominus.</p> <p><i>Dominus directus preferitur, quando emphyteuta, seu feudatarius vult extraneo feudum, seu emphyteusim vendere. c. 117. n. 3.</i> 351</p> <p><i>Dominus census preferitur emere volentibus rem censu suppositam. c. 161. n. 5.</i> 459</p> <p><i>Dominus directus preferitur in emptione fructuum rei emphyteuticæ, & c. contra emphyteuta in venditione directi domini. ibid. c. 6. & 8.</i></p> <p style="text-align: center;">Domus.</p> <p><i>Domum habens supra, vel iuxta domum vicini, si velit super illa alia edificare mœbra, poterit in illis fenestras facere, qua tamen non sint veteribus ampliores, sed quid si velit fenestras facere in parte inferiori. cap. 205. num. 5. 6. 7. & 9. fol.</i> 600</p> <p style="text-align: center;">Donatio.</p> <p><i>Donans si donauerit, retento usufructu rei donatæ, donec uixerit, num. a donataria cogi possit ad</i></p> |
|--|--|

I N D E X.

- præstandum fideiussione de utendo, & fruendo, &c. & quid in donatione contemplatione matrimonij. cap. 248. num. 5. 6. 7. 8. 9. 12. & 13. fol. 699*
Donata à viro uxori, ea ad secunda transeunte. vota spectant ad filios primi matrimonij. cap. 22. num. 14. 72
Donata à Principibus Ambasciatoribus uti acquirantur. c. 71. n. 12. 225
Donatarius omnium bonorum habetur loco hæredis, ita ut ad omnia debita donantis, etiam in actione personali cogi possit. cap. 139. num. 20. fol. 419
Donatarius si præmoriatur donatori, an caducetur donatio, dum in contractu pro hæredibus stipulatus non est. c. 190. n. 3. & 5. 549
Donatarius, ut per constitutum acquirat, quod ei donatur, quæ requirantur. c. 219. n. 11. 640
Donatio propter nuptias an differat à quarta, seu antephato. c. 22. n. 23. 74
Donatio filijs ex secundo matrimonio nascituris à parentibus facta in perniciem filiorum primi matrimonij non subsistit. c. 23. nu. 6. 77
Donatio simplex, vel potius ob causam resultat ex pacto, quo mediante paciscitur, ut in antephato succedant filij, uti filij, non uti hæredes. ibidem. num. 7.
Donatio, quæ simplex, & quæ ob causam dicatur. ibid. num. 8.
Donatio facta filijs ex certo matrimonio nascituris, dicitur ob causam, ac proinde collationis, & imputationis regulis subiecta. ibid. n. 9.
Donatio feudi novi an possit uni ex filijs per patrem fieri absque domini consensu. c. 29. nu. 21. fol. 98
Donatio facta filijs Titij, cuius contemplatione facta censetur. c. 66. n. 12. & 13. 213
Donatio facta à patre filio ad finem evitandi retractum an valida sit. c. 69. n. 1. 2. 7. & 9. 216
Donatio ex quibus simulata præsumenda sit. ibid. nu. 3. 4. & 5.
Donatio nulla est, quæ à patre filio in potestate sit, nisi fuerit iuramento roborata. cap. 70. num. 1. fol. 229
Donatio dicitur renocata, quoties donans post donationem rem donatam in alium transulit. ibi. num. 5. 221
Donatio ut irrenocabilis reddatur, an requiratur donatarij acceptatio. ibid. nu. 12. 222
Donatio est magna deceptio. c. 136. n. 17. 411
Donatio perfecta non recipit diem, neque conditionem. c. 152. n. 3. 444
Donatio, quæ à Principe fit, omnis diminutionis extranea esse debet. ibid. n. 4.
Donatio perfecta conditionem non recipit, uti irrenocabilis. c. 165. n. 4. 470
Donatio contemplatione matrimonij irrenocabilis efficitur, cum sit pars contractus matrimonij. ibid. n. 8. & 9.
Donatio contemplatione matrimonij dicitur imperfecta, ubi matrimonium non sequitur. ibid. nu. 11. 471
Donatio causa mortis per donantis conualescentiã renocatur. c. 195. n. 3. 573
Donatio an, & quando renocari possit, præcipue si impedit liberam testandi facultatem, & quid si aliquid est reservatum ad testandum. cap. 196. nu. 18. 19. 23. 24. 29. 30. 33. 37. 39. 41. & 46. fol. 581
Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum an subsistat quodam presentia. ibid. nu. 22. 42. & 45. 582
Donatio facta ab ingresso in Religionem, renocatur professione non sequuta. ibid. n. 38. 584
Donatio prima perfecta non renocatur per secundam. ibid. n. 44. & 47. 585
Donatio facta à viro, & uxore post eorum mortem alicui Ecclesie, altero eorum defuncto, an Ecclesia possit petere bona illius, qui defunctus est. c. 220. n. 4. 643
Donatio facta à muliere, si inciperit à promissione, an subsistat. c. 238. n. 5. & 12. 680
Donatio, quæ fit ad dotandum puellam an renocetur per superuenientiam filiorum. cap. 248. num. 11. 701

Donatium.

- Donatium, de quo in pragm. vn. de donat. propter nupt. si promissum non fuit, num soluto matrimonio per mortem viri possit à muliere peti. c. 24. n. 10. 80*
Donatium gemmarum, quæ sunt à sponso sponsæ ante matrimonium consummatum, an donata censeantur. c. 71. n. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 13. 14. 15. 16. 18. & 19. & quid de illis donatis à consanguineis sponsi. ibid. n. 8. 9. 10. & 11. 223. 224
Donatium an veniant in liquidatione fructuum per emptorem feudi restituendorum renocato contractu alienationis virtute Const. Regni Constitutionem Diuz memoriz, & quid in munere, quod singulis annis Vniuersitas Baroni præstitit. c. 84. n. 8. & 9. 259
Et quid de eo, quod Baroni solutum fuit in recognitionem Camera reservata. ibid. n. 10.

Dos.

- Dos consistens in mobilibus, soluto matrimonio nõ potest repeti, nisi post annum; dummodò testator contrarium non disposuerit. c. 16. n. 9. 31*
Dos causam continet onerosam; antephatum verò lucrativam. c. 19. n. 18. 57
Dos an dici possit soluto matrimonio priusquam restituatur. c. 28. n. 8. 90
Dos est causa incidens, & accessoria ad matrimonium. c. 112. n. 3. 331
Dos est restituenda uxori una cum antefato, ma-

trimonio separato quoad thorum culpa mariti, sed an infimul cum dote, & anesato sint restituendi fructus, quos maritus lite pendente super diuortio ex corporibus dotalibus percepit. cap. 130. n. 1. 2. 3. 6. & 18. 392

Dos in corpore assignata si fuerit euicta, an possit foror ad primam iura redire. cap. 166. num. 2. 9. & 46. 473

Dotis promissio facta in capitulis matrimonialibus an censeatur nouata per instrumentum mutui, siue contractum censualem inde sequutum. num. 31. 43. & 44. 476

Dotis interesse in tempore conuento non solutum, qua actione petitur. ibid. n. 38. 477

Dotis interesse post dotantium mortem promissa an debeat absque interpellatione. ibid. nu. 39. 40. 41. & 42. 478

Dotis causa adeo favorabilis est, ut nunquam eius conditio, etiam muliere volente deterior fieri potest. ibid. n. 45. 479

Dote priuatur maritus, qui mulierem in adulterio repertam occidit. c. 151. n. 9. 443

Dotatio communi iure attento non facit, ut dotata a dantis successione excludatur. cap. 210. num. 6. 613

E

Ecclesia

Ecclesia, vel Ecclesia persona an possit petere restitutionem in integrum coram Iudice Ecclesiastico aduersus contractum initum cum laico. c. 44. n. 42. 43. & 44. 141

Ecclesia, & Ecclesiastica persona an ligetur Constitutione Regni Sancimus, de iure proth. cap. 74 nu. 6. 233

Ecclesia an ligetur in Regno dispositione pragm. 4. sub tit. de possessor. non turban. ibid. n. 10. 233

Ecclesia, Fiscus, caterique privilegiati quantum tempus habent ad perquirendas scripturas pro retractandis sententijs contra ipsos latis, et quid ubi ad sunt duae sententiae conformes. c. 102. nu. 3. 4. 5. & 8. 593

Ecclesie nunquam competit praelatio in feudis, quia feudum deueniret in manus mortuas, sed quid si Ecclesia instaret, ut poneretur in manus secularis. c. 117. n. 22. 354

Ecclesia, & Ecclesiastica persona an ligentur Constitutionibus Regni. c. 74 n. 5. 232

Electio.

Electio Syndicorum, & Electorum an fieri possit in personas illorum ciuium, qui alijs ad Regias tritremes damnati fuerunt. cap. 36. nu. 1. 2. & 4. fol. 112

Electio facta de digno, omisso digniore valida est. ibid. nu. 6. 112

Electio alternatiuarum cuius est, debitoris ne, vel

creditoris. cap. 65. num. 2. 4. & 5. 205

Electio Superiorum in monasterijs, per vota secreta fieri debet, ita ut singulorum eligentium nomina nusquam publicentur. c. 72. n. 1. 227

Electio Superiorum an nulla esse sit, si scrutatores publicauerint, omnium consensu electione fuisse factam. ibid. nu. 2. 227

Electio fori non competis existentibus in pupillari atate, patres habentibus. c. 47. n. 2. 168

Electio, & variatio fori personis privilegiatis bis, & ser in eadem causa permittitur. ibid. num. 24. fol. 169

Electio per secreta vota fieri debere, quare disposuerit Conc. Trid. sess. 25. c. 6. de regul. cap. 72. nu. 4. 228

Electio fori facta in M. C. in causa criminali, quamuis exigens statum mutauerit, non per hoc causa ad aliud Tribunal remittitur. cap. 243. num. 9. 689

Electio vnius ex vjs contrarijs, alterius inducitur renunciatio. c. 105. n. 2. & 7. 319

Electus.

Electi, & Syndici vnius Vniuersitatis non possunt pro illius seruitio destinare eorum consanguineos. c. 147. nu. 3. 436

Emphyteusis. Emphyteuta.

Emphyteusis quando est hereditaria transit ad quemlibet, etiam extraneum heredem. cap. 73. nu. 13. 19. & 20. 229

Emphyteusis quando in aliam transfertur iure congrui an requiratur directi domini consensus. ibid. num. 14. 229

Emphyteusis Ecclesie concessa Titto, & eius heredibus, de sui natura ad heredes extraneos non transit, & quid si additum est, heredibus, & quibus dederit. c. 189. n. 62. 63. et 65. 540

Emphyteuta, et feudatarius an absque assensu vsufructum constituere possint. cap. 30. n. 9. & 15. fol. 101

Emphyteuta alienans rem emphyteuticam, inrequisito domino, incidit in commissum, quod pluribus limitatur modis. cap. 73 a num. 1 vsque ad 7. 228

Emphyteuta alienans, saluo assensu domini cum clausula, nec aliter, nec alio modo, an incidat in commissum. ibid. nu. 8. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 23. & 25. 229

Emphyteuta alienans, inrequisito domino, possessione non tradita, non incidit in commissum, sed quid si in contractu adiecta sit clausula constituti. ibid. n. 21. & 22. 230

Emphyteuta alienans, inrequisito domino, sed saluo eius assensu, an tradita possessione ad euitandum cad citatem possit pro consensu ad dominum recurrere. ibid. n. 24. 231

Emphyteuta completo concessionis tempore, praefertur extraneo, cui directus dominus rem illam

similiter in emphyteusim concedere vellet, & sic de feudatariis volente domino demum inferre. c. 117. n. 13. 353

Emphyteuta an preferatur in venditione directi domini. ibid. n. 17. 353

Emphyteuta, emphyteusi finita meliorationes in re factas à directo domino recuperat, restitutionis inspecto tempore. c. 133. n. 13. 402

Emphyteuta linea, ubi deficit possessio civilis directi domini, statim ad se trahit naturalem. c. 55. nam. 13. 180

Emptio.

Emens à priore creditore an possit à posteriore super re, quam possidet conveniri. c. 105. n. 2. 315

Emptor sciens, rem, quam emit fidicommissis subiectam esse, dicitur esse in mala fide, ac proinde non praescribit, & tenetur illam restituere und cum fructibus. c. 18. n. 65. & 73. 52

Emptor fendi sine assensu venditoris renocante non potest à sua possessione expelli, nisi prius sibi restituito pretio, quod exbursum. c. 87. n. 5. 267

Emptor rei cum pacto de retrovendendo an sit preferendus in cessione iuris laendi à venditore extraneo facta. c. 117. n. 12. 13. & 16. 352

Emptor rei cum pacto de retrovendendo fructus suos facit, quamvis excessivos, nec in sortem computare tenetur. c. 172. n. 13. 492

Episcopus.

Episcopus an possit vi facultate sibi concessa disponendi in morte de bonis per ipsum acquisitis ex redditibus Ecclesia, toties, quoties testamentum condere voluerit. c. 34. n. 2. 110

Episcopus prohibens sub pena clericis suis armorum asportationem, si extra Diocesim reperitur clericus cum armis, incidit in penam editi. cap. 118. n. 9. 356

Episcopus quis eligi non potest, nisi post sex annorum spatium, quo suis sacris insignitur. c. 144. nam. 6. 429

Episcopus tenetur providere ordinato de beneficio, dum eo caret, licet artificium, ex quo vivere ille possit habeat. c. 154. n. 8. 447

Episcopus an teneatur recipere permutationem, quam clericus in minoribus constitutus de Parochiali cum beneficio simplici facere vult in fine anni à die, quo Parochiale impetrauit. cap. 164. n. 2. & 4. 469

Episcopus an possit Regularibus prohibere, ne Sacerdotes exteros in eorum Ecclesiis celebrare faciant. c. 181. n. 2. 509

Error.

Error calculi semper allegari potest, nisi super illo fuerit transactum. c. 233. n. 3. 666

Exceptio.

Exceptio ordinis, siue discussionis, qua fideiussori competit, quando opponitur, locum habet. cap. 26. nam. 8. 83

Exceptio ordinis, siue discussionis num possit opponi post litem contestatam. ibid. n. 9. & 10. 171

Exceptio rei iudicata opposita in Curia Ecclesiastica, an possit opponi in Curia seculari. cap. 49. num. 4. 171

Exceptio excussionis est de iuris apicibus, sed an possit opponi de iure canonico. cap. 51. num. 2. & 4. 173

Exceptio discussionis, & divisionis, qua fideiussoribus, & contras debendi competit, an cesset, quoties in instrumento fuerit renunciatum simpliciter cum dictione (&c.) vel si obligatio sit facta in forma Camera Apostolica. cap. 65. nu. 13. & 14. 208

Exceptio hostica num opponi possit contra Ecclesiam. c. 74. n. 1. 4. & 14. 232

Exceptio hostica an opponi possit contra mulierem, pro dotis recuperatione agentem. ibid. num. 3. & 15. 234

Exceptio hostica est favorabilis. ibid. n. 15. 234

Exceptio spurietatis, invaliditatis, aut nullitatis legitimationis an impediatur immisionem virtute l. fin. C. de edict. divi Hadr. coll. cap. 101. n. 4. fol. 307

Exceptio discussionis inventarum an possit opponi post sententiam. c. 105. n. 7. 316

Exceptio meliorationum opposita post sententiam condemnatoriam ad relaxandum, an illius executionem impediatur. c. 133. n. 18. & 19. 403

Exceptio non numerata dous an, & quando locum habeat. c. 140. n. 10. & 11. 423

Exceptio S. C. Velleiani, cessat, ubi filius familias patre mortuo agnovit debitum, tempore, quo vivebat sub patria potestate contractum. c. 233. num. 17. 670

Exceptio S. C. Velleiani transit ad haeredes mulieris. c. 236. nam. 4. 674

Exceptio S. C. Velleiani potest de iure post sententiam condemnatoriam opponi, sed quid si sententia illa fecerit transitum in rem iudicatam. ibid. n. 10. 676

Exceptio illa, quae nec ante, nec post sententiam fuit opposita, nullo iure cauetur, ut possit opponi post rem iudicatam. ibid. n. 11. 678

Excommunicatio.

Excommunicationis sententia an ligetur Iudex laicus, si ad instauriam creditoris clerici mandaverit Inquilinis, siue colonis clericis, ut de quantitatibus per illas clerico debitis faciant depositum parvis ipsam Iudicium laicum. c. 75. nu. 1. 3. 4. 7. & 12. 234

Excommunicatus an sit, qui percussit consanguineum clericum in contemplatione ipsius clerici, quem odio persequitur. c. 76. n. 1. 3. 4. & 7. 238

Excommunicatus an tenetur, qui percussit mulieres, quae commorantur in Conservatorijs Civit. Neap. c. 77. n. 1. 3. 4. 6. & 7. 239

**Excommunicatus censerè non potest excommuni-
catione contenta in can. si quis suadente dia-
bulo 17. quest. 4. qui percussit personam qua or-
dinis carere insignita non est, vel qua sub ali-
qua Religione non vivit. ibid. n. 4. & 5.**

**Excommunicatus clericus an gaudeat fore privile-
gio. c. 1. § 1. n. 9. 448**

Exequutio.

**Exequutio super bonis dotibus muliere constanti
in matrimonio pro delicto cõdemnata, in viri præ-
iudicium an fieri possit. c. 63. n. 7. 293**

Exheredatio.

**Exheredari possunt sibi etiam ob alias causas, non
expressas in S. aliud quoque capitulum, auth.
ut cum de appol. cognosc. c. 147. n. 5. 436**

Expensæ.

**Expensæ erogata in meliorando feudum an dedu-
cantur in liquidatione relictij. cap. 184. num. 5.
fol. 515**

Extensio.

**Extensio in personibus non admittitur. cap. 206.
num. 4. 601**

Extraneus.

**Extraneus semper dicitur, qui ab intestato non suc-
cessit. xxi. 6. nu. 31. 346**

Factum.

**Factum Principis dicitur casus fortuitus cap.
187. nu. 4. 519**

**Factum quando est antiquum non remouetur
scientia, et inducatur obliuio. cap. 194. num. 8.
& 10. 572**

Falsitas.

**Falsi crimen gravissimum est, sed ut sub generali
crimini abolitione non contineatur. cap. 78.
num. 10. 249**

**Falsi suspitio in civibus pro veritate habetur.
ibid. nu. 2. 251**

**Falsi pena puniuntur producens testes, & scripturas
falsas, ubi sicut utens, causamque amittit. ibid.
num. 7. 241**

**Falsi accusatione proposita in causa civili an super-
federi debeat in procedendo, donec de veritate
cognoscatur. ibid. num. 7. 241**

**Falsitas in beneficiis inducit causam amissionem
ibid. nu. 10. 242**

Familiaritas.

**Familiaris ut quis dicatur alicuius Principis, qua
concurrere debent. c. 123. n. 2. & 3. 368**

**Familiaris potest quis esse alicuius Principis, quan-
vis sit ab se, si eiusdem Principis voluntas a-
ctus est. ibid. n. 6. 368**

**Familiaritas ex dicitur, qua corpore, & domicilium
fit. ibid. num. 5. 368**

Fatalis.

**Fatalis uno elapso, ut secundum concedatur, qua
requirantur. c. 79. n. 6. & 9. 244**

Fatalis an currant in S. C. ibid. n. 1. & 7. 243

**Fatalibus lapsis ligatae sunt manus Iudicis, quam-
vis de desertione non sit oppositum. ibid. num. 3.
fol. 244**

**Fatalibus elapsis appellatio habetur pro non in-
terposita. ibid. num. 4. & 8. 244**

**Fatalibus elapsis Iudex à quo non possit suam exe-
qui sententiam, causa prius deserta non declara-
ta. ibid. nu. 5. 244**

Fenestrae.

**Fenestras facere in pariete communi ius resistit, sed
an hoc ius praescribi possit, & quid in Civitat.
Neap. c. 205. nu. 3. & 4. 599**

Feudum.

**Feudale patrimonium, cui est annexa qualitas he-
reditaria, non est à patrimonio allodiali separa-
tum. c. 45. n. 33. 153**

**Feudalis causa nunquam comprehenditur in dis-
positione, ubi expresse de feudis mentio facta
non est. c. 78. n. 9. 241**

**Feudalis causa an comprehendatur sub dispositio-
ne pragmat. 1. de compromissis. ibid. num. 15.
fol. 242**

**Feudales cause an agitari possint cum procuratore,
qui univrsale habet mandatum ad omnes cau-
sas. c. 139. n. 27. 430**

**Feudatarius decessens potest gravare legitimum suc-
cessorem pro concurrenti feudi valore. cap. 21.
num. 17. 64**

**Feudatarius, qui ex novissima gratia habens in im-
mediatum successorem feminam potest masculi-
num remotiorem, sed in gradu successibili here-
dem in feudo instituire, an possit quolibet ex
masculis in eodem gradu existentibus institueri
c. 29. n. 11. 12. & 13. 96**

**Feudatarius non potest alterare naturam feudi in
agnatorum prauidicium. ibid. n. 18. 98**

**Feudatarius si super feudo, vellet servitutem im-
ponere, an requiratur assensus domini. cap. 30.
num. 1. cum seqq. 108**

**Feudatarius, & omphrentia an possint usufructum
constituere absque assensu. ibid. num. 9. & 15.
fol. 108**

**Feudatarius an possit absque assensu cedere terras
de dominio feudi. parum utiles. ibid. num. 24.
fol. 104**

**Feudatarius legitimo carens successore, si gratiam
habuerit testandi de feudo in consanguineum, an
compassa intelligatur, & reddatur validum, non
solum primum testamentum, sed etiam secun-
dum, si primum fuit renovatum. cap. 34. nu. 1. 3.
& 6. 110**

**Feudatarius ob aliquod crimen feudo priuatus an
à Principe restitutus, illud recuperare à posse**

- agnati, cui fuit questum. cap. 46. nu. 19. 162
- Feudatarius an absque Regio assensu possit legitimum successorem in feudo grauari, vs aliter certam pecunie quantitatem soluat, & donec non soluerit, quod possit legatarius feudi possessionem ingredi, aliudque retinere, & fructus percipere. c. 81. n. 1. 2. 5. 8. 10. 12. 15. 16. & 17. 148
- Feudatarius an absque Regio assensu possit legitimum in feudo successorem grauari, vs de fructibus feudi singulis annis certam pecunie quantitatem alicui praestet. ibid. n. 3. & 7. 148
- Feudatarius num possit successorem pro concurrenti feudi valore grauari. c. 82. num. 1. & 10. fol. 251
- Es quid si grauamen verum excederet valorem. ibid. n. 2. 4. 8. 9. & 11. 251
- Feudatarius in vita potest agnato suo in feudo hereditario prauidicare, & in morte illum grauare pro concurrenti feudi valore, ac facere in feudo ex pacto. c. 116. n. 4. et 5. 251
- Feudatarius occidens fratrem, ad hoc, ut in communi hereditate succedere possit, feudo priuatur. c. 130. n. 10. 393
- Feudatarius committens crimen laesa Maiestatis an quousque feudo per sententiam priuatur fructus faciat suos. ibid. n. 16. 394
- Feudatarius si obligauerit generaliter bona sua, quo tempore non habebat, nisi bona feudalia, an illa obligata censeantur. c. 139. n. 28. 420
- Feudatario defuncto cum feudo nouo, filij secundogeniti consequuntur a primo, qui in feudo successit partem pretij, in illo feudo per patrem communem erogati, sed id quaestione. cap. 85. nu. 1. & 2. 261
- Et quid si omnes filij a patre fuerint diuisim heredes instituti, & quae sit ratio, vs filij secundogeniti consequantur partem pretij, a communi patre in feudo emptione erogati. ibid. n. 3. 4. 5. & 15. 261
- Feudatario defuncto relicto feudo paterno, cuius inuestitura canonice pro se, et heredibus simpliciter, concurrentibus fratre uerino secundogenito, et nepote ex altero fratre uerino primogenito, uter melius iudicat arma. cap. 103. num. 2. 46. & 15. 309
- Feudatarij uidentes iure Francorum, an in uoluntate feudi primogeniti consensu praerogati recipiantur. c. 26. n. 6. & 8. 364
- Feudum dicitur recipere incrementum, quando feudatarius illud liberat, ab onere annui census. c. 21. nu. 14. 165
- Feudum autem spectat ad heredem in allodio, siue aperiatur domino, siue in illo succedat agnatus, sed an idem, si augmentum sit factum a vasallo feudum, ab aliquo onere liberando. ibid. nu. 25. 26. 27. 30. 31. 34. 35. & 38. 165
- Feudum hereditarium potest pater alienare con-
- tradicens primogenito. cap. 29. nu. 2. 95
- Feudum nouum an possit vni ex filiis a patre dari absque domini consensu. ibid. nu. 1. 98
- Feudum absque assensu domini, neque diminui, neque commutari potest. c. 30. n. 3. 100
- Feudum dicitur magis alienari per constitutionem vsufructus, quam per constitutionem seruitutis. ibid. n. 28. 103
- Feudum a vasallo in conuassallum an possit absque assensu alienari, & quid in pluribus emphyteutis an possint inter se ipse emphyteusum alienare. ibid. nu. 26. 104
- Feudum alienari prohibitum an possit locari. cap. 31. n. 8. & 9. 105
- Feudum potest possideri etiam per illum, qui est incapax successionis, et dominij, quando tamen agitur de acquirenda simplici teneta. cap. 38. num. 25. 119
- Feudum venditum cum pacto de retrovendendo, si venditor pactum illud exercet cum primogenito emptoris pretio restituito, pecunia erit heredis burgenfacica hereditatis. cap. 45. num. 28. fol. 152
- Feudum dicitur legitima primogeniti. ibid. nu. 40. fol. 155. & c. 82. n. 7. 252
- Feudum non amittitur per renunciationem, nisi fiat in manibus domini. c. 78. n. 13. 242
- Feudum in Regno non amittitur ob non denunciationem feudatarij mortem, sed hinc parua successio solutio duplicati releuii Regie Curia, sed an id locum habeat in feudis planis, et de tabula. cap. 80. n. 2. et 3. 243
- Feudum an sit ex pacto, vel potius hereditarium, ex inuestitura, quae canis, concedimus tibi, & heredibus tuis ex tuo corpore legitime descendentibus, &c. cap. 86. num. 1. 3. et 5. fol. 266
- Feudum quomodo dignoscatur, an sit ex pacto simpliciter, an hereditarium, an uero ex pacto cum qualitate hereditaria. ibid. n. 9. 266
- Feudum nihil commune habet cum iurisdictione. c. 115. nu. 3. 336
- Feudum si emptionis titulo ad legitimum successorem deuenit, antea antiquum dicitur, ita ut vasalli ad demaniam pronocare non possint. cap. 139. num. 22. 419
- Feudum, quod ab vno assensu, & alteri conceditur, si de nouo iterum primo concedatur, an dicatur in illius persona antiquum, vel potius nouum. c. 132. nu. 7. 445
- Feudum an deuoluatur ad Regium Fiscum ob mortem, vel rebellionem illius, qui feudum illud emerat, nullo tamen super emptionis contractu impetrato assensu. cap. 182. num. 13. & 14. fol. 511
- Feudum mixtum vnum, & idem est cum feudo ex pacto, & prouidentia. c. 189. n. 41. 535

I N D E X.

Feudum an transeat ad heredem extraneum, quāda apparet illius concessio pro heredibus quibuscuque ibid. num. 64. 549
Feudum si fuerit concessum Titio, & eius heredibus intelligitur concessio pro filijs tantum. ibidem. num. 67. 549
Feudi possessor si ad illud relaxandum fuerit condemnatus, potest uti retentione, donec ei solvatur melioratio. c. 21. n. 32. 67
Feudi melioratio, quando liberatur ab aliqua onere an dicatur esse in re. ibid. n. 37. 68
Feudi dominium non potest existere penes duos in solidum. c. 38. n. 12. & 31. 116
Feudi possessio sola quem Baronem non facit, ibid. num. 23. 119
Feudi tenentia est ius merè allodialè. ib. n. 24. et 36. 119
Feudi novi pretium primogenitum, siue velit, siue nolis in reliquis defuncti bonis succedere, conferre tenetur. c. 45. n. 36. & 37. 153
Feudi investitura potest ab hærede post feudatarij mortem peti, tempore vnus anni, & diei durante c. 80. nu. 1. 245
Feudi amissionis pœna an subintret, si legitimus hæres mortem defuncti feudatarij non denunciavit, ex eo, quod feudum non possidet. ibid. nu. 4. & 5. 246
Et quid si negligenter se gessit in feudum recuperanda. ibid. n. 6. 7. & 8. 246
Feudi tenentia potest uantisci ab hærede illius, qui feudum illud possidebat, quammò non sit in feudo legitimus, ac immediatus successor. c. 81. num. 11. 249
Feudi fructus possunt sequestrari ad instantiam creditoris assensu carentis; iurisdictio autem nã. ibid. n. 14. 259
Feudi iustus ualor quomodo probetur. o. 82. nu. 12. fol. 253
Feudi emptor sine assensu venditore renouandus non potest à sua possessione expelli, nisi prius sibi restituito pretio, quod exbursauit. cap. 87. n. 5. fol. 267
Feudi restitutio non potest fieri absque assensu, nisi in immediatè successorum. c. 150. n. 11. 442
Feudo ad directum dominium reuersu an feruntur dē à feudatario imposita extinguantur. c. 30. nu. 4. fol. 100
Feuda nulliter alienata legitimus successor illud recuperat siue restitutione pretij, cãm id onus sit hæredis in allodia. c. 45. n. 27. 152
Feuda legato an debeatur a flimatio. ibid. num. 30. fol. 158
Feudo alienato in Regno sine assensu sit locus renouationi contractus. c. 83. n. 1. 354
Feuda sine assensu alienato subintrat dispositio Constit. Constitutionem Diuz memoriz, cap. 87. nu. 1. 267
Feuda vendita sine assensu pro mille, eoquò demum

ab emptore similiter sine assensu vendita pro mille, & quingentum, prima venditore renouante, & aduersus hunc nouum emptorem agente, quodnam pretium erit exbursandum. ibid. num. 2. 6. & 7. 354
Feudo vendita sine assensu ius commune statuit, ut venditor feudum, & emptor pretium amittant, sed quid seruetur in Regno. ibid. n. 3. & 4. 354
Feuda ad dominium reuerso sunt hæredi vasalli soluenda meliorationes. c. 184. n. 6. & 7. 515
Feuda an in Regno præscribi possint ob Regis absentiam. c. 215. n. 10. et 11. 337
Feuda æquiparantur officijs. c. 148. n. 13. 438
Feuda in Regno Neapolitano dicuntur mixta. cap. 189. num. 40. 535

Fideicommissum.

Fideicommissarius an, & quando possit propria auctoritate ingredi possessionem honorum fideicommissi subiectorum, & legitimus sit contradictor contra hæredem agentem ex remedio legis fix. C. de edict. Diu. Hadr. coll. c. 88. nu. 1. 2. & 14. 268
Fideicommissarius secundus, & tertius an possint propria auctoritate fideicommissi possessionem capere. ibid. n. 4. 269
Fideicommissarius, siue legatarius, hæreditate vacante possunt propria auctoritate, legati, vel fideicommissi possessionem capere. ibi. num. 5. 6. 7. & 8. 270
Fideicommissarius potest propria auctoritate fideicommissi possessionem capere, quoties testator hæres facultatem ei tribuit, siue expressè, siue tacitè. ibid. n. 9. 10. 11. & 13. 270
Fideicommissarius, siue legatarius possunt legati, siue fideicommissi possessionem propria auctoritate capere, quādo derogationes per hæredem gratum factende non sunt. ib. n. 12. et 15. 271
Fideicommissum reciprocum nunquam intelligitur inductum, nisi expressè illud in testamento legatur. c. 89. n. 2. 273
Fideicommissum reciprocum an censeatur inductum, quando filijs institutis sint substituti eorum descendentes. ibid. n. 3. & 4. 273
Fideicommissum nunquam per dispositionem censeatur inductum, quāda dispositio sumus potest sortiri effectum circa multiplicationem honorum fideicommissorum. ibid. n. 5. 274
Fideicommissum super feudis absque assensu domini fieri non potest. c. 90. n. 3. 276
Fideicommissum à testatore ordinatum super fundo, quem habebat communem cum hærede, quò instituit, an censeatur impositum super toto fundo. c. 91. n. 1. 4. 5. 6. & 7. 279
Fideicommissum non est somnandum in casu, de quo testator non sit loquutus. cap. 126. num. 22. fol. 381
Fideicommissum per patrem nãm in testamento

| | |
|--|---|
| <p>feri possit super re per eum filia matrimonij contemplatione, vel in premium emancipationis donata. cap. 165. num. 1. 2. 3. 6. 7. & 13. fol. 470</p> <p>Fideicommissum, vel legatum ad alicuius tertij arbitrium collatum an de iure subsistat. cap. 221. nu. 2. & 3. 646</p> <p>Fideicommissio ad fauorem vocati an fiat locus herede grauato deliquente. cap. 90. nu. 6. & 7. fol. 276</p> <p>Fideicommissa, & legata regulariter à manibus heredis grauati accipi debent. c. 88. n. 3. 269</p> <p style="text-align: center;">Fideiussio.</p> <p>Fideiussio per debitorem præstanda in causa præuentionis, ad effectum euitandi instrumenti incusationem, an sicut præstanda est, quando præuentionio fit, volens debitor debiti satisfactionem probare, ita pariter quando vellet allegare instrumentum simulatum, falsum, usurarium, &c. cap. 66. n. 2. 3. 6. 7. & 10. 209</p> <p>Fideiussio an sit præstanda à conuento petitione hereditatis de restituendis fructibus perceptis, et lite pendente percipiendis. cap. 92. num. 1. 3. 4. 5. 9. & 12. 281</p> <p>Fideiussor an possit cum debitore, pro quo fideiussit certam pacisci mercedem. c. 7. n. 4. 14</p> <p>Fideiussor, qui pro præstita fideiussione mercedem accepit, num illam sibi excomputabit, si contingit pro fideiussione soluere. ibid. n. 5.</p> <p>Fideiussor num mercedem exigere pro fideiussione præstita possit, si nullum imminet periculum decoctionis principalis debitoris. ibid. n. 6.</p> <p>Fideiussor si pro aliquo debitore carcerato se obligauerit de soluendo debitum infra certum tempus, vel de presentando illum, num die adueniente possit cogi ad soluendum, si debitorem presentare paratus est, & quid si debitor ille reperitur mortuus. c. 65. n. 1. 3. 7. & 8. 205</p> <p style="text-align: center;">Filia.</p> <p>Filia dotata an in taxatione legitimæ masculinæ sit inter filias connumeranda. c. 93. n. 1. 5. et 8. 284</p> <p>Filia dotata à patre si ex statuto non posset succedere matri, an in taxanda legitima filiorum super bonis maternis sit inter filios connumeranda. ibid. n. 7. 286</p> <p>Filia naturalis à patre minus congruè dotata an patre mortuo nulla superstite legitima sobole possit congrua dotationis petere supplementum. c. 94. n. 1. 3. 6. 12. & 13. 289</p> <p>Filia spuria quid à patre præterdere potest. ibid. nu. 2. & 10. 290</p> <p>Filia debet esse contenta dote, quam pater ei assignauit. ibi. n. 4. 5. 7. & 11. 291</p> <p>Filia est immitenda in possessionem bonorum paternorum, quamuis allegetur, bona illa esse feudalia, quorum femina de iure communi feudorū dicitur incapax. c. 101. n. 6. 307</p> | <p>Filia femina an faciat deficere conditionem, si fine filijs decesserit. c. 126. n. 10. 377</p> <p>Filia, quæ renunciauit an ab intestato succedat patri cum alijs descendens masculis. c. 189. n. 17. & 18. 529</p> <p>Filia, quæ renunciauit an admittatur ad successionem patris intestati unà cum sororibus, quæ renunciarunt. ibi. n. 19. & 20. 530</p> <p>Filia, quæ renunciauit tempore, quo nullus extabat descendens, nec demum in die obitus patris superstes fuit, an ad eiusdem patris intestati successionem admittatur. ibi. n. 21. 531</p> <p>Filia, quæ renunciauit tunc à patris sui intestati successionem repellitur, & collaterales admittuntur, quando illi sunt in renunciatione contemplati. ibi. n. 29. 35. & 90. 532</p> <p>Filia ad hoc, ut à patris sui intestati successionem excludatur per collaterales, requiritur, ut illi expresse in renunciatione sint contemplati. ibi. n. 35. 533</p> <p>Filia præterita in testamento patris an in Regno Neap. possit illud impugnare. c. 219. n. 15. 641</p> <p>Filia, quæ dote recepta renunciauit an in taxanda vita, & militia super feudo, vel legitima super allodio sit inter filios connumeranda. cap. 245. n. 2. 3. & 6. 694</p> <p>Filia monialis renunciantis exclusio tota dependet ex mente patris donatarij. c. 190. n. 8. 551</p> <p>Filia naturali nec hereditas, nec legitima debetur, ac proinde contratabulare non potest. c. 94. nu. 8. & 9. 291</p> <p>Filia femina rebellis an habeant legitimam super bonis maternis, & an in eis procedat tex. in l. quisquis, §. uxores, C. ad l. Jul. Maest. c. 22. n. 5. 6. 7. 8. 9. & 25. 71</p> <p>Filia femine an insimul cum masculis succedere possint in donatione facta ab auo, eorum patri contemplatione matrimonij, & filijs ex eo nascituris. c. 68. num. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 21. 22. & 23. fol. 212</p> <p>Filia femine an simul cum masculis succedant in antepato, per eorum matrem lucrato. ibi. num. 15. & 16. 214</p> <p style="text-align: center;">Filius.</p> <p>Filius primogenitus successor in feudo an possit à patre grauari pro concurrenti fendi valore. cap. 45. num. 41. 155</p> <p>Filius quando succedit cum extraneo non tenetur conferre. ibi. nu. 47. & 48. sed id quomodo procedat. ibid. 157</p> <p>Filius naturalis patri ab intestato decedenti an succedat. c. 56. n. 7. 187</p> <p>Filius in legitima hereditario titulo succedit, & tamen pro illa portione ad onera per patrem in testamento ordinata non tenetur. c. 57. nu. 6. fol. 191</p> <p>Filius hæres in feudo non potest grauari pro concu-</p> |
|--|---|

renti feudi valore, sed in eo, quod legitime valore excedit. c. 82. n. 5. 252

Filius, qui renuntiavit patri suo, an in taxanda legitima filiorum, sine paragio feminarum sit inter filias connumerandus. cap. 93. num. 2. 3. 4. 8. & 15. 285

Filius in aliqua Religione professus, an in taxanda aliorum legitima sit inter filios connumerandus. ibi. n. 6. & 9. 286

Filius abstinens se à patris hereditate, potest se po-
nere, & in illam intra certum tempus, se im-
miscere, & quid si iudicialiter abstentionem de-
claraverit. c. 96. n. 1. & 2. 294

Et quid si bona hereditaria hac medio tempore
alienata reperiantur, vel à substituto, vel à re-
nuntiantibus ab intestato præoccupata. ibi. num. 3.
4. 5. & 6. 295

Filius immiscens se hereditati paternæ an possit
demum ab illa se abstinere, cum detegerit ma-
gno ære alieno gravatam. ibi. num. 7. 8. 9. & 16.
fol. 295

Filius familias Regni huius, si absque patris consen-
su in Urbe contraxerit, an contentus in Regno
iuretur pragm. sanctione de S. C. Macedon.
c. 97. n. 1. 2. 3. & 7. 298

Filius familias non potest esse in iudicio sine consen-
su patris, & quid si absq. claricus beneficiatus in
causis sui beneficii. c. 98. n. 1. 299

Filius naturalis ad legitima naturalia restitutus po-
test tam ex testamento, quàm ex intestato patri
succedere, & si fuerit præteritus, potest contra-
tabulare, sed quid si in legitimatione fuerit adie-
cta clausula, citra præiudicium venientium
ab intestato. cap. 99. n. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9. 10. 11.
12. 13. & 14. 301

Filius naturalis in certis bonis à patre hæres insti-
tutus, an addito, ut si Religionem aliquam profes-
teatur, non nisi certum quid annuum petere pos-
sit, si Congregationem aliquam Sacerdotum se-
cularium ingrederetur, an fiat locus dispositioni
paternæ super annua præstatione. cap. 100. n. 1.
3. & 7. 304

Filius Neapolitanus tenetur legitimam super bonis
antiquis parentibus relinquere. cap. 129. num. 7.
fol. 389

Filius an patris successione priuatur, ex eo, quod no-
vercam occidit. cap. 151. n. 2. 443

Filius masculus, ex generali consuetudine totius
Christiani Orbis patri suo ab intestato defuncto
succedit, cum onere maritandi sororem de para-
gio. c. 166. n. 1. 472

Filius infans, matris hereditatem non aditam an
ad patrem transmittat. c. 167. n. 13. 484

Filius an transacto tempore ad proponendum qua-
relam inofficiosa donationis aliquod habeat re-
medium pro consequutione eius legitime. c. 176.
nu. 2. 3. 5. 6. & 9. 500

Filius moriens non tenetur patrem in legitima in-
stigare, ubi matrimonium fuit contractum alla-
nova maneræ. c. 192. n. 1. 1. 563

Filius cum hereditati paternæ se immiscuit, non
amplius patrimonium paternum, sed proprium
dicitur. c. 193. n. 2. 570

Filius familias an per assequutionem dignitatis Prin-
cipatus, Ducatus, Marchionatus, etc. à patria po-
testate liberetur. c. 239. n. 16. 670

Filio naturali legitimo à patre hære instituto
an sit danda immixtio virtutis l. fin. C. de edict.
Diui Hadriani, opponente se proximioribus, &
legitimationis defectum allegante. c. 101. nu. 1.
fol. 306

Filio sine liberis defuncto, succedunt parentes de iu-
re communi, & quid de iure consuetudinario
Neapolitano. c. 192. n. 3. & 4. 363

Filij rebellis sunt alieni ab omni successione. c. 22.
num. 4. 71

Filij tam primi, quàm secundi matrimonij conse-
quuntur antephatum, per secundam uxorem ac-
quisitum in Civitate Neap. ibi. n. 20. 74

Filij iure communi antephatum succedunt in antephatum
per eorum matrem lucrato, uti filij, non uti hæ-
redes, sed quid in Civitate Neap. cap. 23. n. 2.
fol. 76

Docet cautela, per quam filij succedunt in ante-
phato matris, uti filij, non uti hæredes. ibidem.
num. 3. 78

Filij ex secundo matrimonio suscepti an succedant
in antephatum per eorum matrem lucrato. ibi. nu.
11. & 12. 78

Filij quomodo succedant in donatione facta eorum
patri contemplatione matrimonij, uti filij, vel
uti hæredes. c. 68. nu. 89. 10. 14. 17. 19. & 20.
fol. 213

Filij in antephatum, ceterisque lucris nuptialibus an
succedant uti filij, vel uti hæredes, patris in Ci-
vitate Neap. ibi. n. 24. 215

Filij eorum criminis lesa Maiestatis omnium suc-
cessionem priuatur, sed quid in filijs ante delictum
natis. c. 95. n. 1. 5. 7. & 8. 209

Filij nati ante delictum non possunt dici præcissi-
se ante ex radice infecta. ibi. n. 3. 213

Filij sororum vocantur per Constitutionem Vt
de successioneibus, quævis de filijs fratrum
tantum ibi mentio fiat. c. 103. n. 8. 310

Filij fratrum ad feudi successione an ita demum
vocentur per Const. Regni Vt. de successio-
nibus, si secundum illud ab eorum uno acquisitum
fuit. ibi. n. 3. & 10. 310

Filij fratrum an amittant excludens à successione
patris prædefuncti. cap. 208. num. 10. 11. 12.
& 13. 607

Filij in conditione positi, quando censentur voca-
ti, quoniam modo vocatio intelligatur. cap. 223.
num. 3. 649

Filiorum appellatione an veniant feminae. c. 108. n. 3 & 18. 312
Filiorum appellatione veniant feminae, tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus. c. 126. n. 4 & 5. 376

Fiscus.

Fiscus in his, in quibus non est expressè privilegiatus, videtur iure privati. c. 10. n. 7. 23
Fiscus dicitur saccus Caesaris. ibi. n. 11. 24
Fiscus non restituitur in iudicio, quando petijt panem, si per contractum promissam, sed ex causa criminali dependentem. c. 128. num. 9. & 10. fol. 588
Fiscus, Ecclesia, caterique, privilegia, quibus tempus habent ad perquirendas scripturas pro revocandis sententijs, contra ipsos laicos, & quid ubi adsint duas sententiae conformes. c. 202. n. 3. 4. 5. & 8. 593
Fiscus est saccus male quaesitorum. c. 244. num. 12. fol. 692
Fisci bona ut vendi possint, qua concurrento debeant, remissive. c. 18. n. 46. 47

Feminae.

Femina de iure communi feudorum est incapax, secus de iure Regni. c. 116. n. 18. 343
Femina ut à Majoratus successione excludi possit per ambulationem, qua requiritur. c. 126. num. 24. fol. 382
Femina an sit excludenda à successione Majoratus ex simplicis vocatione masculinorum. ibid. n. 27.
Femina ad Majoratus successione admittitur, quamvis fuerit ille constitutus pro masculis, si nullus superfit masculus descendens per lineam masculinam à primo vocato. ibi. n. 31. 383
Femina agnata remotior an excludat proximiores cognatos testatoris vocatione vocata. cap. 222. n. 3. & 4. 648
Femina an censentur exclusae, quando testator vocavit filios filiarum viventium, & non ipsas filias. c. 126. n. 13. 379
Feminarum exclusio aperitissimis verbis, aut evidētissimis coniecturis ostendi debet. ibid. num. 25. & 26. 382

Forensis.

Personae quae pro bonis, quae in alieno territorio possides per illius Civitatem, vel Castrum collectari possit. c. 34. n. 7. 177

Forum.

Fori privilegio nullo iure caretur, nisi minor decimo octavo anno, & maior decimo quarta gaudeat. c. 47. n. 16. 167
Fori electionis privilegium non competit in pupillari aetate constitutis, patres habentibus. ibi. nu. 22. 168
Fori electio, & variatio personis privilegiatis his, & ter in eadem causa permittitur. ibi. num. 24. fol. 169

Fori electione facta in M. C. in causa criminali, quamvis refugus statim mutaverit, non per hoc causa ad aliud Tribunal remittitur. c. 243. n. 9. fol. 689

Francorum ius.

Francorum iure necento primogenitus succedit solus in fundo. c. 86. n. 2. 266
Francorum ius in Regnis utriusque Siciliae ius commune est. ibi. n. 4.

Frater.

Frater attento iure communi feudorum, fratri in fundo novo non succedit. c. 38. n. 18. 117
Frater succedit fratri in fundo novo pecunia quaesito, non obstante investitura pro se, & haeredibus ex corpore, sed quid in fundo concesso in remunerationem servitorum. c. 102. n. 13. 7. 8. 9. & 11. 307
Frater primogenitus sicut fratribus secundogenitis tenetur conferre pretium feudi novi pecunia quaesiti, sic etiam & pretium feudi communi patri concessi in servitorum remunerationem. ibi. num. 4.
Frater an succedat fratri in feudo, adhuc si coniunctus non est ex illo latere, unde feudum provenit. c. 103. n. 1. 309
Frater an primetur fratris successione, ex eo, quod illius filium in se occidit. c. 151. n. 4. 443
Frater, qui cuiusda sororis dote tenetur iterum dotare, siue legitimam assignare, an simul ad interesse, siue fructus legitime teneatur. c. 156. nu. 10. fol. 473
Frater uterinus an forensis uterinam dotare tenetur. c. 108. n. 23. & 24. 610
Fratre defuncto in Civitate Neap. superstitibus fratre, & sorore in capillo, frater succedit cum onere maritandi sororem de partido. cap. 208. num. 3. 606
*Fratre defuncto superstitibus sorore utriusque coniuncta, & fratre consanguineo, uter succedat in Civitate Neap. ibid. n. 9. 607
 Fratre defuncto superstitibus sorore, & nepte ex fratre praedefuncto omnes succedunt.* ibid. num. 15. fol. 609
Fratre defuncto superstitibus sorore, & fratribus omnibus inter se uterinis omnes succedunt. ibid. num. 17.

Fratres spurij uterini an ad reciprocam successione admitti possint. c. 4. n. 11. 6

Fratrum appellatione an veniant sorores. c. 212. num. 8 fol. 618. & cap. 217. num. 4. 9. & 11. fol. 631

Fructus.

Fructus qui percipiuntur ex territorijs feudatibus. c. 35. n. 4. 111
Fructus an veniant causa interdesse componendi, facta per emptorem revocatione contractus alienationis feudi ob defectum assensus. cap. 83.

I N D E X

à num. 15. usque ad 20. 257
Fructus percepti per heredem gravatum post pur-
 rificationem fideicommissum, an, & quando, & à
 quo tempore sint fideicommissaria restituendi.
 c. 104. n. 1. 3. 5. 6. & 7. 312
Fructus, qui una cum re sunt restituendi vero de-
 mino, ad quam rationem liquidantur. ibi. n. 8. 9.
 & 10. 313
Fructus futuri non veniunt in donatione sub ali-
 qua conditione facta. c. 196. n. 43. 585
Fruentium appellatione an veniant pars pecunia-
 ria, quando proceditur ad venditionem alicuius
 feudi Regia Curia. c. 84. n. 3. 259
Furor.
Furori si quis immititur, debet probare, adfuisse illi
 tempore actus gestu. c. 225. n. 4. 652

G

Gabella.

Gabella an sit solvenda à fratribus, & sorori-
 bus Tertij Ordinis Sancti Francisci. c. 100.
 num. 5. 305
Gabella, qua solvitur de quolibet animali nascente
 in territorio, debet etiam solvi, si nasceretur ex-
 tra, quando dominus in fraudem animalia con-
 duxit extra territorium ad paricendum. c. 118.
 num. 19. 356

Gemma.

Gemmae modici valoris à sponso sponsa tradita an
 donata censeantur. c. 71. n. 22. 227

Gerundium.

Gerundium an conditionem importet. c. 8. num. 16.
 fol. 17

Glof.

Glof. in l. quandiu, C. de distracto pign. declara-
 tur. c. 143. n. 7. & 8. 428

Gratia.

Gratia concessa feudatario legitimo carenti succes-
 sore, ut possit testari de feudo in aliquem consan-
 guineum, an concessa intelligatur, ut reddatur
 validum, non solum primum testamentum, sed
 etiam secundum, si primum fuit revocatum. c.
 34. n. 1. 3. 5. & 6. 110

Gratificatio.

Gratificationi quando locus est in pluribus presen-
 tatis ad beneficium de iure patr. c. 40. num. 10.
 fol. 125

H

Hæreditas. Hæres.

Hæreditate vacante fideicommissarius, &
 legatarius possunt propria autoritate rei
 legatæ, & fideicommissio subiecta possessionem
 capere. c. 88. n. 5. 6. 7. & 8. 269
Hæreditate paterna à filio adita, amplius bona pa-

terna non dicuntur, sed fraterna. c. 103. num. 5.
 fol. 570

Hæres an teneatur de proprio, ex eo, quod imventa-
 rium non cõfecit, si constat, alia bona in hæredi-
 tate nã remansisse, nisi ea, que ipse asserit. c. 11.
 num. 2. 25

Hæres gravatus de restituendo hæreditatem post
 mortem, num. possit in vita bona restitutioni ob-
 noxia alienare. c. 16. n. 8. 31

Hæres mulieris an imetur beneficio tex. in authi-
 res, que, C. comm. de leg. c. 19. num. 7. 8. & 10.
 fol. 55

Hæres potest venire aduersus contractum nulliter
 factum à defuncto. c. 48. n. 6. 170

Hæres debitoris condemnatus ad soluendum omni-
 bus creditoribus hæreditarijs, si soluerit uni ere-
 ditum suum totum, & in hæreditate nihil remã-
 sit, quid agendum. c. 64. n. 2. 4. 5. & 6. 204

Hæres debitoris solvens hypothecario creditori po-
 steriori, sciens, adesse anteriorem, quid iuris?
 ibid. n. 3. 204

Hæres gravatus ad aliquid annuum, ex tali fundo
 alicui præstandum, num. possit fundum illum di-
 strahere. c. 81. n. 4. 248

Hæres in feudo renitens legata solvere potest cogi
 ad feudum vendendum. c. 82. n. 3. 252

Hæres aduendo defuncti hæreditatem, videtur qua-
 si contrahere cum creditoribus, & legatarijs, &
 causam habentibus. c. 91. n. 3. 279

Hæres gravatus an una cum hæreditate teneatur
 pariter ad restitutionem fructuum. c. 92. num. 8.
 fol. 282

Hæres gravatus post casum fideicommissi tenetur
 fructus, quas percepit restituere fideicommissa-
 rio. c. 104. n. 4. 313

Hæres solvens creditori anteriori an super re obli-
 gata possit à creditoribus posterioribus actione
 reali conueniri. c. 105. num. 1. 3. 5. 6. 8. 10. & 11.
 fol. 316

Hæres cum beneficio legis solvens creditori poste-
 riori sciens, superesse anteriorem, malè soluit. ibi.
 num. 9. 317

Hæres retinebit ex patrimonio quidquid in cau-
 sam hæreditatis expenderit. ibi. n. 13. 318

Hæres vendens rem hæreditariam, ut non teneatur
 de enictione, debet exprimere, quod vendit tan-
 quam hæres, & ut emptor non possit actione
 hypothecaria conueniri debet curare, quod pre-
 tium solvatur creditoribus hæreditarijs. ibi. nu-
 16. & 17. 318

Hæres solvens de propria pecunia creditori primo-
 uenienti an habeat honorum hæreditariorum
 retentionem. ibi. n. 18. 319

Hæres scriptus si petierit hæreditatem vigore te-
 stamenti, an possit uariare, illamq; petere vigore
 codicillorum. c. 106. n. 1. 3. & 4. 319

Hæres, qui est in mora satisfaciendi legatum testa-

toris, tenetur ad interesse lite contestata, sed an hoc procedat, quando iustam habuit litigandi causam. c. 109. n. 7. 326

Heres particularis esse non potest nisi testamentarius c. 189. n. 31. 533

Heres semper comprehenditur in omni acquisitione, quam facimus, quamvis de illo nulla fiat mentio. c. 190. n. 4. 550

Heres quando non teneatur defuncti dispositionem servare. c. 218. n. 7. 635

Heres succedens in feudo hereditario potest adversus defuncti factum fraudulentum insurgere, ibi. num. 8. 636

Heres in feudo dicitur succedere ultimo morienti. ibid. n. 10.

Heres heredis tenetur adimplere id, ad quod heres tenebatur. ibi. n. 12.

Heres heredis quando non teneatur ad observantiam dispositionis primi testatoris. ibi. n. 14. 15. & 16. 637

Heres institutus si vivo testatore cum filijs decesserit, data substitutione cum clausula codicillari, cui nam tenentur venientes ab intestato hereditatem restituere, filijs instituti, vel substituto. c. 219. n. 8. 639

Heres obligans se nomine proprio, ac insimul renuncians beneficio discussionis inventarij, semper ultra vires patrimonij tenebitur. cap. 233. num. 13. & 14. 669

Heres alicuius Officialis tenetur, si aliquid ad eum pervenit de male questis per eius authorem, ne alieno scelore dicitur. cap. 244. num. 11. 13. 14. 16. & 17. 692

Heredis nomen ita coartari debet, ut nullatenus extranei, qui ab intestato venire possunt, proprijs filiabus anteferrantur. c. 189. n. 14. 528

Heredes an possint cogi ad ratificandum contractum defuncti, ad finem impetrandi super illo Regium assensum. c. 43. n. 8. 131

Heretis.

Heretis crimine notatus an ipso iure bonorum suorum faciat iacturam. c. 5. n. 2. 7

Hypotheca.

Hypotheca, & dominium sunt incompatibilia. cap. 21. num. 4. 7. 8. 9. & 19. fol. 62. Sed limitatur. c. 38. n. 14. 117

Hypotheca, quam habet mater super bonis viri à filio patris herede possessis, an censeatur extincta per successionem filij in bonis matris. ibi. num. 21. cum seq. 64

Hypotheca generalis an intelligatur prohibita, si sit specialis in terminis tex. in cap. nulli, de reb. Eccl. non alienand. c. 27. n. 9. 85

Hypotheca pro consequatione dotis habet originem à die promissionis, non autem solutionis. cap. 28. num. 22. 92

Hypotheca, quæ de facto super bonis clerici reperi-

tur, sub quorum titulo sacris insignitus est an possit creditor, cui hypotheca spectat clerico defuncto super illis recurrere. c. 48. num. 5. 7. & 11. fol. 170

Hypotheca ut acquiratur creditori, quodnam tempus inspicitur, an bonorum debitoris obligationis, vel potius pecunie numerationis. c. 60. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. 198

Hypotheca pro sorte simpliciter constituta, an pariter pro interesse competat. c. 166. n. 32. 476

Hypotheca tacita, quæ competit pro dote an pariter pro illius interesse competere possit. ibid. num. 25. et 33. 475

Hypothecaria actio an competat creditori hereditario pendente discussione inventarij adversus tertium possessorem bonorum sibi obligatorum. cap. 62. num. 5. 291

I

Iactantia.

Iactantialis an possit per aliquod remedium impediri. c. 6. n. 8. 13

Ignorantia.

Ignorantia iuris in minore, muliere, & rustico toleratur. c. 136. n. 10. 410

Ignorantia an solo iuramento eam allegantis probari possit. c. 194. n. 9. 572

Immissio.

Immissio non impeditur oppositis exceptionibus petitorum respicientibus. c. 101. n. 3. 307

Immunitas.

Immunis an quis sit à solutione gabella pro fructibus prædij empti à Fisco, vel Ecclesia. cap. 159. num. 7. 454

Immunitas à solutione gabella concessa Titio pro fructibus eius prædij, num transeat ad emptorem eiusdem prædij. ibid. n. 6.

Impedimentum.

Impedimentum, quod consideratur in Neophytis circa ordinem susceptionem, usque ad quod tempus durat. c. 144. n. 4. 429

Impedimenta quæ esse debeant, ut elapso primo fatale concedatur secundum. cap. 79. n. 6. & 9. fol. 245

Incrementum.

Incrementum rei vendita sub conditione, ea pendente cuius sit. c. 239. n. 13. & 14. 684

Indicium.

Indicia ad torturam an sui sint ad tribuendam iurisdictionem Iudici laico contra clericum in crimine assassinij. c. 232. n. 7. 664

Ingrediens.

Ingrediens Religionem Societatis IESV si biennio elapso tria vota simplicia emittat, efficitur vere Religiosus. c. 195. n. 5. 574

Ingrediens Religionem si ante professionem, de bo-

I N D E X.

| | |
|---|-----|
| <i>nis suis non disposuit, bona illa Religioni acqui- sita dicuntur, quæ demùm ex persona Religiosi patet illius consanguineis succedere, sed non procedit in Religione Societatis IESP. ib. n. 7.</i> | |
| <i>Ingrediens Societatem IESP si emissis tribus sim- plicibus votis, absq; licentia Prepositi Genera- lis à Religione extret, dicitur Apostata. ibidem num. 10.</i> | 575 |
| <i>Ingrediens Religionem mortis tempore presumitur id factum in fraudem substituti, c. 138. num. 5. fol.</i> | 414 |
| Inimicitia. | |
| <i>Inimicitia ex litibus oritur, c. 211. n. 14.</i> | 615 |
| Inquisitio. | |
| <i>Inquisitionis Tribunal hys tantùm bona condonare solet, quibus perpetui carceris pœna remittitur. c. 5. n. 8.</i> | 8 |
| Instantia. | |
| <i>Instantia cepta cum defuncto an transeat ad hæ- redem clericum, c. 243. n. 6.</i> | 688 |
| Instrumentum. | |
| <i>Instrumentum reddi rem certam, & facit proba- tionem probatam, c. 55. n. 7.</i> | 179 |
| <i>Instrumentum in iudicio productum, cuius fides est semel approbata, debet iterum produci, cum ad- versarius vult illud de falso redarguere. c. 107. num. 1.</i> | 322 |
| <i>Quod quomodo intelligatur, ibid.</i> | |
| <i>Instrumentum num incusari possit in foro credito- ris ex pacto precedente, c. 108. nu. 1. 3. 4. & 5. fol.</i> | 324 |
| <i>Instrumentum in iudicio productum an fidem fa- ciat, si non est productum in charta pergamenâ, servata forma Constit. Regni Instrumentorũ robor, c. 139. n. 3. 14. 15. & 16.</i> | 416 |
| <i>Instrumentum stipulatum per Notarium Aposto- licum an in Regno possit presentari via Riens, & quid inter personas Ecclesiasticas, cap. 228. num. 2. & 3.</i> | 659 |
| <i>Instrumentum publicum requiritur ad hoc, ut mul- lier validè se obliget in illis casibus, in quibus se obligare potest, cap. 238. num. 4.</i> | 680 |
| Interdictum. | |
| <i>Interdictum ordinario vti possidetis intentato, si In- dex pronunciauit, dandum esse terminum, an possit intentari summarissimum manutentionis, c. 204. num. 8. & 9.</i> | 597 |
| Interesse. | |
| <i>Interesse pretij conuenienti an, & quando debeat esse recompensatiuum fructibus rei venditæ. c. 20. num. 8.</i> | 60 |
| <i>Interesse denegatur vbi mora non contrahitur, cap. 109. n. 5.</i> | 326 |
| <i>Interesse quantitatis debitæ nunquam debetur, vbi mora non subintrat, c. 110. n. 1.</i> | 327 |
| <i>Interesse pro modica quantitate non debetur, ibid. num. 8.</i> | 328 |
| <i>In-erese, quod Iudicis officio debetur an possit da- plum quantitatis debitæ excedere, ibi. n. 9.</i> | |
| <i>Interesse legati an à die mortis, vel petitionis de- beat, c. 121. n. 8.</i> | 364 |
| <i>Interesse sortis vt peti possit, quæ requirantur, cap. 166. n. 17.</i> | 474 |
| <i>Interesse dotis in tempore conuento non soluta, quæ actione petitur, ibid. n. 38.</i> | 477 |
| <i>Interesse dotis post dotantium mortem promissa an debeat, absque interpellatione, ibid. n. 39. 40. 41. & 42.</i> | 478 |
| <i>Interesse recompensatiuum cum fructibus omni- iure permittitur, c. 172. n. 11.</i> | 492 |
| <i>Interesse lucri cessantis cessat in contractibus bona fidei, data mora in tradenda, re. c. 241. num. 2. fol.</i> | 686 |
| <i>Interesse vitæ, & militiæ an debeat, à die mortis communis patris, & quid in paragio, c. 246. nu. 2. 6. 10. & 11.</i> | 696 |
| <i>Interesse legitima à quo die debetur, ibid. n. 4.</i> | |
| <i>Interesse partis pretij super feudo uouo à quo die peti potest, ibi. n. 5. & 9.</i> | |
| Interusurium. | |
| <i>Interusurium conuentum pendente solutione rei venditæ an possit peti, vt moderetur, si excede- ret fructus, qui ex re vendita percipiuntur, cap. 20. à nu. 2. vsq; ad 7.</i> | 59 |
| <i>Interusurium an peti possit à viro ex contractu mutui, quod dependet à promissione dotis, cap. 140. nu. 18. 19. & 20.</i> | 424 |
| Inuentarium. | |
| <i>Inuentarium vti legitime confectum iudicetur opus est, vt in illius confectioe omnes creditores hæ- reditarij citentur, c. 111. n. 1. 2. & 3.</i> | 329 |
| <i>Inuentarium an profit hæredi, vbi ex creditoribus aliqui sunt citati, aliqui non, ib. nu. 7.</i> | 330 |
| <i>Inuentarij beneficium Florentinis non suffragatur, c. 96. n. 17.</i> | 297 |
| <i>Inuentarij discussio facta cum vno ex creditoribus, an alijs noceat, c. 111. n. 10.</i> | 330 |
| <i>Inuentario declarato valido cum vno ex credito- ribus, alijs non citatis an noceat, ibid. n. 8.</i> | |
| Inuestitura. | |
| <i>Inuestiti si fuerint duo de feudo pro se, & descen- dentibus masculis, quibus deficientebus, vt suc- cedere deberent femina, si contingerit alterum ex inuestitis filia tantùm superstite decedere, il- la ad feudi successionem admittitur, c. 89. nu. 8. & 10.</i> | 274 |
| <i>Inuestitura noua attenditur, & non antiqua, vbi cõcessionarius sub nouis pactis se obligauit, cap. 55. num. 31.</i> | 185 |
| <i>Inuestitura feudi potest ab hærede peti durante tempore vnus anni, & diei post feudatarij mor- tem, c. 80. n. 1.</i> | 245 |
| <i>Inuestitura tenor semper attendi debet, cum quis feudo succedere velit, c. 102. nu. 10.</i> | 309 |

I N D E X.

Iudex.

Iudex Ecclesiasticus an sit competens ad cognoscendum laicum, abortus crimen committentem, & quid in crimine haresis. cap. 3. num. 1. 2. & 4. 4

Iudex Ecclesiasticus an, & quando sit competens ad cognoscendum laicum falsum coram ipso deponentem. ibi. nu. 5. 4

Iudex Ecclesiasticus in crimine haresis habet iurisdictionem priuatiuam in laicos. cap. 5. nu. 18. fol. 10

Iudex laicus an possit per edictum generale clericum monere, ut coram ipso compareat, dum se iactat habere iura contra laicum. c. 6. n. 2. 11

Iudex ordinarius potest iurisdictionem suam alteri demandare. c. 31. n. 13. 106

Iudex laicus an sit competens contra clericum in actionibus realibus. cap. 44. n. 5. 23. 25. & 26. fol. 135

Iudex laicus excommunicatur excommunicatione contenta in Bulla Cœnæ, can. 15. quando clericum ad suum Tribunal trahit, prater iuris canonici dispositionem. ibi. n. 6. & 24. 106

Iudex laicus, nec actu, nec potentia iurisdictionem habet in clericum. c. 52. n. 4. 174

Iudex laicus, si ad instantiam creditoris clerici mandauerit inquilinis, siue colonis clerici, ut de quantitibus per illos clerico debitis faciatis depositum pœnès ipsum Iudicem laicum, an in excommunicationem incidat. cap. 75. num. 1. 3. 4. 7. 8. & 12. 234

Iudex laicus, nequẽ directẽ, nequẽ indirectẽ potest clericum ad suum Tribunal trahere, nequẽ super illius bonis ius dicere. ibid. num. 2. 5. & 6. fol. 235

Iudex à quo nũm fasalibus lapsis possit suam exequi sententiam, causa prius deserta non declarata. c. 79. n. 5. 244

Iudex vnus potest per alium exequi facere sua precepta. c. 107. n. 5. 323

Iudex fori creditoris nullam habet iurisdictionem in debitorem alterius fori. c. 108. n. 2. 324

Iudex secularis requisitus pro imploratione brachij super exequutione sententiæ latae per Iudicẽ Ecclesiasticũ in causa matrimoniali concernenti separationem thori, & dotis restitutionem, an do illius viribus cognoscere possit respectu restitutionis dotis. c. 112. n. 1. 4. & 8. 331

Iudex Ecclesiasticus non solum super diuortio, sed etiam super dotis restitutione est competens. ibi. num. 2. 331

Iudex secularis quando dicitur mixtus exequutor sententiæ Iudicis Ecclesiastici. ibi. num. 6. 332

Iudex secularis mandat fieri dotis restitutionem, statim atquẽ Iudex Ecclesiasticus pronuncians super separatione matrimonij. ibid. n. 7. 332

Iudex de numero ordinariorum nouissimus an pre-

cedere debeat supernumerariis antiquiores c. 113. n. 1. 3. 11. & 12. 333

Iudex an possit recusari, ne interueniat in causis alicuius pupilli, ex quo tutoris est inimicus. cap. 114. n. 1. & 5. 334

Iudex an possit recusari, ne interueniat in causis alicuius Ecclesiæ, ex qua est cõsanguineus Prælati. ibid. n. 2. 3. & 4. 334

Iudex in omni causa, terminum litigantibus, ad eorum iura probanda concedere tenetur, & quid si tractatur de iuris articulo tantum. cap. 231. num. 2. & 5. 663

Iudex laicus vt possit procedere contra clericum, assassinum, quodnam requiratur. cap. 232. nu. 6. fol. 664

Iudex an possit post conclusum testes examinare. cap. 235. n. 6. 672

Iudicis auctoritas an suppleat defectum tutoris, vel curatoris. c. 137. nu. 2. 412

Iudice mandante, vt quis procedat ad stipulationem alicuius contractus, & recusante, quid agendum. c. 43. n. 9. 132

Iudicium.

Iudicium attentatorum non impedit causam principalem super remedio retinenda possessionis intentatum. c. 204. n. 10. 598

Iudicium iactantia an inducat litis pendentiam. c. 6. nu. 9. 13

Iudicium incipit à litis contestatione. c. 243. nu. 3. fol. 688

Iudicium originale, & non incidens spectatur. cap. 198. n. 8. 588

Iudicium petitionis hereditatis an fructuum restitutionem importet. c. 92. n. 2. 281

Iudicij euentus incertus est. c. 12. n. 5. 27

Iuramentum.

Iuramentum supplet defectum absentis. cap. 70. num. 7. 221

Iuramentum supplet defectum minoris aetatis. cap. 116. n. 13. 342

Iuramentum minoris quando contractum validat. c. 136. n. 7. 410

Iuramentum ad ignorata non trahitur. ibi. n. 8. 411

Iuramentum tres comites habere debet. ibi. nu. 15. fol. 411

Iuramentum non confirmat contractum prodigi. c. 137. n. 6. 413

Iuramentum non debet operari magis, quam actus, cui apponitur. c. 148. n. 12. 438

Iurisdicctio.

Iurisdicctio est de Regalibus. c. 31. n. 2. 105

Iurisdicctio est de Regalibus; siquẽ Officiales Baronales dicuntur habere iurisdicctionem à Rege. c. 81. n. 13. 249

Iurisdicctio quibus modis prorogari possit. cap. 108. num. 5. 324

Iurisdicctio cogret territorio, sicut nebula super

I N D E X.

paludem. cap. 115. num. 3. 336
Iurisdictionis usus an transferatur per locationem. c. 31. n. 4. 105
Iurisdictionem habere cum titulo, vel cum legitima prescriptione idem est. c. 115. n. 7. 336
Ius.
Ius accrescendi an locum habeat de linea unius ex simultaneè inuestitis ad lineam alterius. c. 55. n. 16. & 25. 181
Iure accrescendi sublato recurritur ad successorium edictum. c. 189. n. 95. 546
Ius civile servatur in Curijs Ecclesiasticis in his, in quibus ius canonicum non disposuit. c. 51. n. 5. fol. 174
Ius Francorum in Regnis utriusque Sicilia ius commune est. c. 86. n. 4. 266
Vide verb. Francorum.
Ius in re competere debet, ut aliquid deduci possit in Aquilianam stipulationem. c. 189. num. 76. fol. 542
Ius novum semper recipit interpretationem à iure antiquo. c. 30. n. 21. 103
Ius nullum reale transfertur per contractum locationis. c. 240. n. 3. 685
Ius offerendi, quod competit posterioribus creditoribus per quantum tempus prescribitur. c. 157. num. 3. 450
Ius patronatus an amittatur per lapsum patroni in hæresim. c. 5. n. 9. 8
Ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri est personale. c. 180. n. 2. 507
Ius piscandi est individuum, & in fructu consistit. c. 55. n. 28. 184
Ius prohibèdi, quod Barones habent, ne vasalli ad alia molendina, furnos, & tapeta accedant, quàm ipsorum Baronum, an procedat, quando vasalli accederent extra territorium. cap. 118. num. 1. 2. 3. & 4. 355
Ius prohibèdi, quod habent Barones in furnis, molendinis, & tapetis, tægit personas vasallorum, illorumque officibus affixum dicitur. ibi. num. 6. fol. 356
Ius redimendi, quod habet debitor adversus pignoratitium creditorem quâto tempore durat. cap. 157. n. 4. 451
Ius remittendi regulatur secundùm ordinem successionis. c. 4. n. 7. & 8. 6
Ius retractus, quod iure sanguinis competit in venditione feudi non est cognitum à iure Regni, sed tantùm à iure communi feudorum. c. 116. n. 17. fol. 343
Ius retractus, quod competit iure sanguinis, illi competit, cui competit alienantis intestata successio. ibi. n. 30. 346
Ius retractus est strictissimè interpretandum, cum iuris communis regulis repugnet. ibi. n. 34.
Ius retractus pretio restituito, secundùm communè

sententiam non competit alienantis filijs. ibid. num. 36. & 42.
Ius retractus an competat Baroni iurisdictionis civilis, quando reditur iurisdictione criminalis. cap. 117. n. 1. 6. 11. 18. 19. & 20. 351
Ius retractus in feudis ratione vicinitatis denegatur. ibi. n. 7. 352
Iuris retractus natura qua sit, explicatur. ibidem. num. 10.
Ius semel alicui quaesitum amplius illo invito extorqueri non potest. c. 165. n. 5. 470
Ius vindictæ, & pacis faciendæ an competat fratri naturali pro morte alterius fratris naturalis. c. 4. n. 1. 3. 4. 10. & 12. 15
Iuris error dubius an sat sit, ut possessor suos faciat fructus. c. 92. n. 10. & 11. 282
Iura, & actiones an veniant appellatione mobilium, & immobilium. cap. 162. num. 10. 11. 7. & 12. 463
Iura feudalia communia servantur in Regno. in defectum iuris municipalis. cap. 189. num. 42. fol. 535
Iura omnia feudalia de retractu loquentia proximiorum tantùm vocantur, non autem remotiorum. c. 116. n. 35. & 37. 346
Iustitia.
Iustitia ad malum faciendum non obligat. c. 132. num. 8. 399
L
Labor.
Labor & industria pretio æquiparantur. cap. 102. n. 3. 307
Ladislavus.
Ladislavus Rex non fecit mentionem de scriptura testamenti in Cap. Regi. Non sine prudentis. c. 230. n. 2. 662
Lesio.
Lesio est probanda, quando petitur restitutio in integrum adversus lapsum temporis iuris retractus. c. 117. nu. 25. 355
Lesio presumitur ex immodica donatione. c. 136. nu. 16. 411
Lesio que in donatione consideretur. ibi. n. 18.
Lesio quomodo dignosci possit, quòd intervenit in contractum transactionis. c. 233. num. 9. & 10. fol. 668
Læicus.
Læicus habens in proximiorum clericum potest in Civitate Neap. liberè de bonis suis disponere, sed an hoc procedat in præiudicium sequentis in gradu. c. 56. n. 2. 3. 4. 5. 6. & 9. 186
Læici an sint capaces iuris. eligendi Capellani promissis celebrandis. c. 120. n. 6. & 7. 361
Læici nùm possint administrare bona temporalia Ecclesiarum. c. 121. n. 3. 592

I N D E X.

| | |
|--|--|
| <p><i>Laici negotia ad Ecclesia cultum pertinentia pertractare non possunt. ibi. n. 2.</i></p> <p><i>Laici possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici. c. 203. n. 4.</i> 595</p> <p style="text-align: center;">Legatum.</p> <p><i>Legatum annuum Aduocato relictum ad hoc, ut hæredis causas defendat an debeatur, si contingerit Aduocatum illum in Senatorem eligi. cap. 8. num. 1. 3. 5. 9. 10. 11. 13. 14. 15. cum seqq. fol.</i> 15</p> <p><i>Legatum an debeatur, si legatarius ex aliqua superuenienti causa modum non adimpleat ab initio possibilem. ibidem num. 4. & 23. cum seqq.</i></p> <p><i>Legatum relictum tatori an debeatur, si à tutela se excusauerit. ibi. n. 6. 7. 8. & 25.</i> 16</p> <p><i>Legatum potest peti via exequutiua. ibi. n. 12.</i></p> <p><i>Legatum causale quodam dicatur. ibid. num. 18. fol.</i> 17</p> <p><i>Legatum relictum alicui, ut hoc, vel illud faciat, an sit conditionale, vel modale. ibid. num. 20. fol.</i> 18</p> <p><i>Legatum fructuum feudi, imporet constitutionem iuris in corpore feudi, quod sine assensu non permittitur. c. 81. n. 9.</i> 249</p> <p><i>Legatum alicui relictum soluendum, si ad monasterium peruenierit, an debeatur, si legatarius efficiatur tertij ordinis Sancti Francisci. cap. 100. num. 6.</i> 305</p> <p><i>Legatum factum Canonice non debetur illis, qui sunt ultra numerum c. 113. n. 8.</i> 333</p> <p><i>Legatum annua quantitatis pendente solutione sortis, an peti possit à die mortis, uel potius à die petitionis debeatur. cap. 121. num. 6. 7. & 9.</i> 364</p> <p><i>Legatum omnium librorum alicui factum, an comprehendat libros, quos testator post conditum testamentum acquisiuit. cap. 122. nu. 1. 2. & 9. fol.</i> 365</p> <p><i>Et quid si esset factum coniunctæ personæ. ibid. num. 17.</i> 367</p> <p><i>Legatum factum amico de eo, quod Titus testatori debet, an comprehendat illud, quod Titus debebat in diem, uel sub conditione. ibi. nu. 3. fol.</i> 386</p> <p><i>Legatum factum à creditore debitori suo de omni eo, quod debet, an comprehendat debitum illud, quod testator ab eodem acquisiuit post testamentum. ibi. n. 4.</i></p> <p><i>Legatum argenti an comprehendat argentum post testamentum questum. ibi. n. 5.</i></p> <p><i>Legatum pecuniæ in Banco repositæ an comprehendat pecuniam ibi repositam post testamentum. ibi. num. 6.</i></p> <p><i>Legatum factum à viro uxori omnium bonorum mobilium, an comprehendat mobilia postea acquisita. ibid. n. 7. 10. 11. & 15.</i></p> | <p><i>Legatum factum tertie partis omnium bonorum, an includat bona postea acquisita. ibi. nu. 8.</i></p> <p><i>Legatum certarum rerum an comprehendat, nisi res, quæ testamenti tempore extabant. ibidem nu. 13.</i></p> <p><i>Legatum vniuersale omnium bonorum indefinite, an comprehendat bona post testamentum quæsita. ibi. n. 14.</i> 367</p> <p><i>Legatum ususfructus locorum Montium an includat loca Montium postea quæsita. ibi. n. 16.</i></p> <p><i>Legatum factum earum rerum, quæ usu consumuntur, si testator eas consumpsit, & alias acquisierit, an super illis verificetur. ibid. n. 18.</i></p> <p><i>Legatum factum de certa re loco pio, an fauore piæ causæ comprehendat augmentum factum per testatorem super illa re. ibi. n. 19.</i></p> <p><i>Legatum factum rei, quæ recipit augmentum, & diminutionem, an includat, quod post testamentum acquisitum est. ibi. n. 20.</i></p> <p><i>Legatum factum bonorum stabilitum, an comprehendat bona illa acquisita per testatorem post testamentum, cum ea pecunia, quæ testamenti tempore habebat præptam pro emendis stabilitibus. ibi. n. 21.</i></p> <p><i>Legatum censetur ademptum per alienationem rei legata c. 124. n. 1.</i> 369</p> <p><i>Legatum nominis debitoris, postea à testatore exactum an debeatur. ibi. n. 3. & 4.</i></p> <p><i>Legatum certa pecunia quantitatis soluenda ex tali corpore, quando dicitur demonstratum, uel taxatum, & quid in annuis præstationibus legatis. ibi. n. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.</i> 370</p> <p><i>Legatum puella factum sub conditione non nubendi, an amittatur, si sponsalia tantum contraxerit. c. 127. n. 5.</i> 386</p> <p><i>Legatum factum à patre filie, quæ amplissimè renunciauit omnibus successibus delatis, & deferendis, tam ex testamento, quam ab intestato, an remaneat pænes patris hæredes. c. 129. nu. 1. fol.</i> 571</p> <p><i>Legatum fratribus factum an debeatur, tam utriusque coniunctis, quam consanguineis et uterinis. c. 216. n. 24.</i> 629</p> <p><i>Legatum, uel fideicommissum ad alicuius tertij arbitrium collatum, an de iure subsistat. cap. 221. n. 2. & 3.</i> 546</p> <p><i>Legatum si fuerit factum de aliqua re Titio, & de eadem rem testator iusserit dari incapaci, an per hoc dicatur ademptum. c. 226. num. 9. fol.</i> 655</p> <p><i>Legati interesse an à die mortis, uel petitionis debeatur. c. 121. n. 8.</i> 364</p> <p><i>Legato feudo an debeatur æstimatio. cap. 45. n. 30. fol.</i> 158</p> <p><i>Legato facto Ecclesie pro missis celebrandis, ad quem nem spebetus illud consequendi. c. 120. n. 1.</i> 361</p> |
|--|--|

I N D E X.

Leg. vna, & fideicommissa regulariter ab heredibus grauato accipi debent. c. 88. n. 3. 269

Legata in testamento solemniter an censeantur reuocata per secundum testamentum minus solemniter. c. 226. n. 7. & 8. 655

Legata an censeantur adempta, si testator post testamentum conditum solemniter, aliud minus solemniter condiderit, declarando, nolle primum ualere. ibi. n. 10.

Legatis annuis fructibus fundi Cornelianii, perinde est, ac si fundi usufructus legatus esset. c. 81. n. 6. fol. 248

Legitima.

Legitima an possit à filiis peti confiscatis bonis patris ob heresim. c. 5. n. 3. 8

Legitima ut non debeat, requiritur, ut expressa illius renunciatio concurrat. c. 45. n. 14. 148

Legitima debetur filio in corpore. c. 82. n. 6. 252

Legitima an debeat filio naturali, quando fuit legitimatus ad succedendum patri, sed non ab intestato. c. 99. n. 8. 302

Legitima filio debita non potest à patre grauari. c. 128. n. 10. 388

Legitima, qua debetur filio masculino à die mortis communis patris, an peti possit vna cum fructibus. c. 166. n. 11. 12. 13. & 14. 473

Legitima quid sit, & infra quantum tempus à filio petenda. c. 176. n. 4. 7. & 8. 500

Lex.

Lex civilis, que super aliqua presumptione fundatur, in foro conscientia non attenditur, quando veritas presumptioni repugnat. c. 11. n. 4. 26

Lex disponit de casu, qui communiter accidit. cap. 45. n. 15. 148

Lex municipalis est stricti iuris. cap. 128. num. 12. fol. 388

Lex ubi remouet potentiam ab actu, ibi ex traditione non transfertur dominium. c. 136. num. 5. fol. 410

Lex non extenditur, quando in uno casu est per omnia eadem ratio cum alio. c. 147. n. 6. 436

Lex est quidquid in ratione consistit. c. 212. n. 12. fol. 618

Lex feudalis sicut & Romanorum post fratrum filios subingressionem non admittit. c. 216. n. 6. fol. 626

Lex subiacet canoni, quando tractatur de salute anime. c. 244. n. 18. 693

Legis mens potius, quam verba sunt attendenda. c. 72. n. 5. 228

Legis presumptio repugnat, ut mens patris in renunciatione filia fuerit pro illa perpetuo excludenda, & includendo collateralium. cap. 189. num. 33. 533

Liber.

Liber rationum priuati an faciat fidem pro scribente. c. 125. nu. 1. & 2. 371

Et quid in libris Ecclesiarum, Collegiorum, &c. ibi. num. 3. 372

Liber tutoris an faciat fidem pro scribente. ibi. num. 4. 372

Liber rationum priuati an faciat fidem contra scribentem. ibi. nu. 6. 372

Librorum priuata persona si petatur exhibitio, num possit is, à quo petitur, excipere, quod aduersarius caueat de stando dictis libris. ibi. nu. 7. 8. 9. & 11. 372

Libris Aromatariorum an fides sit adhibenda. ibi. num. 5. 372

Libertas.

Libertatis imperfectio potius est, liberum esse ad malum faciendum. c. 132. nu. 6. 399

Libertus.

Libertus si fuerit propter aliquod delictum in seruitutem reuocatus, hæc reuocatio non nocet filiis suis natis ante delictum. c. 95. n. 6. 393

Libertus matris an possit esse particeps legati, quod filius fecit libertis suis. c. 123. n. 4. 368

Limitatio.

Limitata causa, limitatum producit effectum. cap. 19. n. 9. 55

Linea.

Linea emphyteuticæ ubi deficit, possessio civilis directi domini statim ad se trahit naturalem. c. 55. num. 13. 180

Lis.

Lites inimicitias produciunt. c. 211. n. 14. 619

Litigandi iustam habens causam, excusatur ab interese item à pena expensarum. cap. 92. n. 6. 7. 18. 19. & 20. 282

Litera.

Litera commendatitia pro ordinibus suscipiendis à quo Episcopo impetrari debent. c. 155. nu. 6. et 7. 448

Locatio.

Locatio feudi, alienatione prohibita, an vetita utelligatur. c. 31. n. 8. et 9. 105

Locatio vnica dicitur, quando vnico pretio locatum est quid vniuersale, sub quo plura corpora consistunt. c. 188. n. 3. 520

Locator, qui timet, ne domini questio ei referatur, quid in libello exprimere debet pro reacquirendo rem locatam. c. 55. nu. 10. 180

M

Magister actorum.

Magister actorum num possit à Principe cogi ad suscipiendas fideiussiones iudicarias, et non nisi quid minimum exigere. c. 7. nu. 8. 14

Magister actorum quis possit esse in propria patria. c. 149. n. 7. 440

Mugistri actorum in Regno Neap. eorum periculo

I N D E X.

iudiciarias suscipiunt fideiussiones. c.7.num.1. fol. 14
Magistri actorum in suscipiendis fideiussionibus, fideiussoris loco habentur. ibid. num. 2.
Et facta principalium discussione, subsidiaria actione tenentur. ibid. n. 1. & 7.
Magistri actorum an possint propter hoc periculum à litigantibus mercedem pro arbitrio exigere. ibid. n. 7.
Vide verb. Actorum magistri.
Magister Grammaticæ.
Magister Grammaticæ an ordinari possit ad titulum suæ professionis. c. 154. n. 3. 4. & 9. 446
Magistratus.
Magistratus de iure Digestorum, et Codicis pro iudiciarijs fideiussionibus subsidiaria actione tenebatur, nunc in Regno Neap. Actorum Magistrati. c. 7. n. 3. 14
Maior.
Maior factus si intra quinquennium alienationem rei suæ non impugnaverit, deinde non auditur, idemq; si in maiori ætate pretium rei alienatæ receperit. c. 18. n. 47. 48. & 58. 48
Maior factus si vult impugnare alienationem rei suæ nulliter factam, an sat sit extraiudicialis querela. ibi. n. 57. 50
Maioratus.
Maioratus successor, qui illum melioravit, recuperat valorem, & æstimationem meliorationum secundum tempus solutionis, cap. 133. num. 12. fol. 402
Mala fides.
Mala fides auctoris nocet hæredi in materia præscriptionis. c. 18. n. 66. 52
Mala fidei possessor an recuperet meliorationes per eum factas. c. 134. n. 2. & 7. 404
Mandatum.
Mandatum factum puella de nõ contrahendo matrimonium, an dicatur spretum, si sponsalia contraxerit. c. 127. n. 1. & 3. 385
Mandatum potest reuocari, etiam si in eo appositum fuerit iuramentum de non reuocando, cap. 148. n. 5. & 11. 437
Maritus.
Maritus uxore mortua, si erit morosus in restituenda dote mulieris hæredibus, tenetur ad interesse, sed quid si in non restituendo iustã habuerit litigandi causam. c. 109. nu. 1. 2. 3. 5. 8. & 10. fol. 325
Maritus, qui matrimonio constante melioravit fundum dotalem, eo demum soluto, recuperat meliorationum æstimationes, habito respectu ad tempus restitutionis dotis. c. 133. nu. 17. 403
Maritus si per longum tempus existentis matrimonij viuens promissas vsuras, siue interesse dotis non petierit, amplius petere non potest. c. 141. n. 3. 4. & 5. 425

Maritus uxorem in adulterio repersam occidens dote priuatur. c. 151. n. 9. 443
Maritus an bonorum parafernaliũ fructus suos faciat. c. 237. n. 7. 678
Maritus in bonis extra dotem nullam habet administrationem. ibi. n. 12. 679
Masculinitas.
Masculinitatis qualitas in vna parte testamenti apposita, an censeatur in alia repetita. c. 126. n. 6. 7. 8. 9. 11. & 15. 376
Masculinitatis qualitas an censeatur considerata ex grauamine illato per testatorem, vt hæres illius nomen, & arma deferre debeat. ibi. n. 12. fol. 378
Masculinum.
Masculinum an concipiat femininum. c. 212. n. 9. fol. 618
Masculus.
Masculus ex femina an ad Maioratus successiõẽ admitti possit, vbi expressim fuerint exclusæ femina. c. 126. n. 28. & 29. 383
Masculus remotior an feminam proximiorẽ à Maioratus successiõẽ excludat. ibi. n. 32.
Masculus, & femina alterius lineæ, nõm à Maioratus successiõẽ excludat feminam ex masculo, si reperiuntur in eodem gradu coniuncti ultimo possessori transuersali. ibi. n. 33. 384
Masculus ex femina ad substituti exclusionem admittitur, quando ex primò vocatis nemo supersit, nisi ipse. ibi. n. 34.
Masculus ex femina remotior an à Maioratus successiõẽ excludat feminam ex masculo proximiorẽ. ibi. nu. 35.
Masculus remotior, vt feminam proximiorẽ à Maioratus successiõẽ excludere possit, quæ requirantur. ibi. n. 36. & 37.
Masculorum vocatio an sit apta ad inducendum fideicommissum in fauorem descendentiũ ex primis masculis. ibid. n. 20. & 21. 381
Masculorum appellatione an masculi ex feminis comprehendantur. ibi. n. 30. 383
Masculis vnus persona vocatis, si dispositio in filios masculos primi gradus suum fuerit sortita effectum an ceteri descendentes masculi sub illa dispositione comprehendantur. ibid. n. 18. & 19. 381
Mater.
Mater tutrix suorum filiorum non excusatur à cõfessione inuentarij. c. 18. n. 15. 41
Mater secundo nubens, sicut non potest plus donare filijs ex secundo matrimonio, quam primis, ita & pater. c. 23. n. 5. 76
Mater nõm possit filium instituendo maritum bonorum administratione tacitè priuare, & per consequens vsufructu. c. 128. n. 1. & 2. 386
Mater potest expressè ordinare, ne vsufructus suorum bonorum, in quibus filius succedit ma-

I N D E X.

| | |
|---|---|
| <p><i>rigo queratur, sed an talis prohibitio operetur respectu fructuum legitima. ibi. n. 5. & 7. 387</i></p> <p><i>Mater filios habens Neapoli non potest disponere nisi de decima parte suarum dotium; sed an illis novem possit maritum usufructu privare. ibi. n. 8. & 9.</i></p> <p><i>Mater per substitutionem pupillarem à patre filio factam an à legitima excludatur in Civit. Neap. cap. 129. n. 1. 2. 3. 4. 5. 12. 13. 16. & 17. fol. 389</i></p> <p><i>Mater tenetur in subsidium alere filios. cap. 130. num. 5. 393</i></p> <p><i>Mater Neapolitana non potest disponere de novem partibus sue dotis, etiam conditione apposita, si filii moriantur absque liberis. c. 150. num. 12. 442</i></p> <p><i>Matre decedente superstitibus filio masculino ex uno matrimonio, et filia femina ex alio, an masculus feminam excludat, & quid de iure Constitutionis Regni. c. 208. num. 18. 19. et 20. fol. 609</i></p> <p style="text-align: center;">Matrimonium.</p> <p><i>Matrimonium iure communi attentio quomodo celebratur, et quid attentio dispositione Sac. Trid. Conc. c. 131. n. 1. et 2. 395</i></p> <p><i>Matrimonium ut legitime contractum dicatur, sat est Parochi presentia, quamvis dissentiat. ibi. n. 4. 396</i></p> <p><i>Matrimonium attentio dispositione iuris communis an dicatur legitime contractum, si scriptura aliqua mediante vir, et mulier declaraverint, quod invicem matrimonium contrahunt. ibi. num. 5. 6. 7. 9. 10. 12. et 14. 398</i></p> <p><i>Matrimonium si quis malis artibus contraxerit, an pœna aliqua puniri possit. cap. 132. num. 1. fol. 398</i></p> <p><i>Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, quandoq; Deo Omnipotenti gratum non est, ex sententia Card. Bellarm. ibi. n. 5. 399</i></p> <p><i>Matrimonium contrahere absque parentum auctoritate est contra civilem, et naturalem rationem ibi. n. 10. 414</i></p> <p><i>Matrimonium quis potest contrahere cum concubina, ad effectum filios legitimandi. c. 138. num. 8. fol. 414</i></p> <p><i>Matrimonium operatur, ut vir, et mulier unum corpus efficiatur. c. 250. n. 3. 704</i></p> <p><i>Matrimonio prohibito an censeantur prohibita sponsalia. c. 127. n. 2. et 4. 385</i></p> <p><i>Matrimonia malis artibus contracta multa mala producant. c. 130. n. 3. 399</i></p> <p style="text-align: center;">Mediator.</p> <p><i>Mediatores, siue Proxenetæ an possint esse testes in contractu coram illis gesto. c. 9. n. 9. 22</i></p> <p style="text-align: center;">Melioratio.</p> <p><i>Melioratio an dicatur esse in re, quando feudum ab aliquo quere liberatur. c. 21. n. 37. 63</i></p> | <p><i>Meliorationes in feudo facta, si inseparabiles sūt, defuncto feudatario meliorante cum duobus heredibus, altero in feudo, altero in allodio, illarū estimatio ad heredem in allodio spectat, sed quoadquā tempus in estimatione faciendā sit inspiciendum. c. 133. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. et 16. 400</i></p> <p><i>Meliorationes in re factas emphyteuta, emphyteusi finita à directo domino recuperat, tempore restitutionis inspecto. ibi. n. 13. 402</i></p> <p><i>Meliorationes recuperat possessor alienius rei hypothecaria conventus, et condemnatus, iuxta estimationem temporis condemnationis. ibid. num. 14. 404</i></p> <p><i>Meliorationes facta per possessorem feudi, qui fuit condemnatus ad illud relaxandum, num solvenda illi sint, vel possit dicere victor, quod remaneant ad commodum meliorantis. cap. 134. n. 1. fol. 404</i></p> <p><i>Meliorationes necessariae quæ dicantur, et quæ vitiles. ibi. n. 3. et 4. 405</i></p> <p><i>Meliorationes facta in feudo per vasallū, eo mortuo absque liberis heredem extraneo insitente an per dominum solvenda sint. ibid. num. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. et 19. 405</i></p> <p><i>Meliorationes quo tempore inspecto estimantur. ibi. n. 9. et 14. 403</i></p> <p><i>Meliorationum exceptio post sententiam condemnationis ad relaxandum opposita, an illius executionem impediatur. c. 133. num. 18. et 19. fol. 403</i></p> <p style="text-align: center;">Mens.</p> <p><i>Mens Pontificia, quæ fuerit in statuendo, ut Abbatissa non nisi per triennium possit manus exercere. c. 2. n. 6. 3</i></p> <p><i>Mens potius, quam verborum vis in omni dispositione attenditur. c. 100. n. 8. 305</i></p> <p style="text-align: center;">Metus.</p> <p><i>Metus illatus consanguineis clericis, censeatur clerico illatus. c. 76. n. 2. 238</i></p> <p style="text-align: center;">Miles.</p> <p><i>Miles dum se militem adscribit, perpetua servitute ligatur. c. 135. n. 1. 408</i></p> <p><i>Miles veteranus, qui honestam obtinuit missionem, num gaudeat privilegijs militibus concessis, signanter circa fori declinatoriam. ibid. num. 4. 7. et 8. 408</i></p> <p><i>Miles veteranus quis dicatur. ibi. n. 5. 408</i></p> <p><i>Militi an connumeretur tempus captivitatis. ibid. num. 6. 408</i></p> <p><i>Milites actu militantes, dicuntur absentes causa Reipubl. c. 74. n. 2. 232</i></p> <p><i>Milites multa mala in bello patiuntur. c. 135. n. 2. fol. 408</i></p> <p><i>Milites quibus ex causis dimitti possunt. ibi. n. 3. 408</i></p> <p><i>Milites, qui personaliter servire tenentur, eo ipso, quod propter delictum condemnantur, consuetis</i></p> |
|---|---|

Stipendij priuantur, & qua sit ratio. cap. 215. n. 2. & 22. 623
Sed hoc non procedit in militibus illustribus. ibi. num. 3.

Minor.

Minor patrem habens inutilem an habeat. fori electionem. c. 47. n. 3. & 23. 165
Minor quando possit restitutionem petere aduersus contractum per ipsum factum, in quo Iudicis decretum interuenit. c. 116. n. 11. 342
Minor curatorem habens si absque illius interuentu cum iuramento contraxerit, an validè cum contraxisse dicendum sit, & quid si contrahere esset ei prohibitum. ibi. n. 15. 343
Minor ad hoc ut possit restituere aduersus lapsum temporis, laesione passam probare tenetur. ibi. n. 21. 22. & 23. 344
Minor restituitur aduersus lapsum temporis ad retrahendum praescripti, si tamen laesionem probauit, sed quid probare tenetur. ibid. num. 24. & 25.
Minor effectus maior nùtm possit rescindere donationem factam tempore minoris aetatis iuramento roboratam c. 136. n. 2. & 6. 409
Minor sine causa se obligans errare censetur. ibid. n. 14. 411
Minor curatorem habens, si contraxerit praeter illius consensum, sed cum decreto Iudicis an contractus validus sit censendus. cap. 137. n. 1. fol. 412
Minor curatorem habens absque illò contrahens cum iuramento, an contractus validus sit censendus. ibi. n. 3. & 4.
Minor aequi paratur prodigo. ibi. n. 5.
Minor potest praesentare clericum in beneficio, quod est de suo in re patronatus, itemq; pupillus maior septennio. ibid. n. 7.
Minor non restituitur aduersus lapsum temporis adiecti in pacto de retrouendendo. c. 160. n. 5. fol. 456
Minor aetatis annorum duodecim an pro graui delicto pena ordinaria puniri possit. cap. 169. n. 1. et 3. 485
Minor aetas in atrocissimis an excuset à pena ordinaria. ibi. n. 2. 4. 5. 6. 7. 8. et 9.

Modus.

Modus potius, quam conditio in dubio praesumitur. c. 8. n. 2. 1. 18

Monachus.

Monachus in Religione in epaci professus, si ad pacem transitum fecerit an recuperet bona, que in saeculo possidebat. c. 46. n. 17. 162
Monachus effectus Episcopus nam possit. rescindere renunciationem ante Religionis ingressum ad consanguineorum fauorem factam. ibid. n. 18.

Monasterium.

Monasterium nam ex persona monachi professi

tempore grauissimè infirmitatis, & in ea mortui possit in illius patris bonis petere legitimam portionem, qua ei competebat. cap. 138. n. 1. 6. 8. 9. & 10. 413

Mora.

Mora non subintrat, ad effectum ut debeatur interesse, ubi quis, quod soluere debet, ignorat. cap. 109. num. 9. fol. 326. & cap. 110. num. 6. fol. 328

Mulier.

Mulier Neapolitana filios habens non potest nisi de decima suarum dotum disponere. c. 11. n. 3. fol. 26
Mulier si efferit iura sua pro dote recuperanda uni, alteriq; pro consequitione antephati, uter ex his cessionarijs super viri bonis sit praeserendus, si illa ad utriq; satisfaciendum sat nò si. c. 19. n. 17. cum seqq. 57
Mulier habens hypothecam tacitam posteriorem, ut praeseratur habenti anteriorem, requiritur, ut sit causa dotis, secus in antephatò. ibidem. num. 20.
Mulier, qua dotem non soluit an lucretur antephatum, si illud constitutum apparet propter dotem recipiendam, et ob alias causas c. 24. à n. 2. vsq; ad 8. 79
Mulier ex osculo an lucretur antephatum. ibidem. num. 7. 77
Mulier externa, qua contrahens matrimonium cum Neapolitano se submittit dispositioni Consuetudinis Si qua moriens, an teneatur seruare legem illius Consuetudinis, etià respectu bonorum, sibi ab agnatis obuentorum, qua extra territorium sua sunt. c. 56. num. 10. 11. 14. 16. et 17. 188
Mulier forensis dicitur Civis, & originaria illius loci, in quo nupsit. ibi. n. 13.
Mulier nupta, qua vigore statuti non potest se obligare sine certa solemnitate, si in fraudem se obligauerit extra territorium, solemnitate non seruata, nulliter obligata dicitur. c. 118. num. 7. fol. 356
Mulier vidua si contraxerit sponsalia intra annum luctus an subiaceat panis à iure civili impositis mulieribus infra annum luctus nubentibus. cap. 127. n. 3. 385
Mulier soluo matrimonio per mortem viri an absq; heredum viri consensu possit agere pro dote promissa recuperatione. c. 139. n. 1. 2. 6. 7. 8. 9. et 13. 415
Mulier soluto matrimonio an possit agere contra heredem viri pro recuperatione dotis, qua verè non fuit soluta, sed eam recepit maritus confessus est, interueniente instrumento nupti. cap. 140. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. et 16. 421
Mulier soluto matrimonio, si per longum tempus iuras dotis ab heredibus viri non petierit, an

I N D E X

illa remissa dicantur, ita ut ea mortua a suis hereditibus peti de cetero non possint. c. 141. nu. 1. & 4. 425

Mulier soluto matrimonio, si cum viri hereditibus steterit, alimenta ab illis percipiens, dotis interesse nunquam petens, censetur illud remittere. ibid. n. 6. 426

Mulier mortuo viro nam pro dotis restitutione possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum viri. c. 142. n. 1. 2. 3. & 4. 427

Mulier vergente viro ad inopiam potest se assicurari super bonis viri pro eius dotibus. cap. 143. num. 1. 427

Mulier nam possit petere assicuracionem suarum dotium super corpore maioris estimationis, dum & minori potest esse sibi consultum. ibid. nu. 3. 5. & 6. 428

Mulier, qua transit ad secunda vota an succedat pleno iure in bonis praefuncti filij, que illi obtulerunt ex successione alterius. c. 190. nu. 15. fol. 552

Mulier ex matrimonio subsequuto, & dote recepta an presumatur habuisse notitiam contentorum in capitulis matrimonialibus. c. 191. n. 14. fol. 560

Mulier obligans se pro re ad se spectante, Velleiani exceptione non succurritur, quamvis pecunia in sui utilitatem versa non sit, sed quid si in contractu vir intervenierit, uxorem fideiubens. c. 236. n. 1. & 2. 673

Mulier non inuatur Velleiano in Regno, quando in obligatione intervenit dispensatio Collateralis Consilij. ibid. n. 5. 674

Mulier nullo iure prohibetur, ut pro suis necessitatibus se obligare non possit. ibid. n. 6. & 7. 675

Mulier an inuatur Velleiano, si instrumentum intercessionis ratificaverit, & quibus modis ratificatio haec sequi potest. ibid. n. 9. 675

Mulier non inuatur Velleiano, ubi se pro aliqua dotanda obligaverit, & idem pro dote restituenda. c. 237. n. 1. & 2. 677

Mulier virum habens, si eo inscio pro aliqua dotanda se obligaverit an a die solutionis cedente, possit exequi super bonis dotalibus, & quid super bonis extra dotem. ibid. num. 3. 9. & 11. fol. 678

Mulier coniugata triplicis generis bona habet. ibi. n. 4. & 8. 680

Mulier pro alio intercedens non obligatur, secus ubi suam rem donaverit. c. 238. n. 1. 680

Mulier si donaverit alicui hereditatem sibi delatam, idque cum scriptura priuata, nam donationi stare compellatur. ibid. n. 2. 6. 10. & 11. 680

Mulier in Regno etiam cum iuramento nulliter contrahit. ibid. n. 3. 680

Mulier durante viduitate dicitur stare in primo matrimonio, & retinet domicilium viri.

cap. 250. num. 6. 704

Mulier ignobilis nobilitatur ex persona mariti, istumque honorem post mariti mortem retinet, donec tamen in viduitate permanebit. ibi. n. 9. 704

Mulieri absenti in dote pro illa constituta ius perfectè queritur, adeo ut si matrimonium illud sequi non potest, dos nullatenus per patrem de cetero diminui potest, venitque preferenda omnibus paternis creditoribus, qui post illius dotis constitutionem contraxerunt. c. 139. num. 10. 416

Muliere constante matrimonio pro delicta condemnata an super bonis dotalibus in viri prauidicium executio fieri possit. c. 63. n. 7. 203

Muliere petente dotium assicuracionem super bonis viri, quomodo illa appetentur. c. 143. n. 9. fol. 428

Munus.

Munera a Principibus Ambasciatoribus data, cui acquirantur. c. 71. n. 12. 225

N

Natus.

Nati in vita testatoris an in successione fidei commissi preferantur natis post mortem, quando proximiores de familia vocati sunt. c. 175. n. 6. & 7. 498

Neapolitanus.

Neapolitanus Civis si sit in ultimis constitutus non potest, nisi de medietate antiquorum bonorum disponere. c. 57. n. 1. 190

Neapolitanus condens testamentum, bonaque possidens antiqua, non potest ceteri testatus decedere, nisi in medietate tantum bonorum. c. 129. num. 8. 190

Neapolitanus a testamento iure consuetudinario potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. ibid. n. 11. 190

Neophytus.

Neophytus ad ordines proponeri non potest. cap. 144. n. 1. 629

Neophyterum duo sunt species. ibid. n. 2. 3. 4. 5. 6. 629

Nepos, Neptis.

Nepos an possit succedere patrio in feudo, ex largitione adquisito. c. 103. n. 12. 342

Nepos an concurrat cum patre in successione fratris patruelis. c. 216. n. 4. 626

Neptis ex filio, vel fratre in terminis statuti faminas excludentis. Statutibus masculis, in aui, vel patris successione an amitam excludat. c. 145. num. 1. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. & 16. fol. 430

Neptis ex filio pro amorsuo ad sui successione de iure communi una simul cum amita concurrat, sed quid si amicus prius mortuus est, an demum f-

I N D E X.

lius, qui tamen deceffit patris hereditate non adita. ibi. n. 2. & 3.

Neptis ex filio non consideratur simpliciter femina. ibi. nu. 6. 431

Nobilis. Nobilitas.

Nobilis minoris nobilitatis, qui ex nobilissima Civitate originem ducit, nobiliori alterius inferioris Civitatis preferendus est. cap. 146. num. 4. fol. 434

Nobilis, qui ad tributa soluenda non tenetur, si cum plebeis, seu ignobili matrimonio contraxerit, bona collectis obnoxia in dotem accipiens, non tenebitur pro bonis illis tributa soluere. c. 250. num. 8. 704

Nobilitas non presumitur, ac proinde qui nobilitatem allegat, eam probare debet. c. 146. nu. 1. fol. 433

Nobilitatis tria sunt genera. ibi. n. 2. 434

Nobilitatem allegans, eamque probare intendens in loco suae originis, ubi nulla distinctio nobilitatis ab ignobilibus, an sit audiendus. ibid. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

Nominatio.

Nominatum fieri dicitur, quod ita exprimitur, ut de eo nequeat dubitari. c. 72. n. 3. 228

Notarius.

Notarius a fallus prohibetur conficere contractus tam pro, quam contra Baronem, et quid in obligationibus, quas vulgo pœnes acta nuncupamus. c. 149. n. 1. 2. 3. 6. & 8. 439

Notarius semper censetur rogatus apponere in instrumentis clausulas consuetas. c. 143. n. 3. 466

Notario pro absente stipulante in illi inreuecabile acquiritur. c. 70. n. 6. 221

Notariorum sufficientia in eorum officio satis dicitur in Regno probata, ex approbatione Viceprothonotarii. c. 1. n. 5. 2

Novatio.

Novatio an inducatur, ut fideiussor censeatur liberatus per prorogationem factam a creditore debitori ad soluendum. cap. 65. num. 10. & 12. fol. 207

Novatio non solum expressè, sed etiam per comitatus inducitur. ibi. n. 11.

Novitius.

Novitius non est ad professionem admittendus post annum probationis, si pro Religione inhabilis reperiretur. c. 138. n. 2. 413

Novitius Neapoli quomodo de suo disponere potest. c. 150. n. 1. 441

Novitij completo probationis tempore ad profectum admitti debent, vel de monasterio eijci. c. 2. nu. 4. sed an ex aliqua causa possit differri profectio. ibi. 3

Novum opus.

Novum opus antiquum adificium reficienti annunciaripotest. c. 214. n. 4. & 5. 622

Obligatio.

Obligans se procuratorio nomine pro alio, de suo non tenetur. c. 26. n. 2. 83

Obligare se ciues particulares coguntur ad beneficium Vniuersitatis pro securitate creditoris, qui pecuniam dat. c. 59. n. 7. 196

Obligati plures simpliciter, quilibet pro rata tenentur. c. 247. n. 6. 698

Obligatio facta simpliciter a duobus fideiussoribus, an intelligatur in solidum. c. 28. n. 27. 93

Obligatio an, & quando censeatur in ciuibus particularibus, qui pecuniam ab aliquo acceperunt, conuertendam ad beneficium totius Vniuersitatis. c. 59. n. 1. 2. & 8. 195

Et quid si Vniuersitas principaliter se obligauit, & in eodem instrumento particulares ciues pro matori creditoris securitate. ibid. nu. 3. 4. & 6. fol. 196

Obligatio ciuium particularium, qui pro Vniuersitate se obligant, ad hoc ut valida reddatur cautela traditur. ibi. n. 10. 197

Obligatio pœnes acta, qua proprie dicitur. c. 149. nu. 4. & 5. 439

Observantia.

Observantia est aqua interpretis dubia voluntatis testatoris. c. 40. n. 18. 126

Obtinens.

Obtinens in possessorio, succumbens in petitorio, an ad fructuum restitutionem teneatur. c. 92. n. 13. 14. & 16. 289

Obtinens in possessorio instam causam litigandi habet. ibi. nu. 17.

Occisor.

Occisor occisi successione priuatur. cap. 151. nu. 1. fol. 443

Offensio.

Offensio facta in clericum censetur facta Ecclesia. cap. 47. nu. 15. 167

Officialis.

Officialis an possit visitari post mortem. cap. 244. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. 690

Officiales Baronales dicuntur habere iurisdictionem a Rege, quia iurisditio est de Regalibus. c. 81. nu. 13. 249

Officium.

Officia, qua dicuntur in Regno de Regalibus an absque Regis assensu possint locari. c. 31. nu. 17. fol. 107

Officia aequiparantur feudis. c. 148. n. 13. 438

Onus.

Onus non potest imponi a patre in legitima filio debita. c. 128. n. 10. 388

Oppositio.

Oppositio de iure tertij quando permittatur. c. 18. nu. 7. 38

Oppositio, qua fit in possessorio, altiore requirens indaginem dicitur impertinens. cap. 191. nu. 2. fol. 306

Ordinatio.

Ordinari non possunt Religiosi durante anno probationis. c. 144. n. 7. 429
 Ordinari quis potest ab uno ex tribus Episcopis, de quibus in cap. cum nullus, de temp. ord. in 6. c. 153. n. 1. 445
 Ordinari num quis possit ab illo Episcopo, in cuius Diocesi beneficium habet, sed exigui redditus, & quid si tenuissimum esset. ibid. num. 2. 3. 5. & 7. 446
 Ordinari quis non potest, nisi habeat titulum sufficientem ad vitam sustentandam. ibid. num. 4. fol. 446
 Ordinari quis non potest absque titulo ad sacres ordines. c. 154. n. 1. 446
 Et qualis esse debeat titulus pro ordinibus suscipiendis. ibid. n. 2. 446
 Ordinari an possit quis ad titulum suae professionis. ibid. n. 3. 4. & 9. 448
 Ordinari quis non potest, nisi a proprio Episcopo. c. 155. n. 1. 448
 Ordinari prohibentur ratiocinijs obnoxij. c. 177. num. 1. 501
 Ordinari non possunt tutores antequam rationes reddant, & qua sit ratio. ibid. n. 2. & 3. 502
 Ordinari an possit debitor, vel in Religionem ingredi, si non habeat unde creditoribus satisfaciat. ibid. n. 4. & 5. 502
 Ordinari an possint heredes debitorum, creditoribus prius non satisfactis. ibid. n. 7. 502
 Ordinatus si quis fuerit a non suo Episcopo an fori privilegio gaudeat. c. 155. n. 8. 448
 Et que poena ei imponitur. ibid. n. 2. 448

P

Pactum.

Pactum, ut in antepato succedat filij uti filij, non ut heredes, donationem importat, sed an subsistat, si tendit in perniciem filiorum primi matrimonij. c. 23. n. 4. 10. & 12. 76
 Pactum de retrouendendo venditioni appositum, eo expresso, ut volente venditore redimere, teneatur ille per duos menses ante hoc emptari declarare facta demum declaratione, & duobus elapsis mensibus, si venditor nihil dixit, an teneatur expectare per duos alios menses, quando redimere vult. c. 84. n. 15. 260
 Pactum in compromisso adiectum, ut de nullitate laudi proferendi dici non possit, an de iure subsistat. c. 119. n. 1. 3. 4. 6. 7. & 8. 357
 Pactum mutuum inter patrem sponsa, & sponsum, ante confectionem capitulorum matrimonialium, ut quamvis nullo promittantur, non nisi contingentur soluenda sint, num mulieri de hoc infamia praedicta. c. 156. nu. 1. 3. 4. 5. 6. 7. & 9. & quid si eadem die stipulantur capitula, & separatim fit pactum. ibi. n. 10. 449
 Pactum adiectum in venditione praedij, ut si in futurum, vendentis consanguineus vellet pro se illud emere, quod seueatur emptor relaxare, an perpetuum, vel temporale sit censendum. cap. 157. n. 1. & 5. 459
 Pactum de retrouendendo per quantum tempus praescribitur. ibi. n. 2. 459
 Pactum initum inter coniuges de perpetuo incolatu, in certo loco habendo valet. cap. 158. n. 1. 2. 6. & 7. 454
 Et quid in foro animae. ibi. n. 3. 454
 Sed an procedat, quando ob supervenientem causam observari non potest. ibi. nu. 5. 8. 9. 10. 11. & 12. 454
 Pactum quale dicatur personale, & quod reale. c. 159. n. 2. 3. 4. & 5. 453
 Pactum de retrouendendo ad certum tempus solutum, eo lapsa amplius exerceri non potest, & an sit illud licitum in foro conscientiae. c. 160. num. 1. & 2. 456
 Et quid si adesset laesio in pretio. ibid. 456
 Pactum de retrouendendo cum pretij modicitate efficit contractum usurarium. ibi. n. 3. 456
 Pactum de retrouendendo ad certum tempus solutum an opponi possit in contractum venditionis annuorum introituum. ibid. n. 6. & 12. 456
 Pactum de retrouendendo an sit licitum, ubi apponatur, ut exerceat illud possit post eandem temporis, & non ante. ibi. n. 7. & 8. 456
 Et quid in venditionibus annuorum introituum. ibid. 456
 Pactum de retrouendendo in rei venditione appositum, an sit licitum, si conventum sit, ut exerceri possit per emptorem tantum. ibid. num. 14. & 15. 457
 Pactum de retrouendendo transit tam ad heredem emptoris, quam venditoris. c. 161. n. 1. 458
 Pactum de retrouendendo an exerceri possit per venditorem contra tertium possessorem. ibidem nu. 2. & 3. 458
 Pactum de retrouendendo potest alteri concedi, sed an tunc emptor, illud emere volenti praefertur. ibi. n. 4. 14. 15. & 16. 459
 Pactum de retrouendendo an possit per testes probari. ibi. n. 18. 460
 Pactum de retrouendendo quomodo probetur, remissive. ibi. n. 19. 461
 Pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali se filiam aequis portionibus institueret cum masculino, an de iure subsistat. c. 162. nu. 1. 7. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 21. & quid si pater inter testatus decesserit. ibi. n. 2. & 3. 461

I N D E X

Pactum futurae successionis, sicut non habet vim contractus, ita nec ultime voluntatis. ibi. nu. 4. fol. 462

Pactum rescissorium, quod communiter apponitur in instrumentis annuorum reddituum, si ex Notarii incuria apponi fuit omissum, an pro apposito sit censendum. c. 163. n. 1. 2. & 7. 466

Pactum, quod in capitulis matrimonialibus apponi solet, ut stipuletur publicum instrumentum, ad consilium Sapientis, quid importet. ibidem. num. 4. 467

Pactum de non opponendo, quo Siculi utuntur in contractibus, si per Notarium fuerit omissum, an pro apposito habeatur. ibi. n. 8. 467

Pactum, quod fratres extorquent a sororibus in capitulis matrimonialibus de dote eis restituenda, morientibus illis sine filiis, non subsistit, si dote peruenit ex bonis paternis, eoque magis, si absentibus sororibus interponitur. cap. 167. nu. 6. & 7. 481

Pactum, ut creditor ex fundo pignorado fructus percipiat loco interesse, quandiu debitor reatur pecunia, an de iure subsistat. c. 172. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. & 12. 491

Pactum, quod legitur in renunciationibus, ut nunquam illa dicantur expirata, vel facta contemplatione familiae, deficientibus descendantibus, aliud non importat, nisi ut libera sit patri disponendi facultas. cap. 189. nu. 28. 29. & 34. fol. 532

Pactum non porrigitur, nisi ad eum, ad quem, ut porrigatur, pacis crucis interest. cap. 190. nu. 9. fol. 551

Pactum de non succedendo, licet a iure civili improbetur, iuramento tamen confirmatur, sed an requiratur consensus illius, de cuius successione agitur. c. 193. nu. 4. & 7. 567

Pactum de non reuocando donationem, an subsistat. c. 196. n. 20. 21. 34. & 35. 581

Pacta apposita in contractu alienationis feudi, respicientia, non feudi corpus, sed contrahentium, interesse, an corrumpant reuocata contractu ex defectu assensus. cap. 83. nu. 2. 4. 6. 8. 9. 11. & 14. fol. 254

Pacta, quae bonis moribus non aduersantur, sunt omnino seruanda. c. 119. n. 2. 358

Pacta omnia ante matrimonium facta valent, quoad dotis diminutionem, secus post contractum. c. 156. n. 2. & 8. 449

Paragium.

Paragium differt a legitima. cap. 166. nu. 2. & 3. fol. 472

Paragium an debeatur in pecunia, vel petius in corporibus. ibi. n. 4. 473

Paragium quoad iuris effectum in locum legitima succedit. ibi. nu. 5.

Paragium, vel legitima debetur sorori sine

dote nuptiae. ibidem. num. 6.

Paragium si fuerit in corpore sorori assignatum, quod deriuium fuit euitum, an iterum illud eade actione peti possit. ibi. n. 7.

Paragium vnicum sufficit in Ciuit. Neap. secus in Regno. c. 208. n. 6. 607

Parentes.

Parentum votum est naturale, conseruare filijs successionem. c. 193. n. 15. 568

Parochus.

Parochiam si quis non sacerdos obtinuerit, tenetur infra annum sacerdotium assumere, aliis priuatus censetur. c. 164. n. 1. & 2. 469

Parochus, qui propter temporis breuitatem exclusus censetur a sacerdotij promotione infra constitutum annum, num possit parochiam in alterius fauorem resignare. ibid. nu. 5.

Parochi praesentis an requiratur in testamento ad pias causas. c. 229. n. 4. 661

Pater.

Pater non potest donare plus filijs secundi matrimonij, quam primi: sicut etiam mater. cap. 23. num. 5. 76

Pater in feudo, in quo uiuitur iure Longobardorum an possit primogenitum tantum heredem instituire. cap. 29. n. 15. 16. 17. 20. 22. 25. 26. & 27. 97

Pater an possit uni ex filijs donare feudum nouum, sine consensu domini. ibi. n. 21. 98

Pater stipulando simpliciter pro se, & filio, censetur filio, uti heredi stipulari, non uti filio. cap. 68. nu. 11. 213

Pater an, & quando dicatur legitimus administrator bonorum, quae filio donauit, vel aliorum, in quibus ususfructum non habet. c. 69. num. 6. 7. 19. 12. & 15. 217

Pater an habeat ususfructum super bonis per ipsum filio donatis. ibi. n. 8.

Pater quid habeat in bonis feudatibus filij. ibi. nu. 11. & 12. 218

Pater legitimus administrator bonorum filij an de administratis rationem reddere teneatur. ibid. num. 14. 219

Pater pro filio feudatario infante an possit comparere uti pater, vel uti curator. ibi. n. 16.

Pater an possit rem donatam filio absentis, Notario pro illo stipulante, ante acceptationem reuocare, & in alium transferre. cap. 70. num. 3. 34. 10. 11. et 13. 220

Pater an habeat ususfructum super beneficijs filij sui clerici, & si illos percepit, an ad eorum restitutionem, filio instante teneatur. c. 98. n. 2. & 3. fol. 299

Pater si percepit fructus beneficij filij sui clerici, conuentus ab illo ad restitutionem perceptorum, an possit opponere, esse compensandos cum alimentis, quae ipsi praestitit. ibi. n. 4. & 5. 300

I N D E X.

Pater non potest imponere onus in legitima filio debita. c. 128. n. 10. 388

Pater an possit filium pupillum instituendo tutoris computorum redditionem remittere. *ibid.* num. 13. & 14.

Pater de iure consuetudinario Ciuitatis Neap. nō potest filio pupillo super bonis antiquis pupillarem ordinare substitutionem. c. 129. num. 18. fol. 391

Pater si usufructum, quem in bonis filij habet, in vita non petierit, eo demum defuncto eius heredes illum petere non possunt. c. 141. num. 2. fol. 425

Pater si possidens aliquod officium, in eo filium nominauerit, nūm possit nominationem illam reuocare, & alium nominare. cap. 148. nu. 1. 2. 4. 6. 9. 10. et 14. 437

Pater legitimus est successor in bonis filij prædefuncti, sed quandoq; ex pacto, vel consuetudine excluditur. c. 167. n. 1. et 2. 481

Pater si in acquisitione noluit includere filias feminas, non est verisimile, quod voluerit includere extraneum masculum. cap. 189. num. 8. fol. 527

Pater an succedat filio in feudo resutato, uel potius frater. *ibid.* n. 43. & 44. 535

Pater quando maritando unam filiam seclit eam renunciare, & maritando aliam noluit, ut renunciaret, præsumptio est, quod noluit inter eas ius esse æquale. c. 193. nu. 16. 569

Pater præsumitur æqualitèr filias diligere. *ibid.* num. 18. 571

Pater an possit filia, quæ renunciauit omnibus successioneibus, tam ab intestato, quàm ex testamento in futurum deuoluendis aliquid relinquere in filiorum præiudicium, quorum fauore facta renunciatio. cap. 194. num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. fol. 571

Patris delictum filijs non nocet, quin ex propria persona in fideicommissio à maioribus ordinato succedere possint, et multo magis si nati sunt ante patratum delictum. c. 18. n. 4. et 6. 37

Patris uoluntas inter filios sat est, quando constat per quameunq; scripturam. c. 162. num. 3. et 5. fol. 461

Patris uoluntas colligitur ex dictis etiam in contractu inualido. c. 192. n. 20. 569

Patrem de filia exheredanda sollicitum fuisse nullo est pacto credendum, nisi in aliorum liberorum commotum, uel natorum, uel nascendorum. c. 189. nu. 4. 526

Patrus.

Patrus, et amita an sint uocati per Constit. Vt de successioneibus. c. 103. n. 9. 310

Patrus ex utroq; latere coniunctus an in successione nepotis excludat alterum patrum, uno tantum latere coniunctum. c. 216. n. 12. 627

Pauper.

Pauperum causa pia est, & quoddam fauores Ecclesie, & Fisco æquiparantur. c. 10. n. 9. 24

Peccatum.

Peccatum mortale committit, qui aliquid facit, credens esse mortale, quamuis non sit tale. c. 12. num. 7. 27

Pecunia.

Pecunia dotis causa promissa an adhuc in dorem sit. c. 140. n. 14. 424

Pecunia destinata ad prædiorum emptionem an inter immobilia commutetur. cap. 168. nu. 1. & 2. 485

Pecunia numeratio requiritur, ut census constitutio sustineri possit, sed quid in Regno Neap. c. 20. nu. 9. & 11. 60

Pedagium.

Pedagium ubi est commune inter duos, poterit unus collectorem deputare, ut fraudetur. c. 84. nu. 14. 260

Pensio.

Pensio imposita super beneficio, quod est de iure patronatus Regis, an soluenda sit, si super tali impositione Summi Pontificis consensus non interuenit. c. 171. n. 1. 2. 5. 9. & 11. 489

Pensio nūm imponi possit à Summo Pontif. super beneficijs, ad patronorum laicorum presentationem spectantibus. *ibid.* n. 12. 490

Pensionis reseruatō, ubi beneficij collatio nulla fuerit, nūm nulla quoque censenda sit. *ibid.* num. 13. & 14. 490

Pensionis augmentum an locatori debeatur ob maximam fertilitatem. c. 186. n. 5. 512

Pensiones imponi non possunt à Prælati inferioribus Summi Pontif. c. 171. n. 10. 489

Percussio.

Percutiens clericum, sine habitu, & tonsura incedentem, an in excommunicationem incidat. cap. 47. n. 6. 166

Percutiens clericum consanguineum contemplatione ipsius clerici, quem odio prosequitur an sit excommunicatus. c. 76. n. 1. 3. 4. & 7. 238

Percutiens mulieres, quæ commorantur in Conseruatorijs Ciuit. Neap. an sit excommunicatus. c. 77. n. 1. 3. 4. 6. & 7. 239

Percutiens personam, quæ ordinis caractere insignita non est, uel quæ sub aliqua Religione non uinit, non censetur excommunicatus excommunicatione contenta in can. Si quis suadente Diabolo 17. q. 4. *ibid.* n. 4. & 5. 239

Periculum.

Periculum rei vendite sub conditione, cuius sit purificata conditione. c. 239. n. 7. 8. & 11. 683

Periculum rei vendite an sit emptoris, quando emptor non est in mora, quominus res ipsa tradatur. *ibid.* n. 10. 683

Positivatio.

Permutatio... quam clericus in m... rochialis cum benef... sine... 469

Pignus.

Regius non in creditoris... Plus. 491

Plus. 491

Pena perpetui carceris... 492

Pena perpetui carceris... 493

Pena amissionis... 494

Pena amissionis... 495

Pena qua puniatur... 496

Pena mortis... 497

Pena pecuniaria... 498

Pena pecuniaria... 499

Pena pecuniaria... 500

Pena... 501

Pena... 502

Pontifex.

Pontifex... 503

Possessio Possessor.

Possessio radium... 81

Possessio sola... 82

Possessio feudis... 83

Possessio civitatis... 84

Possessio similis... 85

Possessio medietatis... 86

Possessio et dominium... 87

Possessionis potest... 88

Possessionis actus... 89

Possessionem apprehendens... 90

Possessor bonorum... 91

Possessor feudis... 92

Possessor bona fidei... 93

Possessor fundi... 94

Possessor alicuius... 95

Potestas.

Potestas... 96

Praelatio.

Praelatio... 97

Praelatio pro recuperanda... 98

Praelatio in bonis... 99

Praelatio pro ante... 100

I N D E X.

Prælatio cessat, quando agnatus proximior assensu venditori de fundo facta. cap. 116. num. 9. fol. 342

Prælatio an competat agnato in venditione feudi, quando partem pretii recepit. ibid. num. 16. fol. 343

Prælatio ubi competere est deneganda, quando res, super qua præferri petitur, in petentis posse non est tempore duratura. ibid. num. 47. 350

Prælatio non competit, nisi concurrente altera ex tribus causis, quæ enarrantur. c. 117. n. 2. 351

Prælatio an competat, quando venditur iurisdictio criminalis. ibid. n. 21. 354

Prælatio nunquam competit Ecclesiæ in feudis, quia feudum deveniret in manus mortuas, sed quid si Ecclesia instaret, ut poneretur in manus secularis. ibi. n. 22. 354

Prælatio denegatur, quando est lapsum tempus, intra quod petenda est. ibi. n. 24. 354

Prælatus.

Prælati exempti, sub quibus comprehenduntur Abbates nullius Diocesis, omnia facere possunt, quæ & Episcopi in suis Diocesisibus. c. 1. n. 2. 2

Præsbiter.

Præsbiteri nomen, an comprehendat quemlibet clericum, etiam in minoribus constitutum. c. 40. n. 2. 20. 137

Præscriptio.

Præscribens iurisditionem in subditos in alieno territorio, an possit punire forenses. ibi delinquentes. c. 115. n. 8. 336

Præscribi non possunt bona fideicommissi subrepta, quando fideicommissarius est impeditus agere. c. 118. n. 6. 52

Præscriptio non currit contra pupillos. ibidem. n. 63. 52

Præscriptio non datur in re alienari prohibita. ibid. n. 67. 52

Præscriptio immemorabilis equiparatur privilegio Principis. c. 115. n. 12. 337

Præscriptio centenaria requiritur pro acquirenda servitute, causam habens discontinuam. c. 204. num. 6. 597

Præscriptio immemorabilis si ab aliquo allegatur, non potest allegans lite pendente conservari in possessione, quam allegat, sed debet præis illum probare. ibid. n. 7. 597

Præscriptio an interrumpatur per solam citationem. c. 243. n. 5. 688

Præscriptione prohibita, nunquam centenaria prohibita censetur. c. 115. n. 13. 337

Præsumptio.

Præsumptio est pro sententia. c. 112. n. 5. 331

Præsumptio legis repugnat, ut mens patris in renuntiacione filii fuerit pro illa perpetuo excludenda, & includendo collateralium. c. 189. num. 33. 533

Præventio.

Præventio datur in criminibus mixti fori, & quæ id in Regno Neapoli. c. 2. n. 13. 4

Præsentia.

Præsentia de administrat. Vauersl. declaratur. c. 59. n. 5. & 9. 196

Præsentia de appell. an procedat in reclamationibus, quæ sunt à sententijs S. C. c. 79. n. 8. 243

Præsentia de Compensat. declaratur. c. 247. num. 5. 698

Præsentia de composit. quid disponat. c. 4. n. 5. 6. & 9. 6

Præsentia primæ de comprom. exceptis causis feudales. c. 78. n. 15. 242

Præsentia de falsis, quam interpretationem receperit, declaratur, et an illius dispositio procedat in causa feudali. ibid. n. 4. 6. 8. 14. et 16. 241

Præsentia de possessor. non turbat. an liget Ecclesiæ in Regno. c. 74. n. 10. 233

Præsentia prima de prævent. moderan. declaratur. c. 66. n. 8. 9. & 11. 210

Præsentia de prævent. moderan. an liget clericum. c. 74. n. 12. 233

Præsentia de off. Sac. Conf. an procedat, ubi omnimodis Indictis, uti amicus causam protegit. c. 9. num. 6. 22

Præsentia de 2. de falsar. corum, & ceter. declaratur. c. 37. n. 6. 113

Præsentia de Sen. Conf. Maced. an liget clericum. c. 74. n. 11. 233

Præsentia de Sen. Conf. Vell. de donationis contractu non loquitur. c. 238. n. 7. 680

Præx.

Præx quare sit introducta in Regno, ut quis sub altero nomine feudum emat. c. 28. num. 7. et 34. fol. 116

Pretium.

Pretii pars, quæ debetur secundogenito super feudo nono qua actione petitur. c. 45. num. 29. 30. & 32. 152

Primogenitus.

Primogenitus tenetur conferre pretium feudi nono, siue velit, siue nolit in reliquis defuncti bonis succedere. c. 45. n. 36. & 37. 153

Primogenitus successor in feudo an possit à patre gravari pro concurranti feudi valore. ibi. n. 41. fol. 155

Primogenitus succedit solus in feudo, in re Francorum attento. c. 86. n. 2. 266

Princeps.

Princeps Superiorem non recognoscens ius possessionem observare non cogitur. c. 18. n. 40. 49

Princeps an possit ius alteri quaesitum sine causa auferre. c. 46. n. 7. 8. 9. 11. 13. & 26. 160

Princeps an possit filium illegitimum post patris mortem legitimare in præiudicium ab intestato venientium. ibid. n. 14. & 24. 161

Princeps potest tollere ea, qua iuris civilis sunt, ibi. n. 20. 163
 Princeps num possit dispensare, ut in feudo, in quo primogenitus solus successit, succedant insimul omnes defuncti feudatarii filij. ibid. n. 21.
 Princeps concedendo aliquid subdito in remunerationem seruitiorum, non dicitur munificentiam exercere, sed potius debitum soluere. c. 102. n. 5. fol. 308
 Princeps potest creare quem nobilem. cap. 146. num. 15. 435
 Princeps potest facere de non delicto delictum. c. 170. n. 9. 487
 Princeps superiorem non recognoscens an possit mandare, ut Iudex, coram quo de illato spolio agitur, procedat simul, & semel, tam in possessorio, quam in petitorio. cap. 211. n. 4. 6. 7. 8. 10. & 16. 614
 Princeps in dubio non presumitur uti plenitudine potestatis. ibi. n. 12. 615
 Princeps potest iuri postremo derogare. ibi. n. 13.
 Princeps potest cogere subditum ad concordiam. ibid. n. 15.
 Principis decretum super venditione predij pupilli non operatur plusquam operatur decretum Iudicis inferioris. c. 18. n. 45. 47
 Privilegium.
 Privilegium dotis, ut boni fideicommissi subiecta pro ea constituta, siue restituenda possint alienari, an transeat in mulieris cessionarium. c. 19. d. nu. 1. usq. ad 6. 54
 Privilegium electionis fori non competit in pupillari aetate constitutis, patres habentibus. c. 47. num. 2. 168
 Privilegium concessum a Rege Federico, ceterisque de domo de Aragonia, an a Rege nostro sit observandum. c. 173. n. 1. 3. 9. 10. & 13. 493
 Privilegium per non usum decem annorum amittitur. ibid. n. 2. 494
 Privilegium si refertur in alio privilegio nullius ponderis est, si non producit. ibid. num. 8. fol. 494
 Privilegium extinguitur, quando persona, qua est causa privilegij e vivis decessit. c. 250. n. 2. 703
 Privilegio fori nullo iure cautetur, ut minor decimo octava anno, & maior quatuordecimo gaudeat. c. 47. n. 16. 167
 Privilegia omnia contractui dotis concessa transeunt ad quemcunq; mulieris heredem. c. 28. num. 9. 90
 Privilegiatus contra pariter privilegiatum suo privilegio uti non potest. c. 47. n. 13. & 20. 167
 Sed quid quando privilegia non essent equalia. ibi. n. 14. 18. 19. & 21.
 Probatio.
 Probatio nulla melior est illa, qua procedit ex propria oris confessione. c. 219. n. 12. 640

Probationes non sunt de iure restringenda. c. 146. num. 11 434
 Processus.
 Processus compilatus cum tutore, qui inventarium non confecit est nullus, idemq; si omisit satisfacere, rem pupilli saluam fore. c. 18. num. 17. & 18. fol. 41
 Procurator.
 Procurator ad lites an, & quando per procuratorem noviter constitutum revocatus ceaseatur. c. 174. n. 1. & 3. 493
 Procurator lite contestata an in praesentium colitigantis revocari possit, ipso procuratore consentiente. ibi. n. 7. 8. 9. 10. & 11. 495
 Procuratoris revocatio, non intimata nihil operatur. ibi. n. 4.
 Procuratorem constituens ad capiendam possessionem delatae hereditatis, dicitur illam acquirere. c. 211. nu. 9. 614
 Professio.
 Professio Novitij an possit ex aliqua causa diff. rri. c. 2. n. 4. 3
 Professionis emittenda conditio an firmare potestativa. c. 196. n. 40. 584
 Proficiens Religionem in mortis articulo, salutem recuperans, non potest se penitere. c. 138 nu. 7. fol. 414
 Prohibitio.
 Prohibitio alienationis regulatur iuxta terminos fideicommissi precedentis. c. 89. n. 7. 274
 Prohibitio expressa, ne bona fideicommissi subiecta alienari possint, quos producit effectus. c. 90. n. 2. 9. 11. 12. 13. & 14. 275
 Prohibitio facta a feudatario, ne eius successor feudum alienet, an aliquid operetur. ibid. num. 4. fol. 276
 Prohibitio testatoris de non alienando bona extra familiam, an comprehendat bona, qua testator post testamentum quaesivit. c. 122. n. 12. fol. 365
 Prohibitio alienationis, ad hoc ut bona conserventur in familia, an seminarum exclusionem inducat. c. 126. nu. 14. 379
 Prohibitum quando aliquid est a lege, vel ab homine, omnis sequela, per quam pervenitur ad id prohibita censetur. c. 118. n. 5. 356
 Prohibitum alienari, si semel legitime alienatur, alienabile efficitur. c. 209. n. 2. 611
 Promissio.
 Promissio secunda operatum, intelligi debet sive prauidicio iuris quiescit alteri ex prima promissione. c. 14. n. 3. 28
 Promissio facta omnium, & singulorum bonorum, est apta comprehendere iura, & actiones. cap. 162. n. 9. 463
 Promissio de vendendo, et emendo, certo expresso pretio, an sit venditio. c. 239. n. 3. & 4. 682

I N D E X.

Promissio dotis facta in capitulis matrimonialibus an censetur novata per mutui instrumentum, siue contractum censualem inde sequutum. c. 166. n. 31. 43. & 44. 476

Promissio facta soluendi debitum tali die absque interesse, eo lapsa, et solutione non facta parit interesse. ib. n. 36. 477

Promittens soluere, quod alius debet, loco fideiusforis habetur, nisi novatio subintraret. c. 26. nu. 6. et 7. 83

Promittens soluere certa die, vel dare pignus nūm die adueniente precisè cogi possit ad soluendum, quāuis pignus dare sit paratus. c. 65. n. 6. 206

Propositum.

Propositum in proposito idem operatur, quod oppositum in opposito. c. 193. n. 17. 569

Proprietas.

Proprietarius an sit audiendus, si cupiens rem pānēs se habere usufructuario cautionē obtulerit de ei singulis annis praestando fructus, ex re illa percipiendos. c. 25. n. 8. 81

Prorex.

Prorex potest sua vicaria potestate, novas creare dignitates, & dicitur alter ego. c. 10. n. 5. 23

Prorex an possit praestare assensum, si pater vult instituire heredem in feudo filium secundogenitum. c. 29. n. 10 et 14. 96

Prouiso.

Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato an ad fructuum perceptorum restitutionem teneatur. c. 42. n. 7. 130

Proxenetā.

Proxenetā sine Mediatoribus an possint esse testes super contractibus coram illis gestis. c. 9. num. 9. fol. 22

Proximior. Proximitas.

Proximior consanguineus, si nolis defuncti hereditatem adire admittitur sequens. cap. 116. n. 43. fol. 148

Proximior de familia vocato, si talis extaret familia, an illa masculo remotiore excluso admittatur. c. 22. n. 1. & 2. 648

Proximiores an excludantur à Monasterio per ingressum Religionis à portione debita per Confuet. o. 150. n. 2. 441

Proximioribus de familia vocatis an concurrere possint illi, qui post ordinatum fideicommissum nati sunt. c. 175. n. 1. 2. & 5. 498

Proximitas quanam attenditur in fideicommissis, grauari, vel grauantis. c. 216. n. 29. 630

Pupillus.

Pupillus habet electionem agendi, vel contra tutorem, vel contra possessorem rei mala alienata. c. 18. à n. 20. vsq. ad 22. 42

Pupillus nec cū tutoris autoritate donare potest, imò nec cum Iudicis decreto. c. 136. nu. 3. & 4. fol. 410

Pupillo interdicta dicitur omnis bonorum alienatio, nisi aliquibus concurrentibus solemnitatibus. ibi. num. 2. 409

Q

Quarta.

Quarta, seu antephatum an differat à donatione propter nuptias. c. 22. n. 23. 74

Querela.

Querela inofficiosa, donationis filio competens intra quantum tempus à filio proponi debet. cap. 176. n. 1. 499

R

Ratificatio.

Ratificatio contractus vt profic illi, ad cuius beneficium fit, debet esse praesens, vel Notario pra eo stipulante. c. 28. n. 11. 40

Ratificatio alicuius contractus dum fit, debent interuenire omnes solemnitates, quae in contractu principali concurrere debent. ibid. n. 12. 49

Ratificatio, quae fit factis, aequiparatur ratificationi, quae fit verbis. ibid. n. 49. 49

Ratificatio alicuius contractus an, & quando inducatur. c. 167. n. 8 & 9. 482

Ratificatio alicuius actus ex quibus inducatur. c. 191. n. 15. 561

Ratio.

Ratio quando est eadem in casu non expresso, quae viget in casu expresso, casum non expressum comprehendere potest. c. 103. n. 13. 381

Ratio agnationis conseruanda, quae consideratur ab aliquibus in iure retractus, reijcitur. c. 116. num. 41. 348

Ratio continens capitula contingentia an possit pro parte acceptari, & pro parte non. cap. 125. num. 10. 373

Ratio vbi est eadem, eadem debet esse iuris dispositio, sed non in penalibus. c. 206. n. 6. 602

Ratio legis quando magis attendi debeat, quam ipsa lex. c. 212. n. 11. 618

Rationes sunt ponderandae in decisionibus causarum potius, quam Doctorum numerus attendendus. c. 116. n. 33. 346

Reclamatio.

Reclamatio à sententia S. C. si interponatur infra decem dies vltior tenetur praestare cautionem, secus si post. c. 178. n. 2. 503

Reclamatum vbi fuerit à sententia S. C. per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, nūm vt procedi possit in causa reclamationis expectanda sit prius liquidatio. ibid. n. 4. & 5. 504

Re-

Recognitio.

Recognitio, quæ fit ab emente feudum ad beneficium illius, cuius pecunia, & contemplatione est illud emptum, in effectu non importat, nisi specialem hypotheecam. c. 38. nu. 13, 33. & 35. fol. 116

Reconuentio.

Reconueniri nãm possit clericus coràm Iudice laico, ubi eius bona fuerunt sequestrata sub pre-textu, quod essent in dominio laici, & clericus cõparuerit allegando, bona sequestrata sua propria esse. c. 179. n. 1. 4. 8. & 13. 505

Reconuentio conuentionem supponit. c. 52. num. 5. fol. 175. & c. 179. n. 2. 505

Reconuentio est rei, conuentio est aëtoris. c. 179. nu. 3. 505

Reconuentio non habet locum, quando quid à Iudice extraiudicialiter petitur. ibid. n. 5.

Reconuentio ab aëtoris voluntate procedit. ibid. num. 7.

Reconuentio an praticari possit contra Ecclesiam intentantem remedium Capitulorum Regni aduersus aliam Ecclesiam. ibi. num. 14. 15. & 16. fol. 506

Reconuentio an locum habeat, quando laicus conuenitur, à clerico super iniuria, furto, vel alio simili. ibi. n. 16. 507

Reditus annuus.

Reditus annuus super obligatione personali principaliter fundatur. c. 48. n. 8. 170

Reductio.

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratorum quando peti possit. c. 119. n. 9. 359

Reductio ad arbitrium boni viri à laudo Arbitratoris infra quantum tempus petenda sit, et quid à sententia Arbitri c. 180. n. 1. & 4. 507

Reductio ad arbitrium boni viri coràm quo Iudice petenda est. ibi. n. 7. 508

Refutatio.

Refutatio est præmatura, sine anticipata successio. c. 139. n. 18. 418

Refutatio feudi non potest fieri absque assensu, nisi in immediatè successurum. c. 150. nu. 11. 442

Refutatio feudi in proximè successurum dicitur præmatura successio. c. 189. n. 53. 538

Refutatio feudi tunc dicitur facta in manibus domini, quando feudum relaxatur in dominum, potestatem, & possessionem domini. ibi. n. 54.

Refutarius in actione personali an cogi possit ad soluendum debita defuncti, non dato alio hered. c. 139. n. 4. & 17. 416

Refutarius refutatione facta tenetur fratribus secundogenitis vitam, & militiam præstare, & paragium sororibus. ibi. n. 19. & 21. 418

Regnum.

Regnum Neapolitanum est hereditarium ob inuestitura formatum Carolo I. ab Urb. IV. & Clem.

similiter IV. facta. c. 86. n. 7. 266

Regula.

Regula plus valere, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur in feudis non procedit. cap. 38. num. 17. 117

Explicatur tex. in cap. primo, de benef. fratr. ibi. nu. 20. & 38.

Regula res inter alias acta, tertio non nocere, an habeat locum, quando inuentarium cum uno ex creditoribus est validum declaratum. c. 111. num. 9. 330

Regula cessante causa, &c. declaratur, et non habet locum, quando causa habuit effectum consummatum. c. 152. n. 5. & 6. 444

Regula ubi est eadem ratio, est eadem iuris dispositio non procedit in pænalibus. c. 205. num. 6. fol. 602

Regularis.

Regulares in multis subiunt Episcopis. c. 181. n. 1. fol. 509

Reiudicatio.

Reiudicationis iudicij natura est, ut ueniant omnes fructus per possessorem percepti. c. 84. nu. 7. fol. 259

Relatum.

Relatum est in referente cum qualitatibus suis. c. 126. n. 16. 379

Releuium.

Releuium exigitur à Fisco per mortem illius, qui emit feudum, quumuis simulatè, non autem per mortem illius, cuius pecunia, & contemplatione feudum fuit emptum. c. 38. n. 10. 116

Releuium soluitur Fisco ex refutatione omnium feudorum c. 139. n. 23. 419

Releuium an sit soluendum per mortem illius, qui feudum sine assensu emerat. c. 182. n. 1. 9. 11. & 12. 510

Releuium an sit debitum per mortem illius, qui feudum in vita cum assensu donauerat, retento ususactu. ibid. n. 3.

Releuium nãm fit soluendum ab hered. qui infra annum mortis feudatarij feudum olim cum patre de retrouendendo distrahitum reemit, & quid si mortuus est feudatarius, qui feudum acquisierat cum patre de retrouendendo. ibi. nu. 4. & 5.

Releuium an sit soluendum per mortem viri, cui feudum cum assensu fuit in dotem datum. ibid. num. 6.

Releuium soluitur pro obtinenda inuestitura. ibid. num. 8. et c. 183. n. 5. 513

Releuium debetur Regi per mortem feudatarij, est medieta fructuum vnus anni, sed an illius anni, quo moritur c. 183. nu. 1. & 3. 513

Releuium dum liquidatur nãm fit habenda ratio tantum ad naturales fructus, vel etiam ad illos, qui ex industria feudatarij percepti sunt. ibid.

I N D E X.

| | |
|---|--|
| <p>num. 2. 9. & 10. <i>Relenium an dicatur onus feudi. ibi. nu. 4. & 8. & c. 184. n. 9.</i> 515 <i>Relenium non soluitur in fructibus, sed in illorum valore. c. 183. n. 6. & 7.</i> 513 <i>Relenij in liquidatione an veniant prouentus ex feudi iurisdictione percepti. c. 84. n. 4.</i> 259 <i>Relenij praestatio consuetudine inducta est. c. 184. num. 8.</i> 515 <i>Relenio ut locus sit quae concurrere debeant. cap. 182. n. 2. & 7.</i> 510</p> <p style="text-align: center;">Religio. Religiosus.</p> <p><i>Religio Societatis IESV Christianae Religionis est ornamentum. c. 195. n. 16.</i> 576 <i>Religiosus ille dicitur, qui tria vota substantialia regulae professus est. c. 100. n. 2.</i> 305 <i>Religiosus intra annum probationis dicitur laicus. c. 150. n. 3.</i> 441 <i>Religiosus in Religione professus incapaci, si fecerit transitum in capacem, recuperat bona, quae ante ingressum possidebat. c. 185. num. 1. & 3. fol.</i> 516 <i>Et idem in Monacho effoeto Episcopo, & quae sit ratio ibi. n. 4. & 5.</i></p> <p><i>Religiosi noua acquirere Monasteria prohibentur, non citatis prius omnibus Mendicantibus illius loci, sed an hoc procedat in clericis secularibus, qui uti Religiosi viuunt. c. 100. n. 9.</i> 306 <i>Religiosi durante anno probationis ordinari non possunt. c. 144. n. 7.</i> 429 <i>Religiosi Societatis IESV donec solemniter profitentur retinent dominium suorum bonorum, nec non beneficia, si quae habent Ecclesiastica, & pensiones. c. 195. n. 9.</i> 575</p> <p style="text-align: center;">Remedium.</p> <p><i>Remedium aliquod an detur ad impediendam litem super iudicio iactantiae. c. 6. n. 3.</i> 13 <i>Remedium ordinarium ubi adest, cessat extraordinarium. c. 200. n. 13.</i> 590</p> <p style="text-align: center;">Remissio.</p> <p><i>Remissio seruitutis an sit noua, & discreta acquisitio, quae sit super feudo. c. 21. n. 36.</i> 68 <i>Remissio mercedis ut propter sterilitatem conductori fieri possit, ad quam summam damnū conductori contingere debet. c. 186. n. 1. 2. & 3. fol.</i> 517 <i>Et quid ubi renunciatum est, ut mercedis remissio peti non possit. ibi. nu. 4.</i></p> <p><i>Remissio mercedis an facienda sit conductori vel Etigalium impedito à locatore quoad quantitatem non exactam. c. 187. n. 1. & 2.</i> 519 <i>Remissio mercedis est facienda, etiam si damnus factus tertij conductori contingit. ibi. n. 3.</i></p> <p><i>Remissio mercedis an peti possit per conductorem Baronis, ex quo in vno ex corporibus feudali- bus sterilitas contingit. c. 188. n. 1. & 4.</i> 519 <i>Remissio mercedis subintrat, quoties res particula-</i></p> | <p><i>ris locata sterilis efficeretur. ibi. n. 2.</i> 520</p> <p style="text-align: center;">Remuneratio.</p> <p><i>Remuneratio quando inferuenti non est promissa, Iudicis subintrat officium ad illam consequendam. c. 102. n. 6.</i> 308</p> <p style="text-align: center;">Renunciatio.</p> <p><i>Renunciatio facta à Monacho ante Religionis ingressum ad consanguineorum fauorem, nam possit, si sit effectus Episcopus renouari. cap. 46. num. 18.</i> 162 <i>Renunciatio beneficij ut valida sit quae requirantur. c. 50. n. 3. & 7.</i> 172 <i>Renunciatio bonorum paternorum facta patri an sit ad haeredes patris transmissibilis, vel potius dicatur extinctiua. cap. 93. n. 10. 11. 12. 13. 14. et 16.</i> 287 <i>Renunciatio alterius, electione vnus ex contrarijs inducitur. c. 106. n. 2. & 7.</i> 319 <i>Renunciatio iuris sui in dubio non praesumitur. cap. 152. n. 8.</i> 445 <i>Renunciatio, quae fit à filia, dum nubit, patri suo, operatur, ut dos censeatur appropriata ipsi filia. c. 167. n. 10.</i> 483 <i>Renunciatio casuum fortuitorum, quos casus comprehendit. c. 186. n. 6. 7. 8. 9. & 10.</i> 518 <i>Renunciatio à filia dosata patri facta tempore, quo existerent masculi, euanescit, si tempore successionis patris, mortui reperiuntur. c. 189. num. 1. fol.</i> 523 <i>Quod etiam procedit, si patre ab intestato defuncto superessent feminae descendentes. ibi. nu. 2. & 3.</i> 525 <i>Renunciatio filia habet in se praesumptionem, ut intelligatur facta contemplatione masculinorum. ibi. n. 5.</i> 526 <i>Renunciatio amplissima ad illa iura de futuro trahitur, quae possunt competere ex causa de praesenti tantum. ibi. n. 6.</i> 527 <i>Renunciatio filia quando à patre non suis recepta contemplatione descendentiū, vel familiae, intelligitur recepta, ad hoc ut pater ipse liberans habeat disponendi facultatem. ibi. nu. 10.</i></p> <p><i>Renunciatio filia quando non potest dici facta contemplatione descendentiū, vel familiae euanescit, si pater ab intestato decedit. ibi. n. 15. & 25.</i> 528</p> <p><i>Renunciatio filiarum monialium semper dicitur realis. ibi. n. 22.</i> 531 <i>Renunciatio, quae fit à filia de feudali successione, semper dicitur personalis. ibi. nu. 36. 49. & 58. fol.</i> 534 <i>Renunciatio, quae fit de feudo omnino, vel in manibus domini dicitur realis. ibi. n. 45.</i> 535 <i>Renunciatio in feudis quando dicitur facta omnino in terminis tex. in cap. vn. de eo, qui fin. fecit, &c. ibi. n. 46. 47. & 48.</i> 536 <i>Renunciatio sicut dicitur personalis, quando est</i></p> |
|---|--|

facta

I N D E X.

facta patri, eiusque heredibus, & quibus dederit, sic etiam personalis confenda est, quando esset facta patri, eiusque heredibus quibuscumque; ibid. n. 70. 541

Renunciatio matris an obstat filijs, si ex propria persona illi ad auro succedendum instarent, & hoc tam quando mater premoritur patri, quam quando superest. ibi. nn. 91. 92. 93. 94. 96. 97. 98. 99. & 100. 545

Renunciatio, qua fit à Moniali an semper dicatur realis. cap. 190. n. 2. 6. 7. 10. 12. 16. 17. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39. 549

Renunciatio ad hoc ut excludat filiam monialem renunciantem, mens patris renunciatarij est attendenda. ibid. n. 8. 551

Renunciatio, qua fit ob ingressum Religionis non subiacet solemnitatibus statuti. ibid. nn. 20. 21. & 22. 553

Renunciatio facta à muliere Neapolitana ad beneficium fratrum dotantium, eorumque heredum, nunc proficit agnato remotiori, ad finem ut valeat ille de bonis antiquis liberè disponere. c. 191. n. 1. 6. 7. 8. 9. 10. & 13. 557

Renunciatio, qua fit à sorore fratribus quid importat. ibi. n. 2. 558

Renunciatio quantumvis realis, illis solum personis prodest, quibus est renunciatum. ibi. num. 3. & 5. 558

Renunciatio facta à Moniali dicitur semper realis. ibidem num. 4. 561

Renunciatio facta sine causa nullius momenti est. ibid. n. 16. 561

Renunciatio facta per matrem eius patri, vel fratri, ea premortua nunc nocet filijs ex propria persona venientibus. c. 192. n. 1. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. 562

Renunciatio facit renunciantem pro mortuo haberi. ibid. n. 9. 563

Renunciatio pupillarj substitutionis, eò, quia habet inclusum pactum de succedendo, an valeat. c. 193. n. 8. 567

Renunciatio facta à filia patri de hereditate fraterna, an sit de iure valida. ibid. num. 9. & 10. fol. 568

Renunciatio ita demum ab hereditate renunciata renunciantem excludit, si supersunt alia persona, qua ex presumpsa mente defuncti renunciantem excluderent. ibid. n. 13. & 14. 569

Renunciatio facta à Patribus Societatis IESU post emissionem trium simplicium votorum, nunc resolvatur, si renuncians antequam solemniter profiteretur à Religione exiret. c. 195. n. 1. 5. 6. 8. 12. & 17. 573

Renunciatio, qua fit Religioni ab existente in illa tacitam habet conditionem, si professio sequatur. ibi. n. 2. & 13. 574

Et quòd de illa ad aliam validè non transeat. ibi. n. 4. 574

Sed quid dicendù in Religione Societatis IESU. ibi. num. 5. 574

Renunciatio, qua à Novitijs fieri solet infra an. ù probationis, quas requirit solemnitates, attentà dispositione Sac. Trid. Conc. sess. 25. cap. 16. de regul. c. 196. n. 1. 4. & 25. 578

Renunciatio facta à Novitijs intra duos menses proximos, quibus professio fieri debet, an valeat, si professio demum dilatata fuit ultra duos menses. ibi. n. 5. 579

Renunciatio cum sit stricti iuris extensionem non recipit. c. 212. n. 17. 620

Renunciatio insitam habet tacitam conditionem, si renunciatio ad renunciantem devolvitur. cap. 217. n. 14. 633

Renunciatio beneficij S. C. Pelliciani, quamvis cum iuramento, in Regno inutilis est. c. 236. num. 8. fol. 675

Renunciationis causa finalis est ingressus in Religionem. c. 190. n. 21. 553

Renunciaciones, qua à filiabus dotibus receptis sunt, semper intelliguntur facta ab intestato. c. 189. n. 27. 532

Requisitum.

Requisita qua sint pro obtinèdo in iudicio, in quo agitur remedio l. si quis còductionis, C. loc. c. 55. n. 6. 8. & 9. 179

Res.

Res alienari prohibita est imprescriptibilis. c. 18. num. 67. 52

Res prohibita alienari, si semel legitimè alienetur, alienabilis efficitur. c. 209. n. 2. 611

Restitutio.

Restitutio competit etiam maioribus concurrente iusto errore, & facti ignorantia. c. 96. n. 10. 12. 13. 14. & 15. 296

Restitutio conceditur maioribus, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. ibi. n. 11. 587

Restitutio in integrum an detur privilegiato aduersus exceptionem declinatoriam fori omisã. c. 198. n. 1. & 5. 587

Restitutio non datur ad ea, qua sunt modici prauitidicij. ibi. n. 2. 587

Restitutio non conceditur, ubi completo termino super repulsa vellet minor beneficia pètere. ibi num. 6. 588

Restitutio in integrum non datur in iudicio summano. ibi. n. 7. 588

Restitutio in integrum petita aduersus sententiam an tacitè denegata intelligatur per progressum ad vltiora. c. 199. n. 1. & 2. 588

Restitutio in integrum ubi petitur aduersus sententiam

tiam

I N D E X.

- tiam, impedit illius executionem, sed quid in sententia Principis, & quid, ubi ceptum est executi. c. 200. n. 1. 3. 4. & 5. 589*
- Restitutio in integrum an semper impediatur sententiae executionem. ibi. num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. fol. 590*
- Restitutio in integrum, qua impedit sententiae executionem, an in iustitia causa operetur, ut semper sit petenti deferendum. ibi. n. 12. 591*
- Restitutio in integrum non petitur aduersus aequum priuilegium, nec aduersus decreta affirmatiua. ibi. n. 14. et 15. 591*
- Restitutio in integrum ad id datur, quod quis facere potuit, & non fecit. c. 202. nu. 6. 594*
- Restitutio in integrum an competat mulieri, ex clausula generali contra sententiam, ex eo, quia fuit sequuta virum Reipubl. causa iter facientem. c. 249. n. 1. 702*
- Restitutio in integrum competit etiam vxoribus militum. ibi. n. 2. 702*
- Restitutio in integrum infra quadriennium peti debet. ibi. n. 3. 702*
- Restitutio in integrum denegatur, quando illam petens, potius sui commodi causa, quam pro Reipublica fuit absens. ibi. n. 5. 702*
- Restitutio in integrum cessat, quando illam petens per Procuratorem se defendit. ibi. n. 6. 702*
- Retentio.**
- Retentio fauorabilior est, quam actio. cap. 13. n. 2. fol. 27*
- Retentio competit haeredi vasalli pro meliorationibus, quando feudum aperitur domino, donec illarum aestimatio soluat. cap. 21. nu. 33. fol. 67*
- Retrahitus.**
- Retrahens an dicatur reus in causa iuris retrahit. c. 44. n. 45. & 47. 142*
- Reuocatio.**
- Reuocatio liberti in seruitutem propter aliquod delictum, non nocet filijs ante delictum natis. cap. 95. n. 6. 293*
- Reuocatio simplex alicuius actus an, & quando operetur. c. 174. n. 6. 496*
- Reus.**
- Reus, quare sic nominatur. c. 44. n. 46. 142*
- Reus per litem contestationem subijcitur Iudici, & obligatur actori. c. 243. n. 2. 688*
- Rex.**
- Rex quando contractui alienationis rei feudalis praestat assensum, considerat tantum personam, qua feudum acquirit; non autem illum, cuius contemplatione, & pecunia feudum emitur. c. 38. n. 16. 117*
- Rex Catholicus successit in hoc Regno Regi Alphonsi primo. c. 173. n. 5. & 16. 493*
- Rex Alphonsus successit Reginae Ioanna secunda per adoptionem. ibi. n. 7. 493*
- Rex Ferdinandus primus fuit filius adulterinus Regis Alphonsi primi. ibi. n. 15. 494*
- Rex Catholicus an teneatur obseruare gesta per Reges Aragonenses Regni huius Neap. ibi. n. 17. fol. 495*
- Rex assentiendo alienationibus banorum feudaliu nihil in emptores de nouo transfert, sed tollit tantum obstaculum. c. 189. nu. 55. & seq. fol. 538*
- Rex Ladislaus mentionem non fecit de scriptura testamenti in Cap. Regni Non sine Prudentis. c. 230. nu. 2. 662*
- Rege Alphonso vita functo in paternis Regnis successit Ioannes eius frater secundogenitus. cap. 173. n. 14. 494*
- Reges Ferdinandus primus, & secundus, Alphonsus secundus, & Federicus an fuerint legitimi possessores Regni Neap. ibi. n. 4. & 12. 493*
- Reges nostri Austriaci an teneantur obseruare gesta per Reginam Ioannam secundam. ibi. n. 6. Romanus. 494*
- Roman. cons. 22. procedit in renunciatione facta cum Aquiliana stipulatione, ac acceptilatione inde sequuta. c. 189. nu. 73. 541*
- Rota.**
- Rota Romana non admittit renunciationem iuris in beneficiis, sed bene litis, & causa. c. 78. nu. 11. 242*
- Rotae decis. 6. alijs 355. de rer. permut. in antiquis procedit, quando euidenter de fraude constat. c. 164. n. 6. 469*
- Rubrica.**
- Rubrica informationis nihil probat. c. 232. nu. 8. fol. 664*
- S**
- Sacerdos.**
- Sacerdotalis qualitas an requiratur in praesentando ad beneficium, ea lege fundatum, ut qualibet die Missa sacrificium in eo celebraretur. c. 40. n. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 21. 124*
- Salarium.**
- Salarium, quod a Barone praestari debet vasallo pro illo laboranti quomodo taxatur in Regno. c. 37. n. 1. & 2. 112*
- Salarium per prag. statutum, non nisi semel a Barone debetur. ibi. nu. 13. 114*
- Salarii petitio, est quid dependens a causa principali. c. 52. nu. 2. 174*
- Schedula.**
- Schedula manu testatoris scripta, in qua continentur dispositio ad pias causas, an verificari possit per testes deponentes, habere manum notam. c. 229. nu. 6. 661*
- Scriptura.**
- Scribens apocam Banco, ut soluat Titio mille, quae*

debentur à Cris. pecunia in Banco non reper-
ta, nullo obligatus remaneat. c. 26. n. 1. 3. 4. et 5.
fol. 82

Scriptura prinata presentata post sententiam nullo
illius exaurationem impediatur. c. 200. n. 16. 17.
& 18. 591

Secretarius.

Secretarij Dominorum Præregum an. subsint Re-
gia generali Visitacioni. c. 244. n. 1. 690

Secundogenitus.

Secundogenitus heres universalis patris sui an
possit petere à primogenito herede in feudali-
bus pretium integrum exbursum per commu-
nem patrem super feudis nouis. c. 48. n. 23. 24.
25. 29. & 34. Et quid si heres in feudo non
sit filius, sed collateralis. ibi. n. 1. 49. usq. ad
49. 49

Secundogenitus, cui debetur pretij pars super feu-
do nouo, qua actione illam petis. ibi. n. 29.
39. & 32. 49

Secundogeniti electio est in Regno super feudo no-
uo, vel consuetudine, & militiam, vel partem
pretij, quo feudum illud emptum est, & quid si
feudum non pecunia, sed proprijs meritis pater
acquisiuit. ibi. n. 10. & 20. 49

Et qua sit ratio, ut fuerit in Regno introductum,
præstandam etiam secundogenito partem pretij
erogati in feudo nouo. ibi. n. 21. & 22. 50

Secundogenito solutio, qua debetur partis pretij
feudi noui, quo tempore sit facienda, mortis pa-
tris ne, vel emptionis. ibi. n. 26. 51

Sententia.

Sententia requiritur declaratoria, ubi nullus est ip-
so iure nullus. c. 48. n. 9. 170

Sententia requiritur declaratoria, ad hoc ut exco-
municatus Ecclesiastica careat sepultura. ibi.
num. 10. 170

Sententia lata in condemnatione delinquentis an
probet delictum. c. 90. n. 8. 277

Sententia lata in periculis an absorbeat sententiã
latam in possessione. c. 92. n. 15. 283

Sententia, qua personam afficit, ubi quædam suam
extendit. c. 113. n. 8. 336

Sententia operatur, ut omnia ab initio retrotra-
bantur. c. 130. n. 4. & 7. 393

Sententiã à Iudice Ecclesiastico super diuortio pro-
lata, an declaratoria cõfenda sit, vel potius pri-
uatiua. ibi. n. 6. 11. & 13. 393

Sententia, qua dicitur declaratoria, & qua priua-
tiua. ibi. n. 8. & 9. 393

Sententia an sit nulla, si Iudex cõdemnauit reum
in mille, cum verè non nisi quingentum deberet-
ur. c. 163. n. 9. & 11. 467

Sententia ut dicatur nulla, necesse est in Regno, ut
allegetur casus legis. ibi. n. 10. 467

Sententia Iudicis inferioris suspenditur per appel-
lationem. c. 200. n. 2. 589

Sententia transacta in rem iudicatam sub prætex-
tu instrumentorum de nouo reperorum reuideri
non potest, sed limitatur in Fisco, in Eccle-
sia, Pupillo, Minore, Furioso, Prodigio, &c. cap.
202. n. 1. & 2. 593

Sententia lata à Iudice Ecclesiastico contra lai-
cum, qui ad suum Iudicem se remitti non iustifi-
cerat, an sit de iure valida. c. 203. n. 1. 595

Sententia lata à Iudice incompetente est ipso iure
nulla, sed an hoc sit semper verum. ibi. num. 2.
& 3. 595

Sententia an differat à re iudicata. c. 236. n. 13.
fol. 676

Sententiam exequi an semper impediatur per pe-
titam restitutionem in integrum. c. 200. n. 6. 7.
8. 9. 10. & 11. 590

Sententia non intimatur in S. C. c. 178. num. 3.
fol. 504

Sequesterium.

Sequestrantes bona patrimonialia clerici an inci-
dant in excommunicationem contentam in
Bulla Comæ, & Canon. 17. c. 75. num. 10. &
11. 236

Seruitus Seruus.

Seruitus super feudo si à vassallo fuerit oneroso,
vel lucratio titulo acquisita, illius estimatio
spectat ad heredem in alodio. c. 21. num. 29.
fol. 66

Seruitus imposta super aliquo fundo an dicatur
pars illius fundi. c. 30. n. 16. 102

Seruitus quibus modis acquiratur. c. 204. num. 2.
& 3. 196

Seruitus causam habens continuam, vel quasi, per
quantum tempus præscribitur. c. 205. num. 1.
fol. 599

Seruitus qua dicitur habere causam continuam,
et qua quasi. ibi. n. 2. 599

Seruitus remissio an sit noua, et discreta acqui-
sicio, que sit super feudo. c. 21. n. 36. 68

Seruitus remissio, & usufructus constitutio an
veniant alienationis appellatione. c. 30. n. 6. 11.
et 17. 101

Seruituti alterius hominem adhibere graue est.
c. 37. n. 8. 113

Seruitutem allegans in aliquo territorio habere,
an abstinere debeat, domino territorij se oppo-
nente, vel potius lite pendente in possessionem
conseruandus. c. 204. n. 1. 596

Seruitutes à feudatario imposta feudo, ad domi-
num directum reuerso an extinguantur. cap. 30.
num. 4. 100

Seruus pãna an quis effici possit. c. 5. n. 16. 9

Simonia. Simoniacus.

Simonia an committatur, ubi beneficium confer-
tur cum onere, quod Beneficiatus singulis annis
alicui certum quid præstes. c. 171. n. 3. 489

Simonia committitur ubi clericus, ut beneficium

I N D E X.

Substitutio pupillaris an locum habeat, moriente pupillo ante testatorem. c. 219. num. 5. 6. 9. 15. & 18. 639

Substitutio pupillaris an contineat tacitam vulgarem, quando adest expressa vulgaris. ibi. num. 19. 641

Substitutio facta pluribus institutis in casu mortis sine liberis, an locum habeat, statim vno absq. liberis defuncto. c. 220. nu. 1. 2. 3. 5. 6. 7. & 13. fol. 642

Substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resultat, nisi fuerit verbis expressa, vel probabilibus coniecturis. ibi. n. 8. & 9. 643

Substitutio reciproca tacita ut inducatur, qua requirantur. ibi. nu. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. & 20. 649

Substitutio reciproca a patre filiis ordinata in casu mortis sine filiis, altero cum filiis defuncto an expiret, ut superstes possit liberè disponere. cap. 223. n. 1. & 2. 649

Substitutio vulgaris effectus est, ut moriente instituto vno testatore substitutus admittatur. c. 219. n. 4. 639

Substitutus filio in pupillari aetate, in qua ille decessit, succedit in omnibus bonis defuncti pupilli, sed an procedat in Cuius. Neap. cap. 129. num. 10. 390

Substitutus eaducata institutione admittitur ex vulgari in comprehensiva comprehensa. cap. 219. num. 2. 638

Sucessio. Successor.

Succedens in fundo hereditario, dicitur habes ultimi morientis, non autem primi acquirentis, secus in fundo ex pacto, & providentia. cap. 21. num. 14. 63

Sucessio parentum cessat matrimonio contracto alla noua maniera. c. 192. n. 10. 563

Sucessio Monachorum ad Monasterium spectat, salua legitima descendensibus, & ascendensibus. c. 196. n. 26. & 32. 582

Sucessione occisi occisor priuatur. c. 151. num. 1. fol. 443

Sucessione patris an priuatur filius, ex eo, quod nouercam occidit. ibi. n. 2.

Sucessione fratris an frater priuatur, ex eo, quod illius filium iuste occidit. ibi. n. 4.

Sucessione non solum occisi occisor priuatur, sed etiam haredis, in proprijs tamen bonis secus est ibi. n. 7. 8. 9. & 10.

Successor maioratus, qui illum meliorauit, recuperat valorem, & estimationem meliorationum, secundum tempus solutionis. c. 133. n. 12. 402

Successor in fundo potest grauari pro concurrenti fundi valore, quod procedit, quando bona fide absq. fraude est factum. c. 218. n. 4. & 6. 635

Successoris appellatio in dubio non veniunt, nisi vniuersales. c. 159. n. 8. 454

Sucessorium edictum non habere locum in iure retractus, quod in venditione feudi competis agnato, demonstratur. c. 116. num. 32. 38. 40. 43. & 46. 746

Sucessorium edictum quare a iure communi sit introductum ibi. n. 44. 348

Supernumerarius.

Supernumerarius in Collegio an dicatur esse de corpore Collegij. c. 113. n. 6. 7. 9. & 10. 333

Supernumerarij vox quid suadet. ibi. nu. 4. Syndicus, 698

Syndicus, & Electi vniuersitatis, si suat in mora in persoluendis functionibus fiscalibus, carcerari possunt. c. 247. n. 7. 698

Syndici, & Electi an possint esse, qui ad Regias damnati fuerunt triremes. c. 36. num. 1. 2. & 4. fol. 112

Syndici, & Electi quando eliguntur, qua consideranda sunt. ibi. n. 3.

Syndici, & Electi vnius vniuersitatis non possunt pro illius seruitio destinare eorum consanguineos. c. 147. n. 3. 436

T

Taciturnitas.

Taciturnitas quandoque habetur pro consensu. c. 213. n. 6. 621

Tennus.

Tempus triennij Abbatisse prefixum pro munere suo explendo, num possit per loci Ordinarium prorogari. c. 2. n. 2. 3

Tempus a iure statutum ad aliquid faciendum an possit per Iudicem ex causa prorogari. ibi. n. 3.

Tempus quatuor mensium prefixum patronis laicis ad presentandum, num possit per Episcopum ex aliqua causa prorogari. ibi. n. 5.

Tempus quinquennij, de quo in l. fin. C. si maior factus, &c. non currit, nisi a die scientie, que debet esse plena, nec generica sufficit. c. 18. num. 55. & 56. 49

Tempus immemorabile Regij assensus vim obtinet. c. 54. n. 4. 176

Tempus vnius anni, & diei prescriptum est habendi ad petendum feudi inuestituram, feudatario defuncto. c. 80. n. 1. 245

Tempus vnius anni est prescriptum agnato, ut possit in venditione feudi prelationem petere, sed an currat minori ipso iure. c. 116. num. 19. & 20. fol. 344

Tempus captiuitatis an militi connumeretur. cap. 135. n. 6. 408

Tempus quod nam attendi debet, ut rei valor inspiciatur. c. 160. n. 4. 456

Tempus, quo euenit casus succedendi inspiciendum est in successionebus, que pure sunt. c. 175. nu. 4. fol. 498

Tempus certum à lego municipali praescriptum ad ius congrui petendum, an instante emptore possit à Iudice restringi. c. 224. n. 1. 5. & 6. 650
Tempus à iure statutum ad appellandum an possit à Iudice minui. ibi. n. 4. 651
Tempus anni à pragmatica statutum, ut quando venditur Terra possit Vniuersitas ad domaniū proclamare, an emptore instante possit à Iudice abbreviari. ibi. n. 7. 651
Tempus contractus est inspiciendum, an sit laesio in contractu, & quid si sub conditione sit initus, siue illius exequutio in futurum procrastina. cap. 239. n. 8. 9. & 12. 683
Tempus petendi restitutionem in integrum an currat, propositis nullitatibus aduersus sententiam. c. 249. n. 4. 702
Temporis prioritas in materia praecedentis attenditur. c. 113. n. 2. 333

Tenuta.

Tenuta feudi est ius merè allodiale. c. 38 num. 24. et 36. 119
Tenuta simplex feudi, quem non efficit Baronem, ubi decisio Sac. Cons. ibi. n. 26. 119
Tenuta feudi potest nancisci ab heredo illius, qui feudum illud possidebat, quamuis non sit in feudo legitimus, ac immediatus successor. cap. 81. num. 11. 249

Terminus.

Terminus in iudicio reuocationis contractus alienationis rei feudalis, an per Iudicem sit impartendus. c. 231. n. 1. & 3. 663

Tertius.

Tertius allegans, esse exequutum in bonis proprijs, est audiendus, quando sententia fuit prolata in actione personali c. 53. n. 3. 175

Testamentum.

Testamentum est actus de sui natura renocabilis. c. 34. n. 4. 110
Testamentum primū tollitur per posterius. ibi. n. 7. 110
Testamentum conditum à Religioso ante Religionis ingressum, sed illius intuitu, nulla dispositione facta de bonis antiquis quomodo venit infringendum. c. 150. n. 9. 10. & 13. 442
Testamentum rumpitur per Religionis ingressum. ibi. n. 14. 442
Testamentum primum quando per secundum tollatur. c. 174. n. 2. 495
Testamentum ante Religionis ingressum conditum an rumpatur per sequentem professionem. c. 196. num. 3. 578
Testamentum potest incipere ab expressa substitutione vulgari. c. 219. n. 3. 638
Testamentum potest incipere à tacita vulgari, in expressa pupillari comprehensa, moriente herede viuo testatore. ibi. n. 17. 641
Testamentum an de iure subsistat, si venientes ab intestato, per testes probarent, testatorem tem-

pore, quo ille vivebat, non fuisse sanæ mentis. c. 225. n. 1. 2. & 9. 652
Testamentum, quamuis à demente conditum, dicitur validum, si ex illius lectura constat, prudenter testatorem disposuisse. ibi. n. 7. 653
Testamentum an condi possit ab illo, cui ad lites est datus curator. ibi. n. 8. 653
Testamentum perfectum an solo cursu temporis decem annorum tollatur. c. 226. n. 1. & 4. 654
Testamentum primum solemne ut censeatur reuocatum per secundum minus solemne, cum decennij cursu, an sat sit, quò decennium sit elapsum à die conditi primi testamenti. ibi. n. 2. 654
Testamentum licet quodam institutionem non possit dici per aliud minus solemne reuocatum, bene tamen legata possunt dici adempta. ibi. nu. 1. 1. fol. 655
Testamentum in scriptis, si à testatore non fuerit sigillatum, an dicatur nullum. c. 227. n. 1. 2. & 4. fol. 656
Testamentum an dicatur nullum, si testes, qui in illo se subscripserunt, non dixerunt, cuius erat testamentum. ibi. n. 5. 657
Testamentum an dicatur nullum, si testes, qui in illo se subscripserunt sunt Religiosi. ibi. n. 6. 657
Testamentum dum aperitur, quæ solemnitates interuenire debent. ibi. nu. 7. 8. 9. 10. & 11. 657
Testamentum quodam causas profanas an in Regno Neapol. stipulari possit per Notarium Apostolicum, & quid si testator esses clericus. c. 228. n. 1. & 4. 659
Testamentum de iure civili septem requirit testes, de iure verò canonico requiruntur duo cū Parrocho, sed quid si loco Parochi adhiberetur testantis Confessarius. c. 229. n. 1. & 2. 661
Testamentum scriptum per Notarium vasallum, in quo illius Baro est heres institutus, an de iure subsistat. c. 230. n. 1. 4. & 5. 662
Testamentum an publicum dicatur instrumentum. ibi. num. 3. 662
Testamentum facere in bonis feudalibus non licet. c. 229. n. 19. 98

Testator.

Testator potest rem heredis legare, vel super eam fideicommissum ordinare. c. 91. n. 2. 279
Testator si ordinauit, quotidie in tali Ecclesia celebrari Missa sacrificium pro eius anima, & ut teneatur heres facere assignamentum certi corporis pro elemosyna, ad quem nam spectet ius eligendi Sacerdotem. c. 120. n. 2. 3. 4. 7. 8. 9. & 11. 361
Testator praesumitur sanæ mentis, si in postrema infirmitate, in qua testamentum condidit Ecclesia Sacramenta recepit. c. 225. nu. 6. 652
Testatoris schedula manu scripta, in qua continetur dispositio ad pias causas, an verificari possit per testes deponentes, habere manum notam. 652

I N D E X:

| | |
|---|---|
| <p>cap. 229. numero 6. 661</p> <p style="text-align: center;">Testis.</p> <p>Testi deponenti de proprio iudicio, nulla fides adhibenda. c. 120. nu. 10. 362</p> <p>Testes an sint iterum producendi, dum aduersarius illos de falso redarguere vult. c. 107. num. 3. 4. et 7. 322</p> <p>Testes ad insaniam probandam producti, debent reddere causam scientia. c. 225. n. 3. 652</p> <p>Testes an requirantur in testamento ad pias causas. c. 229. n. 5. et 7. 661</p> <p>Testium productio secunda non datur ad probationem exceptionum dilatoriarum. c. 198. n. 3. fol. 587</p> <p>Testibus duobus de sano mento deponentibus magis standum est, quam mille de insania attestantibus. c. 225. n. 5. 652</p> <p style="text-align: center;">Textus ex Decreto.</p> <p>Tex. in can. presentium 1. q. 5. loquitur de mediatore, cui fuit soluta pecunia, ad finem intercedendi apud Episcopum Sacerdotij dignitatē, non in alio casu. c. 206. n. 3. 601</p> <p style="text-align: center;">Ex Decretalibus.</p> <p>Tex. in cap. constitutus, de in integr. rest. explicatur. c. 44. n. 41. 141</p> <p>Tex. in cap. admonet, de renunciat. an de consuetudine seruetur. c. 50. n. 7. 173</p> <p>Tex. in cap. cum esses, de testam. loquitur de testamento profano; sequens autem in c. relatū, de testamento ad pias causas. cap. 229. num. 3. fol. 661</p> <p style="text-align: center;">Ex Sexto Decretal.</p> <p>Tex. in cap. sciant cūcti, de elect. in 6. declaratur. c. 76. n. 4. 5. et 6. 238</p> <p>Tex. in cap. cum personā, de priuileg. in 6. procedit, quando qui vult conseruari in possessione, producit titulum, vel allegat prescriptionē, vel saltem titulum coloratum, qui allegatam possessionem iustificet, vel instans praebeat prescribendi causam. c. 204. n. 4. 597</p> <p style="text-align: center;">Ex Extrauagant.</p> <p>Tex. in extrauag. 2. de simon. prohibet expressē, ne quis sit mediator ad simoniam committendam. c. 206. n. 2. 601</p> <p style="text-align: center;">Ex Digest. Vet.</p> <p>Tex. in l. sed si ego, ff. ad S. C. Vell. quomodo procedat. c. 238. n. 14. 681</p> <p>Tex. in l. tametsi, et in l. quamuis, §. 2. ff. ad Sen. Conf. Vell. procedit in sententia condemnatoria, non autem in sententia transitum facere in rem iudicatam. c. 236. n. 12. 676</p> <p>Tex. in l. creditoris arbitrio 8. ff. de distr. pign. declaratur. c. 16. nu. 14. 32</p> <p>Tex. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco procedit in actionibus arbitrarijs, non autem in bonae fidei contractibus. c. 241. n. 4. 687</p> <p>Tex. in l. his consequenter, §. 1. ff. fam. erc. de-</p> | <p>claratur. cap. 151. num. 5. 443</p> <p>Tex. in l. vir ab eo 50. ff. de iur. dot. declaratur. c. 140. n. 9. 423</p> <p>Tex. in l. si in emptionem 36. ff. de minor. explicatur. c. 116. n. 27. et 28. 345</p> <p>Tex. in l. Barbarius, ff. de off. pretor. non procedit in falso tutore. c. 18. n. 23. 42</p> <p>Tex. in l. necessario, ff. de pericul. & comodo rei vend. explicatur. q. 239. n. 6. 683</p> <p>Tex. in l. seruitutes, vers. stillicidium, ff. de seruit. urban. praed. dicit, leuiorem esse seruitutem stillicidij inferiorem, quam superiorem. c. 205. num. 8. 600</p> <p>Tex. in l. oratio, ff. de sponsal. declaratur. c. 127. nu. 4. 386</p> <p>Tex. in l. neque eorum, ff. de vsur. explicatur. c. 246. n. 8. 696</p> <p style="text-align: center;">Ex Infortiatio.</p> <p>Tex. in l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de condit. & demonstr. declaratur. c. 158. nu. 4. 451</p> <p>Tex. in l. cum ita, §. in fideicommissio, ff. de leg. 2. procedit in legato puro, non in conditionali, siue perpetuo. c. 175. n. 3. et 8. 498</p> <p>Tex. in l. fin. §. filius, ff. de leg. 2. procedit, quando pater pactus est, dotē ad se reuerti. c. 165. n. 12. fol. 478</p> <p>Tex. in l. sed & si 6. ff. de leg. 3. et in l. praeced. §. si quis, dicens, posse testatorem à futuro haredis haredem aliquid legare, et per fideicommissū relinquere, non procedit, quando per nomen proprium hares haredis grauat. c. 218. nu. 13. fol. 637</p> <p style="text-align: center;">Ex Digesto Nouo.</p> <p>Tex. in l. Imperatores, in 2. resp. ff. de re iudic. procedit in illa sententia, quae in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non prosecutionis transitum fecit. c. 202. nu. 5. 7. et 9. fol. 593</p> <p>Tex. in l. qui Romae, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. declaratur. c. 159. n. 9. 455</p> <p style="text-align: center;">Ex Codice.</p> <p>Tex. in l. quisquis, §. uxores, C. ad Liul. Maicst. declaratur. c. 22. n. 13. 15. 16. 17. et 24. 72</p> <p>Tex. in l. antiqua, §. fin. C. ad Sen. Conf. Vell. declaratur. c. 238. n. 8. et 9. 680</p> <p>Tex. in l. si pater, C. de dot. promissione cessat, ubi in contractu promissionis mulier dosata intervenit. c. 139. n. 11. 417</p> <p>Tex. in l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll. remedium an competat haredibus ab intestato venientibus. c. 57. nu. 4. 190</p> <p>Tex. in l. fin. C. de fid. instrum. an procedat in testibus. c. 107. n. 2. 8. et 9. 322</p> <p>Tex. in l. fin. C. de iur. codicillan. sicuti limitatur in linea ascendenti, & descendenti, ita pariter, quando in minus solemnibus testamento fuerit pia</p> |
|---|---|

causa

I N D E X.

causa haeres instituta. c. 106. n. 5. 6. & 8. 319
 Tex. in l. si quis conductionis, C. locati an locū habeat in alio contractu, quam locationis. cap. 55. n. 4. 5. 20. 21. 22. 23. & 24. 179
 Et an allegari possit contra singularem successorem. ibi. n. 11. 180
 Tex. in l. si quis conductionis, C. loc. an procedat in contractu emphyteutico, & feudali. ibi. nu. 1. 2. 15. 18. & 19. 180
 Tex. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. limitatur, quando heredis institutio in certis bonis tantum a patre promissa est. c. 162. n. 6. 462
 Titulus C. plus valere, quod agitur, quā quod simulatē concipitur, non procedit in feudis. c. 117. n. 23. 354
 Tex. in l. matitus, C. de procur. & in l. cū maritum, C. de solut. declaratur. c. 237. nu. 13. fol. 679
 Tex. in l. benē a Zenone, C. de quadriēni pre-script. declaratur. c. 18. n. 61. & 62. 51
 Tex. in l. quotiēs, C. de rei vendic. an procedat in contractu locationis. c. 240. n. 1. 2. 4. 5. & 6. fol. 685
 Tex. in l. foemina, C. de secund. nupt. an subintret, ubi mater transierit ad secunda vota, filio in Religione existense. c. 190. n. 11. & 14. 551
 Tex. in l. vnic. C. de sent. aduers. Fisc. lar. retract. lib. 10. procedit in illa sententia, qua in rem iudicatam ex capite non appellacionis, vel illius non prosequutionis transisum fecit. c. 202. n. 5. 7. & 9. 593
 Tex. in l. fin. C. si maior factus alienationem, factam sine decreto ratam habuerit, procedit, quando alienatio regi pupillaris a minore, vel a tutore est facta, & limitatur, quando in alienatione doli intercessit. c. 18. d. n. 50. vsq; ad 53. idemq; si prater decretum concurrant alia nullitates. ibi. n. 53. vel lesio. ibi. n. 54. 49
 Tex. in l. hac consultissima, C. de testam. ad validitatem testamenti, subscriptionem tantū testatoris expostulat. c. 227. nu. 3. 656
 Tex. in l. Sancimus, C. de testam. declaratur. c. 226. n. 3. 4. 6. & 7. 655
 Tex. in l. si diuersa, C. de transact. procedit, quando omnes in transactōne conveniunt. cap. 234. nu. 3. 671
 Ex Authent.
 Tex. in Authen. defuncto, C. ad S. C. Tert. non est correctus per Consuet. Neap. c. 192. nu. 6. fol. 563
 Tex. in Auth. res, que, C. comm. de leg. an procedat in linea transuersali. c. 17. n. 9. 34
 Tex. in Auth. res, que, C. comm. de leg. an procedat in herede mulieris. c. 19. nu. 7. 8. & 10. fol. 55
 Tex. in Auth. sacramenta puberum, non procedit, quando minor vendit rem a testatore alie-

nari prohibitam. cap. 18. nu. 59. 50
 Tex. in Auth. sacramenta puberum quomodo procedat. c. 136. n. 6. & 19. 419
 Tex. in Auth. sed quamuis, C. de rei vx. act. declaratur. c. 139. n. 12. 417
 Ex Feudis,
 Tex. in cap. 1. de benef. fratrum explicatur. c. 38. n. 20. & 38. 117
 Tex. in cap. vnico, de eo, qui finē fecit agnat. de feud. pater. an procedat in feudo hereditario. c. 189. n. 38. & seq. 534
 Tex. in cap. 1. de eo, qui finem fecit agnat. loquitur in renunciatione non recepta respectu alterius agnati. c. 193. nu. 19. 569
 Tex. in c. 1. §. si vasallus, in tit. hic finitur lex, de augmenti genere loquitur. c. 21. n. 28. 66
 Tex. in cap. 1. §. sed & etiam res, per quos fiat inuestit. declaratur, simulque demonstratur Rosentalli error, in illius intelligentia. c. 116. nu. 45. 348
 Tex. in c. 1. §. Titius, si de feud. defunct. controu. sit, explicatur. c. 116. n. 39. et 40. 317
 Tex. in c. 1. §. in generali, si de feud. defun. controu. sit, an de consuetudine seruetur, & supposito, quod sic, an procedat in obligatione vniuersali. c. 139. n. 25. & 26. 420
 An limitetur fauore dotis ibi. n. 29.
 Vel ubi assensus hominis, vel legis praeceperet. ibi. n. 30.
 Tex. in cap. 1. de success. feudi, procedit, tam in dispositione, qua fit inter extraneos, quam inter filios. c. 29. n. 24. 99
 Ex Capitul. Regni.
 Tex. in cap. conuentus in Regno an liget clericos. c. 74. n. 8. 233
 Tex. in cap. Pondus æquum declaratur. c. 30. n. 14. fol. 102. & cap. 54. n. 3. & 5. 176
 Thesaurarius.
 Thesaurarius, & Secretarius Regni an prohibeantur munera accipere. c. 244. n. 2. 690
 Titulus.
 Titulus pro sacris ordinibus suscipiendis debet esse sufficiens ad vitam sustentandam. c. 153. n. 4. fol. 446
 Titulus pro ordinibus suscipiendis qualis esse debeat. c. 154. n. 2. 446
 Titulus criminis, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis an sat sit ad tribuendam iurisdictionem Iudici, qui alias esset incompetent. c. 232. n. 1. 3. 9. 10. & 11. 664
 Transactio.
 Transactio an lationis pretextu rescindi possit, & quid si enormissima se offerret lesio. c. 233. n. 1. 6. 7. & 8. 666
 Transactio equiparatur rei indicatae. ibi. n. 2.
 Transactio sub pretextu instrumentorum de nouo repertorum rescindi non potest. ibi. n. 4.

Tran-

I N D E X:

Transactio ut rescindi non possit, sat est, quod lis fuerit ibi. n. 5. 667

Transactio iniata inter heredem, & legatarium an rescindi possit, laesioni prae-textu, ex quo comper-tum fuit, eas alienum excedere valorem haereditatis. ibi. n. 12. & 15. 668

Transactionem rescindi petens an ad acceptorum restitutionem teneatur. c. 234. n. 1. & 2. 671

Transuersalis.

Transuersali alterius familiae contra filiam renun-ciantem nullus Doctor fauet. c. 189. num. 24. fol. 531

Turbans. Turbatus.

Turbans aliquem in proprio territorio habet iuris assistentiam, & qui turbatur resistentiam. cap. 204. n. 5. 597

Turbatus an cogatur sua possessionis ostendere titulum in possessore summarissimo. c. 115. nu. 15. 16. 17. et 18. 337

Tutela.

Tutela excusatio an legati priuationem inducat. c. 121. n. 2. 3. et 4. 363

Et quid quando excusatio prouenit ex legitima causa. ibi. n. 5. 364

Tutor.

Tutor an idoneus sit testis pro pupillo in causa, qua agitur ad instantiam alterius comitoris. c. 9. n. 3. 21

Tutor nulliter administrat ante inuentarii conse-ctioem. c. 18. n. 14. 41

Tutor, qui inuentarium non fecit, si contractus fa-ciat, ipso iure nulli sunt. ibi. n. 16.

Tutor, qui cum non confecisset inuentarium pro-cessum compilaui, nulla dicitur compilatio, idemq; est, si non satisfecit, rem pupilli saluam fore. ibi. n. 17. et 18.

Tutor, qui bona sua obligauit pro obseruantia con-tractus pupilli, nulli demum declarati, an vali-de dicatur obligatus. c. 83. n. 5. 255

Tutor, qui postquam pupillus ad pubertatem per-uenit, in tutela rationibus reddendis moram fecerit, ad reliqua soluere cum usuris tenetur. c. 110. n. 4. 328

Tutor litigans nomine sui pupilli an teneatur de-ponere uti principalis super positionibus a reo presentatis. c. 235. n. 1. et 4. 672

Et quid in Abbatisa. ibi. n. 2.

Tutoris autoritas debet interuenire in alienatio-ne bonorum pupilli, alias nulla dicitur aliena-tio. c. 18. n. 9. 39

Tutoris autoritas in contractu pro pupillo cele-brando interuenire debet; post autem ex inter-uallo adhibita nullius est momenti. ibi. nu. 10. fol. 40

Tutoris interuentus in contractu pupilli ut sit pro-ficuus, est prius adhibenda cognitio causae super delata tutela. ibi. n. 13. 41

Tutore in actione personali ad computa reddendum condemnato, facta liquidatione an liceat pupillo exequi facere contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam bona sua tutor alienauit. c. 63. nu. 8. 9. et 10. 203

Tutores ordinari prohibentur, antequam rationes reddant, & qua sit ratio. c. 177. n. 2. & 3. 501

V

Valor.

V *Alor iustus feudi quomodo probatur. c. 82. num. 12.* 253

Valor rei an per subbationem probari possit. ibi. num. 13. et 14.

Valor rei ex redditibus dignoscitur. cap. 84. num. 2. fol. 259

Valor praedij quomodo probetur. c. 104. num. 11. 12. 13. & 14. 314

Variatio.

Variatio, & electio fori personis privilegiatis bis, et ter in eadem causa permittitur. c. 47. nu. 24. fol. 169

Vasallus.

Vasallus dominum accidens feudo priuatur: cap. 151. n. 6. 443

Vasallus feudi successionem non priuat, si aggressus a domino feudi ipsum occiderit. ibid.

Vasalli circumscripto iure prohibendi, quod Ba-rones habere solent, non possunt deserere molit-dina Baronalia, & extra territorium ad molit-dum accedere. c. 118. n. 13. 357

Vasalli praesentur extraneo in locacione inuim Baronatum. c. 161. n. 10. 459

Venditio. Venditor.

Vendens frumentum in certa die consignandum, si non consignauit, an sicut emptori tenetur ad in-teresse damni emergentis, ita pariter et lucri cessantis. c. 241. n. 1. 3. et 5. 686

Venditio praedij pupillaris facta de ordine Prin-cipis, nulla est, si domum detegatur, venditionis causas fuisse falsas. c. 18. n. 44. 46

Venditio praedij pupilli, facta ob decretum Prin-cipis, ita se habet, ac si fuisset facta ob decretum Iudicis inferioris. ibi. n. 45. 47

Venditio Stabilium in Regno Neap. pro certo pre-tio venduntur. c. 20. n. 1. 59

Venditio vnica, dicitur venditis duobus praedijis vnico pretio. c. 188. n. 5. 520

Venditione facta cum pacto de retrouendendo, co-expresso, ut volente venditore redimere, teneatur ille per duas menses ante hoc emptori de-clarare, facta demum declaratione, et duobus elapsis mensibus, si venditor nihil dixit, an teneatur expellere per alios duos menses, quan-do redimere vult. c. 84. n. 15. 260

767

I N D E X.

Vendito feudo sine assensu, si venditor evictionem promiserit, an efficaciter teneatur, domino caducitatem declarante. c. 83. n. 12. 256

Venditor feudi cum pacto de retromendendo, si pactum illud exercet cum primogenito emptoris, pretio restituto, pecunia erit hereditatis burgensatica. c. 45. n. 28. 152

Venditor an teneatur ad interesse, ex inobservantia pacti, quo se adstrinxit, ut dominus consentiret, contractu alienationis feudi resoluta, et dispositione Constitutionis Constitutione Diuz memorie. c. 83. n. 13. 256

Venditor, qui vigore pacti non potest rem suam vendere aliquo irrequisito, an possit in solutum dare. c. 161. n. 17. 460

Verbum.

Verbum alienare quomodo interpretandum. cap. 27. n. 2. 84

Verbum cedere quid importat. cap. 21. num. 39. fol. 69

Verbum ad hoc conditionem, vel modum importet. c. 8. n. 2. 15

Verbum dono aliquando impropriatur. cap. 71. nam. 17. 226

Verbum a què quid importet. c. 55. n. 27. 184

Verbum filii legitimi, & naturales, ex sui generalitate comprehendit feminas. c. 126. num. 17. fol. 980

Verbum in solidum an importet ius accrescendi inter inuestitos. c. 55. n. 17. 181

Verbum iuicem, & vicissim quid importat. cap. 131. n. 11. 397

Verbum legitimamus, vel dispensamus à Papa prolatum an plenariam importet legitimacionem. c. 99. n. 4. 301

Verbum rata quomodo accipitur. c. 55. num. 26. fol. 183

Verbum solutio intelligitur de quacunque satisfactione. c. 66. n. 4. et 10. 209

Verbum tantum est restrictivum. c. 128. num. 11. fol. 388

Verba durancibus lineis masculinis predictorum in perpetuum, apposita in contractu emphyteutico, quid importent. c. 55. n. 30. 185

Verba, sola veritate inspecta, quid importent. c. 235. n. 7. 672

Verisimilitudo.

Verisimilitudinem pro se habens, casum legis habere dicitur. c. 189. n. 7. 527

Veritas.

Veritas rei, non titulus, in criminibus cogendis est attendendus. c. 232. n. 4. 664

Vestes.

Vestes uxoris pretiosa constante matrimonio à viro uxori facta, an exequi possint ad instantiam creditorum ipsius viri. cap. 242. num. 1. 3. & 4. fol. 687

Vestes pretiosa à viro uxori facta a. ei donata censentur. ibi. n. 2.

Vicinus.

Vicinus praefertur, quando venditur res sibi collateralis. c. 117. n. 5. 351

Vidua.

Vidua dicitur esse in primo matrimonio, & de familia coniugis praefuncti, non autem patris, et privilegium, quod viuo marito habet, ei servatur. c. 250. n. 7. 704

Vinculum.

Vinculi duplicitas an, & quando in successibus praeualeat. c. 216. n. 11. et 13. 627

Vinculi duplicitas an praeualeat in successione fideicommissaria. ibi. n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. & 30. 704

Virgo.

Virgo patre orbata gaudet privilegio. vnicz, C. quando Imper. inter pupill. & vid. sed quid si post electionem virum duxerit, & quid in causa criminali. c. 243. n. 1. 4. 7. et 8. 688

Vita, & militia.

Vita, & militia debetur secundogenito, statim facta casu successione primogeniti, siue per mortem patris, siue per refutationem. cap. 29. n. 8. fol. 96

Vita, & militia, qua debetur secundogenitis est onus feudi. c. 45. n. 3. 145

Vita, & militia debetur secundogenito, tam laico, quam clerico, siue pauper ille sit, siue dives. ibi. n. 4. 6 8 et 9.

Vita, et militia, qua debetur secundogenitis, an debeat loco alimentorum, vel loco portione hereditaria, vel verò loco legitime. ibi. n. 5. 146

Vita, et militia an debeat in linea collateralis. ibi. n. 7. 146

Vita, & militia an debeat secundogenito, cui legatum est unum feudum, à primogenito super alijs feudis, in quibus ille successit. ibi. num. 10. fol. 147

Vita, & militia debetur secundogenito, quamvis sit ille haeres universalis. ibi. n. 11. & 12. 148

Vita, & militia an debeat secundogenito, cui pater, vel frater procuravit beneficium Ecclesiasticum. ibi. n. 17. 148

Vita, & militia debita à fratre primogenito secundogenitis quomodo taxatur. c. 245. n. 1. 693

Vita, et militia an in locum legitime successerit. ibi. n. 4. 694

Vita, et militia super bonis feudalibus, secundogenitis debetur statim atque, quod frater primogenitus, altero ex duobus modis in feudo successerit. c. 246. n. 1. 696

Vita, & militia super feudo successit in locum legitime. ibi. n. 3. 696

Vniuersitas.

Vniuersitas praefertur, quando iurisdictione locatur.

I N D E X.

| | |
|---|---|
| <p>cap. 161, numero 11. 459</p> <p><i>Vniuersitas non praefertur Baroni, qui habet iurisdictionem civilem, quando venditur criminalis, sed bene quando venditur à Rege aliqua particularis iurisdictionis. ibi. n. 12. et 13.</i></p> <p><i>Vniuersitates terrarum Regni Neapolis possunt petere domanium, quando ad illarum venditionem proceditur, imò illas praeferi, quando venditur à Rege particularis iurisdictionis, puta criminalis, secundarum causarum, etc. c. 117. n. 8. fol.</i> 352</p> <p><i>Vniuersitatibus ad domanium prouocantibus, videtur quodammodo ipsum Regem principaliter tale ius exercere. ibi. n. 9.</i></p> <p><i>Vniuersitates cum as alienum persoluere non valent Ciues, et particulares tenentur, sed an insoluidum contra quemlibet exequi possit. cap. 247. n. 1. 2. et 8.</i> 697</p> <p style="text-align: center;">Voluntas.</p> <p><i>Voluntas patris inter filios sat est, quòd constat per quamcunque scripturam. t. 162. nu. 3. et 5. fol.</i> 461</p> <p><i>Voluntas patris colligitur ex dictis, etiam in contractu inualido. c. 193. n. 20.</i> 569</p> <p><i>Voluntas captatoria an fauore pia cause sustineatur. c. 221. n. 4. 5. et 6.</i> 647</p> <p style="text-align: center;">Vsura.</p> <p><i>Vsura vsura non debetur c. 246. n. 7.</i> 696</p> <p><i>Vsuras ex mutua percipi, iure canonico prohibentur, nisi ratione lucris cessantis, et damni emergentis. c. 172. n. 8.</i> 491</p> <p style="text-align: center;">Vsus.</p> <p><i>Vsus iurisdictionis an transferatur per locationem. c. 31. n. 4.</i> 105</p> | <p style="text-align: center;">Vsusfructus. Vusufructuarius.</p> <p><i>Vusufructuarius tenetur cauere de utendo, et fruendo re arbitrio huius viri. c. 248. n. 1.</i> 699</p> <p><i>Vusufructuarius si non potest inuenire fideiussorem an admitti possit ad iuratoriam cautionem. ibi. num. 4.</i></p> <p><i>Vusufructuario praestita cautione de bene utendo, et fruendo, traditur possessio rei, in qua vsusufructum habet. c. 25. n. 6.</i> 81</p> <p><i>Vsusfructus an possit per emphyteutã, et feudatarium absq; assensu constitui. c. 30. n. 9. et 15.</i> 101</p> <p><i>Vsusfructus constitutio an veniat appellatione alienationis. ibi. n. 17.</i> 103</p> <p><i>Vsusfructus an tacite prohibitus censetur, ubi vxor filium instituendo ordinauerit, ne illius pater possit bona sua administrare. c. 128. n. 3. et 4.</i> 387</p> <p><i>Vsusfructus quem habet pater in bonis filij, ea delinquente confiscabitur. ibi. n. 6.</i></p> <p style="text-align: center;">Vtile.</p> <p><i>Vtile per inutile non vitiatur, sed quid in feudis. c. 83. n. 7.</i> 255</p> <p style="text-align: center;">Vxor.</p> <p><i>Vxor mortuo viro potest petere antephatum, vel in pecunia, vel ut heredes respondeant. cap. 22. n. 22.</i> 74</p> <p><i>Vxor quidquid habet in sui posse, praesumitur ex bonis viri acquisitum. c. 71. n. 3.</i> 223</p> <p><i>Vxor potest petere separationem thori, viro adulterante. c. 130. n. 12.</i> 394</p> <p><i>Vxor est pars corporis viri. c. 151. n. 3.</i> 443</p> <p><i>Vxor militis, siue alterius persona immunis, si vidua efficiatur an in collectis viri privilegio gaudeat. c. 250. nu. 1. et 5.</i> 703</p> |
|---|---|

F I N I S I N D I C I S.



